
Heringius
Tract: Iuris
Molendin.
II
6
33

Ex libris eruditissimi Viri Antonij Magliabechij

XXIX

HERING

TRACTATUS SINGULARIS

De

MOLENDINIS,

EORUMQUE JURE,

QUEM EX JURE PUBLICO AC PRIVATO, CÆTERISQUE OPTIMÆ notæ authoribus laboriosissimè collegit, variè illustravit, tàm Theoricorum, quàm Practicorum usui exhibuit, & in lucem nunc primùm bono publico produxit

JOHANNES HERINGIUS OLDENBURGENSIS φιλόμουσος.

ADIECIT IDEM LECTORIS USUI mantissam rerum adfinium quidem, sed raræ nec obviæ eruditionis.

CUM INDICE GEMINO: PRIORE QUÆSTIONUM & Capitum quæ pertractantur, qui libro præmittitur. Altero, Rerum & verborum uberiore, qui librum sequitur.

LUGDUNI,
Typis JOHANNIS PILLEHOTTE.
M DC LXIII.

REVERENDISSIMOS, ILLUSTRISsimos, Celsissimos & Generosissimos Principes ac Dominos,

DN. CHRISTIANVM
EPISCOPUM MINDENSEM,

DN. AVGVSTVM
EPISCOPUM RATZEBURGENSEM,

DN. FRIDERICVM
SUMMUM PRÆPOSITUM BREMENSEM,

DN. MAGNVM,
DN. GEORGIVM,
DN. JOHANNEM,

Duces Brunovicenses ac Lunæburgenses,
FRATRES GERMANOS,

Hæredes avitæ virtutis & gloriæ strenuos, Dominos clementissimos, Mœcenates dignissimos,

OPELLÆ hujus NOVÆ
DEDICATIONE

Publicè compellat, & se suosquè subjectissima cum devotione commendat

AVCTOR.

 Vt cala-

VT calamum librumquè in manus sumsi, *Episcopi reverendissimi ac Duces celsissimi*, multa protinus occurrebant, quæ deterrerent à scribendo & offerendo. Inprimis enim parum mei pudoris, imo & virium videbatur, si tantillus homuncio & vir, tantos heroes, si non visus, si sponte, si levi pene argumento compellarem, eisquè chartaceam strenam nuncuparem Et ut ex veterum annalibus tradit Plinius, repetitquè alicubi Erasmus, Tullo Hostilio malè cessisse, quòd Iovem evocasset: ita non semper tutum & gratum fuit, appellasse summos Reipublicæ Christianæ Præsides; quos oportet adire, non solùm in tempore, verumetiam cunctanter & religiosè: quum vix pium videatur, tales Principes, tam gravissimis hoc præsertim ævo imperii sui negotiis intentos, tam sublimi in dignitatis fastigio à DEO positos, libris aut literis impolitis inconditisquè onerare.

Verùm has omnes remoras illicò discussit, vel insignis ista & quasi ingenita naturæ Vestræ bonitas, vel in Principali culmine admirabilis facilitas, vel ardor quidem in Vos meus vehemens, singularisquè virtutum Vestrarum admiratio, quam ex fama publica & multorum eloquio concepi.

Videte, illustrissimi sanguinis Principes inclyti, quàm fiducialiter Vobiscum ago, homo pusillus & incognitus? Vos, quæso, ne libertati meæ succenseatis, sed naturæ moribusque Vestris gratulamini. Hausi namque omnia illa Populi faustissima apprecantis suffragia ore hiante, & recondidi penitus, quæ in re præsenti nonnihil, sed carptim ex candi-

dis

dis iſtis pectoris ſubjectiſsimi cimeliis effundo; majora quoque & famâ & fide conperio; animorum deinde vires, natorum & factorum ad maxima quæque. Vos enim proximi DIs & onuſti mole ac pondere ingentium negotiorum, pergitis tamen eruditis favere, fovereque literas: & comitatem cum laudabili munificentia retinere, ergaquè plurimos exercere in faſtigio iſto, in quo Vos collocarunt majorum inſtituta, & virtus ipſa excelſa demeruit.

Quæ quidem illuſtriſsima Veſtra facta ac celſiſsimorum geniorum ingeniorumque heroicorum dona longè plura exaggerarem prolixius, niſi me χαριτογλωττεῖν quidam judicarent, aut verba rebus eſſent minora, & tantarum magnitudo virtutum vires tenuis facundiæ meæ longiſsimè ſupergrederetur.

Nunc cùm hoc minimè liceat, ſufficiet ſaltem ex parte & ruditer ſi expoſuero, quæ præter illas ad hanc προσφώνησιν cauſæ me compulerint. In præſenti tractatu non uno loco Saxonum recolui memoriam, inter quos fulgetis, Vos Duces, maximè. Et quia legum eorundem non modò participes eſtis: ſed etiam Veſtræ ditiones ampliſsimæ multas continent moletrinas, rectè Vos quaſi deos tutelares elegi.

Hæſi deinde per annum in vicina provincia, cujus in libro iſto crebra occurrit mentio, & Vos de ea communi ſeu ſimultaneo actu inveſtiti ab Imperatoribus potentiſsimis eſtis, ut ſic humilimè oblatus ac conſecratus iſte fœtus ſuſceptoris ſui ſollicitam curam deferret, & ortum ſub illuſtri hujus loci genio, ex merito debitoquè ſumeret

 Adjeci

Adjeci proinde dissertationem de jure Burgorum, à quibus vetustissimum Vestrum nomen duxit originem, & quotidiè capit incrementum. Rerum quoque Ecclesiasticarum in eodem opere inserta sæpiculè sunt jura, quorum defensores protectoresquè cluitis fortissimi, Episcopi reverendissimi: ac militaria etiam hinc inde posita habet, quibus aliquamdiu cum laude dediti fuistis, Principes serenissimi.

Vbique autem de regalibus ac jurisdictione egi, quæ ejusmodi statum apprime concernunt, & ideo fructus isti industriales nuncupandi, non nisi magnatibus. Deniq; instabat Novus Annus, quo tempore Clientes olim humili inclinatione & magno cũ apparatu Dominis ac Patronis suis dona mittebant, ritu morequè adhuc apud gentes plerasq; observato, simulquè faustissima apprecabantur, quibus vel hisce turbulentissimis temporibus unicè indigemus.

Quamvis ergò me non lateat, majora longè (si vota mea exceperint viri boni, quæ pro salute regionis religionisquè candido & calido affectu solvo) & meliora reverendissimæ ac illustrissimæ Celsitudini Vestræ deberi, ac plura ab aliis exhiberi posse: Hoc tamen & mihi cognitum perspectumquè est, maximis pariter atque eminentissimis Principibus exigua & parva sæpenumerò grata & accepta ferri. Etenim MOLA SALSA, TANTVM LITAT, QVI THVRA NON HABET, veterum erat verumquè verbum de rebus oppidò vilibus & pretiosis. Nec fuit ulli vitio Deos, quoquo modo posset, cole-

colere. Animo enim hi munera metiuntur, reiquè pretium non æstimant: idem Vos Dii terrestres facite, nec qualesquales studiorum publicorum primitias negligite.

Necessarium illud maximè erit hoc ævo, quo deficientibus præmiis, ac inminente iterum barbarie, bonæ artes jacent, ludibrio penè sunt literæ, & sua sponte in exilium eunt. Quod mutare malum aut mitigare potestis, gratiâ Vestrâ & prolixâ benevolentiâ. Vt sic Iuvenalis (a) elogio & mea parodia augustus hic chorus fratrum celebretur:

(a) Sat. 7.

Et spes & ratio studiorum in Principe tanto.
Sæpè etenim tristes hac tempestate Camænas
Respexit. —

Et cur non omnia hæc & singula plurimorum exsuscitarent studia, Vosquè dignissimo inter cæteros hodiè esse judicarent, quibus honestæ mentium lucubrationes & doctrinarum specimina dedicentur?

Fuit ergò mihi hæc ratio cum illis planè communis, qui sciam Vestro sublimi patrocinio lætos erectosquè habere quo se tueantur, & in quo tuti conquiescant. Atque ideo si quid minus rectè dictum factumquè incidisset, aut præter mentem excidisset, quod exactioris indagationis putarent viri acutiores, vel interdum plus justo iniquiores: patronis talibus me indigere omninò arbitratus fui, qui me contra virulentas linguarum incursiones strenuè defenderent, aut mox in integrum me tempore aut alia via labsum restituerent, veniamquè ætatis concederent.

Acceſsit aliàs prudens Pindari monitum: oportere ſcilicet θακτῷ μεγάρῳ πρόσωπον θέμεν τηλαυγές, hoc eſt, ſplendido ædificio, (quod in famæ publicæ fano conſpicuo erigere concupivi) ſplendidum addere frontiſpicium.

Verùm, ad finem deducto libro, quodnam illuſtrius nomen huic ſtructuræ potuiſſet inſcribi, quodve majorem ornatum ac dignitatem toti fabricæ attuliſſet, quàm VESTRVM?

Deliberandum itaque poſt publicas privataſquè cauſas, diu mihi non fuerat: qui nec alios volui, Mecœnates quærens: nec potui, in his oris tractatûs auctor exiſtens: nec etiam debui, nomen operi intra communis patriæ fines conciliaturus.

Præter enumeratas enim rationes, GERMANI eſtis, tunc omnia dixi, ut multis demonſtratum ivit Dominus Fridericus Achilles, Dux VVürtembergenſis celſiſsimus. (b)

(b) apud Th. Lanſium in cōſultat. de Princip. Europ.

SAXONVM denique principes eſtis glorioſiſsimi, de quibus Roſvvita monialis erudita ſic olim cecinit: (c)

(c) in hiſt. de geſt. Ottonū.

Ad claram gentem Saxonum nomen habentem
A ſaxo, per duritiem mentis benè firmam.

Natio enim hæc omnis Saxonica erat veterum encomio bellicoſiſsima, & animi magnitudine, corporis viribus, laborum tolerantia Germanorum fortiſsimi habiti, ut inquit Zoſimus. Romanis maximè formidati, quia repentini, ut habet Marcellinus, audaces Liuthprando, (d) virtute

(d) lib. I. hiſt. c. 2.

tute & agilitate terribiles,ceu perhibet Diaconus. Homines ſtatura procera, membrorum compoſitione & lineamentorum conformatione conſpicui, ut cenſet VVitichindus monachus. (e) Ea verò animi firmitate erant (ſi fas ſit ita vocare,) ut ſibi mortem potius inferre, & vitam projicere, quàm ludibrio eſſe maluerint. Vnde cùm Symmachus horum numerum in ſpectacula publica paraviſſet, eo die, quo in theatrum educi debuerant, faucibus fractis ſpem exhibendarum voluptatum præripuerint. (f) Adeò ut ſemper liberi animo, corpore utplurimum fuerint Saxones, ſemper invicti. Sæpè enim univerſa quidem pene conculcata Germania, ſoli reſtiterunt, ſoli externos propulerunt dominos, & omne detrectarunt jugum. Præterea bello quod cum magno Carolo geſtum eſt annis plus triginta, quæ perſpecta Saxoniæ præcipuè inferioris incolarum fortitudo fuit, quæ virtus majorum enituit?

(e) Apud Guiliel. Cambden in Britann. pag. 70. & Th. Lanſ. d. conſult. pag. 90. cũ ſeqq.
(f) lib. 2. epiſt. 46.

Addo illos, qui deleverunt ultimas Gothorum reliquias: Veſtri enim fuerunt. Quiquè Britanniam expugnaverunt, & expulſis indigenis, Anglos ex ſe & Scotos deduxerunt.

Quid illos memorem Cymbros & Theutones magno urbis Romæ malo, Veſtris è finibus quoque olim in Italiam effuſos? Dein quoties ingreſſa eandem eſt illa natio, & cum aliis unà Gallos devaſtavit; attactis etam Hiſpanis? Sunt & in Sarmatas præclara illius facta. Et ab Hunnis quondam, poſt ab Hungaris etiam, quas & quàm ſplendidas reportarunt ſæpè victorias Veſtri populares? Multa

consultò prætereo, quia vnum satis est meminisse: *Solos nunquam exteris seruisse Saxones*, vt pluribus commemorat ac epiphonema hoc perlustrat Vlricus de Hutten eques Franciscus, Orator & Poeta laureatus. (g)

(g) In Ep. ad Frid. Elector. Saxon.

Quod, faxit DEVS! sit perpetuum, hocquè videre & ita pergere, vt incepistis strenuè, Vos cum cæteris hoc præsertim tempore decet: ne cùm majores Vestri tales fuerint, Vos aliquid indignum hoc genere aut culmine admittatis. Quàm enim indecorum est, quàm turpe & fœdum, orbis reginam nationem cuiquam servire? Quod ne fiat sedulò conjunctisquè viribus & consiliis curare: cùm quia adhuc potestis, tum quia abjectissimum est, ab aliis quàm ab iis, qui rerum capita sunt, rem communem ejusquè salutem restitui ac conservari.

Habetis opes, vt queatis: copias, vt valeatis: causam, vt liceat: necessitatem, vt debeatis. Veram insuper vobis & solidam propositam videtis gloriam, si efficiatis: imbecillitatis apud posteros opinionem, si non audeatis, lumen purissimi Evangelii ibidem tueri ac servare, vbi ante seculum exortum est. Rediit enim æuum, in quo de populo Germanico ita Euphormio iste notissimus siue Iohannes Barclajus judicavit: Gens, inquiens, armis egregia, & quæ pacem ferre possit. Tardè & cunctantibus consiliis ad tumultus concitantur: sed excitatos, longa tempestas, & hominibus digna, exercet. (h)

(h) In Ic-on ani. c. 5. p. m. 03.

Ergò dum tonat adhuc, necdum in totum & apud omnes fulminat Mars atrox, dum adhuc inter horribiles

belli

belli fortaſſis ſacri minas, vel civilis factionis ruinas verſamur, nec tamen hoc publicum incendium vnius alteriuſve manu adgeſta aqua exſtinguit: accurrite vnanimiter, jugum oſtenſum aut ex parte impoſitum excutite, & vos iterum omnes (quos hac compellatione alloquor) viros veroſquè Germanos præſtate, proquè ſacroſancta Religione fortiter pugnate: vt ſic fiatis tàm juris vniverſi religioſiſſimi, quàm victis hoſtibus aut rebellibus triumphatores magnifici. (i)

(i) prin. proœm. Inſt. jur.

Tunc ſanè adductis antea laudum titulis fulgere: tunc ſingularia omnium ſeculorum exempla præbere, & ad ſeram poſteritatem tranſmittere meritò poteritis. Præſertim quum aliàs Germanos quoque verè Nobiles pronunciet Gloſſa: (k) & illi inter Chriſtianos appellentur Religioſiſſimi, ut Petrus Rauennas teſtatur. (l)

(k) in c. 1. diſt. 34. addite Fel Fabr. li. 1. hiſt. Sueu, c. 7.

(l) part. 1. oper. cōtra Gerh. de Zutphan. 15. inep.

Verùm quidem eſſe deprehendimus nunc, in hiſce diſſenſionibus ac bellis ciuilibus, illud Cornelii Taciti: Germanos non vinci, niſi per Germanos. (m) Sed cùm hoc ſciamus, & ab extero audire cogamur mutare idipſum debemus, & inter arcana Imperii ſublimia referre, quod idem inuitus, at à veritate convictus, inſigni de majoribus noſtris elogio protulit, Neminem impunè Germanis bellum intuliſſe. (n) Imò totus penè terrarum orbis ante per Romanos, gentium Dominos ſubjugari debuit, quàm Germania domaretur. Hæc enim ita reſtituit & reluctata eſt, vt in ea debellanda ducenti & decem anni conſumti, plurimus ſanguis effuſus fuerit.

(m) de morihus Germa. reor. pag. 159.

(n) ciet libr. pag. 460. 461.

Commune bellum nunc & periculum concordiâ esse propulsandum, idem historicus iterumquè monet: (o) & Germanos, si vbique essent concordes, totum orbem posse domare, affirmat Felix Faber Vlmensis monachus. (p)

(o) in vita Agric. c. 29.
(p) d.li.1. hist. Sueuor. c.1.

Circumspicite ergò Proceres eminentissimi, & Vobiscum vniuersi Alemaniæ Principes advigilent, quales quantosquè hostes habeatis, aut intra viscera vestra hospites foveatis. Quod enim Galgacus Britannorum Dux apud eundem Tacitum de Romanis dixit, meliore jure de hisce turbatoribus hodie repetendum esse duco. Quorum superbiam frustrà per obsequium & modestiam effugeris. Soli omnium opes atque inopiam pari affectu concupiscunt auferre, trucidare, rapere falsis nominibus imperium; atque vbi solitudinem faciunt, pacem appellant. (q) Attendite contrà Principes magnanimi, quàm masculè Ariouistus vester [Sueuorum namque Rex in Germania strenuus fuit; & ab eo nomine vulgatam descendere vocem **Ehrenvest/** existimavit Henricus Büntingius (r) Iulio Cæsari monarchæ responderit, & illius legatos referri jusserit: Si ipse Populo Romano non præscriberet, quemadmodum suo jure vteretur; non oportere se à S. P. Q. R. in suo jure impediri. Cum vellet congrederetur; intellecturum, quid invicti Germani, exercitatissimi in armis, qui intra annos quatuordecim tectum non subissent, virtute possent, fatente ipso Cæsare. (s) Ita tunc hostes nostri de nobis senserunt, ita hospites terræ nostræ, literis tunc carentis & propriis laudum præconibus destitutæ (t) de Imperio Theutonico adversantibus prædatoribus passim scripserunt, & ejusmodi consilia

(q) d. lib. c. 30.
(r) in Chron. Brunsvv.
(s) libr.1. de bello Gall apud Lansium de consult. p.m.89.
(t) Henr. Bebelius in epit. lau. Sue. Fel. Fab. d. lib.1.c. 11. p.93.

ſilia nobis poſteris reliquerunt. Quo fit, ut non mirer L. Florum ingeminaſſe tandem, quod hodie repeto ac florentiſſimum ſtatum Reipublicæ voveo: Germaniam vincere vtinam tanti non putaſſent; magis turpiter amiſſa eſt quàm glorioſè acquiſita! (u)

(u) lib. 4. c. 12. juncto lib. 3. c. 10.

Preces quas meas, pro communi ſalute ſincerè effuſas, & omnium ore, gemitibus ac ſuſpiriis comprobatas, DEUS ratas habere, & ἀκοιμήτῳ ſuo oculo res humanas perſpicere & qui pacis author, regnorumquè conditor ac ſervator, clementiſſimè ſecundare velit! Nos verò cuncti

Dum licet, vtamur Fortunæ munere; ſemper
Et nocet & nocuit dilatio longa paratis,

admonitio fuit Guillermi Britonis Armorici, (W) Dum ſcilicet occaſio & virtus adeſt, juxta eundem, (x)

(W) li. 3. Philippidos.
(x) lib. 2. Philipp.

Quæ niſi ſe factis exerceat, arida marcet,
Nec ſe prodit, vbi præſentem non habet hoſtem:
Si verò fuerit exercita creſcit & auget
Fructus ipſa ſuos, quos donat amantibus ipſam.

Proferetis tandem hoc pacto imperii fines aut ad minimum cum capite Veſtro Cæſare auguſtiſſimo conſervabitis. Omnia hæc quoque ſi cum conſiliis ſalutaribus aliis admitterent Germani Proceres, atque exteri hoc prius vel adhuc comperiſſent, quantum eſſemus & bellicis nervis & viris inſtructi, & quanta omnium conſenſione ad depellendos

hostes incumberemus; vix bellum inferrent, aut si intulissent, nullo vel levi negotio ac brachio dissiparetur.

Rem ergò feliciter agite: & Vos imprimis pulcherrimè ad summam communis patriæ, gentisquè gloriam natos, diutissimè cœlestis arbiter custodiat! vt honestissimi desiderii exspectationem, quam apud omnes, aut sanè plerosque de Vobis commovistis, citò certoquè explere possitis.

Hinc vos Rhenus, hinc Tyberis Rhodanusquè, hinc Tigris ac Tmolus Iberusquè, hinc ipse Oceanus & interjacens circumlatensquè Terra victores aut recuperatores animosos accipiet. Gloriam Vestram, fortitudinem, nutus, suspicient sub duro jugo latentes & vicinæ latè gentes; non abnuent vinci, aut denuo regi. Si quo ibitis & rem seriò agetis, ipsa Vos salus feret; quidquid optabitis, DEUS pia vota præveniet.

Atque sic vltimò, quod dixi, de fama non dubitare, Hanc præstabit æternam historiæ genius, quam in gentibus olim longè latequè sparsam, nulla vis, nulla ætas exstinguet. Credite non modò hæc, sed firma mente statuite: cùm quandoque & olitor valde sit oportuna loquutus; & ego non sine causa hæc singularia exempla selegerim, nec absque veneratione animiquè commotione recitaverim: tùm quia ex mente lactei istius Lactantii, homines semper ea maluerint, quàm verba; (y) tùm gravissimi Senecæ exstiterit monitum, facere nimirum illos rem necessariam ac vtilem, qui non contenti exemplis seculi sui, prioris quoque volunt cognoscere. (z)

(y) inf. in tract. meo de molend. q. 11 nu. 153.

(z) libr. 1. controvers. in procem.

Sed

Sed memor ſum, me cum Principibus excelſiſſimis loqui, quos non decet multis ambagibus detinere, & â gravioribus curis ad momentum pene avocare. Habetis ergò, & quidem pro verborum copia diffusè, pro rerum verò gravitate ſuccinctè (Epiſcopi reverendisſimi, Præpoſite ſumme ac Duces celſisſimi) quid me tàm ad ſcribendum, quàm ſub inclyto nomine Veſtro evulgandum hunc librum impulerit.

Quibus nunc finio, ac, quod reliquum eſt, rogo, vt reverendisſima ac illuſtrisſima C.V. tenue & chartaceum hoc munus (humilimâ tamen manu porrectum, & ad publicæ perpetuæquè Memoriæ aram, religioſo affectu depoſitum) benevolâ fronte in tutelam ſuam ſuſcipiat, potenti patrocinio defendat, gratioſâ mente agnoſcat, & me meoſquè ſolidâ clementiâ proſequatur: quò ad optatos ſtudiorum fines, perditisſimo ſeculi hujus ſtatu, tandem perducamur, & Reſpublica literaria plura de nobis ac majora ſperare, ſibi polliceri posſit; quod, devota culmini Veſtro capita, mecum ſupplices contendunt.

VALETE nunc igitur, Epiſcopi Principesquè auguſti, & quamplurimum SALVETE omniumquè bono diutisſimè VIVITE, ac proſperos etiam ſupra vota ſucceſſus VIDETE. Dabam Göttingæ ex Muſæo meo, die XII. menſ. Septemb. Anno CHRISTI ∞.IↃ.CXXIV.

Reverendiſſimæ ac Illuſtriſſimæ V. Celſ. vel priſca Solduriorum lege devotiſſimus.

JOHANNES HERINGIUS
Oldenburg. J.U.C.

TRACTATUS

De

MOLENDINIS, EORVMQVE JURE

PROOEMIVM.

1. Præfationes præmittere so'emus.

SOlent plerumque omnes, qui † materiam aliquam tractandam suscipiunt, in initio utilitatem & usum ejusdem frequentem summis laudibus extollere ac prædicare, quemadmodum præter novitios etiam apud veteres Jurisconsultos in *lib. 1. D. in integ. restitut. lib. 1. D. de orig. iu. lib. 1. D. de exercit.* & alibi videre licet: non ignorantes, illum in † iis mentem suam pleniùs explicare, contra momos firmiter munire, nonnullaq; speciali, seu seperato loco meliùs detegere; & insuper eum omne tulisse punctum, qui non solùm miscuit vtile dulci, juxta Justinianum Imp. *in Proœm. Instit. § cumq; hoc 3.* verùm etiam rei alicujus finem (qui agenti injiciat desiderium & amorem) intelligit, aliisquè ostendere novit. Nam quæcumque ordinem in se habent, præludia etiam continent, & plerumque præfationes demonstrationis, imò finalis causæ vim ostendunt, authore post cæteros Jacobutio de Franchis *prælud. in vsus feud. cap. 1. num. 1. & 2.* adeò ut qui suorum factorum rectos fines ipsimet ignorant, argutè ab illustri Scaligero cum asinis comparentur, qui triticum ad molas ferunt, atq; jugum molæ trusatilis ligati, molam

2. Ratio istius moris breviter indicata & accommodata.

lam quidem verſant, ſed molam cognitam non habent, *exercit. 249. & exerc. 359. ſect. 11.* atque vt habere non poſſint, horum jumentorum oculi, quæ piſtrino deſerviunt, velari ſolent; ut hoc ignorantes officium exſequantur, dicente Ludovico Granatenſi perdocto in Hiſpania quondam viro *in concion. de tempore domin. 1. poſt. oct. conc. 2. pag. mihi p. 226.* poſt Apulejum *inf. quæſt. 5. n. 16.* adde Franc. Munnoz de Eſcobar *tract. de ratioci. adminiſt. c. 1. n. 1. & ſeqq.* Tales hi ſunt, qui neſcio quib. præpetidi reb. ignorant, vt veterum vox erat, CUI BONO? Nam

Omne opus ob finem, ratio niſi deſit, agenti
Sumatur; ——

inquit Marcellus Palingenius *in gemin. zod. vit. poſt. princ.* Ne ergò & fine & labore meipſum fruſtrarer, cum † Procemium ſit dictum quaſi primus libri ornatus, & quælibet ſcriptura eò decorari debeat, vt cenſet Rolandinus Rodolphinus *in ſumma Artis Notar. pag. 8.* idcircò quædam præfanda, pleraquè autem præmunienda ac præmonenda omninò neceſſarium duxi. Sed à quo inciperem, etſi non ignorabam, vicit tamen præ cæteris obſtinata zoilorum voluntas aut ſæculi perverſitas: vt cum bono DEO & religioſo VOTO abſolvam potiſſimùm ea tàm meis quàm aliorum verbis, quæ † hujus loci velut propria, ipſum magis tractatum & authorem concernunt. Obverſatur enim menti (quum rari ſint qui philoſophantur, *l. ſi duas 6. §. 7. D. de excuſ. tut.*) adhuc ibidem à me expoſitum & expolitum illud enunciatum: Juriſprudentiam noſtram eſſe veram Philoſophiam, *l. 1. §. 1. D. de juſt. & ju.* cujus nulla laudabilior pars eſt quàm agere negotium publicum, cognoſcere, judicare, promovere ac exercere juſtitiam, quæquè Philoſophi docent in vſu habere, dicente Plin. *in epiſt.* Omnia tamen cum magna veneratione peragenda, & cum apparatu quodam minimè contemnendo. Hinc præter laudatos docet Joſephus de Ruſticis, tùm maximè aliquid eſſe præfandum, cum de fructuoſa, notabili & primariæ notæ materia adornanda tractatur, *in tr. de liber. in condit. poſit. in proœm.* Et quamvis ex ipſo libri contextu, ſagaci lectori perſpicuus eſſe poſſit ſcopus, ac animus meus; accedentibus Phanucci verbis, in ejuſdem calcei poſitis: attamen ſpeciali declaratione nonnulla ſuperſunt à me jam exponenda, quibus rationibus

3. Proœm. vnde dictum, & quando ſit adhibendum.

4. Thema ipſum, de quonam hic acturus ſim, & vlteriùs quid præfationib. ſubnectitur.

bus commotus id opus aliis commendaverim, taleque onus in me susceperim; cùm non tàm intersit, quo animo scribatur, quàm quo accipiatur, Cicerone arbitro, *lib.6. epist. fa. 7.* Ubi hoc monuisse sat est, mihi propositum non esse, hac præfatione excusare, quod secus, aut modestiæ concellos egredi & prædicare, quod nimis sedulò aliquid fecerim. Non enim est, ut simile quidpiam, vel suspensionem hederæ vino vendibili à me inpræsentiarum quis anxiè expetat, vel exspectet. In eo vtique † non decipior, nec decipio, vt maximè hæc præsens tractatio cuiquam primâ fronte jejuna & sterilis videri queat; in recessu tamen eam multa habere, quæ & delectare, & simul prodesse possint: adeò vt Joh. Fran. à Ripa *in l. quo nim. 2. in pr. D. de flum,* dicat, Tractatum fluminum & aquarum amplissimum ac utilissimum esse; maximè (quod declaro) ob concurrentes alias in causis gravissimis subortas quæstiones, quæ de statu personarum vario, de differentiis rerum, deque jurisdictione, regalibus, servitutibus, bellis, locis publicis privatisquè, fluminibus, littoribus, ripis, prædiis, præscriptionibus, statutis, privilegiis, magistratuum edictis ac potestate, homagiis subditorum & oneribus, de contractibus item, delictis & rebus aliis cum fructu vberrimo ab Interpretibus concipiuntur. Eò etiam pertinent, quæ in terminis, sive in specie de moletrinis scribunt Argentræus & Bocerus *inf. quæst. 9. num. 66.* Joh. Petri de Ferrariis quoque admonitio ad juvenes huc spectat, vt observent & advertant diligenter, quotidianam & practicabilem esse materiam servitutis aquæductus, *in pract. form lib. l. in act. conf. de servit advert. servitus aq. ad molend. num. 1. pag. mihi 264.* Molendinorum quoque vsum esse frequentissimum, & idcirco appositè se de iis suscitari ait Joh. Bapt. Costa *in tract. de rat. ratæ quæst. 7. num. 1.* Petrus Gregorius Tholozanus verò scribere non est veritus, tractationem de Molendinis aquaticis pecuniosam esse, *in syntag. iu. univ. part. 1. lib. 1. cap. 4. num. 5.* Veluti vniversam Feudorum (ad quæ illa species communiter refertur) materiam esse lucrosam & simul subtilem perhibet. Nicol. Boerius *decis. 211. num. 1.* Quod illorum & quorundam Doctorculorum gratiâ insero, qui vota verumquè finem studiorum anticipant, & quibus semper ex re qualibet odor est gratissimus (ceu Vespasianum Imp. ex lotio vectigal poscentem dixisse ferunt) quiq; hoc vulgatum detortumq; in ore ac more libenter habent:

5\. Prolepsis authoris, de materiæ amplitudine & utilitate.

bent: Leges neminem sincerè in paupertate vivere, neq; in anxietate mori, *ex Novel. 1.* de quibus satis superquè in dicti epimetri frontispicio egi.

Hic verò monendum † etsi Molendinorum materia, vt dici solet, etiam ante hæc tempora à præclarissimis juris nostri Interpretibus est exculta; nimirum à Bar. Jasone, Alexan. Ripa & aliis antiquioribus & recentioribus *in d. l. quo minus. D. de flum.* Baldo *in l. lapilli. D. de rer. divis.* Doctoribus communiter *in l. si manifeste. & in l. si aquam C. de servitut. juncto § flumina. Instit. de rer. divis.* (vbi inprimis Rodolphus Schraderus est legendus, quem copiosissimè totum ibi jus molendinorum persequutum fuisse, sequè de hac materia vberiorem tractationem à quovis susceptam non vidisse, ait Joach. Scheplitz *ad consuet. March. Brand. part. 4. titul. 23. num. 1. & 6.*) Feudistis *in c. vn. quæ sint regal.* Joh. Bertachino *in repertorio. verb. molend.* Barth. Cæpolia *ad l. inter publica. D. de verb. sign.* Alexandro *consil. 108. part. 2. & in cons. 173. juncto cons. 197.* Pract. Ferrarien. *in d. forma lib. 2. act. conf. verb. servit. aq. ipsi molend.* Horat. Carpano *ad statuta Mediol. part. 2. cap. 240.* Ren. Choppino *ad leges And. lib. 1. cap. 14. cum seqq.* Bert. d'Angentre, *in comment. ad consuet. Britan. tit. 17. per tot.* And. Knichen *de subl. territ. in c. 4. num. 306. & seqq. deque vestitut. paction. partic. 2. cap. 4. num. 39. cum reliq.* Thom. Dempstero a Muresck Scoto *in paralip. ad Joh. Rosin. lib. 1. antiq. Roman. cap. 14. pag. mihi 86. 87.* & Henrico Salmuth. *in notis ad nova reperta Panc. lib. 2. tit. 22.* ne reliquorum deinceps allegandorum nunc aliquem syllabum sive conspectum exhibeam: Quia tamen † non eo fortè modo, non ea etiam perspicuitate docuerunt & scripserunt, quâ vtiq; debuissent; non spero mihi vitio verti posse, maximè cum laus sit publica, si eandem materiam (cujus favor publicus est, vt notant Bartolus & Scribentes *in d. l. quo minus. 2.* postquè eos Carpanus *dict. part. 2. cap. 241. in principio.*) sparsim & frustulatim apud varios Juris Interpretes tactam, non tàm rei tractandæ facilitate, vel ingenii confidentia, quàm studio juvandi rem literariam publicam, aliquantò commodiore Methodo compendiosius pleniusquè vno ductu pertractem; ac majoribus nostris viam monstrantibus, quæ apud alios quandoq; latiùs diffusa, dispersa & involuta sunt, quàm vt breviter cognosci possint, omni cura seligam; eoquè ipso aliis inde documenta sumere vo-

6. Catalog. brevis præcipuorum, qui de hac materia vno vel sejuncto loco scripserunt.

7. Translatio ad propositum & discrimen tractatuum.

 lentibus

lentibus longæ inquisitionis laborem abbreviem: adjectis etiam quam multis ex Germaniæ aliarumq; Provinciarum praxi & Neotericis scriptoribus desumptis observationibus, quæ fortassis hactenus non cuilibet Studiosorum juris innotuerunt, sed (absit à verbis invidia aut injuria) partim à parente meo Antonio Heringio J. U. L. paulò ante immaturum obitum inceptæ & non sine vigiliis & labore inter negotia ordinaria sunt conquisitæ; à me verò illustratæ & locupletiores redditæ, adquè finem perductæ. Mandare enim quemque literis cogitationes suas, qui eas nec disponere, nec illustrare possit, nec delectatione aliqua allicere lectorem, hominis esse intemperanter abutentis, & otio & literis, judicat Tullius *lib. 1. Tuscul. quæst.*

8. Causæ impellentes ac depellentes

Haud sanè diffiteor, ab † vtraque parte exstitisse, seu animum meum circumstetisse plurima, quæ eum diu natantem modo retrahebant: pleraque tamen pervicerunt, vt nonnullorum vtilitati, præcipuorum mihiquè faventium exhortationi, ac propriis quoque rationibus tandem aliquando locum concederem; satius fore judicans, pauca edere, quàm nulla: dum nec ego is eram, qui mea penes me deperire malim, quàm penes alios vivere.

Tales nimirum causas habui, & maximè privatas, publicè hic non detegendas: quæ quidem eatenùs me ferè coegerunt, vt neque negotii magnitudo incredibilis deterrere animum, neque ingenii mei tenuitas avocare eundem ab incepto, hoc valuerit; non obstante quoq; calumniantium iniquitate, cùm adeò invisa vt plurimum virtus hodie sit, vt abscosa pariter & illustris pro crimine habeatur, nullaquè tàm modesta felicitas exoriatur, quæ malignos dentes evitare possit.

9. Parés insuper author fuit, filius auctor; cum adjuncta excusatione.

Fundamentum ergò † huius structuræ parentem meum jecisse antea meritò fassus sum; etiam à me hactenus istas lucubrationes velut tabulas ex naufragio esse servatas, auctas, transpositas, tandemquè variis auspiciis ad finem perductas. Utrumque rectè factum auguror, adeo vt Claudius Nero ad milites hæc olim pronunciarit: SEMPER QUICQUID ADJECTUM SIT, ID REM TOTAM VIDERI TRAXISSE; quod Justinianus noster approbavit *in tit. C. de vet. iu. enuclean. l. 1. § 6. in fi.* Si quid interea tamen à me minùs rectè posi-

ctè positum, aut expositum, aliis causis id indubiè adscribendum erit, quibus admissis publicè hanc concipio sponsionem, & facio cum cornicula ista:

EST quæ non potuit dicere, dixit ERIT.

Atq; ideò licèt genitor meus filiali honestaq; memoriâ prosequendus, decem vix hujus tractatûs quæstiones affectas reliquerit; reliquarum verò contenta, imò ipsas rubricas, earumquè seriem iniquo fato penitus ignorarem, vt sic doctorum virorum aspectum, multò magis severiorem censuram ægrè etiamnum sustinere queant: ne tamen fætus ipse prima statim luce periret, nevè genitoris mei fama sic peritus ipse prima statim luce periret, nevè genitoris mei fama sic peri- clitaretur, malui potiùs omnem culpam in me transferre, nomenq; meũ libro prȩfigere, quò lectores humanissimi viderent, cuncta ferè à juvene, non viro profecta esse; neq; etiam ideo & ita evulgata haberi, vt genium ingeniumq; primi authoris seu inceptoris in omnibus & per omnia redolerent (quod quàm longè absit, ex vtriusque tractatûs collatione liquidò innotescit) sed tantùm susceptoris & continuatoris manus limamq; exprimeret primam, non ultimam, quod jus auctor solenni protestatione sibi reservat, in his periculum faciens & ansam præbens cæteris elimatiora moliendi.

Quocirca quantùm mihi initio hujus argumenti gravitas timoris attulit, ne inconsultæ fortassis audaciæ notam incurrerem, tantùm præter reliqua ademit erga Patris nomen pietas & scripti novitas, à nullo dum vel ita ex professo in vnum congesti; bona iterum spe veniæ πρωτοπείρῳ sive primùm experiunti impetrandæ

Attexit me † porrò ad hoc laboris suscipiendum partim materiæ præsentis frequentia, quæ vtplurimum rem commendare solet, *l. in pr. D. de divers. temp. præs. l. iusto. 44. post princ. D. de vsucap. l. cum non. 8. in pr. C. de bon. quæ lib Cagnolus num. 1. in l. 1. D. de inoff. testam. & in l. 2. pr. C. de pact. int. emt. & vend.* quæque facit, vt quotidiana habeantur pro necessariis, & vis eorum in usu tali consistant, *l. 1. D. ad exhib. § quæ omnia. 6. instit. de satisdat l. 1. in pr. D. de suspect. tut. l. 1. in pr. D. de appell.* ac ideo quæ ad hæc spectant, pleniùs planiusq; sint attingenda, *l. legavi. 25. in pr. D. de lib. leg.*

10. Aliud irritamentũ, argumenti frequẽtia.

11. Dum docemus, discimus

Partim etiam † consilium Evagoræ, existimantis: ἐκ τοῦ λέγειν τὸ λέγειν ποιεῖσθαι, ac Senecæ dicentis: Homines, dum docent, discunt *lib. 1. epist. 7.* Quod imitatus est noster Accursius (quem amor studiorum eò perduxit, vt cum jam quadragenarium Iurisprudentiæ operam dare cœpisse, insignia post in eadem præstitisse, authores commemorent; etiamsi illum Cujacius vocare audeat Semijuris consultum *lib. 4. obs. 3.*) *in l. 1. Cod. de excusat. artif. lib. 10.* ita scribens.

Discere si quæras, doceas sic ipse doceris,
Nam studio tali tibi proficis atque sodali.

12. Laus cõmunis & honesta, ex incultis speciosa reddere, cum similibus.

Quippe plurimum † laudis sibi quis insuper acquirit, si ea culta & perfecta (quatenus id cujusque materiæ & personæ conditio permittit) reddiderit, quæ ab aliis initiata & imperfecta resederunt, *l. vlt. C. de operib. publ.* Quò etiam manu quasi nos ducit Seneca, inquiens: *Veneror inventa sapientiæ, inventoresq; adire tanquam multorum hæreditatem iuvat, mihi ista acquisita, mihi laborata sunt. Sed agamus bonum patremfamilias, faciamus ampliora, quæ accepimus, major ista hæreditas à me ad posteros transeat, multum adhuc restat operis, multumquè restabit, nec vlli nato post mille sæcula præcludetur, occasio aliquid adhuc adiiciendi, epist. 64.* Utile enim est de ijsdem quæstionibus plures à pluribus fieri libros; diverso stylo, non diversa fide, ait Beatus Augustinus *libro primo de Trinit. cap. tertio.* Imò licet ampla quædam mihi non obvenisset rei literariæ (cujus variam fortunam, & sæpe iniquas manus expertus sum) hæreditas, nec quidem exstitisset: attamen χρὴ τοὺς εὐφρονοῦντας καὶ διαφέροντας ἐκείνοις ἐπιχειρεῖν, οἷς μηδεὶς ἂν ἄλλος ἐπιχειρήσειε, *hoc est, decet viros prudentes & alios excellentes ea aggredi & suscipere, quæ non alius conatus est,* Isocratis consilium alicubi exstat. Quod tamen de aliis potius ingenuè profero, quàm vt comtis logis mihi meisquè tale aliquid tribuam, & in solennibus excusationibus effugium quæram: cum Studiosi, sive Jurisconsulti (qui isto etiam titulo sunt insigniti *in l. 1. D. de offic. assess. l. 9. § 1. D. de pæn. l. 4. D. de ext. cognit.*) humiliter loqui debeant, fatente Bartolo *in l. 1. num. 1. D. de excusat. tut.*

13. Causa festinationis aliavt liber ederetur, Plagiariorum iniquitas.

Demum cur † negotium hoc maturaverim ac foras opus tale produxerim, ex adductis, & ijs, quæ penes me adhuc latent causis perspicitur.

citur. Præter eas justo metu tenebar, ne mihi lucubrationes ejusmodi in itinere faciendo exciderent; quod turbulentis hisce temporibus facilè contingere poterat, quibus literatorum cohors sedes subinde mutare, & alias sæpe quærere cogitur. Non sanè bello tantùm, sed alta quoque in pace plagium istud literarium committitur, & subtrahitur alterius scriptum, quod non sine difficultate comportavit. Quare nunc pariter cum Jano Parrhasio & Conrado Dinnero, eruditissimis viris, fateri cogor: Non est dicentibus hodie (ne nobis blandiamur) non est, Horatio aliàs bene monenti parêre, scriptaq; vel in paucos menses, nedum (quod illi placet) in annos novem comprimere, nisi laboris sui fructu fraudari quis velit. Adsunt enim ignavissimi quidam fuci, qui favis mellificationibusq; alienis insidiantur, & quæ multo longoq; studio comperta sunt ab aliis, pro suis imprudentissimè ostentant *&c. Dinn. in epist. dedic. Epith. Græc.*

14. Fascicul. & causæ reliquorum adversus calumniantiũ morsus & senilis ætatis incõmoda.

Reliqua † obstacula, ex temeritate, inscitiâ, ignaviâ, invidiâ & calumniâ vt plurimum prognata, adversariorum è manibus facilè extorquere possum: consideratis longè pluribus rationibus, atq; insuper amicorum crebris interpellationibus, quas cuncti inter probabiles causas referre consueverunt. Præterea quoq; Isocratis vox alicubi exstat: Νῦν ἄντι καὶ ἀποδέξαιο ἔργον, ἕως νέος ἦς ἡλικίην, αὐξανομένῳ γὰρ τῷ σώματι συναύξονται καὶ αἱ φρένες: γηράσκοντι συγγηράσκουσι, καὶ εἰς τὰ πράγματα πάντα ἀπαμβλύνεται: *hoc est, nunc aliquod facinus edere poßis, cum juvenis es. Nam vna cum crescente corpore crescit etiam mens, cum senescente senescit, & ad res omnes obtunditur.*

Quare juvenilis ardor hoc scriptum emisit, ac ætas ipsa pro me interpellans suo quasi jure id visa fuit exigere, in qua virent genua, vigentq; genius & ingenium; quod alias satis obtusum est, ut hisce indagandæ veritatis profundè latentis molestiis nequeat sufficere, & studia simul soleat accurata commentariorum efformatio distrahere. Adeò ut præsumptio sit, quod Scholaris, qui excesserit XXV. annum, non bene addiscat, teste Bartolo *in l. 1. num. 3. D. de dignit. lib. 12.* & Baldo *ad l. 1. D. de his, qui æta. se excus. lib. 10.* atque ideo quærat Strepsiades apud Aristophanem *in Nub. act. 1. sc. 2.*

Πῶς

Πῶς οὖν γέρων ὢν κἀπιλήσμων, καὶ βραδὺς
Λόγων ἀκριβῶν σκινδαλμοὺς μαθήσομαι.

id est:

At cum sim obliviosus & tardus senex,
Quomodo subtiliores discam literas?

Relictis nunc ejusmodi hominibus & editionis rationibus, rem vlterius ipsam aggrediar; & quod restat de tractationis modo absolvam. De † libri namq; ἐπιγραφῇ ut obiter quædam adspergam, necessum fuit; viam monstrante post Gellium *lib. 20. noct. Atti. c. 10.* & antiquos alios Ant. Tessauro *in præf. suar. decis. n. 1. cum seqq.* TRACTATUM proscripsi, exemplo quotidiano & sensu vsitato: quamvis non ignorem, Interpretes vocem facere ambiguam, inquè re alia etiam vsurpare, ceu indicat Paulus de Citadinis *tract. de jure patron. in princ.* & tractatum quoque locum communem, longè lateq; patentem ita ex Isidoro & Accursio describere Ant. Contium *lib. 2. lect. subsecis. cap. 15.* Jac. Cujacium *in princ. tract. ad Africanum*, sive juxta eundem tractare idem esse, quod disputare, *tract. ad Papinian. lib. 1. respons. in princ.*

15. A generalibus ad specialia fit transitus: vbi primo de rubrica operis & voce tractatus.

Feci deinde titulum † SINGULAREM; non ea significatione, qua jus singulare dicitur *lib. 16. D. de leg. l. 15. D. de reb. cred.* aut quasi ex transmarina (quod dicitur) scientia prognatas, vel maximè notabiles, singularesquè observationes, ac novas opiniones (vnde Doctorum Singularia profluxerunt) contineat: sed pro speciali & particulari scripto, seu de vno singulariquè argumento composita tractatione. Idquè ex more inprimis veterum feci, dum huiusmodi libros tali inscriptione ornarunt. Sic legimus Paulum scripsisse librum singularem ad L. Fusiam Caniniam *in l. 215. de V. S.* eundem de cognitionibus, tacitis fideicommissis, ad Senatusconsultum Orphitianum & Tertyllianum *in l. 229. cum seqq. eod. tit.* Pomponium quoq; librum singularem Enchiridij composuisse discimus *ex l. 239. d. tit.* & Q. Mutium Scævolam librum singularem ὅρων *lib. 241. eodem.* Imò eundem Paulum de Jure isto singulari, aliosquè de certis causis casibus compilatos codices habuisse, aliunde novimus. Eodem modo Aulus Ofilius libros de jure civili plurimos, & qui omnem partem operis fundarent, reliquit:

16. Cur singularis inscriptus.

nam de legibus Vicensiniæ primus conscripsit, idem de jurisdictione ad edictum Prætoris diligenter composuit, teste Pomponio *in lib. 2. §. ab hoc. 44. D. de orig. iu.* qui etiam Appium Claudium dicit Actiones præscripsisse, & librum singularem de usurpationibus primùm confecisse, qui tamen non extet amplius *d. l. 2. §. post hunc 36.* Quò refero solenne istud Ulpiani responsum: Ea quæ notabiliter fiunt aut dicuntur, nisi specialiter notentur, videri quasi neglecta, *l. item apud 15. §. hoc edictum 26. D. de in iur.* Placuit ergò mihi eâdem formâ ac libertate inpræsentiarum hunc fœtum tali nomine edito emittere aut veriùs præmittere. Per me licet appellent etiam librum Quæstionum (in quo tractatu, superiori intellectu disputo; potissimùm quia Dn. parens ita eum inceperat, cujus manes turbare vel manus submovere nolui) & quidem publicè sivè privatim tractatarum, qualem Cerbidius Scævola composuit: vel nuncupent librum de enucleatis casibus, qua inscriptione suum opus Herennius Modestinus decoravit; quem disputando ac notando quotidie profecisse, omniaquè bene & optima ratione tunc demum decrevisse legimus *in lib. fin. §. mixta 26. D. de muneribus & honoribus.*

Explicavi proinde † vocem Latinam aptâ & compositâ dictione Germanicâ Mühlrecht/ quæ reperitur *in Gloss.* Lehenr. *cap. 11. num. 9. in pr.* pari analogia ac dicimus Hoffrecht / Landrecht / Lehenrecht / Sachsenrecht / Gastrecht / Burgrecht / Meyerrecht / Wasserrecht / Förstrecht / & similes voces, quæ frequenti usu & communi placito invaluerunt.

17. Vox cōposita Mahlrecht.

MANTISSAM † quoque rerum adfinium & notarum adjunxi, vel ejus mentionem simul feci; quod spero factum esse cum lectoris fructu aut delectatione, uti etiam juxta aliorum exempla, qui sæpe solent ad calcem vel alium peculiarem locum rejicere, quæ alias ordinem seu tractationem ipsam turbarent & obscurarent.

18. Mātissæ causa.

Deniq; † spospondi (quod ita crebrò etiam usurpatum & magis analogum est hujus verbi præteritum) me singula aut pleraque tàm ex bonæ notæ authoris, quàm præcipuè ex JURE PUBLICO AC PRIVATO velle illustrare, decidere ac confirmare. Antiqua itidem & necessaria consuetudine, ut pluribus demonstrarunt Germ. Cusinius *in descript.*

19. Cur ex jure publico & privato hæc selecta fuerint.

in descript. iu. vtr. Joh. Bacquett *d. droict du dumayne de la courone de Franc. cap. 1. tom. 1.* Ren. Choppinus, Bertr. d'Argentre, And. Knichen *paßim in operib.* Arn. Clapmarius *lib. 4. de arcan. rerumpubl. cap. 1.* Christoph. Besoldus *in templ. iust.* & Rutg. Rulandus *in praef. corporis tract. iu. publ. & polit.* Quid multis? jus nostrum in publicum & privatum dividi, statim ex frontispicio templi istius justitiae Romanae ita notum est, vt prima elementa addiscentes id haud lateat: vsum verò ipsum plerique obscurant & sive ἀπ᾽ ὄνȣ sive ἀπὸ νȣ̃ delapsi nescio quid sibi somniant. Unde juris publici tractationem hodie non quidem ab Aula, sed à Schola & Foro recessisse solidioris eruditionis viri cōqueruntur; cum tamen in illo contemtores si non omnia, at hercle majora reperirent, quàm exoptant aut sperant. Sive enim bonum ipsum considerent (adeo ut jus privatum ad faciendum virum bonū nil pertinere credat Leonh. Aretinus *lib. 6. epist. pag. 255.*) maximum hîc latere bonum exploratum est: sive dignitatem, digniora publica privatis: seu frequentem usum & exercitium necessarium (maximè in Caesaris & Principum aulis, Cameraquè Imperiali, quae horum tractationi sollicitè incumbunt) nihil hîc cedit publicum priuato: sive utilitatem & lucrum proveniens, certissimum est hîc exspectari & haberi maximum; cum vt plurimum non de vna aliqua parte agelli, sed de integro statu, magna alicujus portione, de regalibus, de jurisdictione ac toto jure magistratuum in subditos controversiae subinde gravissimae suboriantur: sive difficultatem tractationis (quae postea pulchritudinem efficit) vix quid difficilius aut intricatius: sive denique, quod ad authoritatem apud magnates conciliandam facit, nihil hoc prius aut certius; cum si talis facultas, quae patefacit viam ad Regum consilia celsissima, & ad Ecclesiae sacerdotia maxima, dicente Melchiore de la Cerda *vol. 1 campi elog. pag. 6.* Sed, exceptis privatis studiis, proh dolor! vbinam juvenibus haec occasio vel gratis vel mercede interveniente jam conceditur? quibusnam in Academiis, ne dicam Scholis talia publicè & genuinè explicantur? Ita est, recessit nivea illa Diva à nobis eo tempore, quo maximè eâdem nobis necessum fuisset: Iurisprudētia hodie putatur in stillicidiis & cautionib⁹ seu cautelis sutelisquè, in glande legenda & aqua pluviali arcendâ, in quadrupede servanda, ne pauperiem faciat, in manumissionib⁹ & emancipationibus, inq; partu an-

cillae

cillæ & servorum libertinorumq; statu discernendo, & aliis nunc inutilibus aut ignobilibus causis tantùm consistere; quibus & similibus jus civile Romanum scatet, aut illi potius circa id nimis sunt occupati: ne dicam de legibus ipsius Iustiniani tempore antiquatis & postea correctis, abrogatis, repetitis tamen & contrariis; quas Lotharium denuò in lucem & vsum reducendo malè egisse, multi egregii viri circa perplexum mutilumquè hodie processum versantes vltrò fatentur & arbitrantur.

Sed quò dilabor? Alterum superest, in quo me defendam, cur tam † plurima ex BONÆ NOTÆ AUTHORIBUS aliis in medium produxerim testimonia, & tractatui inseruerim. Breviter; Livorem, cui nunquam deerit calumnia, contemnendum censeo, non refutandum: Inscitia hîc sciat, omnia facere ad intellectum legum & ipsorum authorum omnesq; bonas artes sororio quasi vinculo (vt Cicero est author *in orat pro Arch.*) & cognatione quadam inter se contineri; tantumquè abesse, vt vnius alicujus scientia, alterius aditum præcludat, aut eludat, vt aperiat potius & patefaciat. Disciplinæ enim est, cum Ancillis primùm conversari, qui ad Dominas affectant viam: qui secùs faciunt, sacras illas scientias illotis (vt dicitur) manibus & insalutatis Musis castissimis, non tàm tractant, quàm pollunnt, vt infrà mantissa copiosius persequor, & ante me id præstitit Franciscus Heringius Med. Londin. *in præf. suor. pœmat.* Sed & sicut Lupini per se amari aquâ perfusi dulcescunt: sic tetrica ista legum, à mixtione & temperie Historiarum, aliorumq; Scriptorum, qui ex Sapientiæ & Prudentiæ libris sua hauserunt, mitigantur juxta Lipsium *cent. 2. ad Belg. epist. 39.* Besoldum *lib. 1. polit. cap. 12. pag. mihi 424.* Accedit, quòd in eo patris mei vestigia sequor, imò legere ea prope cogor; qui istis philologicis delitiis apprimè deditus fuit: nec ego incepta ab ipso eodem modo pertexere potuissem, nî simul has literas amicè combinassem. Peritia namq; multarum rerum investigatione, producitur. Siquidem Jurisperitus non solùm vniversum jus civile (hoc enim necesse imprimis est) verumetiam Philosophiam, præsertim moralem, artes Dialecticas, Oratoriam, & vel maximè Latinæ linguæ proprietatem, perspecta habere debet & cognita; quod cum in plurimis & pristinâ &

20. Testimoniis authorũ an rectè illustrata vel comprobata sint?

noſtrâ ætate viris, alioqui non indoctis deſideretur, viderint ipſi, ſi fortè parùm ex juſto, Juriſperiti ſint appellati, manente optimo ac diſſertiſſimo Germaniæ Doctore Vdalrico Zaſio *in comment. ad lib. 2. §.poſt originem. verb. jurſperitis num.3. D. de orig. iu.*

21. Authoris ſeu tractationis ipſius civilis defenſio.

Si ergò † hæc deſiderantur, atq; etiam ſummi antiquitatis Proceres diſcendi cupiditate, licet alterum pedem in tumulo haberent, ſolam vivendi rationem optimam elegerunt *lib. apud.20.D. de fideic.libert.* nec turpe ſibi duxerunt, labi aliquando & errare in eâ ipsâ arte, quam profeſſi ſunt, & in quâ ad miraculum vsq; præcelluerunt: ignoſcent, ſpero, mihi præſertim æqui rerum æſtimatores (iniquos nihil miror, neq; moror) ſi amœniſſimos iſtos poëtarum, hiſtoricorum, politicorum, juriſperitorum, & uno verbo Philologorum campos, ceu φιλόμυσος καὶ φιλονόμος aliquis animi causâ divertens, omnes viarum anfractus, mæandros, angiportus & diverticula non penitus cognoverim, nec adhuc tempore ipſo excluſus pernoſcam. Ob hanc cauſam non tàm Practicis iſta exhibui, quàm alijs etiam politioris literaturæ viris, meiq; ſimilibus juris Studioſis, quibus nondum integrè innotuit hoc de molendinis argumentum: pariter ac idem pro nullo alio ſcripto agnoſco, quàm pro privato, in nullis præjudicium emiſſo, vt pro lege aut ratione obſervaretur, quod impetrare mihi nec poſsibile, nec modeſtiæ conveniens eſt. Cæterùm huius propoſiti mei metam non potuiſſe me faciliùs attingere arbitrabar, quàm ſi diſtinctis quæſtionibus, ſive capitibus (ita tamen, ne bos Homolottorum fieret) totam materiam de molendinis eorumq; jure pertractandam ſuſciperem: eâ enim ratione me nec lectorem oneraturum, neq; etiam quidquam prætermiſſurum confido, quod ad exornationem hujus loci communis longè lateq; patentis (prout aliquos Tractatum delineare dixi) quiſpiam deſiderare queat. De molendinis, inquam, non tantùm ipſis, ſed de jure eorundem diſcurſus inſtitutam. Vt enim jura ſunt coquendi, torculandi, piſcandi, aucupandi, venandi,&c. ceu fusè deducit laudatus ille Paulus Cittadinus (præceptor Vdalrici Zaſij, ut ipſe diſcipulus gloriatur *in §. fuerat. num.3. Inſt. de action.*) *in d. tract. de jure patron. part. 1.* ita etiam ſunt JURA MOLENDINORUM, deinceps evidentius recenſenda, quæ vel lege vel pacto, vel conſuetudine,

dine, temporis præſcriptione, vel hominis licitâ diſpoſitione; putà contractu, privilegio, inveſtiturâ aut aliis modis competunt; præterea in molarum vel exſtructione, vel manutentione vel deſtructione conſiſtunt, juxta Gloſſam generalem *in cap. conſtitutos extr. de relig domibus.* More quidem meo ideam præſentis tractatûs in TABULAM priùs redegi; ſed poſtea ζητήματα pleniùs concepta ordine ſuo collocavi. Cum enim magis veritas occultâ fide, quàm per aures hominum inſigatur: ideo manifeſtiora reddere cupiens vniverſa, tali ſchematiſmo ea includere ac præmittere malui quatenus poſsint & auribus & oculorum inſpectione lectores perfectam hujus arbirtarii ordinis ſeriem ſeu doctrinam adipiſci, Juſtiniani Jmp ſuaſu *in §. ſed cum 9. Inſtit, de grad. cognat.* Is enim, qui non procedit ordine, dicitur frenare ſuum equum per caudam à Lancelloto *in l. nemo poteſt. colum.5. D. de leg. 1.* Præterea nec moroſos ac rigidos Catones curo, qui Sales aut honeſtos ne quidem JOCOS ferre poſſunt, quos per occaſionem quoque ſuo loco ſeriis immiſcui; ad imitationem aliorum, & nominatim Ant. Teſſauri *deciſ.229. num.6. & 7.* ac Otton. Melandri Juriſconſultorum *in jocoſer. lib.*

22. Allegatio authorũ, quę qualis&quomodo accipiẽda.

Eodem pacto † non pœnitet me in hoc onere & opere eam CITANDORUM AUTHORUM curam ſuſcepiſſe. Meum enim eſt, ſeculi vnius & alterius inveteratum approbatumq; à tot viris morem ſequi, ingenuè ſine fuco aut plagio fateri, per quos profecerim; quorum Doctorum doctiorumq; ſententias, in hóc ſtudio ſtadioq; verſantem tamdiu oportet non floccipendere, quamdiu ætas, graviorum ſtudiorum maturitas, firmior vſus, magis accuratam judicium ac eruditio ſolidior nondum advenit. Satiùs enim eſſe, ex variis prudentiæ authoribus optima quæque congerere, quàm propriæ induſtriæ viribus excogitata periculosè proferre prudens ſtatuit antiquitas. Et excuſabit, credo, me, cùm communis aſſertio quorundam, quòd oculi plus videant, quàm oculus; tùm exemplum magni iſtius Lipſij (quem in alio negotio ſequuti fuerunt Steneslaus Reſcius & noviſſimè Theodoſius Berenicus) præclarè teſſellatum ſuum Politicorum opus, ex diverſis authorum ſententiis ac quaſi centonibus texentis; tùm denique ea ratio, quod Euripide monente.

 λόγος

——λόγος ἐκ τ' ἀδοξούντων ἰὼν,
Κἀκ τῶν δοκούντων αὐτὸς, οὐ ταυτὸν σθένει.
Hoc eſt; *Ab obſcuris profecta oratio*
Et à probatis eadem, non idem valet.

Præcipuè autem carebit vituperio is, qui antiquos Doctores & novitios ſeu modernos conjungit, vt innuunt Ludo. Rom. *ſing. 87. num. 2. ſing. 142. num. 2.* Bapt. Aymus Parmenſis *in praf. tr. de alluvion.* Cum lectura antiquorum præhabita, ipſorumq; reſolutione perceptâ, facilè etiam percipi queant, quæ in qualibet materia recentiores ſcribunt vel adiiciunt: aliâs à Neotericis incipientes, nec antiquiorum commentaria originaliter prælegentes, rem de qua agunt radicitùs ſive fundamentaliter intelligere non poſſint, vt ait Johan. del Caſtillo Sotomajor Hiſpan. *lib. 1. controv. quotid. cap. 37. num. 4.*

Antiqui enim non fuère fatui, neque dementes ſecundùm Baldum *conſ. 392. vol. 1.* ubi etiam utitur his verbis: Utinam eſſemus tales, quales antiqui fuerunt! Quare non eſſet laudandus judex, qui modernos ſequeretur, & veteres gloſſatores abnegaret, quorum tanquam majorum noſtrorum veſtigia ſunt ſequenda, *l. maximum. D. de lib. & poſt. l. veteribus. D. de pact.* Signorolus de Homodæis *conſ. 247. col. 5.* ref. Henn. Goden *conſ. 119. num. 262.* Sed & modernos Interpretes allegare expedit, juxta Ludovicum Zuntum *in reſpon. pro vxo. n. 858.* Pet. Nicol. Mozzium *de contract. art. 1. num. 7.* quum juniorum ſcripta & dicta non ſtatim abiicienda vel poſtponenda eſſe, latè probet Dn. præceptor Michaël Piccartus *tot. cap. 5. dec. 12. obſerv. hiſt. polit.* Vtcunq; enim teſte Cornelio Tacito, in familiâ recentiſſimus quiſq; ſervorum conſervis ludibrio eſt, *in vita Agric.* tamen illud in noviſſimis ſive recentioribus Scriptoribus neutiquam locum obtinere videtur; qui quantò juniores, tantò perſpicaciores & ſubtiliores, ſi credimus Rolandino Rodolphino Bononienſi, qui Aurora olim propter excellentiam dictus fuit, *in d. tract. ſeu ſummâ art. notar. in proœm. pag. 1. 5. 9. & 10.* Siquidem ſunt culices in capite Elephantis, qui vident priora & poſteriora, ſecundùm Pet. Dominicum Magdalenum *de num. teſt. in teſtam. requiſ. cap. 9. num. 36.* Azonem *in princ. ſuæ ſummæ num. 2.* Bartolum *in*

l. Gallus

l. Gallus 29. num. 10. D. de lib. & post. & Andream Knichen *ad jus Saxon. in princ. pag. 19.* In qua tamen lite medium tenendum, illudq; pariter cavendum duco ac dico, quod præmonuit Joh. Ovvenus Anglus, dum ita canit *lib 3. epig. 76.*

Stulta hæc invidia est, cui cuncta recentia sordent,
Invida stultitia est, cui nova sola placent.

Quem delectum maximoperè hodiernum sæculum efflagitat, lynceum juxta ac subtile; quo indies

——quædam nunc artes expolluntur:
Nunc etiam augescunt, nunc addita ——
Multa; —— ——

vt loquar verbis Lucretij *lib. de nat. rer.* Quicquid tamen horum sit, cuilibet ex Interpretibus istis per me laus sua inviolata mansit, atque id propriè ex Germanorum nostrorum indole: quorum candidi animi virtutes aliorum, factaq; aut inventa, maximè absentium, non maligno & tumido livore delibant; sed sinceris laudibus ac propemodùm immodicis attollunt, vt fassus est Johan. Barclajus *In Icone anim. capite quinto pagin. mihi 104.*

In eo autem, quod interdum ab aliorum opinionibus digna cum consideratione recesserim, non puto me peccasse, aut ulli sine honoris meriti præfatione injuriam intulisse; id quod nec volui, nec etiam debui. Authores solùm pro cujusque dignitate collocavi, adduxi & quandoque cum rationibus, pro causæ qualitate repudiavi. Id mihi cum universis commune licitumq; est; nec inde vitio dabunt, quod opinionum non sum mancipium, nec mihi ipsi ita placeam, vt simul aliorum lucubrationes fastidiam; quorum potius verba sæpiusculè exscripsi, vel ob perspicuitatem, elegantiam, gravitatem, aut singulares redolentia emphases; quibus rem ornatiorem reddere & explicare dexteriùs potui, adstipulantibus cunctis emunctæ naris scriptoribus, quos ipsum nunc & olim fecisse constat.

Tandem fateor, quoque me relativè nonnunquam adduxisse authorum

thorum loca, lectorumq; ad illos remisisse; in quo denuò clarissimorum virorum vestigia sequutus sum: cùm quia apud istos decisiones prolixiores integrè lector inveniret, quas meum non esset transscribere, & aliorum mella furtim sublegere; nec ab eorundem traditis temerè recedere; tùm causæ aliæ intervenerunt, quò minùs alterum, quod desideratur, hac vice fecerim aut dextrè consequi potuerim. Sufficiat, beneficio meo aut indicio, materiæ tractationem in illis partibus seu terminis haberi, ad quos digitum intendo, nec planè inpræsentiarum excutio. Mens enim boni studii pii voti etiamsi effectum non invenerit cepti operis, habet tamen præmium voluntatis, ut perhibet gravissimus episcopus Salvianus *in præf. lib. de provid. Dei.* Quapropter Andreæ Knichii axioma interim substituo: Nondum authoris opinionem rectè dici posse, si quis alium Doctorem sive Interpretem perfunctoriè referat, *part. 1. de vest. pact. cap. 1. num. 275. & part. 3. cap. 1. num. 383.* ut sic temperanda veniat quorundam assertio, quod referens aliquid simpliciter, nec approbans, nec reprobans, probare illud videatur, apud eundem Joh. del. Castillo *tractat. de usufruct. cap. 3. num. 116.*

23. Authoris consiliũ, spes & solatiũ de hoc libro.

Quod si ergò † jam labor hic meus cuiquam arriserit, erit meritò cur mihi gratuler,

————Quid cætera carpas
Turba, nihil curans: Ecquis placet omnibus? Οὐδείς

Verissimum est namque, lector humane,

Non omnia omnibus, non omnes,
Non omnia, nec omnes mihi
Placent. Et quinam ego omnibus?
Paucis bonis, uni DEO
Curo placere. Est sat; Vale.

Quis enim nescit, nullum tam fœlix sæculum fuisse, in quo non optima & optimi placuerint paucioribus? Legant ergò ij vel reliqui omnes (ut scribit D. Hieronymus) qui volunt; qui nolunt, abijciant. Eventilent apices, literas calumnientur; magis lectoris charitate provo-

provocabor ad ſtudium, quàm illorum detractione & odio deterrebor, *in præf. ad Eſd. & Nehem.* Præſertim quia cum Priſciano me non piget, dum vivo, & hæc, & quæcunque ſcripſero, vel meâ diligentiâ, vel amicorum monitu, vel invidorum vituperatione, ſi juſta fuerit, emendare, *lib. 6.* Et quidni? cùm ſtudium boni publici movendi vel ſolum me à quorumvis malevolorum morſibus ſatis tueri poſſit; in qua conſolatione etiam acquieſcens, D. Bernhardum meo nomine concludere jubeo: *Sunt, qui ſcire volunt, ut ſciantur ipſi, & turpis vanitas eſt: ſed ſunt quoque, qui ſcire volunt, ut ædificent, & charitas eſt: & ſunt, qui ſcire volunt, ut ædificentur, & prudentia eſt.*

Nam qui hoc palam perpetuoquè profitear, in hac humana caligine rerum maximarum ignaros eſſe vel fieri nos, qui ſperem aut ſtatuam, me cæteros anteire? Præcipuè cùm in ſcientia noſtra Nomica non ſit quis perfectus, ſicut in alia arte, in quâ quis perfectus eſſe poteſt, dicente Angelo: & nullus Juriſconſultus reperiatur, qui non fuerit reprehenſus in aliquibus reſponſis ſuis, authore Andreâ Barbatiâ apud Nicol. Boerium *deciſ. 155. num. 22. cum ſeqq.* Quid mirum igitur, ſi in hiſce meditationibus lector ocultatus multa inventurus ſit, cenſurâ & aſteriſcis digna: quem tamen iterum atque iterum rogo per candorem ſuum & Muſas, ut cum Ariſtarcho notam apponat ad malum dictum; non ut Phalaris grammaticus, (mutato pauliſper nomine) φιλονόμον novitium armis proſequatur. Nemo erit promptior ad oſtendendos, quàm ego ero grandiore etiam ætate ad agnoſcendos nævos, & corrigendos errores meos. Quâ fiduciâ fretus haud eo inficias, quod argumenti ſeu (vt hodie loquuntur) materiæ novitas ſociam quandam vel comitē habuerit rerum caliginem. Ecquis enim de cauſa ſumma facilè queat diſſerere aut diſputare? nullo potiſſimùm præeunte magiſtro, nec poſitis ullis de jure tanto ſcriptorum rudimentis ſolidis lateque patentibus? inquit in ſpecie alia Renatus Choppinus Gallus *de ſacra polit. forenſ. in præfat. numero 19. pagina 15.*

24. Eiuſdem epilogus ad Lectorem: dein parodia & proſopopœia Lucretiana è l. ad patrē p.m. Antonium Hering. directa.

Ne autem † parvo interea pedi magnum calceum, & exiguæ domunculæ ſpacioſum nimis veſtibulum efformaſſe dicar: Tibi, benignè lector, ſalutem ex animo dico & opto; qui ex ſubſequenti tabula & proximè

proximè annexa collectione, oculis subjicere poteris, quarum quæstionum explicationem, quave methodo combinatam hac prima vice in tractatu isto tibi polliceri debeas. Te denique, ô Pater,

——— sequor, inq; tuis nunc
Fixa pedum pono pressis vestigia signis,
Non ita certandi cupidus, quàm propter amorem,
Quòd te imitari aveo. Quid enim contendat hirundo
Cygnis? aut quidnam tremulis facere artubus hœdi
Consimile in cursu possint, ac fortis equi vis?
Tu pater atque horum inventor: tu patria nobis
Suppeditas præcepta, tuisq; ex intime chartis,
Floriferis ut apes in saltibus omnia libant,
Omnia nos itidem depascimur aurea dicta,
Aurea, perpetuâ semper dignissima vitâ.

Quare ejusdem Poëtæ epiphonema *lib. 4. in princ.* finiens relinquo, & post Lectorem Tibi ad cœlestem evecto aulam, istud quoque ultimum VALE dico, addico:

Avia Pieridum peragro loca, nullius ante
Trita solo; juvat integros accedere fonteis
Atque haurire; juvatquè novos decerpere flores,
Insignemquè meo capiti petere inde coronam.

o-
in

Personas i

Res ea-
rumqué
condi-

quo,
vlti-

Quæſ
nes
tract
tus
ſens
Jur
len
rio
bul
cluſ
verſ
vel

SCHEMATISMUS HUJUS TRACTATUS.

Quæstiones seu tractatus præsens, de Jure Molendinario tabula inclusus, versatur vel circa

- Personas in genere, Molitores scilicet concernens *quæst. 1.*
- Res earumque conditionem
  - Primam
    - Constituendam, juxta
      - Originem *quæst. 2.*
      - Descriptionem *quæst. 3.*
    - Discernendam; quò pertinent molarum variæ differentiæ, secundùm
      - Partes seu instumenta *quæst. 4.*
      - Species, respectu
        - Formæ *quæst. 5.*
        - Rerum contusarum *quæst. 6.*
        - Usus varii *quæst. 7.*
  - Secundam respectu suæ naturę jam cõ stitutæ, quâ res sunt discretæ
    - Corporales
      - Mobiles
      - Immobiles *quæst. 8.*
    - Incorporales, quæ in jure cõsistunt, & quarum vel utriusq; generis Species Possessio & Dominiũ dici potest, quot habent vel
      - Separatim
        - Magistratus
        - Subditi
        - idque vel in
          - Genere, personæ intuitu, aut reum & Regaliorum *quæst. 9.*
          - Specie, ratione
            - Exstructionis *quæst. 10.*
            - Molendinorun bannariorum *quæst. 11.*
            - Vestimentorun *quæst. 12.*
      - Conjunctim iidem, estq;
        - Acquirens, cujus
          - Membra & species juxta modos acquirendi multivarios, tùm
            - Naturales
              - Occupatione in
                - Belo *quæst. 13.*
                - P.ce
                  - Loci *quæst. 14.*
                    - Publici,
                    - Privati, vel
                      - Communis,
                      - Proprij,
                      - Feudalis.
                  - Fluminum, iterum
                    - Tàm publicorum & privatorum *quæst. 15.*
                    - Quàm navigabilium & non navigabilium *quæst. 16.*
                  - Riparum & littorum *quæst. 17.*
              - Ædificatione
                - Molendinrũ *quæst 19*
                - Clusarũ *qu 18.*
              - Traditione seu concessione & pacto *quæst. 20.*
            - Civiles, nimirum
              - Usucapione long., quæ Præscriptio dicitur *quæst. 21.*
              - Lege certâ seu jure
                - Ἀγράφῳ non-scripto seu consuetudine *quæst 22.*
                - Ἐγγράφῳ scripto, vel
                  - Principis
                    - Privilegio *quæst. 23.*
                    - Beneficio seu investitura *quæst. 24.*
                  - Civitatis Statuto *quæst. 25.*
              - Successione
                - Testamentariâ *quæst. 26.*
                - Legitimâ *quæst. 27.*
              - Conventione & obligatione, quæ descendit vel ex
                - Contractu, constante
                  - Re, ut est Oppignoratio *quæst. 28.*
                  - Literis, ceu est contractus Libellarius *quæst. 29.*
                  - Consensu, & est
                    - Dipleuros
                      - Comutatorius; estq;
                        - Emtio-venditio *quæst. 30.*
                        - Locatio-conductio eaq;
                          - Simplex *quæst. 31.*
                          - Emphyteusis *quæst. 32.* quo & Censum refero *quæst. 33.*
                      - Κοινοpracticus & dicitur in specie Societas *quæst. 34.*
                    - Monopleuros, idemq; gratuitus, exempli gratia
                      - Donatio *quæst. 35.*
                      - Precarium *quæst. 36.*
                - Delicto, ratione usus ac possessionis, vel utriusq; simul, ubi
                  - Furtum *quæst. 37.*
                  - Violentia
                    - Expulsiva *quæst. 38.*
                    - Offensiva
                      - Turbatio *quæst. 39.*
                      - Impediens & unà lædens, ubi de Damno *quæst. 40.*
          - Dependentia ab eodem, quò refero
            - 1. Libertatem seu Immunitatem *quæst. 41.*
            - 2. Servitutem in
              - Genere
                - Urbanam
                - Rusticam *quæst. 42.*
              - Specie
                - Realem *quæst. 43.*
                - Personalem *quæst. 44.*
            - 3. Potestatem
              - Publicam, ratione
                - Magistratûs *quæst. 45.*
                - Mercedis *quæst. 46.*
              - Privatam Dominorum *quæst. 47.*
            - 4. Refectionem *quæst. 48.*
        - Amittens, estquè amissio aut
          - Spontanea ex modis contrariis, aut per
            - Nos ipsos *quæst. 49.*
            - Alios, putà
              - Curatores *quæst. 50.*
              - Administratores *quæst. 51.*
          - Necessaria & involuntaria ex
            - Interitu
              - Naturali *quæst. 52.*
              - Civili
                - Rei *quæst. 53.*
                - Personæ *quæst. 54.*
            - Alterutro vel utroque simul *quæst. 55.* tùm
              - Totali
              - Partiali
              - Ubi de mutatione alvei & molæ.
- Actiones ex
  - Genere *quæst. 56.*
  - Specie juxta
    - modos acquirendi *quæst. 57.*
    - Delicta & Damna *quæst. 58.*
  - Formulis *quæst. 59.*
  - cum prolixiori epilogo *quæst. 60.*

INDEX QVÆSTIONVM IN HOC TRACTATU RESOLVTARVM.

Quæstio I.

An ars sive scientia molitoria sit honesta, nec ne?

II.

De origine sive inventione molarum ac molendinorum.

III.

Mola quomodo definiatur seu describatur?

IV.

De singulis partibus molarum.

V.

De differentiis molarum respectu formæ.

VI.

De differentiis molarum, respectu rerum, quæ per eas contunduntur aut comminuuntur & efficiuntur.

VII.

De differentiis molarum respectu usus, ejusq; vel liberi ac immunis, vel modificati ac restricti &c.

VIII.

An molendina rebus mobilibus vel immobilibus sint accensenda?

IX.

An molendina ad Regalia pertineant?

X.

An Princeps, Comes, Baro, Civitas Imperialis ac Nobilis, vigore Regaliorum aut Superioritatis, omnia molendina in territorio ac districtu suo, sibi privativè arrogare, ac Subditos sive Cives ab eorundem ædificatione planè arcere queant?

XI.

De molendinis bannariis, in quibus quis molere compellitur.

XII.

De vestitu ac habitu Molitorum; an distinctus ab aliorū indumentis esse debeat, vulgò Müllerkleid *dictus?*

XIII.

De occupatione bellica, respectu molendinorum, an & quomodo ea exstruantur & acquirantur?

XIV.

De occupatione in pace loci publici & privati: quomodò molam quis fabricare ac consequi possit?

XV.

De occupatione alia, quæ in pace fit: ubi de Fluminibus in genere, deq;

ſpecie de publicis & privatis Aquis, locisq; aliis.

XVI.

De fluminibus navigabilibus & non navigabilibus, deq; illorum occupatione ac uſurpatione licita vel illicita.

XVII.

De Riparum ac Littorum occupatione epimetrum.

XVIII.

De AEdificatione molarum, & quomodo per eam has nanciſcamur.

XIX.

Auctarium quaſi continens præcedentium; de ædificatione Cluſarum & aqua ad molendinum ducenda.

XX.

Molendinum quâ viâ noſtrum fiat traditione, conceſſione ac pacto?

XXI.

Molendinum quâ ratione acquiratur per præſcriptionem?

XXII.

Molendinum quo pacto nobis adveniat & adjudicetur conſuetudine?

XXIII.

Molendinum porrò noſtrum an & quomodo fiat privilegio, cum affinibus?

XXIV.

Molendinum quâ formâ noſtris bonis accedat per Inveſtituram?

XXV.

Quomodo molendinum acquiratur ſtatuto?

XXVI.

Quonam beneficio noſtrum fiat molendinum teſtamento ſeu vltima voluntate?

XXVII.

Quatenus itidem acquiratur molendinum medio ſucceſſionis ab inteſtato?

XXVIII.

Molendinum quatenus rebus noſtris accedat per Oppignorationem?

XXIX.

Quatenus molendina accipiamus per contractum Libellarium?

XXX.

Quomodo molendina conſequamur Emtione-venditione?

XXXI.

Molendina quâ ratione conſequamur Locatione-conductione?

XXXII.

Molendinum quomodo acquiratur, ſuperquè eo conſtituatur Emphyteuſis?

XXXIII.

Molendinum quâ ratione acquiratur, inquè eo Cenſus conſtituatur?

XXXIV.

Quomodo molendinum acquiratur legitimè in Societate ſeu communione?

XXXV.

An & quâ viâ molendinum conſequamur per Donationem?

XXXVI.

Precarium quomodo molendina efficiat, ut noſtra fiant?

XXXVII. *De*

XXXVII.

De Furto ac incendio molendinario: cum aliquali discursu excursuque de Majorum nostrorum legibus seu constitutionibus.

XXXVIII.

De Manutentione ac Violentia expulsiva, ratione molendinorum?

XXXIX.

De Violentia offensiva circa molendina, & quidem de Turbatione. Vbi primariò discutitur: An molendinum in causis civilibus & criminalibus pro domo habeatur? cum illationibus aliis.

XL.

De Violentia inquietativa ratione molendinorum, & quidem de impediente, simulquè lædente ac de Damnis variis.

XLI.

Molitores an, qui, quoties, quando & quibus ab oneribus sive servitiis immunes esse debeant?

XLII.

An molendinum pro Prædio rustico vel urbano haberi debeat? ex quâ deinde in genere, qualisnam servitus in eo constituatur, infertur.

XLIII.

De Servitutibus ac oneribus molendinorum in specie, & quidem de realibus.

XLIV.

De Servitutibus personalibus; seu potius de servis & operariis in molendinis degentibus, von den Müllersknechten vnd Arbeitsleuten in den Mühlen.

XLV.

De potestate Magistratus, diligentem molendinorum curam habentis; deq; Artificibus, inspectoribus, visitatoribus ac iis, quos vulgò Wasser- vnd Mühlmeister *appellant.*

XLVI.

De potestate molendinum possidentis, circa Mercedem, macinam ac pensionem constituendam.

XLVII.

De potestate privatâ Dominorum in molentes servos, ministros & operarios.

XLVIII.

De Refectione modendinorum, & quæ circa eam contingere assolent.

XLIX.

Quomodo dominium istud seu molendinum ipsum amittamus Spontaneâ Alienatione; & quidem ex modis maximè contrariis per nos ipsos?

L.

Qua ratione idem amittamus per alios, nominatim per Curatores?

LI.

Molendinum quomodo ad alios transferre vel alienare Administratores possint?

LII.

Molendinum, quomodo amittamus ex necessa-

necessario interitu, & quidem naturali?

LIII.

De interitu civili & quidem Rei; sive de molitione Spontanea & involuntaria per sententiam mandata.

LIV.

De interitu Personæ seu morte domini, qui molendinum solus vel cum aliis possederat; vel hæredes reliquerat.

LV.

De vtriusque generis interitu, vno vel diverso tempore contingente; cùm totali, tùm partiali: vbi de Mutatione alvei & molæ, vel de ejusdem destructione agitur.

LVI.

An & quænam iudicia, interdicta, mandata, remedia & actiones sint his de causis prodita & in jure concessæ? De quibus primò in genere quæquè summariter hîc nudis nominibus ostensæ & postea pluribus declaratæ.

LVII.

Secundò in specie de remediis ordinariis, juxta modos acquirendi multivarios.

LVIII.

Tertiò de Actionibus ex delictis & damnis ortis seu descendentibus.

LIX.

De Formulis quibusdam actionum certis, secundùm illas in hoc de molendinis judicio conformatarum, in genere & specie.

LX.

Epilogus, gravissimis sententiis, incæpti operis causas excusantes reddentibus, constans.

ΤΕΛΟΣ.

QVÆSTIO PRIMA

AN ARS, SIVE SCIENTIA MOLITORIA SIT HONESTA, NEC NE?

SVMMARIVM.

1 Cives ab invicem officiis sunt distinguendi: & personæ, ceu digniora, præcedunt rebus & actionibus.
2 Tractatione dignum est, quod Cæsarea Maiestas & Status Imperii suâ deliberatione ac pragmaticâ, decisione dignum censuerunt.
3 Molitores rarò sunt ex nobilioris notæ civium numero.
4. Nobiles ut plurimum soli ad dignitates adspirârunt &c.
5 Molitores ad honores non sunt admittendi. Sed contrarium ostenditur nu. 17. & seqq.
6 Sordidi censentur, qui opificia tractant, Et n. 12.
7 Opifices apud Græcos à consilio, ab imperio, ab honoribus fuerunt remoti. Vt & apud Hebræos ac Romanos num. 9. & 10.
8 Pistores in ordinem sordidorum à Cicerone relati.
11. Octavius Augustus despectui fuit, quod ipsius avus maternus pistrinum Ariciæ exercuisset &c.
13. Monetarii, die Müntzer / hodie sunt melioris conditionis, quam olim. Sed vide num. seq. 14.
14 Monetæ jus inter Regalia maiora refertur. Sed quo res, ius, fasque nunc abibunt? Quare, brevis de monetâ hodiernâ excursus adnectitur.
15 Pistrini officium inter sordida munera recensetur. (bantur.
16 Pistores à Perfectis sumatûs dignitate arce-
18. Ars, cuius quæstus non est impius, neque sordidus, honesta est existimanda.
19 Molarum inventio Deorum beneficio adtribuitur.
20 Molæ etiam ipsis Diis usu adscriptæ. Vnde Molæ Martis, & quædam alia.
21 Edictum de Infamibus est prohibitorium.
22 Pœnæ legum non sunt extendendæ.
23 Frumentarii, Macellarii, Piscatores & Coqui ad honesta officia admittuntur. Ætiologia ponitur nu. 24.
25 Cibum cum homine creavit DEVS: eiusque maxima est necessitas & utilitas.
26 Molitoribus ac Pistoribus omnes indigemus, variaque panis sunt commoda.
27 Molere licet urgente necessitate, etiam festis diebus. Sed declara ut nu. 29. an summis in festis, & necessitate maxima?
28 Locus Exodi 20. vers. 10. cum aliis explicatur.
30 Pistores Romanorum habuerunt proprium collegium.
31 Pistorias causas feriatis geminis mensibus audire licuit.
32 Agriculturæ ac pastoritiæ rusticæque vitæ laus latè ac variè diffunditur.
33 Molitores nostrates pistorum veterum γνήσιοι & veri sunt successores.
34 Pistores veterum quales olim fuerint.
35 Subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur: quod pulchrè exornatur.
36 Spurii & re & vitâ honesti ad ordinem Decurionum aliosque honores admittuntur, Sed contrarium observatur per Germaniam & alias provincias nu. 37.
38 Legitimitatis documenta edere tenentur Opifices, qui in collegiis, societatibus vel tribubus, in Innungen / Zünfften / Gilden und Gaffeln / suscipi volunt.
39 Reichs Abschied de Anno 1548. in 9. Als auch an etlichen inducitur.
40 In regno Chinæ filii in paternis artibus se præcise exercere coguntur.
41 Culpa ubi non est, ibi nec pœnæ est locus.
42 Clausula: So wollen wir solche Gebräuch und Gewonheiten auffgehebt haben / rc. cuius sit efficaciæ.
43 Saxonum ius an possit abrogari per novissimos Recessus Imperii.
44 Dictiones, EX NVNC, sive, IN POSTERVM, denotant actum verbi prolati.

45 Clausulæ: EX TVNC, PROVT NVNC. &, EX NVNC, PROVT TVNC, quis effectus?
46 Dictiones, NVLLO MODO, & verbum, DEBET, enixam statuentium voluntatem denotant.
47 Cives à civibus non sunt, nisi in casu necessitatis, ordine dividendi. Quod exornatur nu. 48. & 49.
50 Artes sordidæ aut viles & honestæ quænam sint, adhuc sub judice lis est.
51 Nobilis est quis in uno loco, qui in alio est ignobilis.
52 Dubium non est aptum ad aliquid decidendum.
53 Decisioni Pragmaticæ absque ulla dispositione est standum & parendum.
54 Imperator, non Papa, est fons omnium dignitatum. Et num. 55. 56. 57.
58 Petri de Vineis Cancellarii Imperialis elegans locus adducitur.
59 Artificum vitia non sunt artibus tribuenda; quod exemplis parallelis illustratur.
60 Molaria Colonia apud Plautum.
61 Pittacus Rex Mytilenæorum molere consuevit.
62 Cleanthes Philosophus similiter.
63 Karulus Quartus Imperator molitoribus in Bohemia augusta privilegia concessit.
64 Vincula aut carcer per se non infamant.
65 Relegatio omnis infamat, si talis causa præcesserit.
66. Molitores ut plurimum sunt fures. Sed refellitur nu. 68. 69. 70. 71. 72.
67 Reinhardi Lorichii Hadamarii ænigmata & joci de molitoribus adferuntur.
73 Mercatorum ordini aditus ad honores est præclusus. Et num. 74. Sed contrarium adprobatur num. 75.
76 Molitores ad honesta officia non admissi injuriarum adversus repellentes agere possunt vel illis competunt alia iuris media nu. 88. & seqq.
77 Habendus quis merito pro tali, pro quali est renunciatus.
78 Fideiussorem adprobatum non accipiens injuriarum conveniri potest.
79 Vt & is, qui equum suum meliorem esse dicit capillis alterius.
80 Qui aliquem ingratum & discortesum adpellat.
81 Item, socordem, negligentem aut impudentem.
82 Item, gibbosum, loripedem, luscum, monoculum, strabonem, cæcum, vel claudum ac deformẽ &c.
83 Aut pecus, itidem cum similibus.
84 Injuriarum conveniri potest, qui ad infamiam alterius, & præsertim famæ ac honoribus nominatim restituti, quid dicit vel facit.
85 Iniuria etiam pro levissima iniuriarum dica competit: cum brevi conclusione, gravissimorum autorum iudiciis firmata.
86 Leges & Pragmaticas Sanctiones nemo impune ignorare audet.
87 Obedire maiori cogitur, qui obligatus est duobus contraria iubentibus. Quod exornatur adductis exemplis ex Innocentio, Baldo, Alexandro, Luca de Penna, Dominico Tuscho, Alex. Stratico, M. Ant. Natta, Rutg. Rulando & Alberico de Rosate.
88 Condictio ex nova Imperatoris ac Ordinum constitutione molitoribus repulsam passis competit.
89 Non secus, ac si ex Privilegio concederetur.
90 Privilegiis violatis, impetrari potest Citatio ad videndum se incidisse in pœnam privilegiorum.
91 Aut officium iudicis.
92 Aut intentari Remedium Retinendæ contra turbatores privilegiorum.
93 Molitores repulsam passi ex sententia Authoris consultius faciunt, si per viam Supplicationis repellentium Superiorem statim adeant.
94 Princeps ac Status Imperii exequi coguntur, quod in Comitiis semel placuit. Et nume. 95.
96 Mandatum sine clausula etiam à molitoribus reiectis in Camera Imperiali imperari potest.
97 Obedire quilibet Imperialibus Constitutionibus ac Privilegiis tenetur.
98 Non faciens quod debet, est in dolo præsumtivo.
99 Dolo non caret, qui præcepto Magistratus, præsertim supremi, obedire recusat.
100 Mandata sine clausula immediate fundant iurisdictionem Cameræ Imperialis: cum brevi epilogo ad præsens negotium adcommodato.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI, AMEN.

1 QVi cives † omnes omnibus dignitate, ordine, loco ita exæquare conantur, ut nihil primum, nihil postremum, nihil medium; sed omnes omnibus sine ullo sexus aut conditionis discrimine confusos esse velint: perinde faciunt, ut ii, qui hordeum, frumentum, oryzam, milium, legumina, in unum acervum adcumulant; qua ex re & singulorum seminum & universi acervi usum amittunt, ut prudenter monent Ioan. Bodinus *lib. 3. de Rep. c. 8. in princ.* & Nicol. Gruchius *in lib. de Comitiis.* Estque ad eam rem textus celebris *in c. adhæc 89. distinct.* quem refert Hier. Gigas *in cons. 70. n. 1.* allegans ibidem *n. 4. 5. 6.* etiam *tit. C. ut dignit. ordo servetur.* & Nicol. Boer. *in tract. suo de ordine graduum utriusque fori, part. 1. in 1. & 2. col.* Adhibeatur item Rod-

Rodericus Zamorensis Episcopus *in speculo omn. statuum per tot.* Et sane nullam aliam ob causam dicitur: digniores esse potiores *Glos. Angel. ad §. fin. Instit. de I. N. G. & C. D. d. in tract. de primogen. ac major. Corn. Benincasius Perusinus tract. de constitut. q. 10. nu. 8. 9. p. m. 277.* & propter hominis dignitatem prius de personis agi quam aliis *l. justissime. 44. D. de ædil. ed. §. in pecudum. 37. vers. partus. Instit. de rer. divis.* quarum causa & Respublicæ omnes & jus omne constitutum est, sicque primum de earumdem statu dicendum censet Hermogenianus *in l. 2. D. de statu homin.* Parum enim est jus nosse, si personæ, quarum causa constitutum est, ignorentur, *d § fin. Inst. de I. N. G. & C.* nihilque est, jus in civitate statuere, nisi fuerint qui illud reddant, quique ab illis exigant *l. 2. §. post originem. 53. ubi Coras. D. de orig. ju.* Siquidem homo juris, cæterarumque rerum (quas DEVS propter illum condidit, *Ang. Aretinus ad d. § fin.*) finis est, ac particeps *Pet. Greg. Tholozanus p. 1. syntag. lib. 1. c. 9. n. 4.* omniumque creaturarum dignissimus, *dd. ll. Lemnius lib. 1. de occult. nat. miracul. c. 2.* & qui ad imaginem DEI est creatus *Gen. 1. v. 26. l. si quis 17. C. de pœn.* idemque μικρόκοσμος universa continet conjunctim quæ in magno isto μακροκόσμῳ divisim cernuntur, ut præter Physico-Medicos ὀφθαλμοφανῶς, seu ad oculum ostendunt Ioh. Heidfeldius *in Sphing. theol. cap. 11.* Hier. Cardanus *in lib. de subtilit.* Christoph. Milæus *lib. 1. de scrib. univers. rer. histo pag. mihi 72. 73. cum seq.* And. Dalnerus *tract. de jure homin.* & Melchior de la Certa *vol. 1. camp. eloq. pag. 489. cum seqq.* Vnde Personæ, quæ jus statuunt, & quibus statuitur, sunt jurisprudentiæ causa finalis, *d. l. 2. ubi Oldend. & Coras. D. de statu homin. P. Greg. Tholoz. pag. 2. syntag. ju. lib. 7. c. 1. n. 1. Ioh. Althusius lib. 1. dicælog. c. 5. n. 1. & 2.* Res, de quibus statuitur jus, subjectum occupans: Actiones & judicia, per quæ jus redditur, & personæ res recipiunt aut defendunt causa quasi instrumentalis & eventus. *Wesenb. ad d. §. fin de I. N. G. & C. idem in Oecon. juris canon. in princ. per l. ult. D. de legib. l. nullius 14. C. de Iudæ. tit. Instit. de action.* Quum igitur à dignioribus sit incipiendum, *l. 1. de alb. scrib. c. antiqua de privil.* illa autem censeantur digniora, quæ præcedunt, *Everh. in top. lo. ab ordi. rubr. n. 2.* frustraque investigetur de effectu, nisi prius noscatur illud, ad cujus instantiam dictus effectus procreatur, secundum Angelum *ad d. §. pen. in princ.* & nulla juris disputatio obcurrat, in qua non de tribus istis objectis aut singulatim, aut simul quæratur: *Wesenb in parat. D. de stat. hom. n. 1.* idcirco hunc præscriptum & usitatum ordinem sequutus, minime otiosam videri, aut risu excipi debere arbitror † hanc quæstionem: 2

AN ARS, SIVE SCIENTIA MOLITORIA SIT HONESTA; AC PROINDE MOLITORES AD HONESTA OFFICIA IN CIVITATIBVS ADMITTI DEBEANT, AC POSSINT, NEC NE? cum quia sine ullo dubio personæ sint ac de politiæ corpore homines, deque illis per rationes adductas disceptari & quidem primo loco possit; tum vero, quia in lege Salica molinarius reliquis artificibus adnumeretur *tit. 11. c. 5. pag. m. 271.* atque insuper etiam Imperatorem ac Status Imperii in Comitiis Augustanis eam tractare, & perpetuo valitura lege decidere non puduerit; argumento ejus, quod tradit Antonius Quetta *in consil. 1. num. 1. versic. & frustra in jure fieret mentio, si quæstio juridica non esset*

Ludovicus Romanus *sing. 655. incip. nunquid esse coquus sit ars?* ibiq; additiones Nicolai Pignolati *p.m.107.b. adde inf. q. 41.n. 21.t. C de pist. 15. tit. de suariis 16. cum seq. & tit. de excus. art. l. 10. juncta l. 6. D. de jure imm.* Ne ordinē turbet, nolo etiam exscribere, quæ de metallis fodiendis & exercēdis, auri coquendi ac honesta quærendi ratione, arteq; innocente insigniter disserit ipse Rex Athalaricus apud Aurelium Cassiodorum *l. 9. var. ep. 3. per tot.* Ex qua simul constabit, Coquere *in l. n. C. de auripubl. persec. l. 10.* non esse consumere, sed pariter vulgatam ibi lectionem subsistere posse contra Gothofredi emendationem. Cui adjunge post Senecam *l. 5. nat. quæst. c. 15.* Reinerum Budelium *tract. de monetis lib. 1. cap. 24.*

3 Quid? Quod † illos ipsos molitores, præsertim non nominetenus (*habuit enim, & adhuc habet Germania in familiis magnificos & præstantissimos suos molitores sive Mylios & Müller: itemq; pistores ac Becker: uti olim Italia vidit suos Fabricios, Fabios, Pisones, Taurinos Corvinos & Asinios*) sed ipso opificio tales existentes, rarò ex nobilioris notæ, vel patricii sanguinis civiū numero esse constet, quos 4 tamen † in benè constitutis Rebuspublicis ut plurimum solos ad dignitatem adspirasse haud difficulter demonstrari posset, si hujus loci hæc esset indagatio. Contra ac Bartolus scribit, quem spurium fuisse infra dicam: propter penuriam personarum (*veluti in l. 2. §. 1. l. 8. post pri. D. de jur. imm.*) nobiles interdum ad ignobilium obsequia coarctari, *ad l. 1. n. 2. D. de excus. tut.* nobilemque teneri ad munera sordida in civitatibus & locis, in quibus habitat, ait Guilielmus de Ludo *singul. 104. per textum Auth. de defens. civit. §. si quis vero colla. 3.*

5 Ad rem † tamen propius accedendo, videtur prima fronte dicendum; molitoribus, tanquam opificibus, nullus honorum sive dignitatum portas patere debere. Nam ut Herodotus *in Euterpe* scriptum reliquit: 6 sua ætate † omnium populorum moribus sordidi haberi consuevisse, qui opificia (*inter quæ etiam molituram meritò quis referat*) tractarent; hujus sententiæ adseclam habens Xenophontem *in Oeconomicis*: quamquam is in subjecta ratione aberrat, dum putat, Opifices propterea arceri, quod nimium adsiduo labore urgeantur, & umbratilem ac sedentariam vitam sequantur, quem refellit Joan. Bodinus *d. l. 3. de Rep. c. 8. mihi p. 357.* Et adhuc tempore Friderici I. Imp. hunc in Germania morem durasse circa annum videlicet MCLIV. post Ottonem Frisingensem testatur Christophorus Lehmannus, inquiens: Quoslibet contemptibilium mechanicarum artium opifices ab honestioribus & liberioribus studiis tanquam pestem propellunt *l. 4. Chr. Spirens. c. 14.* Imò certa artificia Sybaritæ ob aliam causam non tolerarunt; quia scilicet abdomini deditissimi, vetabant fabrilia opificia, & quotquot strepitum edebant, intra urbis mœnia exerceri, quò liberius & securius indulgerent genio ac somno. Vide Suidam & Politianum *lib. 15. miscellan.*

7 Melius sensisse Aristoteles videtur *in Politicis l. 3. & 8.* qui † opifices omnes in Græcorum civitatibus à consilio, ab imperiis, ab honoribus submoveri scribit, quod animi excelsi vim ac robur mercede conducti amittant. Et in specie M. Tullius (cujus tamen patrem ferunt in taberna fullona-

lonaria genitum & inibi ad virilem usque ætatem educatum, auctore Plutarcho *in Cic.* Ren. Choppino *ad leg. And. l.1. c.21. n.2.inf.q.6.n.16.) in orat. pro Roscio Ameri-*
8 *no*, Pistores † in ordinem vilium & sordidorum artificum redigit; quod etiam facit Julius Firmicus *lib. 3. c. 12. in 6. loco in fin.* Quæ testimonia adduxit Rutg. Rulandus *in addit. ad tract. de Commiss. part.1.l.4.c.2. n.3.p.* 117. & addo nunc Carpanum *l. 1. ad stat. Mediol. c.415. n.*16. Rod. Zamorensis *d. speculum omn. statuum. l.1. c. 33. in fi. junctis praced. cap.* & Antonin. Tessaurum, qui judicem farinarium pro vili agnoscit persona, in quem gravis injuria vix cadat, *decis.229.n.6.inf.qua.3.n.*11. interque turbam & infimæ sortis homines numerat Pistores ac lanistas Leonh. Aretinus *lib. 6. epist. pag.* 275.

9 Quo proculdubio † etiam respexit sapiens Hebræus *in Paraneto c.*38. dum agricolas, fabros, figulos, statuarios, cæterosq; opifices ab imperiis, ab honoribus, à consensu judicum arcet; quod similiter attigit ille quindecim liberorum ac librorum parens *in tract. de Nobil. cap. 34. num.*37.38.40. *&* 41.

10 Nec † minus Lycurgus ac Romulus suos cives ab opificiis omnibus procul seduxerunt, ut testatum faciunt Plutarchus *in Lycurgo*, & Dionys. Halicarnass. *libr. 2. antiq. Roman.* qui expressè scribit, nemini Romanorum ulla opificia tractare licuisse.

11 Indeque, ut opinor, Octavio † quoque Augusto in despectum objectum fuit, quod ipsius avus maternus pistrinum exercuisset, & farinam ex crudissimo Ariciæ pistrino sumsisset, eamqve postea manibus collybo decoloratis finxisset, ut narrat Suetonius *in Augusto c.4. & ibi Isaac. Casaubonus in Notis pag.* 28. *n.*16. *&* 17. Placuit immiscere verba perpulchra Tib. Claudij Donati, quæ huc pertinent & de Virgilij vita fecit: *Publius Virgilius Maro parentibus modicis fuit, & pracipuè patre Marone; quem quidam opificem figulum, plures Magi cujusdam viatoris, initio mercenarium, mox ob industriam generum tradiderunt: quem cum agricolationi, reiq; rustica, & gregibus prafecisset socer, sylvis coemundis, & apibus curandis reculam auxit, &c. Sed Virgilius Cremona Mediolanum, & inde paulòpost Neapolim transiit. Ubi cum literis & Gracis & Latinis vehementissimam operam dedisset, tandem omni cura, omniq; studio indulsit medicina & mathematica. Quibus rebus cum ante alios eruditior peritiorque esset, se in urbem* (Romam) *contulit, statimq; magistri stabuli equorum Augusti amicitiam nactus, multos variosq; morbos incidentes equis curavit. At ille in mercedem singulis diebus panes Virgilio, ut uni ex stabulariis, dari jussit. Interea à Crotoniatis pullus equi mira pulchritudinis Casari dono fuit missus: qui omnium judicio spem portendebat virtutis, & celeritatis immensa. Hunc cum adspexisset Maro, magistro stabuli dixit, natum esse ex morbosa equa, & nec viribus valiturum, nec celeritate: idq; verum fuisse inventum est. Quod cum magister stabuli Augusto recitasset, duplicari ipsi in mercedem panes jussit. Cum item ex Hispania Augusto canes dono mitterentur, & parentes eorum; dixit Virgilius, & animum celeritatemq; futuram. Quo cognito, mandat iterum Virgilio panes duplicari. Dubitavit Augustus Octaviine filius esset, an alterius? idq; Maronem aperire posse arbitratus est, quia canum & equi naturam, parentesq; cognorat. Amotis igitur omnibus arbitris, illum in penitiorem par-*

tem domus vocat, & solum rogat, an sciat quisnam esset, & quam ad felicitandos homines facultatem haberet. Novi, inquit Maro, te Cæsar Auguste, & fermè æquam cum DIs immortalibus potestatem habere, ut, quem vis felicem facias. Eo animo sum, respondit Cæsar, ut, si verum pro rogatu dixeris, beatum te, felicemque reddam. Utinam, ait Maro, interroganti tibi vera dicere queam! Tunc Augustus: putant alii me natum Octavio: quidam suspicantur alio me genitum viro. Maro subridens; Facilè inquit, si impunè licenterq; , quæ sentio loqui jubes, id dicam. Adfirmat Cæsar jurejurando, nullum ejus dictum ægrè laturum, imò non nisi donatum ab eo discessurum. Ad hæc oculos oculis Augusti infigens Maro: Facilius, ait, in cæteris animalibus qualitates parentum mathematicis & philosophia cognosci possunt, in homine nequaquam possibile est: sed de te conjecturam habeo similem veri, ut quid exercuerit pater tuus, scire possim. Attentè exspectabat Augustus quidnam diceret. At ille: Quantum ego rem intelligere possum, pistoris filius es, inquit. Obstupuerat Cæsar, & statim quo id pacto fieri potuerit, animo volvebat. Interrumpens Virgilius; Audi, inquit, quo pacto id conjicio: Cū quædam enuntiarim prædixerimq; , quæ intelligi scirique non nisi ab eruditissimis summisq; viris potuissent, tu Princeps Orbis, item & item panes in mercedem dari jussisti; quod quidem aut pistoris, aut nati pistore officium erat. Placuit Cæsari facetia. At deinceps, inquit Cæsar, non à pistore, sed à Rege magnanimo dona feres, &c. Hucusque Donatus: quamquam aliàs jocari cum Principibus, præsertim asperius valdè periculosum sit, ut demonstravit Dn. Michael Piccartus præceptor quondam meus *decad.* 14. *observ. histor. polit. cap.* 2. *per tot.* Cæterum ut ad priora redeam, eodem quoque modo Rex Guntchramus apud Gregorium Turonensem *histor. Francor. lib.* 7. *cap.* 14. *mihi pagin.* 387. alteri objicit, quod sit adveni, & pater ejus molendina gubernaverit. Et apud eumdem auctorem *d. libr.* 7. *cap.* 25. primario Medico Regis Chilperici Marileifo objicitur, quod parens ipsius molendina Ecclesiastica administraverit, fratresque ejus ac consobrini culinis dominicis atque pistrino subjecti fuerint. Aimonius Monachus de alio in hunc modum: *E medio auferatur hominum tyrannus hic, cujus pater procurator fuit regalium molendinorum, libr.* 3. *histor. Francor. cap.* 63. *pag.* 124. Gravissimum † porro & ad rem magis Cicero *lib.* 1. *officior.* de talibus opificibus fert testimonium: *Illiberales*, inquiens, *& sordidi quæstus mercenariorum omnium, quorum operæ, non quorum artes emuntur; est enim illis ipsa merces auctoramentum servitutis*, hoc est, *obligatio cujus vinculo, accepta mercede, servire coguntur.* Retulit illud ipsum ex nostris Lucas de Penna *in l. maximorum. Cod. de excusat. muner. lib.* 10. Unde proculdubio fluxit, quod † ex constitutione Imperatorum etiam Monetariis, den Müntzern / (qui tamen hodie melioris sunt conditionis, quàm olim; & non minus, quàm alii homines, pro ingenuis reputantur, Regner. Sixtinus *in tractat. de Regalib. cap.* 9. *num.* 31. adde Christ. Lehman. *lib.* 4. *Chron. Spiren. cap.* 14. *pag.* 321. & ad honoris aliquem gradum transcendere eos posse, contendit Reinerus Budelius *dict. libr.* 1. *de moneta cap.* 24. *per tot.* ubi contra adversarios doctè & eleganter illum disputare, inquit Phil. Henr. Hæno-

12

13

nius

nius *disput. polit. 5. th. 81. lit. a.* Sed confer hic *num. seq. 14. l. ne quis. 6. Cod. de dignitat. libr. 12.* & Cassiod. *dict. lib. 3. epist. 9.*) nullus ad dignitatem aditus patuerit: cum 14 tamen † jus monetæ inter Regalia, & quidem majora referatur, *l. 1. Cod. de murilegul. libr. 11. dict. l. si quis. 6. Cod. de dignitat. lib. 12.* Sixtinus *dict. cap. 9. num. 30.* Andr. Knichen *encyclop. cap. 16. num. 71. 72. & in comment. de Saxon. non prov. jur. num. 349. 350.* qui plures aliosque adducit: & ad dominos spectare, & ad utilitatem publicam repertos esse cum molitoribus dicantur ac conjungantur **in Lehenrecht** / *cap. 11. & 60. & utrobique Gloss.* Unde non immerito jus illud maximum apud gentes habitum est, adeo ut hoc veluti pignore tradito atque concesso Imp. Severus Clodio Albino æmulo suo in Galliis, fidem fecerit benevolentiæ, communicatique cum ipso imperii; dum eidem permisit, ut sua imagine numos cuderet, ut securum commodius postea opprimeret. Quod factum & plures alii imitati sunt, sicut contra nulla alia causa exitii Perennio fuit, qui Commodi Imp. jussu necatus est, quàm quod moneta sua imagine cusa, adfectatæ tyrannidis suspicionem effugere non potuerit. Sed & hodie Impp. Turcici, si quos Reges Principesque constituunt, aut in fidem clientelamque suam recipiunt, duo hæc semper excipiunt: MONETAS ET PRECES PUBLICAS pro salute Principis; sicut hæc ex authoribus annalibusque Turcicis notavit Scipio Gentilis IC. *in disputat. ad Constit. Imper. Friderici I. de Regalib. th. 111. & sequentib.* Ubi nimis vere conqueritur, jus nullum in Germania pejus acceptum & administratum, quin & exemplo pessimo vulgatum, alienatum, locatumque aliis esse; quod tot Imperii Constitutionibus atque decretis vetitum semper fuit. Agnovit etiam hoc jam olim in casu alio Theodoricus Rex apud Cassiodorum, inquiens: *Decet, provincias regno nostro, Deo auxiliante subjectas, legibus & bonis moribus ordinari. Quia illa vita verè hominum est, quæ juris ordine continetur. Nam belluarum ritus est, sub casu vivere: quæ dum rapiendi ambitu feruntur, improvisa temeritate succumbunt, &c. Multorum itaque querela comperimus, & Monetarios, quos specialiter in usum publicum constat inventos, in privatorum dicimus transisse compendium. Qua præsumptione* (hoc est, temeraria audacia) *sublata, pro virium qualitate functionibus publicis applicentur, libr. 5. variar. epist. 39.* Propria est quasi hæc temporis præsentis quæstio, conquestio; & fundi unius alteriusve, seu potius Germaniæ totius calamitas: in qua propter immensam deteriorationem & incredibilem posteris inclinationem (sicut ea adpellatur *in cap. olim causam. 20. extr. de censib. exact. procur.*) monetæ inferioris, immane quantum æstimatio ducatorum, aureorum, coronatorum, thalerorumque omnis generis aucta est & quotidiè augetur; Principibus multis nescio cujus utilitatis specie fascinatis, vel conniventibus vel mandata sine effectu adhigentibus. Adi, si lubet, pluribus hoc perstringentes malum Nicol. Oresmium Episcopum Lexoviensem & Caroli VI. Francorum Regis Præceptorem *lib. de orig. ac mut. mon. c. 17.* ibiq; Marquard. Freherū *in Notis*, & Dn. Præceptorem meum Andream Dinnerum IC. Altorphinum *in tractat. de muta. monet*

quem

quem ipsum brevi in lucem daturum speramus. Hæc πανωλεθρεία, quæ depravationem intrinsecam monetæ comitari solet, quæque majora ferè damna quàm quinquennalia hæc bella, ne dicam grandiora, Orbi Germanico attulit; licet nullo tempore meliùs pingi fingique potuerit, quàm hoc nostro, quo parum ab interitu grassante peste ista, Germania abest, & quotidiè novi aliquid Aphrica ista monetaria adportat: eamdem tamen jam olim verbis gravissimis (quæ ejusmodi sunt, ut sæculi nostri adulantis obcæcatique licentia quodammodo ea respuat; & nihilominus veracium solummodo simus aut potius debeamus esse amatores, *ex Novel. 58. circa fin.* liberi etiam maximè præ aliis gentibus esse velimus, & in libera vivere Republ. nec tamen liberas audire cupiamus voces) depinxit & ad vivum expressit Boleslaus Pius Bohemiæ Rex, ad filium Boleslaum III. verba faciens apud Cosmum Pragensem: *Dilige denarium, sed parcè dilige, ama. Res enim publica licet sit nimis adaucta per formam numismatis falsam, citò erit ad nihilum redacta. Est aliquid fili mi, quod Rex Karulus* (Magnus, ni fallor) *sapientissimus & manupotentissimus haut æquiparandus nobis hominibus valde humilibus, cum filium suum Pipinum post se in solio sublimandum disponeret, eum terribili cum sacramento constrinxit, ne in regno suo subdola & prava taxatio ponderis aut monetæ fieret. Certè nulla clades, nulla pestilentia nec mortalitas, nec hostes totam terram rapinis incendiisq; devastãtes, magis populo DEI nocerent, quam frequens mutatio & fraudulenta pejoratio nummi. Quæ pestis aut quæ infernalis Erynnis inclementius spoliat, perdit, attenuat Christicolas, quàm fraus in nummo herilis? Atqui post hæc, senescente justitia & invalescente nequitia, surgent non duces, sed fures: non rectores populi DEI, sed nequam exactores, avarissimi sine misericordia homines; DEUM omnia cernentem non metuentes, qui ter vel quater in anno monetam mutando eunt in laqueum Diaboli ad perditionem Populi DEI. Talibus enim nequam artibus & per legum insolentiam coangustabunt hujus regni terminos, quos ego dilatavi usque ad montes qui sunt ultra Krakou nomine Triti, per DEI gratiam & Populi opulentiam.*

Nam

Divitiæ plebis sunt laus & gloria Regis.
Nec scilicet Domino gratis est, quem gravat egestas.

Hæc ille *libr. 1.* De numulis quoque intrinsecus depravatis, & cupro admixto inquinatis idem conqueruntur omnes, quod olim in Bohemia sub Rege Johanne; eum Dubravius *libr. 21.* scribit, ærario per profusiones evacuato, ad inprobam monetam cudendam animum adjecisse, monetariis adhibitis, qui è veteribus bonis numis novos malos recuderent, pusillo illis argento superinducto, cætera plane æreos. Sed verba iterum adscribere juvat Autoris Chronici Aulæ Regis, vulgò König-Saals Chronick / circa Annum Domini MCCCXXVII. & versiculos non inlepidos, querelam vulgi & opificum de nequam ejusmodi numis continentis: *Advocavit*, ait scriptor ille *Rex quosdam de Florentia Lombardos* (in alio sensu, uti videre est apud Iodocum Damhouderum *in prax. criminal. capit. 117. num. 6.*) *in scientia lucrandi valdè claros, ad horum consilium pravos dena-*

denarios Rex permisit in moneta publica monetari. Cœpit ex hoc clamor in vulgò non moribus elevari, quoniam caprea materia & corrupta eorum forma impediunt omnium venalium rerum fora:

Nam quivis sutor his nummis, dixit, abutor;
Et dixit sartor, ex his nummis nimis arctor.
Conqueritur pistor, meus omnis quæstus in histor-
Pet nummis. Tristis etiam fit faber in istis
Denariis parvis. Luit hoc villanus in arvis:
Artificum turba clamant super hoc & in urbe.
Optant deleta citò quod sit iniqua moneta.
Nemo stat exceptus, qui non damnum sit adeptus
Per talem fraudem: sic cessat, tunc cane laudem.

Quis hæc non agnosceret verissima, & sentiret juxta vaticinium prius ævum tale advenisse aut rediisse? Ac cum mundus cancrino eat redeatque gressu, hunc etiam quis non mallet versum retrogradum, summisque exoptaret suspiriis:

Me cape, re nummus summus sum munere, PACEM.

Optimo enim jure nunc Varronis Atacini carmen repetere possum:

Iam nos congeries obnubit turbida rerum,
Ferratæque premunt milleno milite curæ,
Legicrepi tundunt, latrant fora, classica turbant.

15 Et † ne emendicatis utar suffragiis, sed ut ab hoc simul diverticulo in lineam nunc redeam, textus est clarus *in d. l. maximarum. C. de excusat. muner. lib. 10.* ubi obsequium Pistrini inter sordida munera refertur. 16 Cui succenturiatur, quod † Pistores etiam ab officio in genere, *argum. l. unic. C. de pistorib. juncta l. si quis. 6. C. de dignit. lib. 12.* vel à perfectissimatus dignitate (quæ qualis fuerit, apud Alciatum *l. 3. dispunct. cap. 4. &* Pardulph Prattæum in *Lexico verb. perfectissimi* videre licet) arcebantur *l. un. C. de perfect. dignit. lib. 11.* Tiraquell. *de nobilit. cap. 34. num. 37. & num. 59. mihi pag. 251. colum. 2.* Vt non immeritò pro portento referat Ammianus Marcellinus *lib. 27.* quod Terentius humili in urbe Pistoriensi genere natus, & pistor, annonariam Thusciam correctoris administraverit potestate; sicut etiam constat *ex l. 4. C. Theodos. de jurisdict. & l. 61. & l. 65. C. Theodos. de decurionib.* Similia de Ventidio Basso legimus apud A. Gellium *libr. 15. noct. Attic. cap. 4.* deque Sabino paria *in vet. Epigramm. mihi pag. 63.*

Verum his & similibus non obstantibus concludendum censeo: Molitores, si 17 † nulla alia obstet vitæ turpitudo, ab honestis officiis minimè arcendos esse. Primò enim extra omnem dubitationem positum est, cujus † artis quæstus non est impius, 18 non odiosus, non turpis nec sordidus, illam utilem, necessariam & simul honestam esse existimandam: laudandas quoque eas fore demum artes, quæ ad bonum finem tendunt; adserit Claudius Prateus *lib. 4. regul. ju. tit. 10. cap. 4.* post Cassiodorum *d. lib. 9. epist. 3.* Atqui tale pessimæ notæ quidquam in arte molitoria (cujus † inventio 19 quoq; , tamquam divinum aliquod opus, Deorum beneficio adtribuitur, ut postea docebimus, sicut † & Diis ipsis molas ad- 20 scriptas fuisse convincit locus A. Gellii *lib. 13. cap. 21.* ubi in conprecationibus Molarum Martis mentio fit, cujus rationem explicat Adrian. Turneb. *lib. 19. advers. c. 11.* Henr. Salmuth *ad Pancirol. nova rep. lib. 2. cap. 22. p. m. 714.* & probat illud proverbium: Sero molunt Deorum molæ, quod ex Plutarcho refert Erasmus in adagiis *chiliad.*

liad.4.cent.4.adag.82. Thrasybulus Lepta, *id est*, Cunradus Dinnerus IC. *libr. 4. exposit. hist. de reb. gest. Dn. Seinshemii L.B. pag. 241. 242.* dici solitum de his, qui licet serius, tamen aliquando pœnas malefactorum vindici DEO pendunt) non reperitur. Cur enim minus pius est molitor alienam farinam in hominis utilitatem molens, quam agricola, qui in agro suo sementem facit? Quàm sartor & sutor vestimenta & calceos consuentes? Quam aurifaber, ex auro & argento calices conficiens? Quàm cupediarum artifex & gulosus coquus, qui omnes delitias invehunt ac præparant? *infr. quæst. 4. num. 33. 72.* (quem tamen si Principis coquus fuerit, dignitatem habere adserit Romanus *d. singul. 655.* & Marq. de Susannis *tract. de Judæis part. 2. cap. 7. numer. 12.*) Quàm porrò lanius, conductus ad mactandum bovem? Quàm miles, conductus ad mactandos homines, ut jocatur Erasmus *in colloquiis?* Quàm pugil, aut gladiator, in quorum spectaculis sæpenumero apud magnates, ut utar verbis Cypriani, homo in hominis voluptatem perimitur; in quibus disciplina est, ut quis perimere possit, & gloria, quod peremit? Imò nullus ex jure nostro locus depromi potest, qui molitores vel infames esse, vel ab honoribus & dignitatum officiis removendos statuat.

21 Cum igitur † edictum de infamibus sit prohibitorium & stricti juris, nullam de molitoribus vel aliis opificibus mētionem faciens: *l. 1. & tot. tit. D. de his qui not. inf.* non utique nostrum est pœnas † legum extendere, Tiber. Decian. *respons. 96. num. 24. vol. 3.* & est textus *in l. & si quis §. Divus D. de religios. & sumpt. fun.* Glossa *in c. fin. §. exivi. extr. de jure patron.* Bertazz. 1. *cons. 345. num. 9.* & Mynsinger. *cons. 1. dec. 1. num. 43.* Sed, constitutæ si fuerint, pœnis legalibus contenti esse debemus, *l. stipulatio. D. de verb. oblig.* Ludov. Romanus *singul. 411. num. 1.* (22)

Deinde † non video, cur molitoribus eorumve filiis magis sit fugiendus funiculus miniatus, (quem hic meritò longiorem faciam, ductu *cap. super specula. 10. extr. ne cler. vel mon. reb. secul.* & ideo *infr. quæst. 41.* de illorum immunitate agam) quàm frumentariis, macellariis, piscatoribus & coquis, voluptatibus nostris ingenia adcommodantibus sua; quos equidem ad honesta officia non admitti debere nemo hactenus docuit: adeò ut etiam Bodinus Politicorum coryphæus *lib. 3. de Repub. cap. 8. pag. mihi 362.* eos statim post togatorum civium ordinem conlocet. Ubi igitur nulla diversitatis ratio subest, ibi omninò idem jus est statuendum: *l. illud. 32. D. ad l. Aquil. l. à Titio D. de verb. oblig.* Nicol. Bellonus *consil. 52. num. 2.* Aur. Corbulus *tract. de jure emphyt. cap. 12. num. 10. & cap. 15. ampl. 4. nu. 2.* Ioach. Mynsing. *consil. 10. nu. 67. dec. 1.* Tob. Nonius *ad tit. Instit. de testam. §. sed cum alis quis. num. 2. pag. 105.* & Dd. communissimè *infr. nu. 100. in fi. ac d. quæst. 41. num. 23. 25. & ferè per tot.* nec sufficit casus diversificare, nisi reddatur ratio diversitatis *infr. quæst. 7. num. ult.* (23)

Si enim † frumentarij, macellarii, piscatores & coqui ob id, quod civitatis annonā & altilia, quæq; præterea civibus alēdis maximè necessaria sunt, invehere & præparare curant, non immeritò in pretio sunt; cum cæteris rebus quidem adjuvemur, his verò alamur ac sustineamur, ut Cicero loquitur *5. in Verrem.* Quippe, ut ait D. Augustinus *lib. 2. sermonum, Cibum † cum homine creavit DEUS, Psal. 104, vers. 14. & 15.* (24) (25)

& 15, ac pane præcipuè homo & Respublica sustentatur, dicente Baldo *consil.* 452 *lata fuit sent. in princ. usque ad num.* 2. *lib.* 3. Julianus Cæsar quoque in Misopogone, cujus verba *pag.* 38. Martinio Morentino ita latinè sonant: *Neque verò civitas tantum, sed etiam plebs ex agris undique confluit ad panem, cujus unius magna est & copia & utilitas, coemendum.* Vnde etiam à Pascendo dictus Varroni & Nonio Marcello: vel, quod cum omni cibo apponatur, aut quod omne animal eum appetat, Isidorus *libr.* 20. Quo aptissimè referri potest historia descripta à Mose *in libro Creationis cap.* 47. Isti, inquam, si in magno sunt æstimio, cur non etiam Molitores cum illis pari jure censeantur? Quandoquidem † ob victum quotidianum maximum adferant momentum & necessarium, ut eo carere non possimus, sicut reliquis voluptuosis opificiis aut supervacuis laboribus: (qualis fuit illius, qui grana ciceris ex spacio distante missa, in acum continuo & sine frustratione inseruit, si credimus Cæl. Rhodigino *lib.* 9. *cap.* 58.) imo hunc præbeant usum, ut non modo alimonia ista vitam sustentari, sed etiam panum calentium odore propagari posse, post Diog. Laertium *libr.* 9. scribat idem Rhodiginus *libr.* 21. *cap.* 3. adde Laur. Ioubertum *de ingenti fame lipoth. cap.* 18. Arnold. Villanovanum *in Medic. Salernit.* & insuper sine molitorum pistorumque opera frumentum alioqui parùm sit profuturum; utcunque aliàs frumentariis, ceu Plautus ait *in Pseudolo, cunctis montes maximi acervi frumenti sint domi.* Adhibe integrum libellum Vincentii Contareni *de frumentaria Roman. largitione*, qui alium monstrabit usum machinis & viris istis cessantibus aut sublatis pariter inutilem vel nullum. Quàm ergo ad humani victus convictusque rationem sit necessaria molendi ratio, nemo est qui ignorat, ait Fr. Balduinus *in scholiis ad LL. rust. tit.* 10. Vnde etiam apud Syracidem *in Panæreto cap.* 29. *vers.* 28. & *cap.* 40. *vers.* 31. inter res illas, quibus homo necessario & primo ad vitam suam indiget, farina connumeratur. Accedit, quod & Hieroglyphici per Molam humanæ vitæ commercium significari voluerunt; propterea, quod molæ semper duæ, atque alterius ope altera ita indigeat, ut singulæ nullum opus faciant, quod fusius demonstrant Iohannes Pierius *lib.* 49. *hieroglyph.* & Henricus Salmuth *infra mox allegando loco.* Hinc quoque Macedones in nuptiis singulari judicio ac veneratione panem prægustabant, teste iterum Rhodigino *lib.* 28. *cap.* 15. Panis insuper & hunc dat usum: quod aqua aut vino inbutus efficacius sitim exstinguat, quàm vinum & aqua. Hoc illi natura tribuit, hoc experientia docuit & ratio adprobavit, quæ est obvia. Nam quod siti adversari debet, in ventriculi ostio aliquantisper inhæreat necesse est, quod panis suo lentore melius præstat: at illi duo liquores seorsum bibiti celerrime diffluunt, ad exiguum tempus irrigant, proindeque potus aviditatem minime perfringunt, inquit Latinus Tancredus *lib. de fame & siti. quæst.* 11. *pag.* 128. Ex hoc etiam discere licet, cur Avicennas scripserit, de destructione adpetitus agens, febricitanti qui-

26

quidem redire adpetitum ejus cum receptione panis infusi seu macerati in aqua frigida: quandoquidem hic panis sua mora in ventriculi ore inflammationem ardoremque delet, qui cibi adpetentiam prosternebat, ceu existimat idem Tancredus, & hoc addit εὐπόριστον, *id est*, facile parabile remedium diligenter esse animadvertendum, *quæst.12.* Sed & panem maxime necessarium esse vitæ, nec sine eo viæ nos debere committere, ostensum est à Dn. Philip. Camerario *cent. 2. hor. succis. sive medit. histor. cap. 93. in fin. adde infr. quæst. 4. num.* 34. quas rationes ibi Vespa nomine pistoris adferat, & confer quæ habent Martin. Chemnitius *in harm. Evangel* Ioh. Wernerus *in Therapeutica lib. poster. sect.* 6. Franc. Vallesius *de sacra Philos. cap.* 27. Georg Bertinus *lib. 9. de alimentis. cap.* 3. Iac. Tabernæmontanus *in Herbario. fol.* 327. Theoph. de Pega *in sylloge, an hostia sit verus panis, pag. 72. 73. cum seqq.* post veteres Plutarchum *lib. 6. probl.* 8. & inprimis Plinium, qui prolixè usum panis in Medicina enumerat *lib. 22. cap.* 25.

27 Cui planè conveniens est, quod à nostris traditum scimus: urgente † necessitate (putà si diebus profanis forsitan ob fractas rotas, aut cessantem ventum, vel ingruens sævum frigus, molere non fuerit integrum) etiam diebus festis molere licere, cum juxta Orationem Dominicam omni tempore pane egeamus, Gloss. *in l. publicas. 5. verb. pistoriis. C. de feriis.* facit textus *in l. 1. §. ult. & l. 3. D. de feriis. & in cap. 3. extr. de feriis*, sequitur Ioh. Saixon *in consuetud. Turonens. rubrica. des droicts de basse iustice. art.* 10. Nec dissentit Ioan. de Arnono *in comment.* 72. Marq. de Susannis *d. tract. de Iudæis. part. 1. in præfat. num. 1. 2. 3. 4.* Henric. Bocerus *clas. 6. disp. 16. th. 25.* Ren. Choppinus *tract. de privil. rust. lib. 2. part. 1. cap. 7.* & Dominicus Tuschus Cardinalis *tom. 5. conclus. pract. 19. lit. N.* ibique infiniti allegati: quamvis in alia secedant Imperator Leo *in Novella* 54. & Henric. Salmuth *in Notis ad nova reperta Guidonis Panciroli lib. 2. cap. 22. mihi, pag. 699. aliis* 715. Nobiscum facit Virgilius *lib. 1. Georg.*

Quippe etiam festis quædam exercere diebus
Fas & jura sinunt: rivos deducere nulla
Relligio vetuit, segeti prætendere sepem,
Insidias avibus moliri, incendere vepres,
Balantumq; gregem fluvio mersare salubri.
Sæpè oleo tardi costas agitator aselli
Vilibus aut onerat pomis, lapideq; revertens
Incusum, aut atræ massam picis urbe reportat.

Et Columella: *Negant Pontifices Feriis segetem sepiri debere, nec oves lavari lanarum, sed medicinæ causa, permittebant autẽ far pinsere, libr.* 2. Nec repugnat † textus 28 sacri Codicis *Exodi cap. 16. vers. 23. cap. 20. vers. 10. cap. 34. vers. 21. & cap. 35. vers. 2. 3. Levit. 23. vers. 31. Deuter. 5. vers. 14. Ierem. 17. vers.* 22. Casus enim necessitatis omninò excipi debet Andr. Osiander *ad Iosu. cap. 6. vers. 4. Nehem. c. 4. vers. 23. & arg. cap. pervenit. 12. de consecrat. dist. 3. can. si nulla. 15. cau. 23. quæst.* 8. quæ facit probabile, quod alias esset inprobabile *infr. quæst. num.* 121. Camill. Borellus *in tract. de compro. §. 2. gl. 1. num. 219. 220.* Ant. Heringius *tract. de fidejuss. cap. 15. num. 77. juncto cap. 1. num.* 153. facit textus optimus & adcommodatus *in cap. quod non est licitum. 4. ubi CC. de reg. jur.* & licitum, quod aliàs inlicitum, Hieron. Schurpffius *cent. 1. consil. 67. num.* 21. omnium verò latissimè Marq. de Susannis,

Domi-

Dominicus Tuſchus *dd. ll.* Claud. Prateus *lib. 4. regul. ju. tit. 21. cap. 5.* & ante eos Petrus Gerardus de Petra ſancta *ſingul. 100. incip. Neceſſitas, per tot.* Præſertim, cum ſabbathum ſit propter hominem, non homo propter ſabbathum, ut oſtenſum *in dict. tractat. de fidejuſſ. cap. 12. num. 12. juncto iſto cap. 4. de regul jur. infr. quæſt. 44. num.* 18. non aliter, ac cœlum propter hominem, non propter cœlum homo factus eſt, ſicut ſcribit Ioan. Chryſoſtomus *in Pſalmo* 150. Auguſtinus *lib. 3. de ſymb. ad Catech. cap. 2. & 3.* Hugo *lib. 1. didaſc.* ac feriis, ut eſt apud Macrobium, agere liceat, quod prætermiſſum noceret. Eamdem aut aliam ſolutionem pete ex Exod. *cap. 12. verſ. 16. Matth. 12. verſ.* 1. 3. 10. 11. 12. reliquiſque locis & B. Auguſtini verbis *in Pſal. 32.* ubi pro otio negotium hujuſmodi inter alia ſuadet hiſce: *Obſerva diem Sabbathi non carnaliter, non judaicis delitiis, qui otio abutũtur ad nequitiam. Melius enim utique tota die foderent, quam tota die ſaltarent.* Et ita intellige leges Alemannorum *titul. 38.* apud Frider. Lindenbrogium *in Cod. LL. antiq. pag. 373.*

29 Quamquam † illud ipſum apud veteres in ſummis feſtis haut permiſſum fuiſſe convincit locus apud Gregorium Turonenſem *de virtutibus S. Martini*: *Quidam,* inquit, *non metuens, neque honorans diem ſanctum Dominicæ Reſurrectionis, accepta annona ad molam vadit, impoſitoque tritico molam vertere cæpit, &c. libr. 3. cap. 3 idem de gloria confeſſ. cap. 107.* Niſi fortè caſum neceſſitatis iterum exceperis, aut præſentiſſimæ famis metum vel tempus. Adeò ut etiam in Eccleſia vetere die Paraſceves & Paſchatis, totoque illo ad Pentecoſten uſque tempore genua non flecterent, & oſculum alicui non darent. Lucas Patriarcha hoc amplius indicat, non licuiſſe quovis ſabbatho, aut dominica. Teſtimonia ipſa lege apud eruditiſſimum Ioh. Meurſium *in Mantiſſa ad lib. de luxu Roman. cap. 24. & adde cap. quoniam 10. cum ſeqq. de conſecr. diſt. 3.* Imò ipſe Sambation fluvius Iudææ ſingulis ſabbathis intermittit curſum ſuum, unde etiam nomen habere videtur, quaſi Sabbathion. O admirabilem legis divinæ obſervationem, quam priſco tempore tenuit in Palæſtina: nunc mutato ſacerdotio & lege non ſervat: Tum temporis ſeptimo quoque die exinaniri conſueverat atque exſiccabatur, ſex reliquis diebus ſemper aquis oppletus fluens Ioſeph. *lib. 7. bell. Iudai. cap. 24.* Bruſonii narratio nonnihil variat: inter Arcas & Raphaneas dicentis, Agrippæ regni urbes, fluvius ſeptimo quoque die fluit, qui interpoſitis ſex diebus à fonte ipſo deficiens, ſiccum exhibet locum, ſeptimo die rurſus ſimilis exoritur, ob idque Sabbathicus dictus. Vide ſis plura apud doctiſſimum Druſium *lib. 2. obſerv. c. 20.*

30 Tertiò, cum ex poſtea dicendis appareat, Piſtores † non tantum panem feciſſe, ſed etiam farinas moluiſſe & ſubegiſſe; Cujac. *lib. 16. obſ. 5. in prin.* & tamen horum opificium adeo honeſtum in civitate Romana habitum fuerit, ut repertore firmatoreque Imperatore Trajano proprium habuerint collegium, & eorum curatores ſe excuſare potuerint, *tot. tit. C. Theodoſ. & Iuſtinianide piſtor. l. ult. D. de excuſat. tutor. l. 1. D. quod cujuſque univerſ. nom.* Sextus Aurelius Victor. *libel. de Cæſarib.* Cujacius *lib. 26. obſervat. cap. 17.* Ioh. Gæddæus *in l. Neratius. 85. num. 1. D. de verbor. ſignif.* Cunr. Ritterſhuſ. *in Trajano ſuo pag. 3.* Vinc. Contare-

carenus *d. lib. de frument. Roman. largit. cap. 4.* Henric. Salmuth *d. tit. 22. p. m. 714.* & peculiaria jura habuerint, nec personæ abjectæ fuerint, teste Cassiodoro *lib. 6. epist. 18. infr. quæst.* 41. *num.* 19 23.

31 Vnde † pistorias quoque causas feriatis geminatisque mensibus audire & distinguere licuerit, *l. publicas. C. de feriis.* & præterea non major insit sortitudo aut im-32 munditia Molituræ, quàm † Agriculturæ & vitæ pastoritiæ, (ut utar verbis Catonis *lib. 1. de re rustica. cap. 1.*) quibus duabus antiquissimis artibus civitates, pagi, villæ & familiæ sustentatæ fuerunt; quare etiam ex Cicerone 1. *offic.* Iohan. Bodinus *d. libr. 3. cap. 8. pag. mihi 360.* scribit, omnium rerum, quibus aliquid acquiritur, nihil agricultura (quidquid etiam contra suggerat Salustius *in princ. belli Catilinarii*, ob id rectè reprehensus à Symmacho *lib. 5. epist. 66.*) ac penuaria melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil etiam homine libero dignius esse, Gesnerus *in comment. ad Genes. cap. 46. mihi. pag.* 908. *in princ.* Saxo Grammaticus *libr. 6. hist. Danicæ p. m. 56. b.* Libanius Sophista Antiochenus *in oper. orat. edit. Moral. pag.* 88. 89. 123. 124. 135. 136. 137. Roder. Zamorensis *d. speculo lib. 1. cap. 21. 29.* Phil. Camerarius *cent. 1. medit. hist. cap. 5.* in terminis vero Christoph. Mylæus *de scribenda univers. rer. hist. lib. 2. p. m. 114.* 115. aliique testantur: quo nomine inprimis Cyrus major, Serranus, Curius, Fabius, Fabricius, Camillus, Attilius Regulus, Coruncanus, Cincinnatus, Torquatus & Cato celebrantur in veteri historia! Hinc & tribus rusticæ urbanis præpositæ; ut testimoniis Plinii, Varronis ac Sigonii probat Ioh. Rosinus *libr. 6. antiq. Roman. cap. 15. m. p. 662.* & agricultura multa habet privilegia, quæ legere ac colligere quis potest ex Nicol. Boerio *decis. 322. num.* 11. Mantua *singul. 497.* Franc. à Ripa *tract. de peste tit. de remed. præserv. cont. pest. cap. 4. incip. accedo nunc num. 252. cum multis seqq.* Dominico Card. Tuscho *tom. 1. conclus. pract. 247. lit. A.* quibus adjunge Renati Choppini *tract. de privil. rustic.* Hermanni Latheri *tract. de censu lib. 3. cap. 6.* Et cur aliàs Henricus Auceps (ni fallor) ex urbibus Nobiles olim in villas aut rura revocasset, eaque potius inhabitanda ab ipsis fas, & personæ conveniens esse judicasset? Adferunt alii ex torneamentorum libro Friderici III. sive Turnierordnung/ de Anno *1485. art.* 4. (quæ exstat apud Dn. Melch: Goldastum ab Haiminsfeld in Reichshandlungen/ *p. 25.*) hunc sanctionem: Welcher auß freyem Willen in einer Stadt sitzt/ Steuer und Wacht gibt/ oder beampt/ und das zuthun verbunden ist/ so dann gemein ingesessen Bürger zuthun seynd/ die sollen zum Turnier nicht zugelassen werden/ ref. Werner. Kyllingero *tract. de ganerb. castror. disc. 3. num. 99.* & de Henrici I. Imp. constitutione agit Christ. Lehmannus *lib. 4. Chron. Spirens. cap. 14. in pr.* adjunge Leptam *d. lib. pag.* 12. 13. 16. 17. Salmuth ad Pancirol. *lib. 2. tit. 20.* Nec dubito, eo etiam respexisse Columellam istis: *Illis temporibus Proceres civitatis in agris morabantur, & cum consilium publicum desiderabatur, in villis arcessebantur in Senatum, ex quo, qui eos vocabant, viatores nominati sunt, lib. 1.* Adjunge post Xenophontem, Plinium *lib. 18. cap. 3.* Thom. Dempsterum *in paralip. ad Rosin. l 7. c. ult. pag. 754. 755.* qui plura aliaque adducit. Quo refero similiter histori-

am,

am, quam Æneas Piccolomineus Cardinalis Senenſis literis olim ita prodidit: *Fama eſt anno DCC. nonageſimo poſt Chriſti Salvatoris ortum, imperante Carolo Magno ducem gentis* (in Carinthia) *Ingone* (aliàs Iguonem) *nomine ingens convivium provincialibus præparaſſe, & agreſtibus quidem ad conſpectum ſuum intromiſſis in vaſis aureis atque argenteis: nobilibus verò ac magiſtratibus* (al. Magnatibus: quod convenientius & ad rem magis aptum. *Vide fragm. hiſt. vet. apud Flac. in catal. teſt. verit. fol. 122.*) *procul ab oculis collocatis fictilibus miniſtrarent juſſiſſe. Interrogatum cur ita faceret, reſpondiſſe: Non tam mundos eſſe, qui urbes & alta palatia, quàm qui agros & humiles caſas colerent. Ruſticis qui Chriſti evangelium accepiſſent, baptiſmatis unda purificatis, candidas & nitidas eſſe animas: nobiles ac potentes, qui ſpurcitias idolorum ſequerentur, ſordidas ac nigerrimas. Se verò pro animarum qualitatibus inſtruxiſſe convivium; caſtigatoſque ea re nobiles catervatim ſacri baptiſmatis undam quærentes, brevi tempore Chriſti fidem accepiſſe.* Ita ille *in comment. de ſtatu Europ. ſub eod. Frider. III. cap. 14. p. m. 58.* Adjiciam, quia obvenit, Senecæ ethnici teſtimonium.

Non alia magis eſt libera, & vitio carens
Ritusq́ melius vita, quæ priſcos colat.
Quam quæ relictis mœnibus campos amat.

Quid ergo (inquam) obſtat, quo minus molitores piſtoribus cæteriſque exæquemus? quos in tantum adfine opificium cõjungit, ut noſtrates molitores † piſtorum 33 veterum γνήσιοι ac veri ſint ſucceſſores: ſiquidem auctore, Atteio Capitone, Piſtores † ii tantum nominabantur, qui ante in- 34 ventas molas far pinſebant, & panem toſtũ lautioribus coquebant, ut deinceps prolixius deducetur. Juris enim † liquidi & a- 35 perti eſt, quod ſubrogatum ſapiat naturam ejus, in cujus locum ſubrogatur. *l. ſi cum §. qui injuriarum D. ſi quis caution. l. ſi in fundo §. ſi fundus D. de jure dot. Albert. Brunus com. ſuper ſtatut. exclud. fœmin. art. 11. nu. 19.* Hieron. Schurpffius *cent. 1. conſil. 59. nu. 35. 36.* ut late etiam tractant & de hoc axiomate uſitatisſimo differunt Eberhard. *in Top. lo. à vi ſubrogationis*, Gabr. Romanus *lib. 6. concl. tit. de reg. jur. concl. 2.* Pelaez. à Mires *de majoratu part. 1. q. 11.* Ludo. Molina *de Hiſpan. primogen. lib. 4. c. 4. n. 24. cũ plur. ſeqq.* Steph. de Phedericis *tract. de interpret. legum part. 1. membr. qual. lex. extend. ex mente p. m. 55. à nu. 109. uſq; ad nu. 115. Joh. Gæddæus ad l. 98. nu. 10. de V. S. &* Carolus Tapia *in comm. ad l. pen. D. de conſtit. Princip. part. 2. cap. 3. nu. 100. & ſeqq.* adeò ut licet ſubrogatum in aliquo caſu diſcrepet ab eo, in cujus locum ſubrogatur, dicente poſt Huſanum & Sixtinum Ioach. Scheplitz. *ad conſuet. March. Brãdeb. part. 4. tit. 11. §. 4. nu. 6.* tamen ſubrogatus cenſeatur unus & idem *l. ſi ita legatum. ubi Bart. nu. 8. D. de au. & arg. leg. l. filiæ §. filia D. de condict. & demonſt.* ac ſubrogatio fiat cum omnibus qualitatibus, natura poteſtate & immunitate, *Decius conſil. 120. Cephalus conſil. 615. num. 2. & ſeq. lib. 5. Molinæ. d. c. 4. num. 36. Cavalcanus deciſ. 19. num. 30. cum ſeq. & deciſ. 41. n. 35.* procedatque tam reſpectu rei, quam perſonæ, ut late poſt Eberhardum, Mieres & Molinam *Thuſcus tom. 7. pract. concluſ. lit. S. concl. 757. Turretus conſ. 31. nu. 18. 19. & conſil. 99. nu. 31. uſque ad nu 52.* ubi ſubjungit, quod ſubrogatus utatur iiſdem privilegiis, quibus uti poteratis, in cujus locum ſubrogatur; cui adſtipulatur Johannes Gutierez *lib. 1. pract.*

pract. quæst. 14. num. 2. referens Baldum dicentem: quod subrogatus debeat esse ejusdem juris ac conditionis, cujus est fuitq; ille, in cujus locum subrogatur; & debeat esse alias, qui à principio esse potuerit. Vide de eadem regula utilissima ac frequentissima Mastrillum *decis. 36. per tot.* & Ioh. del Castillo Hispanum *lib. 4. controvers. juris quotid. cap. 36. nu. 52. 53. 54. 55.* Ita autem illos subrogatos vel modernos panificos describit Melchior de la Cerda: *Pistores sunt, qui subacta farina panem conficiunt, confectum panem in furnum portandum curant, & pala sive in furnibulo immittunt, & ignem rutabulo proruunt, panis coquendi causa. Quem aversum conversumq; ubi senserint esse coctum, extrahunt, & manu quatientes, explorant, coctus sit, annon. Quanquam ex crusti aspectu, nullo etiam tactu id conjicere satis poterunt. volum. 1. campi eloquent. pag. 535.*

Quarto pro hac sententia allegari quidem posset, quod † Spurii (quinam sint, vide Bartol. *in l. & gener. 25. n. 2. D. de his quib. ut indig. ibique addit. Iac. Concenatii, late Tuschus tom. 7. concl. pract. 409. Gabr. Palæotus in tract. de nothis & Spur.*) & re & vita honesti in multis casibus gaudent beneficio juris communis, quo legitimi, *Tuschus concl. 413.* dicuntur consanguinei agnatique in pluribus, *idem concl. 414.* in magnos evadunt viros, ingenioque excellunt ac manu præstant *inf. nu. 45. moxq; allegandi*, & ad ordinem decurionum admittuntur; nec tamen ordini illud est dedecori, cum non sit impedienda dignitas ejus, qui nihil admisit *inf. nu. 40. 41. 71. 72. l. 3. § spurios. l. spurii D. de decurion. arg. 135. de V. S. l. 7. in med. C. de nat. lib. Iacob Thomingius decis. 44. nu. 3. & decis. 48. nu. 42. Tiraquellus d. tr. de nobil. cap. 15. num. 10. cum seqq. Menochius de arb. jud. quæst. 464. num. 17. cum seqq. Pet. Peckius in c. infamibus de R. l. in 6. Raudensis de analog. cap. 30. nu. 81.* ubi multa exempla naturalium ad dignitates evectorum, adde *Marsil. tr. de bannit. verb. civitate nu. 197. Helf. Ulr. Hunnium var. resol. ju. civ. lib. 2. tr. 7. q. 6. p. 643. 644.* ac ob eamdem rationem etiam molitores repellendos non esse. Verum enimvero, quia contrarium præter cæteros decidit Thomas Grammaticus *decis. 37. num. 2.* Hartm. Pistoris (qui, ut ludam voce, merito à pistorum ac molitorum partibus stare debebat *sup. nu. 3.*) *quæst. 30.* Mynsingerus *cent. 4. observ 31.* Card. Tuschus *d. lit. S. concl. 45.* spuriosque filios ab incunabilis secum quamdam infamiæ notam ducere, post Bart. (qui tamen ipsemet Spurius fuit *inf. nu. 45.*) Bald. Imol. Ruin. existimat Palæotus *d. tract. cap. 1. in princ.* eosque infames, turpes ac viles iudicat Ioh. del Castillo *lib. 2. controvers. quotid. c. 19. nu. 50.* & præterea Joachimus à Beust *in l. 3. nu. 26. D. de jurejur.* per † totam fere Germaniam (de Gallia autem testatur *Hottoman. tract. de success. in reg. Franc. l. 3. p. 34.* de Helvetia *Simlerus de republ. Helvet. p. 148. b.* de Germania etiam *Georg. Schonborn lib. 2. pol. cap. 10.* de Suecia, Gothia & Norvvegia *Ioh. Magnus lib. 18. cap. 6.* de Atheniensibus deniq; *Plutarch. in Pericl.*) observari testatur, quod spurii ad dignitates non admittantur, **daß die Uneheliche in keine Innungen / Zünfften / Gaffeln oder Gilden genommen werden:** & tale statutũ valere notat Ioh. Schneidevvein *ad §. constat n. 15. Inst. de I. N. G. & C.* unde etiã plerumq; † legitimitatis suæ documẽta prius edere &

36 37 38

pro-

producere tenentur, juxta Blarerum *in l. diffamari cap. 2. mihi pag. 80. C. de ingen. manum. vide in simili Hering. de fidejuss. c. 7. num. 319.* & Rutgerum Rulandum, quem hæc seqvutum fuisse legi ac deprehendi *in additt. ad tract. de Commiss. part. 1. lib. 4. cap. 6. pag. 126. 127. 128. 129.* 130. Ideo, inquam, illud argumentum non urgeo, alias in jure communi satis fundatum: Sed remitto lectorem ad quæstiones politicas Johannis Gerhardi *decad. 9. quæst.* 7. Tib. Decianum *consil.* 31. *ex num.* 11. *usque ad nu.* 31. *vol. 4.* Johan. Vinc. Hondedæum *consil. 47. libr. 2.* inprimis Palæottum *tot. tract. de Spuriis*, & ad illos, quos antea laudavi.

Denique omnis dubitandi ratio tollitur 39 per † novissimam Imperatoris Karuli V. & Statutum Imperij Romano-Germanici pragmaticam sanctionem, in comitijs Augustanis Anno 1548. tit. Von Handtwercks Söhnen und Gesellen latam, & à Divo Rudolpho II. solenniter repetitam in der gebesserten Policey-Ordnung zu Franckfurt Anno 1577. tit. 38. qua, tamquam superlativo legitimationis ac qualificationis documento cavetur, quod molitores eorumq; filij ab honestis officijs arceri non debeant, quod etiam probarunt Joachim. à Beust. *in d. l. 3. n. 73. de jurejur.* Petrus Denaysius *de jure Camerali tit. Opificum pacta* §. 2. *&* §. 11. ac Joh. Niellius *disp. Instit.* 1. θ. 12. *junge inf. n.* 85. Verba autem constitutionis ita sonant: Als auch an etlichen Orten der Gebrauch ist/daß die Leinweber/Barbierer/Schäfer/Müller und dergleichen Handtwercker in den Zunfften/zu andern/den jhrer Eltern/Handtwercken nicht aufgenommen noch gezogen werden: Und aber jhe unbillich/daß die jennen/so eines ehrlichen Herkommens/Handels und Wesens/außgeschlossen werden solten: So wollen wir solche beschwerliche Gebräuch oder Gewonheiten hiermit auffgehebt und vernichtiget haben: Setzen/ordnen und wollen demnach/daß die Leinweber/Barbierer/Schäfer/Müller/Zöllner/Pfeiffer/Trummeter/Bader/und die/deren Eltern/davon sie gebohren seyn/und jhre Kinder/so sie sich ehrlich und wol gehalten haben/hinführo in Zunfften/Gaffeln/Ampten und Gilden/keines weges außgeschlossen/sondern wie andere redliche Handtwercker auffgenommen und darzu gezogen werden sollen ꝛc. Latine sic verti possunt: Cum in quibusdam locis consvetudo invaluerit, quod Textores, Barbitonsores, Opiliones, Molitores, & similes Opifices in Collegijs, Tribubus & Societatibus non ad alia opificia vel officia, quam quæ parentes eorum exercuerunt, admitti aut vocari debeant; & vero iniqvum sit, ut illi, qui honestæ alias originis, famæ ac vitæ sunt, excludantur: Ideo prædictam intolerabilem nimisque onerosam consuetudinem hoc ipso tollimus, cassamus & irritamus; statuentes, ordinantes & volentes, quod Textores, Barbitonsores, Opiliones, Molitores, Publicani, Tibicines, Tympanistæ, Balneatores, ac hi, horumque parentes, ex quibus nati sunt, eorumque liberi, si honeste & bene vixerint, inposterum à collegijs, societatibus, officiis & tribubus nullo modo excludi, sed non aliter, ac alij honesti opifices, ad ea admitti ac vocari debeant, &c.

Notentur primo verba illa: zu andern/den jhrer Eltern Handtwercken nicht auffgenommen werden/ꝛc. Etsi enim Joannes Boterus Benesius *in Amphitheadrio suo* recenset, in † Regno Chinæ receptum esse: 40 ut se nemo excusare possit, quod nihil agere norit, unumquemq; artem paternam exercere cogi; atq; ideo, cum filij in artibus paternis

ternis quodammodo nafcantur, obligatiq; fint eas exercere, illas addifcere fere, antequam id perceperint, idque perfectiffime: laudatiffimi tamen Imperatores ac Status Imperij Romano-Germanici liberalibus Germanicæ Nationis [de qua præter alios infignia retulerunt Jacobus Wympfelingius *in epit. rerum German.* & Thomas Lanfius *in confultat. de princip. Europ.*] animis ac ingenijs indignum cenfuerunt, bonæ indolis & ad majora melioraque natos adolefcentes in tam anguftis cancellis conftringere, ut omnino & præcife illis aut patriffandum, aut inclinationi inftinctuiq; divino, qui ex pulvere erigere quafi pauperem, & conlocare eum cum Principibus populi fatagit, tergum fit obvertendum. 1. *Reg.* 2. *verf.* 8. *Pfal.* 113. *verf.* 7. 8. *Jobi* 5. *verf.* 11. *Syrach.* 11. *verf.* 13. 23. Eo quoque traho conftitutionem Karuli, fed cognomento Magni, quæ talis: Parentes filios fuos & Patrini eos, quos de fonte lavacri fufcipiunt, erudire fummopere ftudeant. Illi, quia eos genuere, & eis à Domino dati funt: Ifti vero, quia pro eis fidejuffores exiftunt. *lib.* 2. *cap.* 46. Barbaries certe eft, ftupiditas eft, ad honefta vadentibus tales compedes injicere: Quin juxta Demofthenem πολλὰ δουλικὰ πράγματα τοὺς ἐλευθέρους ἡ πενία βιάζεται ποιεῖν hoc eft multas ferviles operas ingenuos homines paupertas facere cogit: & fatis fuperq; eft dolendum, multorum virtutibus rem domi forisque anguftam obftare, quominus emergant, ut non fit opus, easdem latis legibus impedire aut convellere, ne cum Horatio è *lib.* 1. *epift.* ingeminare poffint:

Me libertino natum patre & in tenui re
Majores pennas nido extendiffe loqueris:
Vt quantum generi demas virtutibus addas.

Quinam quæfo, fuerunt Mofes, Rex David, Romulus, Tullus Hoftilius, Q. Cincinnatus, Mithridates, Vefpafianus, Aurelianus, Juftinianus, Primislaus? Paftores, Opiliones, Agricolæ, Obfcuri: & tamen à pedo, raftris ac aratro ad Regna, Confulatum ac Dictaturam funt adfciti. Et quidni? Nulli certe præclufa virtus, omnes admittit, tefte Seneca *epift.* 3. Ac femper pulchrius eft, pulchrum fieri, quam pulchrum nafci, dicente Francifco Petrarcha *de remed. utr. fort. lib.* 2. *dial.* 1. Quemadmodum quoque venator non id, quod cane natum fit, fed canem requirit: & rei equeftri deditus, non quod equo prognatum fit, fed equum requirit: Ita & civilis boni arbiter procul à fcopo aberraverit, fi non quis fit, fed ex quibus ortus parentibus, quærat, ait Plutarchus *in Sylla.* Adpofite etiam Joh. Chryfoftomus Epifcopus Conftantinopolitanus. *Quid ei*, inquit, *prodeft, quem dehoneftant mores generatio nobilis & clara? aut quid nocet generatio vilis, quem mores adornant? Ipfe fe vacuum omnibus bonis oftendit, quem gloriatur in patribus.* Eodem fenfu Claudianus *in* 3. *Conf. Honor.* virtute inquit decere, non fanguine niti. Quod utique egregie calluiffe neceffum eft Stiliconem, cum hoc nomine eum alibi idem commendat, dum canit:

—— —— non obruta virtus
Paupertate jacet: lectos ex omnibus oris
Evehis: & meritum nunquam cunabula quæris,
Et qualis, non unde fatus.

Unde qui rerum primas à Turcarum Principe tenent, funt Paftorum ac Bubulcorum filij: De quo, tantum abeft ut eos pudeat, inter fe gloriantur, eoque plus fibi tribuunt, quo minus natalibus aut majorum fplendori debent, referente Augerio Busbequio *legat. Turc. epift.* 1 *pag.* 72. adeo ut juxta

ut juxta Johannis Boteri testimonium, Turcæ exscindant exstirpentque nobiles familias, nec aliud magni faciant, quam audaciam & fortitudinem, ponantque in manus mancipiorum & gentis vilissimæ, si sanguis spectetur [tantum curent, ut, idonei inveniantur, capacesque præclaræ fortunę] omne suum imperium, *in describt. Magni Cham pag. mihi* 142. Modo etiam non sordide aut per inlicitas tendiculas ad dignitates pervenerint, quos acri & simul perelegantí orationis penicillo delineavit Euphormio Lusininus sive Johannes Barclaius *part.1. Saty. p.m.22. & seqq.* Denique præclarus, ut inquit Plato, thesaurus sunt majorum virtutes; sed præclarius, posse illud Sthenei objicere:

Majores superat virtutis gloria nostra.

Nam Lucani ex mente, dum ad Pisonem scribit:

Quid imaginibus, quid avitis fulta triumphis
Atria, quid pleni numeroso Consule fasti
Profuerint, cui vita labat? perit omnis in illo
Nobilitas, cujus laus est in origine sola.

Præclare itaq; prædicta constitutio Karulina causam inpulsivam sive rationem, quæ ad ita sanciendum movit, subjunxit his » verbis: Und aber je unbillich/daß die jennen/ » so eines ehrlichen Herkommens/ Handels » und Wesens außgeschlossen werden solten ꝛc. Nam ut recte scribsit Cicero: præter culpam nihil cuiquam est præstandum, *lib. 6. epist. famil.* 1. Ubi igitur † nulla subest culpa, ibi & pœnæ nullus potest esse relictus locus, *l. aliud 131. D. de verb. signif. l. sancimus 22. C. de pœn. l. 8. C. de legat. l. si ideo 7. ubi & Baldus notat C. de his quib. ut indig.* Ant. Quetta *cons. 6. n.* 25. Proinde quoque justissime censuit acutissimus Papinianus: non esse impediendam dignitatem ejus, qui nihil admisit, *d. l. Spurij 6. in pr. D. de decurion. pulchre And. Knichen ad privil. Saxon. cap. 5. rubrica: Crimen læsæ majest. pag. mihi* 233. Justissimè similiter Camera Imperialis Anno 1608. Statutum collegij cujusdam in civitate R. quo extraneus, qui jus civitatis, das Recht der Bürgerschafft/ sibi conparaverat, à certo negotiationis genere arcebatur, tanquam monopolicum cassavit & sustulit; id quod ex observatione quadam Dn. Parentis habeo.

41

Veniunt porrò & † illa verba notanda: So wollen wir solche beschwerliche Gebräu- » che oder Gewonheiten hiermit auffgehebt » und vernichtiget haben/ ꝛc. Certum siquidem est illam clausulam designare, quod totus actus, si contra fiat, ipso jure non valeat, *per text. in l. quidquid C. de vectigal. & in Extravag. de pace Constant.* §. *Privilegia.* Menoch. *de arb. jud. quæst. casu* 1. *n.* 5. *in fin. Capolla de usucap. pro donato verb. Irritam num.* 1. *Sebast. Vantius de nullit. process. rubr. Quid sit nullitas nu.* 12. *Carolus Ruinus consil.* 98. *Gail. lib. 2. observ. 4. n. 3. & 4. Matthi. Stephani tract. de jurisdict. c. 7. nu. 44. part. 2. lib.* 2. ac quæ habet Lud. Rudolphinus *tract. de sup sive absol. Princ. potest per tot.*

42

Unde inferri forte posset, textus † juris Saxonici *lib. 3. art.* 45. §. Spielleute/ *& lib. 1. art.* 37. per hanc constitutionem Imperij in verb. Pfeiffer/ Trummeter/ abrogatos esse; utrumque nonnullis placeat, propter Privilegium Karuli Quarti jus Saxonicum alia lege Imperiali antiquari vel mutari non posse: quod ego in-præsentiarum refutandum relinquo ex traditis per Ludolphum Schraderum *in tract. feud. part. 10. sect. 20. num. 116. & multis sequent.* Cæterum quia allegati textus propriè loqvuntur de histrionibus, qui quæstus causa in scenam prodeunt,

43

deunt, de quorum infamia notorie constat, *ex l. 2. §. ult. & l. seq. D. de his qui notant. inf. ubi Gothof. Isidorus Hispal. libr.* 18. *etymol. cap.* 48. *Cunr. Rittersh. ad Salvian. lib.* 1. *de provid. pag.* 222. 224. *Henr. Salmuth. ad lib.* 1. *Panciroli. p. m.* 87. 88. *Donellus lib.* 2. *comment. cap.* 1. *Ravardus lib.* 3. *varior. cap.* 11. *Dn. Mich. Piccartus dec.* 4. *obs. hist. pol. cap.* 4. ideo non possunt ad propositum nostrum trahi, in quo de talibus personis, quæ artis ludicræ causa in certamina descendunt, operasque suas locant, non est institutus sermo; qua de re prolixe tractantem videas Andream Tiraquellum *in tract. de nobilit. cap.* 34. *à num.* 6. *usque ad num.* 19. Argumentum enim quod desumitur ex lege aliqua debet intelligi in illis terminis, in quibus lex loquitur. *Cacheran. decis.* 16. *n.* 9. Nec lex aut textus debet trahi ad aliud, quam de quo in eo principaliter agitur & quæritur *inf. quæst.* 8. *n.* 46. *Steph. de Phedericis d. tract. de interp. leg. part.* 1. *memb. qual. lex extend. ex mente num.* 123. 124. 126.

Tertio notentur quoq; particulares illæ
» dictiones, hinführo keines weges / & verbũ
» necessitativum sollen / juxta Paulum Wehnerum *in pract. observ. lit. K. pag. mihi* 437. *& lit. S. pag.* 608. Johannem Rudingerum *cent.* 3. *singul. obseruat.* 17. *cent.* 4. *obs.* 67. *& cent.* 5. *obs.* 70.

44 Sicut enim † dictio, EX NVNC, siue IN POSTERVM, denotat actum verbi prolati, & futuris dat formam negotiis *l. leges* 7. *C. de legib. cap. ex literis* 11. *in princ. extract. de constit. Caspar Caballinus in Ægidian. lib.* 2. *c.* 13. *verb. ex nunc, plene Tiraquellus de retr. convent.* §. 2. *glos. vn. n.* 86. *& Tuschus tom.* 2. *conclus. pract.* 279. *lit. E.* Non aliter
45 ac † dictiones, EX NVNC PROVT
» TVNC, & EX TVNC PROVT NVNC, Jtz als dann / und dañ als itzt / hanc virtutem »
habent, ut unum tempus insit alteri, extremum nempe in primo, & primum in postremo; & ex quolibet istorum temporum possit actus initium sumere, ac futurum ad præsens, & præsens ad futurum transferre, ut post Angelum, Imolam, Nattam & Rolandum à Valle loquitur Hieronymus Magonius *decis. Florentin.* 64. *num.* 14. cum quo concordant Hieronymus Gigas *in consil.* 3. *num.* 5. ubi clausulam hanc retroactivam adpellat, Petrus Brixiensis Episcopus *in repert. verb. ex tunc part.* 1. Jacobus Menochius *in consil.* 106. *num.* 326. nec non ex Baldo, Bartolo [qui, uti etiam Johannes Andreæ, Gratianus qui Decreta composuit & Petrus Lombardus, fuit Spurius, teste Tiraquello *d. tract. de nobilit. cap.* 15. *num.* 32. Idem cum Palæoto dicit Royzius de Jasone Mayno; quod ob superiores quæstiones monere volui *num.* 4. 36. 37.] Corneo, Alexandro, Felino & Zasio Mynsingerus *respon.* 1. *decad.* 11. *cent.* 2. cui adjunge Wehnerum *d. observ. practic. lit. I. pag.* 300. & Rudingerum *cent.* 3. *singul. obser.* 6. Vbi decidunt, quod illa verba inportent Canonem latæ sententiæ, operenturque actum completum, etiamsi verbum futuri sit temporis adjunctum.

46 Ita † dictio, NVLLO MODO, & verbum, DEBET, enixam statuentium vo- »
luntatem ac parendi necessitatem inportant; in tantum, ut etiam omnem casum & omne tempus comprehendant, per ea quæ tradiderunt Aymo Cravetta *consil.* 294. *n.* 6. Cephalus *consil.* 171. *num.* 15. *lib.* 2. Hippolytus *in pract. crimin.* §. *nunc videndum n.* 8. Tiraquellus *de retract.* §. 1. *gloss.* 15. & Tuschus *d. tom.* 2. *pract. conclus.* 262. *lit. D.* Adeo idem, ut lex aliquid per illud verbum præcipiens, inducat regulariter præceptũ,

per

per quod contrafaciens incurrit peccatum mortale, ſecundum Gloſſam & Calder. apud Tuſchum *concluſ.* 32. *d. tom.* 2. *pag.* 253. *lit. D.* Et huc facere debent, quæ ſuo tempôre proferam, in libro de Dictionibus ſive particulis juris. Vlterius & hoc ad prædictæ conſtitutionis Imperialis commendationem inprimis venit obſervandum, quod illa per ſe non de aſini umbra, aut re aliqua inutili, ſed valdè neceſſaria ſit concepta.

47 Neque † enim, niſi rariſſime, & quidem ita exigente neceſſitate, cives à civibus ordine dividendi ſunt, quandoquidem ea res ſeditionum civilium materiam facile afferre poteſt, cum alii ab aliis non tantum ſejuncti ſunt: ſed etiam ordinis diſcrimine ſe notari ſentiunt. *Iohan. Bodinus d. lib.* 3. *cap.* 8. *mihi pag.* 363. cum contra Princeps curare debeat quietem & tranquillitatem ſubditorum, in qua ipſe demum conquieſcit, *c.* 1. *de offic. leg. lib.* 6. *Feder. de Senis conſil.* 185. *in pr.* imo non ſubditis ſolum quietem ac pacem, ſed etiam vicinis procurare debeat; quia ex commodo vel incom̃odo vicini, vicinus tale ſentit, cum cortina cortinam trahat *c. un. de ſacr. unct. Fed. de Senis d. conſ.* 185. *n.* 2. confer Diod. Thuldenium *lib.* 2. *diſſert.*

48 *Socrat.* 24. Imo etiam, ſi † paucorum arbitrio Reſpub. agitetur, & parti civium neque ſpes neque aditus ad honores pateant, duas quodam̃odo ex una civitates fieri, & humiliores à potentioribus cubito protrudi, egenos vero ac viles excellentioribus inuidere neceſſum eſt; id quod urbs Roma nos luculenter docet, quoties plebem à Patribus & nobilitate ſeceſſiſſe legimus, ut *in l.* 2. §. *Iisdē temporibus, & ibi adcurate adnotat Georg. Eberlinus. D. de orig. Iuris.* atq; apud Dionyſ. Halicarn. *lib.* 6. & Ant. de

49 Gama *dec.* 282. *n.* 1. Quippe tũ † ad ſedandos motus ejusmodi, nihil utilius judicabatur, quam ut plebejis juxta ac nobilibus honores promiſcui eſſent, nullũq; faſtidiretur genus, in quo ſaltem virtus eniteret. Conſervare enim alias debet Princeps ſubditos ſuos in gradu in quo reperit, paternoque amore eos tractare tenetur *inf. q.* 11. *n.* 36. *Rol. à Valle conſ.* 1. *n.* 104. 114. *l.* 1. Joh. de Platea *in l. neminem in fi. C. de decur. l.* 10. Gloſſa *in l. ſi minor D. de ſeru. export.* Cravetta *conſ.* 9. *n.* 37. & *conſ.* 241. *n.* 8. Thom. Maul. *tr. de homag. tit.* 1. *n.* 14. Ad quæ omnia optime faciunt, quæ de perdito ac perverſo Reipublicæ Atticæ ſtatu com̃emorat Ariſtophanes; qui eum hoc modo deſcribit & ad priſtinos melioresque inſtigat mores in *Ranis act.* 2. *ſc.* 6.

Πολλάκις γὰρ ἡμῖν ἔδοξεν ἡ πόλις πεπονθέναι
Ταὐτὸν, ἐς τε τῶν πολιτῶν τοὺς καλούς τε κἀγαθοὺς,
Ἔς τε τἀρχαῖον νόμισμα καὶ τὸ καινὸν χρυσίον.
Οὔτε γὰρ τούτοισιν οὖσιν οὐ κεκιβδηλευμένοις,
Ἀλλὰ καλλίστοις ἁπάντων ὡς δοκεῖ νομισμάτων, (νοις,
Καὶ μόνοις ὀρθῶς κοπεῖσι, καὶ κεκωδωνισμένοις
Ἔν τε τοῖς Ἕλλησι καὶ τοῖς βαρβάροισι πανταχοῦ, (κοίοις
Χρώμεθ' οὐδὲν, ἀλλὰ τούτοις τοῖς πονηροῖς χαλ-
Χθές τε καὶ πρώην κοπεῖσι τῷ κακίστῳ κόμματι: (φρονας
Τῶν πολιτῶν θ' οὓς μὲν ἴσμεν εὐγενεῖς καὶ σώ-
Ἄνδρας ὄντας καὶ δικαίους, καὶ καλούς τε κἀγαθοὺς (μουσικῇ,
Καὶ τραφέντας ἐν παλαίστραις, καὶ χοροῖς καὶ
Προσελοῦμεν: τοῖς δὲ χαλκοῖς καὶ ξένοις καὶ πυῤῥίαις, (μεθα
Καὶ πονηροῖς κακ πονηρῶν, εἰς ἅπαντας χρώ-
Ὑστάτοις ἀφιγμένοισιν οἷσιν ἡ πόλις πρὸ τοῦ
Οὐδὲ φαρμακοῖσιν εἰκῆ ῥᾳδίως ἐχρήσατ' ἄν.
Ἀλλὰ καὶ νῦν ὦ, νόητοι μεταβαλόντες τοὺς τρόπους (σι γὰρ
Χρῆσθε τοῖς χρηστοῖσιν αὖθις, καὶ κατορθώσα-

Εὔλογον, κἄνλι σφαλῆ τ᾽. ἐξ ἀξίου γοοῦν τοῦ ξύ-
λου
Ἤν τι καὶ πάσχητε, πάσχειν τοῖς σοφοῖς δο-
κήσετε.

Quos ita restituit Frischlinus:

Sæpe nobis visa est hæc Respub. æquis ac bonis
Civibus uti eodem, quo nummis veteribus &
novis (sunt, sed hos
Vtitur modo. Neq; enim hoc, qui plumbei non
Qui sunt omnium optimi, negligit hæc nostra
civitas
Nam solis probe cusis, probeq; tinnientibus,
Nunc passim locorum, & apud Græcos, apud-
que Barbaros
Omnino non utitur: sed inprobis & ferreis,
Qui nuper & heri sunt procusi, nota quam
pessima;
Iisdem & civium, quos scimus ingenuos &
sobrios,
Et viros justos, & honestos, & frugi, & per-
quam probos,
In palæstra exercitatos, in choris, in Musica,
Hos expellimus: ferreis autem & peregrinis,
& malis, (mur:
Et malo genere natis, servisq; ad omnia uti-
Qui quidem postremo advenerunt: quibus
antehac civitas.
Ne quidem usa fuisset temere ac facile pro
unguentariis:
At nunc saltim, ô stolidi, mores hos mutate
perditos,
Et bonis utimini denuo viris facientibus
Namq; officium, & si quid peccatis forte, ex-
cusabile
Erit: à ligno enim pulchro etsi quid patia-
mini: tamen
Non inhonesta pati sapientibus videmini vi-
ris.

Nec adversantur, quæ supra ex Herodoto, Xenophonte, Aristotele, Syracide (cui respondeo aliter *inf. n. 75.*) & alijs pro contraria sententia in medium protuli. Præterquam enim quod † teste Bartolo *in Auth. testes n. 1. C. de testib.* Bodino *d. lib. 3. c. 8. mihi pag. 357.* & Tiraquello *de Nobilitat. c. 34. in princ.* adhuc valde dubium est, quænam sint sordidæ aut honestæ artes, propter varios gentium mores ac leges in eo genere sui quam dissimilimas: adde eumdem Bartolum *in l. 6. C de dignitat. lib. 12. ad l. 1. C de excusat. artif. lib. 10.* & inprimis adi Horatium Carpanum *dd. lucubrat. ad statuta Mediolan. lib. 1. c. 415. per tot.* And. Alciatum. *ad l. mercis D. de verb. signif.* Cui conforme est, quod † aliquando quis in uno loco est nobilis, qui in alio loco est ignobilis; cum illa sit in civitate nobilitas, quam populus pro nobilitate acceptat. *Bart. in l. 1. n. 63. & n. 82. C. de dignit. lib. 12.* Fulvius Pacianus *de probat. lib. 2. c. 26. n. 55.* Videatur etiam Blasius Florez Diaz de Mena *part. 2. additt. ad Ant. Gammæ decis. 325. pag. 360. 361. n. 47. & aliquot seqq.* Bartolus *in d. l. 1. C. de dignit. nu. 47. & aliquot seq.* Gab. Palæottus *tract. de noth. & Spur. c. 61. nu. 8.* Alvarottus *ad feud. quis dicatur Dux §. cæteri, num. 1. 5. 6.* And. Knichen *part. 2. de vestit. pact. cap. 4. num. 94 & aliquot seqq.* Eo similiter hi vulgares pertinent versiculi:

——— Si nobiles ille putari
Debet quicunque est dives: sic nobilis esse
Cerdo potest, lanius, tonsor, piscator, equiso
Pastorque & pistor, coriarius atq; bubulcus,
Et latro & leno, & quivis de gente lutosa.

Quidquid † vero dubium est, non est aptum ad aliquid decidendum. *l. ex quo 12. §. 2. C. de ædif. privat.* Omnis enim quæstio per aliud quod quæritur, habet resolutionem, nec ambiguitas per aliam ambiguitatem solvitur. *Irenæus lib. 2. cap. 10.* Dubia vero res vel dubius juris articulus probatur ex eo, quod exstent Dd. qui ut in hoc casu,

dicant

50

51

52

dicant utramque partem posse defendi. *Socin.sen.consil.*150.*n.*33.*& seq. late Mascard. concl.* 577. Opiniones enim contrariæ faciunt rem dubiam, ut post Corasium & Sichardum ait Lud. Rud. de Sabloneta *in tract. de sup. seu abs. Princ. potest. cap.* 6.*nu.* 118. Alex. Stiaticus *c.* 23.*obs. pract. n.* 53. Insuper etiam ex Cassiodoro *supra nu.* 30. liquet, pistores non fuisse, vel paulatim desiisse personas esse abjectas, ex antedicta Imperij publica constitutione patefit, molituram non amplius pro tam sordido opificio haberi, ut propterea quis honorum, dignitatum, & officiorum incapax censeri jure debeat aut possit. 53 Huic † igitur decisioni, remota omni ulteriori disputatione aut tergiversatione, merito est standum & parendum argumento eorum, quæ in simili tradunt Camillus Plautius *in l.* 1. *vers. si ratam. nu.* 98. *C. qui admitti.* Menochius *præsumpt.* 34.*nu.*10.*lib.*1. & Ant. Heringius *in d tract. de fidejuss. c.* 6. *nu.* 200. Non etiam uti debemus argumentis & rationibus ad correctionem ejus, quod nominatim decisum est. *Gl. in c.*1. *de feud. cognit. l. prospexit qui & à quibus man.* Tiraquel. *de jure primog. q.* 85.*nu.*15. Vide Thoming. *decis.*39. *nu.*8. Fortun. Garcian *de ult. fin. jur. nu.*395. Bert. Argentræum *ad consuet. Britan. tit.* 14. *in proth. n.* 2. *per tot.* Nec lex admittit disputationem postquam jam lata est, *c. erit autem lex distinct.*4. Vasquius *de succes. progres. lib.* 1.§.2.*n.*69. Wesenb *de just. & ju. n.*4 *in fin.* multo minus si subtilitas accesserit, quę quidem toleratur in disputando, non vero in judicando. *Bald. in l. veteris C. de contrah. stip.* optime Alex. Stiaticus *c.* 22. *pract. obser. n.* 95. *& seqq.* qvum constet: multa jure, contra rationem disputandi, pro utilitate communi recepta esse. *l. ita vulneratus* 51. §. 2. *verb. multa, ubi Gothof. D. ad L. Aquil.* Ant. Massa Gallesius *lib.* 1. *de exerc. jurisp. num.* 78. *m. p.* 50. Frid. Hortleder *in disp. ad l. non omnium De LL.* latissime Card. Tuschus *tom.* 7. *conclus.* 856. *lit. S.* Lex etenim cum constituitur & sancitur, & disputatur: sed postquam est condita & sancita, oportet secundum eam judicare *cap. in iis temporibus* 4. *distinct.* Paul. de Castro *ad d. l. non omnium* Phanuc Phanuccius *tract. de juram. in tit. part.* 3. *membr.* 2.*n.* 8. *pag.* 123.*a.* Maxime quia ab eo, qui potestatem ferendarum legum habet, lata est & insuper tralatitium est, penes † Imperatorem (non Papam † ut voluit Joan. Jacob. Leonard. *inter consilia Bruni consil.*114. *nu.*14. Roderic. Zamorensis *d. speculo lib.* 2. *cap.* 1. Cellus Mancinus *tr. de jur. principatuum lib.* 3. *cap* 2. *&* 3. latissime Card. Tuschus *tom.* 6. *concl. verbo Papa*) residere omnes dignitates, ut scabellum pedum suorum, Cravetta *cons.*338. *n.*1. *&* 17. in eo esse omnes thesauros dignitatum reconditos, Fulu. Pacianus *lib.* 2. *de probat. c.* 26. *nu.*33. 35. Mod. Pistoris *vol.* 1. *cons* 51. *n.* 38. Socinus *cons.* 67. *nu.* 3. *vol.* 2. Et ab † eo, tam quam Oceano, omnes dignitates, nobilitates & privilegia fluere, ac veluti à fonte in alios derivari, Sixtinus *de regal. lib.*1. *cap.* 4. *num.*3 *& seqq.* And. Gail. *1. obs.* 30. *nu.* 21. Goden *cons.* 3. *num.* 23. Rol. à Valle *vol.* 4. *cons.* 110. *num.* 3. pulchre Andr. Knichen. *in Comment. ad Privileg. Saxon. verb. Ducum Saxoniæ. cap.* 1. *in princ.* & quoque ad ipsum refluere, ut ita Reipub. agrum non solum fœcundum conservet, sed etiam ad virtutem subditos excitet. Arnold. Engel. *de jurisdict. th.* 63. Johan. Norderman. *de jure princ. th.* 88. *B. E.* Ern. Cothman. *vol.* 3. *resp.* 47. *in* 112. Thom. Michael *de jurisdict. th.* 1. *lit. C.* Unde Jason dicit: Imperatorem instar maris esse, quod

54 55 56

ſe, quod fluminum concurſu nec augetur nec minuitur, *in l. qui Romæ §. qui Seianum.*15.*D. de V. O.* Hinc fit, quod † ex rustico nobilem, ex ſpurio legitimum, ex infami honeſtum facere poſſit; ſiquidem eſt, quaſi DEUS corporalis in terra, ut fuſius declarat Nicol. Intrigliolus *de feud. q.* 6. *num.* 46. Robertus Abbot *lib. de poteſt. regia, per tot.* Joh. Braclai. *lib. contra monarchom.* C. Ritterſ. *in differ. ju. civ. & can. lib.* 7. *cap.* 10. Iſid. Moſconius *lib.* 2. *de majeſt. milit. Eccl. c.* 2. & alij recenſiti ab Ant. Hering. *tr. de Fidei. c.* 7. *à n.* 569. *usq; ad* 590. Card. Tuſcho. *to.* 4. *concl.* 35. 36. *lit. l.* & Lud. Rudolphino de Sabloneta *in tr. de pr. poteſt.* Nec appellat aliquem Dominum *Bal. l. ſecundum C. de contrah. ſtip. Hering. d. lo. num.* 589. Ejus enim dignitate nulla poſt hominum memoriam major ullo in regno exſtitit, Jul. Pflug. *lib. de Repub. Germanorum pag.* 13. Unde apud † Petrum de Vineis Imperator Fridericus II. in privilegio Duci Auſtriæ, conceſſo inquit: *De fulgore throni Cæſarei velut ex Sole radij, ſic cætera prodeunt dignitates.* Nihil etiam ad rem facit, quod † quondam facinorum & ſcelerum convicti homines in molendinum damnati & compacti fuerint, ibiq; ut & ſervi moluerint. Quorum enim elumbis iſthæc collectio?

57

58

59

Num tribuiſſe decet vitia artificum artibus ipſis?

Præterea:

Non eſt in rebus crimen, ſed agentis in uſu.

Quod Demoſth. ita exprimit: *ὐ δίκαιον τὴν τῶν ἀνθρώπων πονηρίαν ἐπὶ τὰ πράγματα μεταφέρειν. ἀλλ᾽ αὐτοὺς ἐκείνους ψέγειν, ὅσοι τοῖς ἀγαθοῖς κακῶς χρῶνται hoc eſt.* Non eſt juſtum, hominum inprobitatem in res transferre, ſed illi ipſi culpandi ſunt, qui bonis rebus male utuntur *inf. num.* 72.

Ita cur hunc abuſum paniſicis adſcribendum duceres, quod veteres faciem, quam maxime nitentem cupiebant, levigaverint & pane liniverint. Suetonius de Othone *cap.* 12. *Faciem quotidie reſitare, ac pane madido linere conſvetum; idque inſtituiſſe à prima lanugine, ne barbatus unquam eſſet.*

Juvenalis:

Sed quæ mutatis inducitur atq; movetur
Tot medicaminibus; coctæ ſiliginis offas
Accipit, & mandidæ facies dicentur an ulcus.

Imo vero partibus panum promiſcue diviſis utebantur etiam veteres olim, ad manus abſtergendas, quas deinde canibus objiciebant. Teſtatur id Athenæus *lib.* 4. de Arcadum ſacris epulis: *μετὰ δὲ τὸ δεῖπνον, σπονδὰς ἐποιοῦντο οὐκ ἀπονιψάμενοι τὰς χεῖρας, ἀλλ᾽ ἀποματτόμενοι τοῖς ψωμοῖς καὶ τὴν ἀπομαγδαλίαν ἕκαστος ἐπέφερε, τοῦτο ποιοῦντες ἕνεκα τῶν ἐν ταῖς ἀμφόδοις γινομένων νυκτερινῶν φόβων hoc eſt.* Poſt cænam libationibus operabantur, non quidem totis manibus, ſed jure ſeu offa, buccella, fruſto panis, & quo ſe abſterſerat quisque id ſecum auferebat: id faciebant ob terrores nocturnos, qui in compitis ſolent accidere. Quorum cauſa addit Euſtathius od. y. Hecate videbatur eſſe. Sic etiam ſervi pœnæ & fæminæ in inſulas olim & ſalinas fuerunt damnatæ: an vero hoc ſtatim ipſis ſalitoribus vel ſalaliarijs & ſalſamentarijs, vel etiam qui Salinas habent eſt inputandum? Quid deniq; de iſtis Principibus, Magnatibus ac ſapientibus dicerent, qui ipſi molis manuarijs uſi, frumentaque conminuerunt? Ut ex Herodiano & Plinio dicit Sebaldus Mullerus *inf. q.* 5. *nu. fin. & d. libro pag.* 6. inquit idem autor: Das Brodtbacken haben viel groſſe und trefliche Leute getrieben. Vom Platone in Gorgia wird der Thearion ein edler Becker (poſtquam hic Mullerus in

præ-

præfatione dixerat, daß ehmahls Backen und Mahlen einerley Handtwerck gewesen sey) zu Athen genennet: Also sind auch viel andere zu grossen Ehren erhaben und hoch berühmet worden: Dahero das Geschlecht zu Rom so Pistores genannt / jhren Namen empfangen / und heutiges Tages viel ehrlicher und gelehrter Leute und Geschlechte Mollerij & Pistorij (*sup. num.* 3. & 36.) Müller und Bäcker genennet werden. Magis dilucide hoc exponit Belgarum lumen ac columen Justus Lipsius, cujus hæc sunt verba: De Pane etiam quem vetuit Metellus vendi coctum. Quid ergo? singuli ipsi Pistores, & è prosapia atque artificio Plauti? Ita vero, & hæc sua ratio nolebant curiose, & ab professo opifice, panem coctum edi, subitarium, & quem sua manu miles parasset. Scio me omnia mira loqui: sed quid faciam, si in tantum mores nostri prisci divertunt? Sua manu dico, coquebant illi ingenui, illi cives. Quid? Imo ipse aliquis Imperator, nec ex Curijs aut Fabricijs, sed novitijs Antoninis Herodianus nobis autor, Antoninum Caracallam cum duritiem & robur perferret, omnia militariter egisse: atq; etiam inquit: panem addebat subitarium & negligenter factum, triticum enim sua manu molens, quæ ipsi satis esset, mensamq; ex eo conficiens, & in carbonibus coquens, vescebatur. Hæc ille *dial.* 16. *fol.* 168. Sane si ob id quoque ars molitoria pudenda & inhonesta ingenuo homini judicatur, quod servi quondam molas traxerint & circumagitaverint; quod 60 † alibi dicam & adumbrare voluisse videtur Plautus *Epidico*:

Det nomen ad molariam coloniam:

Nec agricultura satis erit honesta, quod mancipia agros coluerint; nec architectura, quod servi quidam in ea artifices reperti sint; neque Advocatio quod libertini potuerint esse advocati, *l.* 1. §. *ultim. D. de postul. l.* 2. *Cod. eod.* Barpt. Agricola *in suo Advoc. cap.* 5. neque Medicina, quod non pauci Medici (quos itidem dignitatem habere, post alios statuit Marq. de Susannis *dict. tractat. part.* 2. *cap.* 7. *num.* 8. 9. 10. 11. *pag. mihi.* 78. *a.*) fuerint servi, de quo etiam sunt textus *in l.* 3. *in princip. Cod. commun. de legatis. l.* 1. §. 3. *Cod. de Comm. servo manum. l.* 41. *D. de fideicom. lib. l.* 10. *D. de annu. leg.* latè Isa. Casaubon. *ad Sveton. Cæsar. cap.* 4. Thom. Dempster. *ad Rosin. l.* 2. *cap.* 17. *mihi. pagin.* 234. Neque vitio vertendum nunc, quod servi olim præceptores Pædagogi fuerint, Laur. Pignorius *in comment. de serv.* Gualterius *dialog. de schola.* Mich. Piccartus *dec.* 11. *observ. hist.* 9. & evincunt hoc textus juris civilis *in l.* 35. *D. de fideicom. libert. l.* 15. §. *comitem.* 32. *D. de instr. vel instr. leg.* Neque plures denique alii artes ingenuæ, quod manu capti eas exercuerint. At panificium, institutio, agricultura, architectura, & Medicina nihilominus in numero honestarum artium (quâvis hæc ob priores personas inter illiberales connumerari videatur *in l. ambitiosa.* 4. §. 1. *D. de decret. ab ord.* imò Reges olim fuisse medicos docet Rhodiginus *lib.* 28. *cap.* 11.) habentur; nec igitur ars molitoria ab ipsarum choro excludetur. Constat siquidem quod & † Pittacus Rex Mytilinæorum 61 ipsemet, ut † & Cleanthes Philosophus, 62 molere non sint dedignati, efficaci eo utentes exercitio, teste Diog. Laertio *lib.* 7. Clemente Alexandrino *in Pædagogo lib.* 3. *cap.* 10. Gothofredo *ad Novel.* 80. *cap.* 5. & præter recensitos dicam infrà alia *quæst.* 4. *num.* 59. 60. Veluti Danorum Pontifex maximus Absalon ligna per otium cædere solitus fuit, teste Saxone Grammatico insi-

co insigni scribtore *lib. 14. hist. Dan.* Eam ipsam † etiam tantoperè Karulus IV. Imperator & Rex Bohemiæ (quem regnum illud optimè reformasse ait Benevenutus de Rambaldis *in lib. August. ipsiusq; vita. p. m. 140.*) teste Wenceslao Hagecio, respexit, ut Anno 1357. molitoribus non minus, quàm alijs mechanicarum artium peritis augusta Privilegia concesserit: pro quo facit textus *in l. Athletas. §. 1. in verb. & sanè locus iste hodie à Principe non pro modico beneficio datur. D. de his qui not. infam.* Cui loco (ut hoc obiter moneam) lucem pete ex Justo Lipsio *de Amphitheatro. cap. 15.*

63

Præterea etiam molendinum, respectu saltem habito ad locum ipsum, non magis, quàm sola † vincula vel carcer infamiam irrogare potest, *l. 1. C. ex quibus caus. infam. irrog.* P. H. O. *art. 12. l. aut damnum. §. solent præsides. D. de pœn.* Cujacius *lib. 14. observ. 34. & lib. 15. observat. cap. 7.* Wesenbec. *in Paratit. D. de his qui not. infam. num. 5. in fin.* Leo Bapt. Albertus *lib. 5. de re ædif. cap. 13.* Johann. Niellius *disput. instit. 1. th. 13.* Sed ut † relegatio omnis infamat, cum causa omnis, ex qua infligitur relegatio, sit turpis, *l. pen. §. minuitur. D. de extraordin. cognit.* Cujacius ad African. *tract. 5. mihi. pag. 158.* Ita etiam delictum ipsum, ob quod servi vinculis, ergastulis & operibus publicis addicuntur, infamat, loco vel opere ipso nullam ignominiam contrahente; non magis, quàm peritiæ navigandi, & arti metallicæ contumeliæ quidquam attrahitur ex eo, quod nonnunquam facinorosi ad triremes & metalla damnantur. Rectè enim inquit Cicero *lib. 1. de legibus.* Quod infamia non nisi propter turpitudinem rei consequatur, prout retulit Jacobus Thomingius *decis. Lipsiensi. 48. num. 35.* Et ita de carcere exaudiendi sunt Bernhard. Wurmserus *libr. 2. pract. forens. tit. 50. observat. 4.* Andr. Gailius *libr. 1. observat. 26 num. 7. & 8. observat. 78. num. 3. observat. 133. num. 9. & libr. 1. de pace publ. cap. 1. num. 32. 33.* Henn. Hamelius *in comment. ad tit. de action. cap. 2. num. 29. cum sequentibus.* Rutgerus Rulandus *tractat. de commiss. part. 2. lib. 4. cap. 1. ibique in addition.* Cardinalis Tuschus *tom. 1 pract. conclus. 79. lit. C. fol. mihi. 371.* & Vent. de Valentijs *lib. 1. parthen. litig. cap. 14. num. 26. 27. 28. 29. 30. 31. lib. 2. cap. 12. num. 38. 39.* Sicut ergo ictus non infamat, sed causa *l. ictus. D. de his qui not. infam.* ita nec locus de jure infamat, sed causa: & carcer custodia esse debet, non pœna vel cruciatus, ut apud Petrum Theodoricum *in colleg. crimin. disput. 10. thes. 2. lit. B. quæst. 2.* Paul. Wehnerum *in pract. observat. verb.* Gefängnuß. *pag. mihi. 206. cum seq.* & Melch. de la Cerda *volum. 1. campi eloq. pagin. 580. 581.* Vel etiam intellige illorum effata de prava ista consvetudine, modis omnibus tollenda, qua cunctos sine discrimine causarum, personarum, aliarumque circumstantiarum deprehensos, eo statim in loco detinent aut vinculis mancipant, da man / wann ehrliche Leute / ja vornehmes Standes Personen in Verstrickung sollen oder müssen genommen werden / sie alsbald an solche Oerter setzet / da sie weder Liecht oder Lufft haben können / und an welchen man Schelm oder Diebe pflegt sonsten gefangen zu halten: Et tales incarceratos tunc existimationis jacturam haut levem apud graves cæterosque viros pati, infamiam facti vix eosdem effugere facilè inducor; sicque innocentes aut hujusmodi tractatione indignos, contra Magistratum seu Judicem actione injuriarum agere posse,

64

65

posse, statuo. Unde finis etiam, locus ipse, & Magistratus considerandum est propositum, an quis pro debito vel delicto ibi detineatur, ne aufugiat, seque eximat. Diversum enim hoc, cum quis in pœnam ad perpetuos carceres damnatur. Quare Pænalem Carcerem, ceu epitheto singulari vocavit Guillermus Brito Armoricus, dum Richardum Angliæ regem perstringit, quod Episcopum quemdam carcere tali incluserit, contra meritum ac privilegium, *libr. 5. Philipp.*

Et sic natus erat Regi patruelis, at illum
Nil juvat Ecclesiæ prælatio, nil sacer ordo,
Propria nil probitas, generis nil gloria tanti,
Quin inclusus ita minimus de plebe satelles
Carcere pœnali per multos squaleat annos.

Idem lib. 8.

Cumque aliis vinclo vinctum majore Girardum
Carnopoli tenuit in carcere tempore multo,
Supplicio affligens digno pro crimine servum.

Cum vero nec hac parte detractio de arte molitoria queat succedere, objiciunt nonnulli (qui tamen fortassis & ipsi vel non clariores natales, ne dicam sæpenumero viliores parentes habent, quàm hi,) 66 molitores † esse fures, & ob id ab honestis officijs omnino arcendos esse. Eo nomine illos inprimis præter Fulgosium *in l. Julianus. colum. 2. D. de action. empt.* & Johan. Nevizanium *in sylva nupt.* relatos à Friderico Scoto *in respons. 6. ad fin. libr. 4. tom. 1.* dicentes molitorem furem præsumi; & Andreas Knichen, nullos fermè in re concredita negligentius & malitiosius versari ac molitores, ait *in tractat. de subl. territ. ju. cap. 4. num. 313.* Item Sebaldus Mullerus *in libr. de panificio. pagin.* 21. & ante eum exagitavit illos Reinhardus Lorichius Hadamarius *libr. 2. Ænigmatum mihi. pag. 46.* cujus nonnullos † jocos in lectoris gratiam, citra molitorum honestorum ullam injuriam, subjicere libet. Is igitur quærit. 67

I.

Quæro, quos hominum furari impunè sinamus?
Nec metuant horum libera furta crucem?

RESPONSIO.

Horrescunt omnes suspendia tristia fures,
Immunis molitor solus at esse potest.
Illos è medio si tentes tollere, fruges
Qui posset saxo frangere nemo foret.
Inque mola miror cur nulla Ciconia nidos
Extruat, an metuit molitor ne subtrahat ova?
Surripiatque suos, ut fur est, undique fœtus?

II.

Est aliud prudens benè quod natura paravit,
Nil molitori æquè, suspicor esse bonum:
Ipsius totum namque hoc defendit honorem,
Et servat famam, quæ peritura foret.

RESPONSIO.

Quod saccis hominum non est concessa loquela
Hinc nequeunt dominũ prodere voce sua!
Judicio illorum fieret manifesta rapina,
Quam furtim nunc & dissimulanter agit.

III.

Dic casam quando molitor sit intra
Sede conclusus lateat molari,
Fur tamen tectum videatur extra?
Dic mihi, si scis.

RESPONSIO.

Cum molitor in ædibus stans manus per fenestram extendit: solis autem manibus furtum committit.

Sed ut non magnoperè pugnem (nec enim à molitoribus ad hoc conductus ſum, neque ſtemma ab ipſis duco) non omnes molitores eo eſſe contentos, *ut alant furfure ſues*, ſicut de piſtoribus loquitur Plautus *Captivis*: Verùm aliquando in illos quadrare illud Pomponij *in Piſtore*:

——— decipit vicinos,
Quod molendum conduxit, comeſt.

Item quod de panifice ſeu piſtore cecinit Mantuanus *Eclog. 6.*

Cum lac vociferans ibam venale per urbem.
Manſi apud artocopum, ſapiens & ad omnia promptus,
Furta erat, & crudum ferro ſubradere panem.

Item dum quæritur: quinam artifices ſub ſe plurimos fures habeant? Jocosè reſpondetur: Non ſartores, non molitores, ut vulgò traducuntur, ſed tonſores. Quidquid enim ubiq; furum ac nebulonum eſt, ab his ac ſub his tondetur, Joh. Heidfeldius *in ſphing. Philoſ. c. 31. p.* 703. *al.* 864. Quò refer etiam vulgatum apud noſtrates verbum: **Mühlenrüchtig ſeyn/** *ideſt*, notiſſimum omnibus eſſe, tamquam in molendinis crebrò agitatum; quò ſe multi conferunt varijque, ſimiliter ut in tonſtrinis; quæ æquè occaſionem proverbio dederunt, uti tali ſenſu uſurpavit Wolffg. Helvicus *in anal. protrept. germ. theſ.* 1. Et pluribus declarat Henr. Salmuth *in not. ad lib.* 1. *Pancirol. cap. de fibula. pag. mihi.* 391. de iſto Horatij verſiculo:

Omnibus & lippis notum, & tonſoribus.

Licet ergo notum naufragijs mare non ſalute aliquot navium amittat crudelitatis nomen; nec proba ſit Sirenum vicinia, quoniam tranſeuntem Ithacum non evertit, dicente Euphormione *part.* 1. *Satyr. p. m.* 245. num † tamen unius aut alterius nebulonis inprobitas bonis viris notam fraudis & furti innuere poteſt, *ſupr. num.* 59. 68 Quid Senatu ſanctius & integrius ſolet aut debet eſſe in Republica? Nonnulli tamen in peculatu deprehenſi pœnas dederunt, num idcirco honeſtiſſimus ordo bonam famam exiſtimationemq; amittet? Quid itidem humanius quàm tutelam pupillorum ſuſcipere? Num vero ob id, quod unus aut alter dolo malo in tutelæ officio aliquando verſatus fuerit, promiſcuè omnes alios fraudis & furti inſimulabimus? Quin † potius 69 capi debet quælibet alia, quàm talis præſumptio, juxta vulgatam *l. merito.* 51. *D. pro ſocio.* maximè, quia † nec factum alterius ei 70 nocere quidquam debet, qui nondum nihil fecit, *l. ſi quis in ſuo. §. legis. C. de inoff. teſtam. l. de pupillo. §. ſi plurium. D. de novi oper. nunt.* Sufficitq; † ut unusquisq; doli ſui pœ- 71 nam ſufferat, *l. ſi ex duobus. D. de tutel. & rat. diſtrah.* Vide ſis Marq. de Suſannis *tr. de Judæis. part.* 3. *c.* 1. *num.* 66 *mihi. pag* 124. Nec decet, ut illud quod ſaltem aliquando atque ἐκ παραλόγου, non vero ἐπὶ τὸ πλεῖστον accidit, regulam univerſalem conſtituat, *l.* 3. *l.* 4. *l.* 5. *l.* 6. *D. de legib.* Præſertim, quia † & 72 vitium illud, quod molitoribus objicitur, non propriè eſt artis ſive opificij, ſed hominum, ut in ſimili ait Tiraq. *de Nobil. c.* 33. *n.* 21. & 22. deq; negotiatoribus & artificibus, ac illud hominum non rerum eſſe peccatum, expreſſe dicitur *in c. quoniam.* 12. *diſt.* 88. Et quis, quæſo, noſtrum eſt, qui neſciat in ſegetib. lolium, inter ſalubres herbas noxias & venenoſas pullulare & propterea tamen neque triticum, neque olera innoxia aſpernamur; ut latè comprobatum ivit parens chariſſimus Anton. Heringius *in tractatu de fidejuſſ. capit.* 1. Recte etenim cecinit Baptiſta Mantuanus *Eclog.* 2.

Com-

Commoditas omnis sua fert incommoda secum,
Et sorti appendix est illætabilis omni.

Magis equidem contra molitores stringit, quod legibus Imperialibus † ordini mercatorum omnis aditus ad honores & imperia præclusos fuisse legimus, *l. ne quis. C. de dignitat. lib.* 12. *l. si cohortalis. lib.* 12. *l. humilem. Cod. d. incest. nupt. l.* 1. *C. de natural. liber. l.* 3. *C. de commerc. & mercat.* Adeò, ut † etiam exercitium mercaturæ nobilitati derogare communiter sit receptum, *infr. quæst.* 10. *num.* 15. Tiraquel. *de Nobil. cap.* 33. *num.* 20. Alciat. *de præsumpt. reg.* 1. *præsumpt.* 48. *num.* 9. *& seqq.* Mynsing. *cent.* 6. *obser.* 54. Tiber. Decianus *consil.* 66. *num.* 70. *vol.* 3. Maranta *mox citando lo.* multò magis igitur molitores ab honoribus arcendos esse dicendum videtur.

Verum sicut † illud in desvetudinem passim abijt, monstrante Bodino *d. lib.* 3. *cap.* 8. *mihi pag.* 359. cum utique mercatura non sit res illicita (puta, contractus juris gentium & antiquissimus, & publici juris ac utilitatis causa introductus, dicente Carpano *ad stat. Mediol. cap.* 416. *num.* 202. *per l. secundam. D. de nundin.*) sed saltem plebejo difficilius fiat commercium cum nobili, Carol. Molinæus *de usuris. num.* 59. Et quò quisque honestior est, eo minus deceat eum negotiari ac fœnerari, Gothofred. *ad d. l.* 3. *C. de commer. & mercat.* ex Menochio & Knichio, Joach. Scheplitz *ad consuet. Marchic. part.* 4. *tit.* 4. *§.* 1. *num.* 506. anteque illos Rob. Maranta *part.* 4. *speculi dist.* 9. *num.* 56. Ita etiam istud, ut ante *num.* 39. monui, per expressam constitutionem Imperialem est abrogatum. Ex qua similiter & hoc fluit, utcunque antea *num.* 15. *&* 16. sit dictum, pistores inter sordidos opifices recenseri, & à qualibet dignitate arceri, in molitorum persona tamen hodie diversum omnino statuendum esse. Aut denique ad locum Syracidis cum Andrea Osiandro ita distinguendo de artificibus aut opificibus respondeo: Etsi hi contemnendi non sint; tamen ad Ecclesiæ & Reipublicæ gubernationem aliæ personæ requiruntur, quæ singularibus donis Spiritus sancti sint instructæ. Non enim omnia omnibus dat Dominus. Interim tamen in parvis oppidulis, ubi necessario opifices Rempublicam administrant, Dominus regentibus Rempublicam confert tantam mentis sagacitatem, quanta ad talem administrationem necessaria est, *ad Syrac. d. cap.* 38. *vers.* 39. Sed jam non ineleganter quæritur, si molitores † eorumque liberi vitæ aliàs inculpatæ existentes fortassis ab honestis officijs de facto (cujus verbi significationes vide apud Tuschum *tom.* 3. *lit. F. concl.* 14.) imo & petulanter & dolo malo, arceantur & repulsam patiantur, an etiam contra repellentes actione aliqua experiri possint? Et quia suprà sufficienter probavimus, molitores neque juris neque facti infamia notatos, imo apertissima Imperiali sanctione tamquam honestos, adprobatos & ad publica officia habilitatos esse, & præterea juris est, quod † quis merito habendus sit pro tali, pro quali est renunciatus, juxta Hippolytum de Marsil. *in pract. crimin. §. postquam. num.* 38. *per l. Magistros in verb. judicio ordinis probatus. Cod. de professor. lib.* 10. non est dubium, quin repellentes denegatam hanc admissionem haud inpunè sint laturi, quandoquidem hoc casu non solum potestatem & voluntatem Imperatoris, Ordinumque Imperij vilipendunt (quod tamen hactenus nemini bene cessit) eosque non ad-

mittunt; quos tamen illi, veluti adprobatos, admittendos esse censuerunt, per text. *in l. 5. §. 1. l. si ab arbitro. D. qui satisdar. cogant. l. 3. §. an tamen. ibi, si à prætore missus non admittatur. l. damni. §. penultim. ibi, aut non admissus aut ejectus. D. de damno infecto. l. non potest dolo. D. de regul. juris. l. injuriarum. §. 2. D. de injuriis.* Verum etiam ipsis repulsis non levem injuriam inurant; cum utique non quælibet injuria sit illos non accipi, sed tanquam incapaces ab honestis officijs repelli. *d. l. 5. §. 1. D. qui satisd. cogant. facit. l. si creditores. 31. §. 1. & §. ult. D. de reb. auct. jud. poss.* Si

78 enim injuriarum tenetur, qui † fidejussorem adprobatum non accipit. *d. l. 5. §. 1. D. qui satisd. cog.* quod tamen ita accipiendum & declarandum est, prout deduxit Ant. Heringius *in d. tract. suo de fidejuss. cap. 6. num.*

79 *37. & seqq.* Et is, qui † eqvum suum meliorem esse dicit capillis alterius. *c. cum te. &*

80 *ibi DD. ext. de re judic.* Et is qui † aliquem ingratum & discortesum adpellat, ut in ca-

81 su Decij *consil. 686.* Et is, qui † aliquem dicit socordem, negligentem aut impudentem, ut in casu Socini *cons. 82. num. 11. lib. 3.*

82 Et is, qui † aliquem vocat gibbosum, loripedem, luscum, monoculum, strabonem, item cœcum vel claudum & deformem, ut in casu Grammatici *decis. 14. num. 10.* & Boerij *in consil. 4. num. 32.* Damhaud. *in praxi crimin. cap. 138. num. 4.* Inde Virgilius lib. 1. Æneid.

——— *Spretæq; injuria formæ.*

Vel si quis alteri minatus fuerit, ut in casu Baldi *cons. 144. lib. 2.* vel si aliquem adpellaverit usurarium, ut in casu Cravettæ *cons. 145.* vel qui præstantiori se in sermone & sede præfert. *d. l. 1. l. 2. ubi Dd. C. ut dignit. ordo obs. Lucæ 14. v. 8. 9. 10.* Maranta *in speculo in procœm. num. 8. 9. 10.* Unde Pho[c]ylides:

Ἀιδεῖσθαι πολιοκροτάφους εἴκειν δὲ γέρουσιν
Ἕδρης καὶ γεράων πάντων γενεῆς τ᾽ ἀλάλευτον.

h. e.

Venerare cana tempora habentes cede senibus
In sedendo, & in officijs omnibusq;, nobilitatiq; pariter.

83 Et proinde is, qui † hominem vocat pecus, **ein unvernünfftiges Beest oder Thier**/ ut in casu Pet. Rebuffi *in l. sylva. §. integra. mihi, pag. 260. D. de verb. signific.* Christoph. Lehmanni *lib. 4. Chron. Spirens. cap. 16.* & in casibus pluribus, apud Julium Clarum *lib. 5. sentent. §. injuria.* Johann. Althusium *lib. 1. dicæol. cap. 124.* denique si is, qui clandestina fraude pistorem (in cujus locum subrogatum nunc esse molitorem alibi dixi) concusserit, accusatus & convictus perpetui panificij nexibus addicitur. *l. fin. C. de adparit. præf. urb. lib. 12.* non immerito etiam injuriam fieri dicemus molitoribus, si, aliàs reipsâ ac vitâ innoxij, tamquam infames, incapaces & indigni, contra Imperatoris, Statuumque Imperij Romano-Germanici adprobationem, legitimationi cuipiam æquipollentem, vel potius illâ fortiorem, ab honestis officijs, & quidem in ipso Romano-Germanico Imperio arceantur? Siquidem honorum ac dignitatis privationem cum infamiâ reciproce convertibiliterque conjunctam esse constat, *juxta gloss. in l. cognitionum in verb. existimatio. in fin. D. de variis & extraord. cognit. c. infamibus. de reg. jur. in 6. & l. unica. C. de infamib.* Homini autem libero & ingenuo charius vitâ, famâ & existimatione nihil esse potest vel debet, ut alibi ostenditur. Et proinde

inde necessario consequitur, iisdem etiam actionem injuriarum dandam, cum 84 generaliter certum sit, eum † qui quid ad alterius, præsertim famæ & honoribus nominatim restituti, infamiam dicit vel facit, injuriarum conveniri posse. *l. item apud.* 15. §. *generaliter. D. de injuriis.* pulchre Joan. Harpprechtus *in suo tract. crimin. tit. de injurys.* §. *injuria. num.* 52. *&* 85 *fere in terminis numer.* 57. *&* 58. Imo † pro injuria qualibet, etiam levissimâ, actionem injuriarum competere *d. c. cum te. & ibi DD. de re judic.* Jason *in l. turpia. in prin. num.* 8. *D. de legat.* 1. *Carol. Ruinus consil.* 81. *num.* 2. *lib.* 4. Quod, Deo propitio, latius deducam in tractatu, Quibus modis actio injuriarum tollatur. Unde recte concludit Georgius Schönborn, & ex eo Nic. Bellus *lib.* 2. *de statu polit. disc.* 56. inquiens: Horum (barbitonsorum & molitorum) filios ad sodalitates suas, in quibusdam Liberis Germaniæ Civitatibus non admittunt cæterarum tribuum Tribuni; more pessimo & ipsis Imperialibus constitutionibus abrogato. Et ita etiam statuit Arn. de Reyger *in addit. ad Mynsing. d. cent.* 4. *observ.* 31. Joach. à Beust, Petrus Denaysius & Johan. Niellius *sup. num.* 39. Paul. Wehnerus *pract. observ. verb.* Gewonheit. *num.* 8. *pag. mihi* 232. *item verb.* Zunfft. *pag.* 723. Et ideo etiam cum Danæo, Patritio & alijs Politicis rectè concludit Bartholomæus Keckermannus: Hos, qui parant ea, quæ usui nobis sunt, & sine quibus minus commode vivitur, non modo tolerandos, sed inter honestos cives censendos esse, & si quod est in illis artificibus victuum, tollendum, *in cursu philosoph. disp. pract.* 31. *probl.* 10. *pag. mihi* 600. adde Junij *quæst.* 62. Nec vel 86 tantillum juvabit, si † repellentes sibi vim ac tenorem prædictæ sanctionis Imperialis ignotum, aut non insinuatum fuisse causentur. Cum enim jampridem publice rogata, ac in Imperium divulgata sit, frustra ejus ignorantiam prætexerunt, aut ulteriorem specialemque insinuationem præstolantur; Bald. Perusinus *tract. de statutis. verb. Ignorantia. num.* 1. *&* 2. certi siquidem juris est, constitutiones Principum nec ignorare quemquam, nec dissimulare debere, ideoque de iis aut per se, aut per alios investigare cogi omnes. *l.* 3. *l.* 9. *Codic. de legibus. l. constitutiones. Codic. de juris & facti ignorantia. Novella* 66. *capite* 1. *textus in l. in bonorum* 10. *D. de bonorum possess. l. regula. D. de juris & facti ignorantia.* Henning. Göden. *consil.* 1. *de præscript. pignorum. numero* 36. Potius ut boni cives semper debent inniti observantiæ & conservationi statutorum, & ordinum à suis majoribus jure vere sapientibus, multis vigilijs & laboribus editorum, inquit Alexand. Stiaticus *cap.* 11. *observ. practic. num.* 48. *pag. mihi* 78. Multo minus excusat repellentes, si se jussu totius collegij aut societatis id fecisse prætendant, daß es die Werckmeister auff der gantzen Gilde/ Zunfft oder Ampts-Geheiß/ und vermög jhrer Rüllen und Ampts-Brieffe gethan zu haben vorgeben. Obligatus namque † duo- 87 bus contraria jubentibus, majori omnino obedire cogitur. *c. quæ contra. distinct.* 8. *cap. qui resistit.* 11. *quæst.* 3. *cap. quid culpatur.* 23. *quæst.* 1. Luc. de Penna *in l.* 1. *numer.* 4. *Codic. de agric. & mancip. dominic. libr.* 11. Tuschus *tom.* 5. *lit. O. conclus.* 1. Majorem autem esse Cæsarem omnibus Magistris opificiorum quorumcunque, apud eos saltem dubitationis aleam subire potest, qui plus setarum habent in mento, quàm acuminis aut judicij in mente.

Ergo ſuccedit id, quod habetur *in cap. in his. §. attendentes. extr. de verb. ſignif.* quo in loco eſt canonizatum illud Gregorij dictum, qui dicebat: Quod imperatur, neceſſe eſt fieri, referente Stiatico *d. lib. cap. 20. numer.* 104. Hinc fieri videmus, ſi ſubjectus pluribus civitatibus eodem tempore ab illis vocetur ad munera realia ſive perſonalia, quod illi parere obſtrictus ſit, cujus jus eſt potentius. *Baldus in leg. in adoptionem. Codic. de adoptionibus.* Sic ſi Archiepiſcopus vocet quemdam Epiſcopum vel Prælatum ad concilium, & Rex ſive ante, ſive poſt vocaverit eundem, vocatus poteſt licite ad Regem venire, & Archiepiſcopi mandatum prætermittere. *Innocent. in capit. cum parati. de appellat.* Alexand. *conſil.* 124. *Omiſſis circa finem libr.* 1. Natta *conſil.* 576. *numer.* 8. *libr.* 3. quos ſequitur Rutger. Rulandus in addition. *dict. loc. pag.* 131. quibus addo Albericum de Roſate *tractat. de ſtatut. lib.* 2. *quæſtion.* 198. *numer.* 7. Quod ſi tamen quis certis de cauſis, præſertim exacta doli, qui mater quaſi eſt pœnarum, probatione deſtitutus, actionem injuriarum intentare nollet, crederem illum † nihilominus condictione ex nova Imperatoris ac ordinum lege ſive conſtitutione experiri poſſe, *juxta l. unic. & quæ ibi tradunt Doct. D. de condict. ex lege.* 88

89 Cumque ſæpedictus † Receſſus Auguſtanus de Anno 48. molitoribus ſit inſtar cujusdam Privilegij, quo ad honeſta officia habilitantur; nec dubium ſit, Privilegia vicem legis obtinere, cui in aliquo detrahere vel contraire non liceat. *cap. privilegium. diſtinction.* 4 *cap. in ſumma.* 25. *quæſtion.* 2. Camillus Borellus controverſ. 1. *numer.* 38. adeo ut nec id, quod ab initio impetratum ac conceſſum eſt, debeat propterea infringi, ſi fortaſſe poſtea contrarium ſtatuatur. *l. legem. Codic. de natur. liber. Novell.* 6. *cap.* 8. *in princip. Novell.* 111. *cap.* 1. *in fin. l. un. §. penultim. Codic. de caduc. toll.* & proinde ex privilegiorum non adſertivis aut narrativis, ſed diſpoſitivis verbis, juxta diſtinctionem Oldradi, Calderini, Deciani & Fabij de Anna (qui illos retulit) *in conſil.* 44. *numer.* 23. *& ſequentibus.* non minus, quam ex legibus obligationem novam induci, & condictionem oriri, ut docet Albericus *in leg. qui autem. D. ſi quis cautionib.* nec non Bartolus ac Ludolphus Schraderus *in repetit. dict. leg. unicæ. numero* 90. *D. de condictione ex lege.* vel ex eo quoque capite repulſam paſſis ſubveniri poteſt: Ita ut † impetrent vel CITATIONEM ad videndum ſe inciiſſe in pœnam privilegij, puta, (cum nominatim nulla ſit inſerta) arbitrariam, juxta Speculatorem *in titul. de execut. ſentent. §. breviter dicendum. num.* 7. ubi probat, quod ex juſſu ſummi Magiſtratus agere liceat, cum petitione declarationis pœnæ, pro arbitrio judicis: Aut implorent † OFFICIUM JUDICIS: aut denique intentent † remedium RETINENDÆ contra turbatores privilegiorum amodò ante LXXV. Annos obtentorum, & eorumdem POSSESSIONIS, juxta Baldum *in conſil.* 345. *numer.* 5. *volum.* 1. 90 91 92

93 Mea tamen † opinione conſultius facient ſemper, ſi repellentium ſuperiorem (maxime ſi is ipſe immediate unus ſit ex Statibus Imperij) ſtatim per viam ſupplicationis adeant & conquerantur: „*Qualiter in illa civitate, vel in illo loco, debito quidem modo ad honeſtum aliquod officium, legibus honeſtis collegij libenter ſatis facturi, adſpiraverint, ſed à Magiſtratu Municipali, vel loci illius collegiorum, ſocietatum*

„ *tum & Tribuum Magistris, non equidem ob*
„ *vitæ vel morum aliqua vitia, sed ob id solum,*
„ *quod molitores sint aut fuerint, vel etiam mo-*
„ *litores parentes habeant aut habuerint, ex*
„ *mera protervia ac malitia, repulsi aut rejecti*
„ *fuerint: Cum vero illud ipsũ e diametro cum*
„ *nova Imperii Constitutione Recessus Augusta-*
„ *ni, Anno quadragesimo octavo lata & pro-*
„ *mulgata, clausulam irritativam perpetuam*
„ *habente, & repellentibus ex abundantia per*
„ *Notarium ac testes in forma probante insi-*
„ *nuata ac intimata, qua nimirum molitores*
„ *eorumq; filii ad omnia honesta officia expres-*
„ *sim & in perpetuũ habilitantur, pugnet; ideo*
„ *se humiliter petere, ut repellentes hactenus in-*
„ *juste denegatæ admissioni supersedere, & sup-*
„ *plicantem pacate ad officium petitum admit-*
„ *tere, mandatis pœnalibus compellantur &c.*

94 Quæ quidem † mandata illis etiam neutiquam denegari poterunt, cum omnibus Principibus ac Statibus Imperii incumbat, illud exequi, quod in Comitiis communiter placuit ac sancitum est, prout clausulæ illæ obligatoriæ ad calcem non tantum sæpedicti Recessus Augustani *in* §. *ultimo*, & in casu plane simili de Anno millesimo quingentesimo quinquagesimo primo, ibidem repetito, vers. Weiter haben wir in Bericht erfunden. & versu sequent. Derwegen so setzen und befehlen wir/ daß ein jede Obrigkeit im Reich Teutscher Nation/ ꝛc. juncto Recessu de Anno millesimo quingentesimo quinquagesimo nono, vers. Weiter haben wir auch *cum sequentibus.*

Verum etiam aliorum Recessuum Imperii adjectæ evincunt, in quibus Ordines
95 Imperii se obligant, daß † sie alle bewilligte Punct und Articul steet/ auffrichtig und unverbrechen halten/ strenglich vollenziehen/ unnd deme nach allem Vermögen geleben und nachkommen wollen.

Tales enim clausulæ hoc significant, quod neque de facto, neque de jure contravenire liceat. *Bartolus in leg. id quod pauperes. 24. Codic. de Episcopis & Clericis.* Et quidni? Cum omnis disputatio sit inanis, ubi est expressa lex vel consuetudo. *supr. numer. 53.* Franciscus Beccius *consil. 12. numer. 3.* Lancellotus Gallia *in consuetudin. Alexand. Præfation. 5. num. 5.* Alexand. Raudens. *de analogis cap. 39. num. 38.* Imo in fortioribus terminis dicerem, etiam hoc casu vel in Camera Imperiali (cui prædictus Recessus Imperii notissimus, & jam dudum insinuatus est,) vel etiam in
96 aulâ Cæsaria, mandatum † sine clausula impetrari posse, per textum Ordinat. Cameræ Imper. *part. 2. tit. 23 in illis verbis:* Es wäre dann/ daß die Sache und Handlung/ darüber die Keyserlichen Mandaten zu erkennen gebetten/ und wo dieselbige begangen/ auch ohne einige weitere Erkanntnuß für Straffwürdig oder unrechtmässig zu halten/ ꝛc. Cum enim molitorem, & re & vitâ aliàs honestum, ad honesta officia omnino admitti, nec repelli debere expressim sanciat dicta constitutio Imperii Augustana; repellens vero huic scienter dolo malo contraveniat, (quod legitimo aliquo documento, propter difficultatem probationis doli, ac facilitatem excusationis, statim demonstrare perutile erit) qui non dicemus, Ordinationi locum fore, & proinde
97 mandatum decernendum esse? Quilibet † enim tenetur obedire Imperialibus constitutionibus ac privilegiis; ideo si quis contemserit, facile ex eo potest argui dolus; in dolo enim est, qui non facit, quod facere tenetur. *l. Iulianus. §. si quis rem D. ad exhibend. Bartol. in l. tutor. 7. num. 15. D. de administ. tutor.*
98 Et qui † non facit, quod debet, est in dolo præsumto. *Schurff. consil. 41.*

sil. 41. *num.* 6. *centur.* 2. Imo in culpa esse dicitur, qui aliquid tantum differt, nec statim exsequitur. *l. qui Romæ* 122. §. *Callimachus. D. de verb. oblig. Cravetta consil.* 137. & dolus est omittere ea, quæ quis ratione officii facere tenetur. *l. si procurat.* 8. §. *dolo* 9. *l. dolus est* 44. *D. mandati Cravetta cons.* 115. *num.* 2. *Guido Pap. cons.* 42. *nu.* 6. *Phan. Phanuccius de jurei. part.* 2. *memb.* 2. 99 *num.* 29. *pag.* 62. *b.* Nec † dolo caret, qui præcepto Magistratus præsertim supremi, obedire recusat, *l. non potest dolo. ubi Dd. de R. I. Specul. tit. de citat.* §. *viso. num.* 10. *Plotus de in lit. jur.* §. 47 *n.* 15. *Albericus de Rosate tract. de statut. lib.* 22. *quæst.* 153. *num.* 13. Unde talis qui judici pervicaciter resistit, nec ei præcipienti obedit, tamquam hæreticus pervicax potest condemnari, qui inquisitori aliquid adserenti non credit. *Bart. ad l. tutor.* 2. §. *quia pecuniam* 16. *D. de susp. tutor.* Et qui Principi non obedit, morte moriatur, inquit. Joh. Ordelaphus *ad l. fin. n.* 820. *D. de rei vindicat.* Nec adtendimus hic, quod repellens forte Imperio immediate non sit subjectus; Manda-100 ta † enim pœnalia sine clausula immediate fundant jurisdictionem Cameræ ac Aulæ Cæsariæ; non distinguendo inter personas mediatas & immediatas; atque ita 3. *Februarii Anno* 88. *in causa* Iven contra Ort nonnullis Assessoribus visum fuisse, hic adfirmaverat parens piæ memoriæ Ant. Heringius, cujus fidem merito sequor. Non aliter ac quilibet contraveniens privilegio Cæsario conveniri potest ad solvendam pœnam in privilegio expressam, etiamsi mediate sit sub jurisdictione Cameræ.

Hæc vero, quæ de molitoribus fuse dixi (longiore enim semper morâ opus est, ut contraria dissolvas, quàm ut objicias, *Seneca epist.* 48. *Zasius consil.* 2. *num.* 54. *volum.* 2. Contentus eo, quod veritatis indagatio non laboriosa, quando pro veritate quis stat; sed pro impugnatione veritatis cum labore ac languore trahuntur argumenta, ait Feder. de Senis *consil.* 254. *in pr.*) etiam ad alias in sæpius citato Recessu Imperii nominatas ac supra recensitas personas, causa ita emergente, extendi posse arbitror, *juxta l. non possunt. cum l. seq. D. de legib. & inf. quæst.* 41. Ubi enim eadem est ratio, ibi etiam idem jus esse debet; & orationis respicientis plura determinabilia proprium est, ea quoque pariformiter ac æqualiter verificare & determinare *sup. num.* 23. & ut prolixe iterum adnotavit Ant. Heringius *in tract. de fidejuss. cap.* 20. *num.* 164. 165. & 166.

QVÆSTIO II.

De

Origine sive inventione molarum ac molendinorum.

SUMMARIUM.

1 Origines omnium gentium, ac rerum inventiones cognovisse, jucundum est, cum num. 4.
2 Peregrinati quinam sint ad perdiscendos gentium mores & ritus.
3 Auctores, qui de inventionibus rerum scripserunt, enumerantur.
4 Origines rerum etiam Jurisconsulti, tam Veteres, quam Neoterici scripserunt: cum inplicitâ quæstionis continuatione.
5 Victus mortalium veterum quis?
6 Victus Ægyptiorum.
7 Babyloniorum.
8 Medorum & Angelorum.
9 Ryzophagorum, Ilophagorum, Omophagorum, Spermatophagorum, Heridophagorum, Ichtiophagorum.

phagorum, Cynnamimorum, Ophiophagorum, Lothophagorum, Anthropophagorum.
10 Tartarorum.
11 Scytharum.
12 Lapporum, Scricfinnorum Islandorum.
13 Dei verbum artes hominibus ſuggeſſit.
14 Neceſſitas ac penuria ſunt quaſi magiſtri, ſubinde nova præcepta invenientes.
15 Inopiæ commendatio ex Ariſtophane &c.
16 Frugibus inventis glandes ſpretæ & numero 17.
18 Saturnus, Iupiter cognomento Belus, Ianus, Oſyris, Iſis ſive Ceres, Triptolemus, Athenienſes, primi docuerunt homines arare & ſerere.
19 Ara Iovis Piſtoris & numen molarum.
20 Hordeum omniũ frumentorum eſt antiquiſſimum.
21 Cornu copiæ Amalthææ Nymphæ deſcribitur.
22 Prothymatum oblatio apud Veteres.
23 Panis hordeaceus contemtui tandem fuit: bis coctus vero ceu tenerrimus ac albiſſimus in delitiis, cum ſimilibus.
24 Molendi rationem ſemper ingenia hominum parturiverunt.
25 Ichtiophagi ac Luſitani qua re uſi fuerint inſtar molarum, deque torrendis & comminuendis frugibus apud gentes Septentrionales: imo à maſticatione dediciſſe illud homines, &c.
26 Dentes molares unde nomen ſortiti.
27 Romanis priſcis nullus olim fuit uſus molarum. inf. n. 71. 72.
28 Veſta Dea à piſtoribus Romæ culta, & quomodo?
29 Dionyſius Halacarnaſſeus & M. Varro primi ſunt antiquitatum Romanarum ſcriptores.
30 Molæ apud Helvetios etiam ante Iulii Cæſaris tempora in uſu fuerunt.
31 Molarum inventio an ad Phryges referenda. Et nu. 32. 33 34 & 35.
36 Ceres ex ſententia Plinii molere homines docuit in Attica, Italia & Sicilia. Et num. 58, 59 67.
37 Frumentorum inventio ante diluvium Adamo & Caino proculdubio adſcribenda. Poſt diluvium Noacho. num 38. & 41.
39 Ceres panis uſum repperit.
40 Ceres Panda à pane dando dicta.
41 Aratri inventio cui attribuenda.
42 Ægyptii porcum adorárunt.
43 Pilumnus Iovis filius pinſere frumentum docuit, ex ſententia Alexandri Sardenſis.
44 Molere & molas ipſas docuerunt ac invenerunt Myles ſive Mylantii Dii apud Rhodios, ut ſentit idem Sardenſis.
45 Iſis, mater Herculis Lybici, inventrix molarum Anno mundi 3345. ut opinantur Achilles Gaſſarus, & Henricus Panthaleon. Sed vide num. 60. & 63.
46 Etiam in Germania, ut putat Ioan. Marius Belgicus.
47 Hebræa gens revera molas primũ adinvenit, quod cum Polydoro Virgilio Auctor defendit usque ad num. 68.
48 Græci, ac Latini, ad Hebræos collati, pueri ſunt.
49 Moſis ſcripta omnium vetuſtiſſima.
50 Abrahamus vixit Ninis, Semiramidis & Zoroaſtris temporibus: & adſperguntur alia, quæ Bellarmini ſacrificia obiter refutant.
51 Simila, ſiligo, pollin quid?
52 Locus Exodi cap 11. & cap. 12. explicatur. Et num. 54.
53 Achylles Pyrmenius Gaſſarus erroris notatur.
55 Mola pro infimo miniſterio in ſacris literis accipitur.
56 Metæ & Catilli, ſive ſuperioris ac inferioris molaris fit mentio Num. 11. verſ. 8 & Deuteron. 24. v. 6.
57 Mola aliquando lætitiam denotat: & unde deſcendant Hebraicæ iſtæ voces, cum ſimilib. & explicatione Apocal. 18. v. 23.
61 Moſes & Cecrops coætanei.
62 Ceres nulla eſt, auctore Arnobio.
64 Corinthii primi navium fabricatores. Sed refellitur num. 65.
66 Divi, opificum more, artificia non habent.
68 Molæ aquaticæ quando inventæ. Et numero 70.
69 Molæ aquariæ magnæ induſtriæ & ingenioſæ inventionis ſunt officinæ: at incertæ indagationis. d. n. 70.
71 Molæ aquariæ etiam Romanis cognitæ.
72 Sed non in frequenti uſu.
73 Molæ aquariæ primam mentionem in jure fecit Imp. Zeno. in l. decernimus. C. de aquæductu
74 Iacobi Spigelii, Perdulphi Prattæi, & Iohan. Calvini lapſus detegitur
75 Molendinum aquaticum primum quando in Bohemia extructum.
76 Clibani ac Furni inventor quis?
77 Novi ICti ſunt tamquam ex ſtudii fornace recenter educti. Item Rabulæ forenſes & crumenimulgæ non ſe, ſed clientes ſuos ita litibus implicant: ſicut piſtor panem in furnum mittit, non ſe, quod illuſtratur.
78 Furnus à Clibano quomodo differat? & Clibanarii quinam?
79 Panis genera quot fuerint, remiſſive.

QUàm † jucundum ſemper fuerit, ut [1] gentium omnium, quæ ſub Sole vixerunt, & etiamnum vivunt, Origines, earundemque mores, exercitia, linguas, veſtitum, ædificandi rationem, locorum ſitum, admiranda ac prodigioſa opera, dogmata ſacra & profana omnia: Ita etiam rerum omnium in mundo exiſtentium, quamvis minutiſſimarum, inventionem & ortum cognoviſſe, non ſolum illi teſtatum faciunt, qui in hiſce aliquam gloriæ nominisque propagandi titillationem ſenſerunt, & ad † hanc cogni- [2]

 tionem

tionem adipiscendam sponte peregrinatores sunt facti, ut Ulysses, Socrates, Plato, Pythagoras, Mithridates, & innumeri alii, teste Johanne Ordelapho *ad l. fin. num. 482. 483. 484. D. de rei vindicat.* Verum etiam qui nobis integros libros de gentium ortu, de earum moribus & institutis, de mirandis antiquorum operibus, & denique de rerum inventione reliquerunt; quemadmodum (ut de Veteribus, inter quos Theophrastus etiam numera-3 tur, nihil dicam) cum magna † sui nominis laude Polydorus Virgilius, Alexander ab Alexandro, Alexander Sardensis, Joannes Matthæus Lunensis, Joannes Boemus Aubanus, Joannes Servilius & Simon Majolus *in diebus Canicularibus Colloq. 23.* ac Guidus *Pancirolus, ejusq; commentator Henricus Salmuth* præstiterunt.

Operæ igitur pretium, & rem lectori non ingratum, imo necessariam ac utilem me facturum arbitror, si de molis, molendinisve tractaturus & ipse, non contentus exemplis seculi nostri, sed & prioris volens cognoscere, originem inventionemque molarum [nec enim cum ipso homine cœperunt, ut convincit locus Arnobii *lib. 2. advers. gentes. mihi pagin. 521. & 538.*] & cui illa potissimum adscribenda, cum antehac in schola Jurisprudentiæ id à nemine præstitum sciam, compendiose de-4 ducam; ea in re sequutus † vestigia Caii Jurisconsulti *in leg. 1. ff. de origin. Juris.* nec nõ Imperatoris Justiniani *in §. ultim. ad fin. Institut. per quas person. nob. acquiritur,* & Nicolai Intriglioli *tractat. de feud. quæstion. 4.* Hier. Muscorni, *in tractat. de jurisdiction. num. 1.* Francisci Hottomanni *in §. adeo. Institut. de locato & conducto.* Alberici Gentilis *lib. 1. de legatis.* Petri Heigii *lib. 1. quæstion. 1. num. 1. & 2.* Rutgeri Rulandi *tractat. de commiss. part. 1. libr. 1. cap. 1. num. 3. 4.* (qui hanc quæstionem 2. passim laudat *in dd. additionib. pagin. 2. & 3.*) Laurentii Pignorii Patavini *comment. de servis. pagin. 8.* Renati Choppini *tractat. de domario Franciæ lib. 1. titul. 1.* Johannis Baptistæ Hansenii *in libr. de jure juran. vet. cap. 1.* & aliorum, qui de jure, testamentis, Feudis, Jurisdictione, Emphyteusi, legatis, commissionibus, personarum servitutibus, Principis patrimonio, & fide jureq; jurando scributi, prius illorum originem indagarunt. Huc pertinent, quæ ad istam regulam: ut unaquæque tractatio omnibus suis partibus & numeris constet, ab origine seu principio incipiatur, notat Prateus *libr. 3. regul. titul. 1. capit. 2.* Ut igitur ad rem ipsam accedam, certo constat, mortalium † veterum in principio 5 adeo simplicem fuisse vitam, ut saltem congestis herbis & agrorum sponte nascentibus fructibus, pecorumque lacte vescerentur, & aquam potarent, ac ne quidem tales sylvestres fructus in usum futurum condere, & ad egestatem servare scirent, ut asserit Diodorus Siculus *rerum antiquarum libr. 1. capit. 1.* Id quod etiam ex Platone refert Eusebius *lib. 12. de præparation. Evangeliorum cap. 8.* Et venuste adumbrat Maro *libr. 1. Georgicῶν* his versibus:

Ante Iovem nulli subigebant arva coloni:
Nec signare quidem, aut partiri limite campum
Fas erat, in medium quærebant, ipsaq; tellus
Omnia liberius nullo poscente ferebat.

Et Rufus Festus Avienius in describt. orbis terræ vers. 1234.

Ecce sub immenso portarum vertice Parthi

Rura tenent. Curvi nequicquam vomeris usus,
Sollicitanda cibi non ollis cura, laborq́;,
Æquora terrarum gravibus componere rastris &c.

Pluribus hæc de Wallensibus effert Guillermus Brito Armoricus, lib. 5. Philippidos:

Gens Wallensis habet hoc naturale per omnes
Indigenis primis proprium quod servat ab annis.
Pro domibus sylvas, bellum pro pace frequentat,
Irasci facilis, agilis per devia cursu
Nec soleis plantas, caligis nec crura gravatur
Frigus docta pati, nulli cessura labori
Veste brevi, corpus nullis oneratur ab armis.
Nec munit thorace latus, nec casside frontem
Sola gerens, hosti cædem quibus inferat arma
Clavam cum jaculo, venabula, gesa, bipennem,
Arcum cum pharetris, nodosaq́; tela vel hastam
Assiduis gaudens prædis, fusoq́; cruore
Raro fit ut quis ibi subeat, nisi vulnere, mortem.
Si cui quis proprium sine cæde obiisse parentem
Improperare queat, humum putat esse pudorem
Caseus & butyrum cum carnibus haut bene coctis
Delitiosa viris reputantur fercula magnis,
Arboris infixa trunco, quas sæpe prementes
Sic etiam comedunt expresso sanguine tantum.
Hæc vice sunt panis, pro vino lacteus humor.

Quia in re quidem nonnulli populi aliis etiam aut feliciores aut miseriores fuerunt, ac etiamnum existunt, juxta ea quæ commemorat Alexand. ab Alexandro *libr. 3. genial. dier. cap. 11. & ibi in annotat. Tiraquellus.* Ægyptii † enim & Lybici saltem piscibus, partim crudis ad solem arefactis, partim salsugine conditis ab initio victitarunt, ut traditum est à Joanne Boemo Aubano *lib. 1. de morib. & ritib. om. gent. cap. 5. & cap. 6.* qui transcribit ex Herodoto *in Euterpe mihi pag. 50. & 57.* 6

Apud Babylonios † fuerunt quædam familiæ, nulla re, nisi piscibus victitantes, ad Solem arefactis, pistillisque contusis, ex iisque materia asservata, undisque respersa, ex qua offas conficiebant, torrebantq; in usum panis ad ignem, ut auctor est idem Aubanus *d. loc. lib. 2. cap. 3. mihi pag. 77.* 7

Medi † propter sterilitatem suæ regionis ex malis in usum hunc exsiccatis ac contusis, massam conficiebant, ex tostis amygdalis panem, ex herbarum radicibus vinum. Aubanus *lib. 2. cap. 5.* De Britannis Diod. Siculus *lib. 5. c. 8.* ita loquitur: Frumenta cum aristis sub tecta reponunt, inde quod satis sit in diem usui terentes. Cibo simplici vilique vitam ducunt, atque à divitum deliciis alieno, &c. 8

Angli mediterranei plerique adhuc C. Julii Cæsaris tempore, lacte & carnib. sine frumenti usu victitabant. *Auban. lib. 3. c. 25. mihi pag. 357.* Imo & Plin. *lib. 16.* testatur, sua adhuc ætate multas gentes glandib. vitam sustentasse. Miserior † vero multo conditio ac vita Rhizophagorum, Ilophagorum, Omophagorum, Spermatopha- 9

gorum, Acridophagorum, Ichtiophagorum (qui ex sale quoque oleum excipere norunt, teste, Arriano & Cardano *lib. 5. de subtil. pag. 209.*) Cynnamimorum, Ophiophagorum, Lotophagorum & Anthropophagorum fuit, ut vel sola nominis notatio indicat, junctis iis, quæ de horum inhumano victu scripserunt Festus Pompeius *in verb. Lotos.* Thucydid. *lib. 4. mihi pag.* 87. Herodot. *in Euterpe. mihi pag.* 57. Alex. ab Alexan. *lib. 3. genial. dier. cap. 11. pag. mihi* 133. Aubanus *lib. 1. cap. 6. & lib. 2. cap. 1. & cap. 10.* Philipp. Camerar. vir apprime doctus *in oper. succis. cent. 1. cap.* 13. ad quos lectorem remisisse in præsentiarum sufficiat.

Et quantum ad hodierna tempora attinet, Tartari adhuc † panem non habent, nec pinsunt. *Aubanus lib. 2. cap.* 10. Scythæ † ad Tanais ortum habitantes, & Moscoviæ Duci Tributarii adhuc non arant, non seminant, neque panes habent, ferarum carnibus & piscibus vescuntur, & aquam potant. *Aubanus lib. 3. cap. 10. mihi pag.* 228. Adde omnino quæ habet Justinus *lib. 2. hist. c. 2.* & Galterus poeta *lib. 8. Alexand. circa fin.*

10 11

12 Lappi † Scricfiñi, Biarmi, Islandi, Grœnlandi, cum tellus sementi faciendæ minime sit idonea, adhuc agrum nullum colunt; sed tantum piscium aëre exsiccatorum, ac pellium permutatione panem bis coctum, annonam & farra, quæ ex civitatibus maritimis ad illos devehuntur, acquirunt, aut crudis ferarum, aut ad minimum exsiccatis, ac in modum farinæ contusis piscium carnibus vescuntur, aut herbas crudas in morem bestiarum devorant.

13 Verum enimvero, quia juxta Eusebium *de præparat. Evangel. lib. 13. cap. 7.* Dei verbum † artes hominibus suggessit & immisit, nec illi eas invenerunt. *Arg. Exod. 31. v. 2. 3. 4. 6. ibiq; Osiand.* in tantum, ut cum Julio Firmico *de error. profan. relig. mihi pag.* 8. vere exclamare liceat: *Ad sustentationem generis humani hæc omnia divina summi Dei liberalitate donata sunt*; Ideo etiam cum adolescente mundo cœperunt de die in diem splendidius vesci; partim DEO, ut dixi, docente, partim rerum † necessitate, ut Magistro (unde etiam Xenophon πενίαν vocat σοφίαν αὐτοδίδακτον.) & ingenii largitore ventre, sicut ille ait, subinde nova præcepta, novamque peritiam ad sustentationem vitæ adinveniente & subministrante, *Diodor. Siculus d. lib. 1. cap. 1.* Qippe inopia † ipsa apud Aristophanem *in Pluto act. 2. sc. 5.* jactat, ignavam esse opulentiam, se autem multarum artium inventricem. Unde etiam natum proverbium: πολλῶν ὁ λιμὸς γίγνεται διδάσκαλος, h.e. Fames magistra est artium complurium. Item ille inter Græcorum sententias relatus senarius: 14 15

λιμὴν ἀτυχίας ἐστὶν ἀνθρώποις τέχνη, h.e.
Ars ipsa inopiæ portus est mortalibus.

Claudianus:

Provocet ut segnes animos, rerumq; remotas
Ingeniosa vias paulatim exquirit egestas.

Ant. Mantinellus in spec. mor. & offic. circa finem:

Paupertas orbes munivit, repperit artes,
Paupertate sapit Socrates, Plato, cæcus Homerus.

Unde animadvertendum, naturæ munera non semper sufficere ubiq; mortalium desiderio & commoditati, sed artes opera etiam requiri: Alioquin inanis esset vestium; calceamentorum, domuum, aliarumq; rerum, quæ homini conducunt, inventio. Imo ut scribit Aristoteles *lib. 2. de Phys. aud.* & Gale-

& Galenus *lib. de constit. art. med.* nonnulla præstat ars, quæ nequit præstare natura, referente Latino Tancredo *lib. 3. de fame & siti. cap. 26. pagin. 165. B.* Consule inprimis Franciscum Vicomercatum Mediolanensem *libr. 3. de principiis rerum naturalium cap. 14.* Ubi exponit, naturam tempore ac dignitate seu perfectione arte priorem esse, & *d. lib. 3. cap. 15.* declarat, quomodo & artes naturam imitentur, quave ratione vicissim ars & natura se superent?

Atque hinc non immerito cecinit Gratius in Cynegetico *in princip.*

----- Vitaq; erat error in omni
Post alia propiore via, meliusq; profecti
Te sociam ratio rebus sumpsêre gerendis
Hinc omne auxilium vitæ, rectusque reluxit
Ordo: & contiguas didicêre ex artibus artes
Proserere.

Cajus Manilius:

--- *Quodcunq; sagax tentando repperit usus.*

Et Virgilius lib. 1. Georgicῶν:

Et varias usus meditando extunderet artes
Paulatim, & sulcis frumenti quæreret herbam.

Proindeque factum est, ut βαλανοφάγοι
16 homines † inventis frugibus ilico glandes spernerent, & repudiarent arbuta, corticibusque contegi, & amiciri desinerent pellibus, postquam vestis excogitata est textilis usu & commoditate succinctior. Commune enim est omnibus, & ab ipsis pene incunabulis traditum, bona malis anteferre, inutilibus utilia præponere, & quod constiterit esse pretiosius, lætius id consectari & petere. *Arnobius lib. 2. advers. gentes.*

17 Hinc etiam † non minus docte, quam scitè in hunc modum scribit Philippus Mornæus *de veritat. relig. Christian. cap. 8.* *Quot seculis rogo*, inquit, *absumus à glande? A deliciis Apicii ad urbanam vitam modico gradu ascendimus, ab urbana vita ad agrestem, à cupediis ad frugalitatem; quo tempore nimirum in lustris, ferarum instar degebamus & ilicibus inhiabamus, dum glandes vento excuterentur. Deniq; ab urbibus ad villas, à villis ad casas, à casis ad tentoria, à tentoriis ad mapalia, à mapalibus ad Nomadum vitam ingredimur, quam toto ferè orbe obtinuisse ex historiis notum.* Hactenus Mornæus cum quo in effectu transit Erasm. *chil. 4. cent. 3. adag. 1.* & novissime Sebaldus Mullerus *lib. de Panificio in præf.* Placet eadem ad mysticum sensum trahere, cum Claudio Minoe, qui *in comm. ad Embl. Alciati* 119. de Novo Testamento hos pangit versus:

Glande patres aluit quercus, fagusq; vetustos:
Sed modo nō cibus est, proficit umbra tamē:
Glandibus antiquis tantum fuit usa vetustas:
Frugibus inventis utimur, at quid id est?
Tradidit in sacro quæcumque volumine Moyses
Glans erat, & veterū pabula prisca patrū.
At largitor opum fruges invenit Jesus,
Et missa palea plurima grana dedit.
Umbra licet nobis lex sit vetus atq; Prophetæ,
Sed nova lex Christi verior esto cibus.

Eam ipsam † ob causam quoque, & quia 18 inventis novis frugibus utilitati hominum profuerunt, ad tantum laudis fastigium ascenderunt, imo divinos & heroicos honores meriti sunt Saturnus antiquissimus ille, ac revera aut Noah ipse, aut Cham filius Noah, Jupiter cognomento Belus sive Baal, Nemrodi filius, Janus, Osyris, qui est Misraim Noe nepos, Ceres sive Isis Ægyptiaca [Osyridis uxor] Triptolemus Cereris filius, & Athenienses, qui primi monstrarūt arare & serere frumenta, glande (& quidē ex cinere

nere caldo, ut ait Arnobius *lib.2.*) vescentibus, ut latius demonstrant Hesiodus, Diod. Sicul. *d. lib. 1. c. 2.* Plutarch. *in lib. de Iside & Osyride*, Ovid. *lib. 5. Metamorphos.* Iustin. *lib. 2. c. 6.* Arnob. *lib. 8. mihi pag. 763. & 764.* Polydor. Virgil. & Auban. *lib. 3. c. 2. mihi pag.* 190. Thomas Dempst. *in para. ad Rosin. lib. 2. c. 11. pag. 195. 196.* idem Arnob. *lib. 5.* idipsum his verbis confirmans; *Eleusina illa,* inquit, *mysteria, & sacrorum reconditi ritus, cujus memoriam continent? Nonne illius erroris, quo in filiæ conquisitione Ceres fessa, oras ut venit ad Atticas triticeas attulit fruges?* Cic. in orat. pro Flacco: *Adsunt Athenienses,* inquit, *unde humanitas, doctrina, religio, fruges, jura, leges ortæ, atq; in omnes terras distributa putantur.* Valerius Flaccus *lib. 1. Argonaut.* de Triptolemo (quem Varro Arivum Deum, forte ab arando, adpellat) scribens:

--- *curru ut sævos frænasse Dracones*
Creditus, ignaras Cereris qui vomere terras
Induit, & flava quercum damnavit arista

19 Inde etiam † Romæ in Capitolio Ara Jovis Pistoris collocata fuit, de qua Livius, Jul. Frontin. Plutarch. Alexand. ab Alexand. *lib. 6. genial. dier. c. 11.* & Lactant. *lib. 1. de fals. relig. cap. 20. eodem,* ait, *tempore Iovi quoque Pistori ara apposita est, quod eos in quiete monuisset, ut ex omni frumento, quod haberent, panem facerent, & in hostiū castra jactarent, coq; facto soluta est obsidio, desperantibus Gallis, inopia subigi posse Romanos.* Ovidius *lib. 6. Fastorum*:

Nomine quam precio celebratior arce Tonantis,
Discant Pistoris quid velit ara Iovis

Idem:

Posse fame unica spes excidit, hoste repulso
Candida Pistori ponitur ara Jovi.

Quinimò sciendum & pistrino seu molæ suum fuisse numen, suumq; Deum tutelarem, *infr. n. 28.* Jul. Pollux *lib. 7. onomast. cap. 33. tit. 8.* μυλωθρὸς μύλων, προμυλαία θεὸς, καὶ εὔνοστος, *h.e. molitor, mola, pistrinum, Dea molaris & benevola.* Sed & Promylius Deus semper ante molas collocabatur, ob suavem alimoniam, Suid. *in voce* προμύλιος θεός. Adi Tiraquel. *commen. ad Alexand. Neapol. lib. 3. genial. dier. c.* 11. Quanquam ex † frumentis illis antiquissimum omnium est Hordeum, secundum Plin. *lib. 18. c. 7.* ubi ait: *Antiquissimum in cibis hordeum, sicut Atheniensium ritu, Menandro authore, apparet.* Dionysius Halicarnass. quoq; hordeum pro fruge antiquissima Græcis habitum testatur *lib. 5. antiq. Rom.* imo pro hordeo ipsā molam posuisse Virgil. doceo *infr. q. 3. n. 18.* Lege insuper quæ mox num. 23. adduco. 20

21 Quapropter etiam † Cornu-copiæ Amaltheæ Nymphæ corona quadam ex triplici frondium ac fructuum genere concinnata coronare solebant, Lauri sc. quercus & hordei; ex quib. primus hominum cibus, primaque medicina fuit aureo illo Saturni seculo, sicut Poetæ veteres scribunt, memorantes, glandib. & aqua priscos patres victitasse, ante fruges & vineas inventas, Steph. Vinand. Pighius *in descri. pompæ Equest. post Hercul. Prodicium mihi pag.* 589.

22 Ex eo † etiam fluxit mos gentilium, fortassis ad populi Judaici ritum, qui describitur *Levit. c. 2.* effictus, ut ante sacrificium Prothymata facerent & offerrent, ut vaporationem thuris, aut id genus primitias ut siliginem vel placentulas. Prothymata. n. dicebantur οὐλοχύται, *h.e.* hordeum sale conspersum *inf. q. 3. num. 14. 15.* quod ante sacrificium aris infundebatur, eratque augurium futuræ felicitatis frugum,

gum, vel ut divinæ bonitati gratos se often-derent, quod desitis glandium cibis ad mitiorem pervenissent fructum. Vnde illi quoq; nomen apud Græcos κρίθη, *Deut.* 8. *v.* 8. παρὰ τὸ διακριθῆναι, quod eo comperto à brutis discerni homines ac sequestrari sint visi, quamquam eo integro devorato vescerentur homines, nec dum molendi usu conperto, Cœl. Rhodig. *lib.* 7. *lectionum antiquar. c.* 1. *mihi. pag.* 309.

Cæterum pedetentim, ut adnotavit Franc. Mar. Grapald. *lib.* 2. *de part. adium. c.* 11. *mihi. pag.* 257. *juncta q.* 3. *n.* 15. *q.* 4. *n.* 17. 23 Panis † ex hordeo, majoribus usitatus, damnatus quadrupedibusq; datus & servis adpositus fuit, *infr. q.* 4. *num.* 17. Martialis de hordeo:

Mulio quod non det taciturs accipe mulis,
Hæc ego cauponi, non tibi, dona dedi.

Vbi consule Matth. Rad. *comment. pa.* 848. 849. & Mercurial. *lib.* 4. *var. c.* 18. post Aldrovand. *lib.* 1. *de quadruped. c.* 4. *sect. de cibo p. m.* 174. Panes contra Biscoctos sive διπύρους ἄρτους, *i. e.* bis ignem expertos, in delitiis olim fuisse, adversus quosdam erudite probat Vinc. Contaren. *lib. var. lect. c.* 19. *conf. inf. n.* 51. *&* *d. q.* 4. *n.* 19. Saxonibus hic panis biscoctus dicitur voce synonyma Twiback/ quasi zweymal gebacken. Estq; vulgaris & primarius, qui Dantisci optime conficitur. Panem quoq; bucellatum interpretatur biscoctum Bart. *in l.* 1. *C. de erogat. milit. anno. lib.* 12. Gothofred. a. appellat frumentum ad usus diuturnitatem coctum, & Gallica lingua vocari ait, biscuit. Apud Romanos præterea pistores tostum panem lautioribus coquere solebant, reliquæ multitudini far, ut refert Alexand. ab Alexand. *lib.* 3. *c.* 11. Hordeum similiter militibus & ignominiæ & pœnæ loco datum aliquando fuisse, declarat Godescalc. Stevvech. *in comm ad Veget. lib.* 1. *c.* 13. *p.* 27. Gladiatores deniq; Hordearii dicti, quod antiquitus hordeo victitarent; ut eos vult dictos Plin. *lib.* 18. *c.* 7. Atq; sic per contentum vocarunt inter alia Sophistas Hordearios, uti liquet ex absolutissimo Ludov. Cresollii libro, qui inscribitur: Theatrum veterum Orat. *lib.* 1. *c.* 13. Pari modo nominabant Dimarch. κρίθινον Δημοσθένην, *i. e.* Hordeaceum *Demosth.* ob tenuem illius summi oratoris, & imperfectam similitudinem, quā exprimebat. Sic non sine contumelia M. Cæl. L. Plotium Gallum appellabat Hordearium Rhetorem, eum deridens ut inflatum, ac levem & sordidum, ait Sueton. *de claris Rhetor.* Etsi igitur frumenta molendi ratio non statim unà cum eorumdem inventione innotuit. Erasm. *d. chiliad.* 4. *cent* 3. *adag.* 1. ut vel inde quoq; minus mirum fiat, apud Ioseph. *lib.* 1. *antiq. Iud. c.* 4. ubi inventionem mensurarum ac ponderum Musices (quamvis ad rotæ molendinariæ gyrationem, concentum Musicum inventum quoque esse, quis crederet) artis ferrariæ ac rerum cœlestium attingit, nullam inventionis molarū mentionem fieri: Semper tamen † ingenia ho- 24 minum eam parturierunt, utpote sine qua, ad panem conficiendum, frumentorum vix ullus alioquin esset commodus usus futurus. Quod procul dubio etiam adumbratum fuit in veteri illo proverbio: ὁ φεύγων μύλον, ἄλφιτα φεύγει, *h. e. Qui fugit molam, fugit farinam.* Sic Ichtiophagi † pisces ad 25 Solem decoquebant, carnem omnem excutiebant, & concavo Saxo injectam pinsebant, admixtoq; paliuri semine cibum sibi conficiebant suavissimum inde etiam nomen suum sortiti. Ioan. Iou. Pontan. *de aspirat. lib.* 2. *mihi pag.* 1105. Neptuno quasi pro Cerere cibum illis subministrante. Mōtani homines Lusitaniæ duab. anni partib.

querna vescebantur glande, quã quum siccassent, frangebant, panes conficiebant, & ad tempus reponebant. De torrendis quoque frugibus apud gentes Septentrionales, longeque duraturis ita Olaus Magn. Goth. loquitur: *Diebus calidissimis fervente Sole, pannos instar velorum navalium, sive ipsa vesa, latè super faciem terræ, vel planos ac nudos montes extendunt, ac desuper torrendam frugem diebus sex, vel plurib. ac pauciorib. juxta Solis ardorem inponunt. Deinde eam purgatam, in quercinis repositoriis collocant, vel in farinam redactam simili custodia servant, multosq; in annos sic torrefacta, integritate salva perdurat. Attamen si molita farina nõ sit, sed fruges, expedit ut interim Soli obiiciatur semel in anno retorrenda: eoq; modo nova fruges tosta, poterit illi, ne deficiat, quoties opus fuerit, sagaciter conmisceri. Farina. a. in quercinis vasis aut cupis forti ligneorum malleorũ impulsu intrusa, locoq; sicco reposita, sine quacumq; vermium corrosione pluribus annis durare solet, lib. 13. epit. p. 303.* Hujus generis alia reperies apud Hieron. Cardan. *lib. 12. subtilit.* Hier. Osor. *lib. 2. de reb. Emanuel. gest.* Ios. Quercetan. *diætetic. c. 5.* & complures, quorum verba exscribit Theophil. de Peg. *in Sylloge an hostia sit verus panis, p. 20. & seqq.* Et quid multa? ex masticatione oris quodammodo eos contusionem & molituram frumentorum naturam docuisse, non absurdè dici posset cum Possidon. apud Sen. *epist. 90.* quippe, ut Mantuan cecinit, *Eclog. 4.*

Quod nequit ingenium, casus facit.

Adeo ut panis Hebræis sit לֶחֶם quod etiam sumitur pro quovis epulo & convivio (scil. secundum eminentiam, quia panis inter omnia edulia primas obtinet partes *supr. q. 1. nu. 25.*) ducitur q; à verbo לָחַם *i. e.* incidit dentibus vel ore gladii proscidit, comedit mandendo & concidendo, ut Ioh. Avenar. notat. Idem etiam לֶחֶם interpretatur panem, omnem cibum, quem incidunt dentes. Vnde quoque mola pro maxilla sive mandibula; & † dentes maxillares, quod cibum à cæteris dentibus confractum molant, nomen molarium sunt sortiti, Ioel. 1. *v. 6.* Christ. Becman. *de orig. LL. voce Edo addit. LL. Fris. tit. 3. §. 38. p. m. 505. Longob. lib. 1. tit. 7. l. 6.* qui in quolibet homine primo ætatis septennio enascuntur, ut auctores sunt Solon & Philo Hebræus, necnon Lil. Girald.

26

Impubes & adhuc infans quum septa molaris
Educit primum, septimus annus erit.

Statius dein de molaribus dentibus 1. *Theb.*

Proterere exanimes artus, asprosque molares.

Juvenalis Satyra 5. aliis 6.

--- *Pressoq; diu stridere molari.*

Et Satyra 13. v. 23.

--- *interq; molares*
Difficile crescente cibo. --

Vox eadem adhibetur in versibus illis argutis, quib. cujusque literæ sonus, vis ac natura exprimitur, & à P. Greg. Tholozan. author eorum constituitur Quint. Stoa, *lib. 16. de Rep. c. 1. n. 2.*

A *Sub directo memorabilis oris hiatu est,*
B *simul inclusis profertur utrimq; labellis:*
C *linguam adpulsos compellit utrimq; molares:*
D *cogit superos linguam contingere dentes:*
E *Paulum pressa profertur gutture lingua,*
F *labeum inferius superis cum dentibus urget.*
G *damus extremum, cum tangit lingua palatum.*
H *oritur tractis cum ventus faucibus halat.* I

K *fau-*

K *fauces formant media cum parte palati.*
L *facit extremam contingens lingua palatum.* *(labellum*
M *quum sit pressum, premitur per utrumque*
N *linguam ad pulsa collidit littora dentes.*
O *Venit, exoritur quum spiritus ore rotundo.*
P *datur eruptis ter litera quinta labellis.*
Q *fit in appulsu, cum stringimus ora palati.*
R *facit ut supero crispetur lingua repulsa.*
S *cum fit, peragit colliso sibila dente.*
T *linguam impulsu contractis dentibus exit.*
V *facit os strictum, sic promula labra fatigat.*
X *reddit, quidquid Catq; S formare videmus.*
Y *psilon apprensis labris procedere justum est.*
Z *eta sepulchrales imitatur concita dentes.*

Cæterum priori sensu Lactantius: *Habet præterea & aliud lingua officium, quod contritos & commolitos dentibus cibos colligit, & conglobatos vi sua deprimit, & transmittit ad ventrem, in lib. de opifi. Dei c. 10.* Iob Συνέτριψα μύλας ἀδίκων *h.e. conterebam molas sive molares iniqui: c. 29. v. 17.* Psalmi versio vulgata hęc est: *Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum, molas Leonum confringet Dominus, oda 58. vers. 7.* Quam retinuit Valent. Crenicovius:

Tunde os, molares obtere
Leonibus minutis, &c.

Eò etiam collimat Erasmus inquiens: *Poetis esse linguam, qua invehantur; at Principibus esse molares, quibus eos conficiant.* Huc denique digitum intendit Ecclesiast. *c. 12. vers. 3. & 4.* dum adstruit: Molitrices τὰς ἀληθούσας *h.e.* dentes molares & μύλωνος ὁμφῆς in senibus intermittere attritionem, utpote qui aut sunt obtusi, aut nigredine obducti, aut erosi. Exstat quoque ænigma Germanicum:

Es hat ein Mühl bey dreissig Stein/
Und hat nur ein Gelauff allein/
Darvon sich nehrt ein Burg gebaut/
Künstlich von Fleisch/Bein und von Haut.

Quam molam esse os hominis, instructum triginta dentibus, quasi lapidibus molaribus, quibus comminuitur cibus, unde corpus alatur, und wann die Stimm dieser Mühlen leise bestehet zugehen / totam istam arcem conruere necesse est, ait Ioh. Heidfeld. *sphing. theol. c. 38. p. m. 896.* Memorabilis certè locus est apud B. August. *Vidi, inquit, ipse non solus, sed aliquot mecum in Vticensi littore molarem hominis dentem, tam ingentem, ut si in nostrorum dentium modulos minutatim concideretur, centum nobis videretur facere potuisse, lib. 15. de civ. Dei c. 9.* Præterea Susis, in qua civitate est regnum Persarum, fonticulus est: ex quo qui biberint, amittunt dentes; in quo græcum reperitur epigramma, quod ita vertit Moretus, teste Daniele Barbaro Veneto ad Vitruvium, *lib. 8. archit. cap. 3. p. m. 259.*

Hospes aquam cernis metuendam, innoxia membris
Sumere mortales, unde lavacra queant:
Sin imum in ventrem nitidam dejeceris undam,
Admoris tantum labra suprema licet,
Protinus in terram latentur ab ore molares,
Et sedes linquent mandibulæ vacuas.

Cæterum cui in rei veritate & propriè molarum inventio sive origo sit adscribenda, res est non satis expedita, ut solent hæc talia, & alii aliis adscribunt. Hoc equidem † 27 extra omnem dubitationem est positum apud priscos Romanos, teste Servio *in lib. 1. Æneid. vers. 184.* ex quo illud retulit Iac. Spigel. *in scholiis. ad Richard. Bartholin. lib. 12. Austriados mihi. pag. 711.* olim

nullum molarum usum fuisse, sed farra solummodo in furnis, Vestæ *h.e.* ignis beneficio (quæ ob id quoque Dea Fornax adpellata. Ovid. *in fastis*, Lilius Giral. *histor. Deor. syntagm. 1. mihi. pag. 41.*) torreri, & deinde pilis pinsi & contundi consuevisse; indeque † morem servatum ut V. Id. Iun. Foci & Domina focorum, quæ Vesta est, à Pistoribus colerentur, molæ sertis & floribus ornarentur & quiescerent; asini item, qui sc. primis temporibus Vestæ beneficio immunes à circumagendis molis essent, floribus coronati atque è pane veluti monilia quædam gerentes, circumducerentur per urbem vacarent & feriarentur; quarum ceremoniarum & rituum causas ita descripsit Ovid. *lib. 6. fast.* recensentibus Vlysse Aldrovando *vol. integ. de quadruped. lib. 1. c. 2. sect. de usu asini ad mol. & arat. p. m. 165. juncta pag. 85.* Joh. Rosino *lib 4. antiquit. Raman. c. 10. m. p. 393.* Stuckio *in descript. sacror. gentil.* & Henr. Salmuth *in notis ad nova reperta Guidonis Panciroli lib. 2. c. 22. mihi. pag. 710. 711. cum seq.*

28

Nunc quoq; cum fiunt antiquæ sacra Vacunæ,
Ante Vacunales stantq; sedentq; foces,
Venit in hos annos aliquo de more vetustas,
Fert missos Vesta pura patella cibos.
Ecce coronatis panis dependet asellis,
Et velant scabras florida serta molas.
Sola prius furnis torrebant farra coloni.
Et fornacali sunt stata sacra Deæ.
Suppositum cineri panem focus ipse parabat,
Stataq; erat tepido tegula quassa solo.
Inde focum servat pistor dominamque focorum,
Et quæ puniceas versat asella molas.

29 Etsi quoque † Dionys. Halicarnasseus & Varro (quo tempore is vixerit cuivis notum) antiquitatum Romanarum (non vero Græcarum; ut ex ipso Halicarn. patet *lib. 1. c. 61. in fin. edit. Sylburg.*) primi sũt scriptores, ut legimus apud Bodinum *lib. 3. de Republ. cap. 3.* neuter tamen eorum nobis aperuit, quis Romæ molarum usum primus adinvenerit, vel invexerit. Apud Helvetios † quoque dudum molas in usu fuisse, convincit locus C. Iulii Cæsaris *lib. 1. de bello Gallico*, dum inquit: *Trium mensium molita cibaria sibi quemq; domo efferre jubet.* Verum nec ex eo quis indubitate collegerit, quando, quænam, quove tempore usus molarum cœperit. Nec est, ut † quisquam eorum inventionem ad Phryges transferat, ex eo forte quod illi primigeni † sive primi mortalium nuncupentur ab Apulejo *lib. 11. & Herodoto lib. 2.* quo etiam adlusit poeta nulli secundus Claudianus scribens *in Eutropium:*

30

31

32

——dat cuncta vetustas
Principium Phrygibus, nec rerum Ægyptius ultra
Restitit, humani postquam puer uberis expers
In Phrygiam primum laxavit murmura vocem.

Nam præterquam quod † Lucianus Aegyptios primos hominum esse scribit, quibus rursum † Scythas vetustiores esse Iustinus *lib. 2.* & Trogus Pompeius asserunt: Insuper etiam mihi (neque enim omnium librorum sum helluo) nullum † probatum authorem legere contigit, qui originem molarum Phrygibus attribueret. Quamvis antiquos Romanos eos non sine ratione Fruges adpellasse, & insuper ex Herodoto constet, puerum illum vocem emisisse Βέκκος, quæ Phrygica lingua Panem significat, ut fusius explicabo *in lib. de Phrys. orig. & infra in mantis. cap. de Camin. num.....* At certe instrumentum eos habuisse credibile, quo præparatus ac confectus panis

33

34

35

inf.

inf. num. 15. adde, quæ huc ſpectant, ex Ioh. Frid. Mateneſii *orat. 6. de German. orig. pag. 101. 102.* Videamus igitur an Scriptores qui exſtant, nobis hac de re quidquam certi reliquerint. 36 Et quidem † primus in aciem prodit C. Plinius, pagana ſuperſtitione & vanorum deorum opinione imbutus ita ſcribens: *Ceres frumenta, cum antea glande veſcerentur, invenit: eadem molere & conficere in Attica, Italia & Sicilia docuit, ob id Dea judicata, lib. 3. natur. hiſtor. cap. 36. lib. 7. cap. 50. alijs 56.* Cujus verba quoque retulit Polydorus Virgilius *de invent. rerum* 37 *lib. 3. cap. 2.* Sane quod ad † inventionem attinet frumentorum (quæ etiam in arboribus quandoque nata legimus apud Plinium *lib. 18. cap. 18.* quin ex eadem radice germinaſſe oleam & ilicem teſtis eſt Pauſanias, & confer quæ habet Fortunius Licetus *lib. 1. de monſtris cap. 5. lib. 2. cap. 61. 70.*) etſi teſtis locuples eſt Sacra Scribtura, quod protoplaſtus Adam emiſſus ſit à Deo de paradiſo voluptatis ἐργάζεσθαι τὴν γῆν. *hoc eſt* ut operaretur terram. *Geneſ. cap. 3. verſ. 13.* & quod Cain filius Adam, primus fuerit agricola, ſive ut ſeptuaginta Interpretes reddiderunt, ἐργαζόμενος τὴν γῆν. *Geneſ. cap. 4. verſ. 2.* (cum antea *Geneſ. cap. 2.* dictum eſſet, ὅτι ὁ ἄνθρωπος οὐκ ἦν ἐργάζεσθαι τὴν γῆν) quod etiam probat Ioſephus 38 *lib. 1. antiquit. Iudaicar cap. 4.* Et poſt † diluvium itidem Noah primus artem arandi & ſerendi uſurpaverit, ἄνθρωπος γεωργὸς γῆς factus. *Geneſ. cap. 8. in fin. & c. 9. verſ. 20.* Quodque Iſaac in terra Philiſtinorum apud Abimelechum Regem in Gerar ſeverit, ac uno anno centuplum invenerit: *Gen. 26. v. 12.* Profani tamen Scribtores unanimiter fere illud Cereri videntur adtribuere, fuſe Tho. Dempſt. ad Roſin. *d. l. 2. c. 11. p. 193. 194. 195. 196.* Quibus adde iſta, quæ ſequuntur. Virgilius *lib. 1. Georgic.*

Prima Ceres ferro mortales vertere terram
Inſtituit, cum jam glandes atque arbuta ſacræ
Deficerent ſylvæ, & victum Dodona negaret.

Idem *lib. 2. Georgic.*

Liber & alma Ceres ſi veſtro munere tellus *
Chaoniam pingui glandem mutavit ariſta.

Ac in Culice.

Quercus ante datæ, Cereris quam ſemina vitæ.

Ovidius *lib. 5. Metamorphos.*

Prima dedit fruges alimentaque mitia terris,
Prima Ceres unco glebam dimovit aratro,
Prima dedit leges Cereris ſunt omnia munus.

Idem de eadem *4. Faſtor.*

Panis erat primis virides mortalibus herbæ
Quos tellus nullo ſollicitante dabat.
Poſt modo glans nata eſt: bene erat jam glande reperta,
Duraq; magnificas quercus habebat opes.
Prima Ceres, homine, ad meliora alimenta vocato,
Mutavit glandes utiliore cibo.

Lucretius *lib. 5. de nat. rer.*

Namq; Ceres fertur fruges, Liberque liquoris
Vitigeni laticem mortalibus inſtituiſſe.

Petronius Arbiter *in Satyrico mihi pag. 124.*

-- -- -- atque error juſſit inanis
Agricolas primos Cereri dare meſſis honores.

Claudianus *de raptu Proſerpinæ lib. 1. verſ. 30*

Vnde data populo fruges, & glande relicta
Ceſſerit inventis Dodonia quercus ariſtis.

Apulejus *lib. 11. Regina cœli,* inquit, *ſive tu Ceres alma frugum parens originalis, quæ, repertu lætata filiæ, vetuſtæ glandis ferino remoto pabulo, miti commonſtrato cibo nunc E-*

* al. veſtro ſi numine tellus.

leusinam glebam percolis. &c. Cassiodorus in formula præfecti Annonæ *Ceres frumenta dicitur invenisse, Pan autem primus conspersas fruges coxisse perhibetur, unde & nomine ejus. Panis est appellatus.* Adstipulatur his ipsis quoque Olaus Magnus *lib. 13. epi. p. m. 303. Plinius lib. 7. c. 57.* & Arnobius *lib. 1. advers. gentes mihi pag. 480.* dicens: 39 *Cererem † panis usum repperisse.* Eamdem similiter M. Varro *lib. 1. de vita pop. Romani,* 40 dictam † putat Pandam à pane dando; quod iis, qui ope indigerent, & ad Asylum Cereris confugissent, panis daretur. 41 Quamquam non ignoro, alios † inventionem simplicis aratri, (nam formam aratri cum rotis Gallos adinvenisse auctor est Plinius *d. lib. 18. c. 18.*) ad Dagona filium Cœli & terræ, cujus in sacra historia crebra mentio est, referre; ideoque illum Iovem Aratrium nuncupatum esse, ut legitur apud Eusebium *de præparat. Evangel. lib. 1. cap. 7.* & Lilium Giraldum *Histor. deorum Syntag. 2. mihi pag. 103.* Quod Virgilius tamen, interprete Servio *lib. 2. Georgic.* ad Osyrim Regem Aegypti transtulit, dum inquit:

-- -- *Vnciq; puer monstrator aratri.*

cum quo sentit Tibullus *lib. 1.*

Primus aratra manu solerti fecit Osyris,
Et tenuem ferro sollicitavit humum.

42 In quo rursus alia † opinio Aegyptiorum, qui ob id porcum, quod terram rostro aperiendo arare docuisset, adorarunt, *teste Philippo Mornæo de verit. relig. Christian. c. 26.* Quos ideo tacite irridet Cicero *lib. 5. Tusc. q.* inquiens: Aegyptiorum morem quis ignorat? Quorum imbutæ mentes pravitatis (*al. pravis*) erroribus, quamvis carnificinam prius subierint, quam Ibim (*vide Iuven. sat. 15. Diodor. lib. 1. c. 8.*) aut aspidem (*alii legunt Apim. recte, Apis enim bos Aegyptiorum Deus*) aut felem aut canem aut Crocodilum violent: quorum etiam si imprudentes quippiam fecerint, pœnam nullam recusent. Confer omnino elegantem libellum Laurentii Pignorii *de charact. seu sacris Aegypt.* Sed quod illa ipsa Ceres omnium prima quoque molere docuerit, in eo alii a Plinio dissentire videntur. *Nam* sicut Alexander Sardensis *lib. 2. de rer. invent. mihi pag. 52. inf. q. 4. n. 10.* sentit, pinsere † frumentum docuisse Pilum- 43 num Iovis filium, Deum pistorum; molere † vero ac molas ipsas docuisse & invenisse 44 Myles in Laconiæ vico Alesia, vel certe Mylantios Deos apud Rhodios: & Stephanus *lib. de urb.* Milanti cuidam inventionem adsignat *in voce μυλαντία:* Ita rursus 45 † Achilles Pyrmenius Gassarus in Chronologia & Henricus Panthaleon *in lib. de viris illustrib. part. 1. mihi pag. 38.* artem inventionemque molendi & pinsendi tribuunt Isidi matri Herculis Lybici; adeo, ut modo dictus Gassarus adseveret, Anno mundi *3345.* (Ado Viennensis tamen *3797* ponit Dempst. *d. lo. pag. 198.*) tempore quo Jacob & Esau ex Rebecca nascebantur, Anno vero ante natum Christum *1854.* Isidem annosissimam mulierem vixisse, & artem molendi pinsendique docuisse. *Accedit* † prioribus Io. Marius Belgi- 46 cus *lib. 2. illustrat. Gallicar. & Trojam interprete Gerardo noviomago*, qui scribtum reliquit: *Regnante Hercule Alemanno, undecimo Germanorum Rege Isidem Deam, Reginam Aegypti, in Germaniam venisse, & rudem populum artem molendi, pinsendi, panesque coquendi docuisse.*

Cæterum ut & ego, non quidem ἀπὸ Ναννάκου narrationem repetere, aut antiquiora

quiora Iovis dipthera loqui, sed lectori saltem benevolo diligentiam meam probare magnopere cupiens, meam hac in re sententiam aperiam, nulli earum opinionum, quas modo recensui calculum adjicio: Sed † aut cum Psalmo 104. panis productionem ad mundi nascentis primordia refero, aut simpliciter cum Polydoro Virgilio *d.lib.3.c.2.* adstruo; Cum gens Hebræa, ad † quam Græci & Latini collati pueri sunt (quo nomine etiam Græcos carpit Aegyptius ille sacerdos, apud Platonem; quod nimirum nulla vetustatis cognitione, nulla antiquorum temporum notitia, nulla denique senili quasi & cana scientia, eorum animi essent inbuti teste post veteres & Carolum Sigonium Greg. Richtero *append.axiom.histor.reg.1.*) prima omnium terram coluerit, ut supra hac ipsa quæstione *nu.37.* probavi, extra omnem controversiam etiam credibile esse, ab ea tum agrorum culturam, tum fruges ac molendi usum ad posteros manasse. Post quam gentem insigniores habentur Græci, quos ob antiquitatem scribtores alii celebrant: adeo ut molarum usus etiam temporibus heroicis fuerit cognitus, sicq; vetustus exstiterit. Nam in horto Alcinoi Phaecum Principis mola reponitur *lib. 7. Odiss. vers.* 105. apud Homerum: (qui fuit ante Romam conditam annis circiter CLX. ut Cornelius Nepos *in libris Chronicorum tradit.*)

Αἱ μὲν ἀλετρεύουσι μύλης ἔπι μήλοπα καρπόν,

Aliæ quidem molunt sub mola pomacei coloris frugem.

Vt vero istud prius lectori evidentissime probatum faciam, non dubito, quin † initio omnes largiantur, Mosis, qui ad originem usque humani generis rectissima & planissima via, *h. e.* ad primum hominem omnes homines deducit, scribta omnium esse vetustissima. Vnde eum rerum gestarum primum scribtorem, hebraicarumque literarum auctorem vocat Robertus Monachus *lib. 1. hist. in pr.* & quo neminem hominum exstitisse sapientiorem dicit Johannes Campezius *in comment. super stat. exclud. fæmin.* q. 36. *n.160. p. m.* 727. confer elegantem orat. Domini Danielis Schwenteri *de Talmuth. Iudæor.* Etsi n. gentiles multum glorientur de Homero, Beroso, Manethone, Metasthene, Ephoro, Musæo, Lino & Hesiodo; quo tamen multo antiquior est Orpheus, utpote qui non usque adeo diu post Mosem, Judicum, Hebræorum tempore scribit: tamen hi omnes Mose longe posteriores fuerunt, ut adnotant Euseb. *de præparat. Evangel. lib.* 10. *c.3.* & Philip. Camerar. *oper. succis. centur.1.c.97.* Justin. Martyr. *in Apologia 2. ad Antonin. Pium Imp.* πρεσβύτερος γὰρ μωσῆς καὶ πάντων τῶν ἐν ἕλλησι συγγραφέων. Hic igitur Moses *Genes. c.14. vers.18. & c.18. in princ.* commemorat Melchisedecum (qui est Sem, filius Noah) Abrahamo ejusque militibus pro refectione obtulisse panem ac vinum, eumdemque Abrahamum (qui ut Eusebius † allegato loco demonstrat, Nini, Semiramidos & Zoroastris temporibus vixit) cum ei Dominus adparuisset in querceto mamre, tres modios farinæ purgatissimæ,

—— ——*florem similaginis illum*
Album, emendatum, & vacuum purgamine crasso.

Sumsisse, & ex ea placentas fieri jussisse, qua in re eum sequitur Josephus, anti-

antiquit. Iudaic. lib. 1. c. 19. Nam quod quidam nugantur, Melchisedecum tum temporis Missam celebrasse, prolixius refutari potest: & tam verum est, quam verum est, Jethro socerum Mosis missificasse. *Exod. 18 vers. 12.* ubi narratur, Aaronem & omnes Seniores Israel convenisse, συμφαγεῖν ἄρτον. *h. e.* ad comedendum panem cum eo coram DEO. Certum enim est, moris fuisse in Veteri Testamento, ut è bello redeuntibus vinum, panis, aqua vel aliud aliquid obferretur, & exemplum habemus *2. al. 4. Reg. 6. vers. 22.* Bellarminus quidem urget verbum הוציא quod significet *sacrificavit.* Credant huic, quibus pro Junone nubem amplecti est animus. יָצָא significat exivit, in Hiphil הוציא exire fecit, *id est*, eduxit. Sed instat Bellarminus *Iud. 6. vers. 18. & 19.* הוציא idem denotare. Quæ tamen bella vel arma minus movent. Respondeo namque: licet ibi de sacrificio sit sermo הוציא tamen actum ipsum sacrificandi nullo modo exprimit: sed propriam significationem, educendi scilicet & ibi retinet. Erat enim Gideon extra domum, ex qua educebat vel proferebat sacrificium מִנְחָה dictum. Aliud autem est, educere sacrificium ad sacrificandum aliud sacrificium simpliciter. Lege etiam Osiandrum ad dictum locum *Genes. cap. 14. versicul. sive num. 18.* Quam porro (ut hæc relinquam & Theologis cõmittam) versio Hieronymiana farinam purgatissimam adpellavit, eam Septuaginta Interpretes recte tam hic, quam aliis in locis non ἄλευρον (*ut 1. Reg. cap. 4. v. 22.*) *sed* σεμιδάλεα vocant; siquidem Græcis simila † vel Similago est σεμίδαλις seu σεκίδαλις, Syracusiis σιμαλὶς Siligo ὄλυρα, & Pollin γῦρις, ut scribit Budæus *lib. 5. de asse, mihi pag. 60.* Matth. Raderus *ad Martial. cit. lo. inf. quæst. 4. num. 18. 19. 20.* Cui adde Erasmum *Chiliad. 3. centur. 2. adagio. 76.* & textum *in l. maximarum. in verb. conficiendi pollinis cura mandetur. C. de excusat. un. lib. 10.* Martialis *lib. 14. Epigram.*

Nec poteris similæ dotes numerare, nec usus
Pistori toties cum sit & apta coco.

Hoc amplius legimus Geneseos *c. 19. vers. 3. & c. 21. vers. 14.* Lothum consobrinum Abrahami pinsuisse ἀζύμους sive placentas infermentatas; Abrahamum vero ancillę Hagar, ex ædibus suis ejecta, panes inposuisse; proculdubio non ex alia quoque materia quam Similagine vel siligine confectos. Unde hunc panem azymum, qui caret fermento & à Nicandro Colophonio δάρατος dicitur, Athenæo teste, convenientibus & ἐξαιρέτως Tacitus vocat, Panem Judaicum; quamvis eumdem refutet Georgius Bertinus Campanus *lib. 9. c. 3. de alimentis.* Ex quatuor igitur hisce locis illud colligimus, tempore Melchisedeci, Abrahami ac Lothi jam tum in usu fuisse panes ac farinam; & quidem eam non crassam tantummodo, sed & purgatissimam, quam similaginem vocari diximus. Cum autem vix fieri possit, ut frumentum ab absque subsidio molarum in tam tenuissimum pulverem redegerint, (qui enim pila & pistillo id tam adcurate, inque tanta copia effecissent?) verisimile utique fit, & vel ipsa nomina harum rerum testificantur & clamant, tempore Abrahami jam tum molas, si non alias, saltem versatiles sive trusatiles usurpatas fuisse.

Sunt equidem & alii loci in Libro Creationis, nimirum *c. 40. & c. 41. v. 54. & 55.* ubi *mentio fit τῦ ἀρχισιτοποιοῦ hoc est*

præ-

præfecti pistorum, & τῶν ἀρτῶν, indicantes etiam ipsius farinæ ac panum, & per consequens molarum usum satis antiquum. Verum enimvero † idem Moses suppeditat alium magis perspicuum *Exodi cap.* 11. *vers.* 5. ubi Græca translatio ita habet: καὶ τελευτήσει πᾶν πρωτότοκον ἐν γῇ Αἰγύπτου, ἀπὸ πρωτοτόκου Φαραὼ, ὃς κάθηται ἐπὶ θρόνου, καὶ ἕως τοῦ πρωτοτόκου τῆς θεραπαίνης τῆς παρὰ τὸ μύλον. *hoc est. Et morietur omne primogenitum in terra Ægyptiorum, â primogenito Pharaonis, qui sedet in solio ejus, usq; ad primogenitum ancillæ, quæ est ad molam.* Retinuit ea etiam Gotfriedus de Vicerne, ante annos fere quingentos versificatore sub Friderico Imp. in paraphrasi Bibliorum germanozythmia, quam possideo suo tempore in lucem editurus. Verba versusque sunt isti antiquam linguam & scribturam aperte reddentes:

52

Unn gab in *a* gutes Trostes viel/
 Do sprach Gott abr zu jm: ich wil
Mit einem slag Ægypte noch
 In diesen zeiten rüeren doch/
So laut *b* si ledig iu *c* zuhant:
 Ich wil chommen *d* in das Lant/
Unn wil an derselben Frist
 Toten *e* swas *f* das eltist ist
Under al der Frucht/ das lebendes Leben
 In lebenden Nahmen ist gegeben.
Swie die chint *g* genennet sint/
 Ich wil das *h* Pharaons chint
Des Todtes icht *i* genesen sule/ *k*
 Noch der drin diu *l* zu Mule *m*
Ist/ der chint sol nicht genesen/
 Noch deß Todtes sicher wesen etc. *n*

Vides ergo hoc in loco expressis verbis nominari molam, cumq; illud ipsum, quod Dominus comminatur, factum sit tempore exitus Israelis ex Ægypto, qui juxta computationem Funccianæ Chronologiæ contigit anno Mundi 2454. quod etiam probat Joan. Thomas Freigius *in Synopsi historia mihi pag.* 36. sequitur utique, prædictum † Achillem Gassarum ἀποτυγχάνειν τοῦ σκοποῦ eo ipso, quod aliis persuadere conatur, circa annum mundi 3345 (nisi forte in numeris culpa Typographi vitium resedit,) Isidem demum artem molendi docuisse, item Jacob & Esau ex Rebecca natos esse; quos tamen juxta supputationem D. Lutheri & Abrahami Bucholceri circa annum mundi 2109. anno vero 1862. ante natum Christum, anno ætatis Isaaci sexagesimo, gemellos prognatos esse, constat. Nec adversatur † prædictis, quod Moses statim sequenti *c.* 12. *vers.* 29. locum illum, quē antea *c.* 11. *v.* 5. רחים Rechaiim sive molam adpellarat, carcerem sive lacum nominat: Respexit enim ad morem vetustissimum, quo servi & ancillæ, tamquam captivi, non aliter in molam, quam in carcerem & foveam aliquam ad laborandum, ne panem gratis absumerent, compingebantur; in tantum ut si quispiam alteri captivitatem aut miseriam vellet inprecari, diceret ei: Ad molam, ut adnotavit Sebastianus Munsterus *in Lexico.* Plauti adhuc etiam sæculo, qui *in Pœnulo actu* 5. *scena.* 3.

53

54

——— *quos ego jam detrudam ad molas,*
Inde porro ad puteum, atq; ad robustum codicem.

Unde etiam Moses eam, quam modo nominaverat τὴν θεραπαίνην παρὰ τὸ μύλον (ubi præpositio παρὰ commorationem in loco aliquo juxta morum Græcorum denotat) *h. e.* ancillam in mola laborantem;

a pro ihn & im pro ihm. *b* pro lahn seu lassen. *c.* pro juw sive euch. *d* pro kommen. *e* pro tödten. *f* pro was/ & Swie pro wie. *g* pro Kinder. *h* pro des. *i* pro nicht aut adhuc pro jemals/ uti ichtwas pro etwas. *k* pro soll/ *l* pro die. *m* pro muhle. *n* pro sein.

eam mox *αἰχμαλωτίδα ἐν τῷ λάκκῳ h. e.* captivam in carcere adpellat, non alio ſane ſenſu, quam quo Judicū *c.16.v.21.* de Samſone dicitur: Ἔδησαν αὐτὸν ἐν πέδαις χαλκαῖς, καὶ ἦν ἀλήθων ἐν οἴκῳ τῆς φυλακῆς *h. e. vinxerunt eum duabus æneis catenis, ut moleret in loco vinctorum.* Et apud Prophetam Jeremiam *c.37.v.16.* καὶ ἦλθεν Ἱερεμίας εἰς τὸν οἶκον τοῦ λάκκου, καὶ εἰς τὸν συγκλεισμόν. *h.e. Ingreſſus eſt Ieremias in domum laci & in ergaſtulum.* Eſaiæ quoque 47.*c.* captivitas & ſervitus graviſſima per molam recte ſignificatur: ubi videantur Rabbi David Kimchi & R.Salomon. Quæ omnia dictum Exodi locum explicant, & per ancillam indigitari captivam indicant. Captivi molunt (inquit inſuper valent. Schindlerus) in mola interdiu, in domo סֹהַר carceris: noctu autem includuntur in בּוֹר foveam; & mola ad oſtium הַבּוֹר foveæ collocantur. Sed & Philo Judæus *in lib. Biblicar. antiq. mihi pag. 328.* ſimpliciter illum locum vocat εἱρκτὴν *h.e.* Carcerem: Cujus prima & antiquiſſima in Bibliis fit mentio *Geneſ. c.40.verſ.3 & vide de eodem autores ſup.q.1. n.64.65.allegatos.* Accedit, quod & apud Romanos genus vernaculæ pœnæ, præcipue vero in coquos, fuerit, condi in puteum, id eſt, in hypogæum ſive barathrum ſubfoſſum, quod Athenienſes λάκκους vocabant *Adrian. Turneb. lib. 6. adverſar. c.24. Scipio Gentilis lib.1.parerg.c.39.* Plautus *in Aulularia act. 2. ſcena 5.*

Vincite, verberate, in puteum condite.

Ut vel inde ſatis liqueat, utrobiq; Moſen de mola loquutum fuiſſe, præſertim cum ex comparatione quoque adpareat, eum rem totius Ægypti præſtantiſſimam, nimirum primogenitum Regis Pharaonis, rei viliſſimæ, puta primogenito miſeræ ancillæ molendinariæ obponere voluiſſe, non aliter, ac Deuteronomii *29. v. 11. & 12.* Iſraelitarum ἀρχιφίλους, & eorundem ξυλοκόπους ac ὑδροφόρους ſibi invicem obpoſuit. Molam † n. pro infimo miniſterio accipi, & ad indicandam ſervilem conditionem uſurpari, innuit Propheta Iſaias *d.c.47.v.2.* dum inquit: *Tolle molam, & mole farinam, denuda turpitudinem tuam;* monentibus eodem Rabbi Kimchi *d.c.47.* & Benedictio Aria Montano *in lib. Ioſephi ſive de Arcano ſermone. adde inf. n.57. & q. 5.n.11.* Unde non prætereundum, quod ab Artemidoro Daldiano traditum: μύλος ἀεὶ τῶν σκληρῶν καὶ πονηρῶν πραγμάτων λύσιν, καὶ πιστὸν θεράποντα σημαίνει *h.e.* Mola, ſemper durorum & difficilium negotiorum ſolutionem portendit, & fidelem ſervum ſignificat, *lib.2.oneirocrit.c.47.* Obcurrit ulterius apud † eundem Moſen. N.11.*v.*8. *& Deutero.* 24. *v.* 6. adhuc alius locus, tam clarum de vetuſtiſſimo molarum uſu teſtimonium perhibens, ut omnem dubitandi anſam plane præcidere videatur. Fit enim mentio ibi τοῦ μύλου καὶ τοῦ ἐπιμυλίου, *h.e.* metæ & tatilli, ſive ut verſio D. Hieronymi habet, ſuperioris & inferioris molaris; *ſicuti in l.18.§.5. D. de inſt. vel inſtr. leg.* quos teſte Pagnino, ſancta lingua רֵחַיִם Rechajim ac שֶׁכֶב Schachabh adpellat prohibetque JEHOVA per Moſen ſeveriſſime, ne quis à vicino ſuo ſuperiorem & inferiorem molarē accipiat. Quod Joſephus *antiquitat. Iudaicarum lib. 4. c. ult.* vertente Rufino ita expreſſit: Mola vero & vaſa ei congrua non ſunt accipienda pro pignore, ne inſtrumentis neceſſariis ad ciborum alimenta priventur. Ad idem adduci quoque poteſt textus ex Jobo *cap.41. v. 15.* qui inferioris molaris mentionem diſerte facit. Sive igitur Moſes hiſtoriam Jobi ſcribſerit, necne; tamen inde ſatis liquet molendino-

rum

rum antiquitas ; Siquidem Job prædicatur esse Rex ille Jobab *Genes. 36. vers.* 33. 1. *Paralip. c.* 1. *vers.* 44. & 45. diversus utique ab eo, qui nominatur *Genes.* 46. *vers.* 13. ut ibi adnotavit Salomon Gesnerus *mihi pag.* 875. Hinc igitur patet, tum temporis apud Hebræos molas jam in usu fuisse, & quidem tam frequenter, ut rem quampiam aliam. Fit quidem & alibi in Veteri Testamento *ut Esaiæ* 47. *vers.* 2. *Exodi c.* 29. *vers.* 2. 23. 2. *Regum. c.* 4. *vers.* 41. 42. & *Ieremiæ cap.* 25. *vers.* 10. molæ ac farinæ mentio (quamquam versio LXX. Interpretum ibi non μύλȣ, sed μύρȣ habeat, quod unguentum significat) sed ne nimis verbosos faciam commentarios, superioribus contentus ero: hoc † saltem addens in modo dicto loco Jeremiæ Molam etiam lætitiam ac rerum usum significare, *ut & Apocal. c.* 18. *vers.* 23. *Vox molæ non audietur in te amplius.* ubi Evangelista vel ad cantilenam molarum adludit, quæ Athenæo & Polluci μυλωθρὸς, item ἐπιμύλιος ᾠδὴ dicitur ; vel ad vocem qua repente signo dato & conferto clamore tarda animalia ad alacres, discursus excitantur, de qua Apulejus *in asino aur. lib.* 9. *junge Eccl.* 12. *v.* 4. *inf. q.* 5. *n. ult* Priori tamen Jeremiæ loco Targum pro רֵחַיִם habet: Et vocem cætuũ cantantium. Idem adprobat laudatus Kimchi & alii. Male autem reddiderunt, qui רֵחַיִם Unguentum transtulerunt. Sed & hoc notum istius linguæ gnaris: apud Hebræos dualem habere nomina, quæ vel natura bina sunt, ut עֵינַיִם duo oculi, vel cogitatione ut יוֹמַיִם biduum, vel arte ut רֵחַיִם molæ; propter, uti dixi, lapides molares, superiorem scilicet & inferiorem. Ubi quidam à nomine רוח deducunt, ventus, Spiritus: quem veloci cursu excitant, vel quod veluti vento rapiantur. Marcus Marinus vero deduci putat à רֵיחַ odor, quod gratum odorem spirent, cum molitur farina. Superior lapis etiam Hebræis alio flexu dicitur רֶכֶב quod sit versalis & circumvehatur, latine catillus : inferior & grandior (ut dictum) שֶׁכֶב cubans, quod inmotus jaceat & fixus sit, velut ad eum inpositus alter cursum dirigat & absolvat, sicque à Latinis meta vocatur. Atque ea † opinione retenta, quod nempe apud Hebræos primitus molarũ usus cœperit, cum utique antiquiorem originem proferre nõ detur, quam quæ in tempora Melchisedeci, Abrahami, Lothi & Mosis incidit; facile est, respondere illis, quæ Plinius, Alexander Sardensis Achilles Gassarus ac Henricus Panthaleon de Cerere, Mylantiis & Iside, tamquam inventoribus molarum tradiderunt. Primo namque certum est, autores de subputatione temporis nondum litem finiisse *inf. n.* 45. 46. eorundem nonnullos hoc relative tantum adserere, ut testimonia à Dempstero adducta exhibent: partim etiam hoc cum Arnobio pro fabulis habere, ut sunt C. Julius Hyginus, Freculphus Ado, Servius & alii: item eam † quæ nonnullis Ceres, vel ἀπὸ τοῦ καιρȣ̃, id est, à tempore, vel ἀπὸ τȣ̃ κεραν, *id est*, à miscendo, ut observavit M. Ant. Surgens *de Neap. illust. lib.* 1. *c.* 8. *n.* 4. dicitur, aliis Isidem vocari, & proinde unam eamdemque Divam esse, ut patet ex Herodoto *in Euterpe*, & Diodoro Siculo *lib.* 1. *antiquit. c.* 2. & *lib.* 6. *cap.* 15. Cur igitur ex Cerere ac Iside duas scientiæ molendinariæ inventrices fabricare scribtoribus placuerit nullus video. Isis vero Græca vox sit, ut vult Plutarchus, an Ægyptia? Discutit vir eruditus Vincentius Contarenus *lib. var. lect. cap.* 22. Deinde etsi maxime largiar, Cererem † sive Isidem una cum marito Osyride primum triticum & hordeum, quæ prius incognita hominibus casu inter cæteras herbas oriebantur,

57 58 59 60

invenisse; imo eorum quoque sationem ac molituram hominibus ostendisse, ut opinatur *Diodor. Siculus d. lib. 1. c. 2.* illos tamen Moses, cujus tempore molas jam fuisse supra probatum est, multis seculis præcedit; id quod ex eo quoq; luce meridiana fit clarius, quod subputatione facta, deprehendimus, Mosen & † terrigenam Cecropen, qui Athenas condidit, & primus ibi regnavit, cumque Pharaone in mari rubro submersus est, ut commemorat Albertus Abbas Stadensis *in Chronico in prin.* coætaneos fuisse. Omnia vero, quæ apud Græcos mirabilia narrantur, ut Deucalionis diluvium, Phaëtontis incendium, nativitas Erichtonii, Proserpinæ raptus, Cereris mysteria, Eleusinorum constitutio, Triptolemi satio, & multa alia, post Cecropen fuisse constat: quare his omnibus quoque Mosen vetustiorem fuisse confirmatur, auctore *Eusebio de præparet. Evang. lib. 10. c. 3.* utpote cujus nativitas cadit in annum mundi 2373. qui est ante natum Salvatorem nostrum supra millesimum sexcentesimum vigesimus tertius, denique haut inviti largiamur, Cererem, (quam tamen † ut frugum inventricem etiam ipsis gentilibus ducibus & auctoribus nullam esse scribit Arnobius *lib. 3. advers. gent. mihi pag. 588.*) ac † Triptolemum ejus filium, primos in Attica, Italia & Sicilia item Mylantios Deos apud Rhodios, frumenta serere, molere & conficere homines docuisse, ut volunt præter supra citatos auctores Ovidius *lib. 4. Fastorum nec non lib. 3. Elegiar.* Diodor. Siculus *lib. 6. antiquit. cap. 2. & 15.* Martianus Capella *de nupt. philologiæ lib. 2. mihi pag. 39. in fin.* Freculphus Lexophiensis *Chron. tom. 1. lib. 2. cap. 12.* Ado Viennensis *Chron. pag. 27.* Servius Honoratus *ad lib. 4. Aeneid. vers. 57.* Olaus Magnus *in Epit. lib. 13. de gent. septent. mihi pag. 303.* qui tamen nihil certi, sed relative tantum id adducunt. Trogus Pompeius & Raphael Volaterranus *lib. 33. commentarior. mihi pag. 390.* Unde idem Ovidius *lib. 5. Metamorphos.*

61 62 63 (marginal notes)

Atq; levem currum Tritonida misit in urbem
Triptolemo, partimq; rudi data semina jussit
Spargere humo, partim post tempora longa recultæ.

Item Sidonius Apollinaris;

Non cum Triptolemo verendam Eleusin,
Qui primas populis dedere aristas.

Atque ob id, antequam gentes ritus suos moresque miscerent, unamquamque nationem conditorem suum, aut alicujus artis repertorem, ut civem bonæ memoriæ veneratum fuisse, ut sic defunctis præmium, & futuris daretur exemplum, ceu loquitur Arnobius *lib. 8. mihi pag. 763.* Non tamen quis exinde recte collegerit, propterea alias gentes multo antiquiores frumenta nec serere nec molere scivisse præsertim quia non solum contrarium supra evidenter evicimus, verum etiam, quia Lambertus Aschaffenburgensis testis est, tempore Josephi jam Græciam segetes habere coepisse: non magis, quam sequitur, quia † Corinthii primi feruntur in Græcia naves excogitasse, ut auctor est Thucydides *lib. 1. mihi pag. 6.* Ideo ante illa tempora nullum navium aut navigationis, quæ commerciorum nervus est, usum fuisse: cum utique teste Clemente Alexandrino *lib. 1. Stromat. mihi pag. 21.* Atlas † Libs primum sit navem fabricatus & mare navigaverit, vel, quod verisimilius est, navium exstruendarum rationem primus Noah ostenderit,

64 65 (marginal notes)

navium-

naviumque Archetypon dederit *sapientiæ 14. v. 6.* Cujus posteri postea ad exemplar arcæ naves fabricaverint, ac sese ea fiducia fluctib. crediderint, pulchre Henr. Salmuth *in Notis ad Nova reperta Guidonis Panciroli lib. 2. tit. 11. mihi pag. 555. & 556.* Quid? Quod idem Arnobius *lib. 7. mihi pag. 724.* & Lactant. Firmianus *de falsa relig. lib. 1. c. 18 ad fin. mihi pag. 71. & 72.* illos 66 salse † irrident, qui fingunt singulos Divos, opificum more, artificia habere. *Ridemus,* inquit Arnobius, *cum audimus nos ista, quoniam Diis artes necessarias ducimus arbitramurq; non esse eas: Constat & liquidum est, paupertatis ad subsidium comparatas.* Sane & dii gentium ab istis gentilibus ludibrio fuisse, habitos, ostendit Marq. de Susannis *d. tr. de Iudæis part. 3 c. 1. n. 14.* Il-67 lud † etiam libens Plinio *lib. 36. c. 18.* concesserim, Romanos usum molarum versatilium à Volsiniis mutatos esse, quemadmodum eosdem quoque certas molas ex Hispaniis Romam adtulisse ex eo colligitur, quod M. Cato *de re rustica c. 10.* Hispaniensium molarum mentionem facit, non aliter ac Livius *lib. 36.* gladium Hispaniensem adpellat, vel ut Horatius ferrum Noricum. Cæterum nec id priorem sententiam vetustioris originis molarum infringit, sed potius confirmat. Et hactenus quidem de molis usitatissimis, versatilibus scilicet & trusatilibus sufficienter diximus. Sed ut oportune monuit Polydorus Virgil. *de invent. rer. lib. 3. c. ultim.* acutius est 68 etiam invenisse, qua † ratione frumentum ad decurrentis aquæ impetum, imo & circinationem alarum vento agitatarum molere possemus. Nam res tam utilis & tam obvia, ad quam natura ipsa ducit, non potuit, non debuit diu quæri, ut alibi loquitur clarissimus Lipsius. Unde etiam Stephanus Vinandus Pighius *in Hercule Prodicio mihi pag. 154.* molas † aquarias magnæ 69 industriæ & ingeniosæ invétionis officinas esse dicit. Quanquam autem † indaga- 70 tionis incertæ, teste Knichen *de subl. territ. c. 4. n. 306.* non utique novella res aut adeo recens inventum est, ut perperam existimavit Jo. Matth. Lunensis *de rerum invent. c. 12.* inquiens: *Molam aquariam inventum esse recens, sed molam ventariam recentius;* cum & Plinius *lib. 18. c. 10.* rotarum mentionem faciat, quas ad molendi usum aqua obiter versaret; ac Pomponius Sabinus referat: *Usum molarum ad manum in Cappadocia inventum, inde inventum usum earum ad ventum & ad equos, imò paulo ante Augustum molas aquarias aquis actas Romæ in Tyberi primum factas;* hoc amplius Historia belli sacri sive Chronicon Hierosolymitanum à Reineccio editum *lib. 1. cap. 10.* conmemoret Anno Christi 1095. Germanos in Bulgaria septem molendina, quæ sub ponte in flumine erant, incendisse; & insuper Gregorius Turonensis *histor. Francor. lib. 3. mihi pag. 142.* qui circa annum Christi 600. temporibus Imperatoris Mauritii claruit, recenseat molendina, quæ ante portam loci Divionensis unda circumfluens mira velocitate diverterit; sed & Author historiæ Henrici IV. Imp. *pag. mihi 186.* solitarii cujusdam molendini; ac denique Guillermus Brito alterius faciat mentionem *inf. q. 5. n. 24.* tamen apud idoneos authores inventor, ut & opus proprio suo nomine caret. Vestigium certe ejus † nobile exstat apud M. 71 Ant. Coccium Sabbellicum *ennead. 8. lib. 3. mihi pag. 350.* & Jo. Magnum *historiæ Gothicæ lib. 11. cap. 11.* qui scribunt: *Vitigem Gothum urbem Romam obsedisse, ea acriter propugnante Duce Bellisario, simulq;*

aquæductus interrupisse; nec eam rem solum obfuisse civitati, quia solita aquatione privaretur, sed quod molarum, quibus deserviebant, omnis adimebatur usus &c. Ex quibus verbis liquet, tum temporis molas aquarias Romanis jam cognitas fuisse: sed usum istum aliquandiu intermissum credit Pancirolus. Author quoque est Procopius, Molas olim in Tyberi paratas fuisse, ad molendi usum: quia, inquit in angustum ibi primò aquarum ingẽs vis cogitur, ac per canalem mox in preceps acta, violentius defertur ac ruit: quo nomine videntur Romani veteres collem Ianiculi muro circumunisse, hostibus ad molas adsultus ne pateret, ut explicat Cælius Rhodiginus *lib. 9. antiquar. lect. cap. 16.* Henricus Salmuth *in Notis ad nova reperta Guidonis Pancirolli lib. 2. cap. 22. mihi pag. 697.* & And. Knichen. *de tra. de subl. jure territ. cap. 4. num.* 307. 308. 309. quos lege. Item Palladins Rutilius: *Si aquæ copia est, inquit, fusura Balneorum debent pistrina suscipere, ut ibi formatis aquariis molis, sine animalium vel hominum labore frumenta fragantur, lib. 1. rei rust. cap. 42. sive penult.* Novit quoque eas Vitruvius *lib. 10. architect. cap.* 10. Pausanias etiam scribit, quod in Laconia à Mileta Lelegis regis filio primum molam aquariam fuisse exstructam, referente Sebaldo Mullero *in præf. lib. de Panificio.* Et ista Palladii verba indicare autumat Laurentius Pignorius, non ita recentem esse usum aquariarum molarum, ut quidam arbitrantur, *in comment. de servis pag.* 254. Addamus † sententiam Philippi Beroaldi *in comment. ad Sueton. in Caligul. in verbis*, Adeo ut panis Romæ sæpe deficeret, ubi ita inquit: *Ex hoc colligimus molas molendinarias, quæ aquariæ sunt, non fuisse in frequenti usu apud Romanos.* *Scribit tamen* Palladius: *pristina, si aquæ copia est, ita debere formari, ut constructis aquariis molis, sine animalium vel hominum labore, frumenta frangantur.*

72

Sane in jure nostro † prima aquæ molæ sive molæ aquariæ fit mentio ab Imperatore Zenone *in l. decernimus* 10. *C. de aquæductu* (licet ibi pro, Aquæ mola, alii perperam legant, Aquariola) ubi Accursius & Gothofredus aquæ molam molendinum interpretantur *& in l. 4. C. Theodos. de Canon. frum. urb. Rom.* ut adnotat Cujacius *in d. l. decernimus* 10. Fridericus Scotus *responso 5. num. 9. lib. 2. tom. 1.* Et proinde hallucinari videntur † Nebrissensis, Jac. Spigelius, Part. Prattæus ex Joan. Calvinus *in Lexicis suis*, qui illud Imperatori Justiniano adscribunt, atque ante ejus tempora molas aquarias exstitisse se ignorare fatentur.

73

74

Recenset tamen † & Wenceslaus Hagec. *in Chron. Bohem.* quod anno demum Christi 718. primum molendinum aquaticum in Bohemia sit exstructum; cum antea solis molendinis vento agitatis & in montibus exstructis uterentur. Hodie, ut in omnium oculos incurrit, molis illis aquaticis & ventosis nihil est usitatius: adeo, ut eam ob causam etiam molarum versatilium & trusatilium rarior, imo vilior quoque sit usus, de quo, utpote re omnibus notissima non attinet plura dicere.

75

Sed obiter illud quoque † indagare liceat, quis furnum & (qui molendino adjungitur *in c. pastoralis. 28. extr. de decim.*) Clibanum, sine quibus farina molita in panem redigi nequit, primus repererit? Nam ita Plinius infit: *Quod effossum est tunditur, lavatur, uritur, molitur in farinam, lib. 33. cap. 43. adde infr. q. 4. num. 10.* Seneca quidem

76

quidem in epiſtola quadam ad Lucilium oſtendit, antiquos ex farina, aqua ſparſa, & aſſidua manuum tractatione perdomita panem finxiſſe, eumque ipſum primum calido cinere & fervente teſta percoxiſſe: deinde paulatim repertos furnos & alia id genus, quorum fervor ſerviret arbitrio. In individuo tamen Clibani inventio Anno cuidam Ægyptio adſcribitur, ut auctores ſunt Suidas & Eraſm. *chil.* 1. *cent.* 10. *adag.* 75. *& chil.* 2. *cent.* 1. *adag.* 91. *& chiliad.* 3. *cent.* 10. *adag.* 89. cui Rauiſius Textor *in officina* adſtipulatur. Rem utique vetuſtam eſſe, argumento eſt vel ſolus locus Geneſ. *cap.* 15. *verſ.* 16. ubi κλίβανος καπνιζόμενος, furnus ſive clibanus fumans, inducitur. Meminit ejus quoque Moſchopulus: κλίβανος, σκευός τι σιδηροῦν, ἐφ' ᾧ τοὺς ἄρτους ἔπτουσι, πῦρ ὑποκαύσαντες, καὶ πυρακτώσαντες αὐτόν. Furnus porro dicitur à furno *h. e.* obſcuro, eſtque locus in quo panes à piſtoribus inmiſſi decoquuntur, cujus os patens præfurnium. Plaut. Epidico *act.* 1. *ſcen.* 2.

Malim iſtiusmodi mihi amicos furno merſos quàm foro.

Vetuſtum hunc furnorum uſum, ac priſcis Romanis familiarem notat Flac. hoc carmine *lib.* 1. *epiſt.*

---- Nec qui
Frigus collegit, furnos & balnea laudat,
Ut fortunatam plenè præſtantia vitam.

Juvenalis itidem *Satyr.* 7.

---- cum jam celebres notiq; Poetæ
Balneolum Gabiis Romæ conducere furnos
Tentarent.

77 Et ſicuti † juniores ICti tamquam ex ſtudii fornace noviter eductos pronunciat Ventura de Valent. *i. e.* Valent. Winth. *lib.* 1. *part. litig. cap.* 11. *num.* 7. ita quoque hinc jocum ſuum in Rabulas forenſes, Nummivoros πλωχομύσους, excoriatores pauperum, canes curiarum, civium devoratores (juxta Bartolum) ac verè μηχανοῤῥάφους κακῶν Anton. Sola *ad conſtit. novas Sabaudiæ in præf. num.* 25. ſcribens; Crumenimulgas illos (quos mox citandi vivis coloribus depinxerũt) eo ipſo, quod, ipſimet immunes, clientulos ſuos catenis, quibus etiã heredes heredum ligantur, inplicant, perſimiles eſſe piſtoribus, qui panẽ in furnum mittunt, non autem ſe. Adde luſum Martial. *lib.* 8. *epigr.* 16. ubi Rader. *infr. q.* 4. *num.* 25. & quæ de iis congerunt Petr. Gerard. de Petraſancta *ſing.* 73. *num.* 7. Roderic. Zamorenſis *d. ſpecul. omn. ſtatuum. lib.* 1. *cap.* 18. Marq. Freher. *tract. de exiſtim. & fama lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 4. And. Knichen *tract. de veſtit. paction. par.* 2 *c.* 3. *n.* 65. *& ſeqq.* Joh. Wolffius *in ſuis memorabil. paſſim.* Ma ago de Matagonibus *in monit. adverſ. Italo gall. in fi.* Henningius Hamel. *in repet. tit. de action. cap.* 40. *num.* 506. Barpt. Agricola *tract. de offic. Advocat. cap.* 5. Vent. de Valentiis *d. tract. paſſim*, ac denique Dn. parens Anton. Hering. *tract. de fidejuſ. cap.* 7. *num.* 590. *cum ſeqq.* Eodem ſpectat factum (quod utinam Principes & Reſpublica imitarentur!) Galeacii Mediolanenſis Ducis, qui cum aliquoties audiviſſet vafro ingenio rabulam eſſe, qui lites ſerere, ſatiſque producere atque alere etiam in liquido jure poſſet; hominem ad ſe accitum adfatur: *debeo*, inquit, *piſtori meo centum aureos, non lubet ſolvere; tu ecquid tueri me in jure & rem protollere potes?* adnuit impoſtor ille largiter, & operam omnem promptè pollicetur: quem fraudis ſic confeſſum Galeacius, verbis increpitum, laqueo

laqueo publice ſtrangulari juſſit. Quæ ſeveritas ſi in plures ejusmodi crucis candidatos ſine adfectu, ſine adſpectu exerceretur; ſine dubio major inter omnes hominum ordines innocentia, concordia, ſecuritas ac tranquillitas ubique regnaret, teſte Thoma Lanſio IC. *in orat. pro Iuriſprud. pag.* 111. Nec minus huc de forenſi piſtrino pertinent, quæ Renat. Choppin. *lib. 2. de civil. Pariſ. morib. tit. 8. num. 9. pag.* 420. ita effert: Budæus in univerſum quæritur, litigantibus Gallis judicia eſſe, Siculi littoris ſcopulos, patrimoniorumque naufragia. Nec abs re ſternendum muricibus forum cenſebat Cato, ejusque muricatos fori additus eſſe præoptabat: ne mortales plerique (quorum ærumnæ ex annoſa & ſeculari aliquando lite) in litium meandris conſeneſcerent. Qui enim controverſis negotiis impendia fænerari ſeſe ſperant, lites diuturnas ac ſumptuoſas exagitando, nomina ſe facere non ſentiunt; primum tarda, deinde ancipitia, poſtremo inania fortaſſe, aut pœnitenda futura. Ut dubii aleam artis, ſubticeam, quæ miſeros interim ad tabem perducit litigatores, cum eorum faſtidio, qui patronorum obſervantia colendi ſunt: in quorum manibus crebrò ſpes litigantium ſita maxima eſt. Sed quid agas, cum aut manus dandæ ſunt improbo, & inſultanti adverſario, aut forenſi in piſtrino Siſyphium ſaxū diu volvendum? Lites ædepol grandi ſumptu, victoriæ ſuæ fructum devorant, quæ nec ſine ſudore, pulvereque fori parari ſolet. Aſt compendii loco habetur interdum magno, exiguæ rei ſententiam abſtuliſſe, ad majora pertinentem, aut præjudicio futurum in poſterum. Unde litis novæ materia, ex redivivis primæ cineribus exſuſcitata, ſurgit velut hydra ſecto corpore (aut capite) firmior: victique ab ipſo ſumunt opem vireſque ferro. Ne igitur Cadmeæ hujusmodi victoriæ litigantibus contingant, omnia, priusquam armis civilib. experiri eos decet honorario arbitrio, ſeu ultronea negotii transactione tentata & exquiſita: neu ſerò tandem cum Vate illo expoſtulent ita:

Tantæ molis erat, longævā extendere Litem!

78 Differt autem † furnus à Clibano, quod Clibanus mobilis eſt, ac quaſi parvus furnus, teſtaque aliquando tegitur, & ferè ex Metallo fit, interdum tamen ex lapide conſtat, non tam pani, quàm aliis dapibus coquendis ſerviens. Petron. Arbit. *mihi p. 27. circumferebat Ægyptius puer clibano argenteo panem.* Furnus verò ex cemento & calce conſtat, magnusque & inmobilis eſt, ad uſum ferè panis coquendi. Franc. Mar. Grapald. *de partib. ædium. lib. 2. c. 4. mihi pag. 187. & 183.* adjunge Joan. Brodæ. *lib. 5. Miſcella. c.* 21. & Ren. Choppin. *ad leges Andium lib. 1. c. 23. n. 3. pag. 236.* Hinc Plin. *Cortices quoq;*, inquit, *decuſſi lini Clibanis præbent uſum, lib.* 19. Conjunxit has voces Tertull. iſto; *Vanitatem vanitate depellam, fermentationem quoque congruere dicens regno creatoris, quia poſt illam clibanus vel furnus gehennæ ſequatur, lib. 3. adverſ. Marcion. c. 30. pag. mihi* 438. Sed & Milites Clibanarii fuerunt dicti, qui ad inſtar clibani tegumenta corporis habebant, aut munimenta; de quib. lege Godeſchalc. Stewech. *ad Veget. lib. 3. cap. 23. pag. 213.* & Calcifurnium adpellatur in legib. Bojorum *tit. 1. cap.* 14. ubi calx coquitur, ut ICti loquuntur: Clibanus calcis Beda *in Martyrol. 9. Kal. Septemb.*

79 Qui verò præterea ſcire cupit, quot † genera panis apud veteres fuerint, is adeat Budæum

dæum *libr. 5. de asse mihi. pag. 594. 599. & 600.* Plin. *lib. 18. c. 11.* Grapald. *d. lib. 2. cap. 3. pag. 148. 149. 150.* Nicolaus Perott. *in Cornucopiæ mihi. pag. 247.* Joan. Ravis. Textor. *in officina.* Jacob. Cujac. *lib. 26. obs. cap. 17.* Frid. Lindenbrog. *in glossar. antiq. leg. pag. 451.* Theophil. de Pega *in Sylloge, an hostia vulgò etiam Oblata dicta, sit verus, cibarius & συνωνύμως panis? infr. q. 4. num. 30.* Ubi de his ad satietatem; nec turbabit Frid. Taubman. in Notis ad Plaut. *Aulularia act. 2. scen. 9.* ubi trina panis genera fuisse scribit, furnaceum nimirum, clibanitem, & artopticium. Habebant quoque panes Civiles & militares seu castrenses, de quib. plura adfert Thomas Dempster. à Muresck Scot. *in paral. ad Iohan. Rosin. lib. 7. antiq. cap. 38. p. m. 737. 738.* Henr. Salmuth. *ad Pancir. lib. 1. pag. 576.* & eo pertinet *l. 1. C. de erog. milit. anno. lib. 12.* Sed omnes hos superat omniscius Cæl. Rhodigin. quem inprimis evolve. *lib. 9. anti. lect. cap. 16. junct. lib. 26. cap. 21.*

QVÆSTIO III.

Mola quomodo definiatur sive describatur?

SUMMARIUM.

1. Continuatio, cum molæ vocabulo, quod πολύσημον.
2. Vsus vocis ante omnia debet esse cognitus. Quod rationibus & authoribus illustratur.
3. Definitio in jure est duplex, una, quid nominis, altera, quid rei.
4. Mola unde dicatur, discutitur. Et num. 5. 6. 7.
8. Amylon placentæ genus.
9. Mola etiam moletrina dicitur. Imo & molendinum num. 10.
11. Molinum pro mola sive molendino ponitur in LL. Longobardorum, cum similibus.
12. Mola apud Medicos accipitur pro carne informi & inaninià: sicuti quoque Placenta.
13. Mola nonnunquam rem obscenam denotat; ut & molere sive permolere pro coire.
14. Mola salsa in sacrificiis quid fuerit ostenditur: & quod Romana à Græca fuerit distincta, & cur eà somnia expiata, num. 17.
15. Immolandi verbum unde natum sit.
16. Salis adspersio gentilibus usitata à Iudæis promanavit.
18. Molæ significationes aliæ: sicque collectim numero octo.
19. Molæ non exacta definitio, sed qualis qualis describtio subjicitur.

MOlæ † vocabulum, quod juxta tabulæ nostræ normam nunc nenit explicandum, unumq; est ἐκ τῶν πολλαχῶς λεγομένων; requirit, hoc loco videre, mola quomodo diffiniatur sive describatur? Rectè enim monuit Scaliger *exertit. 1. sect. 1. exercit. 101. sect. 1. exercit. 325. sect. 9. & exercit. 359. sect. 1.* Oportere † prius usum vocum cognoscere; turpe siquidem est determinare, antequam terminos intelligamus, Angel. *consil. 110.* & pluribus exornavit Rutgerus Rulandus *in tract. de Brachio seculari. cap. 2. in princ. & tract. de commiss. part. 1. capit. 2.* Domin. Arumæus *disc. Acad. de jure publ. 14. pag. 401.* Anton. Hering. *tract. de fidejuss. cap. 2. num. 2. usque ad 10. & infr. quæst. 9. num. 2. & 3.* Lucas Florus *in tractat. de duello. cap. 1. num. 4.* Musculus *de succes. conventione class. 1. 2. lit. a.* Marq. de Susannis *d. tract. de Iudæis. part. 1. in præfat. num. 4. circa fin.* Johan. del Castillo Sotemajor Hispanus *lib. 4. controvers. quotid. cap. 2. numer. 1. & 2.* Quippe æquivocatio nominum inutiles parit difficultates, Gauasset. *lib. 1. rer. natural. cap. 16.*

Quandoquidem igitur † duplex in jure reperitur definitio, una quid nominis, altera quid rei; quarum illa præcedere, hæc semper sequi debet, juxta glossam *in l. quoties, ff. de verbor. obligat.* Polyd. Ripam *in ele-*

ganti tract. de nocturno tempore. cap. 1. *num.* 1. 2. 3. illa ponit, quid nomen significet, sive per accidentalia, sive per essentialia, *l.* 2. §. *appellata*, ubi Franc. Ripa *ff. si cert. petat.* Unde alibi τοῦ ὀνόματος ἑρμηνεία, Etymologia, notatio, & originatio nominatur: hæc aperit substantiam & rei definitæ quidditatem, *l. 1. ff. de justit. & jure.* Anton. Piggius *in tract. de tutor. & curat.* *q.* 1. Vent. de Valentiis *lib. 1. Parthen. litig. cap.* 4. *num.* 1. 2. 3. Polyd. Ripa *d. cap. 1. nu. 2. & cap.* 2. *num.* 1. 2. 3. Unde illud dicitur propriè tale, quod ex definitione habetur, Cagnol. *in l. omnis definitio. num.* 20. *&* 21. *ff. de reg. jur.* quo etiam respexit Marius Salomonius, dum inquit: Definitionis esse, explicare quid sit: Etymologiæ verò, rationem nominis reddere; Ideo nos quoque prius videamus de definitione nominis *h. e.* de Etymologia vocabuli molæ; & unde hæc ita sit nominata. Omnium enim ξυναληθινέςῃ ἰσοψηφίᾳ Philosophorum receptum est, ut prius quam ipsa res consideretur, τὸ τῆς φωνῆς σημαινόμενον probè excutiatur. Imò plerique etiam veterum Jurisconsultorum hunc dicendi docendique tramitem servarunt; quibus aut ab ipsa rerum definitione mos ordiri, atque origine rei cujusque: dein vocum significationem adnotare, mox deducere rem in species suas aut partes, (quod cum nostra methodo, quam sequimur, plane congruit) quas sigillatim deinde exponant; ut plenius indicat Jacobus Lectius *in orat.* 1. *de vita Ulpiani. pag.* 14. *&* 15. etiamsi Prosp. Farinaceus velit, quod in legali scientia in definitionibus parum aut nihil insit utilitatis, *prax. crim. libr. 1. tit. 5. quæst. 36. num.* 10. ref. Joh. Gryphiandro *tract. de Insulis. cap.* 2. *num.* 6. & definitionis quæstio habeatur pro inutili à Jasone & Claro, à quibus tamen dissentit referens Scaccia *tract. de judic. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 4. Mola † igitur secundum Isidor. *lib. 20. Etymol.* *cap.* 8. vel à rotunditate sui vocata est, ut mala pomorum, Columel. *lib. 12. rei rustic. cap.* 50. vel nomen † accepit ab eo, quod saxi vel hac veluti quadam mole res minutatim frangantur, ut sentit Francis. Marius Grapald. *de partib. ædium lib.* 2. *cap.* 4. *mihi pagin.* 186. & tacitè innuit Virgil. in illo *libr. 1. Georgic. vers.* 267.

4 5

Nunc torrete igni fruges, nunc frangite
Saxo.

Et lib. 1. Æneid. *vers.* 184.

---- frugesque receptas
Et torrere parant flammis & frangere
Saxo.

Nisi Saxum interpretemur, Pilum; in quo pinsebat, ait ibi Hortensius. Sive igitur pilo sive mola fuerint fractæ fruges, antequam pinserentur, molitas fuisse constat. Lucretius deinde Carus *lib. 1. de nat. rer.*

---- fruges quoque sæpè minutas
Robore cum saxi franguntur.----

In MS. Codice erat exaratum:

---- minacis
Robore cum saxi.----

Statius *lib. 1. Thebaid. vers.* 524.

His labor inserto torrere exsanguia ferro
Viscera cæsarum pecudum, his cumulare canistris
Perdomitam saxo Cererem.----

Ausonius in Mosella:

Nobilibus Gelbis celebratur piscibus, ille
Præcipiti torquens cerealia saxa rotatu,
Stridentesque trahens per lævia marmora
serras.

Persius denique *Satyr.* 6.

Emole, quid metuis? occa & seges altera in
herba est.

Velut Jaſon *ad l.1.de acquir.poſſeſſ.* Lambert. Hortenſ. *in explanat. lib. 2. Æneid. Virg. verſ.132.* Bertr. Angentræus *d.comm. tit.17.in princ.* & diu ante eos Varro *lib.4. de ling. lat.* voluit, mola † dicitur à molendo; vel, ut Joſeph. Scaliger legit à molliendo, quod ejus motu eo conjecta molantur ſive molliantur. Unde vulgatus verſiculus Eberhardi Bituniensis *in Græciſta:*

6

Quæ frumenta molit, mola ſit; moles tibi pondus.

Vel dicitur à movendo, quod ſpecies in eam conjectæ motu lapidis comminuantur, & quaſi molliores fiant, ut placuit Nicolao Perotto. Unde Germanicum Zumalmen/ originem ſuam trahit, *Deuter.9.verſ.21.* & Auguſt. dixit: moli jejuniis *h.e.* macerari ac vexari *in c. quia paſſus. 39. de conſecrat. diſt. 2.* & triticum à vermibus demolitum ſive corrodendo & inminuendo abſumtum perditumque in caſu quodam uſurpavit Franc. Munnoz. de Eſcobar *tractat. de ration. adminiſt. cap.* 17. *num.* 36.

7 Vel denique † à Græco μύλον ſive μύλη ortum eſt nomen Latinum mola, ut alii autumant. Quæ demum vera hujus vocabuli originatio eſt: reliquæ omnes ineptias Grammaticorum olent, ut cuidam placuit. Et hinc apud † Græcos eſt ἄμυλον placentæ genus, ſine mola factum, ex tritico aliquot dies macerato ac ſæpius eloto, & deinde lacte expreſſo; quod flagrante Sole exſiccatur, ac mulieribus ad linteorum ac velorum dealbationem ſervit, in Chio primum repertum: ita dictum, quod ἄνευ τῆς μύλης fieret; cujus conficiendi rationem, vide apud Catonem *de re ruſtica. cap.* 87. & Dioſcoridem *lib. 2. cap.* 1. 2. *&* 3. Quoniam

8

tamen derivata hoc nomen in lingua Latina habet, crederet fortaſſe aliquis, illud Græcos à Latinis habere; qua de re alibi diſputo. Nam apud Euripidem in Alceſte *verſ.* 850. expreſſe græca terminatione dicitur μόλη, non μύλη; quamvis & hoc in uſu. Hinc Saxonum inferiorum, Möle/ ſuperiorum Müle. Alio nomine mola † adpellatur etiam moletrina, ut juxta veteres innuit Argentræus *tit.17. in princ. pag.1498.* & ex Catone in Themum citat Nonius Marcellus Tiburticenſis *cap.1.num.320.*

9

Carcere, nervo, moletrina.

Quod eadem forma dictum puto, qua veteres efferebant furatrina, ferratrina, fœtutrina, Apulejus *lib.* 10. *Diu quidem pulcherrima mihi furatrina procedebat artificium.* Et credunt Budæus, nec non Jacobus Spigelius in ſcholiis *ad Richardum Bartholin. lib.* 12. *Auſtriados mihi pag. 711.* ac Henricus Salmuth *in notis ad Guidon. Pancirol. de novis repertis libr. 2. cap. 22. infr. quæſt. 5. num.* 23. hoc nomine adpellari poſſe aquariarum molarum loca; an proprie, lectores dijudicent. Hoc tamen diffiteri nequeo vel ſubticere, Molendini vocabulum in diplomatibus Impp. plerumque olim ad molam aquaticam fuiſſe reſtrictum. Et ideo Molas à molendinis non una vice diſtinctas, & ad diſcrimen indicandum, conjunctas, nec uno loco voces reperi in privilegiis Archiecclesiæ Hamaburgenſi conceſſis apud Erpoldum Lindenbrog. *in ſcriptor. rer. German. Septent. pag.*161.162.*163.164*.166.167.*168.169*.183. quorum nonnulla exſcribſi, in quæſtionibus de conceſſione, donatione, ac ſimilibus. Hodie † molas vulgato idioma-

10

idiomate vocamus Molendina. *d. cap. pastoralis. 28. ext. de decim. Clement. unica. §. molentes. & §. quidam cum armis, de excess. præl. Greg. Turonensis lib. 3. histor. Francor. mihi pag.* 142. & molitores molendinarios, sive molinarios, ut in lege Salica *tit.* 11. *cap.* 5. Imo reperi Molendinæ genere fœminino, nisi σφάλμα fortassis typographicum latuerit, apud Felicem Fabrum Ulmensem Monachum *lib. 2. hist. Suevo. cap. 1. pag. mihi* 231. Car. Sigonium *lib. 7. de regno Ital. in Ottone M.* & in jure Canonico *cap. cum venerabilis 6. vers. porro. de exception.* Quamquam subtiliter loquendo molendinum proprie est integrum ædificium, in quo fabrica ipsius molæ (unde etiam molendinum sumit nomen à mola, tamquam digniori sui parte, *Ioh. Saison. in consuet. Turon. tit.* 21. *art.* 2.) continetur; quod itidem in Lege Salica, ac legibus † Longobardorum, & Alemannorum nominatur Molinus, Molinum sive Mulinum & Mulina. *l.* 4. *&* 5. *tit.* 19. De damno injuria dato Leg. *l. Wisig. tit. 2. inf. q. 4. num. 54. Sal. tit. seu cap. 24. L. Aleman. cap.* 87. item Farinarium in eadem Lege Salica apud Hermannum à Nuenare Comitem, *de orig. & sedib. Franc. pag. mihi* 106. & Marculphum Monachum, (quem locum Dn. parenti communicavit Cl. Vir Frider. Lindenbrogius IC. & Polyhistor.) dicentem: „Cum terris tam cultis quam incultis, sylvis, pratis, campis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, mobilibus & inmobilibus præsidiis, peculiis, pecoribus, vineis, farinariis, vel quicquid in ipso loco mea videtur esse possessio; *in formula libelli repudii.* Postea reperi alium locum in donationis diplomate Dominæ Willisvvindæ & filii ejus Cancronis, Comitis de Hagenheim, sub Pipino Rege concessæ, ubi hæc reperiuntur verba: „Villam nostram cum integritate sua, terris, domibus, ædificiis, campis, pratis, vineis, sylvis, aquis, aquarumve decursibus, farinariis, litis, libertis, conlibertis, mancipiis, mobilibus & inmobilibus, peculio utriusque sexus tam majore quam minore genere & ætate, quidquid dici aut nominari potest, re inexquisita, cum omni suppellectile, sicut, nobis moderno tempore possideri dignoscitur, donamus, tradimus atque transfundimus, &c. apud Marq. Freherum *in append. de Palatin. orig. part. 1. pag.* 29. Eadem figura Defarinatum pro molito aut comminuto dixit Tertullianus *inf. quæst. 4. numer.* 13. Forte etiam Farinarium absolute posuerunt, pro Farinario Molendino, ad discrimen cæterarum molarum *de quibus quæst. seqq.* & veluti Farinarium Cribrum usurpavit Plinius *d. quæst. 4. numer.* 64. Molam Molendinariam Beroaldus *sup. quæst. 2. num.* 72. Molam Aquariam Budæus & Spigelius *hic num.* 9. denique Machinam Frumentariam Ulpianus *in l. quæsitum est* 12. *§. & molas* 10. *D. de instr. vel instrum. leg. juncta l. cum de lanionis* 18. *§. asinam 2. eod. tit.* Ubi si vera esset vulgatorum librorum lectio, Molendinariam; Molendinam potius referret, atque eadem licentia Molendinum, magis quàm Moletrinam: sed Molandrinam à molendo Florentina & Haloandrina scilicet editio habet, teste Argentræo *d. loc.* cujus generis exempla similia habemus.

Sed consequenter observandum est, Molam † aliquando etiam accipi pro carne informi & inanima, in utero mulieris sine viri semine genita, *Plinius lib. 7. cap. 15.*

libr.

libr. 10. cap. 64. quam Bern. Gordonius *in Lilio medicinæ partic. 7. cap. 18.* alio nomine Pecus, item Fratrem lumbardorum & Arpiam nominari scribit, & Molucrum quoque dici ab Afranio apud Festum, testis est Turnebus *lib. 3. cap. 11.* qua de re Aristoteles *lib. 4. de generat. animal.* Fortunius Licetus Genuensis, *lib. 2. de monstrorum causis, natura & differentiis cap. 3. pagin. 39. & cap. 33. pag. 73.* Balduinus Ronssœus *de human. vitæ primor diis. cap. 32.* Rodericus de Castro *lib. 3. de morb. mulier. cap. 11.* Henr. Körnemann. *tract. de Virginitate cap. 13.* qui alios citat. Quomodo etiam Placenta dicitur, (Panus seu Paniculæ tumor inguinum, qui pueros infestare solet, Plinio τὰ πολυποειδῆ) moles illa carne placentæ referens imaginem, & uterini jecoris felle usum obtinens, in gravidarum utero ex menstruo sanguine sensim ab oreficiis vasorum effluente, & concrescente genita; uteri fundo ex superiori parti adnexa; de qua idem Licetus *d. lib. 2. cap. 32.* ac alii Philosopho-Medici consulendi erunt; nam juxta Flaccum:

Navim agere ignarus timet, abrotanum ægro
Non audet, nisi qui didicit, dare: quod Medicorum est,
Promittunt Medici. ——

13 Translatum tamen † idem nomen quoque est, (ut hoc honoribus præfatis ac cum venia; utque vos hinc procul labeatis profani; adjicere liceat) ad rem obscœnam significandam, ut in illo Varronis *in Satyris: Molit. & deposit.* Adlusit quoque eò Seneca in Ludo de morte Claudii: *Quia Romæ*, inquit, *mures molas lingunt, hic nobis curua corrigit*: refertque Lipsius *in commentar. ad Tacitum libr. 2. annal. num. 5.* Horatius *in sermonibus 1. sat. 2.*

——— --- *non alienas*
Permolere uxores ———

Petronius Arbiter *in Satyrico pag. 18. super inguina mea diu multumq; frustra moluit.* Hinc, ut observavit Joan. à Wowern *in annotat. in Petronium* moltus in illo Catulli joco:

Moltus homo es Naso; neq; tecum moltus homo: sed
Descendis Naso, moltus es & Pathicus.

Ausonius:

Deglubit, fellat, molitur per utramq; caveruam.

Idem *epig. 92.*

Cum dabit uxori molitor tuus, & tibi adulter.

Pro quo dixit *epig. 121.*

Diceris hanc mediam lambere, non terere.

Catullus *in Epigrammatis.*

——— ——— *patris perdepsuit ipsam*
Uxorem, & patruum reddidit Harpocratem.

Johannes Sapidus Vulcanum ac Episcopum quemdam conparans:

Ille unam Venerem, multas hic permolit, illi
Crus claudum, lingua & pectore claudus hic est.

Cicero ad Pætum *lib. 9. Batuit*, inquit, *impudenter, depsuit multo impudentius.* Eoque adlusit Plautus *in captiu. act. 4. sc. 2. Bojus Bojan. terit.* Vide ulterius Fr. Taubman. *ad Plaut. Trucul. act. 2. sc. 2. pag. 1188.* Conrad. Rittershusium *ad Oppian. pag. 287.* Jan Drusum *lib. 5. obs. cap. 5.* qui illam Jobi inprecationem *cap. 31. v. 10.* Molat alteri uxor, juxta modò allatum obscœnum intellectum interpretatur, sequacem

quacem habens Henric. Salmuth *in Notis ad Pancirolum d. lib. 2. cap. 22. in fin.* Matthi. Martinium *in expos. decal. lib. 2. cap. 7. pag. 310.* Fortassis eodem quoque sensu dictum Jeremiæ in Threnis *cap. 5. vers. 13.* est accipiendum; præsertim quum vetus versio latina ita habeat: Adolescentibus inpudice abusi sunt. Quod nova versio reddidit: Juvenes ad molendum tulerunt. Cui concinit Lutherus: **Die Jüngling haben Mühlstein müssen tragen.**

14 Denique † Mola (molæ nomen, qua frumenta franguntur, molito farri tribuendo) dicitur molitura salsa, sive ardor ac far tostum molitumque & sale sparsum, qua hostiæ adspergebantur, secundum Festum Pompejum *in verb. Mola.* Ludov. de la Cerda *ad Virgil. lib. 5. Æneid. vers. 741. pag. 581.* Adrianum Turnebum *adversar. lib. 7. cap. 13.* Græci οὐλας & οὐλοχύτας sive prothymata adpellabant. *sup. quæst. 2. n. 22. inf. num. 15.* qui tamen fruges integras, nec fresas nec molitas, cum & integras solidasque devorarent, adspergebant hostiis, ut post eum & Natal. Comitem. *lib. 1. Mythol. cap. 10. pagin. 32.* Lambert. Hortensium *in explanat. Virg. lib. 2. Æneid. v. 132.* Observavit Frideric. Taubman. *in Notis ad Plautum Amphitruone act. 2 scena 2.* Homerus Iliados β.

——— καὶ οὐλοχύτας ἀνέλοντο

Et mox ——— καὶ οὐλοχύτας προβάλοντο.

Quod ita reddidit Eobanus Hessus:

Circum constiterunt, salsasque tulere placentas.

Item: *Iamque deos visi placasse, ubi sacra salita Conspersêre mola.*

Et lib. 3. Odyss.

χέρνιβά τ' οὐλοχύτας τε κατήρχετο, πολλὰ δ' Ἀθήνῃ

Fudit aquas, fuditque molas ac multa precatus.

Hercules ait apud Eurip. *in Alcest. v. 850.*

ἢν δ' οὖν ἁμάρτω, τῆς δ' ἄγρας, καὶ μὴ μόλῃ

πρὸς αἱματηρὸν πέλανον &c. ———

Quæ ex versione Æmilii Porti ita sonant:

Si vero hac præda frustratus fuero & mors non venerit

Ad cruentam molam, descendam ad inferos.

Et in Iphig. in Aul. v. 955.

πικροὺς δὲ προχύτας, χέρνιβάς τ' ἀνάξεται

Κάλχας ὁ μάντις. -- h. e. --

Amaras autem molas salsas & lotarum manuum aquas reportabat Calchas vates. --

Ibidem v. 1110. & seq. dicit Agamemnon: mitte filiam cum patre ex ædibus, quia sacra aqua adest parata.

προχύται τε βάλλειν πῦρ καθάρσιον ἐκ χερῶν.

Et molæ salsæ, ut ex manibus conjiciantur in ignem lustralem &c.

Et in Herc. Furente:

---- ἐν κύκλῳ δὲ ἤδη κανοῦν εἱλικτο βωμοῦ. βδέλυγμα δὲ ὅσιον εἴχομεν. i. e.

Canistrum in quo mola salsa & quædam alia erant ad sacrificium pertinentia circum aram in orbem circumferebant. Quò pertinet ille versiculus Propertii *lib. 4. el. 5.*

Terque focum circa laneus orbis eat.

Nota tamen, quod mola in sacrificiis adhibita Græcorum diversa à Romana fuerit, ut demonstrat idem Ludovicus de la Cerda *ad Virgil. lib. 2. Æneid. v. 134. n. 1. p. 164.*

Plautus præterea in Amphitr. *act. 2. sc. 2.*

-- -- - *prodigiali Iovi*

Aut mola salsa hodie, aut thure comprecatum oportuit.

Horat. 2. *Sermon. Satyr. 3.*

Tu

Tu quum pro vitula ſtatuis dulcem Aulide natam
Ante aras, ſpargiſq; mola caput improbe ſalſa
Rectum animi ſervas?
Idem *lib. 3. Carmin.* Oda 23.
Mollibit averſos penates
Farropio; & ſaliente mica.
Virgil. *lib. 2. Æneidos.*
———— *mihi ſacra parari.*
Et ſalſæ fruges, & circum tempora vitæ.
Idem *lib.12. Æneidos:*
Dant fruges manibus ſalſas.
Idem Ecloga 8.
Sparge molam, & fragiles incende bitumine lauros.
Lucanus *lib.1. Pharſal.*
———— *jam fundere Bacchum*
Cœperat, obliquoque molas inducere cultro.

Illius adſperſionis quoque meminerunt Cicero *in 2. de divinat. Caput eſt*, inquit, *in jecore cor in extis: jam adſcedet, ſimul ac molam ac vinum inſperſeris.* Plinius *lib.12. cap.18. Nec minus propitii erant Dii mola ſalſa ſupplicantibus, imo vero (ut palàm eſt) placatiores.* Idem *libr. 18. cap. 2. Numa inſtituit Deos fruge colere, & mola ſalſa ſupplicare.* Valerius Maximus *lib. 2. In ſacrificiis mola, quæ vocabatur, ex farre & ſale conſtat. Exta farre ſpargantur.* Arno. *lib. 5. adu. gen. Et quænam illa quæſo divina res fuit, quæ ab impetu rerum tanto. Iovem compulit avocari, & mortalium ſeſe denunciationibus ſiſtere? Mola ſalſa, thus, ſanguis, verbenarum ſufficio, & nominum terribilium fremores.* Fuitque apud antiquos poſt glandes & arbuta uſus farris in tanto honore ſervatus, ut ſacrificium non fieret ſine ſale & farre. Cælius Rhodiginus *lib. 15. lect. antiq. cap. 17.* Arnobius *lib. 7. adverſ. gent. Neque*, ait, *ipſe Romulus aut religionibus artifex in comminiſcendis Numa, aut eſſe ſcivit thus, aut naſci. ut pium far monſtrat, quo peragi mos fuit ſacrificiorum ſolennium munia.* Atque id far niſi toſtum eſſet, ad rem divinam non eſſe purum ſtatuit antiquitas, Plinius *lib. 18. cap. 2.* Feſtus Pompejus *lib. 6.* Alex. ab Alex. *lib. 3. cap. 12.* Unde Ovidius *lib. 2. Faſt.*

Torrida cum mica farra.

Hinc etiam religioſus uſus confarreationis in matrimoniis contrahendis, & diffarreatio in iiſdem diſſolvendis fluxit, de quo plura Boetius *in Comment. Topicor.* *Plinius libr. 18. Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. 2. Cœlius Rhodiginus libr. 28. antiq. lect. cap. 17.* Hinc natum Immolandi † verbum, teſte Feſto Pompejo, qui inquit: *Immolare eſt mola, hoc eſt, farre molito, & ſale hoſtiam perſperſam ſacrare.* Cicero 3. *de Natur. Deo. Noſtri duces mare ingredientes immolare fluctibus hoſtiam conſueverunt.* Et Lamb. Hortenſius *d. loc.* ait: Periphraſis eſt molæ, quæ ex hordeo ſale admiſto, conficiebatur. Hæc vivis capitibus hoſtiarum animalium antequam mactarentur, inſpergebatur, infundebaturque. Hujus verbi Immolare, pro ſacrificare (ſeu ut ſejunctis id Virgilius effert vocibus, ſacra facere vel parare,) Homeri enarrator Iliad. 2. duas potiſſimum cauſas ex Theophraſto de inventionibus adducit; ἤτοι πολυπληθείας χάριν, ἢ μνήμην ποιούμενοι τῆς ἀρχαίας βρώσεως. ὡς γὰρ φησὶ Θεόφραστος ἐν τῶν περὶ εὑρημάτων, πρὶν ἢ μάθωσιν οἱ ἄνθρωποι ἀλεῖν τὸν δημητριακὸν τυθηπὸν οὕτω σώας αὐτας ἤσθιον ὅθεν οὐλὰς αὐτὰς φησὶν ὁ ποιητής. vel propagationis (inquit) gratia,

15

gratia, vel ob memoriam prisci victûs; etenim antequam mortales usum molendi frumenti didicissent, hordeo ita integro ac nondum confecto vesci consuevere. Quare eas fruges Homerus οὐλὰς etiam vocat ἀπὸ τῆς οὐλῆς hordeo, *sup. num. 14. & quæst. 2. numer. 22.* De quo ritu plura videri poterunt apud Peucerum *in lib. de divinat. generib.* Alexand. ab Alex. *lib. 4. genial. dier. cap. 17. in fin.* Cœlium Rhodigin. *lect. antiquar. lib. 7. cap. 1.* Philip. Camerar. *oper. succis. centur. 1. cap. 58.* Petrum Gualterium in Notis ad Horat. Satyr. *3. lib. 2.* & Ausonium Popmam *in Notis ad Varronem de lin. latina lib. 1. mihi pag. 538.* ubi adcurate ostendunt, quis molæ salsæ in sacrificiis usus fuerit. Adjunge his Phili. Melan. *Postil. part. 2. in Evang. die Pasch. pagin. 496. ibi in margin. Pezelius.*

16 Ego certe † conjecturam facio, hanc ipsam salis adspersionem à Judæis ad gentes manasse, cum illi in omni oblatione sal offerre ex præcepto JEHOVÆ tenerentur. *Levitici cap. 2. versic. 13. Numeri 18. vers. 19. ubi Osiand. Ezech. 43. vers. 24. Marci 9. vers. 49. Iohann. Pierius lib. 31. Hieroglyphicῶν. Henric. Salmuth. ad Pancirolum part. 1. pag. 58.* quod stulti gentiles, vero usu relicto, tamquam simiæ, fuerunt imitati. Excrevitque in

17 tantum † veterum superstitio, ut etiam somnia per molam expiarent. Tibullus *lib. 1. eleg. 5.*

Ipse procuravi, ne possent sæva nocere
Somnia, ter sancta deveneranda mola.

Idem:

At natum in curas hominum genius omnia noctis
Farre pio placant, & salicente mica.

Martialis *lib. 7. epigram. 53. al. 47.* ubi Raderus in comment.

Semper mane mihi de me mera somnia narras,
Quæ moveant animum sollicitentq; meum.
Iam prior ad facem, sed & hæc vindemia venit.
Exorat noctes dum mihi saga tuas.
Consumsi salsasq; molas, & thuris acervos.
Decrevere greges, dum cadit agna frequens.
Non porcus, non cordis aves, non ova supersunt.
Aut vigila, aut dormi, Nasidiene, tibi.

18 Denique per translationem † quoque os hominis vel bruti vocatur mola, pro mandibula *sup. quæst. 2. num. 26.* item infimum ministerium *num. 55.* & lætitiam *num. 57.* Unde contra, quia olim in pila *h. e.* vase concavo pinsuerunt & contuderunt frumenta; illaque pistura & labor grana conterendi gravissimus fuit: hinc factum quoque (veluti antea B. Augustinus, moli jejuniis pro macerari ac vexari posuerat. *q. 3. numer. 6.*) ut ipsum pistrinum locus plenus fatigationis & negotii, viresque conficientis diceretur. Joh. Heidfeldius *in sphing. cap. 7. pag. mihi 172. in princ. adde seq. quæst. 4. num. 5. 55. 56. 57.* Imo pro hordeo ipso poni apud Virgilium, notat Josephus Scaliger *in catalect. Virg. pag. 205.* additque per Molam fusam expressisse eum οὐλοχύτας, quæ sunt hordea tosta. Et quod mola hordeum significet, docet ita Varro, *Grunnit lepido lactesatur, mola mactatus porcus. i.e.* auctus hordeo; quod est κριθιῶν. Denique & Mola nomen fuit nobilis ordinum ductoris, apud Jac. Aug. Thuanum. *lib. 13. hist. pag.*

pag. mihi 621. & libr. 63. pag. 279. Explicata jam definitione nominis, ſubjicienda quidem eſſet etiam definitio rei; ab eſſentia & ſubſtantia, ſive potius exiſtentia molarum ſumta; quia vero ipſi Legumlatores potius deſcribendo, quàm definiendo in noſtra legali philoſophia proceſſerunt, ut pulchris exemplis demonſtrat Nicol Intrigliolus *tract. de feud. quæſt. 1. num. 34. & 35.* innuunt illud ipſum Sebaſt. Vantius *in tra. de nullit. proceſſ. in Princip.* Polydorus Ripa *d. tract. cap. 1. num. 2. 3.* & Dominic. Arumæus Friſius *in tract. de mora cap. 2.* Contentus ero, ſi ſaltem molam deſcribam; præſertim cum (ut alibi ait D. Hieronymus) oculorum magis, quam ſermonis indicium hic valeat, ac αὐτοψία re ipſam evidentius, quam calamus ullus delineet. Eſt igitur † mola ſive molendinum machina vel opus quoddam ex duobus molaribus ſibi invicem inpoſitis, & totis quibuſdam dentatis agitabilibus, iiſque vel ligneis vel ferreis, præcipue conſtans; in quo ad humanæ operæ, jumentorum, venti & aquæ incitationem ſive circinationem, prorſus inſtabili machinarum vertigine, frumenta arida, item polenta, ſeminaque deſuper injecta vel lente incidentia, per mutuam molarium colliſionem ſive confricationem in tenuisſimam farinam maſſamve comminuuntur & conteruntur: quædam quoque res peculiari modo & inſtrumento pro varietate molarum expoliuntur, acuuntur & diſſecantur. Quod ſubſequentes molarum ſpecies edocebunt: ob quas aliter deſcribenda fuit mola vel molendinum, ſi hoc pro ædificio ſumatur, ejuſque pars etiam ſit Area, quod in molendinis manuariis aliter ſe habebat.

19

QVÆSTIO IV.
De ſingulis partibus molarum.

SVMMARIVM.

1 Continuatio brevis, cum diſcurſu: Rebus etiam tenuiſſimis ſi pertractentur, ſuam noſſe utilitatem. Et num. 2. ac 3.
4 Molendinis ac mulieribus ſemper aliquid deeſt: & cor otioſi eſt inſtar molendini.
5 Piſtrinum locus erat, in quo frumenta pinſebantur.
6 Molis etiam inventis, piſtrini nomen manſit.
7 Piſtrinum exercere quid ICtis ſignificet.
8 Piſtrini Principis curator erat Comes horreorum.
9 Pila frumento pinſendo adcommodatum vas, idque vel lapideum, vel ferreum, æneum aut ligneum.
10 Pilumnus pilæ uſum adinvenit, juxta Servium & Alexand ab Alexandro.
11 Far à faciendo dictum, ut Varro; vel à ferendo, ut alii volunt.
12 Farina à farre comminuto nomen habet.
13 Farinæ elegans deſcriptio ex Firmiano Symphoſio & Scaligero.
14 Farinam aſſam concupivit, proverbialiter cur dicamus.
15 Pulte duntaxat priſci victitabant.
16 Farina in magno honore apud veteres erat: panis inprobus apud Martialem quomodo intelligendus.
17 De pane canino, ſed furfuraceo, deque caſeo Lunenſi, cum ſimilibus rariora.
18 Farina nobiliſſima ubi fuerit? & qui præparare eam poſſint?
19 Farinæ ſpecies duæ pollis & flos. Et quid interſit inter ſimilaginem & pollinem.
20 Locus elegantiſſimus ex Victore Epiſcopo Vticenſi adducitur: & alius ex Felice Fabro, laudem Germanorum continens, in conficiendo pane: Item Callorum iure publicum piſtorem non uti immunitati Banni Molendini, ſi iſtud ipſum adcommodatum ſit, &c.
21 Stante ſtatuto, quod creditor debeat præferri in re propria an illud etiam procedat in farina redacta ex frumento proprio?
22 Piſtillis frumenta conterebantur. Et numero 24.
23 Piſtillorum pars ima erat glabra & obtuſa.
24 Piſtilla non unius generis.
25 Pinſores, piſtores, piſtrinarii, ἀρτοποιοί, quinam fuerint.
26 Piſtores Romæ non fuerunt ad Perſicum uſque bellum.
27 Mulierum opus præcipuum erat fruges molere, & panem conficere. Sed declara, ut n. 28.
29 Piſtores an inſint piſtorio inſtrumento legato?
30 Piſtores varii generis, fuerunt, ut Dulciarii, Libarii, Cruſtularii, &c.

31 Piſtores ſibi invicem convicia atrocia ut plurimum ingerebant. Poetæ quoque donum maledicendi etiamnum habent, qui piſtores quandoque facti: idemque ſtrenue adhuc peragunt Theologi, ICti, Advocati, Medici, Procuratores, Philoſophi, Sophiſtæ, Sillographi olim & qui nõ?
32 Piſtores proprium forum Romæ in Aventino habebant.
33 Piſtores officio Præfecti annonæ ſubiecti erant.
34 Veſpæ veteris cuiuſdam Poetæ carmen ſubiicitur, & notis illuſtratur, priſtinoque nitori obiter reſtituitur.
35 Mercatorum adpellatione non veniunt Piſtores.
36 Mercator ut quis dicatur, multa requiruntur.
37 Catillus ac Meta quid efficiant in mola? Et n. 39.
38 Franciſci Marii Grapaldi lapſus detegitur.
40 Supplicii genus peculiare Iudæis, adpenſo ad collum molari in profundum ſubmergi. Sed tamẽ & Gothis ac Vandalis uſitatum. nu. 41. & 42.
43 Molucrum quid apud Feſt. Pompeium ſignificet? & Tonnæ maritimæ quare cum molaribus aquis immergantur.
44 Molarium præcipuus uſus in molendinis in vita communi; qui etiam Pyrites dicebantur.
45 Molarium magnæ fodinæ ubi fuerint: quæ illorum natura: quot genera: & quomodo fiant?
46 Molares initio an tam grandes fuerint, atque nunc? Diſting.
47 Molares in aſcendentes hoſtes ex propugnaculis deiectos, ex Sacra Scriptura, Ovidio, Ammiano, Paulo Æmilio, Silio Italico oſtenditur.
48 Fortitudo mira in Paulo Boemo emicuit, qui integram molam frumentariam ſine quoquam adminiculo ſolus homo ſuſtulit.
49 Molæ ex mero ferro & chalybe fabricatæ hodie viſuntur.
50 Molilia erant inſtrumenta, quibus molebatur.
51 Helcium ſparteum vinculi genus, quo iumenta molas circumrotabant.
52 Helciarii apud Martialem & Sidonium Apollinarem.
53 Iumenta piſtrinenſia, aſinus & mulus molarius, equi dorſuales, in piſtrino requirebantur: & Catabolenſes.
54 Iumentorum piſtrinenſium graphica deſcriptio adfertur ex Apuleio.
55 Iumentis piſtrinenſibus etiam adcenſendi ſervi & ancillæ in piſtrinum pœnæ loco conpacti. Et numero 56. & 57. latiſſime.
58 Plautus ad molas manuarias ſe piſtori locavit.
59 Homo Plautinæ proſapiæ, proverbium apud Minucium Felicem: Vbi & de Virgilii victu ac ſtipendio remiſſive.
60 Aſclepiades, Menedemus & Cleanthes Stoicus ob inopiam ſæpenumero farinas pinſuerunt.
61 Ioannis Boteri narratio quædam in dubium revocatur: & veriſimilior Aldrovandi ſubiungitur relatio, de Zebris Indicis & regione Congi: cuius incolæ hominibus iumentorum vice utuntur.
62 Cribrorum quis ſit uſus in molendinis?
63 Cribra quotuplicia ſint?
64 Cribrum unde dicatur?
65 Inſtrumenti mirabilis deſcriptio ad cribrandum ex Ioanne Iacobo VVeckero remiſſive.
66 Pollintor quis fuerit?
67 Rutabulum an ad vaſa piſtoria referendum? & ſimul exponitur, quid apud Perſium per Populi Cribro decuſſam farinam intelligatur?
68 Rotarum quis hodie uſus in molendinis & ſimilibus machinis.
70 Molendina plurium rotarum obcurrunt.
71 Axis, Tympanum, Subſcus ferrea, Codaces ferrei, Catilli ferrei, Infundibulum, Arca pollinaria, ad molendi conſtitutionem requiruntur.
72 Partes ſimiliter culinariæ, quænam & qui tibi, remiſſive.

AD rerum naturam primam conſtituendam, in tabula dixi pertinere originem ac deſcriptionem: ad eam diſcernendam molarum variæ † differentiæ, ſecundum partes ſeu inſtrumenta; & juxta ſpecies, reſpectu formæ rerum & uſus ſpectant, de quibus nunc agam. Non quidem deerunt, opinor, ἰδιότροποι Catones, quibus mirum videbitur, qvod temporis quidquam in hoc argumẽto tenui, &, ut Græco proverbio dicitur, τὸν ἐπὶ φακῇ μύρον profundere, Pygmeorumve Acrothinia Coloſſo adaptare velim: quibus tamẽ nihil aliud reſpondeo, quàm rebus, quamvis minutiſſimis, etiam ſuam ineſſe ſi non utilitatem, tamen jucunditatem; nec me repugnare, quibus hæc ſordent, ac σιλλίζειν cordi eſt, ut illi altiora gravioraq; ſcrutentur, imo plane Bugoniam ſcribant, ac quaſi muſſa loquãt; modo recordentur, ubi † res ruſticæ, veſtiariæ, navales, militares, vel aliæ deſcriptæ fuerunt ab hominibus doctiſs. etiam minutiſſimorum quorumq, mentionem factam fuiſſe; ut Cato, Columella, Palladius, Lazarus Bayfius, & noſtri ICti *in tit. ff. de re militari*, teſtatum faciunt; quorum veſtigiis inſti-

inſtitiſſe, aut mira de lente quoque dixiſſe, non plus; ut ſpero, vitii ſecum trahet, quam † vitio vertitur Dioni. Luciano, Catoni, 3 Diocli, Phaniæ, Cæſari, Meſſalæ, Muſſarum & Gratiarum deinde alumno Virgilio; Cælio Calcagnino denique Chriſtophoro Milæo & Stephano Forcatulo: quorum hi duo atramentum typographicum & typographiam adeo diligenter delinearunt, ut artem didiciſſe, ac oculis quaſi ſubjeciſſe videantur, teſte Henrico Salmuth *ad librum 2. Panciroli cap. 12. p. mihi 601.* Chartopœiam quoque ſeu molas chartarias deſcripſit Cunradus Rittershuſius Iuriſconſultus apud Iohannem Heidfeldium *in Sphing. philoſ. cap. 27. pag. mihi 633. 634.* Iſti autem de rebus minutiſſimis, ut ſunt Coma, Muſca, Braſſica, Rapa, Urtica, Culex, Pulex; Imo de Pediculis jubar criticorum Daniel Heinſius diſſertationem compoſuit, & alii ad ingenii dona oſtendenda, partimque oſtentanda, de ſingulis literis opera ac volumina conſcripſerunt; quibus adcenſeo Caſpari Dornavi collectũ, *Amphitheatr. rer. minutiſſ. in fol.* Ne dicam, me plane cũ A. Gellio facere, potiuſve aliquãdo facturum, qui inquit: Quoties ab arbitris negotiisq; otium eſt, & motandi corporis gratia aut ſpatiamur, aut vectamur, quærere nonnumquam apud memetipſum ſoleo res ejuſmodi, parvas minutasque, & hominibus non bene eruditis adſpernabiles, ſed ad veterum ſcripta penitus noſcenda cumprimis neceſſarias, *lib. 11. noct. Attica. cap. 3. adde infra meam mantiſſ.* Qui ſi me non ſatis poteſt poteritve excuſare, manum ulterius non verterim; ſed contentus ero iis, quæ pro mei defenſione protulit Fridericus Taubmannus *in comment. doctiſſ. ad Culicem Maronis, pag. 421.* Quomodo etiam Somniorum artem Antiphon & Aſtyampſicus conſcripſerunt. Coquendi juris artem Panthaleon Mytheus conpoſuit, aliique poſt eum multi, teſte Athenæo *libr. 24. dipnoſoph. cap. 21.* & Coraſio *lib. 1. de arte juris cap. 1.* Et ſane ſi nunquam reprehenſionem incurrerunt Cato & Virgilius, quod docuerint, quomodo arvum proſcindendum & occandum, quomodo triticum vel hordeum ſerendum, metendum, triturandum, excutiendum; quis erit tam tetrici naſi, ut in me deſtomachetur, qui docere ſatago, quomodo & per quæ denique inſtrumenta ſit molendum & pinſendum? Fortasſis, ut in ſimili olor ille Venuſinus dixit:

——*hæ nugæ in ſeria ducent.*

Quemadmodum igitur artium magiſtra penuria & neceſſitas homines frumenta ſerere ac metere docuit: ita etiam varia inſtrumenta & machinas, (quarum & frumentariarum machinarum fit mentio, *in d. l. quæſitum eſt. 12. §. & mola 10. D. de inſtr. leg. ſup. quæſt. 3. nu. 11.*) excogitavit, frumenta talia ſuis tunicis extendi, & panem exinde conficiendi; id quod ordine, quantum inſtituti mei ratio patitur, explicabo; reliquorum, quæ fortaſſis deſiderabuntur, inveſtigationem aliis relinquens. Molendinis † enim & mulieribus præterquam in 4 illa ſupellectile, quam deſcribit Taubman. *in Plaut. Pœnulo act. 5. ſcen. 3. &* in Notis ad Culicem Maronianum *pag. 147.* die Klappermühle *adpellat*) ſemper aliquid deeſt, Stephanus Guazzus *in lib. de civili converſation.* ſcriptum reliquit; & de molis aqvariis diverbium eſt natum. Es hat kein Müller Waſſers genug.; ſive ob aqvarum neceſſitatem quotidianam vel molitorum avaritiam, *inf. num. 71.* Quinimo indiget mola quælibet frumento qvod conterat. Inde luſus alius deſumptus:

Cor otiosi seu vacantis esse instar molendini; quod cum non habet ad molendum bonum frumentum, nolit & consumit seipsum, post Gers. & Gerhard. Vent. de Valentiis *lib. 2. Parthen. litig. cap. 12. nu. 28.* Quemadmodum ergo non videas quid sit in Calatho aliquo clauso, nisi eum aperias: ita nisi definitiones descriptionesque uberiori explicatione detegantur, rei natura semper obscura est futura. Georg. Holfelderus *tract. de Sole non procul à pr.* Et primo quidem obcurrit locus, in quo frumenta pinsebantur & conrumdebant; quem, ut auctor est Lucian. Græci μυλῶνα, Latini † PISTRINUM. *l. 1. §. ult. ff. de impens. in rebus dotal. fact.* (quasi pilis tritum, ut placet Lucæ de Penna *in l. maximarum. num. 2. C. de excusat. num. lib. 10.*) vel pistrinas genere fœminino vocabant, ut apud Plinium *lib. 19. cap. 4. Superque pistrinarum operibus & cælaturis vivere, & cap. 8. Gith. nascitur pistrinis, h. e. tabernis pistorum.* Et lib. 18. cap. 9. *E siligine lautissimus panis pistrinarumque opera laudatissima, juncto lib. 11. nat. histor. c. 9.* sicque illius pistrinæ deminutivum pistrilla apud Terentium in Adelph. *act. 4. sc. 2. apud ipsum lacum est pistrilla* Quod nomen † utique mansit illi quoque loco, in quo postea molis servorum jumentorumq; opera circumactis fruges comminuebantur, *Ioann. Rosinus libr. 1. antiquit. Roman. cap. 14. inf. Bert. Argentæus d. tit. 17. in princ.* & servo molitor. *l. 12. §. 5. D. de fun. inst.* (hinc pistrinenses in jure civili, & Molinarius dicitur in LL. Salicis *tit. 11. cap. 5.* eâdem formâ, qua Insularius *in l. si ita leg. 16. §. dominos. 1. D. de usu & habit. l. 5. §. 1. D. de institor.*) Vsque adeo, ut licet jam Plauti ævo (*hoc est*, Olympiad. CXLV.) manuariæ molæ in usu Romæ essent, nihilominus indifferenter pistrinorum & molarum adpellationes frequentarentur; & conjunxerit has voces Geta Terentianus *in Phorm. act. 11. sc. 1.* —— *herus si redierit Molendum usq; in pistrino, vapulandum, habendæ compedes, Opus ruri faciendum.* ---

Vnde etiam illi, qui in collegio pistorum erant, pistrinum † exercere dicebantur: *l. ult. ff. de excusat. tutor. l. cum de lanionis. §. 1. ff. de fundo instructo & instr. leg.* Apulejus *l. 9. Metamor. Quidam,* inquit, *pistor de proximo castello præstinavit: protinusq; etiam frumēto coempto affatim onustū per iter arduum scrupis & hujuscemodi stirpibus infestum ad pistrinum, quod exercebat, perducit.* Suetonius in Augusto: *Modo unguentariam tabernam, modo pistrinum Aritiæ exercuisse objicit.* Terentius *Andria: In pistrinum dabo.* Quod Plautus Epidico expressit: *Pistori dabo.* Et hoc ex plurimis ipsius locis patet, quos passim in medium profero: inter quæ etiam alicubi vocat coloniam molariam, cum tamen per molas in plurali numero pistrinum, & contra toties designaverit. Et ideo quam Apulejus molam machinariam, Theodorus Cyrenensis molam pistrinariam dixit: etiamsi omnia pistrina totidem semper non habuerint molas, sed alia aliis instructiora exstiterint, ut ex iisdem auctoribus liquet. Arguit prius quoque solennis illa dominorum formula apud Comicos, qua nequam servis pistrinum minabantur, *id est*, molæ circumductionem; denique prodit aperte vox Græca μύλων *hoc est*, pistrinum apud Herodotum; quo etiam D. Mattbæus utitur *cap. 24. vers. 41.* quæ illic molam denotat. Sed & postea in LL. Salicis *tit. 25.* molendinum ac pistrinum indifferentur pro synonymis acceptalegimus; cum unum alterius vicem

præ-

præstiterit. Vnde in jure nostro civili, cur de nobilissima hac molendinorum materia tam pauca obcurrant, si quis miretur: sciat propter causas alibi à me enumeratas, molendinorum nostratium usum apud Romanos pirstina fere exhibuisse, *inf. quæst. 7. num. 6.* Quamvis enim pistrini adpellatio, *ἐν πλάτει* usurpata, omnia illa conpræhenderet, quæ ad pistoris exercitium pertinebant *arg. l. 15. in princ. D. de instruct. leg. l. 18. §. 1. & seq. eod.* veluti molam, in qua frumentum conterebatur *d. l. 15. §. 5. l. 21. eodem.* furnariam, in qua farina subigebatur; & furnum, in quo panis coquebatur. *l. 24. §. 7. de dam. inf.* tabernam, in qua panis coctus vendebatur. *d. l. 15. in pr. l. 5. §. 9. de instit. act.* & quæ alia huic opificio cohærebant; usque adeo ut totam artem panificii pistrinum vocet Seneca *epist. 90.* Proprie tamen pistrinum ad molam tamquam partem principaliorem restringebatur *arg. l. 1. §. 9. depos. l. 18. §. 2. de mun. & hon.* Sed & furnus ipse licet pistrino plerumque adhæreret, eo quod pistor simul etiam molere frumentum soleret: hæc tamen opificia quandoque in plures personas tenuiores præsertim disjuncta erant. Vnde quidam furni exercitores erant sive furnariam exercebant, qui pistrinum non habebant. Ita Vitellii genus, minus clarum, quod majores ipsius furnariam exercuissent, teste Suetonio *in Vitell. cap. 2.* Iuvenalis quoque deplorat, Poetas quandoque conduxisse furnos, *sup. quæst. 2. n. 76.* ac denique Augusto Cæsari objectum est à M. Antonio, proavum ejus maternum Afri generis fuisse, & modo unguentariam tabernam, modo pistrinum Ariciæ exercuisse, perhibente eodem Suetonio *in ipsius vita quæst. 4.* 8 Pistrini † porro principis curator vocabatur Comes horreorum, habebatque mancipia quædam purgantis horreis, coquendoque pani Principis adscripta. *l. unica. C. de pistorib. libr. 11.* quem supra *quæst. 2. num. 51.* ex sacra pagina *ἀρχισιτοποιὸν* adpellavi. Cujacius quoque *cap. 13. de præscript.* tractat de mancipibus seu curatoribus pistrinorum, qui in *Novell. 80.* dicuntur *προεστῶτες τῶν ἀρτοποιῶν ἐργαστηρίων*, *inf. num. 25.*

9 Secundo requirebatur † PILA, eaq; vel lapidea, ferrea, ænea, lignea, vel ex alia fabrefacta materia; quæ erat vas quoddam concavum, in quo frumenta igni tosta injecta pistillis sive pilis tundebant terebanq;. Rosin. *lib. 1. c. 14. in fin.* Servius *ad lib. 1. Æneid. v. 184. ibiq;* Hortensius: quem usum 10 † Pilumn. Iovis ut putāt filius Dauni pater, Turni proavus, invenisse scribitur à Servio *in 9. Æneidos*: & à Martiano Capella *lib. 2. de nupt. Philologiæ. mihi p. 39. in fin. Comminuendæ frugis farrisq; fragmenta Pilumno signat Italia. 5. quæst. 2. num. 43.* quamquam & Alex. ab Alexand. *lib. 1. genial. dier. cap. 9. in princ.* Pilumnos dictos putat illos, qui pilum conterendo frumento idoneum sunt commenti, quod fusius explicavit Lilius Giraldus *historiæ Deorum syntagmate. 1. mihi pag. 56.* Pilæ porro hujus meminit Plinius *lib. 18. cap. 12. Tundatur*, inquit, *granum ejus in pila lignea.* Et Columella *libr. 2. c. 9. Panicum pinsitum & evolutum furfure præbet.* Plurimæ autem species erant, ut: Pila fullonica, seminaria, fabaria & farraria, de quibus Turnebus *lib. 7. advers. cap. 22.* Sicuti ipsæ molæ postea *inf. quæst. 5 & 6.* Sed & fictilia ex terra Samia erant Dempst. ad Rosin. *libr. 5. cap. 30. & pag. 529. 530.* Sic etiam nonnulli Tribilam, pultis cujusdam genus in sacrificio receptissimæ esse volunt: alii ad vasa ipsa,

quibus hæc obferebatur, referunt. De his ita Plin. *lib.* 17. *cap.* 8. *Hodie sacra prisca, atq; natalium pulte fritilla.* (quomodo Fern. Pincianus, Ios. Scalig. & Lipsius legunt; non Titilla, Ficiola, Ficilla aut Frivola, ut alii) *conficiuntur.* Festus Pompejus *libr.* 11. *Muries est, quemadmodum Veranius docet, ea quæ fit ex sale sordido, in pila pinsato, & in ollam fritilem conjecto, ibiq; operto gypsatoq; & in furno percocto.* Paulus Festum transscribens: *Muries dicebatur sal in pila tunsum, & in ollam fritilem* (non fictilem) *conjectum, & in furno percoctum.* Hinc etiam Varro *lib.* 4. *de lingua latina*, dictum † putat Far à faciendo, quod in pistrino fieret, frangendo nimirum, & contundendo; aliis tamen adferentibus, dictum esse à ferendo, qvod terra omnes fructus ferat, qvo farre Pop. Romanus 300. annis usus fuit, ut ex traditione Verrii Flacci refert Plinius *lib.* 18. *c.* 8. quem seqvitur Alex. ab Alexand. *lib.* 3. *genial. dier. c.* 11. Inde rursus † nomen sumsit farina, quæ nihil aliud est, quam frumentum comminutum, & in pulverem redactum. Plinius *d. lib.* 18. *cap.* 9 *sup. q.* 3. *num.* 5. Id qvod † elegantissime expressit Cælius Firmianus Symphosius, cujus meminit Sigebertus Gemblacensis, in ænigmatibus ad hunc modum:

11

12

13

Inter saxa fui, quæ me contrita premebant,
Vix tamen effugi totis collisa medullis,
Et nunc forma mihi minor est, sed copia major.

Multo elegantius Scaliger *in Ænigmatibus:*

Innumeri sum dentis opus: de matris amictu
Excutior, fatum est, dente perire novo.
Dissolvunt partes patrio nascentis ab orbe,
Hæc sedet, ut gravis est: hæc levis acta volat.
Sũ multa ex uno, rursq; coitura sub unũ. (mo.
Post ero, quod facit, & quod fugit omnis ho-

Victor Episcopus Uticensis de passione septem Christianorum fratrum: *Hunerichus*, inquit, *Rex, bis acutum genus frumenti, (quod jumentis solum edere concessum est) nequaquam industria molarum, sed manente furfuris cortice loricatum, pro miseratione dari præcepit.* Q. Septimius Florens Tertullianus hoc modo: *Ubi totam messem Achamoth seminis sui presserit,* (θλίψῃ trituraverit. Est autem hic perpetua ac elegans allegoria, notante Francisco Junio,) *dein colligere in horreum* (*de quo quæst.* 8. *n.* 44. 45. 46. 47. 48.) *cœperit, vel cum ad molas delatum, & defarinatum,* (molitum atque redactum in farinam ab- und außgemahlet) *in conspersionis alvearia absconderit, donec totum confermentetur &c. lib. adversus Valentin. c.* 31. *p. m.* 255. Eodem quoque adlusit Vespa vetus Poeta in judicio Coci & Pistoris inter se de prælatione contendentium, his verbis:

Ad causam pistor procedit primus agendam
Canitiem capiti toti præbente farina.

Hinc etiam † natum est proverbium: Concupivit assam farinam (qvod ut intelligatur uberius, hæc Hippocratis verba inserenda duxi: *Fornacei panes magis nutriunt, quamquam in foco aut veru assati sunt, quod minus ab igne exurantur, lib.* 2. *de victus rat.*) Cujus meminit Theocritus in Cyniscis, & Erasmus *in Adagiis Chil.* 2. *centur.* 1. *adagio* 91. dicebaturque in illum, qui domesticam tenuitatem pertæsus apud alios lautiorem vitam quæsisset: Nam † prisci, clibano coquendique panis usu nondum reperto, pulte duntaxat victitabant. *Plinius dict. libr.* 18. *cap.* 8. Romani postea conjunxerant, de quibus ita Valerius Maximus: *Nec sane ullas epulas habebant, quas populi oculis subjicere erubescerent.* *Erant autem adeo continentiæ*

14

15

atten-

attenti, ut frequentior apud eos pultis usus, quam panis esset, lib. 2. cap. 1. Iohann. Domanus *in Vindiciis pro VVestph. pag.* 33. Postea prisca hæc & frugalis Romam, nondum luxurians, & delitiis perdita, duos tantummodo missus habebat: unum carnium sive epularum, alterum pomorum; ficuum, aliarumque similium rerum, ut à Servio Mauro proditum, *ad lib. 1 Æneid. Virgil.*

16 Erat † quoque farina apud veteres in tanto honore, ut sine ea non sacrificarent, unde similiter proverbium fluxit, *μὴ θύειν ἄτερ ἀλφίτων*, *hoc est*: Ne sacrificato sine farina. Recte intelligendus hic Martialis, qui panem vocat Inprobum, non quod in se sit talis: sed miserum, infelicem, quod multimodis & multis precibus à viatoribus fit extortus, *lib. 10. epigr. 5.*

17 Non † ergo incommode etiam hoc loco quædam inseruntur, & ut fidem solvam, qvam supra dedi, de pane canino seu furfuraceo, ut vocabant. Contraria enim juxta se posita magis elucescunt. Aurelia à Nerva Cæs. donatos servos per sua prædia distribuit, jussitque eos tota die terram fodere, & cantabrum edere ad vesperam, Surius *tom. 3.* Cantabrum vero furfur erat, ut olim docuit vir magni nominis Hadr. Turnebus *lib. 15. adu. c. 16.* & non ita pridem Lau. Pignorius sæpius laudato *lib. de servis eorumq; ministeriis. pag. 258. 259.* Cui hæc fere accepta refero. Et confirmantur eadem ex Catholico F. Iohannis de Balbis, edito Augustæ Anno MCDLXIX. in quo diserte legitur: *Cantabrum purgamentum est frumenti vel farinæ, vel cibus caninus, quo canes pascuntur.* Itaque cantabrum ad vesperam edere, non erit herba Cantabrica vesci, ut opinatus est Surius, sed furfuraceo isthoc pane, & canino more tractare, nedum servili.

Vocis igitur originatio duplex adfertur altera à furfuraceo & contemtibili pane, captivis & servilibus dato Cantabris, ex odio majore gentis, quæ duritie sua tot annos Romanos exercitus fatigârit; altera ab elementaria subtractione, quid videlicet cantabrum dictum sit, quasi canabrum, à caninis pultibus, quæ fere fiunt è furfuribus & frumenti variis purgamentis. Quibus adde illa Iuvenalis:

——— Cum possis honestius illic
Et tremere, & sordes farris mordere canini.

Cantabrum designare, ut etiam censuit antiqvus Glossator, qvi adjecit, panem sordidum canum esse. Pacuvius: *Qui apud te quasi servus est caniceum panem.* Festus: *Canicæ furfures de farre à cibo canum vocatæ.* Varro quoq; panem ex hordeo confectum canibus esse dandum voluit *lib. 2. de re rust.* & in Satyra quadam caninum prandium obscure alioque sensu posuit, quod declarat Gellius *libr. 13. noct. Attic. c. 29.* Nec aliud sibi voluit Phœdrus *libr. 4. fabul.*

Canes legatos olim misêre ad Iovem,
Melioris vitæ tempus oratum suæ
Vt sese abriperet hominum contumeliis
Furfuribus sibi conspersum quod panem
darent, &c.

Nec aliò forsan respexit Suetonius Nerone *cap. 99.* *Panem quidem sordidum oblatum aspernatus est.* Dicitur & panis gregarius, ἀγελαῖος, ῥυπαρός: Festo acerosus ἀχυρώδης; qvi utique vulgaris ex materia crassiore, servis aliisque tenuioris fortunæ solebat dari. Imo & qvoad etymon, videndum est, an huic pani dederit nomen Cantaber, cujus hoc elogium expressit Silius Italicus *libr. 3.*

Cantaber ante omnes hyemisque, æstusque famisq;

Invi-

Invictus, palmamque ex omni ferre labore. Nimirum bellicosum & asperum populũ, non alia videtur decuisse panis ratio, quam expedita hæc & parvo parabilis. Adhibe hic etiam Clau. Dausqueium Sanctomarium *in Comment.pag.127.* Hujusmodi ergo panis objectus canibus, & propositus servis, quos jus nostrum civile quadrupedibus æquiparasse, vel pueris notum est. Hesiodus vero servo aranti tribuendum esse monet, ἄρτον τετράτρυφον ϰ̀ ὀκτάβλωμον. Quomodo adhuc in Phrysia atro & secundario pani, ex secale sive secla, de qua Plinius *lib.*18.*c.16.* addere solent rustici tertiam, aliquando etiam dimidiam farinæ fabarum partem, quem exhibent in pastum robustioribus operariis, polyphagis, propter gravem & adsiduum laborem. Erat & aliud panis genus nomine Selene, à forma Lunæ cornicularis. Sic porro in Hetruria fuit oppidum, portu nobile, cujus nomen Luna. Hinc Lunensis Caseus ab ea urbe nomen accepit. Quod casei genus sola magnitudine fuit laudatum, ut quo librarum mille pondus nonnunquam æquaret. Plin. *lib.* 11 *cap.* 42. Vnde inter servorum obsonia refertur à Martiale, poeta festivissimo *lib.14.epigram.*

Caseus Hetruscæ signatus imagine Lunæ
Præstabit pueris, prandia mille tuis.

18 Sicut porro † Eretria, Eubœæ civitas, & Lesbos candidæ farinæ nomine valde fuerunt celebratæ, teste Cælio Rhodigino *lib.5. lection. antiquar. cap.31. mihi pag.*235. Ita etiam farinæ † species præstantiores feruntur Pollis ex tritico, & flos ex siligine. Vnde triticum Homerus vocat medullam hominum, *inf. num.27.* Interest autem inter similaginem sive similam & pollinem hoc; quod similago cribro tenuissimo à polline cernebatur, ita ut ex polline restante secundariam veluti similam elicerent, & crassiorem rursus pollinem à furfuribus laxiore incerniculo secernerent, testibus Guiliel. Budæo de Asse *lib.5. mihi pag.597.* Mario Grapaldo *lib.2.c.3.& 11.* Matthæo Radero *in comment. ad Martialem, libro decimotertio, epigr.10.pagin.*848. Ioann. Bruyerino, *lib.5.cap.7.& supra quæst. 2. num.51. hac quæst. num.67.* Quo respicit Plinius *d.libr.18.cap.10. Similago ex tritico fit laudatissima.* Græci dicunt σεμιδαλίτην. Athenæus: φιλιστίων δὲ ὁ λοκρὸς τῶν χονδειτῶν τοὺς σεμιδαλίτας πρὸς ἰσχὺν φησὶ μᾶλλον πεφυκέναι. μεθ' οὓς τοὺς χονδρείτας τίθησιν, εἶτα τοὺς ἀλευρείτας. Panis similagineus dicitur quoque siligineus, σιλιγνίτης, non Græco nomine (si Galeno credimus) Græcis dictus: qui ex purissima farinæ parte paratur, furfuribus & excrementis caret, nomenque arcessit sive à siligine tritici, sive à tenuissima farinæ parte. Plinius *d.lib.18.cap.8. Siliginem dixerim propriè tritici delitias. Et c.11. Summa laus siliginis bonitate & cribri tenuitate constat.* Et Seneca in epist. ad Lucilium, idcirco optimum hinc panem confici innuit his verbis: *Malum panem exspecta, bonus fiet; etiam illum tene tibi & siliginem fames reddet.* Propius accedit Celsus *libr.2.c.17. Ex tritico firmissima siligo, deinde simila, deinde cui nihil ademptum est, quod αὐτόπυρον Græci vocant.* Αὐτόπυρος verò panis, quod αὐτὸς ὁ πυρός, ut scribit idem Galenus *de aliment. facult.* Athenæo dicitur αὐτοπυρείτης, ξυρεπυρείτης & πύρειος non ab igne (quamvis repugnet Contarenus sup.q.2. n.23.) nomen accepisse videtur, sed à tritico, quod Græcis πυρός. Idem συγκομιστὸς audit apud Deipnosophistam quasi *Confusaneam* dixeris, quod partes omnes

omnes tritici recipiat minime caſtratus: ἀλευρεῖς aliis, qvod ex farina fiat, additqve idem Athenæus: οὗτοι πολιτροφώτεροι εἶναι δοκοῦσι. Adjicio † & alium elegantiſſimum locum ex præcitato Victore Epiſcopo Uticenſi (qvi circa annum Domini 430. vixit,) *de perſecut. Africæ lib. 1. Cui*, inqvit, *Comes Sebaſtianus rem inveniens miram, multisq́; neceſſariam, pro tempore acute reſpondit: Quæſo Domine Rex, ut nunc panis mundiſſimus atq́; ſimilagineus adferatur. Qui (cum ignoraſſet Genſerychus Sebaſtiani victoriam) illico juſſit afferri. Apprehendens itaque Sebaſtianus mundiſſimum panem, ita affatus eſt: Hic panis ut ad tantum decorem ſplendoris veniret, & menſæ regiæ neceſſarius haberetur, diſcuſſa ſpuria furfuris, ex maſſa ſimilaginis conſperſus, per aquam tranſivit & ignem. Idcirco & aſpectu clarus, & eſu ſuavis habetur. Ita & ego mola catholicæ matris commolitus, & cribro examinationis & ſimila munda purgatus, rigatus ſum aqua baptiſmatis, & igne Sancti Spiritus coctus. Et ut hic panis de furno: ita & ego pro officio Sacramentorum divinorum, artifice DEO, Dei de fonte mundus adſcendi. Sed fac ſi velis, quod ipſe propono. Iſte panis confringatur in fruſtra, madidedur aqua, & iterum conſpergatur, mittaturq́; in furnum, ſi melior exierit, faciam quod hortaris.* Patere inſuper, lector humaniſſime, ut ad communem Germanorum laudem ex Felice Fabro, Monacho Dominicano Vlmenſe, fideliſſimo ſcriptore, qvi ante annos CXXII, vixit, hactenus nactus paucos laudatores, ſed plurimos exſcriptores, hoc etiam veluti auctarium adjiciam & inſeram: *Cum hac divina* (ait ille) *imprimendi libros arte, etiam uſuales ſunt melioratæ; ut fabrilis in omni metallo, in omni ligno, & in omni materia: in quibus Teutonici adeo induſtrii ſunt, ut per orbem fulgeant illorum labores &c. Et ne longius his immorer, Italia omnium totius orbis regionum celeberrima, frumento repleta, panem delicatum, ſanum & delectabilem non habet, niſi à piſtore Teutonico coctum; qui arte & induſtrioſo labore ignem domat, calorem temperat, farinam æquat, ut levis, tenuis & delicatus panis fiat: quem ſi Italicus coquat, ponderoſus, compreſſus, inſanus & inſipidus creatur. Unde Dominus Apoſtolicus, & quique magni terrarum Prælati, Reges, Princeps & Domini, panem vel raro manducant, niſi Teutonica arte confectum. Non ſolum autem noſtrum uſualem panem bene percoquunt, ſed paximacios vel bis coctos pro cibo marino vel bellico adeo artificialiter parant, ut Domini Venetiani in publicis furnariis paximacios non niſi Teutonicos habeant, & coctos longe lateque per Illyricum, Macedoniam, Helleſpontum, Græciam, Syriam, Ægyptum, Libyam, Mauritaniam, Galliam, & uſque ad Orcades Inſulas & Britannicas, ac ad Germanicos portus circumferant ſuis marinariis commedendos, vel alienis vendendos, &c.* Hactenus ille *lib. 2. hiſt. Suev.* Confer qvæ indicavi *ſup. quæſt. 2. num. 23.* Recte autem monet de panis diſcrimine: craſſior enim & qvivis ex omnibus difficilis eſt percoctionis, caro non item, ut probat Cælius Rhodiginus *lib. 9. antiq. lection. cap. 17.* Ab illo ergo nimium ſumto abſtinendum eſt & præcavendum. Idem obiter videndus *libr. 30. cap. 25.* ubi in cauſas inqvirit, cur oleum vetus efficiatur candidius, qvàm recens, ſicuti item frigidi panes qvare albiores cernantur, qvam calidi? Neque prætermittendum ordinarios ſeu publicos piſtores, dum urbis annonæ ſerviunt, pagorumve ruſticorum in pane albo

conflando, prodesse Reipublicæ non minimum: eoque Andium ac Nivernensium in Gallia moribus nec bannaria Dominici Pistrini seu molendini lege obligari, nisi ex cujus farina primarius panis commode possit adparari. Sicuti enim Molæ quondam aliæ fuerunt oleariæ, punicæ, fabariæ, frumentariæ, quarum varii Autores meminerunt: ita inter frumentarias existunt nonnullæ candidi panis farinæ aptiores: Omnium autem purissimus est saluberrimusque humano corpori candidus panis, qui ex triticeo genere conficitur, post Galenum & eumdem Celsum adfirmante Renato Choppino *ad leges Andium libro 1. capit. 18. numero 3.* Sed ut nonnihil juridici liquoris, farinæ ulterius nostræ admisceamus; non incommode hic attingitur illa quæstio; An stante † statuto, quod creditor præferri debeat in re propria, illud etiam procedat in farina redacta ex frumento vendito? Et quidem adfirmative eam resolvit Ioannes Petrus Surdus decisione 138. eo potissimum usus fundamento; quod eadem est ratio in materiato, quæ est in materia; unde si statutum prohibet vendi frumentum extra territorium, censetur etiam prohibere farinam, *Felin. in c. ad liberandum. col. 2. extra. de Iudæis. Robert. Maranta in speculo. part. 2. numer. 19. & 20.* Ac quamvis Guido de Suzaria *in l. si convenerit. §. si quis. ff. de pign. act.* Albertus de Gandino *tractat. de maleficiis titul. de rebus non portand. contra devetum. num. 4. & seq.* ac Nicol. Vigelius *in method. juris controversi lib. 3. cap. 10. reg. 107. except.*

21

4. Voluerint statutum, quod dicit, non posse frumentum extrahi de civitate, non comprehendere farinam; quia scilicet digressio de materia in materiam mutet formam rei, & faciat rem aliam censeri: Tamen eorum opinio reprobatur; ne legi fiat fraus de re ad rem, quæ non permittitur. Bartol. *in l. quæsitum. 78. §. illud. numer. 1. ff. de lega. 3.* Bald. & Iason *in l. non dubium. C. de legib.* Bertachin. *in tract. de Gabellis 2. part. 8. part. num. 12.* Iohann Franc. à Ripa *tract. de peste. tit. de remed. ad conserv. ubert. num. 42. & 10. seq.* Alexand. *consil. 130. incip. super eo de quo quæritur an fideles. col. 1. vol. 6.* Guido Papa *in quæstione 373.* ubi dicit, Pluries per Parlament. Delphinat. IUDICATUM fuisse, ref. Nicol. Boerio. *decis. 177. numer. 2. & 5.* Petrus Rebuffus *in l. nominis. 6. ff. de verb. signif.* Clarus §. *fin. quæst. 82. statuto 7. num. 6.* Hieronym. à Laurentiis *decis. 96. num. 3. & 4.* Tertio opus † erat ὑπέροις, *hoc est*, PISTILLIS, quibus frumenta in pila tunderentur & contererentur, de quibus Plautus Aulularia *actus 1. scena 2.*

22

Cultrum, securim, pistillum, mortarium
Quæ utenda vasa semper vicini rogant.

Columella: *In mordarium novum aut bene emundatum conjicito, pistillis conterito.* Cœlius Symphosius *ænigmate 86.*

Contero cuncta simul virtutis robore magno,
Vna mihi cervix, capitum sed forma duorũ,
Pro pedibus caput est, nam cætera corpora non sunt.

Eratq; horum pistillorum † non solum ima pars glabra & obtusa; sicut patet ex proverbiis inde natis, pistillo calvior, pistillo nudior. Erasm. *in Adagiis Chiliad. 3. cent. 6. adagio 21. & Chiliad. 4. cent. 3. adagio 48. & 49.* Sed & ipsa pistilla † pro duritie frumentorum fiebant, ut colligitur ex Plinio *d. lib. 18. cap. 10. Pistura*, ait, *non omnium facilis, quippe ex Hetruria spicam farris tosti pinsente pilo præferrato, fistula serrata, & stella intus denticulata, ut nisi intenti pinsant,*

23

24

con-

concidantur grana, ferroq; frangantur. Etsi vero mos ille pinsendi in desuetudinē nunc abiit, pistilla tamen manserunt, eorumque in officinis ferrariis, monetariis & alibi magnus adhuc est usus. Mentio pistilli quoque fit in ludicro illo testamento Grunii Porcelli, cujus meminit D. Hieronymus ad Eustochium: *Nec nominando Coco DO, LEGO ac dimitto, popam & pistillum, quæ mecum detuleram à querceto usq; ad haram.* Qui porro far aut frumenta ita in pilis sive concavis vasis per pistilla pinsebant & contundebant, vel seqq. temporibus molis versatilibus trusatilibusve frangebant, initio 25 † Latinis Pinsores & Pisones, Plinius *lib. 18. c. 3.* Alex. ab Alexandro *lib. 1. c. 9. in pr. & lib. 3. c. 11.* deinceps PISTORES, (quasi finsores; à findendis granis, ut placet Isidoro *lib. 15. etymolog. c. 6.*) Imo & Pistrinarii *l. 1. §. si quis servum. ff. depositi.* Græcis vero οἱ ἀρτόποιοι vocabantur, quorum præter ICtum *in l. quæsitum. 12. §. Trebatius 5. & l. si ita 15. ff. de fundo instructo & instrum. leg.* & Lucam de Penna *in l. maximarum. n. 2. C. de excusat. mun. lib. 10. & in Rub. C. de pistorib. lib. 11.* meminit etiam Varro *in Taphemenippo* his verbis: *Nec pinsorem ullum, nisi eum, qui in pistrino pinseret farinam.* Nec non *lib. 1. de vita pop. Romani. Nec Pistoris nomen erat, nisi ei, qui ruri far pinsebat.* Martialis *lib. 8. in Cyperum pistorem, Epigrammate 16.*

Pistor qui fueras diu, Cipere,
Nunc causas agis, & ducenta quæris,
Sed consumis, & usq; mutuaris,
A pistore, Cypere, non recedis,
Et panem facis, & facis farinam.

Lucanus *in Panegyr. ad Calpurnium Pisonem pag. 117.*

Claraq; Pisonis tulerit cognomina prima
Humida callosa cum pinseret hordea dextra

Cicero in L. Pisonem: *Pistor domi nullus, nulla cupa: panis & vinum à propola atque de cupa.* Servius *in libr. 2. Æneidos: Quia apud majores nostros molarum non erat usus, frumenta torrebant, & ea in pilas missa pinsebant, & hoc erat genus molendi, unde & Pinsores dicti sunt, qui nunc Pistores.* Glossæ veteres: Ἀρτόποιος, pistor, panificus, ἀρτοπώλης Panarius. Quod nomen deinceps ad illas quoque est translatum, qui subacta farina panem conficiebant, ut indicat modo allegatus locus Poetæ Hispani, & docent Polydor. Virgilius *de invent. rer. lib. 3. cap. 2.* & Cujacius *libr. 16. observation. caput. 5. in princip.* Quos ideo quoque cum Luciano, τέχνην ἔχοντες ἄρτους πέττειν vocare licebit. Vide quæ scribit Andreas Tiraquellus *in Commentar. de Nobilitat. cap. 34.* & utriusque operis conjuncti, (quod in conficiendi pollinis cura ac panis excoctione consistebat, *argum. l. 12. C. de excus. tut.*) & à pistore molitoreque peracti rationem ad Varronem *lib. 1. de LL.* exsecutum sese scribit Vertranius *tract. de jure liberor. c. 28.* Quamquam illi ipsi † pistores Romæ non fuerunt ad Persicum 26 usque bellum, annis ab urbe condita fere sexcentis, ut auctores sunt Plin. *lib. 18. c.* Alex. ab Alex. *lib. 3. genial. dier. c. 11. mihi pag. 132. in fin.* & Ioan. Rosin. *lib. 1. antiq. Rom. c. 14. in fin.* Vide etiam Pol. Virgiliū *lib. 9. de rer. invent. c. 2.* Stuckium *lib. 2. antiq. conviv. c. 13.* quos citat & eorum ductum sequitur Nic. Bellus *lib. 2. de stat. civ. disc. 54.* nimirum vigente adhuc sæculi severitate, de qua ICtus *in l. 3. §. 5. D. de sup. leg.* & quando idem erat pistor, qui & coquus teste Alex. ab Alexand. *d. lib. 3. genial. dier. c. 11. in f. n. 34.* & Ovidio *l. 6. fast. Sola prius furnis torrebant farra coloni &c.* Scribit tamen idem Plin. *eod. lib. c. 11.* apud

27 † priscos Romanos præcipue mulierum opus fuisse, vel fruges molere, vel panem cōficere, quod etiam innuit Vlpianus *in dict. l. quæsitum. 12. §. Trebatius. 5. & 6.* ubi Gothof. *cum l. 15. in pr. ff. de fund. inst. & instrum. legato. sup. q. 2. n. 25.* Alexand. ab Alexand. *d. cap. 11.* Sic legitur apud Samuelem: Filias qvoqve vestras faciet sibi ungventarias & focarias & panificas, 1. *Sam. sive 1. Regum cap. 8. vers. 13.* Hebraicus textus ita sonat, tonatque de Principis sive jure sive tyrannide: וְאֶת־בְּנוֹתֵיכֶם יִקָּח לְרַקָּחוֹת וּלְטַבָּחוֹת וּלְאֹפוֹת Latine hoc modo Arias Montan. reddidit: Et filias vestras capiet pigmentarias, & in coquinarias & in pistrices. In novo quoque testamento D. Lucas *cap. 17.* Δύο ἔσονται ἀλήθουσαι ἐπὶ τὸ αὐτό. ἡ μία παραληφθήσεται, καὶ ἡ ἑτέρα ἀφεθήσεται. *hoc est: Duæ erunt molentes simul, una adsumetur, & altera relinquetur.* Vidit hoc etiam Sebaldus Mollerus, dum ita scribit: Ferner müste erzehlet werden / wie Brodtbacken hernacher Weiberarbeit gewest / und wie vieler Königen und Fürsten Frauen sind gewesen / die das Brodt jhren Herren selbst zugerichtet und gebacken haben / welches auß dem Exempel Perdicæ zu sehen: Wie dann auch noch / daß die Frauen das Brodt auff den Kauff backen / zu jetzigen unsern Zeiten in vornehmen Städten im Gebrauch ist / als zur Wilda / Gradua / Posen / Geisen / Bramburg / fürnemlich aber in Portugal ist den Frauen ein sonderlich Privilegium von der Obrigkeit / daß sie alleine das Brodt auff den Kauff backen mögen / gegeben / und solches vornemlich darumb / weil vermerckt / und in Erkundigung gebracht / daß der Armuht und dem gemeinen Nutz darmit gedienet / und in viel Wege zuträglich ist. Ita ille in libello Germanico, *cui tit. præfixit:* Bericht vom Brodtbacken / *pag. 4.* Apertissime vero ex antiqvis hoc indicat Homerus Odyss. *υ vers. 20. cum sequentibus*, ubi ita infit:

Φήμην δ' ἐξ οἴκοιο γυνὴ προέηκεν ἀλετρὶς
Πλησίον ἔνθ' ἄρα οἱ μύλαι εἵατο ποιμένι λαῶν.
Τῇσιν δώδεκα πᾶσαι ἐπερρώοντο γυναῖκες,
Ἄλφιτα τεύχουσαι καὶ ἀλείατα, μυελὸν ἀνδρῶν.
Αἱ μὲν ἄρ' ἄλλαι εὗδον, ἐπεὶ κατὰ πυρὸν ἄλεσσαν.
Ἡ δὲ μί' οὔπω παύετ', ἀφαυροτάτη δ' ἐτέτυκτο.

Hoc est:

Iuxta famulam hanc prodigii conjectricem:
Vocem autem è domo mulier præmisit molendinaria
Prope illic utique ei molæ erant pastori populorum.
His autem duodecim omnes versabantur mulieres
Farinas hordeaceas conficientes & triticeas medullam virorum.
Illæ quidem aliæ dormiebant, postquam triticum moluerant.
Hæc autem una nondum cessarat: debilissima autem facta est.
Hæc igitur mola stabilita verbum dixit, &c.

Mulieres præterea inde μυλωθρίδες & Panificæ, item Pistrices dicebantur, ut ipsa factura Panificium: sicuti etiam fœminas istas, quæ panem coquebant, Panicoctarias adpellat S. Petrus Chrysologus *serm. 99.* Varro *lib. 4. de lingua latina: Panis, quod primo figuras faciebant mulieres in panificio panis.* Quò pertinet Lucilii versiculus, quem citat ibidem:

Pistricem validam si nummi suppeditabunt.

Qui non de mola, sed de fœmina pistrice intelligendus. Plautus etiam eò respexit in Merc. *act. 2 sc. 3.* ubi de officiis ancillarū ait:

Nil

Nli opus nobis ancillæ nisi quæ texat, quæ molat
Lignum cædat, pensum faciat, ædes verrat, vapulet,
Quæque habeat quotidianum familiæ coctum cibum.

Quemadmodum easdem quoqve inprimis in opus salinarum damnatas fuisse testatur Cujacius *lib. 3. observat. cap. 3. sup. quæst. 1. n. 59.* ut non citra rationem scripserit D. Waremundus de Erenberg *in libello de Regni subsid. ac oner. subditor. cap. 9. num. 20.* Omni sæculo, & in qualibet Monarchia nihil usitatius fuisse, quam ut fœminæ ex subditis in focarias, ungventarias & panificas eligerentur. Vnde & Olaus Magnus ait: *Omnium tamen harum frugum utrobiq; usus est. Sed diligenter siliginis præparatio apud Sueones sive Sueos, quorũ fœminæ ita noverunt purgare siliginem, ut colore, sapore, ac sanitate exsuperet frumenti bonitatem, in histor. gent. septent. lib. 13. epit. pag. 303.* Quemadmodum quoque villam ipsam servabant ac custodiebant mulieres, ne quid vicini rerum, quæ villa continebantur, occuparent. *arg. d. l. 12. §. 35. l. 15. §. 2. D. de instr. leg.* Et Xenohon in expeditione Cyri Minoris, ὑδροφορούσας γυναῖκας *hoc est*, mulieres aquam gerentes, dixit *lib. 4.* Iulius Pollux, σκαφηφέρος οὕτω δὲ τοὺς μετοίκους ὠνόμαζον, καὶ τὰς γυναῖκας αὐτῶν ὑδροφόρους, ἀπὸ τοῦ ἔργου ἑκατέρους: *hoc est*, inquilinos scaphigerulos, & mulieres eorum aquigerulas vocabant, utrosque scilicet ab officio nominantes *lib. 3. cap. 4.* Non frustra autem addidi, præcipue mulierum opus fuisse, panem conficere. Nam 28 † & ad servos illud pertinuisse, colligitur ex responso Iavoleni *in l. penultim. ubi Donellus notat. D. de rebus dubiis.* Laurentii Pignorii *tract. de servis pag. 50. 51. 254. 255.* & historia Eutropii *l. 15. rer. Roma inf. quæ. 44. n...* Magis omnium deniq; ridiculum est, fodere, sarcire, (cum potius aliarum fœminarum quasi propriũ sit Garrire) arare & serere mulieres Callaicas. Easdem lignũ, & quod mireris, recentes à partu. Posidonius: Ἴδιον δὲ φάσι καὶ τοῦτο παρ᾽ αὐτοῖς εἶναι. Αἱ γυναῖκες ἅμα ἐργαζόμεναι τίκτουσι, καὶ τὸ παιδίον ὕδατι περικλύσασαι παραχρῆμα σκάπτουσι καὶ σκάλλουσι. *i. e.* hoc iis peculiare dicunt esse: Mulieres terram exercentes pariunt, fœtumque ubi aqua perfuderint, illico fodiunt, sarriuntq;. Strabo *lib. 3.* Artabris, ubi idem tribuit, subnectit: Κοινὰ δὲ καὶ ταῦτα πρὸς τὰ Κελτικὰ ἔθνη, καὶ τὰ Θρακικὰ, καὶ Σκυτικὰ κοινὰ δὲ καὶ πρὸς ἀνδρείαν τήν τε τῶν ἀνδρῶν, καὶ τὴν τῶν γυναικῶν: γεωργοῦσι γὰρ αὗται, τεκοῦσαί τε διακονοῦσι τοῖς ἀνδράσιν ἐκείνους ἀνθ᾽ ἑαυτῶν κατακλίνασαι. *h. e.* Hæc Artabris cum Celtis, Thracibus, Scythisq; communia sunt; communia virilis, muliebrisq; virtutis: ipsæ namq; terram excolunt, & simul pepererint, viris inserviunt, illosque vicem suam in lectum reclinant. Addit alia, laudatq; Posidonium. Eum morem etiam aliis gentibus usitatum fuisse, Apollonius scribit in Argonautico carmin. *lib. 2.* ubi de Tibarinis Asiæ populis sic meminit: (γυναῖκες

Ἔνθ᾽ ἐπεὶ ἄρκε τέκωνται ὑπ᾽ ἀνδράσι τέκνα
Αὐτοὶ μὲν στενάχουσιν ἐνὶ λεχέεσσι πεσόντες
Κράατα δησάμενοι. ταὶ δ᾽ εὖ κομέουσιν ἐδωδῇ
Ἀνέρας ἠδὲ λοετρὰ λεχώϊα τοῖσι πένονται.

Quomodo inversum quoq; Helvetiorum morem, in causa parum dissimili, Euphormio sive Iohannes Barclaius perstringit, verbis sane elegantissimis: *Stabat ad vicini ostiolum bos, tum diffusa cornuum proceritate, tum eximia corporis magnitudine præstans, quam ipse dominus in tripodem sedens fœdissime,* (quia fœdum gentibus aliis

aliis virorum officium) *emulgebat, cantu etiam quodammodo triti uberis liberalitatem provocans. Non tuli hanc virilis conditionis infamiam, & raptim exiguam molem in ſpurciſſimum caput miſi &c.* quæ ſeqvuntur *part. 1. ſaty p.m. 164. uſq. ad* 177.

Num vero † piſtorio inſtrumento legato & ipſi inſunt piſtores? Reſpondeo, eos ineſſe videri poſſe, ſi paterfamilias piſtrinū exercuerit; nam plurimum intereſt, inſtrumentum piſtoribus, an piſtrino paratum ſit. *l. cum de lanionis.* 18. §. *1. D. de fundo inſtr. & inſtrum. legat. inf. quæſt. 26. n. 15.* Meierus in colleg. Argent. *ad d. tit. th. 18. n. 10. allegans Menoch.* 4. *præſumt.* 154. *n. 21. ac* 7. *ſeqq.* Sub nomine porro † piſtorum comprehenduntur etiam piſtores Dulciarii, Placentarii, Lactarii, Libarii, Cruſtularii; qui ut Lucianus, Apulejus *lib. 10. Metam.* Cicero *pro S. Roſc. Amer.* Iulius Firmicus *Aſtronom. lib.* 8. *c.* 2. Vegetius *l. 1. c.* 7. & ibi Godeſch. Stevvechius *in comment. mihi p.* 15. Seneca *epiſt.* 56. tradiderunt, μελίπηκτα, *h. e.* mellita cibaria & bellaria conficiebant; quorum figuræ erant infinitæ, ut placentæ, ſcriblitæ, cruſtula, lucunculi, hami, lacertuli, liba, aliaque plurima. Iſaac. Cauſabon. *ad Sueton. lib. 2. c. 4. mihi pag.* 28. Ioan. à Wouvvern. *in Notis ad Minucium Felicē mihi pag. 29.* Laur. Pignorius *d. comment. pag. 50. 51. 52.* Theoph. de Pega *d. ſyllog. an hoſtia panis. pag. 12. cumq. ſeqq. ſup. quæſt. 2. num. ult.* Adr. Turnebus *lib. 18. adverſ. cap. 20.* Melch. de la Cerda *vol. 1. camp. eloq. pag. 502* Eorumque piſtorum plurimos Heliogabalum habuiſſe teſtis eſt Lampridius, ex quo retulit Budæus *de Aſſe lib. 5. mihi pag. 599.* & Dulciariorum variorum adparatus leges apud Apicium *libr. 7. cap. 11.* maximè Cœlium Rhodiginum *dict. libr. 9. antiq. lection. cap. 16. per tot.* Martialis deinde *in Apophoretis. 192.* ubi vide Raderi *comment. pag. 1067. 1068.*

Mille tibi dulces operum manus iſta figuras
Extruet, huic uni parca laborat apis.

Idem ibidem 193.

Surgite, jam vendit pueris jentacula piſtor.

Et Manilius *lib.* 5. in genitura piſtoris:

Atq. unum genus in multas variare figuras.

Illos † ipſos quoque piſtores conviciari ſe invicem ſolitos fuiſſe, fore ob lucrum præreptum, ſatis innuit Pindarus, dum inquit: Ἐλέγχ᾽ ἐλέγχυ λοιδορεῖσθ᾽ δ᾽ οὐ πρέπει ἄνδρας φιλοσόφυς, ὥσπερ ἀρτοπώλιδας, hoc eſt, *Reprehende, & viciſſim reprehendi te ſine, conviciari verò viros philoſophicos veluti piſtores, non decet.* Nec mariti tantum inter ſe, ſed eorum & uxores. Vnde Bacchus apud Ariſtophan. Ran. *act. 3. ſc. 2.* ita concertantes Euripidem & Æſchylum introducit:

ΔΙ. Σὺ δὲ μὴ πρὸς ὀργὴν Αἰσχύλ᾽ ἀλλὰ πρᾳόνως
Ἔλεγχ᾽ ἐλέγχυς· λοιδορεῖσθ᾽ δ᾽ ὐ πρέπει
Ἄνδρας ποιητὰς ὥσπερ ἀρτοπώλιδας
Σὺ δ᾽ εὐθὺς ὥσπερ πρῖνος ἐμπρησθεὶς βοᾷς.
ΕΥ. Ἕτοιμός εἰμ᾽ ἔγωγε, κὐκ ἀνασύομαι
Δάκνειν (δάκνεσθαι πρότερος εἰ τύτῳ δοκεῖ)
Τἄπη τὰ μέλη, τὰ νεῦρα τῆς τραγῳδίας.

Verſio Nicodemi Friſchlini hæc eſt:

Tu verò Æſchyle, ne iracunde ſed leniter
Refelle objecta. Non enim bonos decet
Poetas, ceu piſtorum uxores, invicem
Convitiari. Tu velut ilex clamitas,
Quæ igni crepitat. EVR. Nulla in me mora,
neque ab uno
Mordere (ſiquidem huic priori morderi lubet)
Numeros, modos & nervos in Tragædia.

Illud modò dolendum Romæ præmia deſiiſſe, & ipſos Poetas olim quoque balnearios, piſtores ac præcones fieri neceſſitate coactos fuiſſe. Vide Matth. Raderi com-

comment. ad Martial. lib. 1. epig. 29. pag. 269. Iuvenalis accedit testis *Satyr. 7.*

———cum jam celebres notiq; Poetæ
Balneolum Gabiis Romæ conducere furnos
Tentarent: nec fœdum alii, nec turpe putarent
Præcones fieri, &c.———

Nec sine causa indignè tulit Pindarus, viros Philosophos se maledictis lacerare aut convitiorum claustra regerere: quod omni, eheu! sectæ hodie nimis frequens. Vnde Ios. Scaligeri elegantissimi sunt nati Iambi:

Quo te ambulando cumq; vertis gentium,
Vitare non est disputatorum genus;
Pugnax, protervum, fastuosum, garrulum,
Quos pacis hostes ultima hæc ætas tulit,
Qui nocte lucem, nigra vertunt candidis:
Et quæstionum tristitate condiunt
Natas usum veritatis literas.
Hos nec decorum est, nec tutum refellere.
Tali hoste victo, quis triumphus te manet?
Luctante eodem pugna gliscit acrior,
Nec dignitatem fronte ferrea pudor
Expressus auget; claritatem nec dabit
Extorta rixis veritas. In jurgiis
Vicisse nolle, cum queas, victoria est.

Sic Sillographos scriptores quosdam maledicos adpellat Ammianus Marcellinus *libr. 22.* Suidas Σίλλος ὁ μῶμος, καὶ ἡ κακολογία, καὶ ὁ χλευασμὸς, καὶ ὁ ταῦτα γράφων, σιλλογράφος. Sophistas quoque contentiosos, rixosos, litigatores furiosos, maledicentissimos & in convitiando exercitatos exstitisse multis confirmat Ludovicus Cresollius in absolutissimo treatro veterum Rhetorum, &c. *lib. 2. cap. 3. lib. 5. cap. 12.*

Theologi etiam interdum linguosiores æquo hoc notent; quorum multi cicadam ala corripiunt & se invicem scriptis carminibusq; chartis exagitant atq; proscindunt, contra constitutionem imperii sub Karulo V. latam in comitiis de An. 1530. §. Wir haben uns darauff/ in verbis was disputirliche Sachen/ sich derselben zu predigen und zu lehren endhalten: & multo magis à conviitiis, injuriis & execrationibus ut abstineant omnino cautum est in Recessibus de An. eod. §. Wir haben uns in fine, darzu schimpffirens/ schmähens & §. und damit solches in verb. oder verachten; & quidē sub hoc cauterio, ut contra secus facientes in Camera ex illa constitutione Religionis (cujus velut publici turbatores existunt) paratum auxilium sit, juxta Petrum Friderum, Springerum seu Syringum & Franc. Herculē, quos allegat. Quirinus Kubachius *in jurisprud. German. publ. lib. 1. cap. 7. nu. 16. & 17.* adde Iohan. Norderman. *disc. de jure princ. thes. 30.* Et rectè. Servum namq; Domini non oportet litigare, sed esse mitē ad omnes, docibilem, in modestia corripientem diversum sentientes, inquit præcipitq; B. Augustinus *ad Petilian.* Veteribus sanè debetur reverentia, quos præter eruditionem & eloquentiam vitæ quoque commendat sanctimonia. Nunc verò quoties contra factum intelligimus, ut potius in DEI injuria benigni sint & in suis contumeliis exerceant odia, dicente D. Hieronymo *l. 3. sup. Matth.* De quo inveterato morbo ita etiā Eusebius: Inter nos (inquit) petulantibus linguis, tanquā mutuis armis obpugnare & casu aliquando verborum contumeias velut hastas, ἀρχόντων καὶ ἄρχουσι προσρηγνύντων, præsides ecclesiarū, alterius vires infringere & populus in populū seditionem concitare, ὅτε, δοκοῦντες ἡμῶν ποίμενες & pastores nostri depulsa repudiataq; pietatis regula, dissidio & contentione inter se exardescere, αὐτὰ δὴ ταῦτα μονά, quin etiam nullas alias res præterquam discordias, minas, æmulationē, & inimicitias,

&

& odium inter ipsos mutuo adaugere, & τὰς φιλαρχίας, tyrannorum more principatum obtinere. *lib.* 8. *hist. eccl. cap.* 1. *&* 2. refer. Phil. Mornayo *in hist. Papat. seu mysterio iniquit. p. m.* 38. Qua de re plenius declamantes lege alios. Sed quid de nostris etiam Iurisconsultis dicendum? quorum rixæ etiam ad inhumanitatem verborum descenderunt, nostro sibi sæculo scuticam flagellumque minantium. Verum quid præter alios effecerunt Cujacius & Robertus? quid profuit ipsis χαριεντίζεσθαι & γεφυρίζειν? idem ferè præmium retulerunt, quod Menalias & Damætas apud Virgilium 3. *Eclog.* quod repetit Ianus Langlæus *lib.* 5. *semest. cap.* 4. *in fin.* Penè omiseram tabulas istas forenses, Procuratores & Advocatos, qui non rationibus sed probris certant, contra *l.* 6. *§.* 1. *Cod. de postulan. cap.* 2. *vers. item si quis.* 3. *quæst.* 7. eosque graphicè describunt illi, quos adduxi *supr. quæst.* 2. *num.* 77. Abiit deniq; in sectas Medicina, magis etiam pervicaces, quod illis non in gloriam tantum fama, sed & in opes quæratur; & vix unquam ludicrum aut ad solam voluptatem in ea arte certamen sit, ægris quodcunque isti malè senserint inmerita calamitate luentibus, qui aliàs præcocia fata saluberrima ratione morari deberent. Veluti apud Plinium legitur: Medicos animas negotiari; ἐργάζεσθαι seu πραγματεύεσθαι ψυχάς, Græci dicunt. Sed qui non in quacunque professione hoc morbo ac malo laborat? Magni nexus inter omnis eruditionis partes sunt; & affectus qui rerum istarum peritos exercent, sæpè cadunt in quaslibet Musarum disciplinas; maximè illa consuetudo literarias lites, ac penè odia, agitandi. Quod enim in Rerumpublicarum partibus ambitio & invidia nocent, hoc eædem pestes in literarum imperio tentant, maledictis & calumnia; quæ hodie pro telis clypeisq; eruditorum furori & inermi discordiæ, ministrant. Imò nullas æque infestas hominibus bestias, ut sunt sibi ferales plerique Christianorum experimur in universum omnes, dicente Ammiano Marcellino *lib.* 22. *ubi Lindenbrog. pag.* 107. 125. Argute igitur, ut solet Frider. Taubmannus alicubi lusit:

Mordere sese litteratos acrius
Miraris? Atqui è dentibus serpentium
Natæ fuerunt, ô Adame, litteræ.

Vt verò de his finem faciam querelis & benevolus Lector adhuc plenius intelligat, quid olim præstiterint isti Pistores, (qui proprium † forum Romæ in Aventino habebant, testibus Alexand. ab Alexandro *libr.* 1. *genial. dier. cap.* 12. & Iusto Lipsio *lib.* 3. *de magnitud. Roman. cap.* 7. *mihi pag.* 159. atque † officio Præfecti annonæ subjecti erant, ut auctor est Cassiodorus *dict. lib.* 6. *epist.* 18. Cujac. *lib.* 16. *observat. cap.* 5.) subjiciam elegans carmen supradicti veteris † Poetæ Vespæ, quod inscribitur: Iudicium Coci & Pistoris (quos tamen apud antiquos eosdem fuisse accepimus à Festo *libr.* 3. citatque in eam rem Nevium veterem Poetam & adstipulatur Alexand. ab Alexandr. *dict. lib.* 3. *cap.* 11. *supr. num.* 26. Vespæ, Iudice Vulcano: ex quo, utcunque in nonnullis versibus sensus & metrum claudicat (quæ duo tamen pro virili, adjutus aliorum variis lectionibus, reposui) non exiguam proculdubio percipiet voluptatem:

32 33 34

Terrena a varias cuncta quæ traditis artes
Linquite Pierios colles, & scribite mecum:

Ille

Ille ego Vespa precor, cui Divæ sæpè dedistis
Per multas urbes, populo spectante, favorem.
Scribere majus opus, & dulcia carmina quæro:
Nel mel erit solum b *aliquid quoq; juris habebit.*
Contendit pistor, Cocus est contrarius illi,
His est Vulcanus Iudex, qui novit utrosq;.
Ad causam Pistor procedit primus agendam,
Canitiem capiti toti præbente farina. (cū,
Nummina per Cereris juro, per Apollonis ar-
c *Moror enim, fateor, & jam* d *vix* e *credere paratus*
De cujus manibus semper fit panis, an ullus
Quive sit f *utilior audet contendere mecum?*
Sunt testes anni faustæ lanique Kalendæ.
Quiq; meum studium per Saturnalia norūt,
Quorum epulas semper rerum commendo paratu.
Sis memor, ô Saturne, tuis quod præsto diebus,
Et me præ studio trepidū tu nummine firma.
Aurea cœperunt sub te quoque sæcula ferre g
Denique si Cereris non tu pia h *dona dedisses,*
Roderet adsiduè cocus iste sub ilice glandes.
Nempe opus est panis cunctis, i *quem nemo recusat.*
Quo sine quas possunt mortales ponere k *cœnas?*
Qui vires tribuit, qui primus poscitur hic est:
Quem serit agricola, quem maximus educat æther.
Hunc pater Æneas Trojanis vexit ab oris
Te sine quo tua jura valēt ingrate culmina l
Provocor ut dicam militionem turoso temptas m

Quem docuit notus n *cerealis fingere panes.*
Vrbe Placentinus, cunctas qui tradidit artes
Pythagoras, populo nescis quæ suaserat olim
Mandere ne vellent mixto cum sanguine carnes?
Si jugulatis oves, quid erit, quod vestiat Inquit,
Mactentur vituli, nec erit jam vomeris usus:
Nec segetū fœcunda dabit sua munera tellus.
Et temerè facio, si te, Coce, comparo nobis,
Cum possim numen quodcunq; potest, superorum,
Jupiter ipse tonat: tono, cū molo, sic ego pistor
Mars subigit bello multas cū sanguine gentes
Pistor ego macto flavas sine sangvine messes,
Tympana habet Cybele: sunt & mihi tympana cribri
o *Vrsitten satiros facio & saturo ego plures,*
Illum præcedunt panes, facio mihi panes;
Quidve etiam manibus nostris non dulce paratur?
Nos facimus populos p *studiose compte placentas* q (*bis,*
Nos adipata damus, nos grata Canopica vo-
Crustula nos Iano, r *sponsæ mustacia mitto,*
Noverunt omnes pistorum dulcia facta;
Noverunt multi crudelia facta coquorum.
Tu facis in tenebris miserum prandere ventrem s
Nescius ut Tereus cœnet, facis improbe, natū:
Tu facis in lucis ut cantet tristis aëdon,
Mæstaque sub tecto sua murmur & acta chelidon.
Talia si nunquam feci, nec talia suasi,
Ordine primus ero, dignus quem palma sequatur.

a al. Tyrrheni. al. Terternæ. b Barthius legit: Ast aliquid. c Idem, Rumor. d Idem, Sed jam. e Idem, Cede. f Idem Siet. g Barthio placet: Farre. Fortassis erit Ferri vel Rege. h Male codex Lugdunensis. Pica. i Ibidem transpositum, cunctis panis. k Similiter Iuvenalis, totos Ponit apros. l Barthius reposuit, culina vel Culinæ aut Cylinare. m Idem ita corrigit: Provocor, ut dicam, miles, turone Saperda.

n Mavult idem: Trojus; vel τ repetito: Tonitrus, estque sonitus molæ vers. 39. o Barthius legit. Thursigero Satiri, facio & saturos ego plures. Sed indiget pleniori declaratione, à me alibi detegendâ. p Lego, Populo. q Pro desperato & hunc versum quis habere posset: sed medicinā alibi iterum adfero. r Barthius cupit, Cajo. s Idem præfert, Thyesten. Quid si, Parentē

Conticuit Pistor, cœpit Cocus ordine fari
Ora niger studio, faciem mutante favilla.
Si verbis Pistor damnavit jura Cocorum,
Qui semper multis dicit t *se vendere fumum*
u *Illi ne credas aliquid quia fingere novit.*
Stat qui sub saxo quasi Sisyphus atq; laborat
De nuce qui tantum, de melle & polline fingit
Has quas jactat opes: nobis quæ copia, dicam.
Sylva feras tribuit, pisces mare, & aura volucres,
Dat vinum Bromius, Pallas mihi præstat olivam,
Datq; sues Calydon, *sæpè ego condicio* v *damas,*
Sæpè etiam perdix jacet, & Iunonius ales
Gemmantem pinnis solitus producere caudã,
Certè quem extollit, quem laudat sæpius ille,
Quis me non laudet sternentem pisce patellas,
Cum positus madeat deceptus ab æquore rhombus?
Si W *similẽ superis, ego me magis esse docebo.*
Est Bromio Penteus, est & mihi de bove Penteus.
Vritur Alcides flammis, comburor ad ollas.
Sicut Neptuno ferment in concavos x *fluctus,*
Novit Apollo suas studiosè tangere cordas,
Et mihi per digitos texuntur quã benè corde,
Et seco sic gallos quasi Berecynthia y *galles* z
*Partes quas tollet** qui cœnat apud me*
Vnguellum a *Hydippi, Sycotum pono Promethei,*
Penteo pono caput, ficatum do Titioni,
Solus aqualiculum reddi sibi Tantalus orat,
Cervinam Actæon tollit, Meleager aprugnam, b
Agninam Peleas, c *taurinam lingulus Aiax.*
Orpheu tu tollis cordas, Leandre lacertos.
Me sterilem Niobe, linguam philomela rogat me,
Pluma Philocteta meruit, rogat Icarus ales d
Bulbula Pasiphae, Europe bubula poscit.
Auratam Danaæ, cygnum benè condio Ledæ.
Iam finem pugnæ facit sententia nobis,
Vtque coquus præsit, voce sic Mulciber infit:
Es voce suavisa dulcis, e *sed tu quoq; pistor,*
Æquales dimitto Deus, qui vos benè novi,
Consentire volo; sine rixa vivere dulce est,
Ne frigus faciam, si me subduxero vobis.

Sed quæstionis propositæ series à nobis postulat, ut tandem, misso hoc & Vespa, cum suo Pistore ac coquo, ad alia transgrediamur; modo saltem prius resolvendo discutiamus: Quia statutum validum est, quod uxor teneatur solvere debita mariti mercatoris, ut ex Mynsingero, Gailio, Colero, Georgio à Rottschitz / Daniele Mollero, Andrea Rauchbario ac alijs probavit Anton. Heringius *in tract. suo de fidejussorib. cap. 7. num.* 406. *&* 407. an stante tali statuto, illud etiam locum habeat in pistorum conjugibus? Cardo totius resolutionis saltem vertitur in eo, utrum † pistor dici possit mercator? Quod utique non videtur, cum mercator dicatur, qui conparat rem, ut eam integram & inmutatam vendendo aliquid lucretur: qui vero emunt res, ut in aliam formam sua opera vel industria redactas vendant, non dicuntur mercaturam, sed artificium exercere, seynd keine Kauffleute / sondern schlechte Handwercker / text. *in cap. ejiciens. 88. distinct. Archidiacon. in cap. quamquam. num. 1. de censibus. in 6.* Abbas. *in consil. in fin. volum.* 1. Isidorus Mosconius. *lib. 2. de majest. milit. eccles. cap. 12. pag.* 819. Et ideo tales artifices non veniunt adpellatione

35

t Barthio, Ducit. u Huic & sequentibus aliquot versiculis operam fero post in mantissa, quam exscribere nimis hic prolixum foret. v Quidam substituit, Condio. W Lugd. pro hoc habuit Sc. x Malè eadem editio: Cacavos. y Barthius monuit σφάλμα ποιητȣ̃ esse in Græco verbo. z Mallem majuscula literâ, alia que terminatione, Gallos. a Fortè, Anguillam. b in Lugd. cod. erat, Aprunam. c Fortass. is, Pelias. d Rectius, Alas. e Curam invenies infra, ut & versiculi penultimi.

tione mercatorum, Alexand. *in l. cætera.* §. *ſed etſi quis. num.* 5. *D. de legat.* 1. Benvenut. Stracha *in tractat. de mercatura in princip. num.* 5. *&* 25. præſertim in materia ſtatutorum, quæ ſtricti ſunt juris. Vaconius à Vacuna *lib.* 6. *declarat. juris capit.* 91. & in quibus mercaturæ qualitas pro forma requiritur, ea enim ab allegante eſt probanda, Maſcard. *de probat. concluſ.* 1050. *num.* 1. Virginius Boccatius *in conſtitut. Marchiæ gloſſ.* 7. *num.* 34. Accedit quod negotiator, mercator, & artifex differunt, teſte Horatio Carpano *ad ſtatut. Mediolan. volum.* 1. *cap.* 416. *num.* 180. 181. 182. 186. & plura exi-36 guntur, ut quis † dicatur mercator, Chaſſan. *ſuis comment. rubric.* 4. §. 4. in text. §. *il ne eſt num.* 2. *verſ. quæro quia.* Boccatius *dict. gloſſ.* 7. *num.* 37. poſt antea allegatos; & non omnes artifices eo numero habentur, Alciatus *in l. mercis appellatione.* 207. *D. de verbor. ſignificat.* Johan. Gœddæus *ad l.* 66. *num.* 6. *eod. tit.* Bartolus *in tractat. teſtiũ verſic.* 62. Maſcardus *dict. concluſ.* 1050. Bartholom. Bertazolius *in tractat. clauſul. inſtrum. clauſula.* 3. *gloſſa.* 1. *num.* 8. Vide ſis Robert. Marantam *part.* 4 *ſpeculi diſtinct.* 9. *num.* 56. 57. 58. 59. 60. 61. 63 64. 65. 66. 68. Pacem Scalam Patavinum *in conſil. ſap. lib.* 1. *cap.* 8. Unde etiam Nicolaus Boerius *in conſuetud. Bituricenſ. Rubr. de conſuet. ſtat. perſon.* 1. §. 4. *gloſſ.* 4. recte eum, non mercatorem, ſed artificem vocat, qui rem emit, & mutata forma vendit; putà, qui emit ferrum, & vendit enſes. Denique hanc ipſam opinionem in terminis conprobavit Johannes Petrus Surdus *deciſ.* 313. ubi plures auctoritates adcumulatas lector inveniet.

Et huc usque dicta quidem tamdiu neceſſaria fuerunt, quamdiu molarum uſu homines caruerunt: Molis vero inventis, alijs quoque inſtrumentis opus eſſe cœpit. Et quidem ad eſſentialem conſtitutionẽ ipſius Molæ requirebatur (ſive, ut loquitur Balduinus; omnium molarum, quidquid conteritur, duæ potiſſimum partes conmemorantur *in ſchol. ad LL. ruſtic. titul.* 10.) Primo † PARS INFERIOR & PARS SU-37 PERIOR; quarum hæc vocabatur Catillus, ſuperius ſaxum, Græcis τὸ ἐπιμύλιον vel ὄνος ἀλέτης: illa vero Meta inferius, Græcis μύλη ſive μύλον, ut patet *Deuteronom. cap.* 24. & oſtendit JC. Paulus *in l. cum de lanionis.* 18. §. *idem conſultus* 5. *D. de fund. inſtrum & inſtrum. legato.* nec non Carol. Molinæus *in conſvetud. Pariſ. titul.* 2. §. 52. *gloſſa* 1. *numer.* 48. & conſentiunt Fr. Balduinus ac Bert. Argentræus *dd. V.* Choppinus *ad leges Andium libr.* 1. *cap.* 16. *num.* 2. *pagin.* 213. Licet † ejus contrarium voluerit 38 Franciſc. Marius Grapaldus *de partibus ædium lib.* 2. *cap.* 4. *mihi pagin.* 187. adſerens metam potius ſuperiorem, catillum vero inferiorem partem dici debere: Verum quia nullam dicti ſui rationem addit, & id ſine autore accipit, nefas eſſe duco, à ſententià Jurisconſulti (quam non notavit) manifeſtiſſima recedere, quam etiam inducendo ad aliud probant Caſpar Caballinus *in milleloquio* 251. Ulyſſes Aldrovandus *vol. de quadruped. lib.* 1. *cap.* 2 *ſect. de æquiv. Synon. p. m.* 140. Et Andr. Knichenus *in comment. ad privileg. Saxon. mihi pag.* 16. Addatur locus ex Ammiano Marcellino *libr.* 17. *Hominum*, inquit, *millibus multis tanquam molendarias rotantibus metas.* Audiamus tamẽ illuſtrem familia ac fama Joſ. Scaligerum, qui falſum dicere JCtum ait. Apud veteres enim (pergit) ſuperior mola κωνοειδὴς fuit, inferior cava inſtar catini, unde illi nomen. Meta autem inſtar turbinis inverſi conveniebat in catillum, ut mas in fœminam,

nam, qua parte basis est, non qua mucro. Nam mucrone superne pendebat, basis autem in catillo vertebatur. Sunt & hodie ejusmodi molæ trusatiles hordeo, olyræ, sinapi pinsentis. Meta igitur, Turbo & Conus συνώνυμα: & proinde Turbo est superior mola. Hæc ille *ad secund. Isagog. Manilij vers 24. pag. 238. Adde Johan. Buxtorff. lex. Hebraic. voce seu radice* רכב 39 *pag. 729.* Admonendi tamen † hic sumus, quod Meta (diversa ab illa, ad quam certamen finiebatur; unde etiam pro fine ac termino passim usurpatur; de qua idem Aldrovandus *d. lib. 1. cap. 1. sect. de usu in ludis pagin. mihi 126. 127.* & credo nonnulla, quia liber nunc ad manus non fuit, etiam habere Jul. Cæs. Bulengerum *in lib. de ludis Circensibus*) quoque à Græcis alio nomine adpellata fuerit μύλος ὀνικὸς, à tarditate cessationeve, quæ asino propria est Aldrovand. *d. lo.* sitque proprie saxum illud, quod in molis substernitur ut alterum, quod circumagitur, sustineat; unde etiam Xenophon *libr. 1* ἀναβάσεως. *Alciatus lib. 2. parergῶν cap. 47. & Erasmus in Adagiis Chiliad. 2. centur. 5. adagio. 68.* Lapidem taliter substratum quia asinine ignavus manet & plus atteritur ὄνον adpellarunt. Prior quidem ille nominatim populos quosdam memoravit, qui non alia victitant industria vel arte quam fodiendis τοῖς ὄνοις *hoc est* lapidibus iis, qui ad ὄνους fabricandos idonei sunt, interprete Aldrovando, qui plura de hac voce adfert *d. pag. 140. & pagin. 148. 149.* Recte Virgilius etiam hunc Lapidem incussum dixit. 1. *Georg. vers. 276.*

Sæpe oleo tardi costas agitatur aselli
Vilibus aut onerat pomis, lapidemque revertens
Incussum, aut atræ massam picis urbe reportat.

Neque servi solum ideo Asini adpellantur *inf. quæst. 5. num. 11.* sed etiam Latini hunc lapidem Asinum vocarunt; ut ex Catullo discimus, cum super Æmilio quodam inpurissimo dicit: Et non pistrino traditur, atque asino? Ubi quidam erudituli legunt: *Atque asinus*; qui & ipse molam pistrinumque circumagit, Ulysses Aldrovandius inquit. Auctorque est Suidas, Demonem Philosophum proverbium illud: ὄνος ἄγων μυστήρια, ad lapidem molarem, quem Græci (ut dixi) ὄνον nominant, referre, quod in sacris non minus molis frumentariis, quam hostiis coronas inponere consueverint, quemadmodum etiam supra *quæst. 2. num. 28. attigi.* Juvenalis *Satyra 13.*

--- *Quæq; coronata lustrari debeat agna.*

Ideoq; qui D. Marco *c. 9. vers. 29. est* λίθος μυλικὸς, is D. Matthæo. *cap. 18. vers. 7.* & D. Lucæ *c. 17. vers. 2.* est μύλος ὀνικὸς *hoc est* saxum molare, quod molam asinariam vertit Erasmus; Saxum vero molinū Tertullianus *lib. 4. contra Marcion. cap. 35. in princ. p. m. 442.* quamvis in sacris literis, ubi vulgata habet interpretatio: opus esse ut mola asinaria suspendatur à collo, ὄνω tantum apud Græcos legi Pierius Valerianus adfirmet, teste Aldrovando *d. lo.* Expressum † vero est in modo dictis locis sup- 40 plicij genus peculiare Palæstinis, ut indicat Hieronymus, quod ob enormia solebat exigi crimina *Lege Iohan. Calvin. in lex. jur. vocibus: Mola asinaria pagin. mihi 566.* Suspendebatur enim ex collo noxij saxum molare, & demergebatur in profundum. Non tamen tam peculiare illis fuit, ut non vestigia ejusdem supplicij quoq; apud alios populos invenire liceat. Quippe narrat Saxo Sialandicus *historia Danica libr. 2.*

mihi

41 *mihi pagin.* 15. Frothonem Regem † duos ex cubicularijs palam insidiarum convictos, ingentibus saxis adfixos pelago obruisse, ponderosum animi crimen adnexa corporibus mole mulctando. Concinit 42 ei in non † dissimili facto Victor Episcopus Uticensis *de persecut. Africæ libr.* 21. *Imitator*, inquit, *existens Hunerychus Genserichi patris, qui sui fratris uxorem ligato pondere lapidum in Avisagam* (forte Ampsagam) *fluvium Cirtensem fœtidum jactando demersit.* Ado Viennensis etiam *in Chronicis ætate* 6. *mihi pagin.* 165. *Gondobaldus Chilpericum fratrem suum interfecit, uxoremque ejus ligato saxo ad collum in flumen demersit.* Addatur his auctoribus Gregorius Turonensis *lib. 1. histor. Francor. mihi pagin.* 29. ubi ita scribit: *Eo tempore Quirinus Sistiensis Ecclesiæ sacerdos gloriosum pro Christi nomine martyrium tulit, quem ligato ad collum molari saxo in fluminis gurgitem sævitia inpulit paganorum.* Idem quoque mox *lib. 2. mihi pagin.* 90. conmemorat: Gundobaldum fratrem suum Chilpericum interfecisse gladio, uxoremque ejus ligato ad collum lapide aquas inmersisse. Tale quid etiam recenset *lib. 6. cap. 37. in fine.* De lapidibus vero obruendi supplicio satis antiquo propter S. literas videatur quoque Cæl. Rhodiginus *libr. 10. cap.* 5. Thom. Dempsterus *in Paralip. ad Iohan. Rosin. libr. 8. antiq. Roman. capit. 24. pag.* 862. 863.

Meminit porro & Lucianus *in Lucio* τῆς κώπης τῆς μύλης *hoc est* manubrij molæ, ad quod se subligatum esse conqueritur; quod 43 † apud Sext. Fest. Pompejum Molucrum esse arbitror; cum dicat, Molucrum esse, quo rotæ vertuntur; contra ac putavit Turnebus *supr. quæst. 3. numer.* 12. Sed & hodie in usu pœna, daß einem die Schand-Steine werden angehengt / quos reus portare cogitur. Sic nonnullæ gentes ferreis catenis, collo adulteri saxa adligabant, ut omnibus ludibrijs expositus, solo terrore fragiliorem sexum à corruptela arceret, referente Olao Magno & ex illo Cornel. Scribonio Graphæo *epitom. libr. 6. capit.* 12. hucque spectant, quæ ex alijs habet Flamin. de Rubeis *tract. de Adult. cap. 16. numer. 4. pagin.* 156. 160. De ista autem veteribus Germanis usitata pœna, qua rei capitalis damnati priusquam capite plecterentur, canem vel sellam scapulis ignominiæ causa per passus aliquam multos portabant, obiter lege & inspice Rittershus. *not. ad Gunth. lib. 5. vers. 194. pag.* 101. 102.

Sed & (ut priora repetam) Plutarchus προαγόμενον λίθον Aristoteles *in probl. sect. 7. numer.* 5. λίθον ἀλούμενον D. Marcus *d. lo.* λίθον μυλικὸν D. Lucas μύλον ὀνικὸν nominat, qui Livio est Saxum, quod lapidem molarem vulgo vocamus. Johannes *in Apocal. cap. 18. versicul.* 21. λίθον ὡς μύλον μέγαν appellat, quem Angelus illic in mare projicit. Quomodo hodie ostijs Albis & Visurgis lapides molares inmerguntur, quibus ferreis catenis adnexæ Tonnæ fluctibus supernatant, ad demonstrandam navibus ex Oceano viam in portum.

Secundo requirebantur duo † MOLARES, 44

[*Quos lapides inter pretiosos esse putamus,*
Præferri ut cunctis non sine jure queant.
Qui vel Erythræo possunt certare Smaragdo,
Qui flammas superant clare Pyrope tuas]

Molares inquam, qui etiam Pyrites dicebantur, teste Plinio *lib. 36. cap. 19.* quod nimirum eis inesset plurimus ignis, quem Græci πῦρ vocant; vel à frumento, quod illis πυρὸν dicitur, & lapidibus illis conteritur. *supr. quæst. 3. num. 5.* Hos non tantum intelligunt Virgilius *lib. 1.*

——— lapidemque revertens
Incusum, hoc est, cudendo incisum ut asper fieret.

Item 1. Æneidos:

——— frugesque receptas
Et torrere parant flammis & frangere Saxo.

Et Ausonius:

Cui subjugabo de molarum ambagibus
Qui machinali saxo volvunt pondere
Tripedes caballos, terga ruptas vulnere:

Verum etiam pulchre describit Cælius Symphosius in ænigmate 51.

Ambo sumus lapides, una sumus, ambo jacemus,
Quam piger est unus, tantum non segnis it alter
Hic manet immotus, non desinit ille moveri.

Idem ænigm. 52.

Inter saxa fui, quæ me contrita promebant,
Vix tamen effugi totis collisa medullis:
Et nunc forma mihi minor est, sed copia major.

De his Pacuvius *Antiopa.*

Fruges frende solas, ac sicco robore.

Serenus quoque ——— *ningit*
Copia farris uti frendentibus eruta saxis.

Edita, habet Barthius ad Calpurnium *Eclog. 3. vers. 85.* Attius Troadibus:

Saxo frugis frendam.

45 Eorundem † porro molarium magnæ fuerunt fodinæ apud urbem Antroniam, Civitatem Magnesiæ regionis Thessaliæ, quæ à Stephano, Suida & Strabone ἀλθρων dicitur; ab antris nimirum & cavernis ex hujusmodi fodinis factis. Quo nomine Insula Britanniæ Mona (quæ mater Walliæ adpellatur) hodie à Jodoco Hondio celebratur. Sed & pinguiorem horum molarium naturam esse, quam effossi, aut in ripis fluminum inventi lapidis, testatur Plinius *lib. 36. cap. 25.* Unde etiam ad parietes utilem esse adserit Isidorus *lib. 19. Etymolog. cap. 10.* addens, molarium quatuor esse genera, album nimirum, nigrum, permixtum ac fistulosum. Quomodo autem Molares lapides fiant, docet vir illustris Jos. Scaliger *in catalect. ad Virgilij Ætnam pagin. 131. in versu:*

Quin etiam vario quidnam sunt vimine saxa.

Lego: *sub vimine saxa.* Hic quoque *Vimen* vocavit, per quod percolantur liquefacta saxa. Ex quibus ut obriguerunt, fiunt molares lapides: quos & Theophrastes quoq; putat ἐκ διηθήσεως, καὶ ἐκκρίσεως fieri. Sed & Straboné audi de hoc ita scribentem: ὁ δὲ ῥύαξ, inquit, εἰς τὴν πῆξιν μεταβάλλων ἀπολιθοῖ τὴν ἐπιφάνειαν τῆς γῆς ἐφ' ἱκανὸν βάθος, ὥστε λατομίας εἶναι χρείαν τοῖς ἀναλῦσαι βουλομένοις τὴν ἐξ ἀρχῆς ἐπιφάνειαν. Τακείσης γὰρ ἐν τοῖς κρατῆρσι τῆς πέτρας, εἶτα ἀναβληθείσης, τὸ ὑπερχυθὲν τῆς κορυφῆς ὑγρὸν, πηλός ἐστι μέλας ῥέων κατὰ τῆς ὀρεινῆς. εἶτα πῆξιν λαβὼν γίνεται λίθος μυλίας. Posidonius quoque apud eumdem, qvum de illo insigni incendio Liparæ insulæ loqueretur, quod accidisse testatur temporibus suis, qvum Flaminius Prætor Siciliam regeret. Postea de molari lapide hæc addit: πολλαῖς δὲ ἡμέραις ὕστερον ὁρᾶσθαι πηλὸν ἐπανθοῦντα τῇ θαλάσσῃ, πολλαχοῦ δὲ καὶ φλογας ἐκπιπτούσας, καὶ καπνοὺς, καὶ λιγνύας. ὕστερον δὲ παγῆναι καὶ γενέσθαι τοῖς μυλίαις λίθοις ἐοικότα τὸν πάγον id est.

Idcirco divinus hic Poeta cecinit de Ætna, liquefacta saxa sub auras glomerare. Nam, ut dictum, ex illis fit silex, aut molaris lapis. Adhibe etiam omnino Cæl. Rhodiginum *lib. 29. antiq. lection. cap. 16.* ubi quædam hac de re invenies, quando calentium aquarum vi lapides progignantur. Denique & huc facit tritum sermone proverbium: Zwene harte Steine * mahlen nicht wohl/ de ijs usurpatum, qui vehementioris iræ ac naturæ existunt, ut unus alteri cedere nolit, nisi utriusque cum collisione & damno seu injuria ac molestia. Et similiter huc spectat, quod de natura & industria quarumdam gentium ex Xenophonte produxi *supra num. 39.* Cæterum ut monuit Justus Lipsius *lib. 5. Poliorc. Dialogo 4. in fin.* non est existimandum initio † molares tam grandes tantæve magnitudinis fuisse, atque nunc passim visuntur; siquidem alias inpossibile fuisset, illos sublevare, & in ascendentes hostes conjicere; quod tamen sæpissime factum fuisse, & sacræ & profanæ literæ testantur. Sic legimus Abimelechum fragmento † molæ asinariæ Anno mundi 2696. (ut adnotat Funccius *in Chronologia mihi pag. 40.*) in obsidione urbis Thebez interfectum: Judic. cap. 9. *&* 2. *Samuel. cap. 11. versicul. 21.* Similiter Autor historiæ de vita Henrici IV. Imper. *pag. mihi* 185. *Fœmina sexu fœmina non animo quæ in turrim evaserat, molarem in caput regis demisit. Et sic ille manu fœminia, ut mors ejus turpior esset, occubuit. Sed ut hoc dedecus dealbarent, fœminæ factum & in virilem personam ex composito transtulerunt.* Ante hunc porro.

* Mahlen selten rein.

46

47

Ovidius *lib. 3. Metamorph.*

Aut comes, inquit ero; dixit, dextraque molarem
Sustulit, & magnum magno conamine misit.

Statius Papinius *lib. 3. Thebaidos:*

——— *Vastæque sudes, fractiq; molares.*

Et 8. Theb. ——— *circumq; sonori*
Vertice percusso, volvuntur in arma molares

Ammianus Marcellinus *libr. 20. Dolia desuper cadebant, molæ & columnarum fragmenta: quorum nimijs ponderibus obruebantur pugnantes.* Idem: *Agitantes arietes denso saxorum pondere molarium fomentisq; ignium variis ire protinus vetabantur.* Paulus Æmylius *de reb. gestis Francor. lib. 6. mihi pag. 221. fac. 2. In obsidione Ptolemaidis à Regibus Philippo Galliæ Henrico Angliæ, saxorum molarium ictu, quæ Tollenonibus mittebantur, tecta domorum in urbe superne perfringebantur, magna incolentium peste.* Et Robertus Monachus *libr. 7. hist. p. m. 259. Nam missis molaribus saxis, ipsa domorum tecta confringebat.*

Sidonius:

Non quæ stridentes torquet catapulta molares

Valerandus Varanius:

Sulphureique volant alto stridore molares.

Silius Italicus *lib. 1.*

——— *adductis stridula nervis*
Phocais effundit vastos ballista molares.

Idque in tormentis bellicis sive Bombardis nostris displosis imitari voluisse videtur Guntherus *Ligurino mihi pag. 168.*

Fervida flammatos efflabat æra molares.

Et lib. 10. vers. 352.

Turbine fulmineo magnos tormenta molares
Mœnibus infligunt, murosq; & tecta flagellant.

Meo igitur judicio quoniam frusta fuisse jacta dicitur vel Synecdochice effertur: & quia non semper ejusdem magnitudinis, sed modo grandes modo parvi molares fuerunt, atque etiamnum visuntur, utrumque potest esse verum. Et quidem ingentia fuisse saxa antiquitus, adparet ex tormentorum machi-

machinis, quæ illa in bello ejiciebant. Vide Caſp. Barthium *ad Claud. in 4. Conſ. Hon. verſicul.* 330. Appianum *in Punicis & Parthicis.* Sic etiam Balliſta fuit minor & major. Minor haſtam jacit & parva ſpicula ac lapides minutos vel eorum fragmenta. Major vero formabatur ea magnitudine, ut lapides CXX. pondo ejacularetur. *Mich. Majerus de ver. invent. Germ. cap. 4. pag. 96.* Unde recte Silius *d. lo. Phocais effunaat vaſtos balliſta molares.*

De utraque vero ita Guillermus Brito Armoricus *libr. 2. Philipp. apud P. Pithæum in hiſtor. Franc. pag. 249.*

Machina confeſtim vario fabricata paratu
Surgit & innumeris irritat jactibus arcem.
Nunc Mangonellus, Turcorum more, minora
Saxa rotat, nunc vero minax Petraria verſo
Vi juvenum multa procliviter axe rotatur
Retrogrado, tractis ad terram funibus acta
Damnificos funda fundit majore molares
Incircumciſos, & magni ponderis, ut vix
Tollatur manibus bis quatuor unus eorum;
Quali dextra Jovis jacit ira fulmen in hoſtes
Terrigenas, ſi quando volunt Dis bella move- (re.

Et poſt *d. lib. 2.*

Grandia ſaxa gravi Petraria ducta (al. dicta) rotatu
Emittit crebris aries compulſibus actus &c.

Iterum *lib. 7.*

Ars eſt nota quibus uſu balearica longo
Et quos præcipue virtus invitat, ut inde
Incircumciſos poſſint jactare molares,
Deſuper ex ferri maſſas igneſq; globatos
Et pice fluentes ollas ruditerq; dolata
Pondera truncorum, &c.

Tanto igitur major naturæ fortitudinis 48 admiratio oritur in Paulo † quodam Boemo, de quo narrant Antonius Bonfinius *rerum Ungaricar. decad 4. lib. 2.* & Simon Majolus *in dieb. canicular. colloq. 4. mihi pag. 133.* quod inauditis animi corporisque viribus fuerit, ſtatura, robore, lineamentiſq; membrorum Herculi, à Poetis & Hiſtoricis deſcribto prorſus adſimilis; quodque in paterno piſtrino alitus molam ſæpe frumentariam ſine quaquam adminiculo ſolus humo ſuſtulerit. Sed & hoc non minori admiratione dignum exiſtimo, quod † no- 49 ſtris temporibus fabricatæ fuerint Molæ ex mero ferro & chalybe, eæque manuariæ ac de loco in locum portatiles; in quibus quidem (ut ipſemet hiſce oculis vidi) nulli erant lapides molares, molarium tamen vicem ſubplebant orbitæ Chalybeæ, in multas rimas ſive fiſſuras limis fabrilibus excavatæ, quibus modico temporis ſpacio non contemnenda copia frumenti comminuebatur. Adeo ingenium humanum laſcivit in inventionibus rerum variarum & novarum, ut non inepte quis dicere poſſit. *Seculum hoc noſtrum diverſo reſpectu eſſe & ferreum & aureum;* molaſq; veteres cum noſtratibus collatas nihil aliud eſſe, quam Soterichi lectos. Tertio ad molarum uſum referebantur † MOLILIA *hoc eſt* inſtru- 50 menta, quibus molebatur, vel quæ molis collisque boum aut aſinorum, vel humeris ſervorum adligabantur, ad trudendas molas; Græcis dicta μηχανώματα τοῖς βραχίοσι Latinis molilia; eadem forma, qua librile ac orbile dicimus: Cato *de re ruſtica cap. 11. Juga ploſtraria duo, jugum aſinarium unum, molile unum.* Idem *cap. 10. Molas aſinarias unas, & truſatiles unas, Hiſpanienſes unas, molilia tria abacum unum.* Inter hæc molilia inprimis referebatur † Hel- 51 cium ſparteum, quod Apulejus *de aſino aureo lib. 9.* etiam teniam ſparteam, item copulam ſparteam adpellat; eratque vinculi genus & nexus, quo jumenta capiſtrata machinas trahebant, & molas circumrotabant, à græco verbo ἑλκύω ſive ἕλκω, quod traho ſigni-

52 significat. Unde etiam Helciarij † apud Martialem, qui funibus navigia adverso amne trahebant. *lib.* 4. *epig.* 51. Sidonius Apollinaris:

Curvorum hic chorus helcialiorum.

Quæ tractatorij generis machina Latinis etiam Sucula dicitur; Græcos vero ὄνον id est asinum vocare idem Aldrovandus ostendit. Eadem & ὄνευος dicitur, ut Budæus in Pandectis docet. Scholiastæ vero Thucydidis ὄνευος est μηχανὴ ἐπ' ἄκρων ἀκαλίων πηγνυμένη, ἀφ' ἧς περὶ βάλλοντες βρόχους, τοὺς σταυροὺς ῥᾳδίως ἐκ τοῦ βυθοῦ ἀνέσπων. Ἐστὶ δὲ ἡ μηχανὴ ἐπὶ τοσοῦτον βιαιοτάτη, ὥστε καὶ σαγήνην βαρείας ὑπὸ δύο ἀνδρῶν ἀπόνως ἕλκεσθαι. Sed & ipsi helciarij qui suculam versant ὄνευοι adpellantur, ut ex eodẽ scholiaste discimus: ὄνευος, inquit, μηχανή ἐστι περιαγωγῆς, ἣ οἱ χρώμενοι, ὄνευοι λέγονται. Hinc & ὀνεύω id est, suculam verso.

53 Quarto ad molendi usum † requirebantur JUMENTA PISTRINENSIA; ut asini, equi dorsuales (quomodo Varro jumenta dorsuaria eleganti vocabulo vocavit) boves; item Muli, quorum nomen à Græco tractum scribit Isidorus ex eo scilicet, quod jugo pistorum subacti tardas molendo ducat in gyrum molas *libro duodecimo plenius* Aldrovandus *lib.* 1. *cap.* 4. nec non Catabolenses, qui erant libertini homines frumenta molenda animalibus istis comportantes, de quibus loquitur Rubrica *in C. Theodos. de pistoribus & Catabolensibus.* referente Cujacio *libro decimosexto observ. capite quinto* licet in alia se cedat Pard. Pratteus *in Lexico verb. Catabolenses.* Suetonius *in Caligula. capite* 39. *Quidquid instrumenti veteris qua erat, ab urbe repetijt, comprehensis ad deportandum meritorius quoque vehiculis, & pistrinensibus jumentis.* Arnobius *libro secundo advers. gentes*: Et asellus & bos æque, usu atque assiduitate cogente, discit arare ac molere. Hinc asinus molarius apud Catonem *de re rustica capite undecimo* & asina molendinaria apud Paulum JurisConsult. *in d. l. cum de lanionis §. asinam D. de fundo instructo & instrum. leg.* Item Asinus machinarius, qui molam machina quadam inclusam voluit & torquet apud Alfenum *in l. cum quæreretur* 60. *§. fin. D. de legat.* 3. ut placet Adriano Turnebo *libro octavo adversar. capite nono.* & Henrico Salmuth *in Notis ad Nova reperta Guidonis Panciroli libro secundo capite* 22. *mihi pagin.* 696. licet latius hoc extendat Pardulph. Prattæjus *in Lexico verb. Machinarius.* Apulejus *libro septimo Metamorph. mihi pagin.* 300. *Molæ machinariæ sub jugum me dedit*: Et mox: *Per diem laboriosa machinæ attrito, sub ipsa vespera furfures adponebat incretos & sordidos, multoque lapide salebrosos.* Post quos Ulysses Aldrovandus de asino scribit: Nec ullum sit onus quod detrectet, quod non obsequiose suscipiat, & si sit opus, pro bove terram perscindat, plaustrum trahat; præcipue vero machinæ maxime omnium necessariæ pistrino æternum serviat &c. *d. lib.* 1. *de quadruped. cap.* 2. *sect. de cognominat. p. m.* 149.

Et apertius mentem suam exserit verbis *inf. numer. seq.* 54. *positis.* Sed & superiores isti pistores ceu hodierni molitores habebant Haras, in quibus porci saginabantur; de quibus Plautus *in Capt. act.* 4. *sc.* 2. *& supr. quæstio.* 1. *numer.* 67. *hac quæstio.* 4. *numer.* 24. Pistores scrophipasci, qui alunt furfuri sues, quorum odore præterire nemo pistrinum potest. Proinde locus ipse erat in pistrino, in quo asini illi ac jumenta pistrinensia stabulabantur; simili forma Catabulum vulgo

dictum. In quod Marcellus Papa à Maxentio damnatus, ut animalibus deserviret, teste Cujacio *libro decimosexto observ. 5.* Consistebat namque pistrinum in loco ab ædibus distincto *l. 79. §. 1. d. V.S. l. 6. ibi: adjecerit D. de imp. dotal.* vel etiam in stabulo eum in usum conparato. Neque enim licebat usufructuario stabulum, quod esset domi jumentis & carrucis vacans, pistrino locare. Quasi scilicet per ejus sordes stabulum fiat deterius *l. 13. §. ult. D. de usufr.* adde quæ de stabulo habet Corasius *in antelud. l. 1. D. de servit.* Alciatus & Gæddæus *ad l. urbana D. de verb. signif.* & Prattæus *in lex. hoc verb.* Denique illuc etiam pertinet sequens jocus veteris cujusdam Poetæ, in Euclionem quemdam, qui ipse molebat:

Cum possis parvo sumptu conducere asellum,
Qui soleat teretes voluere rite molas.
Cur nummi cupidus sic te contemnis amice,
Vt cupias duro subdere colla jugo?
Linque precor quirios, poteris pistore ministro
Candentis quadræ munus habere sedens.
Per te namque terens Cereris patiere labores,
Quos quærens natum pertulit ipsa Ceres.

Qualia vero illa ipsa jumenta pistri-54 nensia fuerint admodum † graphice depingunt Ausonius, illo versu:

Tripedes caballos, terga ruptos Verbere,

Ut ex Josepho Scaligero retulit Henricus Salmuth *in Notis ad Pancirolum part. 1. mihi pagin. 479.* & Apulejus *libr. 9. Metamorphos.* his verbis:

Jam de meo, inquit, *jumentorio contubernio, quid vel ad quem modum memorem? Quales illi muli senes vel cantherij debiles? Circa præsepium capita demersi contruncabant moles palearum, cervice cariosa vulnerum putredine, follicantes nares, languidas assiduo pulsu tussedinis, hiulci pectora, copulæ spartea tritura continua exulcerati, costas perpetua castigatione ossium tenus renudati, ungulas multivia circuitione in enorme vestigium porrecti, totumque corium veterno, atque scabiosa macie exasperati.*

Hinc idem Ulysses Aldrovandus putat, haut recte à Vegetio scribtum esse, mulorum (ut sic adposite Mulinum pro molendino dixerint Langobardi *supra quæstio. 3. num. 11.*) equorum, asinorum genus subsellis aut sagmis solo tergore præstare officium: nam ut de equis taceam & mulis, inquit, asinorum quoque usum ad molam vertendam, & ad terram vomere proscindendam & nunc esse, & olim fuisse notum est. *Principium* (inquit Columella *libro septimo à princ.*) *tenebit minor Arcadiæ, vilis hic vulgarisque asellus, cujus plerique rusticarum rerum authores, in emendis tuendisque jumentis præcipuam rationem volunt esse; nec injuria: nam absque ullo fere sumptu alitur, & imprudentis custodis negligentiam fortissime sustinet. Hujus animalis tam exiguæ tutelæ plurima & necessaria opera supra portionem respondent, cum & facilem terram, qualis in Bœtica totaque Libye sit, levibus aratris proscindat.*

Et Plinius ait, in Byzantio Africæ illum centena & quinquagena fruge fertilem campum, nullis cum siccus est arabilem tauris, post imbres vili asello & à parte altera jugi anu vomerem trahente scindi, se vidisse *libro decimoseptimo capite quin-*

quinto. Huc referendum quoque istud Catonis: quot juga boum, mulorum, asinorum habebis, totidem plostra esse oportet. Alibi quoque asinos plostrarios, & asinum molarium & jugum asinarium apud eum nominari reperimus. Molarius autem sive molendinarius asinus, sive qui molit *id est* qui molam machina quadam inclusam volvit & torquet, etiam machinarius vocatur; nam & machinam illam qua mola includitur, machinam frumentariam vocat JureConsultus, quando & machinalia pondera, pistrinalia vocat poëta Ausonius:

Qui machinali saxa volvi pondere.

Aldrovandus *d. lib. 1. cap. 2. sect. de usu asin. ad mol. & arat. pagin* 165. *juncto cap.* 4. *sect. de usu mulor. in agr. p. m.* 180. *& supr. num.* 53. *inf. num.* 56. 57.

Num vero ad hujusmodi jumenta sive 55 instrumenta pistrinensia referemus † quoque SERVOS & ancillas? Sic puto, quorum quarumve supplicium aut opera fuit molas agere, dicente Argentræo *d. titul.* 17. *in princip.* tam jure civili, in quo servus molitor *d. l.* 12. §. 5. *D. de fun. instr.* quam lege Salica, in qua servus molinarius adpellatur *d. titul.* 11. *capite quinto.* Nam & illi illæve, si flagitium aliquod conmisissent, non solum censionem bubulam, ulmos, stimulos, laminas, cruces, compedes, nervos, catenas, carceres, numellas, pedicas, bojas, & reliquas serviles pœnas metuebant, ut alibi observavit Fridericus Taubmannus: Sed & pœnæ loco in pistrinum ad molas circumagendas conpingebantur, ut pro delicti quantitate ab heris condemnati sub servitute vel temporaria aut perpetua (& quidem, teste Julio Polluce, machinam quamdam, quæ Græcis παυστικάπη dicebatur, ac collo molentium servorum inserebatur, portantes ne inter molendum polendam comesse, neve manus ori admovere possent *inf. num.* 68.) pinserent sive molerent. *l.* 1. *§. si quis servum* 9. *ff. Depositi. l.* 7. *C. Theodos. de pistoribus. Cuiat. d. lib.* 16. *obser. cap.* 5. *in pr. & arg. l.* 7. *§.* 3. *de inte. & releg. l.* 28. §. 14 *de pœn. Joan. Rosin. l.* 1. *antiquit. Roman. cap.* 14. *in fin.* Vetus scholiastes Juvenalis ad vers. 67. *Sat.* 8.

Segni pedes dignique molam versare Nepotis.

Et late de hujusmodi ergastulis tractat Lipsius *lib.* 2. *elect. cap* 15. postque eum Laurentius Pignorius in argutissimo *comment. de servis, eorumque ministerijs.* Ideo, quia etiam Justinianus Imper. ergastulum molitorium dixit *in LL. rustic. tit.* 10. *leg.* 6. pro quo alias pistrinum dici passim memini: præsertim apud Comicos pro loco isto, in quo servi puniebantur, teste insuper Polluce & Budæo in *l.* 27. §. 9. *ad L. Aquil. d. l.* 1. *§.* 1. *depositi.* Et inde sumsit mutuo hanc vocem alioque transtulit Angelus Politianus, dum grammatistæ ac grammatici discrimen adferre voluit *in Lam.* quod Giessenses ex eo adducunt *libr.* 1. *grammat. cap.* 1. *pag.* 2. Cæterum ut antecedentia autorum legumque pro more testimonijs conprobem: Principio constat, pistorum ista à me supra adducta ditiores præsertim rarius per se ipsos, sed plerumque per servos suos, quorum numerosam familiam alebant, expedivisse. Horum enim singuli certis officijs destinati erant: Veluti quod ad præsens negotium spectat, servus molitor, qui frumenta molebat. *d. l.* 12. §. 5. *de fund. instr.* Quod nomen nullibi in jure civili de libero homine usurpatum reperitur:

Pollinctor, qui pollinem facit, teste Alciato *in l.* 12. *C. de excus. mun. inf. num.* 66. & Horatio 1. *epist.* 16.

Annonæ præsit, portet frumenta penusque &c.

Fornacarius, qui fornacem instruit *l.* 14. *de instr. leg. Turneb. lib.* 8. *adversicul.* 9. & pistrinarius servus vocatur à Cælio Rhodig. *lib.* 25. *antiquit. lect.* 23. Focarius vel focaria focum instruens *l.* 15. *in princip. de fund. instr. l.* 12. §. 6. *eod.* Aquarius, qui aquam adportat *l.* 12. *§.* 42. *de instr. leg. Plaut. in Pœn. act.* 1. *sc.* 2. *Cujac.* 11. *obser.* 36. *Turneb. lib.* 14. *advers.* 12. Pistor, qui panem facit, quæ significatio propria est *d. l.* 12. *§.* 5. *l.* 15. *in princ. de fund. instr.* Institor, qui panem vendit *l.* 5. §. 9. *de instit. act.* & quidem summo mane, juxta Martialem 14. *epigr. ult.*

Surgite, jam vendit pueris jentacula pistor,

Mulio, agaso, qui asinos agebat *l.* 60. *§.* 1. *de leg.* 3. *l.* 3. *§.* 5. *de inst. act. l.* 1. *§.* 4. *si quadr. paup. l.* 8. *§.* 1. *ad L. Aquil.* Et qui Persio sat. 5. tressis agaso dicitur, *id est* homo vilissimus. Catabolensis, deinde qui molenda frumenta farinasque conportabat, *Cuiac. d. lib.* 16. *obser.* 5. *supr. num.* 53. Scoparius, qui ædes purgabat *l.* 8. §. 1. *de instr. leg.* quos cum Mediastinis indifferenter accipiunt Alexand. ab Alexand. *lib.* 3. *genial. dier.* 25. Cuiacius 10. *obser.* 34. Atque hic omnium vilissimus purgandis sordibus destinatus erat. *l.* 15. *§.* 44. *de injur.* Horatius 1. *epist.* 14.

Tu mediastinus tacite precerura petebas.

Officium ejus describit Plautus *in Asin. act.* 2. *sc.* 4. *Jussin' sceleste ab janua stercus hinc auferri? &c.* Et quæ plura erant servorum ministeria variæque functiones *l.* 15. §. 1. *de usufruct.* apud Pignorium laudato *tract. de serv. & eor. minist.* plenissime. Hoc tamen observato, ut servos hos servientes in pistrino, à damnatis in pistrinum ad molam circumagendam plurimum differre sciamus; quod innui antea & sequentia addocent testimonia.

Terentius Andria *act.* 1. *sc.* 2.

Verberibus cæsum te in pistrinum
Dave dedam usque ad necem, ea lege atque omine
Ut si te inde exemerim ego pro te molam.

Idem Phormione *act.* II. *sc.* 1.

Molendum usque in pistrino, vapulandum.

Plautus Mercatore, *act.* 2. *scena* 3.

Nihil opus nobis ancilla, nisi quæ texat, quæ molat.

Et paulo post:

——— aut Syram aut Ægyptiam:
Ea molet, conficiet pensum, pinsetur flagro.

Idem Epidico *Act.* 1. *scen.* 2.

Quem quidem ego hominem irrigatum plagis pistori dabo.

Simile est illud Catullianum:

Et non pistori traditur atq; asino.

Eosdem † non minus eleganter & speciose, ac mulos ipsos atque asinos molendinarios depinxit Apulejus *dict. libr.* 9. his verbis: *Dij boni quales illi homunculi vibicibus livedinis totam cutem depicti, dorsumque plagosum scissili centunculo magis inumbrati, quã obtecti, nonnulli exiguo tegili tantummodo pubẽ intecti, cuncti tamen sic tunicati, ut essent per pannulos manifesti, frontes literati, & capillum semirasi, & pedes annulati, cutim* (sic legendum rectè monuit Wouwerus) *lurore deformes, & fumosi tene-* 56

tenebris vaporosæ caliginis, palpebras adesi, atque adeò male luminati, & in modum pugilum, qui pulvisculo persperse dimicant farinulento cinere sordidè candidati, &c. Quò adludens (scilicet ad fervorum duram conditionem, pistrini labores perpetuos & servos compedibus vinctos) Plautus in Mostel. *act.* 1. *scen.* 1. servos genus ferrabile; & in Persa *act.* 1. *scen.* 1. negotium ferreum vocat. Plusculum annum (ibi inquit ipse servus) fui præferratus apud molas tribunus vapularis. Et in Pænulo *act.* 4. *scen.* 2. in latomijs vel in pistrino malim ætatem agere, præpeditus latera forti ferro mea. Unde Ulpianus *in l.* 15. §. 44. *de injur.* Servum compeditum malæ & extremæ notæ servo conjungit: Imò in genere alibi domesticum malum dicitur, & servus malus *in l. 23.* §. 3. *D. de æd. ed. cum simil.* Nihilominus servi sæpè se catenis quoquomodo eximebant, & compediti januam lima perterebant, ut describit Plautus *in Menæch. act.* 1. *scen.* 1. qui exinde Fugitivi fiebant, de quibus est *tit. D. de fugit. l.* 17. *l.* 19. *§.* 2. *D. de ædil. edict.* Cujacius *17. observat.* 20. Nec proinde 57 dubito, † quin ad hunc morem compingendi mancipia (quomodo dicta, & eorum contubernium adpellatur Consortium *in l. unica. Cod. de pistor. libr.* 11. veluti jumentorium contubernium dixerat Apulejus *supr. numer.* 54. *in princip.*) in pistrinum respexerit etiam Salvator noster *Matth.* 28. *& Lucæ* 17. ut attigi supra *num.* 27. & dicit Bullingerus *in Comment. ibidem. lib.* 10. *mihi pag.* 216. ex legibus & historijs veterum cognitissimum esse, servos & ancillas in pistrinum molamque relegatos, ut & ad metalla & lapidicinas. Et si Henrico Salmuth *in Notis ad nova reperta Guidonis Panciroli lib.* 2. *cap.* 22. credimus, amica de Machinis emta erit ea, quæ de pistrino vel mola est; *juncta l. quæsitum est.* 12. *§. & molas.* 10. *D. de instrum. vel instrum. supr. numer.* 53. *&* 54. Plautum † quoque, Comicorum facetissimum, 58 cum erogasset omnem pecuniam in scenicis operis portam, ad molas manuarias sive trusat. les ob paupertatem pistori se locasse, & quando ab illis vacabat, fabulas composuisse, quas postea vendidit, testantur Gellius *libr.* 3. *cap.* 3. Baptista Campofulgosus *libr.* 8. *mihi pag.* 1033. Petrus Crinitus *de poetis Latinis, cap.* 3. Janus Parrhasius *prolegomen. in Amphitruon. infr. quæst.* 5. *numer.* 11. *& fin.* Mich. Majerus *in veris invent. German. cap.* 5. *pag.* 120. Unde jocus ille † specie proverbij usurpatus a- 59 pud Minucium Felicem *in Octavio, mihi pag.* 29. *Homo Plautinæ prosapiæ.* Ac apud D. Hieronymum *in epist.* 48. *Plautinæ familiæ columen. Et epist.* 47. *Inventæ sunt Plautinæ familiæ & sciolæ tantum ad detrahendum.* Unde etiam ipse Plautus pistrinum & locum, ubi vivos homines mortui incursent boves, ita circumloquitur: Ubi lapis lapidem terit, apud fustidines, ferricrepinas insulas *in Asinar. act.* 1. potest quoque intelligi de loris, quibus cædun-tur servi. Nam hæc è bubulis tergoribus secantur; vel à clypeis, qui bubulo corio solent obduci, ut explicat Johan. Heidfeldius *in sphing. philosoph. cap.* 22. *pag. mihi* 585. Conducit insuper verba adhibere Tiberij Claudij Donati de P. Virgilij vita & victu *supr. quæst.* 1. *numer.* 11. Non dissimiles † porrò huic Plauto Ascle- 60 piades & Menedemus Philosophi, & Cleanthes Stoicus, Phanij filius, fuerunt, quos ob inopiam sæpenumero farinas pinsuisse, scribunt Athenæus, item Diogenes Laertius *in vita Cleanthis mihi*

pag. 458. & Valerius Maximus *lib.* 8. *cap.* 7. Estque inprimis memorabile, quod cum Cleanthes hic pertractus esset ad judicium, redditurus rationem, quod adeo robustus, ac tam boni habitus viveret; hortulano, apud quem noctu in hortis hauriret aquas, ac muliere, apud quam farinas pinsebat, testibus est absolutus, & ab Areo pagitis admirantibus decem minis datis honoratus, Petrus Heigius *part.* 2. *quæst.* 27. *numer.* 7. ex Petro Ærodo *rer. judicat. libr.* 6. *tit.* 2. *cap.* 1. & quos subjeci *supr. quæst.* 1. *dict. numer.* 11. 59. 60. Idem Cleanthes non verecumdatus ignominiosa aliás adpellatione *supr. numer.* 39. 53. *& supr. dict. quæst.* 1. *numer.* 11. confidentissime respondit: asinus quidem sum, sed qui Zenonis sarcinam portare possum. Inspice Aldrovandum *dict. libr.* 1. *cap.* 2. *sect. de hieroglyph. p. m.* 149. Quid? quod & Samsonem post amissum visum in carcere molere coactum fuisse sacra scribtura testatur, *Iudicum capit.* 16. Sic Septimina filiorum Regis Chilperici nutrix vehementer cæsa, ac cauterijs accensis in facie vulnerata in Marilegium villam deducta est; ut scilicet trahens molam, his quæ in gynceo erant positæ, per dies singulos farinas ad victus necessarias præpararet, Gregorius Turonens. *histor. Francor. libr.* 9. *capit.* 38. Aimonius Monachus *histor. Francor. libr.* 3. *capit.* 42. *pagin.* 110. *De fiscalinis ortus Leudastes servis, primum culinæ deputatus est regiæ, sed quia lippus erat oculis, inde in pistrinum redigitur, ubi dum inter fermentatas massas se delectari assimulat, fuga se servitio subtraxit.*

61 Cœterum quod † Joannes Boterus *part.* 2. *universalis Cosmographiæ libr.* 2. in describtione Regni Chinæ recenset; in civitate Cantanali & numerari quatuor millia cæcorum, quibus incumbat, ut panicum, milium & oryzam in molis manuarijs conterant ac molant; ejus narrationis prodigiosam & Thuscis (ut est apud Juvenalem *Satyra* 13.) tabellis, fabellisque dignam fidem penes ipsum esse sino. Ego certè quamquam citra ejus insectationem, illi non magis (ni intellexerit fortasse Italus milliaria Italica; sicuti indubiè etiam Gallica voluit in isto Guillermus Brito Armoricus *libr.* 5. *Philipp. in princ.*

In triduo, mirum, completum iter octo dierum, &c.
Se jactare potest aliquando millia centum
Quadraginta tribus ita perrexisse diebus.)

In hoc passu credo, quàm in eo, quod Bohemia in longitudinem ad centum quadraginta milliaria se extendat; & in Svecia sola arex Stockholmensis 400. tormenta bellica contineat *infr. quæst.* 6. *numer.* 12. sonatque mihi in auribus illud Quinti Curtij *libr.* 9. *mihi pag.* 270. *Equidem*, inquit, *plura transscribo, quàm credo. Nam nec affirmare sustineo, de quibus dubito, nec subducere, quæ accepi.* Item illud Herodoti *in Euterpe mihi pag.* 66. *Quæ ab Ægyptiis referuntur, cuicunque credibilia videntur, is eis utatur. Mihi autem in omni sermone constitutum est, ea scribere, quæ auditu cognovi.* Vera quidem est sententia D. Augustini: *Credibile esse, alicubi esse, quod hic non est; & aliquando fuisse, quod nunc non est, libr.* 16. *de civitat. Dei cap.* 9. Sed non minus verum est, ea, quæ verisimilia non sunt, speciem falsitatis habere. Fe-

re. Felinus *in cap. auditis. de præscribt.* nec facilè credendum esse illud, quod facile fieri non potest; *cap. si diligent. in fin.* & ibi Johan. de Imola notat *extr. de præscribt.* Nam, ut ait Philostratus *libr. 3. de vita Apollonij: Lucrum est aliquod, neque omnibus auditis fidem adhibere, nec omnia rursus, tamquam impossibilia aspernari.*

Quamquam autores alij de Congi dicta regione scribant, terram hanc equis carere, ipsosque incolas cicurandæ Zebræ Indicæ (mulo per omnia similis) artem ignorare, boumque adjumentis uti nescire, licet magna ijs in locis sint: homines itaque beluarum vicem implere, qui per vicorum angulos dispositi, sellas variè subeant, aut lecticas gestent; more qui in Romano libro imaginibus ostenditur. Idcircò quibus celeritas itineris necessaria est, subinde mancipia commutant, & velut veredis adiuti, quàm citissimè iter conficiunt, referente Ulysse Aldrovando *dict. libr. 1. de quadruped. capit. 8.* Quintò ad rem molitoriam † necessaria erant 62 κόσκινα sive CRIBRA *ut ex l. 7. Cod. Theodosiano de pistoribus.* Observavit Cujacius *dict. libr. 16. observat. cap. 5.* Quorum etiam mentio fit *in l. quæsitum. §. & molas. D. de fundo instrum. & instrum. leg.* 63 fiebantque † ut plurimum ex pellibus asininis & suillis, crebris pertusis foraminibus; vel ex lino, aut setis equorum, quibus deinde pollen sive flos à furfurum recrementis secernebatur, (rectè enim Diogenianus, Ἂν μὴ καθαρῇς κ̀ ἀλέσῃς, οὐ μὴ φαγῇς, *hoc est*, Ni & purges & molas, non commedes?) Unde hæc ipsa cribra quoque modo setacea, modo subcernicula, modo incernicula; Item excussoria & pollinaria adpellantur; quorum hæc quidem Hispani, illa Galli invenerunt, teste Plinio *libr. 18. capit. 11.* De hisce cribris referente Nonio Marcello, loqvutus est Lucilius *libr. 26. Cribrum, incerniculum, lucernam & laternam.* Et putat Isidorus *libr. 20. Etymolog. capit. 8.* Cribrum † dici, quod ibi 64 currat frumentum, quasi currifrum. Pulchrè magnus ille Scaliger *in Ænigmatibus*:

Partes membra meæ faciunt leviora frequentes
Quo plures addis, hoc leviora facis.
Sin aliena gravi me pondere pondera trudant,
Queis fueram levior, his fuero levior.
Totam ego sæpe diem solo de limine vidi,
Nunc videas strictum per loca mille diem.

S. Aldhelmus in Poeticis:

Sicca pruinosam crebris effundo fenestris
Candentemque nivem jactans de vertice furvo.
Et nos omnis amat quamvis sint frigida nimbo,
Densior & nebulis latè spargatur in aula.
Qua sine mortales grassantur funere lethi.
Et qua ditati contemnunt limina Ditis.
Liquitur in prunis nunquam candentibus hæc nix,
Sed, mirum dictu, magis indurescit ad ignem.

Virgilius in Moreto:

Postquam implevit opus justum versatile finem,
Transfert inde manus, fusas in cribra farinas
Et quatit, & remanent summo purgamina dorso,

Sub-

Subsidit sincera, foraminibusque liquatur
Emundata Ceres. ———

Persius *Satyra 3.*
——— *cribro decussa farina.*

Plinius *libr.* 18. *Farinario cribro subcernunt.* Apuleius *de Asino aureo libr.* 3. *Aspernati latrones clamorem obsonum meum, cadentes hinc inde, miserum corium nec cribris jam idoneum relinqvunt.* Qui verò 65 † instrumenti ad cribrandum utilissimi fabricam sive describtionem videre avet, is consulat Johan. Jacobum Weckerum *de secret. lib. 16. cap. 1. mihi pag. 769. & 770.*

66 Cribrando † porrò farinam faciens & pollinem, pollintor dicebatur, eo quod pollinario cribro pollinem à furfure purgabat; ad quod nonnulli adducunt locum Columellæ *de re rustica. cap. 5. Operarium, mercenarium, pollintorem diutius eumdem ne habeat die.* Quamquam proprie is pollinctor erat, qui mortui corpus pollincibat, *hoc est*, ungebat, & ex familia libitinarij erat, *l. 5. §. 1. D. de instit. action.* Taubman. *ad Plautum Pœnuli prologo mihi* 67 *pag.* 877. Refert tamen † Nicolaus Perottus unà cum cribris ad vasa pistoria etiam Rutabulum, cujus meminit Sext. Festus Pompejus *lib. 16.* eratque instrumentum, quo rustici in proruendo igne panis coquendi gratia utebantur. Isidorus *lib. 20. Etymol. cap. 8.* Eilhard. Lubbinus *in suo antiquario.* Virgilius *in Moreto* illud ipsum attingere videtur his versibus:

Infert inde foco (Cybele mundaverat aptum
Ante locum) testisque tegens superaggerat
ignes.

Nullo quoque pacto supersedere hic iterum possum, quin eumdem optimumque Poetam vindicem Persium, illique lucem adferam. Facio enim libenter, ut antiquitatem, quoad ejus à me fieri potest, retineam ac tuear. Sed vicaria utar opera, viri multivariæ lectionis adcuratique judicij Vincentij Contareni; & facio id eò libentius, quia ipsius libellum non in omnium versari manibus perspectum habeo. Sic itaque Persius *Satyr.* 3.

——— *Positum est algente catino*
Durum holus, & populi cribro decussa farina:
Tentemus fauces, tenero latet hulcus in ore
Putre, quod haud deceat plebeja radere beta.

Veteres in illum commentarij, farinam populi cribro decussam, panem fiscalem interpretantur: quorum fidem Lipsius sequitur. Sed obscurata ab eis, quasi nube obducta, clarissima Persij sententia panis fiscalis mentione. Carpebat enim Poeta divites, gulæ & luxuriæ mancipia; qui panem atque holera, quibus utitur plebs, adspernabantur, superbum hoc fastidium prætexentes levi aliqua excusatione. Cujus loci priorem partem tantum non interpretatus est Plinius *libr. 19. cap. 4.* longa, eaque acerbissima divitum luxus insectatione. Sed superior Juvenalis mentio oportunè facta revocat mihi in memoriam eamdem ejus *Satyram* 5. cujus idem fermè est, quod Pliniani loci argumentum, & pulchrè tractatum. In qua Satyra hi versus leguntur, qui anteriores etiam Persianos illustrant non mediocriter:

Ecce alius quanto porrexit murmure panem
Vix fractum, solidæ jam mucida frusta farinæ,
Quæ genuinum agitent, non admittentia morsum.
Sed tener, & niveus, mollique siligine factus

Pone-

Ponetur domino. dextram cohibere memento:
Salva ſit artoptæ reverentia. Finge tamen te
Improbulum; ſupereſt illic, qui ponere cogat.
Vis tu conſuetis audax convivia caniſtris
Impleri, panisque tui noviſſe colorem?

Cum igitur plebei plerique conficerent hodieque conficiant panes, non ex farina ſuccreta cribro pollinario, ſed laxiore, quod minutos etiam furfures transmittit: hi panes quia neque candore, neque ſuavitate pares iis erant, qui parabantur divitibus ex ſimila aut ſiligine, ab illis rejiciebantur. Atque hi ſunt, quos ſignificat Perſius, cum farinam dicit populi cribro decuſſam. Plura Contarenus *dict. lib. de frumentaria Romanorum largitione, cap.* 4. ad quem avidum lectorem remitto, & ea quæ dixi *ſupr. num.* 15. *usque ad num.* 21. *& quæſt.* 2. *num.* 23.

Proinde circa farinæ cribrationem notandum eſt, non uno † modo omnia molita fuiſſe: quædam enim molebant ſicca, quædam ſalſa aqua aſperſa, ut patet ex Plinio *lib.* 18. *cap.* 9. *Quæ*, inquit, *ſicca moluntur, plus farinæ reddunt, quæ ſalſa aqua ſparſa, candidiorem medullam, verum plus retinent in furfure.* Lucanus *in Panegyr. ad Calpurn. Piſonem*:

68

Humida calloſa cum pinſeret hordea dextra.

Præterea, ut obſervavit Adrianus Turnebus ad illos Lucretii verſus *lib.* 1. *Conveniebat enim fruges, &c.* duæ erant rationes molendi: Una, cum ſuſpenſa mola fruges frangebantur, ut in faba freſa & in polenta craſſiuſcula: Altera, cum molæ non ſuſpendebantur, ſed lapis lapidem terebat, *id eſt*, mola molam, puta cum tenuior farina elicebatur, ut adnotat Ludovic. de la Cerda *ad Virgil.* 1. *Æneid. verſ.* 171. *num.* 10. *pag.* 40. Fridericus Taubmannus *ad illud Plautinum Aſinaria act.* 1. *ſcen.* 1.

LI. *Num me illuc ducis ubi lapis lapidem terit?*
DE. *Quid iſtuc eſt? Aut ubi eſt iſtuc terrarum loci?*
LI. *Ubi flent nequam homines, qui polentam pinſitant.*

De qua pœna ſupra egi, & cujus gravitatem Plautus ipſe expertus fuit, qui eam deportationi in inſulas & latomias ferè comparat, *in Pænulo act.* 4. *ſcen.* 2. quamquam priori loco pro pinſitant mavult pranſitant legere idem Turnebus *libr.* 4. *adverſ.* 13. quia ſervi molitores non pane, ſed polenta parciſſime nutriebantur, ut antea ſimiliter clarum evaſit, quando de furfuraceo ac canino pane nonnulla congeſſi. Et eam ob cauſam machinam collo adpenſam gerebant, ne poſſent manus ad eos admovere, farinamve ſuffurari, teſte Cælio Rhodigino *lib.* 25. *antiq. lect.* 22. Alex. ab Alex. *lib.* 3. *gen. dier.* 20. Pauſicapen vulgo dicebant, forte quaſi Paucicapen; ſicuti parſimoniam & parcimoniam. Plautus autem videtur Collariam vocare *in capitiu. act.* 2. *ſc.* 2. Plinius denique Cataſtam *lib.* 35. *cap.* 18. Faſtibus inſuper & flagellis ex loris ac bovinis pellibus confectis ad labores continuo, exſtimulabantur, ut alibi monſtravi. Quod vel ipſi piſtores vel alii molitores ſervi faciebant, de quibus eſt *in l.* 8. *princ. ubi Gothof. de inſtar. leg.* quemque morem ad aulas hodie translatum auguror, Wann einer / der es verbrochen / in die Küchen geführt / und allda geſtrichen wird: ſicuti alia etiam liberi homines jam in ſe hocque ſuſcipiunt, ut cibos vel animalia artificioſe diſſecent, cum ſimilibus, quod ſervorum olim fuiſſe

officium, ex antiquitatis monumentis est notissimum. Sicuti etiamnum Nobiles post exhibita magnatibus officia, alapa excipiuntur, ac quasi liberi ritu quodam dimittuntur, munusculisq; ornantur: quod vocant Wehrhafft machen / & repræsentat veteribus consuetam manumissionem. Hodie denique præcipua instrumenta in molis sunt ROTÆ tam † externæ, quam dentatæ internæ; sic inter se connexæ, ut se instar organi horologici mutuo inpellant: siquidem rotarum exteriorum concavi orbes impetu impellentis ac subterlabentis aquæ circumagitati, vel etiam alæ molendinorum τῶ πνευματικῶν in expansis suis velis vento incitatæ Cylindrum medium, rotas intrinsecas, ac machinarum labyrinthum, nec non molares ipsos continuo motu rursus quatiunt, rotant & circumvolvunt; item pistilla præferrata, ut lapsu graviore ruant, vel etiam prægrandes malleos, serras, situlas, folles ingentes, *&c.* pro varietate molendinorum & machinarum in altum sublevant ac tollunt; de quibus omnibus adcuratiorem describtionem diligentiores observatores ὀφθαλμοφανερῶς sibi in officinis conflatoriis & fabricis monetariis conparare poterunt; legendo etiam per otium illa, quæ de fabricæ monetariæ elegantissima structura Halæ Teriolanæ à se visa conmemorat Stephanus Vinandus Pighius *in Hercule Prodicio mihi pagin.* 232. 233. & 234. ac quæ de muliere quadam, sub rota molari mirifice servata narrat Justus Lipsius *in sua diua Hallensi cap.* 25. Tacet, multa quoque passim † reperiri molendina, non una, sed quinque, decem & pluribus rotis exterioribus, quas Germani nostri Grinde vocant, instructa; quo adlusit Poeta Germanus *in suo Feirabetho mihi fol.* 112.

69 | 70

> *Fecit & Heilpronnæ mola, quæ compluribus annis,*
> *Feirabent, steterat, sed vitiosa nimis.*
> *Ergo jacet merito: nova quod reparata vicissim*
> *Nunc tredecim reddit fœnore farra rotis.*

Quæ omnia paulo curiosius adnotare visum fuit; quod ad intellectum historiarum, autorum, jurisque civilis facere maxime videantur; & pistrina Romanorum cum molis nostris cognationem haut levem habeant. Sed in lectoris † gratiam lubet & alia nonnulla, quorum in molis necessarius est usus, pro complemento hujus quæstionis adscribere, ut terminorum scientia nos ad cognitionem ipsius rei manu quasi ducat; siquidem à vocis usu provehimur sæpissime in rei perceptionem. *Scaliger Exercit.* 1. *sect.* 1. & ars quælibet suas peculiares voces habet, dicente Cicerone *lib.3.offic.* Prateo *lib.3.regul.in tit.7. cap.1.pag.256.* & Joh. Gœddæo *ad rub. D. de verb. signif. num.* 14. Sic igitur in molis, præter molam ipsam, rotas, & alas; requiritur ulterius Axis, die Welle / Tympanum magnum dentatum habens dentes in latere fixos, das grosse Kamratt: Tympanum parvum circum axem ferreum, die Premscheibe / Getriebe oder klein Kamratt / cujus fusi alterius tympani magni dentibus inpelluntur, unde molæ fit circinatio: Subscus ferrea, das Mühleysen oder Meissel / quæ est in superiore parte tympani parvi, & molam continet: Codaces ferrei in extrema parte axis, die Zapffen: Catilli ferrei, dimidiati tignis inclusi, die Pfannen / in quibus

71

quibus codaces versantur: Infundibulum, die Stürtze oder der Rump: Lignea bractea rotundata, darinnen die Mühlenstein gehen: Arca pollinaria, Græcis μύλη γυεςικὴ, der Beutelkasten/ & si quæ sunt similia, quæ aliis indaganda relinquo. Manu enim ferendum, non toto sacco. Similiter molendinum aquaticum sive aquarium varia requirit instrumenta, suisque etiam partibus constat: cumprimis vero ejus motrix & operatrix, unde omnis molendi vis dependet, aqua perhibetur; quæ in tantum desideratur, ut parœmia sit inde nata, Es hat kein Müller Wassers gnug/ *sup. num. 4.* Mod. Pistoris *quæst.* 106. *numer.* 8. *pag.* 3. And. Knichen *de sublim. territ. cap.* 4. *nu.* 3. Illud solum addendum ex Ulpiano diligentissimo rerum IC. ad molam olivariam hæc pertinere, & instrumenti nomine in locatione venire; Dolia, prælum, trapetum, funes, fiscos, regulas, tympanum, trocleas, aenum &c. *in l. sed addes* 19. §. *illud nobis.* 2. *D. locat inf. quæst.* 6. *num.* 1. *&* 2. Postremo cui lubido est, is similiter adeat Marium Grapaldum *lib.* 2. *de part. ædium c.* 4. Melchiorem de la Carda *vol.* 1. *camp. eloq. pag.* 538. 539. *junct. pag.* 502. 503. ubi cellam Penariam & Coquinariam ex suis partibus describunt: cum pistor & coquus fere idē olim fuerit, *sup. num.* 25. 30. 34. & sic quæ de pistoribus dicta sunt, eadem in coquis locum habent, qui ad luxuriam, & miraculum usque varios confecerunt cibos. Adi omnino Gellium *libr.* 7. *capit.* 16. Macrobium *libro* 3. *Saturnal. capit.* 13. 15. *& sequentibus.* Rittershusium *ad* Oppianum *pagin.* 173. 178. 184. Johannem Meursium *in libr. sing. de luxu Roman. cap.* 13. Cælium Rhodiginum *libr.* 27. *antiq. lect. & lib.* 28. Hieronymum Mercurialem *in variis lectionibus.* Thomam Dempsterum *in Paralip. ad Rosinum libr.* 5. *antiq. Rom. cap* 29. & fautorem amicumque meum oculissimum Dominum Georgium Remum *in spicileg. ad Proverb. Salom. cap.* 15. *vers.* 17. *pagin.* 171. Et ideo moris erat, ut est apud Athenæum, domino convivii simul ac decubuisset, schedam dari, quæ describta ordine obsonia omnia haberet, ut jam tum sciri posset, quid primum, quid postremum coquus missurus esset. Inter cibos peregrinos & lautitias alias referuntur quoque Murænæ; quæ quando probe exossentur, indicat Vincentius Contarenus *libr. var. lect. cap.* 11. Agmen hoc claudat Marcellus Palingenius Poeta, qui in *lib.* 2. *Zod. vit.* *ita canit:*

Divitis in mensam sylvæ pelagique feruntur
Optima, non desunt lepores, non caprea, cervus,
Hœdus, aper, volucrumque genus, non turdus obæsus,
Perdix, ficedulæ, nec non quas Cochica tellus
Mittet aves, grandes capi grandesque columbi:
Portantur rombi, squillæ, murænæ, locustæ,
Mugilis, & piscis nomen qui traxit ab auro,
Ostrea, cæruleo quæ Cyzicus æquore gignit:
Multa alia, est versu quæ claudere difficilis res &c.

QVÆSTIO V.

DE

Differentiis Molarum, respectu formę.

SUMMARIUM.

1 Continuatio cum axiomate: quod distinguendo veritas inveniatur.
2 Distinguens bene, proximus est veritati.
3 Ambiguitas est mater errorum.
4 A simplicibus procedendum ad conposita.
5 Forma ipsa est principalis essendi ratio.
6 Molæ manuariæ sunt omnium antiquissimæ.
7 Molis manuariis circumagendis servorum operæ locari solitæ.
8 Molæ TRVSATILES & VERSATILES quænam sint?
9 Nicolai Perotti & Caspari Barthii opinio, molas versatiles, trusatiles & manuarias confundentium non admittitur.
10 Molæ trusatilis delineatio.
11 Servi olim molas trusatiles circumrotantes per convicium Asini dicebantur, ut molæ Præsepia, & Aquarii quinam.
12 Molæ versatilis adumbratio.
13 Mola trusatilis dicta quoque est Pistrilla, Pistrina, Pistrix.
14 Molæ trusatilis elegans typus ex Virgilio.
15 Molæ IVMENTARIÆ, ASINARIÆ ET EQVINÆ quænam sint?
16 Molæ jumentariæ jucunda describtio ex Apuleio.
17 Molendina Pneumatica, ventis agitata, Volatica, sive Alata describuntur, eorundem usus & inventum deteguntur.
18 Ventorum commoda quænam sint remissive ex Seneca & Chrysostomo.
19 Gandavum primaria Flandriæ urbs centum habet molendina πνευματικὰ, sive alata.
20 Molendina alata etiam turribus inædificata, & ubi.
21 Molendini vento agitati structura ex Ioanne Iacobo Weckero adfertur.
22 Iacobi Cnoxen Boscoducensis traditio jocose refellitur
23 Molendina AQVATICA, Wassermühlen/ quænam sint.
24 Molendinorum aquaticorum quinam meminerint, remissive.
25 Molendini Darmstadiani admiranda structura.
26 Molendini aquatici ægnimatica describtio ex Scaligero: & plura adduntur.
27 Molendina NAVALIA, Schiffmühlen / quænam sint.
28 Postremo summaria repetitio & successio moletrinarum, ex Sebaldo Müllero cive Regiomontano Borusso, Hortensio & Balduino.
29 Denique molæ differentia ex materia sumta. Vnde Mola aurea apud Ctesiam.

DIfferentiæ † secundum species sequuntur: respectu vel formæ, rerum contusarum, vel usus. Cum enim distinguendo † veritas inveniatur, ut per textum *in l. falsus.* §. 1. *D. de furtis.* scribit Cannetius *in extrauag. volentes.* § *sed necessaria. numero* 15. Guilielmus à Perno *consil.* 12. *numero* 9. & bene † distinguens proximus sit veritati. *Nicol. Intrig. de feud. quæst.* 67. *numero* 1. Unde vulgatum illud: *Distingue tempora, & concordabis scripturas. Bartol. numero* 3. *& Baldus numero* 1. *in leg. apud antiquos. Codic. de furtis. Idem Intrigliol. de feudis. quæst.* 11. *numero* 8. non inutile futurum existimo, pro majori elucidatione, & ad evitandam † ambiguitatem, quæ mater errorum est. *Iulius Scaliger exercit.* 104. *sect.* 4. antequam ad alia progrediar, prius differentias quoque molarum alias præmittere aut subnectere, ne tractationis hujus omissio deinceps confusionem pariat. Est enim hic rerum omnium in natura concinnus ordo, ut à † simplicibus procedatur ad conposita. *Aristot.* 1. *prior. Analytic. cap.* 27. *&* 1. *poster. Analyt. cap.* 3. utque prius distinguenda sint ambigua, quam definienda, Albert. 11. *anim. tract.* 2. *cap.* 1. Differentiæ igitur sive species molarum tripliciter considerari possunt, videlicet: Aut ratione formæ, qua res est, quidquid est; quandoquidem † principalis ratio essendi est ipsa forma, ut ait Doctor Sapientum 8. *Metaphys. c.* 4. Aut ratione rerum, quæ per eas vel conminuuntur vel efficiuntur: Aut ratione ipsius usus, ejusque vel liberi ac immunis, vel

modi-

modificati, ut deinceps clarius elucescet: non quasi ego formas molendinorum adcurate præscribendi mihi scientiam arrogem; eam namque Vitruvio aliisque Architectis (ne falcem in alienam messem mittam) relinquendā scio; sed ut ex postea adferendis autorum & juris nostri locis tanto evidentius appareat, quam variæ molæ antiquis in usu, ac ulterius etiam hisce postremis temporibus à peritissimis artificibus inventæ fuerint. Ex quibus simul obiter apparet: non sufficere molendinorum enumerationem, quam adferunt Joan. Rudingerus *cent. 3. singul. obs. 68. num. 1.* Helff. Hunnius *tract. feud. cap. 9. pag. 173.* & Andreas Schefferus *part. 3. quæst. practic. 39. num. 1. 2. 5. 6.*

6 Antiquissimæ igitur omnium fuerunt † molæ MANUARIÆ, sic dictæ, quod manu intorquerentur seu circumagerentur in gyrum; nobis porro Germanis hodie Handmühlen oder Quernen/ de quibus Javolenus *in l. dolia 26. §. molas. D. de fundo instructo & instr. legat.* Eusebius sive Hieronymus in Eusebii Chronico: *Plautus ex Umbria Sarsina Romæ moritur, qui propter annonæ difficultatem ad molas manuarias se pistori locaverat.* Cicero ad Atticum *lib. 2. Ut Rhodi videretur molis potius, quam Moloni (fuit is orator celeberrimus, teste ipso Cicerone & Strabone. lib. 14.* & Casaubono *ad Sueton. cap. 4. num. 5. mihi pag. 9.) operam dedisse.* Architrenius:

Quam voluente manu mola rustica fregit.

De illis molis etiā proculdubio loquutus fuit Pomponius. *In Pistore: plus quæsti facerem, quam quadrinas si haberē molas.* Idem: *Cum neq; molis molui, neq; palmis.* Ausonius Popma in Notis ad Varronem *lib. 5. mihi pa. 535.* legit, pilis) *pinsui*; quos versus recitat Diomedes Grammaticus, & repetit Cujacius *lib. 16. obser. cap. 1. aliis 5.* Gregorius porro Turonensis *lib. de virtut. S. Martini. & de gloria confessorum cap. 107. Accepta,* inquit, *annona ad molam vadit, impositoq; tritico molam manu vertere capit.* Ad has vero † molas circumagendas Romani 7 solebant locare servorum operas. Lipsius *lib. 2. elect. cap. 15.* quas ob id pistoricas adpellabant; easque adumbravit Nicarchus in venusto ac vetusto Epigrammate Græco:

Δυσκώφῳ δύσκωφος ἐκρίνετο καὶ πολὺ μᾶλλον,
Ἦν ὁ κριτὴς τούτων τῶν δύο κωφότερος,
Ὧν ὁ μὲν ἀντέλεγεν, τὸ ἐνοίκιον αὐτὸν ὀφείλειν,
Μηνῶν πένθ', ὁ δ' ἔφη, νυκτὸς ἀληλεκέναι.
Ἐμβλέψας δ' αὐτοῖς ὁ κριτὴς λέγει, ἐστὶ μάχεσθε,
Μήτηρ ἔσθ' ὑμῖν, ἀμφότεροι τρέφετε.

Hoc est, vertente Thoma Moro:

Lis agitur, surdusq; reus, surdus fuit actor,
Ipso tamen Iudex surdus utroq; magis.
Pro ædibus his petit æs quinto jam mense peracto,
Ille refert, tota nocte mihi acta mola est.
Aspicit hoc Iudex, & quid contenditis, inquit?
An non utriq; est mater? utriq; alite.

Alio tamen nomine vocantur † etiam 8 TRUSATILES, & VERSATILES, à trudendo nimirum & vertendo, (trudere enim est quasi manibus terere) Græcis χειρομύλοι. Franciscus Marius Grapaldus *d. lib. 2. cap. 4. pag. mihi 187.* Frid. Balduinus *in schol. ad LL. rustic. tit. 10.* quæ circumactæ manuum agilitate & robore frugis detererent. *sup. num. 6.* Unde & MANUALES dicuntur, Servio Honorato *ad vers. 274. lib. 1. Georg.* Ævo vero Ausonii nullas trusatiles manibus molas extitisse, sed asinarias, contendit Th. Dempst. *ad Rosin. l. 1. cap. 14. pag. 86. B.* Etsi autem † Ni- 9 colaus

colaus Perottus versatiles, trusatiles & manuarias molas unas & easdem esse arbitratur; (sicuti & Casp. Barthius tacite innuit ad Calpurnium *Eclog. 3. vers. 85.*) tamen in eo illos decipi existimo: & mecum sentit, illasque distinguit doctissimus Argentræus *dict. comment. ad consuet. Britan. tit. 17. in princ.* Revera enim † mola trusatilis est ea, quæ habet axem statutum, Germanice eine Spille / qui ei pro strato est: Axis ille ad inferius caput habet orbem, quem operarii duo, tabellas ejus pedibus retrotundentes, circumagunt; quanquam non raro unus eum laborem sustinet: Axis autem circumacti tympanum dentatum; quod est ad superius ejus caput, versat id, quod exfusis constat, & unà cum eo molam. Ac quia † olim illis, qui in pistrino laborabant, idem labor incumberet, ad trusatiles molas, qui asinis adversatiles; ideo per convitium Asini audiebant, & molæ quoque contemtim Præsepia nominabantur, ut ex I. Meursio observavit Frideri. Taubmannus *in comment. ad Plautum Amphytruon. in princ.* Item quum & fuerint Molæ aquaticæ, *sup. quæst. 2. n. 71. 72. 73. quæst. 5. num. 23.* ita & apud Romanos Aquarii (similiter ac Asinarii apud Aldrovandium *d. lib. 1. cap. 2. pag. mihi 144. 147.*) male ceperunt audire, ob servile servitium aquas in ædes portandi, de quo supra & Plautus *Pœn. act. 1. sc. 2. v. 14.* Pareus *in Elect. Plautin.* Th. Dempst. *in Paral. ad Rosin. l. 1. cap. 14. p. 84. B.* Anterius vero illud (quod servos nomine asinorum adpellarint, & molas ipsas præsepia) exaudiendum potius existimat idẽ Dempst. *ad Rosin. d. lib. 1. c. 14. pag. 86.* de servis, non qui nude tantũ in iis alebantur, sed qui pro pœna in pistrinũ detrusi seu molis adplicati. Utrumque sano sensu subsistit. Unde in MS. Codice Plantino titulus cõcipiebatur: *Plauti Asinii Amphytrio.* qui mutatus in istum: *Plauti Asinii Amphytrio.* Nam servi (pergit) ergastulo hujusmodi inclusi, tamquam laboris omnigenæ patientes, quales sunt asini, molis adpliciti sic vocabantur; notatum scio à Joh. Meursio *Crit. exercit. part. 1. cap. 9.* Postea Plauti versum, aliter quàm Nonius interpretatur,

Quin reciperet se huc sessim ad præsepim
suam.

Et videntur ipsi non molarii tantum servi, sed quilibet alii stationem in domibus privatis dominorum habuisse, quæ præsepe diceretur, quod quasi par jumentorum & servorum esset conditio; testis est M. Terentius Varro, inquiens: *Contra hic laudatur ab illis, is habebat culinam rusticam, unam præsepiam latam, cellam vinariam. lib. 1. de Republ.* Huc pertinet locus Claudiani ita explicandus *lib. 1. in Eutrop. v. 67.*

Hæcne erat hæc Protomæ fides, hæc profuit
ætas
In gremio consumpta tuo lectusq; jugalis
Et ducti toties inter præsepia somni?

Versatilis † vero mola ea est, quæ non trusa manibus, sed circumacta versatur, quã Virgilius in Moreto; *Opus versatile*, adpellat: vel ex qua temo exstat, quem equus aut asinus circumagit; quo etiam respectu Asinaria dicta est. Cato *d. lib. 10. inf. num. 15.* Hujus inferior lapis molaris superius formam habet, ut molam, quæ versatur circa ferreum axiculum, continere possit; Is in media molaris forma inclusus, per molam penetrat: Operarius autem ferreum vectem statutum, qui est ad superiorem lapidem molarem, qui proprie mola dicitur, manu præhendens circumagit, mola media est perforata, in quod foramen frumentum conjectum delabitur

tur in inferiorem lapidem molarem, ibique molitur in farinam, quæ sensim ex ejus foramine decidit. Plinius de his ait *lib. 36. cap. 18. Idem molas versatiles Volsiniis inventas* Gellius *libr. 3. cap. 3.* de Plauto loquens. *Ob quærendum victum ad circumagendas molas, quæ trusatiles adpellantur, operam pistori locasse.*

13 Easdem molas † trusatiles vocabant etiam Pistrillam, idem pistrinam & pistricem, ut autores sunt Sosipater Charisius *lib.* 1. Sext. Festus Pompejus *in dictione Mamphula*, & Terentius *Adelphis*:

Apud ipsum lacum est pistrilla.

Guil. Budæus *in l. si servus. §. si fornicarius. Digest. com. præd. in priorib. annot. ad Pandect. & monui quæst. præced.*

14 Et si quis alius valde † eleganter † eas describsit, certe Virgilius *in Moreto* his versibus id fecit:

Inde abit, assistitq; molæ, parvaq; tabella
Quam fixam paries illos servabat in usus,
Lumina fida locat, geminos tunc veste lacertos
Liberat, & cinctus villoso tegmine capræ.
Pervertit cauda silices, gremiumq; molarum.
Admovet inde manus operi, partibus utramque.
Læva ministerio, dextra est intenta labori.
Hæc rotat assiduis gyris & comitat orbem.
Trita Ceres silicum rapido decurrit ab ictu.
Interdum fessæ succedit læva sorori,
Alternatq; viçes, modo rustica carmina cantat.

15 Ulterius in † usu erant γεράνια ὑφ' ἵππων ἀγόμενα. *h. e.* molæ JUMENTARIÆ, puta asinariæ vel equinæ, quæ ab asinis & equis circumagebatur, *l. dolia 26. §. molas. 1. D. de fund. instr. & inst. legato.* Frideric. Scotus *in responso sup. nu. 9. lib. 2. tom. 1. & sup. quæst. 4. num. 53. juncta l. 89. de V. S.* quibus adhuc quoque in aliquibus Germaniæ locis, præsertim in arcibus ac propugnaculis utimur, nobis Roßmühlen dictæ, Cato *de re rustica cap. 10. Molas asinarias unas, & trusatiles unas, & Hispanienses unas.* Item *cap. 11. Molas asinarias tres, trusatiles unas.* Achmes Seirim *oner. cap. 195.* μύλωνα ἀλήθοντα ὄνῳ δυνατῷ, Pistrinum in quo asinus robustus moleret. Inde Asinus machinarius, *i. e.* molendinarius, qui molit molamque torquet, & machina frumentaria, *in d. l. quæsitum est 12. §. & mola 10. de inst. vel inst. leg. l. 60. §. ult. de leg. 3. Turneb. lib. 7. advers. 22. cum lib. 8. cap. 9.* & asina molendinaria *in d. leg. cum de lanioris 18. §. 2. D. eod. tit.* & caballi qui in pistrinis sunt, *l. si ita 15. in princ. d. tit. sup. quæst. 4. n. 53.* De quibus duobus animalibus omniũ copiosissime & elegantissime scribit celeberrimus Ulysses Aldrovandus Patricius Bononiensis *vol. 1. de quadruped. solidipedib. cap. 1. & 2. per tot.* quod à Johanne Cornelio Uterverio recensitum & ab Hieronymo Tamburino in lucem editum opus, nunc in Germania Francofurti demum recusum est. Quis enim jumentis non accenseret Asinos? contra ac alius bestiis eos noluit adnumerare. Vulgo etenim inter Scholares solet derideri quidam judex de Grosseto dictus Montonus (grossus forte asinus) qui credidit famoso Advocato, asinum pro bestia non haberi, ad hoc alleganti rubricam, quæ non habetur, *C. de asinis & bestiis non habend.* referente Matthæo Matthesilano Bononiensi *singul. 95. num. 1.* Ovidius insuper *libro sexto Fastorum* priora respiciens:

Inde focum servat pistor, Dominumq; focorum,

Et quæ pumiceas versat asella molas.
Idem *lib.3. de arte.*
Illa sonat raucum quiddam, atque inamabile ridet,
Vt rudit à scabrâ turpis asella mola.
Juvenalis Satyra 8.
---- *tritoq; trahunt epirhedia collo*
Segnipedes, digniq; molam versare Nepotis.

Sic καβαλλὴς Græcis & Latinis caballus non quivis equus dicitur, sed jumentum dossuarium, τὸ λαεργόν aut pistrense, & ad hoc opus destinatum, ut notat flos ille literarum Isaacus Causaubonus, referente Christiano Becmanno *de originib. LL. pag. mihi 154. 155.* Horatius:
—— *Olitoris aget mercede caballum.*
Ausonius:
Cui subjugabo de molarum ambagibus.
Qui machinali saxa volvunt pondere.
Tripedes caballos, terga ruptos verbere.

Quod si quis respiciat ad nostra tempora, norunt præsertim illi, qui præteritis annis in bello Belgico stipendia meruerunt, ac obsidionibus Lingensi, ac Lochumiensi interfuerunt, quas molas jumentarias secum trahere solitus fuerit exercitus tam Hispanorum, quam confœderatarum Provinciarum; ut vel inde quoque historiis sua constet fides, narrantibus, Henricum Octavum, Regem Angliæ centum molas Asinarias sive Equinas in curriculis, nec non magnum numerum furnorum; ad obsidionem Bononiensem secum duxisse, apud Joann. Frossardum *lib.1. hist. sive Chron. cap. 207.* & Renat. Choppinum *lib. 1. ad leg. Andium. cap. 23. num. 3.* Quia † vero illas ipsas molas jumentarias earumque intorsiones non minus docte, quàm evidenter depinxit Apuleius *lib. 9. Metamorph.* age, audiamus ipsum loquentem; ut lector totum hoc negotium non tam legere, quã cernere videantur. Sic igitur ait: *Ita complurimum jumentorum multivii cricuitus intorquebant molas ambage varia: nec die tantum, verum perpeti nocte prorsus instabili machinarum vertigine lucubrabant pervigilem farinam. Sed mihi, ne rudimentum servitii perhorrescerem, novus dominus loca lautitia prolixe præbuit. Nam & diem primum illum feriatum dedit, & cibariis abundanter instruxit præsepium: nec tamen illa ocii saginæq; beatitudo duravit ulterius, sed die sequenti molæ, (quæ maxima (a) videbatur) matutinus (b) adstituor: & ilico velata (c) facie propellor ad incurva spacia flexuosi canalis, ut in orbe termini circumfluentis reciproco gressu, mea recalcans vestigia, vagarer errore certo, nec tamen sagacitatis ac prudentiæ meæ prorsus oblitus, facilem me tyrocinio disciplinæ præbui. Sed quanquam frequenter, cum inter homines agerem, machinas similes circumrotari vidissem: tamen ut expers & ignarus, operis stupore mentito defixus hærebam, quod enim rebar ut minus aptum, & hujusmodi ministerio satis inutilem, me ad quempiam alium utique leviorem laborem legatum iri: vel ociosum certe cibatum iri: sed frustra solertiam damnosam exercui. Complures enim protinus baculis armati me circumsteterunt: atque ut eram luminibus obtectis securus etiam nunc repente signo dato, & clamore conferto, plagas ingerentes acervatim, adeo me strepitu turbulentant, ut cunctis consiliis abjectis, illico scitissime teniæ sparteæ totus innixus, discursus alacres obirem.* Hactenus Apulejus. Qui similiter *lib. 7. Metamorphos. mihi pag.* 300. ita scribit: *Nequissimaq;*

16

a alias *proxima.* *b* al. *matutinis*; horis forte. *c* nam has molas asini versabant, tectis capitibus, velataque facie Ludo. Granatens. *sup. in præ. ad Lect.* Vincent. Osopœus *in annot. ad lib. 1. Græc. epigr. 21. pag. 76.*

maq; illa mulier molæ machinariæ sub jugum me dedit: frondosoque baculo subinde castigans, panem sibi suisq; de meo parebat corio. Nec tantum sui cibi gratia me fatigare contenta, vicinorum etiam frumenta mercenariis discursibus meis conterebat. Et mox: *Ordeum meum frictum & sub eadem mola meis quassatum ambagibus, colonis proximis venditabat.* Denique pag. 301. *Ad eundem modum distractus & ipse variis equorum incursibus, rursus molares illos circuitus requirebam.* Maxime vero degeneres, annosos, claudos, & ad bellum inidoneos equos adhibebant, unde flagris ob pigritiam seu tarditatem eos instigabant, quod superiora testimonia evincunt.

Quartam differentiam molarum respectu formæ constituunt molendina † ALATA sive VENTIS AGITATA, quæ Græce πνευματικὰ & ἀνεμικὰ, item Volatica, Cæl. Rhodig. *l. 29. cap. 16.* & cum Pontifice *in c. ex transmissa. de decimis.* Molendina ad ventum: quæ Choppino passim ventilata sunt. *l. 1. leg. Andegau. cap. 15. nu. 5. cap. 16. num. 2.* adpellari possunt; Germanis vero dicuntur Windmühlen / Gallis Moulin à Vent, moletrinæ flabiles, ut legimus apud Bertrand. de Argentre *ad consuet. Britannia tit. 17. art. 365.* quorum nullum (excepto Pomponio Sabino, qui inventionis molarum ad ventum & equos meminit, ut retuli *sup. quæst. 2. num. 70.*) apud veteres auctores mihi videre licuit vestigium; sed, ut opinor, novissimum Europæorum est inventum: licet genus hoc molarum multis in locis sit infrequens, dicente Joh. Heidfeldio *d. sphinge philosof. cap. 7. pag. mihi 172.* Sicque de ventilando molendino rarior quæstio instituatur, ex mente And. Knichii *tr. de sublim. ju. terri. cap. 4. num. 310.* & nescio qua ratione nisus dixerit Fr. Balduin. Justinianum Imp. potissimum ibi agere de duabus molis, quæ maxime in usu sunt, quæ videl. aquis & ventis inpelluntur, *in schol. ad LL. rustic. tit. 10. inf. quæst. hac. 5. num. 28. juncta quæst. 2. num. 74.* In priori quidem opinione etiam me illud confirmat, quod post Senecam *libr. 5. natural. quæst. cap. 18.* etsi D. Joh. Chrisost. *in comment. Psal. 134. mihi pag. 362.* ventorum † commoda & munera recenset, eaque innumerabilia esse dicit, tamen hujus præclarissimi usus nullam mentionem facit, ut ita plane verisimile fiat, ipsi talia molendina ventis agitata incognita fuisse, aliàs rem tam memorabilem neutiquam silentio præteriisset. Vulgariter porro horum molendinorum alatorum, (quorum centum ostendit † Gandavum, primaria Flandriæ urbs; quamquam Saxoniæ nostræ Parthenopolis, quam Magdeburgum indigetamus, quod de eorum non exiguo numero glorietur, habet) pes sive fundamentum ut plurimum ex durissimis & crassissimis trabibus inter se decussatim connexis conficitur, super quibus ad quemlibet accommodatum ventum superius molendini ædificium per longiuscule extensum trabem circumrotatur & obliquatur. Verum enimvero † & turribus hujusmodi molendina inposita altero fere lapide ab arce Wolffenbüttelensi in Ducatu Brunsvvicensi, ac in Diœcesi Coloniensi non procul à Bonna videre licet; sicut etiam aliam † molendini vento agitati structuram ex Cardano refert Joan. Jac. Weckerus *de Secretis lib. 16. cap. 1. mihi pag. 771.* Fortassis autem (& jocose hoc inseram) horum † molendinorum alatorum usus parum profuturus esset ad quatuor illos Euripos circa polum

18 19 20 21 22

Arcticum, quos describit Jacobus Cnoxen Boscoducensis *in itinerario suo* adserens, non esse istic loci unquam tantum ventum, ut molæ frumentariæ sufficiat, quamquam Jodocus Hondius ea Luciani veris narrationibus non absona esse existimat.

Quinta species molarum respectu formæ conspicitur in molendinis † AQUATICIS sive † AQUARIIS, ut adpellat ea Frid. Balduinus *d. schol. ad LL. rust. tit.* 10. & Laurentius Pignorius *d. lib. pag.* 254. quasque proprie Moletrinas appellari posse, ex Nonio colligit Budæus, eodem teste *d. lo. sup. quæst. 3. numer. 9.* & quæ tamquam ædificia jactis pilis vel in ipso flumine, aut in terra ad præterlabentem aliquam aquam exædificatur; vel in ripis (ut ex Longobardorum & aliorum legibus apparet) aut margine fluminum exstruuntur, illisque adhærent, vulgo Wassermühlen / unde eorum Rotæ quoque vel subtus per septa sive cataractas præterfluentis, vel superne ex tubis sive deductis rivis & canaliculis incidentis aquæ vi incitantur & circumaguntur. *sup. quæst. 2. num.* 27. 71. 72. 73. 75. 68. 69. quorum † mentionem ex nostris fecerunt Bartol. *in l. si epistolam. §. si qua. D. de acqu. rer. dom. & in l. quo minus. in* 18. *quæst. D. de fluminib.* Paul. de Castr. *in l. fluminum. in princ. circa med. D. de damno infecto.* Joan. Francisc. à Ripa *in d. l. quo minus. num. 126. D. de fluminib.* Tiraqu. *de retract. lig. §. 1. gloss. 7. num. 92.* Cumia *in prælud. c. si aliquem. numer.* 137. Nicol. Intrigliol. *de feud. quæst. 9. num. 68.* Frideric. Scotus *responso 5. num. 9. lib.* 1. Henricus à Rosenthal. *in Synopsi feudalis cap.* 4. *conclus.* 4. And. Schefferus *dict. par. 3. quæst. pract. 39. num.* 2. Johan. Rüdingerus *cent. 3. singul. observ. 68.* von Mühlen. *num. 1.* Atque de his arbitror † sensisse Scaligerum in Ænigmatibus:

Quod defessa manus longa obsidione frequentat
Quiq; in sese anni more recurrit equus:
Audax angustis veniens solertia rebus,
Efficere invento pondere fecit aquas.
Pars angusta meat, patulo pars libera cursu,
Sic nostra tua fit irrequiete quies.

Huc quoque refero versus Guillermi Britonis Armorici, dum lib. 6. Philipp. inter alia ita scribit de castro Cornaco singulari artificio superato:

Haud procul à muris stagnum prægrande tumebat
Cujus aquam, pelagi stagnantis more, refusam
Urget stare lacu sinuoso terreus ager
Quadris compactus saxis & cespite multo.
Hunc Rex obrumpi medium facit, effluit inde
Diluvium immensum, subitaque voragine tota
Vallis abit maris in speciem ruit, impete vasto
Elini damnosa satis, damnosa colonis
Culta domos, vineta, molas, radiceq; revulsa
Præcipitans ornos, &c. ——— ———

Eberhardus Bituniensis apertius hoc innuit in Græcista:

Non levitate molæ, sed aquæ currit rota molæ.

Easque molas aquarias in Pilorum, Trusatilium, & Asinariarum locum successisse ac substitutas post Frid. Balduinum *in schol. ad dd. ll. rustic. tit.* 10. putat Demsterus

ad Rosin. d. l. 1. cap. 14. *p.* 87. & addit: Aquariæ, inquiens, molæ rotis sublevatis inversisque suppeditabatur aqua, eique muneri juncti asini, equi & equæ. Eò trahit Secundi vet. poetæ *lib. 1. Anthol. ca. 33. epig. 21.*

Τίπτε τὸν ὀγκηστὴν βραδύτην ὄνον ἄμμιγ᾽ ἐν ἵπποις
Γυρὸν ἀλωείναις ἐξαλάατε δρόμον;
Οὐκ ἅλις ὅττι μύλοιο περίδρομον ἄχθος ἀνάγκης
Σπειρηδὸν σκοτόεις κυκλοδίωκτος ἔχω,
Ἀλλ᾽ ἔτι καὶ πώλοισιν ἐρείζομαι ———

Hoc est:

Cur rudentem tardum asinum simul cum equabus
In rotundum in areis triturantibus agitatis cursum?
Nonne satis est quod molæ circularium onus necessitatis
Convolutum oculis clusis in gyrum actis, habeo?
Quin adhuc cum equis cursu contendamus.

Quomodo asinum conquerentem ibi introduci explicat Vinc. Obsopæus *pag.* 76. Sed vereor, quod non de aquariis sed jumentariis illis moolis *supr. num. 15.* hoc possit intelligi.

26 Hujus porro † molendini admirandam structuram Darmstadii in horto Principis licuit conspicere. Postquam enim grandis rota haustoria situlis sive urceis magnam illuc per canales derivatæ aquæ copiam prius hausit, & in altum, ad tertiam fere contignationem evectam rursus in grandem cistam effudit, tùm illa aqua demum per foramina in rotas molitorias, lacunatas alas & intercapedines ex asseribus factas ad excipiendum eam habentes ex alto afflatim decidit, molæq; causatur circinationem, cum magna jucundaque spectatorum admiratione & voluptate. Sed & multa flumina statim ab ipsis fontibus tanta vi fluunt, ut naves onerarias subvehant; ut quidem in Gallia Ligerellus Aureliorum; aut aliquot pistrinenses molas intorqueant, uti in hoc Ducatu Blavius, inquit Johannes Bodinus *in theatro nat. lib. 2.* Sed de hac re, utpote omnibus notissima, non attinet plura dicere. Nisi de ista, quam nonnulli flocci faciunt, quos merito perstringimus. Ganeones ac bibones subintelligo, qui exclamant: aquam circumagendis rotis molendinorum esse natam, & vehendis navibus, non ut sitim pota tollat, sicut Cyclops etiam indignabundus exclamat: ἀπόλεσας τὸν οἶνον ἐπιχέας ὕδωρ. Et alius: ὑδροχεῖν βατράχοις, οἰνοχεῖν σε δεῖ, ad eum qui plusculum aquæ miscuerat vino *Athen. lib. 10.* Pluribus hos exagitant scribtores alii, quos adduco in Mantissa *cap. 7. de fame & siti num.* 15. Nec immerito; annon enim graviter ait Syracides *cap. 29. vers. 28.* *Initium vitæ hominis, aqua & panis, vestimentum, & domus protegens turpitudinem.* Quæ repetit *cap. 39. vers. 31.* *Initium necessariæ rei vitæ hominum, aqua, ignis, & ferrum, sal, lac, & panis similagineus, & mel, & botrus, uvæ, oleum, & vestimentum.* Annon etiam detestabile illud vitium publicis Imperii constitutionibus prohibitum? Imo ante eas anne Francorum antiqua lex fuit: *Nemo militiæ socium, aut quemlibet alium, ad potatum invitato: quod si quis ebrius repertus fuerit, ejectus, quo ad culpam agnoscat, aquam bibat*, *B.* Rhenanus *lib. 2. rer. Germ.* adde *K*aruli M. capitulare *lib. 1. cap. 167.* Tholozanum *lib. 39. syntagm. jur. univers. cap. 8. num. 7.* Justissima, per legem non sine ratione latam, pœna: saluberrima medicina!

Et quamvis aqua alium non haberet usum (quem certe in vita communi habet uberrimum, Medicis ac Physicis adprobantibus) singularis tamen is esset ac valde necessarius, quem mox referam. Quod attinet ad amoris aut curarum, quæ propter eum suscipiuntur, oblivionem, scribit Pausanias *in Archaicis*: aquam Selemni fluvii viris & fœminis ex labore laborantibus mederi, eamque vim habere, ut qui in eo fluvio loti fuerint, illos amoris capiat oblivio. Quod si verum est, inquit ille, τιμιώτερον πολλῶν χρημάτων ἐστὶν ἀνθρώποις τὸ ὕδωρ τοῦ Σελέμνου, *id est*, aquam Selemni multo pluris facere debent homines, quâm magnam pecuniæ vim, Lambin. *in annot. ad Horat. Epod. lib. od. 2. pag.* 343. Alter usus vinolentiæ ac voracitati deditis hominibus est reservatus; aures modo darent oraque catervatim porrigerent. Est enim Arcadiæ regio, in qua fons Azani, cujus aquam gustantibus tantum deinceps aquarum vel (ut alii perhibent) vini oboritur fastidium, ut ne odorem quidem eorum aut ejus ferre possint, Vitruvius *libr. 8. de architect. capit. 3.* Huic fonti contrariam fere vim obtinet, qui in agro Clitorio est, cujus aquas qui gustaverit abstemius redditur, ut tradunt Plinius *lib. 31. N. H. cap. 2.* & Ovidius *libr. 15. metamorph.* O utinam ibi degissent, aut nunc degerent nostri Germani, aliique, & aquam utriusque fontis non leviter sorberent modò, sed absorberent penitus! antiquum reverà illi non obtinerent. Verum hæc πάρεργως & incidenter.

27 Sextò denique visuntur † molendina NAVALIA, quæ instar navium, anchoris aut rudente ad palum alligata, super fluminibus natant, ac veluti de loco in locum ambulant, nullo manuum auxilio, sed aquarum labsu, & versatilium rotarum labore continuo, nocte dieque ad nutum unius hominis operantia; ex inde quoque Germanis Schiffmühlen appellata, cujusmodi multa passim fluitant in Ligeri, Pado, Ticino, Tiberi, Danubio, Albi, & Visurgi, &c. *sup. quæst. 2. num. 70. 71. 72. 73. 75.* quæ attigerunt Nicol. Intrigliolus *de feudis cap. 9. num. 68.* Petrus Follerius *in praxi criminali 1. part. 2. partis verb. annotentur, bona num. 9.* Balthasar. Benedellus *de jure prothomiseos ad princip. constitut. n. 66.* Andreas Tiraquellus *d. lo.* Octavius Simoncellus *tract. de decret. in contract. minor. libr. 3. tit. 8. insp. 12. num. 82. pag. 411.* denique Bartolus, Paulus Castrensis & Johan. Rüding. apud And. Schefferum *d. quæst. 39. num. 3. & 4.*

28 Antequam tamen † hinc discedamus, placet referre & adducere (quem autorem laudare etiam non erubit Dn. Rutger. Rulandus *in Addit. ad tract. de Commission. part. 1. lib. 4. cap. 25. pag. 169.* & Theoph. de Pega *d. sylloge pag. 33.* præcipuè vero ob nomen tractationi huic conveniens *supr. quæst. 1. numer. 3. juncta quæst. 45.* & propter linguæ Germanicæ præstantiam, cujus quoque particulas quod sæpius inseruerit, se excusat parens meus *dict. tract. de fidejuss. in præfat.*) verba Sebaldi Mülleri, qui in dicto libro Germanico, cujus titulum fecit, Bericht vom Brodbacken / ordinem & inventionem harum singularum moletrinarum inter alia ita depinxit: Anlangende das Mühlwerck / ist wol zu mercken / daß die lieben Alten von undencklichen Jahren / nit mit so leichter Mühe und geringschätziger Arbeit / als wie zu den jetzigen unsern Zeiten / ihr Korn und Früchte / welche

sie

sie zum Brod gebraucht / mahlen und zu Mehl machen können: sondern dieweil sie von solchen geschwinden unnd kunstreichen Mahlen nicht gewust / als haben sie im Anfang das Korn mit grosser Mühseeligkeit zum Backen zugericht / solches zerknirscht/ zermalmet/zerstossen und zerstampt/ welchen Gebrauch die Kinder Israel in der Wüsten gehabt/ *Numer.* 11. das Volck samlets/und stieß es mit Mühlen/ und zerriebs mit Mörsern/ und behielts in Töpffen / und machten ihnen Ascherkuchen draus / davon in vielen Historien zu lesen/ welche melden / daß darnach ein Instrument oder Handmühle erfunden sey / darauff auch grosse Potentaten und Fürstliche Personen eigener Hand die Früchte gemahlen/ davon Herodianus *libr.* 4. & Plinius *libr.* 18. *capit.* 11. welches Pittacus Mytilænus, einer von den sieben weisen Meistern hoch gerühmet/ und als er selber darauff gemahlen/ hat er darzu gesungen. So bezeugets auch die H. Schrifft von Simson/ *Iudic. cap.* 16. Vom Plauto schreibt man/ daß er wegen Armuth einem Müller in der Mühlen gearbeitet / und in derselben etzliche Comoedien geschrieben / da er deñ auch zugleich das Becker Handwerck gelernet/ dann zu derselben Zeit war mahlen und backen einerley Handwerck der Handthierung.

Es ist aber solch mahlen ein sauer harte Arbeit gewesen / derowegen nachmaln die leibeigene Knechte / und die so etwas verwircket gehabt / zur Straffe mahlen müssen. Und Esaiæ *capit.* 47. drauet GOTT der HERR der stoltzen Babel/ daß sie soll gezwungen werden/daß sie in den pistrinen und Mühlen mahlen müsse. Solche Instrument/darauff das Korn klein gemahlen/und diese Handmühlen sind bey den Jüden in der Wüsten Sinai sehr gemein worden/ davon *Deuteronom.* 24. Du solt nicht zu Pfande nehmen den untersten und obersten Mühlstein / die auch noch bey diesen unseren Zeiten an vielen Orten / sonderlich in Littawen sehr gemein sind / und jetzo sehr künstlich zugerichtet werden / daß sie mit sonderem Vortheil darauff lang mahlen / und fürnemlich in Vestungen können gebraucht werden. Nach diesen hat man die Esel/ Ochsen und Pferde / denen sie die Augen zugebunden / darzu gebraucht / unnd also das Mühlwerck mit denselben getrieben / wie auch noch an vielen Orten / und in Vestungen solche gefunden werden. Wie nun solche Thiermühlen auch beschwerlich / als sind die Windmühlen erfunden; weil aber wegen Mangelung des Windes / nicht allezeit hat können gemahlen werden / als sind die Schiffmühlen kurtz vor Keysers Augusti Zeiten auffkommen / welche auch an vielen Orten jetzo gemein sind. Endlichen sind auffkommen die Wassermühlen / daß also ein jeder umb die gebührliche Metze / ohne sondere Mühe seine Früchte kan mahlen lassen / rc. Hæc excerpsi & ad expolienda confirmandaque superiora adnectere volui, ex ipsius præfatione libro præmissa, im ersten Punct / von Ursprung deß Mahlwercks/ unnd wie dasselbe / biß zu jetziger unserer Zeit zugenommen/ und ein so gar leichte und geringschätzige Arbeit geworden. Hactenus Mullerus, cui adjunge Christophorum Mylæum *infr. quæstio.* 6. *num.* 24.

*A*nte quos ita quoque, sed succinctè hanc seriem recensuit Lambertus Hortensius: *Servius tradit, apud priscos nullum molarum usum fuisse; sed fruges torruisse, tantum, ac deinde in pila conjectas pinsuisse, id quod molendi genus erat; cum moli dicantur frumenta, quocunque etiam instrumento frangantur, sive id saxis fiat, sive in pilo,*

ſive dentibus, unde molares dicti. Poſtea inventæ fuere molæ aſinariæ, truſatiles, quæ ventis, quæque aquarum vi agerentur, in explanat. Virgil. dict. libr. 1. Æneid. verſ. 184. Paulo prolixius idem præſtitit Franciſcus Balduinus, dum ſic notat; Quàm ſit ad humani convictus rationem neceſſaria molendi ratio, nemo eſt qui ignoret. Veteres ante molarum uſum fruges torrebant, & deinde in pilis pinſebant. Unde illud Virgilianum:

Et torrere parant flammis & frangere Saxo.

Poſtea molæ inventæ ſunt, cujus plures ſpecies feruntur. Erant enim Aſinariæ, unde aſina molendinaria apud noſtrum Paulum: item Truſatiles, Manuariæ ſive χειρομύλοι Poſtea tandem repertæ ſunt Aquariæ, quas propriè Moletrinas appellari poſſe, colligit ex Nonio Budæus. Item aliæ quæ ventis inpellerentur. Omnium autem molarum, quibus quid conteritur, duæ potiſſimum partes conmemorantur ab eodem noſtro Paulo; videlicet Catillus, ſuperius ſaxum: & inferius, Meta, quam Græci vocare videnrur ὄνον. Apud Matthæum dicitur μύλ☉ ὀνιμ☉. Moſes dum has duas partes vetat oppignorari, appellat Rachaim & Raceb. Septuaginta verterunt μύλον καὶ ἐπιμύλιον. Sed ut ad rem redeam, Juſtinianus hic potiſſimum agit de duabus molis, quæ maxime in uſu ſunt, quæ videlicet aquis aut ventis impelluntur, *in ſcholiis ad leges Ruſticas Imp. Juſtin. tit.* 10.

29 Denique † molæ quoque differentia ex materiæ & ſubjecti diſcrimine peti poſſet; ſiquidem ea varia, quod nunc diſcutiendum relinquo & me ad reliqua conferens unicum illud adjicio, in Babylonia tempore primæ monarchiæ uſum molarum non tantum fuiſſe notum, idque colligi ex Apocalypſi Johannis *ſupr. quæſt. 2. num. 57.* Sed etiam capta Babylonia Xerxem regem Megabyzo præter alia Molam Auream dediſſe, ſex talenta pendentem, quod apud Perſas omnium regiorum munerum eſt pretioſiſſimum, *in excerpt. Cteſiæ poſt Herodot.*

QVÆSTIO VI.

DE

Differentiis Molarum, reſpectu rerum, quæ per eas cõtunduntur, comminuuntur & efficiuntur.

SUMMARIUM.

1 Molæ OLEARIÆ, Oehlmühlen/ quænam ſint?
2 Trapetum à molis differt, & à τρέπω dicitur.
3 Locus Jobi cap. 24. verſic 11. explicatur, cum cohærentibus ex l. 12. §. 1. D. de uſu & habit.
4 Molæ POLITORIÆ & ACVMINANTES Polier und Schleiffmühlen/ deſcribuntur.
5 Poliones ſunt, qui arma lapidesque pretioſos expoliunt.
6 Molæ SERRATORIÆ Segmühlen.
7 Serræ inventor Dædalus, aut Perdix ſecundum alios: & plauſtri cujusdam uſus alius ad terenda frumenta.
8 Serræ ægnimatica deſcribtio ex Symphoſio & Scaligero: poſtea molarum ſerratoriarum rude initium & plenior delineatio.
9 Molæ ad conficiendum PVLVEREM PYRIVM, Pulvermühlen/ quæ ſint? Et num. 15.
10 Primum tormentum bellicum Germanis à Venetis dono datum eſt, teſte Volaterrano.
11 Tormentorum bellicorum deteſtatio. Et num. 13. cum 14.
12 Regi Sueciæ octo tormentorum bellicorum millia adſcribit Iohannes Boterus.
16 Molæ FVLLONIÆ, Walckmühlen.
17 Fullonicam artem Nicias Megarenſis invenit: deque mola TEREBRATORIA, Bohrmühlen.

18 Molæ

18 Molæ CONTVSORIÆ, Stampmühlen oder Bochwerck.
19 Molæ ÆS CALIDVM IN LAMINAS deducentes, Kupffermühlen. Et num, 20 & 21.
22 Molæ CARTHARIÆ Papiermühlen.
23 Mola Chartaria Tychonis Brahe laudatur.
24 Papyri conficiendi ars nobilitate cæteris anteferenda.
25 Molæ AQVAS PLVVIAS emolentes Wassermühlen.
26 Phrysii, Hollandi, & Selandi ingentibus ageribus impetus maris coercent.
27 Romani dupliciter aquam ducebant. Et num. 31.
28 Castella erant plumbea receptacula.
29 Salientes, lapideæ personæ erant, aquam ebullientes. Et num. 30.
32 Opera illa Germaniæ, quæ Wasserkünste adpellant, describuntur.
33 Machinæ Hydraulicæ, quæ Toleti in Castilia Nova conspicitur, commendatio. Ut & ejus quæ est ad oppidum Suatium, & similia opera in urbe Brema, comitatusque Schvvartzenburgico.

ALtera differentia molarum sumitur non equidem propriè à forma (quãquam & sequentia molendina propriam suam formam habent,) sed à similitudine quadam, quam nonnullæ earum cum veris molendinis supra *quæstio* 3. *numer*. 19. descriptis, & ad conminuenda frumenta principaliter inventis, habent; item à rebus, quæ per eas contunduntur, conminuuntur & efficiuntur. Et quidem vetustate sua reliquis præcellunt molæ † OLEARIÆ sive Olivariæ, ut adpellant Pomponius *in l. cum fundus*. 21. *D. de fund. inst. & inst. legato*. & Paulus *lib*. 3. *sentent. titul*. 6. *aliis* 7. Germanis Ohlmühlen: Varroni vero *lib*. 4. *de lingua latina* & Catoni *de re rustica lib*. 1. *cap*. 6. *& cap*. 25. *& cap*. 144. nec non Ulpiano *in l. sed addes*. 19. *d*. §. *illud nobis*. 2. *per tot. D. Locati* Servio ad lib. 2. Georg. ἀπὸ τοῦ τρέπειν, hoc est à terendo Trapetum sive Trapetes, & Trapedum Isidoro; eidem denique Varroni *de re rustica lib*. 1. *cap*. 55. Vitruvio *lib*. 6. ac Benedicto Curtio Simphoriano *hortor. lib*. 22. *cap*. 8. Torcular olearium dictæ, Græcis μῦλος ἐλαιῶν; quibus molis ex nucibus aut ex semine aliquo oleum exprimitur, quod sacræ literæ *Exodi cap*. 27. *vers*. 20. *& Levit. cap*. 24. *vers*. 2. vocant ἔλαιον ἐξ ἐλαιῶν ἄτρυγον καθαρὸν κεκομένον, hoc est oleum de arboribus olivarum purissimum piloque contusum. Martialis *lib*. 14. *al*. 13. *epigram*. 35. ubi Raderus:

Hæc, quæ Picenis venit subducta trapetis,
Incipit atque eadem finit oliva dapes.

Virgilius *lib*. 2. *Georgic*.

Venit hyems, teriturque Sicynia bacca trapetis.

Statius *lib*. 2. *sylv*. 7.

Unctis Bœtica provocas trapetis.

Etsi † enim in torculari per prælum uvæ olivæq;, eo per quales, fiscos & corbes delatæ, rectissime exprimi poterant, Columella *lib*. 11. *cap*. 2. *& lib*. 12. *cap*. 50. juncta eleganti adductaque *leg*. 19. §. 2. *D. locat*. Choppinus *lib*. 1. *ad leges And. cap*. 27. *num*. 4. *pag*. 250. ad exprimendum tamen ex nucibus, aut ex semine aliquo oleum, torcular & prælum inutilia erant, nisi prius semina per molares contusa & molita essent, tum demum exprimenda; unde hæ molæ nomen sunt sortitæ. Id quod etiam Cocus objicit pistori in carmine Vespæ poëtæ supra relato, his verbis:

Stat qui sub saxo quasi Sisyphus atque laborat,
De nuce qui tantum, de melle & polline fingit
Has, quas jactat, opes.----

Sed multo elegantius expressit Columella *d. lib*. 12. *cap*. 50. molas & Trapetas (quod etiam observavit Ausonius Popma *in Notis ad Varronem de re rustica mihi pag*. 713.) separans: *Oleo*, inquit, *conficiendo molæ utiliores sunt, quam Trapetum, trapetum quam candis & solea*; *Molæ quam facilimam*

mam patiuntur administrationem, *quoniam pro magnitudine baccarum vel submitti vel etiam elevari possunt*, *ne nucleus*, *qui saporem olei vitiat*, *confringatur. Rursus Trapetum plus operis*, *faciliusque quam solea & canalis efficit.* Sic quoque Trapeta & torcularia quædam erant quadrinis vasis, ut apud Catonem cap. 18. legimus, quod plus olei vinique premebant: Sicque Molæ quadrinæ plurimum farinæ in pistrinis faciebant, ut explicat Turnebus versum istum Pomponii apud Nonium in pistore: *Nam plus quæsti facerem*, *quam quadrinas si haberet molas. Cujac. lib.* 16. *obser.* 5. Atqui juxta talem interpretationem id non in mola, sed in frumento potius situm? Ita enim farina tritici contrita amplior, hordei minor redditur, de qua differentia late Aristot. *in probl. sect.* 21. *Symphosii adde ænig.* 52. *sup. quæst.* 4. *num.* 43. Itaque de tali pistrino locus erit intelligendus, quod quatuor molas contineat, ut sit nomen numeri, ceu quadriga & quadrimus. Non etiam cum Varrone (qui maligne eruit omnia è Latinis, Græcisque suas origines invidet. I. Cæs. Scalig. *cap.* 29. *de caus. lat. ling.*) trapetum à terendo, sed à τρέπειν *id est* vertendo dictum puto; quod nempe magna labore, circumacto lapide, frumenta terrentur. Martialis ea voce utitur *lib.* 7. *epig.* 27. *& lib.* 13. *ep.* 36. Statius *lib.* 2. *Syl.* 7.

3 Memorabile † autem est, cum Jobus *cap.* 24. pulcherrimam Tyrannorum εἰκόνα describserit, quod inter alia eorum operum etiam *versicul.* 11. referat, illos cogere pauperes, ut in molendina eorum oleum producant, ac torcularia trahant, ac tamen sitiant, *hoc est*, ut versio Germanica D. Lutheri habet: Sie zwingen sie Oele zu machen auff ihrer eigenen Mühlen / und ihre eigen Kelter zutretten/und lassen sie doch Durst leiden. Genuinam versionem Latinam hanc esse indicavit mihi Dn. Schwenterus: *Inter muros eorum oleum excutiunt*, *torcularia calcaverunt*, *& sitiverunt.* Vide ibidem plura apud Joannem Brentium *in annotationib. mihi p.* 92. Qua de causa Latinus Tancredus inter aquæ sitisque & hunc refert usum: quod potus cum alimento quoquo versum pervadens efficiat, ut facilius eliciatur alendo corpori utilis succus &c. hocque ingenio uti & industria torcularios artifices scribit; Hi namque cum volunt oleum ex olivis exacte elicere, illas calidis aquis conspergunt; quo fit, ut & oleum & amurca, cæteræque feces secernantur. Pariter copiosius ex amygdalis extrahitur oleum, si prius tepida aqua perfundantur. *d. lib.* 1. *de fame & siti cap.* 1. *pag.* 3. *B.* Quarum rerum occasione quæritur de genuino sensu *l. plenum* 12. §. 1. *D. de usu & habit.* ubi Pacius inquit; in meo M.S. codice legitur, *Doliis*; ut etiam emendat Conanus. Sed Cujacius legit: *Oleis lib.* 9. *obs. c.* 37. Fornerius vir doctissimus Florentinam lectionem, *Foliis* defendit, & folia unguenta ex foliis confecta interpretatur. Eam quoque retinet Gilbertus Regius: sed aliter explicat quam Fornerius, scilicet ideo usuarium foliis excussis uti non posse, ne arbores moriantur *lib.* 1. ἐναντιοφαν. *cap.* 9.

4 Secundo obcurrunt † Molæ POLITORIÆ ET ACUMINANTES, Polier: und Schleiffmühlen / in quibus non tantum fabri ferrarii gladiis, falcibus, cultris, securibus ac aliis hujusmodi ferramentis aciem inducunt: Verum etiam

5 † Poliones (quorum meminit Callistratus *in l. quibusdam D. de jure inmunitatis.*) arma, lapidesque pretio-

pretiosos expoliunt & explanant; quas Pragæ, Ratisbonæ, Freiburgi in Brisgovia, & alibi videre licet. Veteres equidem, ut hoc obiter moneam, in exacuendo ferro, quando delicatior fieri debebat acies, non aqua, sed oleo cotes aspergebant. *Plinius lib. 34. Nat. hist. c. 14.* Sed & hoc adjicio; me in ea hærere sententia, in constitutione Frider. Imp. Molita Arma, pro acuminatis & hisce molis exacui solitis usurpari *lib. 1. leg. Neap. seu Sicul. tit. 9. pag. mihi 705.*

6 Tertium locum inter has molas occupant † Molæ SERRATORIÆ, vulgo Stein: Brett: oder Sagemühlen: quarũ opera & vertigine durissimi lapides, trabes & abietes stridentibus tollutim subsilientium serrarum dentibus sua sponte, sed tamen ad circumacti per dentatam rotam cylindri inpulsum, sese ingerentibus, in tenues tabulas sive asseres brevi temporis spatio dissecantur; quas antea manus humanæ serris

7 tractis tardissime partiebantur. Etsi † igitur Dædalus, sicut Plinio *lib. 7. cap. 56.* placet, vel Perdix, ejus ex sorore nepos, ut apud Senecam *epist. 90,* Diodorum *lib. 4. biblioth.* & Servium legimus, ob inventionem serræ magnopere laudantur; Ovidius *lib. 8. Metamorph.*

——ferroq; incidit acuto
Perpetuos dentes, & serræ repperit usum.

Et Virgilius *1. Georg.*

Tum ferri rigor, & arguta lamina serræ,
Nam primi cuneis scindebant fissile lignum.

Non vero serra solũ ea est, qua secantur ligna: sed gen9 quoq; plaustri, quod rotis ferreis atque dentatis volvitur; cujus usus est ad terenda frumenta in area, quod non ἐκ παρέργου moneo. Autor mihi ibidem est *in comment.* Ludovicus de la Cerda, & B. Hier. *lib. 1. in Amos. c. 1.* qui sic explicat, quæ LXXII. transtulerunt πρίοσι σιδηροῖς.

Præterea quam serram admodum † eleganter describit Cælius Symphosius *ænigmate. 60.*

Dentibus innumeris toto sum corpore plena,
Frondicomam sobolem morsu depascor acuto, (dentis.
Mando tamen frustra, quia respuo præmia

Elegantius Scaliger.

Dissidiisq; inimicitiisq; creata creandis
Non intellecto barbara torva sono,
Non nisi iens rediens multumque ultroque citroque
Dentibus infestis rosa sine ore vomo.

Etsi, inquam, isti vehementur celebrentur: non minorem tamen laudem meretur posteritas, quæ homines istiusmodi jam exposito invento à non contemnendo labore sublevavit. Has tamen molas, aut rude earum initium nondum excultum, ævo Ausonii in usu fuisse, inducor ipsius versibus *in Mosella:*

Nobilibus Gelbis celebratur piscibus, ille
Præcipiti torquens cerealia saxa rotatu,
Stridentesque trahens per lævia marmora serras

Placuit uno fasce colligere Stephani Vinandi Pighii descriptiones, dum de aquariis machinis in Danubio prope Ratisbonam, moletrinis Vignariis atq; chartariis ita scribit: *His omnibus jam perlustratis ad Danubii ripam* (scilicet Karulus dux Cliviæ) *descendit, ut ratibus inpositas molarum aquarias machinas videret, magna industria & ingeniosa inventionis officinas nullo manuum auxilio, sed aquarum lapsu & versatilium rotarum labore continuo, nocte dieq; ad nutum unius hominis operantes. Lignariæ moletrinæ* (*ut M. Catonis utar vocabulo prisco*) *tunc ostendebant, ut vasti ponderis trabes, arbores etiam immensa sua sponte ex undis exurgentes in tabulata*

ac pontes, sese stridentibus subsilientium ac multiplicium serrarum dentibus ingerunt, atq; in plures uno fractu brevi temporis spatio tabulas partiuntur. Chartariæ monstrabant, quo pacto trabium pluribus pistillis magno strepitu linteorum fragmina tunduntur, & in pultem conteruntur, ut ex hac candidissimæ & tenuissimæ Chartarum paginæ in quibus omnis ævi memoria permanet, facili ac festino labore formantur. Ita ille in Hercule suo Prodicio *pag. mihi 95.* Quarto passim † usurpantur molæ, à conficiendo pulvere Pyrio sive tormentario Germanis **Pulvermühlen** adpellatę; in quibus ut ex Joanne Langio *lib. 2. epist. 32.* colligitur, vi præferratorum pistillorum vento sive aqnis agitatorum, ex sale nitro sive sale petræ, sulphure, & carbonibus tiliaceis massa quædam nigra conficitur; quæ postea exsiccata, & juxta artem præparata pulverem illum præbet; quo hodie tormenta bellica (quorum † primum Germanis à Venetis dono datū esse, cum hi apud Clodiam fossam Genuenses obsiderent, scribit Raphael Volaterranus *lib. 30. comment. mihi pag. 356.*) & sclopeti onerantur, de quo plura in præsentiarum quid refert dicere? Recte † & graviter Ariostus, in Orlando furioso, Monachum illum, qui primus Bombardarū usum invenit, exagitat, quod auctor fuerit, ut vera virtus bellica corrupta & fere sublata sit, referente Phil. Camer. *in oper. succis. c. 76. in fin. & c. 77. in fin. cent. 1. & fusius c. 28. cent. 2.* Consentit Polyd. Virgilius *lib. 2. de invent. c. 11.* Similiter Christoph. Mylæus: *Est*, inquit, *ferrum temerati hominis inventū, non ad necessarios usus solum, sed ad nostram pernitiem, cum fabricant, præter cultros etiam gladios; enses clavas, thoraces, galeas, sagittarum & lancearum spicula acuminata: idq; ad bella, ad cædes, ad homicidia: ut optimum sit ferrum, idemq; pessimum vitæ mortalium. Omnes terræ fibras persequimur, in venas penitus abditas hominum avaritia altius progreditur. Ære quod primum ab hominibus inventum putant, utimur ad instruendam vasis familiam, ut sunt lebetes, ahena, cacabi, lucernæ, lampades, candelabra. Inde etiã statuas atque simulacra fingunt. Scriptorum utique monimenta, & inscriptiones horrificæ, ad diuturnitatem in ære incidebantur à veteribus. Ex eodem Bombarda, inventum superis ætatis, funditur: quæ vi pulveris è nitro sulphure, & tiliæ cineribus compositi atque cum fulmine affinitatem quandam habentis, globis diversi generis, parvos & ingentes, maxima pernicitate evomit: & quocunq; invasit, cuncta penetrat, disturbat, ac dissipat. lib. 2. de scrib. univ. rerum hist. pag. mihi* 125. Quid? Quod Stephanus Vinandus Pighius *in Hercule Prodicio mihi pag. 319.* Bombardas adpellat τειχεσιπλήτ]ες πολιοςκητὰς & Cacodæmonis instrumenta; de Castro Mediolanensi ejusque capacissimo & instructissimo armamentario verba faciens? cui tamen vix cedent Armamentaria Venetum & Dresdense ad Albim, ut adnotavit Io. Servilius *in lib. de admirand. vet. oper.* Sitque liberum lectori, an fidem † adhibere iterum velit Ioanni Botero *in Amphitheatridio suo* narranti, Regem Sueciæ circiter octo tormentorum bellicorum millia, & quidem in sola arce Stockholmensis 400. habere. Ego ad tot millia tussio. Et quamquam † Pandulphus prosa oratione, Catanæus vero versu bombardas istas quas alii Aegyptiorum inventum, alii Germanorum esse, & quidem (ut Wimphelingus *in Epitome rerum german.* voluit) anno Christi 1380. vel anno Christi 1378. ut censuit Guidus Pancirolus *in novis repertis lib. 2. c. 18.* repertas esse autumant; Tamen Iacobus Stapulensis congruum

[Marginal numbers: 9, 10, 11, 12, 13]

gruum fuisse censuit, ut auctor tantæ machinæ ipsemet opus imbueret. Vide plura apud Felicem Fabrum *lib. 1. hist. Suev. c. 8.* Ioh. Wolffium *to. 2. lection. memorabil. pag.* 319. 320. Mich. Meierum. *lib. cui titulus vera inventa Germ. c. 4.* Th. Lansium *in consultat. de prin. Europ.* Iacob. Spigelium *in Scholiis ad Richard. Bartholinum lib. 9. Austriados mihi pag.* 649. ubi & ipse Bartholinus bombardas ita delineat:

——————— *Vulcaniaq; urbi*
Tormenta inpellunt, monstrum damnabile terris.
Quod ferri lapidumq; globos jaculatur & ignes,
Nube diem, & terræ obtexens caligine solem.
Inventum Germane tuum, sic & nova semper
Ingenia extundunt varias mortalibus artes.

14 Nec † possum non in lectoris gratiam et hic subnectere verba Io. Ravisii Textoris *in officina* ubi ita scribit: *Bombardam Galli vocant machinam, à bombo & ardeo, ut autumat noster Nicolaus Beroaldus, execrabile prorsus inventum, quo nihil fulmini magis simile, luce, impetu, & odore deterrimo, cujus inventori (ut inquit ille) robur & æs triplex circa pectus erat, illum parentis crediderim sui cervicem, & penetralia sparsisse nocturno cruore hospitis: Ille venena colchia, & quidquid usquam concipitur nefas tractavit, qui tam horrendã machinam primus commentus est in hominum pernitiem, castrorumq; & civitatum ruinam, ceu parum essent tot arcus, tot sagittæ, ballistæ, cuspides, lanceæ, conti, hastæ, nisi & hoc inventum multo omnium pessimum ingeniosa in sui perniciem mortalitas excuteret.* Sed longe acerbius de illa machina disserit & judicat Erasmus Roterodamus: *Sæpe,* inquiens *demirari soleo quæ res, non dico Christianos, sed homines huc adigat vesania, ut tantis studiis, tantis sumptibus, tantis periculis, in mutuam pernitiem ruant. Quid enim aliud in vita quam belligeramur? non belligerantur qualibet bruta, sed feræ duntaxat; ne hæ quidem inter se dimicant, sed cum diversi generis beluis & suis armis pugnant; non uti nos, arte diabolica excogitatis machinis, nec rursum quibuslibet de causis, sed aut pro fœtu, aut pro cibo &c.* Pari vehementia alibi invehit & execratur has bombardas, pulverem pyrium & minora illa manuaria tormenta, quæ ignitos globulos emittunt horrido sono: *Quis hoc machinarum genus excogitavit? Olim artes ad humanæ vitæ usum repertas Diis attribuit antiquitas, veluti Medicinam Apolloni, agricolationem Cereri, vitis culturam Baccho, furandi artificium Mercurio. Hujus inventi laudem non puto cuiquam deberi, nisi vehementer ingenioso cuipiam nec minus scelerato cacodæmoni. Si quid tale conminisci potuisset Salmonæus ille (Gygantum unus) potuisset vel ipsi Iovi medium digitum ostendere. Et tamen hic nunc Christianorum atq; adeo puerorum lusus est. In tantum apud nos decrescit humanitas ac crescit immanitas. Olim Corybantes tympanorum & tibiarum strepitu homines compellebant in rabiem. Habet enim & ille sonitus miram vim ad conmovendos animos. At horribilius sonant nostra tympana, nunc anapæstis nunc pyrichiis perstrepentia. At nunc his pro tubis Christiani utimur in bello, quasi illic non satis sit esse fortem, sed oporteat furere. Quid autem dixi de bello? Utimur in nuptiis, utimur diebus festis, utimur in templis. Ad furiosum illum sonitum procurrunt in publicum virgines, saltat nova nupta, ornatur festi diei celebritas, qui tum est maxime lætus, si toto die per urbem obambulet plusquam*

Corybanticus tumultus. At ego arbitror apud inferos non alio organo celebrari dies festos, si modo sunt illic ulli. Plato putat magni referre, quo genere Musices uteretur civitas, quid dicturus si hanc musicam audisset inter Christianos? Iam hoc musicæ genus quod simul flatile est & pulsatile, in templis solenne, quibusdam non placet, nisi bellicam tubam longe superet, & immanis ille sonitus auditur à sacris virginibus (moniales Pontificius intelligit) *dum res divina peragitur. Nec id satis, sacrificus vocem ad tonitrui fragorem effingit, nec aliis magis placent aliquot Germaniæ Principibus. Adeo nostris ingeniis nihil est dulce, quod non sapiat bellum. Sed desino σατυρίζειν.* Hæc ille *lib. 2. epist. pag. mihi* 101. *&* 915. Nec antegressa vetustas caruit prægrandibus suis tormentis bellicis, quæ excogitavit ac pro sua industria auxit. Nonne enim Ballista formabatur ea magnitudine, ut lapides CXX. pondo ejacularetur *sup. q. 4. nu. 46 & 47.* Vnde Silius *d. lib. 1.*

Phocais effundit vastos ballista molares.

Habuit quoque suos arietes, de quibus *Veget. lib. 4. c. 14. epitom.* Quanta vis hujus machinæ fuerit & qualis moles, ex eo conjicere in proclivi est, quod nonnunquam VI. millia virorum unum arietem contra hostilia munimenta egerint. Cujus exemplum lectum in Appiani Punicis. Verum cujus potentiæ reris fuisse æreum illud monstrum, quod in obsidione ultima Constantinopolis Turcarum Imperator Machometes Othomanus usurpavit: cui quidem trahendo centum & quinquaginta juga boum seu CCC. boves vix satis fuisse, scribunt historici; ut post Godefridum Langum & Rein. Reineccium Casparus Barthius notavit ad *Claudian. 4. Conf. Hon. vers. 330.* Stupenda hæc sunt, at quantum ab illis distare, si non æquare vel superare putas Helopolin machinam? Quam Macedoniæ Rex Demetrius in obsidione altera Thebarum olim usurpavit, cujus tanta erat moles, ut vectibus propulsa duorum mensium spatio vix duo stadia trãsiret, ref. ex aliis Christoph. Pezelio *part. 1. mellif. hist. pag. m. 436.* Majorum ergo machinas cum nostratibus, quas Germani aut Europæi invenerunt, non esse conferendas probat Majerus *d. lo.* Hoc tamen dolendum dirisq; omnibus devovendum facinus, de quo idem *d. cap. 4. pag. 99.* Iustam instituit querelam: *Quod si hoc*, inquiens, *genus instrumenti bellici apud Christianos solos inter arcana habitum remansisset & confectio pulveris pyrii non omnibus etiam ex vulgo patefacta fuisset, melius cum Imperio Germanico & Christiano orbe actum fuisset. At cum Iudæis quoq; ejus pulveris conficiendi ratio innotuerit, machinæq; forma sat explorata, illi maximo Christianorum damno, sivi lucri avidi, ad Turcas utrumq; detulerunt, quam ob causam Moscavita adhuc Iudæos detestatur & maxime exosos habet. Imo eo res redacta animadvertitur, ut etiam ipsi Christiani* (contra expressas & severissimas sanctiones *in tit. C. quæ res export. neq; lib. 4. ibiq; Gothof. & novel. Leon. 63.*) *præsertim martini navibus ad Turcam omnia instrumentorum bellicorum genera, quibus Christiani obpugnari & sub Turcæ potestatem redigi possint, suæ utilitati intenti deportent; ut illis accidat, quod volucribus, quæ viscum ejusq; baccas devorantes, per alias arbores seminant & propagant, quo ipsæ earumq; species invisçari & capi possint, &c.* Sed quid dicam de hodierno seculo, quod inferni præludium apertissimum! Alias satis erant armis instructi barbari illi hostes, ut necessum non fuisset alia suppeditare & nos ipsos prodere ac vincere. Quid superior illa machina efficere potuit? imo quid Tur-

Turcarum sagittæ, de quibus ita Euphormio, vero nomine Io. Barclaius dictus, in Icone anim. *c. 9. mihi pag.* 185. *Breves arcus sunt, inflexique nisi à peritis difficiles: cæterum multo majore impetu tela expellunt, quam quo machinæ nostræ plumbeas glandes ejiciunt. Vidimus quidem, & fidem oculis nostris tarde habuimus, chalybem tres digitos altum ab exigua sagitta pertransiri; nec minoris prodigii fuit, destitutum ferro telum in modicæ arboris truncum arcu inpelli & utrimque defigere.* Narrat † tamen (ut in ordinem redeam) & Leonhardus Rauvvolfius *in itinerario Babylonico* se vidisse in Euphrate aliquot molendina, in quibus pulvis pyrius conficiebatur, sed alia ratione, quam apud nos, ex quo illud retulit Philip Camerarius *in oper. succis. cent. 2. cap.* 28. Adde quæ de conjuratione sulphurea in Anglia & pulvere pyrio sub posito versibus inclusit Franciscus Heringius *lib. de pietate Pontif. & venat. Cathol.*

16 Quinto loco ad † hanc classem etiam referri possunt, MOLÆ FULLONIÆ, quas Germanico idiomate Walckmühlen adpellamus; in quibus panni recentes adfusa aqua calida contunduntur, expoliuntur & præparantur. Unde etiam nonnullis PANNARIÆ molæ dicuntur, de quibus Renatus Choppinus *ad leges Andium. d. l. 1. c.* 21. 17 utcunque autem † ars fullonica, (de Fullonibus autem late agit Christophorus Colerus *lib. παρ' ργ. ca.* 14.) quam teste Plinio *lib. 7. c. 56. lib. 35. c. 15. &* 17. Nicias Megarensis invenit, Romanis quoque cognita fuit. *l. apud Trebatium. D. de aqua pluvia. l. si cujus, alias est l. æquissimum § fin. D. de usufructu.* molas tamen illas (quantum mihi constat) ignorarunt; quamquam vetus esse inventum quodammodo convincit locus 2. *Regum c. 18. vers.* 17. ET FULLONICAM PILAM explicat Turnebus, qua tunduntur vestes & panni ut poliantur, quod hodieque opera rotarum aquariarum sublatis pilis, fieri videmus, *lib. 7. advers. cap.* 22. Hodie quoque in uno ędificio & molam serratoriam, fulloniam, pulverificam (ut ita loquar) ac terebratoriam eine Bohrmühlen / per quam abietes ac alni perterebrari ad usum canalium possunt, reperiri; imo harum molarum interiores rotas, item pistilla & cylindros per unam saltem rotam exteriorem aquariam inpelli, adtolli & circumvolvi, ipsa experientia abunde testatur, ut hic denuo aptissime usurpari possit illud Richardi Bartholini supra relatum:

--- --- --- nova semper
Ingenia extundunt varias mortalibus artes.

Et elegantius Lucretii *lib. 5. de nat. rer.*

Cedit enim rerum novitate extrusa vetustas.
Semper, & ex aliis aliud reperire necessum.

Ubi, ἀντὶ τὸ Reparare maluit Reperire Dn. Remus *in Spicil. ad Eccles. Salom. ca. 1. vers.* 10. *pag.* 19. Sexto huc referendæ sunt 18 molæ † illæ in auri & argenti, aliorum metallorum fodinis usitatæ, quas Germani Stampffmühlen oder Bochwerck vocant; quibus materia illa rudis è terræ visceribus eruta sive effossa prius contunditur (unde etiam non inscite CONTUSORIAS dixeris) & molitur, quam in fornacibus coquatur. Ad cujus rei probationem libet adscribere verba Stephani Vinandi Pighii *in Hercule Prodītio mihi p.* 224. *&* 25. *Docet*, inquit, *deinde purarum venarum fragmina in capsulas conjici, atque præferratis pistillis tundi ab aquaria rota versatis, ac tenui mox cribro secerni, transmeantem pulverem moliri, non transmeantem rursus pistillis subjici, atque amplius tundi. Lapides*

vero grossiores, quibus metalla sunt mixta, primum malleis minui, lavari in lacunulis, ac palis agitari in alveo, cribrari ac demum moliri. Hæc ille. Sed nemo præfectius has molas secundum omnes circumstantias describsit, quam Georgius Agricola in eruditissimo scribto *de re metallica lib.* 8. *mihi pag.* 229. 230. *& seqq.* & quem lectorem remisisse sufficiat; non enim mei est instituti, hæc exactius ac δειктικῶς tractanda suscipere.

Septimo reperiuntur non solum circa Aquisgranum in Ducatu Bergensi, in Comitatu Tirolensi: sed & alibi molæ quædam 19 incolis istorum locorum † Kupffermühlen dictæ, in quibus prægrandes mallei per rotas (Nymphis operariorum labores quodammodo subeuntibus,) in altum sublati, & incudem subinde quatientes & ferientes, æs rude, calidum, malleis istis à fabro artificiose versante subjectum in eas, quas libet, laminas sive bracteas, crassas aut tenues, latas aut strictas diducunt & extendunt, quæ deinde in alias regiones magno ærariorum compendio avehuntur. Quod si 20 quis † iis etiam illas molas, in quibus ferrum arte quadam in filia diducitur & prolongatur, quasque nostrates Dractmühlen indigetant; nec non eas molas, in † qui- 21 bus lapis ex sale in fundo concretus, vulgo Saltzstein dictus, contunditur ac molitur, ex quo in farinam redacto ac aqua eloto rursus sal conficitur, adnumerare velit, haut aberravit; & exstant istiusmodi molæ non solum Halæ Teriolanæ, Budissinæ Lusatiorum: sed & alibi passim in Germania.

22 Octavo non † inmerito huc referuntur etiam molæ papyraceæ sive CHARTARIÆ, Papiermühlen: in quibus trabium pluribus pistillis magno strepitu linteorum concerptorum, nulliusque amplius usus & aqua maceratorum fragmina tunduntur, & in sanguinem pultemque conteruntur, ex quo postea candidissimæ & tenuissimæ chartarum paginæ, in quibus omnis ævi memoria permanet, facili, festino ac festivo labore parantur. Stephan. Vinandus Pighius *in Hercule Proditio mihi pag.* 154. *al.* 95. Felix Faber *d. lib.* 1. *hist. Suevor. cap.* 8. Henric. Salmuth. *ad nova reperta Pancirol. lib.* 2. *tit.* 13. *in fin. pag. mihi* 633. Quale † chartarium molendinum sane eg- 23 regium, Astronomorum nostri temporis facile princeps Tycho Brahe Danus Anno 1590. apud arcem Uraniburgicam in Insula Hellesponti Danici propriis sumtibus exstruxit, & per id quoque non exiguam nominis sui memoriam reliquit. Quamquam enim † aliis opificiis ars illa papy- 24 rum conficiendi, ut & ars typographica, fortassis vetustate non est conferenda; nobilitate tamen cæteris anteferenda videtur, ut ait Joan. Bodinus *de Republ. lib.* 3. *c.* 8. *pag. mihi* 362. Illa siquidem, ut modo dixi, omnium rerum memoriam ab oblivione sartam tectam cõservat. Julius Scaliger exercit. 99. & fusius in eleganti epig. Cun. Rittershusius, quod habet Heidfeldius in *Sphing. philos. c.* 27. *pag. mihi* 633. 634: Soluta oratione idem artificium seu inventum hoc modo Christophorus Myleus celebravit: *Quæsitæ etiam ad necessarios usus motæ, non ad terendum frumentum solum, sed etiam ad alia quædam. Itaq; è rotis aqua impulsis illa est industria profecta, cujus ratione è contusis veteribus ac jam tritis lini & cannabis pannis, atq; perfuso humore, aliquot diebus maceratis, charta & Papyrus aptissime efformatur: qua exsiccata calamum aut pennam in temperatum atramentum ingerentes, scribimus. Præter membra-*

næ usum, à Librariis & scribtoribus eadem charta usurpatur. Habuere olim librarios diversi generis, qui ingeniorum monumenta scite ac venuste exarabant: horum professio maxima ex parte hodie relicta, introducto novo & laudabili ad omnem scripturæ celeritatem, superioris memoriæ invento: Typographiæ nomen ei arti dedimus, quæ ipsa plumbeis characteribus pro literarum atq; notarum numero ingeniose fusis, & in cellulas sui cujusq; generis aptissime distinctis, ad eandem, qua scribimus, rationem typos expedite seligunt, componunt invicem, quasiq; colligunt, ut paginæ totæ æqualibus inter se versibus compleantur. Has marginibus ferreis arcte, ne delabi possint, concludunt, & diligenter emendant. Post atramento quo hæreat, parato, duabus semipilis mollibus ad convenientem resperstionem utentes, prælo subjiciunt, ac fortiter conprimunt. Itaq; justo paginarum numero expresso, iidem typi dissolvuntur, ac in suas cellulas reponuntur: ut reliquis totius instituti operis partibus effingendis, rursus atq; iterum, pro verborum serie, coagmentari possint. Repetitis inde frequenter utraque ex parte ejusmodi quas vocant, formis, scriptores diversarum linguarum perinde ac sigillo ceræ inpresso, quodam numeroso partu in multa exemplaria celerrime transscribuntur: quorum ut est commoditas, venustas & elegantia major, ita laboriosæ & longæ scripturæ habita ratione, pretium longe minimum. Nam scriptoris unius libri pluris olim venire solebant, quam hodie tota prope bibliotheca: ut privatus libris non minus abundanter sese possit instruere, quam tum maximis sumtibus Respublicæ & Principes viri comparare potuissent. Effectum etiam illud est hac industria, ut studiosi homines in omni genere scriptorum maximos progressus habeant: quandoquidem omnia quæ expressa diutissime latuerant, in lucem ad communem usum jam proferuntur: ut semel editi libri, non perinde possint deinceps oblivione posteritatis extingui. Digna profecto ars, quæ de justis causis, sicut olim pictura, propter maximum studiorum usum inter disciplinas liberales adnumerari debeat. Libros ita venustissime excusos, ut haberi in manibus, & expedite à studiosis literarum explicari & evolui possint. Glutinatoribus librariis concinnendas tradunt. Ex his Bibliothecæ tum publicæ, tum privatæ instruuntur orientem potissimum respicientes, ne à blattis & tineis corrosi libri, etiam computrescant. Eosdem libros pro dissimilitudine professionum in suos convenientes ordines, ut inveniantur facillime, distributos, diligenter adservant, quo non est locupletior alius generis hominum thesaurus. Ita Mylæus d. lib. 2. de scribenda universitatis rerum historia pag. mihi 123. 124. Præter quos illud (quod nobis Germanis communiter tribuitur) inventum elegantissimis olim versibus illustravit Ulricus Huttenus Eques Francicus. *in Idyll. de non degeneri statu Germanorum*:

——— ——— Nos primi excudimus ære,
Et sculptis mansura notis tot secla, tot annos,
Omne genus scripti, Vatum æternosque labores.
Quæque diu nemo perituris scribere chartis
Posset, & in multas ita passim spargere gentes;
Per nos una dies in mille volumina profert.
Quod tantum est, ut si cunctas perpenderis artes,
Itala quas acies Latiumque exercet acumen,
Invenias omnes has utilitate minores.

Nunc

Nunc quisque innumeros etiam de paupere turba
Exiguo parat aere libros, & munere nostro
Consequitur decus ingenii, parvoque labore
Omnia vel per se, quae longo addisceret usu,
Et vigili cura, somnoq; carentibus horis,
Imbibit, hoc tantum est, ut quod nunc omnia plenis
Sunt congesta libris, ut quod nunc oppida (doctos
Cuncta viros referant: quod nulla ita barbara tellus.
Quin animum colat & facundis artibus (ornet,
Solis deberi nobis nemo neget usquam.

Erat autem papyrus arbuscula in Aegypti paludibus nascens, (unde etiam Martialis *lib.* 13. *Epiger.* vocat Niliacas papyros) ex qua praeparabantur chartę, acu divisae in praetenues & latissimas philaras, quae eo meliores erant, quo medio papyro propinquiores quae ab hujus fruticis adpellatione etiam papyri nomen acceperunt; quarum chartarum diversa genera lector videre poterit apud Plinium *lib.* 13. *c.* 11. Beroaldum *in comment. ad Apuleium de asino aureo mihi pag.* 13. & 14. & Francisc. Marium Grapaldum *de partib. aedium lib.* 2. *c.* 9. *mihi pag.* 232, & 233. Hodie utique ex veteribus & attritis lineis canabinisque pannis aqua maceratis chartas, ac postea in sanguinem contritis, ita ut plagulae ejus glutini cohaerescant, nostras conficimus; quas ob id papyrum vocamus, quod eumdem nobis praestent usum, quem olim Aegyptiis praestabat papyrus, quarum opifices etiam in civitatibus retinendos esse, innuit Io. Bodinus *proxime dicto loco,* de quibus omnibus prolixius Melchior Guilandinus *in tractatu de papyro.* Henr. Salmuth. *in notis ad nova reperta Guidonis Panciroli d. lib.* 2. *tit.* 13. Qua in re equidem mirabilis quoque consideranda venit alteratio & vicissitudo. Vt n. scribtionem antegressa est lectio, lectionem literarum usus: ut literas habuerunt Latini à Graecis, Graeci à Phoenicib. Phoenices à Iudaeis: ita Typographiam praecesserunt libri manuscripti, chartam vulgarem membrana seu pergamena, pergamena Ægyptiaca papyrus, papyrum tabellae plumbeae cereaeque: has demum arborum caudices, hoc est, cortices ac ipsa folia. Philip. *Mornaeus de veritat. relig. Christianae c.* 8. *mihi pag.* 128. Lucē haut dubie hisce adferre & oblectamentum singulare adducere poterunt verba Aurelii Cassiodori, cujus testimonium isti non retulerunt, quod extat *lib.* 11. *var. epist.* 38. Quae quidem papyri confectio cum nunc passim nota sit: iis praesertim, qui ad chartae id genus concinnandae usum constitutas molas vel semel tantum oculis fuerint contemplati: ideo de hac re quidquam porro verborum facere supersedeo. Nono non praetereundas censeo molas illas, † quae passim in Belgio obcurrunt, incolis Wassermühlen dictae; quibus tam artificiose istis in locis aqua pluvia vel nivalis in planis campis superabundans emolitur & exhauritur, ut nec cochlea, nec tympano, nec rota haustoria ulla, id adcuratius fieri posset. Non † tantum enim *Phrysii,* Hollandi, & Selandi exstruxerunt ingenti labore & sumtu artificiales aggeres, (paleae intextae & nodatae scuto fere tutos & victores, ut alibi scripsit Aloysius Marlianus) quibus impetus irati, tumidique, ac cum terra quasi luctantis Oceani, ingruentibus tempestatibus & ventis aquarum montes rotantibus, magna assiduitate coërcent, *Phil. Camerar. cent.* 3. *oper. succis. c.* 5. *pag.* 51. quippe ut Baptista Mantuanus Eclog. 2. cecinit,

25

26

--- --- ---privata coegit
Publicaque utilitas ripam munire diurnis
Nocturnisq; operis, fluviūque arcere furētē:

Verum

Verum etiam ultra innumeros aquæductus & canales, per quos ad singulos recessus Maris aquam interiorem in Oceanum exonerant & emittunt, etiam modo dictas molas excogitarunt, quas alibi terrarum non facile videre licebit. Vnde nostro tempore Hollandi lacum Bimsterianum, duorum milliarium inter urbes Enchusam Hornamque ita exsiccarunt, & aquam molendinis hisce extra aggeres in mare rotarunt, ut ibi antea navibus, nunc curribus eatur, ceu inter alia testatur Dn. D. Gryphiander *tract. de singulis c.10.n.96. juncto c.28.n.17.20.24.29.31.33.38.41.43. 44.46.& 56. juncto n.70.* Quod autem Suffridus Petrus *de origine Frisiorum lib.1. c.9. mihi pag.35.* commemorat, tempore sui Frisonis hoc est anno ante Christum natum *313.* tales molas aquarias jam in Phrysia exstitisse, illud mihi non sit verisimile. Quin potius, qui volet hoc verum credere, stultus erit. Quin tamen illud ipsum inventum aliquam cognationem habeat cum veteribus machinis, puta rota haustoria cochlea & tympano, non est dubium, præsertim quia apud Diodorum Siculum *lib.1. antiquitat. c.3. & lib.6.c. 9.* legimus, Ægyptum etiam olim, cochleis ab Archimede inventis, ad aquas Niloticas divertendas & in altum ejiciendas, usum fuisse. Et huc pertinent verba Justini, quando Aegyptum ita describit: Quæ tot, inquiens, regum tot seculorum cura impensaque munita est, & adversus vim incurrentium aquarum tantis structa molibus, tot fossis conscissa, & his arceantur, illis recipiuntur aquæ, *lib.2. hist. c.1.* Apud Judæos quoque horum ὑδραγωγῶν sive aquæductuum notitiam fuisse, patet ex loco 2. *Reg. c.20. vers.20.* Romani † porro dupliciter ducebant aquam, aut per subterraneos cuniculos, aut opere arcuato, ut fusius demonstrant aquarum olim curator Julius Frontinus *lib. de aquaductib. Romanorum* Justus Lipsius *lib.3. de magnitudine Romana c.11.* Marlianus *lib. 4. Topographiæ c.21.* Th. Dempsterus *ad Rosin. lib. 1. antiqua. c.14. pag.79.80.*

27

In his vero † aquæductibus (ut nonnihil exspaciemur) erant quædam receptacula, Castella dicta, eaque ut plurimum plumbea *l. si venditor. 38. §. ult. D. de actionib. empti. ego ind. sp. de jure castror.* ex quibus ad omnes viarum anfractus aqua per uncias & digitos dividebatur, quique istiusmodi castellis præerant, castellarii dicebantur. Mantuanus *Eclog. 9.*

28

Tempus aquaductum veteres delevit, & arcus
Et castella ruunt. ———

Præterea ubi aquæ per hos cuniculos ita ductæ † ad Salientes *h.e.* lapides sive lapideas personas pervenissent, tunc ex illis per rostra, verenda, aut aliam partem corporis in terram, vel cistam lapideam & lines saliebant; quæ personæ modo Marsyæ modo Satyri, modo Atlantes, modo Hermæ, modo Chirones, modo Silani, sive Tullii vocabantur. *l. fundi 17. §. Castella D. de action empti.* Sext. Festus Pompeius *in voce Tullios.* Celsus *lib.2. cap. 19.* Juvenalis *Satyr.3. & 8.* Martialis *lib.6. epigr.77.* Petronius Arbiter *in Satyrico mihi pag.28.* Jacob Cujacius *lib. 11. obser. cap. 2. & lib. 13. cap.3.* Horum meminit etiam Vitruvius *lib.7.* & Cicero ad Q. fratrem: *Equidem,* inquit, *hoc quod melius intelligo, affirmo, mirifica suavitate te villam habiturum, piscina & salientibus additis, palæstra & sylva vindicata.* Huc quadrat quoque illud Epicteti de Neptuno Marmoreo aquas fundente:

29

Quam melior Neptune tuo sors ista tridente,
Post pelagus dulces hæ tibi dantur aquæ.

30 Hos salientes † etiam vinum spargere fecerunt novissimi Imperatoris Romani tempore coronationis suæ, non aliter ac per sigilla in theatro crocum spargebatur apud veteres, juxta illud Luciani *lib. 9. Vtque solet pariter totis se effundere signis Corycii pressura croci.* ——

31 Denique † aqua ducebatur aut per cochleam, aut per Tympanum, aut per haustoriam rotam; de quibus singulis adeat lector Vitruvium *lib. 10. cap. 9. 10. & 11.* Iacob. Cujac. *lib. 3. obser. cap. 28.* & P. Pithæum *lib. 2. adversar. cap. 17.* Ex his autem

32 colligo, opera † illa præclara quæ passim in Germaniæ civitatibus ac alibi visuntur, in quibus, ad motum rotarum circumagitatarum, aqua per cupreas sive plumbeas fistulas ad vastigium etiam altissimæ turris adtollitur, & ex castello superno per aliam fistulam denuo decidens postea carnalibus influit, & se in omnes ferè civitatum vicos dividit, quæ vulgari idiomate Wasserkünste adpellantur, ad similitudinem Tympani sive rotæ haustoriæ excogitata esse. Præter

33 † alia multa singularia Toleti, quæ Metropolis Castellæ novæ, machina visitur hydraulica (de cujus generis machinis agunt plenarie Vitruv. *d. lib. 10. cap. 12. & 13.* Thom. Dempster. *in paral. ab. Rosin. li. 5. cap. 29. pag. 521. 522.* Aug. Politian. *lib. 5. epist. 7.* Athenæus *lib. 4.* Scalig. *ad Severi sive Virgilii Æthnam in Catalect. pag. 117. 118.*) miro, ut ait Jodocus Hondius, Italorum ingenio fabricata, quæ ex Tago flumine, opera magnæ versatilis & excavatæ rotæ aquas in fistulos & tubos per canales in summitatem arcis & montis artificioso impetu cogit & inpellit; ubi unum in locum & amplum receptaculum collectæ in varios arcis urbisque totius usus dilabsæ distribuuntur, quæ rivulos deinde & fontes hortis, magnatum ædibus, balneis, fullonibus, civiumque necessitatibus abunde suppeditant. Qui porro alterius cujusdam machinæ aquariæ adcuratam describtionem scire cupit, quæ sua facilitate omnes ejus generis fabricas, vel à veteribus, vel etiam nostro seculo inventas, superaverit, is consulat Vinand. Pighium *in Hercule Proditio mihi pag. 226. & 227.* Qui Carolum Ducem Cliviæ & se talem machinam ad Suatium, municipium Archiducis Ferdinandi, vidisse testatur. Aliam proinde admirandam structuram potes contemplari in urbe Bremensi, nobis contigua, vulgò dictam das grosse Ratt/ quæ ingentem aquarum copiam uno circuitu potest effundere in receptaculum, ad hoc destinatum; quod eam accipit & rursum in canales subterraneos dimittit. Si vulgo credimus numerus ad aliquot tonnas aquæ ascendit. Denique in comitatu Schwartzenburgico, ante ingressum Molendini cujusdam hæc reperiri verba audivi:

Graff Günthers Mühle bin ich genandt/
Meins gleichen ist nicht in teutschen Landt.

QVÆSTIO VII.

Quomodo molæ in ipso modo utendi discriminentur, atq; ita vel privata ac singulorum: vel publica existant.

SVMMARIVM.

1 Molendina aut sunt juris privati aut publici.
2 Molarum usus ab antiquo unicuique, etiam domesticatim, fuit permissus.

3 Mola-

3 Molarum usus hodiernis temporibus valde restrictus.
4 Imperii translatione facta tempore Karuli Magni ex Oriente in Occidentem, etiam iuris mutatio facta est.
5 Molendina exstruendi & habendi facultas hodiè ut plurimum Principibus, aut aliis de territorio quodam investitis, conpetit.
6 Molendinorum ius pro beneficio Regali aut Principali æstimatur.
7 Molendina Vniversitatum inter bona ac opera civitatis communia connumerantur.
8 Molendina Rerumpublicarum sunt in patrimonio civitatis.
9 Molendina Vniversitatum possunt in publicum elocari
10 Pascua publica pro certa pensione elocare integrum est.
11 Molendini Vniversitatis causa quando est quæstio, illius Vniversitatis homines sunt idonei testes. Et num. 12.
13. Subulcis & pastoribus pro custodia animalium certa merces adsignatur.
14 Vt & saltuariis & satyris pro adsignatione lignorum.
15 Oeconomis itidem iuratis.
16 Balneatoribus similiter.
17 Via publica non desinit esse publica ob dationem Telonii aut Datii.
18. Curatores rerum ad civitates pertinentiũ Molendina civitatis ex communi ærario reficiunt.
19 Res sua & propria nemini servit.
20 Rem propriam nemo conducit.
21 Dominii proprium, posse re sua vti.
22 Cives alicuius communis, molendinis Reipublicæ utuntur, non iure servitutis, sed iure proprietatis.
23 Pauperi æque molendinis Vniversitatis uti licet ac diviti.
24 Statutum, quod paup eres non debeant uti pascuis publicis, si exstet, non valet.
25 Sumtus is merito sustinet, cuius negotium peragitur.
26 Inhonestum est, ut quis alteri serviendo de suo seipsum pascat.
27 Plateæ Civitatum ad res Vniversitatis referuntur.
28 Plateam secundum propriam domum in civitate quis reparare tenetur suis sumtibus.
29 Dubitare non est satis, sed necessarium, ut dubiis occurratur.

PRomissi mei *supr. quæst. 5. num. 5.* facti æquitas postulat, ut nunc quoque videamus, quomodo Molæ in ipso utendi modo inter se differant? id quod diversis e quidem respectibus, principaliter autem vel, iure privato in commodum singulorum, aut iure publico, ad unius quidem putà fisci aut Reipublicæ, quæstum; ad usum tamen utilitatemque multorum civium ac subditorum contingit: ut ea ratione Molendina † in PRIVATA & PUBLICA docendi gratia dispescere liceat, cum Accursio *in l. inter publica, D. de verb. signif. l. sed & Celsus. D. de Contrah. emt. &* Choppino *ad l. Andium. lib. 1. c. 14. pag. 204 c. 18. n. 2. c. 26. n. 2.* & manifestant hoc loca Socratis atque Eutropii à me adducta *q. 44. n. 28.* Romæ enim Pistrina erant alia publica, alia privata, ut constat ex Notitia *de 14. regionibus urbis Constantinop.* Illis præerant curatores, de quibus est *in l. 18. §. 12. de mun. & hon.* Cujusmodi per singulas urbis regiones certo numero constituta erant, teste Guid. Pãcir. *in comment. ad d. not.* sive quia moletrinæ (*i. e.* molæ aquaticæ) non tantum farinæ, quod universo populo sufficeret, pinsere poterant, hyeme præsertim aqua glacie concreta; sive quia non ubique moletrinæ erant, easque longius petere nolebant, ut hanc rationem reddit Pancir. *d. lo.* Privato præerat exercitor pistrini *l. 15. in pr. l. 18. §. 1. de instr. legat. l. 46. de excus. tut.* ad quem omnes obventiones & reditus pistrini pertinebant, sive is dominus esset, sive à domino pro certo pretio conduxisset *l. 1. §. 15. de exer. act.* Vlpian. *in l. 1. §. 9. depos.* pistrinarium vocat, qui ab aliis etiam pistor dicitur. Apuleius: *Quidam pistor de proximo castello me præstinavit, protinusque frumento etiam coemto affatim onustum ad pistrinum, quod exercebat, produxit d. lib. 9. de asin. aur.* Et quidem crescente civium Romanorum potentia, ipsi non modo in urbe, sed etiam in villis lautioribus, ut ICtus vocat *in l. 8. §. 4. de instr. leg.* propria sua pistrina habebant *d. l. 12.*

§.5. Quo pertinet locus Varronis *in satyr. de edul. Si quantum operæ sumis, ut tuus pistor bonum faceret panem.* De Julio Cæsare scribit Sueton. quod pistorem alium, quàm sibi convivis panem subjicientem, compedibus vinxerit, *c. 48.* Quæ loca communicavit mihi D. Ioh. Gryphiand. IC. popularis, amicus & adfinis colendus, illa cui accepta refero deferoque. Privatæ igitur molæ in præsentiarum eæ propriè sunto, quas quilibet privatus, etiam omni potestate aut jurisdictione (ut hodie loquimur) destitutus, sibi familiæque suæ construit, licet postea per accidens earundem usum etiam vicinis vel precario, vel pro certa mercede concedat & indulgeat, *supr. q. 5. n. 16. in fin.* quas divus Imper. Rodulphus II. in constitutione sua incolis Regni Bohemiæ *3. Decemb. An. 1604.* promulgata *rubric. 4.* adpellat, der Greupeler und Handverkäuffer eigene Mühlen / so sie auff den Schiffen / Pfälen / oder an den Ufern halten / wie auch die Windmühlen. Quin enim † ab initio & prisco ævo tàm pistrinorum, quàm molarum manuariarum, trusatilium, versatilium, asinariarum, olearia-rum & similium exstructio ac usus unicuique privato, plenè & absque restrictione, etiam in privatis ædibus aut prædiis, & ferè domesticatim, ut insinuat Lips. *lib. 5. Polior. dial. 4. in fin.* conpetierit, extra omnem dubitationem est positum, fortiterque demonstratur ex iis, quæ in præcedentibus quæstionibus affatim sunt deducta; & obiter indicat Choppin. *dd. ll. inprimis c. 18. n. 2.* cujus vetustæ libertatis beneficio etiamnum in multis locis non solum prædictas molas, sed & terrestria, aquatica, alata sive τὰ πνευματικὰ molendina privatorum usibus adhuc instar patrimonii deservire, & & ad heredes transire, tam clarum est, ut negantem diversumve sentientem vel ipsa rei evidentia & quotidiana observantia confutent, & proinde irriti esset acuminis, huic tractationi, per se satis notæ multum olei & operæ impendere.

2

Cæterum † illa ipsa promiscua libertas in sequentibus temporibus, præsertim apud populos Europæos, valde est circumcisa & restricta; eo ipso, quod quæ antea jure gentium fuerant omnibus licita & permissa, certarum personarum pedetentim fieri cæperunt, imò jurisdictione quoque facta sunt privata & propria Barthol. Bertazzol. *consult. decis. lib. 1. consil. 89. n. 47. lib. 1.* ita tamen, ut nihilominus aliis in publicum aliquis saltem eorumdem usus pateret. Ut autem nihil dicam, qua ratione primitus Communitates sive Respublicæ jus molendina privative habendi exclusis civibus ad se traxerint, illud utique historiæ (quarum libri & authores probant, Vent. de Valent. *lib. 2. Parthen. litig. c. 3. n. 12.* plenius Tuschus *tom. 4. lit. H. conclus. 139. pag. 186.* & Mascardus *conclus. 287.*) superiorum temporum periti non ignorant; quod † post factam tempore Karuli Magni ex Oriente in Occidentem imperii translationem, etiam juris mutatio successerit; & postquam Ducum, Marchionum, Comitum, Baronum, Nobiliumque nomen in Europa inaudiri, nobilitasque clientelis feudorum principalibus devinciri cæpit, etiam usus molendinorum alio loco esse cepeit, quam antea apud Romanos fuerat: in tantum, ut † molendina exstruendi & habendi facultas in rei veritate hodie non amplius sit communis & indifferens, ut olim, sed privata, ut plurimum; siquidem Principibus, tàm Ecclesiasticis quàm Laicis, item Comitibus ac Baronibus ab Imperatore, à Principibus rursus

3

4

5

viris

viris Nobilibus, Civitatibus aut aliis vel per se, vel cum territorio ac fundis feudisque, jure clientelæ tribuitur ac confertur, aut alio quopiam licito modo (ut deinceps ostendam) certis personis permittitur, publico ejus usu non gratis, sed pro certa mercede in subditos postea derivando; de quo me similiter ad quotidianam experientiam, & multiplices investituras, in † quibus jus molendinorum pro beneficio Regali aut Principali æstimatur ac exprimitur. Antonin. Thessaurus *decis. 16. n. 9.* nec non ad illa, quæ inferius *quæst. 9. 10. 11. & q. 24.* sum adducturus, refero: quæ omnia si quis solummodo ad juris civilis [cui hæc maxima ex parte ignota sunt; nisi quis molendinorum nostratium usum, apud Romanos pistrina fere præstitisse credat; de quibus tamen pariter perpauca ibi sunt nobis relicta vestigia) definitiones determinare velit, inperfectam ea in re, immo prorsus inutilem ut operam navet, necessum est. Hac igitur conclusione retenta, consequens est, ea † molendina, quæ universitates & Respublicæ sibi privative vendicant, contemplatione universitatis istius, eorumque qui in corpore ad universitatem illam pertinent, non minus inter res universitatis, aut bona ac opera civitatis communia, publicis usibus perpetuo exposita & deservientia referri deberi, ac recensentur theatra, stadia, forum, curia, Basilica, viæ publicæ, Balnea publica, portæ, muri, pomœria, piscinæ, aquæductus, fontes, putei publici, agri vectigales sive emphyteuticarii, prata, pascua, nemora & similia; argumento eorum, quæ scribunt Petrus Gregorius *in syntag. juris universi lib. 3. cap. 12. num. 10.* Herm. Vult. *jurisprud. Romanæ lib. 1. cap. 66. in fin.* Idque in specie confirmat Petr. Rebuff. *in l. inter publica versic. it. in molendina D. de verbor. signif. mihi pag. 153.* addēs ibidem, quia † hæc molendina sunt in pecunia vel patrimonio civitatis, quod vendi possent, per textum *in l. 1. C. de vendend. reb. civitat.* Quod secus esset, si essent destinata ad usum publicum saltem, ut viæ publicæ *l. sed & Celsus D. de contrahend. empt.* Est itaque horum molendinorum proprietas populi vel Civitatis, sed usus omnium; ita † tamē, ut in publicum elocari, vel pro aliqua exactione aut Canone usui dari possint. Johan. Gaddæus *in l. bona civitatis. 15. num. 3. & in l. inter publica num. 19. D. de verbor. signif.* non aliter, ac † pascua publica pro certa pensione elocari possunt, *l. 1. C. de pascuis publicis lib. 11.* adde Choppin. *tract. de privil. rust. lib. 2. part. 2. cap. 3.* de hujusmodi universitatis molendino loquitur etiam Alexander de Imola *in consil. 68. incip. Et viso num. 16. volum. 2.* adserens ibi, quod † quando in causa universitatis est quæstio de molendino, cujus utilitas in commune pervenit tunc illius universitatis homines sunt idonei testes, quam opinionem etiam tenuerunt Ioan. de Amicis *in consil. 8. num. 25. & 26.* & Hieron. de Monte *in tract. fin. regund. cap. 58. num. 9.*

Nec obstat, quia † cives pro officio molituræ certum aliquid, vel in frumento, aut farina, vel pecunia, pendere coguntur, ideo molendina inter bona publica civitatis, ut cætera superius enumerata, quorum usus est gratuitus, non debere connumerari. Ut enim prata & pascua publica, item nemora publica, basilica, balnea publica, & cætera: propterea quod subulcis † & pastoribus pro custodia animalium, ut adparet ex textu Landrecht *lib. 2. art. 54. & ibi gl.* quod † Saltuariis ac Satyris pro adsignatione lignorum vel viridium vel aridorum, vulgo

vulgo Stammgeld oder Anweisungsgeld adpellant; quod † iuratis Oeconomis pro certa sede in Templo occupanda; quod denique † Balneatorib. eorumq; capsariis, *ut in l.1.§.si vestimenta. D. Depositi. l. nauta D. Nautae caupon. stabul. l. qui mercedem D. locati. l.3.§. ult. de officio praefecti vigilum,* loco mercedis aut honorarii aliquid dependitur, non desinunt esse res universitatis: Ita etiam Civitatum molendina res universitatis sunt & manent, licet aliquid pro opera moliturae exsolvitur; siquidem haec praestatio mercedis accidentaria substantiam rei inmutare non magis potest, quam propter † exsolutionem Telonii aut Datii via, quae publica est, publica esse desinit.

Sed posset porro † aliquis instare, cum curatores sive Administratores rerum ad civitates pertinentium praedicta molendina ex communi aerario civitatis aedificent, ea sarta tecta conservent, ne sic quidem aliquid pro opera moliturae dependendum esse; quandoquidem absurdum videtur, ut † res propria alicui serviat. *l. in re. 26. D. de servit. praed. urban. l. uti frui. 5. in princ. D. si usufr. petat. l. tria. 31. versic. quaesitum. l. cum essent 33. in fin. D. de servit. rustic. praed.* Cla. Prateus *lib. 4. regul. jur. tit. 7. cap. 2.* quod exornat aliis Knichen *de vestitut. pa-ction. part. 2. cap. 5. num. 275. & sequentib.* vel † ut rem propriam quis conducat, prove ejus usu alii certam mercedem numeret. *l. si quis. 9. §. fin. D. Locati. l. neque pignus 45. D. de reg. jur. l. qui rem propriam. C. de locato & conducto.* Cum enim † proprium sit dominii, posse re sua uti; *l. in re mandata C. Mandati. juncta l. non usque adeo. D. si à par. quis man. l. nemo exter. C. de jud. l. si quis vi. §. differentia. ubi Bart. D. de acq. poss. cap. de his. ubi Gloss. ext. de sponsal.* Confer Latheri *tract. de censu. lib. 1. cap. 9. num. 46. & cap. 16. numer. 15.* Melch. Kling. *ad tit. Inst. de rer. divis. num. 4.* iniquum esset, ejus usus nomine cuiquam à domino mercedem praestari. *Wesenbecc. in paratit. D. locati. num. 5. facit textus in l. bona fides. in fin. D. depositi. l. suae rei. 16. D. de contrah. emt.*

Caeterum huic respondeo, cives † alicuius communitatis molendinis Reipublicae non servitutis, aut locationis conductionis iure, sed iure dominii sive proprietatis uti; utpote quorum usus omnibus & singulis suo modo, & citra aliorum injuriam, est communis; in tantum, ut † pauperi hic aeque illis uti frui liceat, ac diviti, argumento ejus, quod tradunt Albericus Rosatus *in l. tantum. §. universitatis D. de rer. divis.* Ripa *lib. 1. respons. 22.* Decius *consil. 550.* Caepolla *de servit. rust. praed. tit. de serv. iur. pasc. juncta leg. 1. C. de pasc. pub. l. civibus. de leg. 1.* & Ioan. Baptista Plotus *tract. de in litem iurando. §. 49. num. 33. 34.* ubi scriptum reliquerunt: Si statutum † fiat vel exstet, pauperes non debere uti pascuis publicis, quod illud statutum sit iniquum, atque ita praedicta objectio locum nullum invenit.

Quod autem pro opera moliturae certum quid dependunt, usque adeo, ut & ipsimet Rectores ac Curatores universitatis cum reliquis concivib. hic non sint immunes, sed ad paria judicentur; id non in utilitatem alicuius privati, sed in commodum omnium ac singulorum rursus redundat, & brevi quasi manu convertitur, eo ipso, quod praefati administratores hoc in communem arcam referre, deque eo rationem reddere tenentur, ut ita nihil detur, quin in effectu statim recipiatur. Quis etiam illum

illum ferat, qui rei suæ refectionem ac conservationem non suis, sed alienis expensis fieri, vel etiam non probata ulla exemtione aut immunitate molituræ, de qua deinceps suo loco dicetur, molitorum operas sibi gratis exhiberi ac præstari satagat? *sup. quæst. 6. n. 7.* Vt enim is, † cujus negotium peragitur, merito etiam sumtus ad illud peragendum sustinet. *l. sed etsi. §. 1. D. ad exhib. l. cum sæpe. C. de erogat. milit. annonæ.* Menoch. *de arbit. judic. quæst. casu 228. num. 5.* & dictum à parente *in tract. de fideiuss. cap. 25. num. 52. & à me inf. quæst. 10. num. 26. quæst. 11. n. 19.* Quippe, ut ait Plautus Asinaria:

25

Necesse est facere sumptum, qui quærit lucrum.

Et ut dicebat Antoninus Pius Imperator:

Nihil est crudelius, quam rem ab iis corrodi, qui nihil in eam suo labore conferunt.

26 Ita etiam † inhonestum est, ut quis, alteri serviendo, de suo seipsum pascat, *arg. l. 1. ibi: labore proprio & sibi & Reipubl. commod. C. de metall. lib. 11. l. is qui 15 §. fin. D. de leg. præst. l. fin. §. pen. C. de furt. juncta l. in rebus 18. §. possunt iustæ 2. D. commod.* Oldradus *consil. 149.* Marian. Socin. *in tra. visitat. colum. 34.* Mascardus *de probat. conclus. 755. num. 6.* Herm. Latherus *tract. de censu lib. 1. c. 12. ad 6. & 7.* Confer tamen in casibus certis Landr. *lib. 3. art. 68. ibiq; gloss. l. suo victu 18. l. eius 16. §. 1. l. 19. l. 20. in princ. l. operæ 21. l. imponi 33. l. pen. D. de op. libert.* Steph. Forcatulum *cap. 27. penus.* & Henn. Hamelium *ad tit. Instit. de action. c. 44. n. 11.*

27 Sic etsi † plateæ sive stratæ (quo nomine etiam utitur *l. 4. C. de privil. dom. August. & c. inter alia De immun. Eccles.* Isidorus & Beda apud Guil. Cambdenum *in Britan. mihi pag. 38.* Ant. Corsetus *in singul. verb. pœna 4.* & Prattæus *in lex. iur.*) civitatum ad res universitatis referuntur ab Angelo *in §. universitatis. Inst. de rer. divis.* Barthol. Cæpolla *de servit. rust. præd. c. de via quæst. 10.* & Wesenbec. *in consil. 33. nu. 54.* & ideo etiam strata extra urbem seu via publica, germ. offene Land- und Heerstrassen quando intrat in plateam civitatis, desinit esse strata. Bart. *in l. ult. §. 1. D. de serv. rust. præd. l. 1. num. 3. D. de loc. & itin. public.* Tamen unusquisque † eam secundum propriam domum in civitate suis sumtibus reparare tenetur. *l. unica. §. construunt 3. ubi* Meierus *D. de via publ. & si quid in ea fact.* Bartholus *in l. Bythiniam. C. de immun. nem. conced.* Matth. de Afflictis *de jure prothim. §. 9. n. 7.* Chassan. *in consuetud. Burgundiæ rub. 1. verb. Es droicts d'icelles. num. 38.* etiamsi non sit solvendo, non Reipublicæ, sed vicinis aliis incumbit, juxta gl. *in l. ult. D. de via publ.* quam singularem dicit Romanus *singul. 817.* & Cæpolla *d. tra. cap. 3. n. 58.* imo ad hoc opportunis mediis iste compelli potest, secundum Franciscũ Lucanum *de privil. fisci part. 1. n. 57.* Et hinc in specie traditũ est, quod quis cogi possit ad refectionẽ molendini civitatis etiamsi dicat, se eo nolle amplius uti, *per l. ad reparationem. C. de aquæduct. l. ad portus. C. de oper. publ. l. ad instructiones. C. de sacros. eccl.* Speculator (quem hominem acutissimi ingenii, cum Iasone vocat Zasius *ad l. properandum. n. 13. C. de iudic.*) *in tit. de censib. §. 2. vers. item pone.* Panormitanus *in c. de iis. de eccles. ædif.*

28

Quia vero supra *num. 5.* ostendi, Molendinorum ius hodie ad Principes & alios Status Romano-Germanici Imperii utplurimum pertinere: non immerito aliquis dubitaverit; an ergo molendina ad Regalia quoque referantur; & non

aliter

aliter, ac flumina publica, regaliorum jure poſſideantur? Vt igitur huic diſputationi obcurram) nec enim ſatis eſt, bene dubitare, ſed etiam neceſſarium, ut ipſis dubiis obveniatur, Ariſtotel. *in lib. prædic. c.* 8. *&* *lib. 7. Ethic. c.* 2. nec ſufficit caſus diverſificare, niſi reddatur ratio diverſitatis. *Gloſſ. in l. ſed et ſi lege. §. item ſi rem. D. de petit. hered.* Cravet. *de antiq. temp. p.* 1. *n.* 37.) ſequentem ab hac nonam quæſtionem peculiariter huic diſquiſitioni adtribuam.

QVÆSTIO IIX.

An molendina rebus mobilibus vel immobilibus ſint adcenſenda?

SVMMARIVM.

1 Continuatio quæſtionum brevis, ex tabula præliminari.
2 Contrariis ſententiis nullus ad ſcientiam aditus patet.
3 Varia Dd. iudicia: quibus rebus molendina ſint adnumeranda, & quarum naturam ſortiantur;
4 Autoris ſponſio de hac controverſia: & membrorum enumeratio.
5 Primum membrum de aliorum ſententiis, inter quas præcedit Argentræi & Peckii opinio: quomodo & quamdiu molæ truſatiles ac jumentariæ rebus mobilibus adcenſeantur?
6 Molendina reliqua, juxta nonnullos inter inmobilia conputantur indefinitè.
7 Alii cautius loquuti, molas, quæ non ſunt ejuſdem generis diſtinxerunt: ſicque aquis innatantes mobilibus adſcribſerunt; cujus ſententiæ autores adducuntur.
8 Fundamentum illius principale breviter adtexitur.
9 Contra alii eadem molendina fluitantia non pure & ſimpliciter pro rebus mobilibus, ſed certo reſpectu pro immobilibus agnoſcunt.
10 Molendina autem [ut ita dicam] riparia ſive ripatica rebus ſoli ac inmobilius adſcribunt, & Hunnius accuſatur.
11 De pneumaticis ſeu vento agitatis ſimiliter variæ ſunt exortæ opiniones.
12 Quidam ea rebus mobilibus adgregant.
13 Quidam inmobilibus adnumerant.
14 Alii ad res, quæ ſolo cohærere dicuntur, referunt.
15 Conſuetudines etiam locorum ſunt diverſæ, quæ recenſentur, & obſervantur.
16 Alterum membrum eſt de Authoris arbitrio, quid ille cenſeat; addita modeſta excuſatione? ſcilicet hæc ipſa molendina navalia & pneumatica pro rebus inmobilibus habenda eſſe.
17 Mobilia & inmobilia proprie quid ſint? ex Argentræo, Ariſtotele, Symmacho.
18 Quomodo hæc inmobilibus adcreſcant? quod fit variis modis.
19 Per adplicationem rebus iſtis alterius naturæ.
20 Sed & per inmutationem? idque iterum quintupliciter: ſcilicet
21 Hominis facto.
22 Legis poteſtate.
23 Adtributione ſeu deſtinatione ac voluntate patrisfamilias.
24 Subrogatione cujuslibet.
25. Subiectio denique.
26. Inductio primi & tertii modorum.
27 Exornatio voluntatis, iuxta quam aliud atque aliud res fit ſeu conſideratur.
28 Ratio prioris ab effectu & paritate utriusq; molendini: navalis & riparii.
29 Refutatio rationis à mobilitate deſumtæ.
30 Nec motionem argumentum validum præſtare; quod exornatur variis relationibus.
31. Replicatio, & eius obiectionis refutatio, ex præcedentium inductione deſumta.
32 Anterius ab Interpretum doctrina probatur in feudi ab alia conceſſione, Principis authoritate facta.
33 Reſponſio ad unicum iſtud fundamentum negantium, numero octavo, propoſitum.
34 Præterea inter ſe iſta differre, nec ſtatim omne ſimile eſſe idem, cum aliis.
35 Differentiæ aliæ ſubiunguntur; quarum prima & ſecunda à materia & forma diverſa eſt deſumta. Breviter de forma quædam adduntur in genere.
36 Fine etiam differunt; quinam utriuſq; navis ac molendini ſit exponitur.
37 Adiunctis inſuper diſcrepant.
38 Communis denique uſus loquendi repugnat qui attendendus, ut pluribus oſtenditur: adiuncta brevi horum ſingulorum inductione.
39 Argumentum ſupernûmerarium pro authoris opinione, & inverſione conſtans.
40 Idem, quod hactenus adſertum, in molendinis pneumaticis ſeu vento agitatis obtinere debet.
41 Ratio pro hac ſententia alia, ex leg. cum fundus. 21. Digeſt. de fundi inſtrument.

Accedit

42 Accedit ab eadem ratione alia illatio.
43 Obiectio inseritur ex vulgata lege Titius horreum 60. Digestis de acquirendo rerum dominio. leg. granaria Digest. de action.
44 Responsio ad eam, male à disparatis & antea incognitis hos argumentari.
45 Plenior expositio, quale inter hodierna molendina & veterum granaria sive horrea discrimen sit.
46 Hæc etiam vel privata.
47 Vel publica:
48 Vtraque varia, & tam mobilia quàm fixa; prout pergulæ, tentoria & signa quædam militaria.
49 Adcuratior dict. leg. Titius sexagesim. censura.
50 Dubium aliud ex l. quia acervus 10. Digest. quod vi aut clam, dissolvitur.
51 Irrationabilis inde refellitur Iacobi Schultes, Andreæ Scheffert & aliorum opinio: prædefuncta uxore, huiusmodi molendina, ceu bona mobilia, lucro mariti cedere, cum nu 73.
52 Authoritas istorum, ac Ioachimi à Beust, Georgii Obrechti & Scabinorum Lipsensium modestè removetur.
53 Consuetudo etiam, cuius supra numero decimo quinto facta est mentio, exigui roboris est.
54 Tertium huius quæstionis membrum, simul prolepsin continens, cur tam sollicitè quærendum inquirendumve sit: an molendina ad res mobiles vel inmobiles pertineant.
55 Illustrantur multivariis exemplis. Et quidem primo: Feudum non nisi in rebus soli aut solo cohærentibus, vel quæ inter inmobilia connumerantur, constitui posse.
56 Secundò: Emphyteusin in rebus tantum inmobilibus consistere.
57 Tertiò. Contractum libellarium & precarium in iisdem constitui solum posse.
58 Quartò: Mobilium rerum multo viliorem & abiectiorem esse possessionem, quam inmobilium: sicque etiam facilius eam acquiri & amitti.
59 Quintò: In mobilibus nunquam cadere talem tantamque affectionem; easque divisionem non recipere.
60 Sextò: In mobilibus non esse locum retractui.
61 Septimò: Mobilia non teneri legibus hypothecæ.
62 Octavò: Fœminas debere masculis in bonis immobilibus cedere, & æstimatione eorumdem contentas esse, cum similibus.
63 Nonò: Res dotales inmobiles aliter post solutum matrimonium restitui ac mobiles: aliudque in earumdem alienatione observari.
64 Decimò: Possessores rerum inmobilium non satisdare; inmobilium vero teneri dominos.
65 Vndecimò: Amortizationem bonorum in illis, non autem in his locum habere, cum similibus.
66 Duodecimò: Minorum bona simili respectu alienari posse, & non posse.
67 Decimotertiò: Interdictum Vnde vi locum habere saltem in rebus inmobilibus; secus in mobilibus.
68 Decimoquartò: Iuxta nonnullos inmobilia bona sine solennitate in dotem dare mulierem minorem non posse; posse autem mobilia.
69 Decimoquintò: Hæc etiam fieri capientium, ista verò bella moventium.
70 Decimosextò: Diversitatem quoque hanc adparere in exequutione facienda.
71 Decimoseptimò: Mobilia sequi conditionem personæ; inmobilia verò cohærere territorio. Declaratur hoc posterius singulari quodam exemplo.
72 Decimooctavò: Præscriptionem quoque & usucapionem diversa suadere in his rebus.
73 Decimonono: De iure Saxonico maritum superstitem uxoris prædefunctæ bona mobilia lucrari, præter utensilia, etiam exstantibus liberis, sup. n. 51.
74 Vigesimò: Res mobiles deponi, inmobiles sequestrari, iuxta communem opinionem.
75 Vigesimoprimò: Iure Saxonico immobilium obligationem non valere, nisi debitis requisitis adhibitis.
76 Vigesimosecundò: Eodem iure Geradam in rebus mobilibus tantum consistere ac persistere.
77 Vigesimotertiò: Eodem proinde Erbgeld in iisdem non consistere.
78 Vigesimoquartò: Singularia quoque observari in harum distinctarum rerum venditione, bonorumque per Ecclesiam acquisitione.
79 Catalogus auctorum, qui plura & alia de utriusq; generis rebus differunt.
80 Brevis horum omnium anacephalæosis, ac rotunda inclusio, conclusioque.

1 PErsonarum statum ac jura † in genere vidimus: Rerum conditio successit, eaque prima vel secunda. Ad primam constituendam pertinet origo & descriptio: ad discernendam vero molarum variæ differentiæ. Iuxta secundam qualitatem, respectu suæ naturæ jam constitutæ, res discretæ sunt vel corporales vel incorporales. Illæ iterum mobiles vel inmobiles, ut hac quæstione explicabo. Variis enim, sed admodum † fluctuantibus opinionibus 2 (quibus nullum ad scientiam aditum esse, rectè ex Cebete Philosopho adfirmavit Vdal. Zasius *in præf. singul. respons.*

& post eum Carolus à Kirchberg *in proœm. discurs. de feudo ex pacto & provid. numer. 2.* adde Cavall. *præfat. specul. commun. opin.*) hactenus concertatum esse: An molendina 3 vel † rebus mobilibus vel inmobilibus, hoc est, rebus soli aut iis, quæ solo cohærere dicuntur, sint adnumeranda? Compertum est iis, qui in lectione ICtorum nostrorum diligenter sunt versati. Quam quidem discrepantiam non mediocriter porro auxit, quod inter eos quoque non potuerit satis convenire, quæ tandem molendina vel de inmobilium vel mobilium indole potissimum & proprie participent, aliis in hanc, aliis in illam partem inclinantibus; quod etiam fassus est Dn. Iohann. Gæddæus *in l. moventium 39. in fin. D. de verb. signif.* Ren. Choppinus *ad leges Andium. lib. 1. c. 16. n. 2. pag. 213.* Vt igitur & hac in parte lectori non solum 4 † meam probem diligentiam; verum etiam sufficientibus evincam argumentis, cui sententiæ tuto inniti & adquiescere possit, totam hanc disquisitionem in tria dispescam membra: ita ut primo loco ICtorum, qui ad notitiam meam pervenerunt, mihique hanc viam præiverunt, sententias adducam; deinde quid & mihi in tanta varietate secundum juris veritatem adrideat, ostendam; & denique effectus quosdam notabiles, cur scire referat, cui rerum classi molendina proprie sint adsignanda brevissime delineem. Primum 5 igitur † membrum capiendo, nullus equidem veterum aut neotericorum Interpretum mihi est visus, qui in specie expressisset, An molæ trusatiles, asinariæ sive jumentariæ rerum mobilium choro sint adgregandæ, ideoque de his quoque non magnopere mihi laborandum esse censeo. Solus, quod ego sciam, Bertrandus Argentræus *ad consuet. Britan. tit. 17. verb. les moubles num. 9.* expressim nuperrime scriptum reliquit, has ipsas molas rebus mobilibus adtribui, quamdiu mobili structura sunt; postquam autem inmobili sunt inpositæ, inmobiles fieri, & per se censeri desinere, & in partem ædificii transire; cui, si recte inspexi, etiam accedere voluit Petrus Peckius *de testam. conjugum lib. 5. c. 30. num. 2.*

Molendina autem † alia quod attinet, 6 etsi Dn. Iohannes Gæddæus *in d. l. moventium. 93. n. 4. in fin. de V. S.* se de eo ad Tiraquellum remittit, & eum cuique abunde satisfacere posse adserit, illique alios adjungit; ἀοείςως vero & admodum indefinite ex Baldo & Angelo retulerunt Francisch. Curtius junior *in tract. feud. part. 1. quæst. 6. aut cap. 7. num. 11.* Ioannes Lupus *in repet. cap. per vestras. §. 18. num. 4. circa med. de donat. int. vir. & ux.* Capicius *in invest. feud. rubric. feud. claus. col. 36.* Ludolphus Schraderus *in tract. feud. part. 3. c. 2. num. 2.* ac Wesenbecius *in parat. D. de rer. divis. n. 4. in fin.* molendina inter inmobilia conputari: alii tamen † cauti- 7 us sunt loquuti, & inter molendina, quæ non unius ejusdemque generis esse procul dubio probe perspectum habuerunt, adcurate distinxerunt; & inprimis Nicolaus Intrigliolus *de feud. quæst. 9. num. 68.* Iason Maynus *in d. l. quo minus. n. 120. D. de flu.* Ioach. à Beust *in l. admonendi. num. 957. in fin. de jurejur.* Andr. Schefferus *part. 3. pract. quæstion. 39.* Sic etiam molendina quidem Iohannes Althusius inter res mobiles, quæ solo cohærent, refert: sed tamen juris intellectu pro inmobilibus, secundum naturam rerum, quibus accedunt, accipit *lib. 1. dicæol. c. 1. nu. 24.* adducens *l. 3. §. 15. de vi & vi arm.* Menochium

chium *de recup. poss. remed. 1. q. 2.* & Covarruviam *lib. 1. var. resol. c. 15.* Qua ratione etiam in diplomate Ottonis Regis, quo Privilegium Archiecclesiæ Hammaburgensis continetur, expresse fit mentio MOLENDINORUM MOBILIUM & IMMOBILIUM, apud Erpoldum Lindenbrogium *in scriptor. rer. German. Septent. pag. 153. inf. quæst. 35. n. 11.* Cum quo confer quæ monui alibi, in hujusmodi concessionibus Molendina plerumque pro aquaticis fuisse usurpata, & à Molis seu moletrinis distincta, *sup. quæst. 3. num. 9.* Atque ea ratione molendina quæ aquis innatant, **die Schiffmühlen / welche an Brücken / Pfählen oder Anckern auff dem Wasser vest gemacht seynd / und empor schwimmen / auch bißweilen nach des Stromes Gelegenheit und Tieffe / umb des Strudels willen am Ufer oder sonst verlegt werden /** nonnulli eorum non immobilium, sed mobilium rerum numero habenda esse censuerunt. Cujus opinionis auctores laudo præcipuos Iohan. Franc. à Ripa *in d. l. quo minus. num. 126. vers. si vero non cohærent. D. de flumin.* Tiraquellum *de retractu lignag. §. 1. gloss. 7. num. 92. & 93.* Rubeum Alexandrinum *consil. 138. num. 3.* Menochium *d. remed. 1. n. 44.* Redoandrum *de reb. Eccles. non alien. pag. 14. n. 14.* Joseph. Cumiam *in prælud. c. si aliquem. n. 137.* Octavium Simoncellum *de decret. judic. in contract. minor. lib. 3. tit. 8. inspect. 12. n. 81. & seq.* Ioan. Papon. *in comment. ad consuetud. Borbon. 282.* Pyrrhum Anglebermæum *in consuetud. Aurelian. Rubric. de success. c. 30.* Petrum Peckium *d. lib. 5. c. 30. n. 2.* Pet. Follerium *in praxi criminali verb. annotentur bona contumacis. n. 8. & 9.* Andr. Knichen *de vestitur. paction. part. 2. n. 51. 52. 60.* Lancellot. Galliam *cons. 27. n. 116.* Nicol. Intrigliol. *de feud. c. 9. n. 68.* Balthas. Benedellum *de jure prothimis. ad princip. constit. n. 66.* Renat. Choppinum *d. lib. 1. c. 16. n. 2. pag. 213.* Horat. Carpanum *ad consuet. Mediolan. part. 1. c. 417. n. 42.* Henr. à Rosenthal *de feud. c. 4. concl. 4. n. 2.* Herman. Vultejum *de feud. c. 5. n. 5.* Georg. Obrechtum *disp. feud. 5. th. 157. & 158.* Ioan. Borcholtum *de feud. c. 6. n. 11.* Ioach. à Beust *in d. l. admonendi. n. 957. in fin. D. de jurejuran. & de jure connub. part. 2. c. 69.* novissime id quoque attigerunt Justus Meierus *in colleg. Argentor. ad tit. Pandect. de rer. divis. th. 56.* Paul. Matthi. Wehenerus *pract. obs. lit. F. verb.* **Fahrende Hab.** *pag. mihi 120.* Io. Rudingerus *cent. 3. sing. obs. 68. n. 3.* & Paulus Berens *disp. feud. 3. q. 15. lit. B.* Quam opinionem etiam à Doctorib. communiter adprobatam esse testatur Josephus Ludovicus *in commun. conclus. concl. 48. n. 15.*

8 Fundamentum † ejus sententiæ principale hoc est, quod molendinum aquis innatans nihil aliud sit quam navis; pro quo, etsi illi non allegant, non parum facit textus *in leg. si epistolam. §. si qua insula. in verb. quæ non ipsi alveo fluminis cohæret, sed virgultis aut alia qualibet levi materia ita sustinetur in flumine, ut solum ejus non tangat, atque ipsa movetur. Digest. de rei vindicat.* Navis autem est res mobilis, de loco in locum se transferens. *l. utique 16. §. 1. D. de rei vind. l. 1. §. si quis de nave 7. Digest. de vi & vi armat. l. vi facit. 20. §. quod in nave 4. D. quod vi aut clam.* Benevenut. Stracha *in tractat. de navib. part. 2. num. 31.* Ergo & molendinum aquis innatans mobile esse, consequitur.

9 Vicissim † aliis placuit hæc ipsa molendina fluitantia non purè & simpliciter pro rebus mobilibus, sed pro rebus immobi-

libus quodammodo habenda esse; maxime quando sunt Bannalia, (unde servitutes, quæ rebus inmobilibus adhærent, inter inmobilia conputantur à Glossa, Gailio & Wehnero *dict. pract. observ. lit. F. verb.* Fahrende Hab.) ac cum hoc jure exercitionis bannariæ infeudantur, Choppinus post Molinæum *libr. 1. de moribus Paris. titul. 1 numer. 14.* Henricus à Rosenthal *de feud. dict. capit. 4. conclusion. 4.* Vultejus & Berens *dd. ll.* vel ea ex concessione Principis perpetuò in flumine habere licet, aut Vasallus sarta tecta semper conservare tenetur, ut multis ostendunt Carolus Molinæus *in consuetudin. Paris. §. 145. & in addition. ad Decium in leg. nemo de domo 103. num. 3. Digest. de Regulis juris* & Ren. Choppinus *de civil. Paris. morib. d. lib. 1. titul. 1. numero 14. pag. 27.* quibus accedunt Petrus Rebuffus *in d. l. moventium mihi pag. 560. D. de verb. signification.* Andreas Knichen *de vest. pact. part. 2. cap. 4. num. 55. & 56.* Matthæus Wesenbecius *in §. cum in suo. in princ. Institut. de rer. divis.* Molendina autem illa † quæ tamquam ædificia seu domus in terra vel ad præterlabentem aliquam aquam ædificantur, seu in ripis aut margine fluminum exstruuntur, illisque adhærent & vulgo Wassermühlen / à Rosenthalio vero molendina terræ inhærentia adpellantur, quæ descripsi *sup. q. 5. n. 23.* cum solo cohæreant, ac pars soli sint, inmobilibus rebus adnumerari & regulari (ceu loqvuntur Dd.) ut vera immobilia, unanimiter Interpretes voluerunt: & inter illos quidem mihi lecti & cogniti Baldus *in c. contingit. colum. pen. vers. quaro num quid molæ. de dolo & contum. & in l. certi quæst. 4. C. locat.* Ioann. Saixon *ad consuet. Turonens. titul. 21. artic. 2.* (qui de his molendinis pro-

10

prie loquitur, cum Feliciano de Solis *tract. de censib. lib. 2. c. 4. n. 37. mihi pag. 181.*) Ioan. Franc. à Ripa *in d. l. quo minus. n. 126. D. de flumin.* Guerinus Piso *in prælud. feud. Rubric. in quib. reb. feud. consist. possit. in fin.* Arius Pinellus *in l. 1. part. 3. num. 28. in verb. molendina sita juxta flumen, & in verb. regulantur ut vera immobilia.* Andr. Tiraquellus *de ret. lignag. §. 1. gl. 7. n. 92.* ubi ait, id satis ex se patere. Wesenbecius *parat. D. d. tit. de rer. divis. in fin. & consil. 26. n. 42. vers. quid quod res soli. & de feud. c. 7. n. 2. & 6.* Nicol. Intrigliolus *de feud. q. 9. n. 68.* Octav. Simoncellus *d. tr. de decret. jud. in cont. min. lib. 3. tit. 8. insp. 12. n. 82. vers. Secundus est casus.* Ios. Ludovicus *d. concl. commun. 48. n. 15. à contrario sensu.* Petrus Follerius *in d. praxi crimin. verb. annot. bona contum.* Ioh. Borcholt. *de feud. cap. 6. num. 11.* Herm. Vultejus *de feud. lib. 1. c. 5. n. 1. & 5.* Henric. à Rosenthal *d. c. 4. concl. 4. n. 1.* Mozzius *de feud. c. 4. n. 8.* Dominic. Arumæus Phrysius *disp. feud. 4. th. 8.* ubi communem dicit esse opinionem Georg. Obrech. *disp. feud. 5. th. 155.* Ioh. Niellius *disp. feud. 3. th. 1. in not.* Io. Rudinger. *cent. 3. sing. obs. 68. n. 2. cent. 5. obs. 14. n. 3. in fi.* Wehnerus & Berens *dd. ll.* Christoph. Crusius *in lection. feud. c. 4. pag. 19.* Andr. Schefferus *d. q. 39. n. 10. 11. 12.* addens, nullam subesse dubietatem. Et sane prima fronte hic casus nihil amplius videtur dubietatis vel difficultatis; adeo ut fixa molendina manifestò sint inmobilia, juxta Meierum *d. th. 56. pag. 51.* & Helff. Vlric. Hunnium *tract. feud. c. 9. p. 173.* ad cujus tamen reliquas ibi positas adsertiones, ex infra adducendis modestius respondere, ac eas meliori jure firmius refellere & repellere possem, quàm is sententias parentis mei conatus fuit nimis intempestive infringere, verbis insu-

insuper satis molestis, inmodestisque: ipsius scilicet distinctionem habere nullam rationem, contrariumque (quod ipse tamen, ut ajunt, oculatissimus aliàs non vidisset) esse apertissimum: responsionem debiliorem esse, quàm ut fortissimum argumentum suum enervare queat: illamque ejus ponderis non existere, ut hoc subvertat, vel hunc nodum solvat, cum similibus *inresolution. absolutissim.* Treutl. *vol.* 2. *disp.* 28. Paulo modestiùs cum parente nostro egit Ernestus Cothmannus *in consil.* 57. *vol.* 2. Attamen illud refugium non quæram, nec istas lites hac vice meas faciam: sed de illis per occasionem alio loco & tempore dispiceam, & nunc rationibus hisce munitus ac contentus ero, quas pro præsenti controversia in medium adduco; ex quarum evidentia cordatus lector cum judicio obponere poterit, quod adversantibus stomachum forte moveret.

11 De molendinis porro † πνευματικοῖς ac vento agitatis, in diversas quoque itum

12 est sententias, quibusdam ea † rebus mobilibus adgregantibus; in quorum catalogo deprehendo Pyrrhum Englebermæum *in dict. consuetud. Aurelianens. Rubric. de success. cap. trigesimo.* Johannem Borcholten *de feud. cap.* 6. *num.* 11. & Georg. Obrechtum *dict. disputation. feud.* 5. *thesi* 157. & 158.

13 Quibusdam vero † adstruentibus, ea inter res inmobiles conputanda esse, ut expresssim voluit Iohann. Franciscus à Ripa *in dict. leg. quo minus. numero* 126. *Digest. de flumin.* Tiraquellus *dict. gloss.* 7. *numero* 94. & Tuschus *conclusion.* 303. *numero* 6. *lit. M. tom.* 5. præsertim si perpetuæ servitutis sint constructæ, Andreas Knichen *de vestit. paction. part.* 2. *cap.* 4. *numero* 54.

41 & 55. Quibusdam denique † volentibus, ea iis rebus, quæ solo cohærere dicunrur, adscribenda; maxime quando ita sunt facta, ut loco non moveantur, licet non multum terra contineantur; in qua opinione sunt Tiraquellus *dict. libr. de retractu lignag.* §. 1. *gloss. septim. numero* 92. *vers. tametsi in verbis, illisque adhærent.* Hermannus Vultejus *de feudis. dict. libr.* 1. *cap.* 5. *numero* 5. Henricus Rosenthal. *de feud. dict. conclusion.* 4. *numero primo.* Henricus Bocerus *classe* 5. *disp.* 1. *thesi* 10. Iohannes Gæddæus *disputation. feud.* 5. *thesi* 7. & *in adjunctis apostillis.* Crusius & apud eum Curtius *dicto capite* 4. *pagin.* 19. Iacob. Wern. Kyllingerus *tract. de ganerb. castror. disc.* 6. *numero* 8. Pari ratione Baldo molendinum est ædificium constructum cum molis & macinis aliisque necessariis adfixis ad molendum; quia ea quæ non sunt adfixa, dicuntur potius instrumenta. *consil.* 107. *cogitavi an molendinum. libro* 3. adeo ut molendinum sine macinis proprie non sit molendinum, *dicto consilio* 107. sicuti quod molis caret, idem nomen meretur, eodem teste *in capit.* 1. §. *si quid. D. de controv. inter dom. & vas. de investitur.* nisi ratione prioris consuetudo & observantia essent in contrarium, uti declarat idem Baldus *d. consil.* 107. *in fine.*

Quam igitur varietatem ex modo allegatis Doctoribus nostris animadvertere licet, eam quoque in † diversarum Provinciarum consuetudinibus invenimus, quæ discernendæ ab aliis & observandæ. 15 *per leg.* 8. *in fin. Digest. de test. leg. l. legatis* 65. *in fin. Digest. de leg.* 3. *leg. semper* 8. §. *legem* 1. *Digest. de jure immun.* Alciat. *consilio* 241. *numero quarto.* late Prateus *libro septimo, regul. juris general. tit. sexto cap.* 3.

Nam apud Turones juxta eorum conſuetudines, *titul. de choſes*, *qui ſunt repute es meubles ou haritages. capite primo & ſecundo.* ut & apud Lotrienſes molendina fluitantia, die Schiffmühlen/ mobilia ſunt, cætera autem inmobilia: pariter ac apud Pariſienſes, teſte Choppino *dicto libro primo de civilibus eorum moribus. titulo primo, numero decimo quarto.* Borbonii, Nivernenſes, Aurelianenſes & Arteſii molendina navalia, & vento agitata habent pro mobilibus, præter pedem & pilum eorum, reliqua pro inmobilibus, teſtibus iterum Pyrrho *in conſuetud. Aurel. rub. de ſucceſſ. cap.* 30. Ioh. Paponio *ad conſuet. Borbo.* §. 282. Tiraquello *de ret. lignag.* §. 1. *gl.* 7. *num.* 94. Choppino *ad leg. And. d. cap.* 16. *num.* 2. *pag.* 217. *d. tit.* 1. *de morib.* Pariſ. *num.* 15. *in fin.* & Scheffero *d. quæſt.* 39. *num.* 21. & 22. Iure quoque Saxonico tam navalem, quam alatam & ventoſam molam rei mobili nuncupari, atque ita Scabinos Lipſienſes reſpondiſſe, aut nonnihil diſtinxiſſe, teſtes ſunt And. Knich. *de veſt. pact. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 58. Iac. Schultes *ad Georg.* Kotſchütz. *art.* 25. *num.* 28. & idem Schefferus *d. quæſt.* 39. *num.* 17.

Etſi porro ſatis perſpicio, mihi præſtantiſſimos ſuperioris ævi Iurisconſultos adverſarios conſtitui, ſi ab illorum præjudicata opinione, qua voluerunt, molendina navalia ac ventoſa, die Schiff- und Windmühlen/ rebus mobilibus adnumeranda eſſe, pauliſper ſeceſſionem faciam: quia tamen veritas præ rebus omnibus adamanda, non poſſum non facere, quin oſtendam, (idque erit hujus quæſtionis † membrum ſecundum) mihi ſemper adriſiſſe, etiam hæc ipſa molendina navalia & πνευματικὰ juxta theoricam veritatem ac æquitatem uſu exprimendam, inque foro ſequendam, pro inmobilibus rebus merito habenda eſſe. Fieri poteſt, ut rem acu non tangam; ſed excuſabo me cum ſancto Iobo *cap.* 19. *verſ.* 4. Ναὶ δὴ ἐπ' ἀληθείας ἐγὼ ἐπλανήθην, παρ' ἐμοὶ ἡ αὐλίζεται πλάνος, ideoque non eſt, ut me quis culpet aut traducat, & tractet inclementius. Vt autem in hac ipſa diſputatione falcem ad radicem ponam, ante omnia ex doctisſimo Bertrando Argentræo *ad conſuetud. Britan. tit.* 19. *art.* 408. *gloſſ.* 2. præmittendum eſt, † Mobilia proprie eſſe corpora, quæ apta ſunt ſitum mutare, & localiter transferuntur natura & uſu. Hinc de inmobilibus ſummus philoſophorum Ariſtoteles ita ſcribit: Inmobile eſt, & quod omnino moveri non poteſt, & quod longo tempore vix movetur; & quod ſero incipit; & quod per ſe quidem naturæque vi moveri poteſt, ſed non movetur quando, quò & quomodo ejus natura fert: quod quidem unum eorum, quæ inmobilia ſunt dico quieſcere. *lib.* x. 10. *metaph. cap.* 10. & *lib.* 5. *de nat. rer. c.* 2. *T.* 20. ut refert Iac. Bouchereau Pariſinus *in florib. Ariſt. lib.* 3. *ſect.* 11. *c.* 2. Omne igitur mobile, quamdiu ſui corporis & naturæ eſt, & per ſe cenſetur, in ſua natura perſtat: unde mobilibus nihil commune eſt cum prædio, nulluſque error ſenſuum, nulla verborum interpretatio poteſt nomina (& naturam primam) miſcere, inquit Symmachus *lib.* 5. *epiſt.* 52. & 64. quem tacite ſequuntur Hieron. Gabriel. *conſil.* 98. *n.* 5. *cum ſeqq. lib.* 1. Ioh. del Caſtillo *tract. de uſufr. cap.* 42. *num.* 10. Sed cum adplicatione perpetua † corporibus alterius naturæ, *h. e.* inmobilibus adhibitum, inſertum, adfixum, infoſſum, inædificatum eſt, inmobile fit. Cur ita? Quia alterius corporis diverſæ naturæ pars fit, & per ſe cenſeri deſinit; unde contingit, ut de inmo-

16 17 18

inmobilibus sæpe mobilia & econtra de mobilibus inmobilia fiant. Hinc etiam originaliter defluit illud vulgatum axioma, quod † mobile inmobili cohærens, inmobile censeatur. *l.3.§.pertinet. D. de vi & vi arm. l. si aliena. §.1. D. de usucap.* Curtius Iunior *de feud. d. part. 1. quæst. 6. num. 11.* Cujacius *in parat. C. in quib. caus. lon. temp. præs.* post Menochium & Covarruviam Althusius *d. lib. 1. c. 1. nu. 24.* Non aliter ac res feudalis dicitur, quæ feudo ita adfigitur, ut illinc non possit separari. Ioannes Cephalus *consil. 183. n. 34. libr. 2.*

19

20 Sed & per † inmutationem accidere potest, ut illæ res, quæ per se mobiles sunt, inmobilium naturam sortiantur; idque potissimum ex quinque causis, nimirum facto hominis, legis potestate, adtributione seu destinatione, subrogatione & à subjecto. Bert. Argentræus *d. lo. n. 2. 3. 4. 5. & 6.* † Hominis facto, ut adfixione, infossione, adjectione. *l. fundi. §. Labeo. l. dolia. l. granaria. D. de act. em. l. Lucius. §. 3. l. Titius. §. chartis. D. de leg. 3. l. debitor. D. de pignorib.* adde tradita Ioh. Gæddæi *in l. statuæ adfixæ. 245. sive pen. de V.S.* Ita domus & navis habent fines non à natura, sed facto hominis. Iason *in l. si domus. numer. 3. 14. 15. 23. juncto n. 25. D. de leg. 1. adde inf. num. 27.* Sic pecunia in mensam publicam fænebris collata seu in banchis campsorum posita Baldo est inmobilis *in cap. cum causa ad fin. de sent. & re jud. in antiq.* Gailio *2. obs. 11.* & post Colerum Meiero *d. pag. 50. thes. 54.* Choppino autem mobilis *lib. 3. leg. Andeg. tit. 5. num. 6. pag. 556.* Legis deinde † potestate & fictione, ut cum colonus adscriptitius aut mancipium rusticum glebæ serviens pro re inmobili censetur. *l. 3. D. de divers. & temp. præs. l. quemadmodum. C. de agric. & censit. l. si quis inquilinos. 112. in princ. D. de leg. 1. Novel. 7. in præfat. vers. vult enim illa, & cap. 3. in princ.* Carolus Molinæus *in consuet. Paris. Rubric. de feud. q. 2. gloss. 3. num. 2.* Tiraquellus *de ret. lignag. d. §. 1. gl. 7. num. 119. & 120.* Cynus & Albericus *ad l. 1. C. uti possid.* in terminis Wesenbecius *d. parat. D. de rer. divis. num. 4.* & refer huc, quæ habet iterum Choppinus *d. libr. 1. de civ. Paris. morib. tit. 1. num. 17.* Præterea † adtributione seu destinatione, quando ea, quæ sui natura mobilia sunt, sic voluntate cujuslibet patrisfamilias usui certo in loco certo destinantur, ut ne inde conmoveantur aut exportentur, de quibus loquitur textus *in l. malum. 242. §. fin. D. de verb. signif. d. l. fundi. 17. §. Labeo. 7. D. de act. emt. l. 3. §. 1. D. de trit. vin. & ol. leg. l. ex facto 35. §. rerum autem. 3. D. de hæred. instit. l. qui saltum. 67. in fin. ff. de leg. 3.* Tiraquellus *de jure primogen. quæst. 48. num. 6.* Wesenbecius *consil. 4. num. 88. & 106.* Althusius *d. lib. 1. dicæol. cap. 1. num. 21. 22. & 23.* Argentræus *tit. 14. art. 265. cap. quæ res tradi poss. num. 25. pag. 952.* & Hunnius *dict. cap. 9. pag. 175. & 176.* Ita lignum ad ædificium (quod inmobile est) destinatum inter inmobilia conputatur Speculator *in tit. de fructib. & interesse. §. 1. vers. tertiò quæritur, per l. ligni. §. si lignum. de leg. 3. d. l. fundi. §. ult. l. seq. §. tegula D. de act. emt.* Choppinus *d. lib. 3. tit. 2. num. 10.* Rebuffus & Gæddæus *ad d. l. moventium. 93. de V.S.*

21

22

23

24 In † subrogatione idem est judicium: & tralatitium est, subrogatum sapere naturam ejus, in cujus locum subrogatur *supr. quæst. 1. num. 35.* Sic pecunia est res mobilis; sed vide quid de ea proferat And. Knichen *d. tract. de vest. pact. part. 3. cap. 5. num. 9. 55. usq. ad numer. 63.*

25 A † subjecto denique, ut quando jura, nomina & actiones ad rem talem vel aliam aliquam conpetentes pro rebus inmobilibus aut mobilibus habemus, de quo passu videantur Angelus, Dynus, Bartolus, Johan. Andreæ, Baldus, Alexander, aliique allegati ab Alberto Bruno *in tract. sup. Statut. exclud. fam. art.* 8. *num.* 134. & Glossa *in l. 1. C. si advers. transact.* Decius *in l. qui actionem. num. 1. & 2. D. de reg. jur.* Tiraquellus *de ret. lignag. §. 1. gloss. 7. num. 12. cum seqq.* And. Gail. *lib. 2. obs. 11.* Choppinus *de morib. Paris. lib. 1. tit. 1. num. 1. cum seqq. collato.* Wehnerus *in pract. obs. d. loc. verb.* fahrende Hab. *pag. 119. pri. edit.* Rudingerus *cent. 2. sing. obs. 37. num. 3.* Borcholt *de feud. cap. 6. nu. 16.* Bocerus *class. 5. disp. 1. th. 16.* & Hunnius *d. tract. feud. cap. 19. pag. 163. & 173.* Confer etiam Guidonis Papæ *consil. 52. consil. 214. num. 16. cons. 215. num. 2. & in decis. Parla. quæst. 584.* quosque adducit Bernardinus Alfanus *in collectan. ju. civ. 158. 159.* & post eum Iohan. del Castillo *tractat. de usufruct. cap. 38. num. 26.* negantes nomina & actiones venire mobilium adpellatione, eamque sententiam de utroq; jure communem esse ait Steph. Bertrandus *consil. 74. num. 2. vol. 2. part. 1. & consil. 188. num. 1. & 2. vol. 7.*

26 Quamvis igitur † non nisi apud cæcos negari queat, molendinum in navi exstructum semper natare ac fluitare; imo quandoque de loco in locum suprà & infrà secundum rapiditatem fluminis moveri & transferri: quia tamen ædificans ea intentione ac destinatione tale molendinum exstruxit, ut semper & perpetuo non pro motu, sed pro molitura in illo ipso flumine maneret, non potest vel debet esse dubium, quin hæc ipsa destinatio & adtributio ad molendum inmobile reddat, quod sui natura aliàs mobile esset; quandoquidem juris est manifesti † intentionem & destinationem facere posse, ut res mobilis, propter perpetuam utilitati perpetuæ destinatam in aliquo loco moram, pro immobili censeatur *l. cætera, §. quidergò D. de leg. 1. l. ex facta §. rerum versic. veruntamen. D. de hered instit. l. dolia. D. de fund. instrum. vel instrum. leg.* Bartolus *in l. Iulianus §. ædibus. D. de action. emt.* Rota *decis. 282. numer. 1. part. 3.* Martinus Monterus *in decis. Aragon. decis. 26. num. 5.* Hieronymus à Laurentiis *decis. 16. num. 4.* Non aliter ac constitutio & affectio nostra id ex re facere potest, quod tamen res propriè non est. *l. locus 60. D. de verbor. signif.* Hieronymus Magonius *decis. Florent. 29. num. 3.* Vnde fluit, quod utique non solum magnitudo, sed etiam existimatio nostra flumen à rivo discernat *l. 1. §. 1. D. de flumin.* Quod propositum utentis, aquam quotidianam & æstivam faciat *l. 1. §. 3. 1. 6. D. de aq. quotid. & æst.* Quod quotidiana nostra consuetudo & adpellatio urbem à vico distinguat *l. ut Alfenus 87. D. de verbor. significat.* Quod pisces diverso respectu mobilibus & inmobilibus adnumerentur, Hartm. Pistoris *lib. 1. quæst. 24. num. 63. & 64.* Henr. Bocerus *d. class. 5. disp. 1. th. 8.* Choppinus *de morib. Paris. d. lib. 1. tit. 1. num. 18. per tot. & ad leges And. lib. 1. cap. 29. pag. 255. cum seqq.* And. Knichen *commen. de Saxon. non provocan. ju. verb. Ducum cap. 5. num. 173. & 174.* itidem pecunia simili consideratione *supr. num. 21. 24.* late Ren. Choppin. *d. lib. 1. de civ. Paris. morib. tit. 1. num. 24. usque ad 30.* & quos citat Iustus Meierus *in colleg. Argent. ad d. tit. de rer. divis. thes. 53.* & quandoque fiat, quod res incorporales eodem jure censeantur, quo res inmobiles, teste 27

Bocero *d. disp.* 1. *th.* 16. *per tot.* Hinc jus hypothecæ in re inmobili constitutum, proculdubio & ipsum inmobile censendum fatetur And. Schefferus *part.* 1. *quæst. pract.* 9. *num.* 14. annuusque reditus seu vectigal & census partim pro mobili, alibi pro inmobili habetur, prout videre est apud eumdem Choppinum *d. lib.* 1. *de civil. Paris. morib. tit.* 1. *num.* 23. *per tot.* Wehnerum *d. lo. verb.* Fahrende Hab. Rudingerum *cent.* 5. *obs. sing.* 19. *num.* 3. Gailium, Mynsingerum & Schurpffium locis à Meiero relatis *d. lo. th.* 52. Item, quod fundus augeatur & deminuatur, ex domini destinatione *l. quod in rerum* §. *si qui post.* & *l. si ex toto* D. *de leg.* 1. *l. ex pacto.* §. *rerum.* D. *de hered. instit.* Rubeus Alexandrinus *consil.* 95. *num.* 12. Iohan. Cephalus *consil.* 144. *num.* 16. *lib.* 1. Quod pœnam à conditione voluntas testatoris separet *l.* 2. D. *de his quæ pœn. cau. rel.* Quod fructus pendentes seu cohærentes certo modo sub inmobilibus & mobilibus contineantur, per relata à Iohan. del Castillo Sotomayore Hispano *d. tract. de usufructu. cap.* 42. *per tot. inspice cap.* 38. *num.* 12. *cum seqq.* Choppino *d. lib.* 1. *de morib. Par. tit.* 1. *num.* 19. 20. 21. Hunnio *dict. tract. feud. cap.* 9. *pa.* 161. & 162. Paulo Fusco *sing.* 149. *lit. F. p.* 200. Henric. Bocero *dict. classe* 5. *disp.* 1. *th.* 11. Iohan. Niellio *disput. feud.* 3. *thes.* 1. *in not.* & Iohan. Rudingero *cent.* 2. *observat.* 52. *num.* 3. 4. & 5. Quod iterum destinatio ac voluntas patrisfamilias faciat pertinentias ac territorium castri, licet ei à jure nihil corporale deputatum sit. Innocentius *in cap. cum adsedem. num.* 2. & 3. *de restit. spoliat.* pulchrè Gailius *libr.* 2. *observat.* 62. *num.* 5. *cum reliq.* Quod denique ex multis feudum unum paterfamilias animi sui destinatione facere possit. Natta *consil.* 429. *num.* 11.

Quod autem † destinatio ædificantis in effectu eo directa sit, ut non minus molendinum fluitans sive navale, quàm molendinum terræ ac margini fluminis adhærens, pro re inmobili habeatur, id paritas utriusque molendini suadere videtur. Quid enim ὑδρομύλιον perpetuæ moræ causa ad ripam exædificatum plus præstare potest, quàm molendinum super tabulis in eodem fortassis flumine non minori sumtu exstructum, & ad pontem, palos, anchorasve adligatum? Num in illo quidquam nominari potest, quod huic non insit, sive rotas, sive molares, sive cætera omnia diligentissimè perscruteris? Num extra flumen, in quo est, magis vehere, deferre, tollere, avellere potes, quàm illud? Vna igitur & eadem res ad eumdem finem tendens, non debet diverso jure censeri *l. eum qui ædes.* 23. D. *de usucap. l. jam hoc jure.* 4. *de vulg. & pup. substit.* Anton. Faber *in consultat. de ducat. Montisfer. part.* 1. *mihi pag.* 156. & unus idemque actus non debet producere diversos, nedum contrarios effectus *l.* 1. §. *idem Pomponius Depos. l.* 2. *Cod. de pact. int. emt. l. qui hominem* §. *fin. de solut.* Claudius Prateus *libr.* 2. *regul. jur. tit.* 6. *cap.* 4. Alioquin cum multis pessimè ageretur, qui ad pontes magnorum fluminum saltem talia molendina navalia adligata, nulla autem præterea molendina aquatica habent, nec commodi habere possunt; præ quibus tamen illa ipsa molendina navalia certe non permutarent, cum non minus fructuum quotannis ex iis percipiant, quàm ex moletrinis omninò stabilibus & super jactis in flumine pilis exædificatis, ex doctrina Baldi *in proœm. feud. colum.* 6. *vers. sed quæro quomodo* Facilius quoque hodie permittitur, ædificare molam in terra quam in aqua, ut ex infrà dicendis dedu-

deducendisque clare adparebit. Nec est, ut cum rusticis (quia vident rotam semper moveri) existimemus: propter † 29 hanc mobilitatem, molendina simpliciter mobilia esse, ut jocatur Iohan. Saixon *in consuetud. Turonens. tit.21.art.2.* Nam præterquam quod illud ipsum his molendinis navalibus, cum reliquis molendinis, quæ tamen, eo non attento rerum inmobilium choro vulgus Interpretum adgregavit, commune est; insuper etiam bene observandum est, quod mobilitas non semper & κατὰ παντὸς arguat rem aliquam mobilem esse, sed utrumque aliquando subsistere posse: nimirum rem posse moveri, & tamen inmobilem sui natura esse. Sic insulæ maris, aut stagni, licet in suo loco non permaneant, veniunt tamen adpellatione inmobilium, Andreas Tiraquellus *de retract. lignag. §.1.gloss.7. num.121.* Horat. Carpanus *ad statut. Mediolan. part. 1. cap.417.num.38.* Quamvis alio sensu & modo etiam mobilis dicatur *in l. 65.§.2.* ubi Meierus *thes.28.num. 1. D. de acquir.rer.domin.* Lege Iohan. Gryphiandri *tractat.de Insulis.cap. 6.num.42. usque ad num.49.cap.32.numer.9.10. usque ad num.18.* Et ideo non fabulosum putant esse Geographi, insulas quasdam errare. Ægyptii enim (Herodoto teste) frequenti sermone adseverabant, Chemni insulam fluctibus semper agitari, & tamen augustum Apollinis templum ac lucos sustinuisse. Dionysius etiam Halicarnassæus testatur, ex re mobili factum natumque fuisse inmobilem, hisce inter alia de Tarquinio tyranno in latinum translatis verbis: Nunc quoque manet evidens ejus facti monumentum; insula satis magna, quæ Æsculapio sacra est & flumine cingitur, concreta (ut fertur) è frumenti acervis putrefactis, & paulatim aggestis à flumine quisquiliis facta auctior, *libr. 5.antiq. Roman.capit.13. edit. Frider.Sylburg.* Idem alibi de alia sic fatur: Est instabilis & in varias partes fluitat, vento eam modo huc modo illuc inpellente. Pari forma *libr.1. antiq.cap.9.* iterum scribit: Pelasgi postquam contemplati sunt fluitantem in eo lacu insulam, &c.

Nam apud Dodonam redditum eis responsum, quod L.Manius vir non obscurus ait se vidisse in templo Iovis antiquis literis insculptum cuidam sacro tripodi, sic habebat:

Pergite quærentes Siculum Saturnia rura,
Atque Aboriginidem Cotylen, ubi se insula vectat.

Et huc etiam spectant Virgilii versus *lib.3. Æneid.*

————oras & littora circum
Errantem Mycone celsa, Gyaroque revinxit,
Inmotamque coli dedit, & contemnere ventos.

Quid deinde mobilius aqua? Et tamen aquæ in sua magnitudine consideratæ, non per uncias, sunt inmobiles, Tiraquellus *dict.num.121.* Alciatus *consil.142.num.10.* Horat.Carpanus *d. cap.417. num.45.& 46.* Ut ita hac ratione omnes aquæ alicujus fluminis consideratæ quid immobile constituere, & per consequens moletrinam navalem, ut maxime esset res mobilis, rei tamen inmobili adhærere & naturam ejus induere, dici potest. Imo hujusmodi audiant & considerent alii, qua ratione (ut iterum joco ludam) Aures sint mobiles & inmobiles, apud doctissimum Ludovicum Cresollium *in vacat. autumnal. sive de perfecta Oratoris actione & pronunciatione lib.2. cap.6. sect.1.pag. 198. cum seq.* Quod si etiam † ex motione de 30 loco

loco in locum argumentum validum sumitur, omne quod loco movetur & moveri potest, omninò mobile esse; ne quidem terra amplius erit inmobilis, cum & eam moveri contingat, *l. fluminum. 24. §. hac stipulatio. 3. juncto §. Servius 4. D. de dam. infect.* prout his de rebus Physici prolixius agunt. Non etiam Obeliscus ille Semiramidis Assyriorum Reginæ pro re aliqua immobili habebitur; quum eum ex Armeniæ montibus excisum, ad centum quinquaginta pedum mensuram porrectum latitudine circa imas radices ad viginti quatuor pedes se protendente, curribus innumeris per immensa locorum intervalla, montium asperas crepidines, vallium horrendos hiatus delatum, Euphrates flumen excepisse, fidelique alveo concreditum Babyloniæ reddidisse, auctores sint Cœlius Rhodiginus *lect. antiq. lib. 23. cap. 6.* Simon Maiolus *in dieb. canicul. colloq. 23. mihi pag.* 770. Ioan. Servilius *de mirand. antiquor. lib. 1. mihi pag.* 5. Cui lector aliud exemplum de obelisco Solis addere poterit ex Ammiano Marcellino *lib. 17. mihi pag. 98. 99.* & de omnium maximè memorabili Ramisis Regis obelisco legere est apud Plinium *lib. 36. cap. 9.* Guid. Pancirolum *lib. 1. cap. de obelis. pag. 179.* Ita Dominicus Fontanus obeliscum Vaticanum transtulit & erectum statuit; quamvis moles illa uno & continuo constet marmore, & labor fuerit anni integri, adhibitis machinis tractoriis & vectoriis, quæ à nongentis septem viris & septuaginta equis in orbem versabantur ac regebantur; expensisque in totum translationis & erectionis opus triginta septem millibus coronatum, nongentis insuper & sexaginta quinque testibus Anton. Citarella *in vita Sixti V.* Thoma Lansio *in consultat. de princip. Europ. pag. 656. no. edit.* Et quo abirent Pontificii: Adferentes templum Loretanum ab Angelis ex Palæstina in Italiam manibus deportatum fuisse: & Gregorium Thaumaturgum removisse de loco montem, cum similibus. Inprimis Herefordiam in Anglia provinciam montes ambulatorii, veluti spectra lemuresve insignes ædes, admodum horribiles reddunt. Nam (ne quis putet me antiquas fabulas recitare) anno salutis post sæculum decimum quintum septuagesimo primo, XII. Kal. Martii, vesperi hora sexta, in orientali Comitatus parte, terra decessit, monsque cum subjecta caute (ingenti mugitu primum & stridore, ut à vicinis longè exaudiretur) tamquam si ex diuturno somno consurrexisset, se extulit; & in superiorem locum, relicto cubili profundo, adscendit, secum una deferens arbores infixas, caulas & ovium greges. Arborum quædam terra obrutæ jacuerunt: aliæ monti accedendo junctæ ita coaluerunt, ac si eo loco primum radices egissent. Quo loco discesserat, hiatum quadraginta pedes latum, longum octoginta ulnas reliquit. Ager omnis viginti jugerum plus minus erat. Inter eundum sacellum obvium evertit: taxum in cæmeterio sitam ab Occidente in Orientem transtulit. Eadem vi publicas vias cum caulis, sepibus & arboribus protrusit. Ex culta pascuam, ex pascua rursus cultam effecit. Terram eminentiorem, cui obviam obcurrit, provolutam & vi majori actam, in montem celsiorem tamquam aggere facto redegit. Ita cum à vespere die Saturni usque ad meridiem diei Lunæ obambulasset, veluti ex itinere fessus & mole sua laborans substitit. Hoc terræ

motus genus Physici, uti judico, Brasmatiam vocant. Cujus rei fidem nobis fecit Guilielmus Cambdenus *in Silurib. pag.473. & in annal. Angl. A.C. 1571.* referente eodem Lansio *in orat. contra Britan. pag.547.* Denique & ædificium, ut ex parte dixi, non amplius erit res inmobilis, *per dict. l. fluminum. §. Servius. 4. D. de damn. infect.* ac insuper cum legamus Amasin Ægyptiorum Regem ædificium è solido lapide ab urbe Elephantina Saim usque millium duorum artificum industria per multa montium præcipitia intra triennium promovisse; cujus ædificii tectum extrinsecus erat unius & viginti cubitorum longitudine, latitudine quatuordecim, octo sublimitate, auctore Herodoto *in Euterpe mihi pag.76.* ex quo transscribit, eo non citato, *Joannes Servilius d. lib.1. mihi pag.17.* Quod non est novum, nec rarum, ut alibi condocefeci, ibique adducti autores manifestius conprobarunt. Cujus facti (ut post ea reperiri, obiterque his inserui) Iohannes del Castillo insimulat quoque Petrum Augustinum Morlam; mirandum esse inquiens, integras quatuor columnas eum originaliter prout ibi jacent, ex privatis scriptis Salmanticæ publice à Petro de Tapia editis transscripsisse, *in d. tract. de usufructu cap.1. nu.19.* & vide, quomodo idem autor Castillo seipsum contra Hieron. de Zavallos propularem defendat *lib.3. quotid. controv. cap.20 per tot.*

31 Sed, inquis, moventur † tamen illa ipsa molendina navalia, gehen ja mit dem Wasser auff und nieder: ergo mobilia esse nemo fideliter negaverit. Sic est. Sed cur ille ipse motus, substantiæ molendini nihilum quidem detrahens, magis hic in considerationem veniret, quam in servo adscriptitio, qui utrumque loco motivam suam habet & retinet, tamen rei inmobili accenseri antea dixi, quamdiu glebæ adhæret & ab ea discedere non potest? Quomodo Coloni etiam ita glebis inhærere jubent Impp. ut nec puncto quidem temporis debeant amoveri *l.15. C. de agricol. & cens. lib. 11.* Quomodo denique arbores sylvæ grandes licet vento agitentur ac moveantur: haut prius tamen unquam mobiles fiunt, quam ventorum impetu radicitus evulsæ, vel è nemore excisæ *l.40. D. de act. emt. l. idem Pomponius §. de arbore l. sed si ex meis §. arbor D. de acq. rer. domin.* Choppinus *d. lib.1. de civil. Paris. morib. tit.1. n.22. pag.32.* Quin igitur eadem quoque ratione dicimus, utrumque molendina navalia cum aqua paulisper modo adsurgant & eleventur, modo rursus descendant, modo de loco in locum gratia rapidioris fluminis transferantur; nihilominus tamen ea tam exiguo motu minime obstante, tamdiu veluti quid immobile merito censeri, quamdiu ex illo ipso flumine non penitus amoventur; sed pro molituræ continuatione ibi perpetuo de anno in annum sarta tecta conservantur. Quam quidem durationem usque adeo adtendunt Doctores nostri, ut si, † vasallus in concessione feudi obstringatur, molendinum navale sartum tectumque conservare, tale molendinum rebus soli (quas inmobiles esse per se satis constat ex *l.1. §.1. D. de rei vindicat. l.1. in verb. sive mobiles sint sive soli D. de condict. trit.*) adnumerentur. Ita Choppinus *cit. libr.1. de civ. Paris. morib. tit.1. num.14. fol.23.* & *Andr. Knichen de vestit. paction. part.2. cap.4. num.58.* Rursus pone me pilas aut moles vel in mare vel in flumen navigabile auctoritate Principis jactare, & super eas molendinum 32

inæ-

inædificare, juxta *l. ergo in insula* §. *ult. D. de adq. rer. domin. & l. creditor* 52. §. *ult. D. de act. emt. l. 1.* §. *ult. D. de impens. in res dot. fact. juncta l. 1.* §. *idque à Principe* 42. *D. de aqua quotid.* certe, quin talis structura pro re inmobili sit habenda, extra controversiam esse existimo; alioquin pleraq; ædificia Venetiis & Amstelrodami eo modo exstructa, rebus mobilibus essent adnumeranda, quod falsum esse coarguit textus *in d. l. ergo* §. *ult. juncta l. sicut autem* §. 1. *D. de servit. vind. & ibi Budæus notat.* Quid autem, quæso, interest in rei veritate inter molendinum super pilis istiusmodi inædificatum, & molendina super ligneo navigio, formam pontonum der Flössen repræsentante, juxta *l. ult. D. de serv. rust. præd. l. 2.* §. *vis fluminis D. si quis caut. Alciatus lib. 6. parerg. cap.* 13. exstructa? Equidem nihil: utrumque enim est ὑδρομύλιον &, si verum fateri liceat, inundationibus minus obnoxium (θεῦ βίαν seu vim majorem si excipias) ideoque magis utile frugiferum hoc, quam illud, cum flumine crescente se adtollere, eo recedente rursus subsidere queat, quod in illo neutiquam contingere potest.

Nec movere quemquam debet, quod supra pro contrariæ opinionis patronis adductum fuerit; molendinum † navale 33 esse instar navis, vel nihil aliud esse quam navim: navim vero esse rem mobilem, ergo & tale molendinum pro re mobili censendum fore; ut quemadmodum retro probavimus, quod mobile inmobili cohærens fiat inmobile, ita & hic mobile mobili adhærens omnino mobile permaneat. Largiamur enim molendinum navale quoad externam in oculos incurrentem formam, haberi pro navi quadam; hoc amplius eodem modo aquam subjacere molendino navali, sicut mare subjacet navibus *l. solum* 49. *D. de rei vindicat.* item non aliter, quam navim etiam moletrinam navalem cum aqua adsurgere & descendere; nihil tamen inde consequetur, quod meæ sententiæ officiat. Præterquam quod nemo est enim qui ignoret, multum † discriminis hærere inter esse & 34 haberi, per doctrinam Bartoli *in l. si maritus* §. *Legis Iuliæ numer. 1. D. ad L. Iul. de adult.* Præterea nullum simile est idem *l. Gaurus versicul.* Marcellus *D. de serv. urb. præd. l. quod Nerva D. depos.* Felinus *in cap. capitulum S. Mariæ num.* 4. *Ext. de rescript.* Borcholt. *in tract. de pact. cap. 2. in 4. pact. divis. numer.* 6. adde Clau. Prateum *lib. 2. regul. ju. tit. 6. cap. 1.* Sed potius omne simile esse dissimile Lancellot. Politus *in tract. exemplar. subitit. numer. 1.* Frider. Pruckman. *consil. 50. numer. 65. & 66.* semperque claudicare Anton. Heringius *d. tract. de fidejuss. cap. 7. num.* 175. imo similia sive cognata etiam non discernere, ac similia pro iisdem, aliaque pro aliis accipere; inscitiam hoc sapere, idem pronunciat *cap. 18. numer. 1.* & quoties aliqua dissimilitudinis ratio (quæ hic satis manifesta, nec una) adferri potest, argumentum à simili statim evanescere ajunt per *l. inter stipulantem* §. *sacram D. de verb. oblig.* Felinus *ad c. 1. extr. de sponsal.* Gæddæus *in respon. ju. de Alluu. maris nume.* 52. Hinc optimus modus tollendi argumentum à simili iste, ut monstretur dissimilitudo, data vel levi instantia *cap. cum Marthæ in princip. & ibi Panormitan. De celeb. miss.* §. *pavo numer.* 15. *versicul. nec ad rem pertinet Inst. de rer. divis. cap. cum dilecta extr. de confirm. util. vel inutil.* imo generaliter verum, ad tollendam consequentiam sufficere unam dare instantiam, juxta

Glossam *in l. si creditores D. de no. op. nunciat.* & Ferdin. Fasqvium *lib. 1. controv. cap. 37. num. 7.* Vt ita amoto præsupposito corruat etiam adsertio, dicente Cravetta *consil.* 486. *num. 4.*

Insuper etiam quamplurimæ aliæ supersunt † differentiæ, quæ coarguant, aliud esse navim aliud molendinum navale. Primo enim in ipsa forma differunt, cum molendinum navale non talem habeat formam, qualem naves tam præliatorias quam mercatorias, tam apertas quam constratas, tam actuarias quam hippagogas *& sim.* habere quotidie cernimus, neque easdem esse illarum partes, uti mox dicam & videre est apud Iohan. Rosinum *lib. 10. antiq. Rom. cap. 20.* neque etiam natura & genera navigationum eadem sunt, quod probatum ivit Thomas Dempsterus *in paralip. ad Rosin. lib. 7. cap. 32.* & ante eum luculenter præstitit Godeschalcus Stewechius *in commentar. ad Veget.* Quæ igitur materia (de qua præter Philosophos vide Paulum Fuscum *sing. 48. lit. C. pag. 73.*) & forma differunt, ea inter se quoque differant, necesse est; cum forma sit series sive ordo, rem ad substantiam deducens, teste Camillo Borello *controv. 64. numer. 4.* ac det esse rei, ex quo postea dominatur effectus; ideoque forma vel mutata vel peremta res alia esse censeatur, imo tamdem esse desinat, juxta Bartolum *in tract. de alveo §. quod si nu. 13. cum seq.* Roland. à Valle *consil. 63. numer. 39. vol. 4.* Fulv. Pacianum *de probat. lib. 1. cap. 25. nu. 59.* Nicol. Reusnerum *part. 4. decis. 5. num. 17. & 18.*

Deinde etiam † discrepant in fine, propter quem agit omne agens, ut dixi *in præfat.* & probavit parens Anton. Heringius *d. tract. cap. 16. in princip.* quique declarat, qualis sit res censenda, an mobilis vel inmobilis, ut pulchre scripsit ipse Tiraquellus *d. tract. de ret. lignag. §. 1. gloss. 7. numer. 45.* Sicut enim naves eum ad finem potissimum (nam & plures habent usus, ceu ex Stevvechio & Rosino liquet) ædificantur, ut semper, nisi forte.

——————— *illas aspera Ponti*
Intercludat hyems, & terreat Auster euntes,

navigent, & ex dissitis regionibus necessaria nobis advehant. *l. arboribus §. 1. D. de usufr. l. in navem Saufeii D. locat. l. qui Romæ §. Callimachus D. de verb. oblig. l. 3. D. de naut. fæn.* Ioh. Gryph. *tract. de insulis cap. 31. num. 48.* Vnde etiam naves in aquis ire & ambulare & remos pro navalibus pedibus habere dicuntur, ut docte explicavit Frider. Taubmannus *ad Cul. Virgil. mihi pagin. 310.* Ita molendinum navale saltem ob id exstruitur, ut in flumine palis aut anchoris ad rudentem alligatum perpetuo molat, non ut de loco in locum pro oblectatione saltem moveatur & ambulet.

Tertio etiam † differunt adjunctis: quæ enim in navi inveniuntur, veluti malus, antenna, velum, transtra, remi, clavus, funes, rotulæ, trochleæ, armamenta &c. *l. malum 242. D. de verb. signific. l. scapham. 44. D. de evictión. l. si navem 29. D. de fun. instr. vel instrum. leg. l. navis D. ad L. Rhod. de jact.* Nicod. Frischlinus *in nomenclat. suo trilingui cap. 171.* late Rosinus *d. libr. 10. cap. 20.* ea certe in molendino navali etiam si Diogenis laternam accendas, non invenientes; sed potius molares, rotas exteriores & interiores ac reliqua, quæ descripsi *supra quæst. 4.* Loco etiam continuoque tempore, genere & qualitate differunt: sicque non conmiscenda jura

argum.

argum. l. si prædium 16. in princip. C. de præd. min. l. 166. de V. S. juncta l. 1. §. in flumine 11. D. de flum. ipsoque in nomine & origine discrimen sit, ut in specie alia *l. 13. C. de agric. & cens. lib. 11.*

38 Denique vel † communis usus loquendi convincit, aliud esse navim, aliud moletrinam navalem. Cum igitur communis usus loquendi (qui attenditur, teste Bartolo *in rubric. D. de op. no. nunc.* Antonio Corseto *in singul. verb. pœna 4. in fin.* late Stephan. de Phedericis *tract. de interpr. lege part. 3. num. 62. & 63.*) verborum proprietati prævaleat *l. librorum §. quod tamen Cassius D. de leg. 3. l. Labeo 7. §. Servius fatetur 2. D. de supell. leg. l. si servus plurium in fin. D. de leg. 1. l. ut Alphenus l. 87. de V. S.* Matthæus Mathesilanus Bononiensis *singul. 95. numer. 2.* quosque ibi adducit Gabriel Calaryna Veronensis *in addit. pagin. mihi 305.* Sigism. Scaccia. *tract. de judiciis libr. 1. cap. 64. versicul. quod autem pagin. mihi 181.* præterque hos Corasius *libr. 3. miscellan. cap. 22. numer. ultim.* Menochius *de arb. jud. quæst. casu 489. num. 1.* Mascardus *de probat. conclus. 329. numer. 3.* Frid. Baro Schenck *in virid. conclus. concl. 49.* Franc. Mantica *de conject. ultim. volunt. lib. 3. titul. 8.* Ac ex eo sumatur bona declaratio *l. anniculus 132. D. de verb. signific.* late Carpanus *in prælud. statut. Mediol. numer. 302. cum seqq.* adeo ut adpellatio vulgi pro jure habeatur, autore Aymone Cravetta *consil. 166. numer. 10.* & Baldo *in l. non dubium col. 4. C. de legib.* communisque usus loquendi & intelligendi præcipue sit adtendendus; quia dicatur consuetudo interpretativa, à qua interpretatione consuetudinis non liceat recedere, etiamsi sequatur, quod alias de jure sequi non deberet. Felinus *cap. postulasti col. 17. De rescript. alleg. cap. quod dilectio de consang. & affinit.* Mynsingerus *resp. 84. numer. 26. dec. 7.* Nemo ergo mihi persuadebit, ut à navi ad moletrinam navalem firmum & per omnia ac in omnibus conveniens argumentum deducam; multo minus, ut inde exstruam, hanc ipsam moletrinam navalem prorsus rei mobili æquiparandam esse; per dictam rationem *& l. si idem 7. C. de codicill.* *Oldradus consil. 121.* sed firmiter concludo cum Petro Gregorio *in Syntagmate juris universi lib. 1. cap. 9. num. 6. in fin.* Res illas, quæ inmobiliter inmobilibus adhærent, inmobiles censeri; atque ideo sicut molendinum, quod alvei fluviatilis solo insidet, cum fistulis, adctis trabibus & tignis sublatis vel subliciis ædificatum, immobile censendum est: ita quoque molendinum navale, quod simili fere modo in fixo loco alvei fluviatilis solo adhæret eodem jure habendum esse.

39 Posset quidem † ulterius quis illam ipsam opinionem forte suffulcire, si cum vulgo Interpretum inferat; quia navis æquiparetur prædio urbano, vel ex aliorum sententia, rustico *inf. quæst. 42. num. 7.* Bald. *in l. certi juris col. 3. vers. quid ergo C. Locati.* Iason *in d. l. quo minus vers. ultimo adde D. de fluminib. & in l. plerique nu. 9. D. de in jus voc.* Decius *in l. nemo de domo, num. 3. D. de Regul. Iuris.* Petr. Peckius *de jure sistendi c. 6. nu. 5.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. gloss. 7. nu. 89. & 92.* Menoch. *in remedio adipisc. possess. num. 151.* seu participet quædam de utriusque natura: magis tamen urbano quam rustico prædio accedat, ut vult Nicol. Boerius *decis. 177. num. 6. & inf. d. quæst. 42. num. 10.* Prædium autem urbanum ac rusticum omnino res soli est,

seu inmobilis; siquidem est ædificium *l. eo jure D. in quib. caus. pig. vel hypoth. contrah.* qvod inmobile esse adparet *ex l. 1. §. & generaliter D. de vi & vi armata l. lex quæ tutores §. nec vero domum C. de administ. tutor. Novella 7. in præfat. vers. ult. enim illa* Bartholom. Bertazzolius *in tract. de clausu. instr. claus. 19. glossa 3. nu. 5. & 6.* ideo etiam moletrinam in navi exstructam pro re inmobili habendam esse, ex regula vulgatissima; Propter quod unum quodque tale, illud magis tale. Verum quia non magis navis, quam molendinum navale pro prædio vel rustico vel urbano simpliciter haberi potest, ut satis liquet ex deductis infra *quæst. 42.* idcirco in tam ficulneo præsidio nullam spem ponendam esse autumo; maxime cum navis expressim ab ædificio distinguatur *in l. si unus. §. item si pactis. D. de pactis. l. hoc edictum 6. §. si de nave. D. de his qui dejecer. vel effunder l. nave 36. §. De evictionibus l. 3. §. ult. D. ad L. Juliam de vi publica.* Confer tamen allegata à Feliciano de Solis *comment. de censibus lib. 2. cap. 3. num. 37. & 40.*

Et hactenus quidem de molendinis navalibus. Videamus autem anne idem 40 quoque † de molendinis πνευματικοῖς sive vento agitatis statuendum veniat? Cui quidem sententiæ ego meum lubens meritoque calculum adjicio. Cum enim supra *num. 19.* ostensum sit, omne mobile, si modo inmobili cohæreat aut adhæreat, inmobile censeri, ejusque naturam adsumere, ut consideraruNt *Cagnol. in l. cum principalis num. 13. vers. nec modum. D. de Reg. Iuris* M. Anton. de Amatis *decis. 89. num. 6.* Et de ea judicandum esse, sicut de re inmobili, *Angelus in Novella 7. in princ.* Bartholom. Bertazzolius *d. claus. 19. gloss. 3. num. 7.* Præterea illud merito stabile dicatur, quod moveri non potest. Angel. *d. loco.* Rubeus Alexandrin. *cons. 61. nu. 1.* Bertazzolius *d. gloss. 3. num. 7.* & vero molendina vento agitata solo cohæreant, in tantum, ut non nisi corrupta & dissoluta inde transferri queant: nemo mentis suæ compos negaverit, inde quoque non inepte inferri hæc ipsa molendina pro rebus inmobilibus sive stabilibus censenda esse. Argumentum aliud & elegans in hanc rem desumere licet † ex contextu. *l. cum fundus 21. D. de fundo instructo.* 41 ubi molæ olivariæ, si per se nude considerantur, mobiles sunt; at si rei inmobili inponantur inædificenturve, immobiles sunt, ac per se censeri desinunt, imo in partem ædificii transeunt. Bertrand. Argentræus *ad consuetud. Britanniæ tit. 17. art. 208. gloss. 2. verb. les monbles num. 9.* Petrus Peckius *de testam. conjug. lib. 5. cap. 30. nu. 2.* Sic & torcular per se mobile est, sed si domui sit adfixum atque inde sine deterioratione removeri nequeat, inter inmobilia conputatur: *l. fundi. 17. in princ. D. de actionib. emti.* Bartholom. Chassanæus *in consuet. Burgund. Rubric. des droicts. §. 2. glossa monbles.* Rebuffus *in l. moventium D. de verbor. signific.* adde Boerium *decis. 229. n. 2.* Cæsarem Contardum *in l. unica. limitat. 1. num. 73. & 74. C. si de moment. poss.* Ren. Choppinum *de civil. Paris. morib. l. 1. tit. 1. num. 14. per tot.* ubi tradunt, quod mobilia domui infixa, pars domus censeantur, & quod adhærentium idem sit judicium. Sic cuppæ & dolia vinorum antequam in cellam vinariam deprimantur, res mobiles sunt: at postquam fuerint ad perpetuum usum depressa, aut per magnitudinem difficile moveantur, habentur pro inmobilibus *l. 3. §. 1. D. d. tritico, vino & oleo legato l.*

Lucius Titius 93. §. *collegio. D. de legat.* 3. Martin. Monterus *decis. 26. num. 32.* Choppinus *d. tit. 1. nu. 15. pag. 27.* Sic & ahenum domui adfixum, sive ut Itali loqvuntur, inchiodato & murato della casa, & per consequens ad perpetuum usum destinatum, pro re immobili habetur, ut placuit Io. Cephalo *cons. 92. num. 26. lib. 1.* M. Ant. de Amatis *dec. 89. n. 6. & 7.* Vnde infertur, quod de molis olivariis solo inpositis inædificatique, de torculari & aheno domui adfixo, de cuppis & doliis in terram depressis, & propter magnitudinem non facile mobilibus jure statutum est; id ad molendina πνευματικὰ multo magis referendum esse; utpote quæ solo perpetuæ moræ causa inædificantur & inponuntur, indeque citra summam difficultatem & fracturæ periculum moveri non possunt *l. 1. §. si jusserim in verb. eas res, quæ propter magnitudinem ponderis moveri non possunt. D. de acquir. poss.* Argentræus *d. nu. 9.* Choppinus *d. n. 14.* Schefferus *d. quæst. 39. num. 17.* Si enim adfixa & connexa pro uno habentur, & eodem modo judicantur *c. translato De constitut. l. si finita. §. sed si in plures. versicul. si vero unita D. de dam. infecto.* M. Anton. de Amatis *decis. 89. num. 5.* non cur & inædificata & quasi conpacta pro uno haberentur & judicarentur? Quod si etiam cum in solo exequutio fit, alvei apum pars fundi & soli, cui inhærent, censentur, ita ut alvei ipsi universitatem fundi in exequutionem venientis sequuantur, & immobiles judicandi sint, Montaluus *in l. 1. tit. 20. lib. 3. fori.* Ioan. Parladorius *lib. 2. rer. quotid. part. 5. §. 3. num. 12.* Martin. Monterus *à Cueva decis. 26.* Choppinus *d. titul. 1. num. 18. pag. 30.* Quidni multo magis molendinum solo inædificatum pro inmobili judicabitur? Accedit prædictis † quod illa quæ in solo ædificantur, dicantur solo contineri *l. 1. §. 2. D. de rei vind.* & terra teneri *d. l. fundi in princip. D. de actionibus empti.* & solo cedere sive accedere *l. 3. §. pertinet. D. de vi & vi armata l. 3. §. sed si supra ædes. D. Uti possidetis.* unde non mirum taliter inædificata quoque pro rebus inmobilibus, habenda esse *l. adeò §. cum in suo, D. de acquir. rer. domin. §. cum in suo solo Instit. de rer. divis.* Nonne autem molendinum quoque pneumaticum solo continetur, terra tenetur, & solo accedit? Fatebuntur itaque omnes, qui unquam tale quod adspexerunt; ergo ut ex rebus inmobilibus adnumerent, necessum est.

42

Nec adversantur † prædictis *l. Titius horreum 60. D. de acquirend. rer. domin.* (quam contrarium leviter non probare, adserit Dom. Arumæus. *d. disput. feud. 4. th. 8.*) *& l. Granaria D. de actionib. empti.* ubi dicitur: Granaria, quæ ex tabulis fieri solent, non aliter ædium esse, quam si stipites eorum in terram defossi sint; sin supra terram fossi sint, τοῖς ἐπίπλοις, hoc est, rutis & cæsis cedere; quæ quidem ruta-cæsa fixis inædificatisque obpnountur & mobilia sunt, ut adparet ex *l. si venditor. §. ultim. D. de actionib. empti l. in vendendo §. ultim. D. de contrah. empt. l. in rutis. 241. D. de verbor. signific.* Vnde dicendum videbatur, cum & trabes sive stipites molendina ἀνεμικὰ sustinentes sint supra terram, non in terram defossi, molendina talia nullo modo pro rebus fixis inædificatisque, sed pro rutis & cæsis für fahrende Habe und nicht für Erdt: oder Nagelvest habenda esse.

43

Respondeo enim, inter veterum † granaria & nostra molendina ventis agitata

44

(quæ etjam illis plane incognita fuerunt) nullam omnino similitudinem constitui, multo minus ab uno ad aliud argumentum validum duci posse: cum à diversis mala fiat illatio, *Everhardus in Topid. Romanus singul.* 482. *per l. Lucius §. Sempronius D. de leg.* 2. potiusque jus diversum statuatur ex diversitate facti seu causæ, Bartolus *in l. si ex plagis §. in clivo D. ad L. Aquil.* Phanuccius *tract. de juram. in lit. part.* 3. *membr.* 1. *num.* 8. *pag.* 118. *b. in fin.* imo ex modica mutatione facti totum jus mutetur, ut inquiunt Speculator *in tit. de Advocato §. nunc tractemus in versic. & facti ignorantia. Pax Scala IC.* Patavinus *in consil. sapient. contract. & ultim. volunt. lib.* 3. *cap.* 21. *circa fin.* Horat. Carpanus *ad dd. stat. Mediol. cap.* 29. *num.* 31. *volum. seu part.* 1. Alexand. Stiaticus *cap.* 22. *observ. pract. num.* 62. Sicque si casus meus non est ipsorum, erit sufficienter responsum, inquit Anton. Quetta *consil.* 47. *num.* 3. *per l. Papinianus* 20. *ibi: quid enim commune habet D. de minor.* Quod ut melius percipiat lector, paucis monendus est, veteribus Romanis † usitatum fuisse, ut 45 quemadmodum pauperes pro recondendo tritico vel hordeo habebant Cumeram; Græcis σιτηρὸν ἀγγεῖον dictam, ihre Kornkasten/ Horatio *lib.* 1. *epist.* 37.

——*Repserat in cumeram frumenti*;

Ita divites habebant sua horrea & σιτοφυλακεῖα sive ἀποθέσεις & σιτοβολῶνας τῶν βρωμάτων ut vocantur *Genes.* 41. *versicul.* 35. & 56. & 2. *Paralipom.* 11. *versicul.* 11. & in his horreis rursus sua granaria & σιτοβολὰ tabulis septa, ad fruges à paleis purgatas servandas suo cuique generi disclusa, Sonderlich mit Brettern abgemachte Fächer/ zur behaltnuß deß außgedroschenen Getreidigs/ *l. Lucius Titius* 93. *§. collegio D. de legat.* 3. Adrianus Turnebus (quem omnium undecunque doctissimum & benignissimum *lib.* 1. *adversar. cap.* 7. vocat Petrus Pithæus) *lib.* 5. *adversar. cap.* 13. Iacob. Cujacius *ad African. tract.* 5. *mihi pag.* 180. Hinc Varro *lib.* 4. *de lingua latina mihi pag.* 26. Granarium, inquit, ubi granum frumenti condebant; unde id dictum, nisi ab eo, quod Græci κόκκον à quo Græcis etiam granum dictum, & in quo eadem conduntur. Iulius Frontinus *lib. Strategemat.* 3. *cap.* 4. *exemplo.* 6. Phalaris Agrigentinus, cum quædam loca munitione tuta in Sicilia obpugnaret, simulato fædere frumenta, quæ residua se habere dicebat, apud eos deposuit: deinde data opera, ut tectorum Cameræ, in quibus id conferebatur, rescissæ pluviam reciperent, fiducia conditi commeatus, proprio tritico abusos primo initio æstatis adgressus inopia compulit ad deditionem.

Hoc amplius, † sicut in villis ruri con- 46 stitutis, (ut innuit textus *in l. si merces. §. conduct. l. qui insulam. §. colonus D. Locati, l. divortio. §. ultim. D. solut. matrim.*) integros fructus cum spicis & aristis congerebant, conponebant, adservabant. *l. Titius Mævio D. de usufruct. l. generali. §. Lucius Titius. D. de usu & usufruct. Legato l.* 3. *§. idem Neratius D. de servit. rustic. præd. l. videamus §. ultim. D. Locati.* Ita & in civitate, vel extra urbem *juxta l. cui qui Romæ* 84. *D. de Legat.* 3. exstruebant privatim horrea sua ad recipiendum frumentum *l. quidam* 13. *in princip. l. olympico* 41. *in princ. D. de servit. prædior. urban. l. Seiæ* 20. *§. instructis* 8. *D. de instrum. leg. l.* 1. *§. ult. D. de impens. in reb. dotal. factis l.* 3. *§. unde quæritur D. de in rem verso l. cum res* 47. *§.* 1. *D. de legat.* 1. *l. Titius* 60. *D. de acquir. rer. dom.*

dom. l. lex. qua tutores C. de administ. tutor. intantum, ut & in castris haberent, teste Iulio Frontino *libr. 3. Strategem. cap. 15. exemplo 4.* imo & insulis ob varios usus adjicerent *l. impensa 79. §. 1. D. de Verbor. significat.* Dn. Iohan. Gryphiander *tract. de Insul. cap. 1. numer. 48.* nonnunquam dolia in iis defoderent. *l. dolia D. de contrah. emp.* quo respectu etiam cella vinaria, horreum vinarium *in l. Tabernam 7. D. de fund. inst. vel instrum. legato.* Comes horreorum *supr. quæst. 4. num. 8.* horrearius *id est* horrei conductor *l. 5. §. 3. D. de his qui effud. vel dejec.* horreorum curatores seu custodes *arg. l. 2. C. de apparit. prælect. præt. lib. 12.* horreum frumentarium *d. l. 60. D. de acq. rer. domin.* cella penuaria, horreum penuarium *l. 3. §. ultim. D. de penu legata,* & apothecæ sive repositoria mercium, horrea rationum & rerum pretiosarum adpellantur *l. 3. D. in quib. caus. pig. vel hypoth. tacite contrah. l. 3. §. effractura 2. D. de offic. præf. vigil. l. 6. in princip. D. de edendo. l. cum in plures §. locatur. D. Locati* Iustinus *lib. 2. histor. cap. 12.* Quæ plerumque clausa erant, & quolibet tempore non aperiebantur *l. 1. §. inde scribit, cum §. seq. D. Depositi. l. clavibus. D. de contrah. empt. l. dominus horreorum. D. Locati* Lampridius *in Alexandro Severo*: Horrea in omnibus regionibus publica fecit, ad quæ conferrent bona hi, qui privatas custodias non haberent. Quamquam præter privata hæc, non solum in populo DEI, sed Romæ quoque & Constantinopoli con-47 plura † horrea publica ad capiendum frumentum publicum in quaque regione urbis exstitisse sacræ scripturæ ac historiarum periti non ignorant. Adi præter mox laudandos, Magnum Aurelium Cassiodorum *lib. 10. var. epist. 27. l. 1. C. de frumento urb. Constantinopol. l. 1. & 2. C. de annon civil. lib. 11.* Eoque modo *παστοφόρια 2. Paralip. cap. 31. versicul. 11.* modo *ἀποθῆκαι. 2. Paralipom. cap. 32. versic. 28.* Matthæi *13. versicul. 3.* adpellantur. Petrus Victorius numerum eorum in urbe Roma inivit ad trecenta & novem. Quin imo Nazianzenus minime respuere videtur eorum opinionem, qui ipsas in Ægypto celebriores à Iosepho Hebræo exædificatas ædes putant, ut frumenti conditoria essent, prævisa fame & prævia fertilitate *Genes. cap. 41. versic. 35. 47. 56. cap. 47. versicul. 22.* idque nominis conjectura probari ait: quandoquidem *πυρὸς* triticum, & pyramides illæ etiam adhuc granaria Pharaonis, ab incolis nominentur, referente Valerio Pierio *lib. 39. hieroglyph. de Meta.* Cui tamen sententiæ vix est, ut tuto quis possit subscribere, subjicit Henricus Salmuth *in not. ad Panciroli lib. 1. nov. repert. cap. de pyram. p. m. 190.* Cognomina sic tamen plerisque addita ab auctore, ut: horrea Aniceti, Vargunteji, Galbiana Domitiani Augusti, Seiani, & horrea Sulpitia apud Horatium; & granaria Pharaonis ista. Imo & horum horreorum certi fuerunt librarii, ut ostendit textus *in l. ult. D. de jure immunit.* Frumenta autem in his reposita posterior ætas *ἁπλῶς* dixit, Condita *tot. tit. C. de condit. in pub. horreis lib. 10. l. sicut 4. C. de erogat. milit. annonæ.* quod latius declarant Iustus Lipsius *lib. 1. elector. cap. 8.* & Godeschalc. Stevvechius *in commentar. ad Vegetium lib. 3. cap. 3. mihi pag. 145. & 146. & rursus pag. 150. item lib. 4. cap. 7. mihi pag. 236.* Verum enimvero † quia juxta 48 Comicum: Quot homines, tot sententiæ, & ut dixit Homerus *odyss. N.*

ἄλλος γὰρ τ᾽ ἄλλοισιν ἀνὴρ ἐπιτέρπεται ἔργοις,
Aliis aliæ res arridentque placentque:
factum quoque est, ut nonnulli patresfamilias curiosi & ad rem attentiores non saltem ex durabili opere horrea de loco suo non movenda, verum etiam in his ipsis horreis granaria stipitibus in terram defixis ponerent & exstruerent; eo animo, ut semper ædium essent & inmota manerent. Hinc abditarum insularum fit mentio apud Iustinum *d. libr. 2. hist. cap. 12.* horrea subterranea vocat Cassiodorus *lib. 12. epist. 12.* pro quibus horrea defossa reperio apud Plinium *lib. 18. cap. 38.* & Granarium in Sallica ac Alemanica legibus dictum invenio Spicarium, horreum cum tecto; juxta Glossarium Latino-theotiscum Spicharr/ & adhuc nostratibus nota vox est Spicker/structura lapidea vel murali ambitu ex cocto latere fabricata & munita ab ædificiis paulo remota aut proxime adstructa, in qua nostrates cerevisiam coqvunt, balnea habent, frumenta & res pretiosas adservant. Ad istud Ekkerhardi pertinent verba: Pura de Spelta dederat grana, & quod amplius erat, spicarium ille novum, quia sic homo erat, solis feris & beluis, avibusque domesticis & domesticatis condidecit, *in casibus B. Galli cap. ult. pag.* 104. Vice versa vero (ut ad priora redeam) alii ὀκαλεγώρτες, πρoσκαίροι, & rei familiaris minus studiosi tumultuario opere ex tabulis ligneis horrea mobilia conficerent, *argum. d. Titius 60. D. de acquirend. rer. domin.* (dicta alias pensilia horrea in editiori villæ parte, Iun. Columellæ *libr. 1. de re rustic. cap. 6.* quæ Sublimia vocat M. Pollio Vitruvius *lib. 6. architect. cap. 7.*) imo & granaria ex eadem materia conpingerent, eorum stipitibus saltem superficietenus supra terram collocatis, ut quotiescunque liberet de uno loco moveri, & more pergulарum, tentoriorum & papilionum (quæ non solum è velis sive cortinis tensis, sed & ex tabulis consertis mutabilia olim fiebant, teste *Festo in Tabernacula. Isidoro libr. 15. Etymolog. cap. 5.* Godesch. Stevvechio *in commentar. ad Vegetium libr. 1. mihi pagin. 6.*) in alium locum transferri possent, qualia adhuc plura in Helvetia conspici testis est Hottomanus *in §. cum in suo Instit. de rer. div. adde VVehnerum pract. observ. verb.* Fahrnuß *pagin. mihi* 143. Nonaliter ac Constantinus Imperator, teste Sozomeno *lib. 1. hist. Eccl. cap. 8.* cum in bellica expeditione esset, templum portabile, ad ædis oratoriæ effigiem & formam conparatum, circumducebat, quod facile expandi, & cum placeret, rursus auferri & avehi posset. Sic hastæ ipsæ, in quibus belli tempore prælata signa militaria ferro acuto in terram defigebantur, nec avellebantur, nisi facto sacrificio; & si forte non fuissent sponte vellentes signiferos sequuta, putabatur inminere periculum, & portendi clades, ut præter alios ostendit Thomas Dempsterus *in paralip. ad Rosin. lib. 10. antiq. in fin. & egregie* Caspar Gevartius *lib. 1. elect. cap. 20.* Attamen priori sensu & rerum distinctione quis non sine causa existimet, Polybium esse intelligendum, qui ita de Gallis infit: Coacto exercitu & signis aureis, quæ Inmobilia vocitant, sublatis adversus Romanos intrepide profecti &c. *lib. 2. histor. pag. mihi* 55. Unde quoque factum, ut primo casu ex diligenti patrisfamilias provisione granaria ædium essent, & pro inmobilibus censerentur: secundo vero casu inter ruta-cæsa referrentur, & ædibus,

tamquam non adfixa & cohærentia minime cederent, sicut ad oculum patet *ex d. l. fundi & d. l. granaria. D. de actionib. empti. & d. l. Titius 60. D. de acquir. rer. domin.*

49 Imo si quis † speciem facti *in d. l. Titius* (cum virtus legum consistat in recta inductione *l. non solum 10. simpliciter 6. §. qui princip. D. de excus. tut. Romanus sing. 637. & 651.*) adcuratius rimetur, is proculdubio perspiciet: Primo Titium horreum frumentarium admodum caute, non stipitibus ejus in terram defossis, sed supra terram collocatis, exque ligneis tabulis mobile, non in suo solo, sed in prædio Seii posuisse, ut ad tempus ea commoditate uteretur; ad si postea Seium, tamquam dominum soli, tale ædificium petere contingeret, eum hac exceptione depellere posset: Si pareat, se in ipsius solo nihil inædificasse quod solo cedat, sed saltem POSVISSE. Deinde cum hæc exceptio dependeat ab inmoto fundamento juris posito *in l. adeo §. cum in suo solo. & §. ex diverso D. de acquir. rer. domin. §. cum in suo loco. Inst. de rer. divis.* non esse mirum, Scævolam ea attenta, respondisse: horreum nequaquam Seii factum, sed Titio liberum esse, illud removere, & in alium locum collocare. Tertio, perperam ex hac lege colligi, omnia Romanorum horrea frumentaria privata saltem ex tabulis ligneis, & quidem mobilia facta esse. Hoc enim lex non dicit, sed unam quasi solum speciem exprimit: ideoque etiam nos debemus requirere plus, quam verba legis requirunt: juxta Baldum *in l. Gallis §. idem videndum vers. Quinto nota. D. de lib. & posthum.* Martin. Monterum *decis. Regni Aragon. 26. num. 23.* Vnde sane qui sine lege loquuntur, nimis alte volant sine pennis; ideoq; non mirum, si veluti Icarus cadant; ut eleganter, post Cagnolum in nobilissimo ac difficilimo Africani responso *l. 38. D. de cond. indeb.* loquitur Philip. Hænonius: *illust. quæst. disp. 24. & ult. corol. ult.* Ratio istius rationis est quod lex id, quod ignorat, non constringat *l. 1. §. eleganter. De liber. agnos. l. si vero §. de viro. D. soluto matrim.* Ioan. Faber *in §. adversus. num. 2. Instit. de nubtiis* Thoming. *decis. 27. num. 22.* atque ideo quoque ad aliud, quam de quo in ea principaliter agitur & quæritur trahi non debet *supr. quæst. 1. num. 43.* Bartol. *in l. non solum. §. si verba. D. de liberat. leg.* Molinæus *in l. filius à patre. nu. 14. D. de lib. & posth. & extricat. Labyrinthi de eo quod interest. num. 185. & in consuet. Parisior §. 62. num.* 81. Cacheran. *decis. 16. nu. 9.* & proinde quoque perperam ex illa ipsa *l. Titius, juncta d. l. Granaria.* Dn. Borcholtum (qui parentis mei præceptor laudatissimus exstitit, ut fatetur ipsemet. *in tract. de Fidejus. c. 5. n. 273.*) inferre, nostra molendina pneumatica pro rebus mobilibus habenda esse: cujus & Tiraquelli sententiam sequutus est idem Schefferus *d. q. 39. num.* 18. Quam enim vel qualem, si præmissa diligentissime excutiantur, similitudinem statuemus inter Romanorum horrea & granaria, & nostra molendina ventosa? Nimirum eam, quam inter Phrygum & Mysorum fines, inter Merrham & Siloam fluenta, inter olim & nunc esse novimus? Cum enim omnia molendina pneumatica ea intentione terræ sive solo inædificentur, ut ibi perpetuo posita maneant, (quod attenditur, per *l. malum 242. §. fin. de V. S. l. fundi 17. §. Labeo 7. D. de act. emti l. qui saltum 67. in fin. D. de leg. 3. cum simil.* Gæddæus *ad d. l. pen. de verb. signific.*) inde etiam citra corruptio-

nem aut dissolutionem moveri nequeant; cum etiam molendini pneumatici inferiores trabes, & præsertim palus sive burdo (prout vocat Pyrrhus Anglebermæus *in consuetud. Aurelianens. Rubric. de successionib. §. sive cap. 30.*) hoc est, media illa columna, quæ præcipuè moletrinam ventosam sustinet, Germanicè eine Mühlensäule adpellant, non saltem nude supra terram constituantur, sed in trabibus tignisve transversariis decussatim supra fundamentum lapideum è terra eductum, aut substrata grandia saxa collocatis, & inter sese artificiose devinctis, firmissimè designantur; adeò ut licet superius molendini ligneum ædificium ad quemlibet adcommodum ventum quotidie ferè obliquetur & circumagatur, pes tamen sive fundamentum molæ nunquam moveatur: quis tam iniquus rerum erit æstimator, qui non intelligat, hoc ipsum molendinum multò arctius solo connecti ac cohærere, quàm ullius horrei aut granarii stipites etiam in terram defossi, nullo ferè negotio, inde si libeat, extrahendi, solo aut ædificio cohærere possunt? Atque ideò sicut solum pars est ædium *l. solum. D. de rei vindicat. l. domo. 21. D. de pigner. action. l. eum qui ædes. D. de usucap. & usurpat.* ita meritò etiam terram, qua molendinum pneumaticum tenetur, ejus partem constitui debere, & consequenter *d. l. Granaria. D. de actionibus empti. juncta. dict. l. Titius horreum. 60. D. de acquirend. rer. domin.* non contra immobilitatem molendinorum pneumaticorum, sed potius pro ea induci debuisse. Alioquin & ædificia non lateritia, sed lignea, quorum stipites non in terram defossi, sed supra murem forte latericium, aut saxa saltem collocati sunt, non solo cohærere, neque rebus inmobilibus accensere integrum fuerit, quod absurdum est, & legibus contrarium *l. 1. §. planè. D. de vi & vi armata.* ideoque vitandum, Cl. Prateus *libr. 7. regul. jur. tit. 7. cap. 3.* juxtaque illa, quæ ante triennium consignavi *in comment. ad l. 6. §. 1. D. ad L. Jul. de adult. cap.* qui inter alias chartas penes me adhuc latet. Et si fortè aliquis credere nolit:

———*pro me dubii experientia victrix*
Asseret, hoc verum est.———

Nihil etiam nos movere debet † textus *in l. quia acervus. 10. D. Quod vi aut clam,* ubi ne quidem id solo cohærere dicitur, quod terra sustinetur, tantum abest, ut inmobile dici queat. Vnde videbatur dicendum, cum & molendinum pneumaticum terra sustineatur, illud non posse conferri inter solo cohærentia & inmobilia. Cum enim acervus frumenti vel juxta domum, vel in ipso agro (sicut in Bohemia videre licet) tamdiu saltem collocetur, donec oportuno tempore pro trituratione inde avehatur, excutiatur, & detegatur *l. fructuarius. 13. D. quib. mod. usufruct. amitt. l. qui ædes 9. D. de incend. ruina naufrag.* quid mirum hunc ipsum acervum non cohærere solo, sed saltem terra sustineri? Cohærentia enim solo inseparabilitatem, durationem & permanentiam requirunt *d. l. fundi in princip. D. de actionib. empti. l. ex facto. 35. §. rerũ autem. 3. D. de hered. instit. l. 3. §. 1. D. de trit. vi. & ol. leg.* quorum neutrum in acervo frumenti invenias. At in molendino pneumatico se res longè aliter habet, cum etiam in illo talem inseparabilitatem, durationem, & permanentiam adparere & concurrere jam satis superque sit demonstratum. Etsi igitur † Dn. Iacobum

50

51

cobum Schultes, propter egregiam in juridicis scriptis navatam operam, nec non alios eruditos labores magnam laudem mereri haut invitus confiteor: non tamen ipsi *in addit. ad* Rottschütz *d. artic.* 25. *num.* 25. 26. 27. *&* 28. hæredes cujusdam Nobilis adversus feudi successores molam alatam pneumaticam, eo quod inposita esset fundo feudali tamquam rem mobilem vindicantes defendenti, & fundamentum *ex d. l. Titius horreum. D. de acquir. rer. dom.* desumenti adhærendum esse, bona ipsius pace judico. Mobilitas enim horrei frumentarii *in d. l. Titius.* descripti ab ipso & postea ab Andr. Knichen *dict. part. 2. de vestit. paction. cap. 4. num.* 53. 62. *&c.* Andrea Scheffero *d. q.* 39 *num.* 18. 20. pro fundamento usurpata; item & illud quod sufficiat, molam pneumaticam quoquo modo loco moveri posse, nullo modo (ut liquet ex prædictis) hoc evincunt, quod doctus ille vir inde exstruere conatus est: quippe hoc sensu minus rectè à potentia ad actum, à posse ad fieri, à casu uno ad alium fit collectio; imo si ad mobilitatem alicujus rei etiam inmobilis & solo cohærentis adstruendam satis est, eam posse moveri, cur non & ædes, colossos, torcularia, dolia defossa, & similes res, pro solo cohærentibus & inmobilibus hactenus habitas, mobiles esse dicamus, cum moveri possint. Atqui Dn. Herman. Vultejus *de feudis lib. 1. cap.* 5. *num.* 5. & Henricus à Rosenthal *de feudis cap. 4. conclus. 4.* hoc ipso Borcholtum refutant, quod non sit usitatum, nec possibile, ut molendina pneumatica loco moveantur. Vt ita potius hic obtinere debeat regula juris feudalis à Modestino Pistoris *in consil. 22. num. 23. part. 1. ex cap. unic. §. ex contrario. de investit. de re. alien. facto.* allegata: Quod omnis accessio feudi, quæ per se non potest subsistere, feudo accedat, & pro parte feudi habeatur, denn die Windmühlen können ohne Grundt nicht bestehen / darumb sie auch etwan auff Lehen gebawet / anders nichts / denn vor Lehen können geachtet werden / wie Grund und Boden ist / darauff sie gebawet. Modestin. Pistoris *d. num.* 23. Auctoritatem † Ioachimi à Beust, Georgii Obrechti & Scabinorum Lipsensium (de qua supra egi) quod attinet, illis quidem in aliis non libenter quid detraxerim; cæterum in hoc articulo cum iisdem neutiquam facere possum. Argumenta quibus movear, jam ante satis sunt inculcata, neque evertuntur ea per allegatam ab ipsis *l. Titius* 60. *D. de rer. domin.* Sublato igitur fundamento corruunt etiam illa quæ super eo sunt exstructa, *l. Antæus in fin. cum l. seq. D. de aq. plu. arcend. l. nam origo. Quod vi aut clam. l. egi de except. rei jud.* Cravetta *consil. 6. num.* 36. Francisc. Mantica *de conjecti ult. volunt. lib.* 7. *tit. 1. num.* 16. *per l. fluminum. §. idem Servius D. de damn. infect.* adde Carolum à Kirchberg *disc. de feudo ex pact. & provid. cap. 2. num.* 15. Neque id mirum est, cum quando principia variantur, & ipsa quoque principiata variari debeant. Baldus *in l. precibus num. 24. Cod. de inpub. & al. substit.* Knichen *de vestit. paction. part. 1. cap. 3. num.* 193. & præterea non exemplis, sed legibus & rationibus sit judicandum *l. nemo Cod. de sent. & int. omn. jud.* Iason *in l. Marcellin. num. 20. D. ad Treb.* Alex. Stiaticus *cap. 23. pract. observ. num. 13. & 14.* late Rud. Rudolfinus de Sabloneta *in conclus. jur. conclus. 10. per totum.* inprimis, quando non constat, terminos esse pares, ut

52

ait

ait Menochius *conſil.2.num.209.volum.1. & conſ.604.num.53. volum.4.* Etſi forte auctoritatibus pugnandum fuerit ego pro me habeo Tiraquellum, Menochium, Covarruviam, Argentræum, Vulteium, Roſenthalium, Gæddæum, Althuſium, aliosque: illis quos optimo jure obponere, & caſu ita contingente in conſulendo & judicando ſequi poſſim, per ea quæ notavit Prateus *libr.3.regul.jur.tit.7.* An tuto, tu lector humaniſſime judicabis. Meam ego ſponſam neque laudabo, neque vituperabo: dummodo & de illo ſimul ex adductis interea conſtet: fas non eſſe jus dicenti, idem jus ob eamdem æquitatis rationem in re diverſa ſequi, teſte poſt Prateum eodem Gæddæo *in reſponſ. de Alluvion.num.52.* nimisque cito adplauſum præbuiſſe ac dixiſſe Andream Schefferum, nullam in priori iſta ſpecie eſſe dubietatem *alleg.quæſt.39.num.10.* qui ejuſdem audaciæ inſimulat Anton.Fabrum *quæſt.35.* & Iac. Cujacius temeritatis arguit *quæſt. 6. num.5.*

53 Parum quoque urget † quod ſecundum multorum locorum conſuetudines molendina navalia & alata ſive pneumatica habeantur pro rebus mobilibus. Cum enim illæ ipſæ conſuetudines contra jus commune ſint, ac deinde particulares ſeu locales: certè apud alios in eorum territorio jus neutiquam facere poſſunt, Baldus *in Authent. hodie. Cod. de judic.* Roland. à Valle *conſil.55.numer.13.volum.1.* Ludovicus Schraderus *de feudis part. 7. cap.5. num.71. & ſequentibus.*

Atque hæc pro iſta opinione adducta argumenta ſufficiant. Vt enim omne nomen ex aliquibus, non ex omnibus literis ſcribitur: ſic omnem in cauſam, non omnis argumentorum copia, ſed eorum neceſſaria pars aliqua conveniet. Cicero *lib. 2.Rhet.de invent.* Franciſc. Mantica *de conject.ult.volunt.libr.6.tit.5.n.2.*

54 Cæterum (ut ad † tertium membrum hujus quæſtionis tamdem perveniamus) dixerit aliquis, cur tam magnoperè referat, indagare, Vtrum molendina navalia & pneumatica pro rebus inmobilibus ſive ſtabilibus habenda ſint, nec ne? Huic ut ſatisfaciam, operæpretium eſſe exiſtimo, aliquot articulos hic quàm breviſſimè attingere, ex quibus aliquo modo utilitas ejus indagationis adpareat, ſeque in ſequentibus nonnihil oſtendat; ſicuti quoque in regalium expoſitione infrà peregi, & hoc intellexit Choppinus *ad mores Pariſ. libr. 1.tit.1. num. 9.*

55 Primo igitur † inter omnes conſtat: feudum non niſi in rebus ſoli aut ſolo cohærentibus, vel iis quæ inter inmobilia connumerantur, conſiſtere poſſe; mobilium autem rerum nullam rationem haberi, ſed earum in feudum conceſſione inanem eſſe, *cap. unic. §. fin. In quibus cauſ.feud. amitt.cap.unic.§.fin. de feud.cognit.* poſt Andream Frecc. & Camer. Paulus Fuſchus *ſingul. 61. lit. F. pag.176.* Ferrarienſis *in pract. form. libr. quo ag. ad rev. feud.gloſſ.coram vobis numer.3. & gloſſ. de caſtro numer.1.* Bertr. Argentræus *dict. comment.ad conſuetud.Britan.tit.16.artic.336. numer.1.* Matthæus Weſenbecius *conſil. 79.num.1.* Helf.Vl. Hunnius *dict. tractat. feud.capit.9.in princip.* quibuſcum id fusè explicarunt Borcholt *de feud. cap. 6. in princip.* Roſenthal *de feud.cap.4. concl.1.* ubi communem dicit, plures alios citans, quibus ego addo Franciſcum Duarenũ *de feudis cap.5.nu.1.* Nic. Intrigliol. *de feudis q.9.n.58.* Ludov. Molinã *de Hiſpan.primogen.l.2.cap.10.n.3.* ubi ait, hoc eſſe expeditũ

apud

apud omnes feudistas: & pro tralatitio id agnoscit Andreas Knichen *d. tract. de vestit. paction. part. 3. cap. 5. num. 9. & part. 2. cap. 4. num. 54.* Sic etiam Baldus adnotat: olim consvetudinem noluisse, ut pro re mobili fieret fidelitas; in tantum, ut conventio ne quidem jurata subsistere queat. Lege eumdem Knichen *d. cap. 5. num. 57. & seqq.* His supernumerarium adjungo Paulum Berens *d. disp. feud. 3. th.* 10. & 11.

56 Secundò † ea quoque est natura Emphyteuseos, quod tantum in inmobilibus consistat *l. 1. D. si ag. vect. pet. l. jubemus §. ult. C. de SS. Eccles.* Jason *in l* 1. *num.* 101. *Cod. de jur. emphyt.* Borcholt *de feud. cap. 3. num. 4. in fin.* Et quidem in rebus corporeis, non in incorporeis, Glossa *in l. 1. C. de jur. emphyt.* Tib. Decianus *respons. 3. nu. 44. vol. 3.*

57 Tertiò † extra dubitationem positum est, contractum libellarium, ut & precarium accensualem non nisi in rebus inmobilibus constitui; mobilibus autem adplicari non posse. Jul. Clarus *in §. emphyteusis quæst.* 1. Joh. Borcholt. *de feu. cap. 3. num. 45. & 46.* Mynsing. *respons.* 28. *num.* 17. quod infrà peculiaribus quæstionibus clarius demonstrabo.

58 Quartò † rerum mobilium multò vilior est & abjectior possessio, quàm inmobilium; atque ideo etiam facilius acquiritur & amittitur, quàm inmobilium *l. si rem mobilem l. peregrè. D. de acq. possess.* Andreas Tiraquellus *de retractu lignag.* §. 1. *gloss. 7. num. 82.* Fulvius Constantinus *in annotat. ad tit. Instit. de usucap. §. jure civili num.* 10. & 11. Matthæus Wesenbecius *consil.* 26. *numer.* 43. Horatius Carpanus *ad statut. Mediolan. part. 1. cap. 324. num.* 82. Balthasar Benedellus *de jure prothomis. ad princip. constitut. num.* 62. Colerus *de process. execut. part. 2. capit. 3. numer.* 242. Petrus Heigius *part. 1. quæst. 16. numer.* 32. & 33. Et ideo in terminis molendina vocat bona pretiosissima Bocerus *tractat. de regalib. cap. 2. num.* 164. *in fin. juncta supr. præfat. & infr. quæst. 9. num. 66.* Quod Accursius quoque adeo verum esse existimavit, ut & aureorum, veluti mobilium vilis & abjecta sit possessio, Glossa *in d. l. peregrè verb. secus.* 51. *D. de acquir. poss.* Frid. Scotus *respon. 27. num. 44. libr. 5. tom.* 1. Sed vide & confer Fulv. Constant. *d. num.* 10. *p. m.* 590. *in princ.* Ant. Fabrum *tract. de varia num. deb. sol. cap.* 10. *num.* 14. Gœddæum *ad d. l. moventum.* 93. *de verb. signif.* Wesenbecium *d. consf. 79.* Hottomannum 3. *obs.* 3. quem prædicat Gothofred. *ad l. si chorus* 79. §. 1. *D. de leg.* 3. Ren. Choppin. *ad mores Paris. d. lib. 1. tit. 1. num. 24. 25. &* 32. quorum hi inter alia disceptant, an & quando pecunia pro re mobili vel inmobili sit habenda.

Quintò † in mobilibus numquam cadit 59 tanta affectio, quàm in inmobilibus *l. 3. D. de in lit. ju.* sine quibus etiam divitiæ fragiles sunt, levisque momenti *dict. l. si chorus.* 79. §. 1. *de leg.* 3. Mynsinger. *consf. 32. num. 6.* Et ideò rerum inmobilium ad Ecclesiam pertinentium longè major est favor, quàm mobilium ejusdem: qui quoque hoc efficit, ut multò difficilius alienatio illarum, quàm harum permittatur, teste Rittershusio *in method. expos. Novell. part. 1. cap. 8. num.* 13. & 27.

Sextò † in mobilibus non est locus adhi- 60 bitioni gentilitiæ sive juri protimiseos, dem Neherkauff/quod se aliter habet in inmobilibus, Petrus Gregorius *in syntagm. juris univers. lib. 26. cap. 2.* Tiraquellus *de retract. lignag. §. 1. gloss. 7.* Balthasar. Benedellus *dict. num.* 62. Horat. Carp. *ad consvetud. Mediolan. part. 1. cap.* 417. *numer.* 25. & *se-*

quentibus. Albornoz *libr. 3. del arte de los contractes tit. 3. del retrato fol. 120. colum. 4. vers. la secunda*, quem referunt & seqvuntur Johan. Gutierez *libr. 2. practic. quæst. 365. per tot. cum quæst. 165.* Johan. del Castillo *libr. 1. controvers. quotid. capit. 74. num. 30. 31. 32.* quibus adjunge de jure retractus agentes Afflict. & Bald. *tractat. de jure prothomis.* Andr. Gail. *libr. 2. observ. 19.* Bertrand. Argentræum *ad dd. consvetud. Britan. titul. 15.* Henricum Bocerum *class. 3. disput. 22.* & Henn. Hamelium *ad dict. tit. Instit. de action. cap 17.*

61 Septimo † mobilia non tenentur legibus hypothecæ, & ideo à priore creditore deinceps conquerente distractio eorum revocari vel impediri non potest: quod longe aliter se habet in rebus inmobilibus §. *item Serviana, & ibi DD. Instit. de action.* Petrus Gregorius *in syntagm. jur. univers. lib. 23. cap. 2. num. 3. & 4.* adde in casu alio Choppinum *d. lib. 1. de morib. Paris. tit. 1. n. 21. pag. 32.* Schefferum *part. 1. quæst. 9. num. 14. & 17.* Hinc quoque sancitum specialiter: ut inmobilia antenubtialis donationis neque hypothecæ dentur, neque omnino alienentur à viro, nec consentiente uxore; nisi postea satisfieri possit uxori, hæc vero etiam in dote valere, *Novel. 61. per tot.*

62 Octavo † æquitati ac juri consentaneum esse, dici posset: ad conservationem nominis ac stirpis, fœminas virili sexui in bonis inmobilibus cedere, eorumque æstimationis pretium recipere oportere: hocque consvetudine introduci posse, ut fœminæ à masculis in bonis inmobilibus excludantur. Qua de controversia disputat Joachimus Mynsingerus *dict. consil. 32 per tot. dec. 4.* adde Choppinum *lib. 3. de domanio tit. 4.* Unde differentiam cernere quimus, quid censendum sit, si fœminæ ad molendina possidenda adspirent, illisque in dotem concedantur, fratribus vel proximis alijs exstantibus. Hinc etiam jure Saxonico statutum, bona inmobilia patrimonialia, German. Stammgüter / sine consensu suorum heredum neminem alteri donare posse, Landrecht *artic. 52. lib. 1.* Autor *different. jur. civ. & Saxon. differ. 5.* Henn. Hamelius *ad dict. tit. Instit. de action. cap. 4. num. 19. & cap. 17. numer. 19.* Choppinus *d. lib. 1. de morib. Paris. tit. 1. num. 8.*

63 Nono † juris quoque est notissimi, res dotales inmobiles aliter restitui ac mobiles; & hoc amplius, diversum quoque in alienationem rerum dotalium inmobilium & mobilium *l. res in dotem. D. de jur. dot. l. unic. §. cum autem. 7. versic. exactio. 2. C. de rei uxor. act. d. Nov. 61.* Guil. de Ludo *singul. 112.* Paulus Fuscus *singul. 46. lit. A. pagin. mihi.* Pet. Costalius *part. 4. advers. ad l. 1. D. de fun. dot.* docte & fuse Petrus Gregorius *d. syntagm. lib. 25. cap. 5.* Et quibus textibus & autoribus elucescit, à soluto matrimonio inmobilia statim restitui; mobilia autem post annum. Quid si primo dos consistebat in rebus inmobilibus, ut in fundo vel molendino (ceu in hac specie colligimus ex diplomate ultimo, quod exscribsi *inf. quæst. 20 num. 5. juncta qu. 27. num. 4.*) postea vero vendidit, & res mobiles ex earum pretio emit; anne tunc quoque restitui eo modo debeant? Ludovicus Pontanus Romanus respondet, quod sic *singul. 228.* quia subrogatum sapit naturam ejus, cui subrogatur. Et ita se consuluisse, semperque dubitasse ait; nisi quod legendo postea repererit casum, quod judicentur, ut mobiles. *l. cum in fundo. §. si fundus. D. d. tit. de jure dot.* Adde in simili quæ tradunt Bal. Matth. de Afflict. *& alij in cap. 1. de feud. non hab. nat.*

fen.

feu. And. Tiraqnell. *de retractu consang.* §. 32. *gl.* 1. *num.* 10. *& seqq.*

64 Decimo † possessores rerum inmobilium non satisdant: mobilium vero eo onere gravantur. *l. sciendum. D. qui satisd. cog. ubi* Wesen. *& vide ibidem* Jason. *ad* §. *possessor. num.* 1. *&* 30. Choppinum *d. lib.* 1. *de mor. Paris. tit.* 1. *numer.* 4. Quod in Electoratu Saxoniæ obtinet, etiamsi hæc ipsa bona inmobilia non sint sita in illo loco sive judicio, in quo quis convenitur. *Constit. Provinc. Saxon.* 5. *part.* 1. Dan. Mollerus *libr.* 1. *semest. cap.* 2. ubi tamen *num.* 2. recte addit, judicis arbitrium & qualitatem causæ multum in illa re valere. Qua de re lege etiam V. CL. Dn. Iliconem Ummium, cognatum & fautorem meum colendum. *in process. judi. disp.* 9. *th.* 6. *num.* 24. 25. 26. *per tot.*

65 Undecimo † constat, amortizationem bonorum (ut vocat & Regalibus adnumerat. Argentræus *d. comm. tit.* 2. *art.* 56. *numer.* 24. *pag.* 225. *& de qua multa* Choppinus *libr.* 1. *leg.* And. *cap.* 37. *cum seqq.*) hoc est, licentiam bona per manum mortuam retinendi & in perpetuum possidendi, in rebus inmobilibus, non autem mobilibus proprie locum habere, ut colligitur ex traditis per Petrum Peckium *de amortizat. bonor. cap.* 1. 2. 3. *&* 4. Sic salutaris constitutio est in regno Daniæ, qua Rex bona inmobilia prohibetur emere à Nobilib. suis, ob eam causam; ne aliqua dissensio inter Regem & Proceres regni oriatur. Unde etiam Jodocus Hondius Karulum Quintum collaudat, quod prudens decretum tulerit: Quod nimirum in posterum nullæ Ecclesiasticæ personæ ullam rem inmobilem coemere possint absque Principum consensu. Sed quia id egregie discussum est, in nuperrima lite orta inter serenissimos Venetos & Pontificem Paulum V. præsertim in Examine fulminis Pontificij à Paulo Veneto conscribto, & per Petrum Pappum à Tratzberg latinitate donato, in-præsentiarum de eo plenius differere brevitatis amore supersedeo. Inspice tamen Joh. Bodinum *libr.* 5. *de republ. cap.* 2. *pag. mihi* 829. Rutg. Rulandum *tract. de invocat. brach. utri. cap.* 13. *num.* 7. Herm. Latherum *tract. de censu lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 62. *cum seqq.* Ren. Choppinum *lib.* 3. *sacræpolit. forens. tit.* 1. *num.* 2. 3. 6. 7. *cum seqq. & lib.* 1. *de Domanio Franciæ tit.* 13. *juncto lib.* 2. *tit. penult.*

66 Duodecimo † receptum est, inmobilia bona Minorum non nisi interveniente judicis seu magistratûs decreto alienari posse; mobilia autem alienare licere, si servando servari non possint, ut infra suo loco pluribus dicam.

67 Decimotertio † res est clara, quod interdictum Unde Vi, non in mobilibus, sed inmobilibus saltem rebus locum habeat. *l.* 1. §. *illud utique. D. de vi & vi arm l. un. D. utrubi.* Choppin. *ad mores. Paris. lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 4. quod quomodo intelligendum sit, vide Menochium *in* 1. *remed. recup. poss. num.* 39. *& seqq. in* 9. *remed. recup. poss. n.* 265. Joh. Pet. Surdum *decis.* 120. *num.* 10. *& allegatos inf. q.* 38. 39. 40.

68 Decimoquarto † voluerunt nonnulli, mulierem minorem inmobilia nequaquam sine solennitate in dotem dare posse; posse autem mobilia. *Glossa in l. Titia. D. de jure dot. l. lex, quæ tutores, vers. vel in dotem dare. C. de admin. tut. l. un. C. si adver s. dot.* Cavalcan. *de tut. & curat. numer.* 157. Covarruv. *pract. q. cap.* 28. *n.* 10. Joh. Petr. Surd. *decis.* 278. *per tot & decis.* 287. *num.* 17. *& seqq.*

69 Decimo-quinto † notum est, quod res mobiles saltem fiant capientium, tam-

quam manu capta, Joh. Fid. Husanus *tr. de serv. famul. & prop. hom. cap. 1. n. 43.* Choppinus *ad mores civ.* Paris. *d. lib. & tit. 1. n. 7.* à Duce exercitûs tamen inter ipsos milites dividenda, juxta *l. transfugam. D. de acq. rer. dom. l. captivus. 20. §. 1. D. de captiv. gl. in c. dicat aliquis 23. q. 5. juncto c. jus militare 10. dist. 1. inf. q. 13. nu. 16. & 17.* Lanfranc. Balbum *decisio. 122. ad fi.* (quamvis repugnare videatur *l. si quis 36. §. simili. C. de donat.* ubi statuit Imp. bona mobilia prius conferri debere, & ita à belli ducib. primum distribui) inmobiles autem nequaquam cedant invadenti, sed ad superiorem moventem bellum spectent, autore Ant. de Butrio *in c. cum olim. de restit. spol.* Alexandro post Bart. *in l. si quid in bello. fi. D. de captiv.* An. Quetta *conf. 6. n. 3.* seu in publicum redigantur & publicentur, partim assignatione inter milites facta, partim publica distractione. *l. in agris 16. D. de acq. rer. dom. d. l. captivus 20. §. 1. D. de capt. & postl. rev. gloss. in l. Divus commodus. D. de jure fisci.* Jason. *in l. 1. n. 9. D. de acq. poss.* pulchre Joh. Gœddæus *ad l. 3. §. 1. n. 10. 11. & seqq. D. de ver. sig.* Atque ita de consvetudine observari testatur Alphons. Alvar. *in specul. Roma. Pontif. c. 44. n. 9. & c. 47. nu. 12. 13.* de quo ulterius videantur Gell. *lib. 7. c. 4. lib. 13. c. 23.* Cujac. *lib. 19. obs. c. 7.* Joh. Cephalus *conf. 136. lib. 1.* Grāma. *decis. 71.* & Polyd. Ripam *tract. de noct. temp. c. 21. n. 25. 26. 27.*

70 Decimosexto † pro indubitato ponitur, quod quoad ordinem exsequutionis in personalibus faciendæ, capiantur pignora primum de reb. mobilib. (Quamvis & inter illa quædam pro exsequutione non capiantur, teste Quintil. Mandosio *tr. de inhibit. quæst. 71. num. 15. 16. 17. 18. juncta mea q. de oppignorat. 28.*) & se moventibus deinde de inmobilib. & his non adparentibus aut sufficientibus, pignorentur jura & actiones debitorum: tandem & ultimo loco, si neque mobilia, neque se moventia, neque inmobilia, neque nomina adsint, deveniatur ad carcerationem personæ. *l. à Divo Pio. §. in venditione. juncto §. si pignora. & ibi Dd. comm. D. de re jud.* Choppinus *d. libr. & tit. 1. num. 7.* Maranta *in speculo part. 6. tit. de execut. sent. num. 9. 10. 11.* exquisite parentis mei præceptor Dn. Colerus *tract. de process. execut. part. 3. cap. 9. num. 16.* Joh. Emericus à Rosbach. *in processu suo cap. 79. nu. 11.* Conrad. Lancillotus *de offic. Prætoris tit. de execut. sent. n. 5. ut alios missos faciam.*

71 Decimoseptimo † valde notabile est, quod mobilia sequantur conditionem personæ sive domini; adeo, ut adhæreant ossib. ipsius active & passive; & non minus ab eo separari queant, quàm anima à corpore; imo judex personæ, dicatur etiam judex illarum rerum. *Gl. in l. quid ergo D. de pecul.* Bertrand. *conf. 131. num. 3. vol. 3. part. 1.* Argentræus *art. 218. num. 30. gl. 5. pag. 666. d. commen. ad consu. Britan.* Matth. Colerus *d. tract. de proces. execut. part. 2. cap. 3. num. 28. & 29.* Ern. Cothman. *respon. 21. num. 173. 174. 175.* Barth. Musculus *de succes. convent. & anomal. membr. 1. clas. 1. concl. 1. lit. D. num. 27.* Inmobilia autem cohæreant territorio, illudque concernant; & propterea judex, in cujus territorio, non sunt sita, de ijs se non intromittat, ex doctrina Baldi *in l. mercatores 14. nu. 2. C. de commer. & mercat.* Ruini *conf. 48. n. 3. tit. 3.* Knicheni *de subl. territ. c. 3. num. 406. 407.* Gailij *lib. 2. obs. 124. num. 18. &* Joh. Rudingeri *cent. 2. sing. obs. 37. nu. 37.* Hinc fit, ut si delinquens (ergo non obstat *l. fi. C. de om. ag. desert. lib. 11. accedente l. un. C. ut nullus ex vican. pro alien. d. lib. 11.*) cujus bona, exempli gra-

pli gratia, ab Electore forte Saxoniæ confiscantur, habeat bona mobilia in vicinis Ducatibus, Marchionatibus, Comitatibus Electori minime subjectis; omnia illa bona referantur quasi ad locum, ubi confiscatio facta est: quia pertinent ad confiscantem, licet sint extra ejus territorium, ex Alexandro, Socino, Cotta, Joh. de Arnone, Oldrado, Bertachino, Gigante & Anchcrano, Vincentius Carocius *de excuss. bonor. quæst.* 14. *decim. quæst. principal. num.* 14. *&* 15. Renatus Choppinus *ad mores civ. Paris. d. lib.* 1. *tit.* 1. *num. quarto.* quibus adjunge *addition. ad gloss. Herman.* Landr. *lib.* 1. *art.* 6. *num.* 2. *in fin.* Bolognel. *consil.* 35. Alberic. de Rosate *tract. de Statutis. lib.* 3. *cap.* 2. Et hæc comunis est opinio, testibus Chassan. *ad consuet. Burgund. rubr.* 9. *§.* 16. *verb. tant en meubles. n.* 3. Colero *d. part.* 2. *c.* 3. *n.* 30. *&* 31. Romano *singul.* 272. De hac insuper quæstione, an ipsius, qui debet puniri, bona debeant publicari ista, quæ sunt in alieno districtu, videndi etiam sunt Paulus de Castro *consil.* 84. Dynus *ad l. interdum. §. idem autem. D. de pub.* Balbus *in mar. verb. judex. vers.* 59. *post* Innocent. *in c. postulasti vers. sed hoc forte. de foro compet.* Decimo-

72 octavo † vulgaris notitiæ est, alia in mobilium, alia in rerum inmobilium præscriptione, præfinita esse tempora; non solum de jure communi, verum etiam de jure Saxonico. Ut enim ex constitutione Justiniani Imp. hodie res mobiles triennio, inmobiles vero per longi temporis persuasionem, *h.e.* decem inter præsentes, inter absentes viginti annis usucapiuntur. *l. ul. C. de longi temp. præs. l. un. C. de usucap. transf. in pr. §.* 1. *Inst. de usucap. l. sicut* 13. *C. de servit. & aq.* Fulv. Constantin. *d. num.* 10. *cum* 11. *juncto prin. d. tit. Inst. n.* 20. *&* 21. (ubi investigat rationes, cur facta sit in usucapione differentia inter res mobiles ac inmobiles, interque præsentes & absentes? Deniq; an discrimen aliquod inter usucapionem & præscribtionem habeatur.) Ita de Jure Saxonico præscribtio, quæ ad res mobiles pertinet, nisi hæreditati adjunctæ sint, spacio unius anni & die *h.e.* sex hebdomadum absolvitur: quæ vero ad res inmobiles directa est, Annos XXX. & unum cum die *h.e.* sex hebdomadas requirit, ceu plenissime tractatum inveniet lector apud Ludo. Fachsium *different. ju. civ. & Saxon. libr.* 1. *diff.* 11. Pet. Heigium *q. suar. part.* 1. *q.* 16. *nu.* 11. 12. *& aliq. seqq.* Proinde favor Agriculturæ (in qua publica versatur utilitas, *sup. q.* 1. *nu.* 32.) contra communes præscribtionum regulas nititur, ut monstravit Jo. Franc. à Ripa *tract. de peste. tit. de remed. præserv. cont. pest. c.* 4. *n.* 252. *&* 253. *referente* And. Schefferо *part.* 3. *quæst. pract.* 47. *nu.* 13. 14. 15.

73 Decimonono † de jure Saxonico marito superstiti in eo provisũ est, ut uxore prædefuncta, lucretur omnia ipsius bona mobilia, præter utensilia, etiam exstantib. liberis. Landr. *libr.* 1. *art.* 31. *& lib.* 3. *art.* 76. quod fusius pertractatum est à Colero *de process. execut. part.* 1. *c.* 3. *num.* 231. 232. Jac. Thomingio *decis. Lipsen.* 29. *n.* 2. *& decis.* 31. *nu.* 15. Joh. Köppen *decis.* 31. *nu.* 21. Andr. Rauchbar. *part.* 1. *q.* 31. *nu.* 15. *& q.* 39. *nu.* 31. Dan. Mol. *lib.* 2. *semest. c.* 44. *&* Joach. à Beust. *de matrimon. cap.* 71.

74 Vigesimo † ex communi & recepta Dd. opinione, Depositum tantummodo res mobiles admittit, & inmobiles excludit; hæ enim non deponuntur, sed sequestrantur. *arg. l. litibus* 20. *§. sin autem* 4. *ibi. ad sequest. res ven. & pecun. depon. C. de agric. & cens. lib.* 11. Myns. Wes. & alij *in §. præterea Inst. quib. mod. re cont. oblig.* Pet. Nic. Mozzius *de contract. tit. dep. c.* 1. *nu.* 5. *& c. de reb. quæ depo. poss. n.* 1. And.

Cludius *in tract. de jure seq. c. 8. n. 2.* post Azoneus, Accurs. Bart. Bald. Jas. cæterosque: aliter quamvis id doceat Joh. Gœddæus *ad l. sequester* 110. *de V.S. plenius in tract. de sequest. circa rub.* postq; eum novissime Helf. Ulr. Hunnius *var. res. l. 3. tract. 3. part. 4. q. 1.*

75 Vigesimo primo † juris Saxonici est minime dubij, inmobilium obligationem eo jure non valere, nisi in judicio facta, & actis insinuata sit. Landr. *lib. 1. art. 8. Constit. Provi. 23. part. 2. Autor different. ju. civ. & Sax. diff. 4.* Colerus *de process. execut. part. 1. c. 10. num. 164. cum seqq. & part. 3 c. 1. n. 118.* Mollerus *lib. 1. semest. c. 3. n. 2.* Heigius *part. 2. quæst. 17.* Hamelius *ad d. tit. Instit. de act. cap. 20. n. 10.* adde obiter Choppinum *d. l. 1. de moribus Paris. tit. 1. num. 4.* Treutlerum *vol. 2. select. disp. 20. th. 4. lit. C. inf. q 28. n. 10.*

76 Vigesimo - secundo † illo ipso jure Saxonico receptum est, quod Gerada (ut Utensilia vulgariter adpellamus) non in inmobilibus, sed in mobilibus rebus solummodo consistat. *Glossa latina ad text. latin. in verb. maritus & ux. in art. 31.* Landrecht *libr. 1.* Weichbild *art. 23.* Land. *d. lib. 1. art. 24.* Petr. Heigi. *d. part. 1. q. 16. n. 35.* And. Goldbeccius amicus & collega quondam Parentis mei p. m. in Academia Wittebergensi *tract. de success. geradæ Saxonicæ, tit. de reb. quas ux. ger. nom. accep. num. 5.* Dn. præceptor meus in Acad. Lips. Wilhelmus Schmuck *in method. tractat. de Gerada part. 1. concl. 4. junge inf. q. 27. n. 5. & 6.*

77 Vigesimo tertio † inter practicos Saxonicos convenit, quod Erbgeld proprie sit illud pretium, quod heres coheredi è bonis hereditarijs inmobilibus, distinctis temporibus solvit, ut in casu *Constitut. Electoralis 21. partic. 3.* Et hoc amplius, quod illud ipsum pretium sive das Erbgeld habeat jus prælationis *Const. Elect. 28. part. 1.*

Atq; ita in judicio Curiali, item in Scabinatu Lipsensi ac Wittebergensi pronunciari, testis est iterum Daniel Mollerus *lib. semest. cap. 26.* Vide Wehnerum ac Rüdigerum *d. qu. 27. nu. 5. & 6.* And. Scheffferum *part. 1. quæst. pract. 9.*

78 Vigesimo - quarto † & ultimo, singularia quædam sunt in venditione rerum inmobilium, quæ non sunt in venditione rerum mobilium, ut ostensum à Petro Gregorio Tholozano *in d. syntagm. juris univ. libr. 25. c. 10.* & Ren. Choppino *de morib. Paris. d. libr. 1. tit. 1. num. 2.* Similiter bona mobilia per Ecclesiã acquisita, possunt dari locis religiosis, & pauperibus, sive etiam servis; consangvineis vel alijs post mortem clericorum: sed alia quocunque modo adquisita, pro voluntate morientiũ distribuantur, *cap. relatum. extr. de testam. cap. sed hoc. ext. de success. ab intest.* Reliqua autem, quæ de rebus mobilibus ac inmobilibus disceptari solent, hucque transferri possunt, inveniet benignus lector † apud laudatum multoties. Renat. Choppinum *ad mores civiles Paris. lib. 1. tit. 1. per tot. libr. 3. leg. Andeg. tit. 2. n. 9. ac 10. pag. 509. 510. & lib. 2. part. 1. de privil. rust. cap. 3.* Paul. Matth. Wehnerum *pract. observat. lit. F. verb.* Fahrende Hab. qui adducit exempla nonnulla rerum, quæ mobilibus & inmobilibus adnumerentur, adducitque brevitatis studio Josephum Ludovicum *in conclus. juris. cap. 48. fol 329.* Ant. Gabrielium *libr. 7. de verb signif. conclus. 6. & 7.* adjunge Petrum Wesenbecium *cons. 61.* Her. Latherum *tractat. de censu libr. 1. c. 16. & 17.* And. Tiraquel. *de retract. ligna. §. 1. gloss. 6. & 7. §. 32.* quem cuique abunde satisfaccre posse, hancque mobilium ac inmobilium differentiam, sæpius esse voluntatis quæstionem, & latissimis involucris

79

lucris in diverſas partes agitari, teſtatur Gœddæus *in d. lib. moventium. 93. num. 4. in fi. de V. S.* Quare hæc tractatio cum proprie hujus loci non ſit, ſingulorum inveſtigationem diutius non perſequor, ſed prætereo & lectorem tam ad laudatos, quàm alios ſcribtores remitto.

Si quis tamen nunc præmiſſa hæc adcurato judicio examinet, is proculdubio etiam absque Oedipo † perſpiciet, non fruſtra quæri, molendina navalia ac vento agitata pro mobilibusne an pro inmobilibus rebus ſint habenda? Nam rebus mobilibus ſi adnumeranda erunt, ſequetur: ea non poſſe in feudum dari vel accipi, neque pro eis fidelitatem exigi; nullam in ijs emphyteuſin, nullum contractum libellarium, nullum precarium conſtitui poſſe; horum molendinorum poſſeſſionem eſſe vilem & abjectam; in illa non cadere aliquam conſiderabilem affectionem; in ijsdem non dari locum juri retractûs; non teneri illa poſſe jure hypothecæ; ſed poſſideri à fœminis, etiamſi maſculi adfuerint; horum poſſeſſorem ſatisdare cogi; ea amortizationis bonorum indultu non habere opus; nec ſine decreto judicis à curatoribus alienari, & in dotem dari; interdictum unde vi in illis non habere locum; fieri capientium in bello; cum aliis rebus mobilibus venire ſtatim in exſeqvutionem; ſequi conditionem perſonæ domini; triennij & quandoque biennij præſcribtione acquiri; cedere lucro mariti ſuperviventis; admittere depoſitum; de jure Saxonico nullam inſinuationem obligationis præambulam exigere; pertinere quoque ad geradam; & denique Erbgeld in illis nequaquam conſiſtere poſſe.

80

At quàm ferè omnia iſta citra rationem adſerantur, quàm exigua quoque ex tali ſententia in poſſeſſores talium molendinorum redundatura ſit utilitas, ſatis ſuperque liquebit ex ijs, quæ infra in medium adferemus; hoc loco autem prætermittimus, ne ſimplex quæſtio in tractatum excreſcat, & mole ſua nimis laboret. Undique tamen ſic diſcuſſam habes, Lector cordate, dubiam hanc & ancipitem controverſiam: non quidem cum pompa nimia & majore adparatu, ſed magis utiliter ex vera ac genuina; ſibique perpetuo conſtante juris analogia; juxta *conſilium Henningi Hamelij d. tract. de action. in fin.* In hoc enim ſcribendi genere veriores, quàm diſertiores ſermones requiri, me non latet. *arg. cap. ſedulo. diſtinct.* 38.

QVÆSTIO IX.

An molendina ad Regalia pertineant?

SUMMARIUM.

1 Ingreſſus, quæſtionis ſeriem detegens.
2 Nominis inquiſitio eſt rectè docendi principium.
3 Nominis absque explicatione velle rem cognoſcere, eſt tempus perdere.
4 Regaliorum vocabulum ſive nomen eſt πολύσημον.
5 Exta quædam dicebantur Regalia.
6 Regalia etiam dicebantur, quæ Regij adoleſcentes apud Perſas primùm addiſcebant.
7 Regalia ſimpliciter pro palatiis Regum.
8 Regalia fulmina quænam.
9 Regalia quid ſint hoc in loco. Et num.
10 Regale culmen.
11 Regales trabeæ.
12 Regales cauſæ.
13 Regalis ſenſus.
14 Regalia acta & verba.
15 Regalis fiſcus.
16 Regales opes, menſæ: regalis adparatus, luxus.
17 Regales manus, pedes, corpus & cadaver.

18 Rega-

18 Regalis morbus, cum nominis rationibus.
19 Regalia metalla, arma, hoſpitia.
20 Regalis virga & regalia ſceptra.
21 Regales ac regiæ civitates.
22 Regalis animus.
23 Regale munus.
24 Regia ſive regalia ornamenta, vela, veſtimenta; regalisque mos & cultus.
25 Regia verba ac mandata.
26 Regalia ac Imperialia inſignia.
27 Regalia & Cæſaria auſpicia.
28 Regales tituli.
29 Regia nomina.
30 Regale jubar.
31 Regalis ictus, ſignum, guttur & ſangvis.
32 Regalia tecta.
33 Regia forma.
34 Regia interpretatio.
35 Regiæ feriæ.
36 Regia jura & juga.
37 Regii nummi.
38 Regium dicitur, quod Regi præſtatur, quodve Regis eſt, & ad eum ſpectat.
39 Regia tentoria & regales vici.
40 Regalia unde nomen acceperint.
41 Imperator Romanus ſimpliciter Rex adpellatur.
42 Regalis majeſtas ac poteſtas, cum ſimilibus, die Königliche Gewalt/ iure Saxonico quid?
43 Imperatoris nomen novum, Regis antiqvum.
44 Imperatoris adpellatio trifariam à Romanis accepta.
45 Regis nomine nullum ſublimius:
46 Privilegia à Rege conceſſa dicuntur Regalia, ſicut á Papa conceſſa Papalia.
47 Regalia non ſunt res, ſed jura, contra Iohann. Hugonem, cum n. ſeq. 48.
49 Vtilitas per dignitatem augetur.
50 Imperialis dignitas ampliſſima.
51 Moleſtias ſummas ſuſtinet Imperator pro imperio.
52 Regalia debentur Imperatori ac Principibus in compenſationem onerum.
53 Regalia quædam majora, quædam minora.
54 Molendina non pertinent ad regalia maiora.
55 Nec ad minora. Sed declara ut n. 66.
56. Molendina in c. unico. Quæ ſint regalia, non recenſentur.
57 Ruſticus molendinum habere poteſt.
58 Ruſticus feudum acquirere & dare poteſt.
59 Ruſticus aut civis partem poſſunt habere in auri vel argenti fodinis, ihre Stoll/ Kuckr oder Bergtheil.
60 Regaliorum indolem multa ſapiunt, quæ in d. cap. unico. Quæ ſint regal. non recenſentur.
61 Molendina omnibus, etiam privatis, in ſuo extruere eſt permiſſum.
62 Regalia jura proprie dicuntur illa, quæ ratione reditus & tributi ab antiquo debentur, ex ſententia Antonii de Gamma.
63 Guntheri Ligurini locus libro octavo explicatur.
64 Flumina publica cur Regaliorum adpellationem ſortiantur.
65 Regalia in præjudicium ſucceſſorum nequeunt alienari, nec puer inveſtituram transferri, niſi ſint infeudari ſolita.
67 Sententia Petri de Petra & Rutgeri Rulandi, molendina inter Regalia referentium, modificate admittitur.
68 Dacium piſtrini panis à Socino, Rolando à Valle & Tuſcho inter Regalia numeratur.
69 Molendina ad bona Domanialia Principis, zu deß Fürſten Tafelgut/ referri commode poſſunt.
70 Molendinorum reditus in Belgio ab omni antiquitate Principibus patriæ adtributus.
71 Regalia, res Principis fiſcales ac patrimoniales differunt.
72 Res fiſcales ac Res privatæ Principis magno intervallo inter ſe diſtant. Et num. 73. cum 74.
75 Bona Excadentialia, Fiſcalia, Domanialia, Patrimonialia ac Regalia omnino ſunt diſtinguenda ex Camilli Borelli ſententia.
76 Molendina an ad Regalia pertineant, cur operæ pretium inveſtigare.
77 Principalia ac Subditorum bonorum jura & officia quænam?

FRuſtra † præmiſſarum & ſubſequentium quæſtionum dextram reſolutionem ſibi quis pollicetur, qui non prius perceperit, quidnam vocabulo ſive nomine REGALIORUM hoc loco proprie accipiendum veniat; argumento eorum, quæ tradit Fridericus Pruckman *in §. ſoluta poteſtas. capite 1. numero 6.* 1

Nam juxta vetus illud: πρὸς τὸ ὀρθῶς διδάσκειν πρῶτον, δεῖ ἐξετάζειν τὰ ὀνόματα: *Recte † docendi principiũ nominis inquiſitio eſt.* 2 Et ut dixit Galenus: *Sine † nominis explicatione velle rem cognoſcere, eſt tempus perdere.* 3 Unde etiam aptiſſime Cyprianus: *Illic vocabulis opus eſſe,* ait, *ubi propriis appellationum inſignibus multitudo dirimenda eſt, de idolol. vanit. Adde ſupra quæſt. 3. n. 3.* Mich. Ulcurrunum *tract. de regin. mundi quæſt. 1. principali nu. 1.* Dn. Warem. ab Ehrenberg *lib. 1. de fœderib. c. 3. nu. 2. cum ſequentib.* & Dn. præceptorem Eraſmum Ungepaur *in dictat. publ. tract. de Suitate cap. 1.*

Etſi igitur illud nomen † REGALIA, 4 non minus, quam nonnulla alia, eſt πολύσημον, ac multiplicis ſignificationis, ut copioſe oſten-

ſe oſtenſum à Pardulpho Prattæo *in Lexico verb. regalia.* & Regnero Sixtino *in tract. de regal. c. 1. in princ. & aliis.* In tantum, ut 5 & † Exta, quæ multum felicitatis ac fortunæ pollicebantur, Regalia dicta fuerint, *teste Alex. ab Alexandro libr. 5. genial. dier. cap. 25.* Ac ſecundum Apuleium *in apol. 1.* 6 † Regalia vocaverint ea, quæ Regij Adoſcentes apud Perſas primum addiſcebant: 7 & † Regalia ſimpliciter pro palatiis Regum poſuerit Cunradus à Liechtenaw Abbas Urſpergenſis *in Chron. pagin. mihi 115. de Theodoſio Imp. verba faciens.* Quemadmodum 8 & illa † fulmina Regalia dicebantur, quorum vi tactum erat vel comitium, vel principalia urbis liberæ loca; quorum ſignificatio etiam regnum civitati minabatur, ut ex Cæcinna & Etruſca diſciplina retulit Seneca *libr. 11. rerum naturalium pag.* 9 *mihi 49.* Inpræſentiarum † tamen Regalia (pro ſubſtantivo equidem, non adjectivo nomine capiendo) proprie ſunt certa ἀξιώματα ſive jura, à voce Regis deſcendentia, ac regalem ſive regiam, vel ſi mavis, Imperatoriam aut Imperialem ἐξουσίαν ac dignitatem quamdam in ſe conplectentia; non 10 aliter, ac † culmen regale, *in l. bene à Zenone. Cod. de quadrien. præſcribt. l. ultim. §. 2. Codice de Aſſeſſoribus.*

11 Regales † trabeas *l. 1. C. publicæ lætit. vel conſul. nunt. lib. 12.*

12 Regales † cauſas. *l. omnes. lib. 1. tit. 2. in Lombarda.*

13 Regalem † ſenſum. *l. ult. C. de legib.*

14 Regalia † dicta ſeu verba & acta, *apud Guillermum Britonem Armoricum libr. 2. Philip. in princ.*

15 Regalem † fiſcum vocat Victor Uticenſis Epiſcopus, *de perſecut. Africæ lib. 2.*

16 Regales † opes Jornandes *lib. de reb. Geth. c. 42. pag. mihi 124.* Hinc deductæ voces, Regificus & Regifice, pro ſplendido, ſumtuoſo ac Regibus digno adparatu, Ciceroni *3. Tuſculan.* Valerio quoque *2. Argonaut.*

Stant gemmis, auroq́ue tori, menſæq́ue paratu
Regifico. ———

Conjunxit hæc duo Gualtherus *libr. 7. Alexand.*

Regifico ſepelit corpus regale paratu.

Regalem quoque luxum dixit Virgilius *lib. 1. Æneid.*

At domus interior regali ſplendida luxu.

Et ibidem Regales menſas:

Regales inter menſas, laticemq́ue Lyæum.

Itemque Galterus: *lib. 5. Alexand.*

Jamq́ue propinquabat regali prodita luxu
Ipſa acies Darij. ———

Regalem † porro manum invenimus in 17 illo Dodechini: *Ne Pontifices Regali manu, annulo & virga inveſtirent.* Regales Pedes apud Guillermum Britonem *lib. 1. Philip.*

Et genibus flexis ſeſe regalibus ultro
Submittit pedibus. ———

Ac regale corpus non modo in anteriore iſto, ſed etiam in altero ejuſdem Galteri, poetæ ante multos annos venuſti verſiculo *lib. 4. Alexandreidos:*

Implicitum curis corpus regale tenebat.

Et lib. 8.

——— *Senſit corpus regale prophana*
Attrectare manu. ———

Idem *lib. 7.* de Dario capto, vincto & interfecto agens, exclamat:

Dedecus inveniunt fati, regale cadaver.

Quinimo † Regalem morbum vocant 18 Medici & S. Hieronymus: vel quod mulſo (genus potionis id in Regum delitijs erat) curaretur, dicente Varrone: vel quia eo morbo adfectos regio adparatu, *h. e.* lecto & conclavi cultiore, & ludis laſciviaque uti perutile eſt, per quæ ægrotantis animus exhila-

hilaretur, ut ſcribit Celſus: vel denique quod ſingulari naturæ ejusque artificis DEI beneficio Reges quidam ipſum curare poſſint, ut alibi probatum ivi. Illuc ſpectat Horatij verſus:

Aut mala quem ſcabies, aut morbus regius urget.

19 Aurum præterea fulgens † Regale metallum, regalia arma ac regale hoſpitium, ut eſt apud Mantuanum in Faſtis.

20 Regalem † virgam & Regalia ſceptra, de quibus inter neotericos plene agit Joh. Frid. Mateneſius *in lib. de ſcept. reg. & Imp. Domus Auſtriacæ.* Et indicat hoc Viterbienſis, qui ita more ſuo canit *Chron. part.* 19.

In manibus Regum dum regia ſceptra tenentur,
Tunc quaſi per Virgam compeſcere cuncta videntur;
Pœnaque præſtatur, quæ ratione datur.
Vſibus innumeris & legibus undiq; fultus,
Inſtruit hæc homines dignos prætendere cultus:
Regia virga tamen, quo moderentur, habet.
Plura ſolent homines per climata fingere jura:
Cæſar ſceptra tenens novit diſtinguere plura.
Imperat & virga jura valere ſua, &c.

21 Regales inſuper † ac Regias civitates. *l.* 3. *§. quod ſi. C. de natural. lib. l. ult. in princ. C. de Aſſeſſ. l. præſenti. in princ. C. de his qui ad Eccl. confug. l. jubemus.* 14. *§. ſane ne omnis C. de ſacroſanct. Eccleſ. §. ult. Inſt. de ſatisdat. Novel.* 42.

22 Regalem † animum, Livius *lib.* 17. Joan. Magnus *hiſt. Goth. lib.* 23. *cap.* 12. & Darius de Alexandro apud Galterum *d. lib.* 7.

Sed regalem animũ victis, vultumq; ſerenum Exhibuit victor. ———

23 Regale † munus apud Krantzium *in Metropoli lib.* 6. *cap.* 15. & diu ante ipſum ita vocavit Marcellinus Comes *in Chronic. pag. mihi* 56.

24 Regia † ornamenta. *l. unica. C. nulli licere in fræn. lib.* 11. & Gualterus *lib.* 1. *Alexand. Ornamenta licet Regi regalia deſunt.*

Vela regia. *l. un. C. ut nemo privat.* Jacob. Ræevardus *lib.* 5. *varior. c.* 11. Regalem cultum, *Cicero adpellavit* 1. *Tuſcul.* Regiumq; morem pro imperioſo, ſevero ac crudeli idem dixit *in Catil. &* 5. *Verr.* Unde Ovidius 2. *Metamorphoſ.*

———*precibusq; minas regaliter addit.*

Veſtimenta etiam regalia apud Rogerum, ibi: *Richardus rex veſtimentis regalibus indutus, coronam auream habens in capite, proceſſit de thalamo ſuo coronatus, geſtans in manu ſua dextra Sceptrum regale, in cujus ſummitate habetur ſignum Crucis, & in manu ſiniſtra Virgam auream, in cujus ſummitate habetur ſpecies columbæ, reſpectu fortaſſis ad illam columbæ figuram, in qua Spiritus Sanctus apparuit. Hæc ille in Annal. Angl. de Richardo I. Angliæ Rege.*

25 Verba proinde † regia, ut in illo Juvenalis:

Scripturus leges & regia verba laniſta.

Mandata item regia apud Claudianum *lib.* 2. *in Ruff. v.* 195.

Inter equos, interq; tubas mandata feruntur Regia. ———

26 Quomodo habent & recte tres libri MSSti Pari forma ac figura † Regalia inſignia vocat Petrus de Andlo, diadema, gladium, ſceptrum ac pomum aureum ſeu globum: pro quo Imperialia inſignia dixit Henricus Rebdorffenſis, quæ conſervat & in coronatione peragenda Imp. mittit urbs Nurenbergenſis, ut videre eſt apud Matheneſium *mox citat. lib. c.* 4. *n.* 10. *pag.* 73. 74. 75. 77. & 78. Auſpicia porro † regalia apud 27 eumdem Claudianum *de* 4. *conſ. Hono. in princ.*

princ. qui illa pro Cæsarijs ac Imperatorijs ibi alibique posuit.

28 Regales † titulos iterum Galterus *lib. 6. Alexand.* de urbe Persepoli capta verba faciens:

Exitus hic urbis, quæ tot regalibus olim
Floruerat titulis, & quæ tot gentibus una
Jura dabat quondam. ———

29 Regia † nomina pariter apud Guntherum *lib. 5. v. 510.*

——— *per regia nomina juro.*

30 Regale † jubar iterato & simili elegantia dixit Claudianus *lib. 2. in Ruff. v. 144.* qui Arcadium ita obtestatur:

Per fratris regale jubar, per fata parentis
Ætherij, floremq; tui te deprecor ævi.

31 Regalem † ictum post hos itidem, manu scilicet regis inflictum; & Regale signum, pro vexillo militari adpensum in castris regis; ibidemque Regalia guttura & Regalem sanguinem usurpavit Guillermus Brito *lib. 8. Philippidos.*

32 Similiter † tecta regalia jamdudum vocavit Ovidius *lib. 6. metam. fab. 7.*

Aut ego cum facibus regalia tecta cremabo.

33 Formam † regiam, ex Plauto Adrianus Turnebus Criticorũ Rex *lib. 7. advers. c. 5.*

34 Cuncta eodem sensu, quo † Regiam interpretationem legimus *in l. ult. C. de legib.*

35 Regias † ferias, apud Sex. Fest. Pompejum & Sibrandum Siccama *ad fastos Consulares Roman. cap. 4.*

36 Jura † regalia, à regibus data ac lata apud Glabrum Rodulphum *lib. 3. hist. cap. 9.* & Gualterum juga regia *lib. 6. Alexand.* Re-

37 gios † numos *h. e.* à Regibus Romanos signatos, seu ipsorum vultibus insignitos, apud Svetonium *in Augusto.* Dn. And. Dinnerum *in tract. de monet. in prolegom.* & Thom. Dempsterum *in paralip. ad Rosin. lib. 6. antiq. Roman. c. 31. mihi pag. 722. 723. quosq; ibi allegat.* Et denique † Regium di- 38 cimus, quod Regi præstatur, juxta *Glossam in cap. preterea. de jure patron.* Item quod Regis est, & ad eum spectat. Hinc Regius pastor *Ciceroni 3. offic.* Regium pecus, Justino *lib. 1. hist. c. 4.* Puer regius, Virgilio 5. *Æne.* Regia † tentoria, Galtero *lib. 6. Ale-* 39 *xand.* Quos sequutus est Thuanus, qui Regales vicos nominavit *lib. 56. hist. pag. mihi 1230.*

Nec sane mirum est, ea jura, quæ imperialia dici debebant, à Rege † denominatio- 40 nem suam primitus accepisse, sive Regalia ac Βασιλικὰ dicta esse (utcumq; aliter senserit Petrus Belluga *in speculo Principum Rubrica 14. §. veniamus. num. 11.* relatus ab Andrea Knichen *in commentar. ad jus Saxonic. verb. ducum cap. 5. in princ.*) cum non solum in jure feudali: sed & de jure Saxonico ut plurimum Imperator † Romanus sim- 41 pliciter *Rex* adpelletur. *c. unic. §. his enim non cogentibus. si de investit. int. dom. & vasal. lis oriatur. c. unic. §. in quib. de consvet. recti feudi c. unic. §. ut autem. de allodiis. c. unic. in princ. de lege Conradi.* Zobelus *ad* Landrecht *lib. 3. art. 26. lit. A. & artic. 33. 34. & 78. in glossa verbi,* der König. pulchre alios laudans Henric. à *Rosenthal de feudis cap. 5. conclus. 1. nu. 3. & in glossa E.* Regner. Sixtinus *de Regalib. cap. 1. n. 2. 3. & 4.* Henr. Bocerus *eod. tract. cap. 1. n. 18.* Unde † *Re-* 42 gia majestas apud Galterum mox citando loco, & *Regalis* potestas *cap. sollicitæ vers. preterea nosse, de Major. & obed.* die Königliche Gewalt / in textu & glossa Weichbild *art. 59. & in constit. Electorali 53. part. 2.* Et *Regales* pro *Regum* locum tenentibus aut vicarijs apud Sulpitiũ Alexandrum & Gregorium Turonensem *hist. l. 2. mihi pag. 66.* Sensus *Regalis* promiscue pro Imperiali à

Justiniano *in d. l. fin C. de LL.* culmen regale pro imperiali *in l. fin. §. 2. C. de adsessor.* nec non à Zenone *in d. l. benè 3. C. de quad. 2. præscribt.* à Pontifice Innocentio III. sceptrum Cæsaris, sceptrum Regale *cap. inter dilectos vers. tertio. de fide instrum.* Ac præterea Imperatoris † nomen novum, Regis antiqvum sit, ut eleganter loquitur Marcus Mantua *in l. si quis major. num. 33. & 34. C. de transact.* Ne dicam, quod historia † quoque Romana Imperatoris adpellationem trifariam acceperit, primum, pro ἡγεμὼν & στρατηγὸς; quo sensu Imperator à militibus is nominabatur, qui imperium belli suis auspicijs administrandi à populo accepisset: Deinde, pro victor & νικητὴς; nam qui res magnas bello gesserat, & lege definitum hostium numerum occiderat, à militibus Imperator salutabatur: Postremo, pro † Rege; quod genus est, ut Mantuanus cecinit, honoris,

Inter mortales quo non sublimius ullum!

Idque à Julio Cæsare cœpit, ut doctissimè ex Dione resolvit Isaacus Casaubonus *in comment. ad Sveton. lib. 1. pag. 22. versic. 17.* de quo plura in apologia Henrici Bebelij pro defensione Imperatorum Germanorum contra Leonhardum Justinianum Venetum lector inveniet. Referet & huc versus istos Galteri, qui *lib. 6. Alexand.* exstant:

Non mediocris enim timor & reverentia Regis
Regnat apud Persas, majestas regia magni
Ponderis esse solet, etiam gens barbara Regis.

Elegantissimè etiam Rodericus Zamorensis à Dn. Goldasto repexus *lib. 1. speculi omn. statu. cap. 1.* & novissime Thomas Balasfi *in libel. de fidelit. subdit. cap. 7.* ubi de regiæ dignitatis magnitudine agit. Et proinde eodem res recidit, sive illa jura, quæ vulgariter Regalia adpellantur, vocemus jura Imperialia, sive ἁπλῶς & simpliciter Regalia: ab Imperatore enim sive Rege Romanorum, vel secundum hodierna tempora, à quolibet alio Regum Europæorum superiorem recognoscere nolente, (quos recensuit Anton. Heringius *in tractat. suo de fidejuss. cap. 7. num. 572. & sequentib.*) caturiginem sive originem suam habent. Prout in † simili fieri videmus: si statuta aut privilegia confirmentur à Papa, quod dicantur Papalia, sin à Rege, vocentur Regalia. M. Anton. de Amatis *decis. 91. num. 9.* Constantinus Rogerius *consil. 9. num. 54.* Marcobrunus *consil. 40. num. 34.* Non aliter, ac Walthramus Naumburgensis Episcopus *in lib. de Episc. investit.* Regalia vocat, quæ à Regibus & Imperatoribus Pontificibus Romanis data, in feudis & reditibus consistunt, quales sunt Regales Abbatiæ & Præposituræ.

Sunt porrò † hæc ipsa Regalia non res (ut definivit Joan. Hugo *in tract. de officiis quatuor prælator. cap. de muner. excus. num. 5.*) sed jura Regner. Sixtin. *de Regalib. c. 1. num. 12. & 13.* Henric. Bocerus *eod. tractat. de Regalib. cap. 1.* jura, inquam, † Imperatori aut Regi Romanorum, aut alij superiorem non recognoscenti, in signum supremæ potestatis, eminentiæ ac dignitatis; nec non in præmium inmensi laboris, quem pro Imperio aut Regimine sustinent, ad Rempublicam tuendam conpetentia. Bartol. *in tract. de Regim. civitat. num. 12.* Alvarott. *in cap. unic. in princ.* & ibidem Borcholtus *num. 2.* *Quæ sint Regalia.* Sixtinus *d. cap. 1. num. 11. & seqq.* Henric. à Rosenthal *in tractat. feudali cap. 5. conclus. 1.* ubi in glossa B. plures allegantur. Waremund. de Ehrenberg *in veresimil.*

43 44 45 46 47 48

mil. Theolog. cap. 8. *num.* 1. Hartwigius à Dassel *consil.* 2. *num.* 3. *libr.* 1. late Bocerus *d. cap.* 1. *numer.* 8. *&* 10. Quæ propterea principalibus usibus deservire *argum. textus in l. cum servus.* 39. §. *si vero. D. de legat.* 1. ac jura Imperij Keyserliche/ Königliche und Fürstliche Reservaten und Hoheiten dici possunt, Reichs Abschied *de An.* 1576. §. dadurch. Arnold. Clapmarius *de arcan. Rerumpub. cap.* 4. *in fin. & cap.* 10. *in princ.*

49 Et sane, si utilitas † per dignitatem augetur, ut vult textus *in l. si longius. in fin. D. de judiciis. l. si servus.* 50. §. *ult. D. de legat.* 1. *l. plenum.* §. 1. *versic. aliquo enim largius. D. de usufr. & habit.* quis, quæso, unquam

50 negare audebit. Imperatori in signum † supremæ potestatis ac dignitatis talia concedenda ac reservanda fuisse, juxta *Novellam* 7. *cap.* 2. §. 1. Est enim tamquam præsens & corporalis Deus, cui fidelis præstanda est devotio. Fl. Vegetius *lib.* 2. *de re milit. cap.* 5. Imago Dei in terris ejusdemque veluti vicarius. Middendorp. *comment. ad quæst.* 1. *Ptolom.* Inque solius Dei potestate sunt Impp. à quo secundi post quem primi ante omnes, Tertull. *in Apolog. cap.* 30. In eo enim thesauri dignitatum sunt reconditi, Socin. *consil.* 68. *num.* 3. Ejus fortuna omnes supereminet alias, *l. cum multa. in fin. Cod. de bonis quæ liberis.* Dedit ei DEUS majestatem à divina secundam, Janus Gruterus 1. *discursu in Tacitum.* Waremund. de Ehrenberg *dict. loco. num.* 2. Ipsiusque majestas solem ipsum luce propria superat, ut ait Claudius Cantiuncula *in consil.* 1. *num.* 129. & dixi supra *quæst.* 1. *num.* 54. *& seq.* Hinc eleganter idem Tertullianus *ad Scapulam*: Colimus ergò (inquit) Imperatorem sic, quomodo & nobis licet, & ipsi expedit, ut hominem à DEO secundum, & quidquid est, à DEO consecutum, solo DEO minorem. Plura congesserunt Christ. Besold. *tract. de jurisd. Imp. Rom. quæst.* 6. Bernh. Bertram. *de comit. th.* 16. Dom. Arum. *de jur. publ. discurs.* 3.

51 Quantas † quoque molestias Imperatores pro pace Imperij & tranquillitate publica sustinuerint, & nominatim Invictissimus & semper mihi laudandus Imperator Divus Rudolphus Secundus suo tempore sustinuerit, res ipsa loquitur; & cuilibet manifestum fit, si modò præfationes plerisque Novellis constitutionibus Imperatoris Justiniani præfixas attentè legat, veluti *Novellam* 8. *in princ. Novellam* 80. quibus addatur textus *in l. unica in princ. Cod. de SC. Claudiano tollendo l. præcipimus* 32. *in princip. Cod. de adpellat.* Præclarè utique illud ipsum testatur ipse Imperator Justinianus *in Novella* 30. *de proconsſ. Cappadociæ.* §. *adulteria in fin.* inquiens: *Se nihil detrectare eorum, quæ vel ad extremam pertingant difficultatem, vigiliis simul & inediis, cæterisque laboribus jugiter pro subditis suis, ultra quàm humanæ naturæ modus patitur, utendo.* Præclarè etiam Fridericus Imperator, ejus nominis secundus, *rescripto* 1. dicit: Inter occupationum curas, fluctuantis pelagi more, pro salubri Reipublicæ statu, suum spiritum quotidie fatigari. Sic de plurimis curis, oneribus, periculis & incommodis status Imperialis ac Regalis, lege quæ habet Rodericus Zamorensis *in specul. omn. statuum. lib.* 1. *cap.* 2. Hinc etiam Martialis de impensis, quas Principes in populi salutem faciunt, scribens, ait:

Impensis vitam Principis adnumeres.

Qui igitur suis consilijs suisque laboribus pro toto orbe terrarum die noctèque labo-

laborant, quare non haberent dignam sua prærogativa fortunam? *l. benè a Zenone. in fin. Cod. de quadrien. præscribt.* Salutem equidem Reipublicæ tueri nulli magis credendum est & convenire, nec alium sufficere ei rei, quàm Imperatorem, *l. nam salutem. D. de offic. præf. vigil. l. 2. §. novissimè. D. de orig. juris.* hunc ergo laborem ipsi damnosum esse, neque ullius prærogativæ remunerationem mereri, esset inpium ac injustum *l. 7. D. quemad. test. aperiant. l. videlicet. D. ex quib. caus. major. l. si servus. §. quod vero. D. de furtis c. 2. & ibi gloss. de fidejussor.* Summatim rectè quoque concludit Scaliger, singulare omnium Doctorum exemplum:

Princeps tributis atque functionibus
Regni tuetur publicas opes sui:
Bellum administrat, hosticas frangit minas.
Vectigal omne, & quidquid infertur, bonum est
Commune cunctis; singulis injuria est.

52 Atque ideò in † specie tradiderunt Doctores nostri, quod in compensationem onerum, quæ Principes sustinent, Regalia ipsis debeantur. Joan. Francisc. à Ripa *in l. quominus. num. 15. D. de fluminib.* Joan. Cephalus *consil. 150. num. 24. lib. 1.* Quibus accedit Matth. de Afflict. *decis. 265. num. 81.* ex D. Thoma & Andr. de Isernia statuens, quod reditus Regni, quos habet Rex, sint quasi stipendia, ad hoc instituta, ut justitiam solvat. Regner. Sixtin. *d. cap. 1. nu. 22.*

Addamus nunc & hoc, ea ipsa à nobis jam definita Regalia non esse unius & ejusdem generis, sed à diverso fonte promanare. 53 Quædam enim † *Regalia*, tamquam jura Summo Principi reservata, solam Imperialem personam, dignitatem, ac supremam præeminentemque potestatem respiciunt, Principisque ossibus adhærent; qua nimirum is solus facere potest, quod nulli alij est permissum, Afflict. *in princ. & fin.* Borcholt. *num. 4. in d. c. unic. Quæ sint Regalia.* Sixtinus *de Regalib. cap. 2. num. 1. & 2.* Rosenthal *de feudis cap. 5. conclus. 2.* Baldus *in l. imperium in 1. lect. num. 4. D. de jurisdict. omn. jud. & consil. 202. ad evidentiam. num. 2. vers. nam ista sunt libr. 2.* pulchre Bertrandus Argentræus *ad consvet. Britan. tit. 2. art. 56.* Et ideo ea ad decus & honorem summi Principis spectant, & Sancta Sanctorum dicuntur, juxta Rol. à Valle *consil. 1. num. 115. 153. lib. 2.* Card. Tuschum *tom. 6. lit. R. conclus. pract. 82. num. 1. 2. 3. juncta conclus. 83.* Quædam autem Regalia fiscum seu utilitatem Imperatoris, Regis aut alterius superiorem recognoscere nolentis concernunt Borcholt. & Rosenthal *dd. locis.* Vultejus *de feud. cap. 5. num. 7.* Sixtin. *d. cap. 2. num. 3. & seqq.* Ob id Regalia dici proculdubio cœpta, quod eorum curam sibi Reges & Principes peculiariter adsumserunt, & à privatorum usibus quasi sequestrarunt. Hæc Minora, illa Majora à Doctoribus adpellantur, ut in jam allegatis locis & apud Henr. Bocer. *in d. tr. de Regal. cap. 2.* prolixius videre licet.

His in modum credenti alium præmissis, si quis quærat, An † molendina ad Regalia majora pertineant? 54 Remoto omni circuitu destructive respondendum erit, Non pertinere, ex vulgata Dialecticorum regula; cui non conpetit definitio, ei nec definitum competere. Bald. *in l. maximum vitium, Cod. de liber. præter.* Eberhard. *in loco à definitione, num. 2.* Camillus Gallinius *de verbor. significat. lib. 5. cap. 17. num. 49.* Herman. Kirchnerus *in dispp. politic. 2. coroll. 2.* Atqui molendina sub definitione majo-

majorum Regaliorum conprehendi, non nisi ab illis adstrui potest, qui non cogitant, inter Thebaidem quid sit & Memphim.

55 Sed nec ad † minora Regalia eadem propriè ac regulariter referri debere aut posse, constanter tenendum est, cum Rosenthalio *de feud. cap. 5. concl. 28. num. 2.* Antonin. Tessauro *decis. 16. num. 4. versic neq; verum est.* Ita tamen, ut dilucidioris intellectus causa tali utamur distinctione.

Aut enim molendina eorumve jus nude & per se consideramus, & tunc nullatenus Regaliorum indolem sapiunt; unde etiam 56 rectè factum est, quod † molendina in peculiari Constitutione Imperatoris Friderici *in c. unic. Quæ sint Regalia.* cum alijs ibi enumeratis Regalijs non simul sint recen-57 sita; quippe qvum & simplices † cives ac rustici, omni prorsus territorio, dignitate ac jurisdictione (à communiter accidentibus loquendo) carentes, molendina habere ac possidere possint, quos tamen Regalia habere, non nisi admodum καταχρηστικῶς & inpropriè dici potest. Et si for-58 te aliquis objiciat, quod etiam † rusticus feudum novum acquirere, Zasius *tractat. feud. part. 5. num. 64.* Schrader. *de feud. part. 4. cap. 3. num. 7.* imo & feudum dare, & sic dominus feudi fieri queat; cum illud ipsum feudum, quod alius à tali Domino tenet vel recognoscit, domini hujus territorium sit, Schrader *de feudis part. 10. sect. 3. num. 82. 83. & 84.* Borcholt. *tract. feud. cap. 5. num. 41.* Henric. Bocerus *class. 4. disputat. 14. thes. 27.* atque ideo quoque molendinum in feudum accipere, aut tamquam allodium suum alij in feudum dare posse; non tamen inde inferre licebit, rusticum quoque hoc ipso Regale aliquod in feudum accipere, aut dare. Qualis enim consequentia: Est feudum, ergò est Regale? Non magis, quàm sequitur; quia † civis vel rusticus partem quandam 59 cuniculi, quam vulgo einen Stoll oder Kucks indigetamus, in auri vel argenti fodinis jure feudi, aut quovis alio pacto habere potest, *juxta l. 3. §. fin. & l. seq. D. de reb. eor. l. divortio. §. sed si cretifodinæ. D. solut. matr. l. æquissimum. §. inde est quæsitum. D. de usufruct.* Cæpolla *de servit. rust. præd. cap. 22.* Cuiac. *lib. 15. obs. cap. 21. in fin.* Andr. Knichen. *in Elect. & Ducum Saxon. privil. cap. 5. tit.* Bergwerck. Petr. Heig. *part. 1. q. 14. num. 16. & 17.* argentariæ porro sive auri ac argenti fodinæ ad Regalia referuntur, *d. c. unico. & ibi DD. Quæ sint Regalia. Aurea bulla Caroli IV. in Constitut. inter sollicitudines. §. præsenti constitutione.* Rosenthal *de feudis cap. 5. conclus. 88.* Borcholt. *d. c. unic. nu. 87.* ideo etiam illam partem cuniculi sive Bergtheil / ut vocant Constitutio Electoris Augusti *25. part. 3.* & Franc. Pfeil / *consil. 20. part. 1.* tamquam Regale aliquod eum possidere; cum ut privatus possideat quidem, velut quamlibet aliam rem allodialẽ & inmobilem, (quamvis in aurifodinis aliud, nimirum eas privatum habere non posse, de consuetudine receptum esse velint Wesenbec. *consil. 60. n. 30.* Matth. Colerus *in decis. German. decis. 98.* & ibi Jacob. Schultes *in addit.*) sed non absque censu sive Canone metallico, quem contra naturam Regaliorum, superiori domino solvere cogitur. Mynsing. *resp. 39. decad. 4.* Joan. Schneidewein *in tract. feud. part. 2. numer. 105.* Petr. Rebuff. *in l. inter publica. verb. Metallorum. D. de verbor. signific.*

Nihil etiam incommodat, si quis dicat, argumentum ab enumeratione Regaliorum *in d. c. unic.* facta, desumtum non esse suffi-

sufficiens; cum dari facillimè possit instantia, multa adhuc † alia esse ac dici Regalia, quæ ibi non sunt recensita; in tantum, ut Chassan. *de glor. mundi, pagin.* 5. *consid.* 24. ducenta & octo: Matth. de Afflict. *in d. c. unic.* centum viginti sex Regalia congesserit; Regner. vero Sixtin. *in tr. de Regalib. c.* 2. *nu.* 34. scribserit illorum Regaliorum, quæ in dicta constitutione non sunt expressa, majorem esse numerum, quam illorum, quæ nominatim sunt relata; & ab alio (videl. Petra *de jure quæsito non toll. c.* 21. *vers. ultimi poss.*) eodem teste *in proœm. num.* 20. 21. quadraginta & tredecim in specie. Vide Dominic. Card. Tuschum *tom.* 6. *lit.* R. *concl.* 82. & Carpzovius *dissert. de Regal. part.* 1. *th.* 10. Unde etiam in constitutione Friderici I. *de condit. pacis cum Mediolanensib. An. Christi* 1158. *initæ in* §. 9. Comitatus quoque inter Regalia numerantur. Nam evidentes & juridicæ præsto sunt rationes, cur illa non expressa pro Regalijs, & quidem minoribus merito sint habenda; quod se secus habet in molendinis; quæ certè inter minora Regalia vel ob id solummodo non sunt referenda, quod de jure † omnibus, etiam privatis, in suo, puta flumine privato, molendina exstruere sit permissum. Rol. à Valle *consil.* 97. *num.* 7. *vol.* 3. Rosenthal *de feud. c.* 5. *concl.* 28. *n.* 1. *supr. q.* 7. *num.* 1. & 2. *infr. quæst.* 15. Ac præterea ne † quidem jura regalia generaliter dici possint omnia illa, quæ Principi sunt reservata; sed ea saltem, quæ ratione reditus & tributi ab antiquo per constitutionem aut possessionem inmemorialem debentur, ut ait Ant. de Gamma *decis.* 31. *n.* 3. *in fin.* & colligitur ex varijs Diplomatibus Privilegia Archiecclesiæ Hammaburgensis continentibus, quæ collegit Erpoldus Lindenbrog. *in script. rer. Germ. Septen.* Neutiquam quoque † adversatur, quod Guntherus in Ligurino *lib.* 8. molendina inter reliqua minora regalia retulerit his versibus:

Postea sollicite Regni de jure vetusto
Quæstio mota fuit: quod desvetudine longa
Priscus inumbrabat neglecti temporis error.
Ac primum Ligures super hoc à Rege rogati,
Vectigal, portus, cudendæ jura monetæ,
Cumque molendinis, telonia, flumina, pontes,
Id quoque quod fodrum vulgari nomine dicunt,
Et Capitolicium certo sub tempore censum,
Hæc Ligures sacro tribuerunt omnia fisco.

Quia namque hæc ipsa Imperatoriæ Majestati per totam Italiam, cum alijs regalijs sive juribus fiscalibus, competentia molendina; sed quæ longo jam tempore deperiissent, ab Episcopis, Proceribus & Civitatibus Italiæ Imperatori Friderico sunt restituta, ut post Urspergensem & Radevicum Jacobus Cuiacius *in d. c. unico. Quæ sunt Regalia. observavit*; ὁμόψηφον habens Carolum Sigonium *de regno Italiæ lib.* 13. *in historia Friderici*: non mirum est, hæc ipsa molendina ad ipsum Imperatorem sive Regem Romanorum ab antiquo spectantia inter Regalia connumerari; quandoquidem modo ex Antonio de Gamma ostendi, ea jura esse regalia, quæ ratione reditus & tributi ab antiquo per constitutionem aut possessionem inmemorialem debentur. Atque hoc respectu etiam illa molendina, quæ ad Regem pertinent, Regalia adpellantur apud *Aimoinum Monachum histor. Francor. lib.* 3. *cap.* 63. *pag.* 124. *E medio*, (inquit,) *auferatur Tyrannus hic, cujus pater fuit regalium molendinorum.*

Denique nihil stringit, quia flumina publica

blica ad *R*egalia pertinent, ideo quoq; molendina in fluminibus ædificata ad *R*egaliorum classem referenda esse, Augustin. Berous *consil.* 145. *num.* 2. *vol.* 2. prout eum citat & sequitur Bartholom. Bertazzolus *consil.* 89. *num.* 47. *lib.* 1. Si enim fluminum nullus alius esset usus, quam ut in ijs tantummodo molendina exstruerentur, aliquo modo consisteret vis hujus objectionis: Verum enim vero, qvum flumina † inprimis ob id *R*egaliorum adpellatione insigniantur, quod Principibus aut alijs *R*egalia habentibus in iis jus exigendi telonij sive vectigalis, jus expositionis mercium sive Staffelgerechtigkeit / ut in casu Mynsingeri *responso* 19. *decad.* 2. & Hieron. Schurffij *consil.* 43. *centur.* 3. potestas sive concessio ducendæ aquæ, salvus conductus, persequvutio piratarum, punitio delictorum in fluminibus conmissorum, arrestatio navium, præceptum depositionis velorum, daß man für jhren Orlochs-Schiffen die Segel streichen und niederfallen lassen muß / & si quæ sunt similia, (propter quæ fluminum commoda ac reditus, non plane inprobandam censet hanc opinionem Bocerus *d. tract. cap.* 2. *num.* 163.) conpetat: vel leviter intuenti mox adparet, aliam esse rationem fluminum publicorum, aliam molendinorum in ijs vel ad ripam exstructorum, sive ad anchoras palosve alligatorum ac natantium; quod tamen nec hodie citra ejus permissionem, qui *R*egalia in flumine publico habet, permittitur, ut censet Henricus à *R*osenthal *de feud. cap.* 5. *conclus.* 28. *num.* 7. alioquin & naves, præsertim præliatorias, ad *R*egalia pari jure referre integrum esset; utpote quarum una atque altera majorem sæpenumero adparatum, quam decem aut plura molendina exigunt, quo tamen nihil absurdius proferri posset. Et quid, quæso, fieret de molendinis πνευματικοῖς aut ad decurrentem ex rivulo aquam se circumrotantibus? Certe præter meritum ex choro *R*egaliorum forent exterminanda, & sic res una eademque diverso jure censeretur, contra vulgatissima juris principia *in l. eum qui ædes. D. de usucapionibus cum simil.* Accedit prædictis & hoc argumentum, quod si molendina ad *R*egalia proprie & ἁπλῶς pertinerent, illorum alienatio omnino prohiberetur; siquidem juris est recepti, Regalia † in præjudicium successorum nec alienari, Socin. *consil.* 7. *per tot. lib.* 3. Joan. Cephal. *cons.* 154. *num.* 1. *lib.* 2. ut & Cardinal. Tuschus *d. conclus.* 83. *per tot.* Roland. à Valle *consil.* 1. *num.* 97. *& per discursum, lib.* 2. ex Baldo, Felino, Seraphino & Vasquio Frideric. Pruckmannus *consil.* 13. *num.* 6. neque de ijs, nisi infeudari sint solita, investituram fieri posse, late Joan. Cephal. *consil.* 155. *num.* 6. *lib.* 2. Sed molendina, cæteris paribus vel à Principe, vel quolibet alio privato, alienari posse, per se est ἀξιόπιστον, ac fusius infra suo loco demonstrabitur; unde consequens fit, molendina ad Regalia nullo modo simpliciter referenda esse. Cæteris paribus & simpliciter dixi non immerito. Unde Anno 1355. die 5. April. inter alia, cavit Karulus IV. Imp. quod sequentes Reges Bohemiæ molendina ad bona Coronæ (& quidem in finibus regni ipsius versus Germaniam sita) pertinentia nullo modo alienare possint, ut videre licet apud Wenceslaum Hagecium *in chron. Bohem. part.* 2. *mihi pag.* 14. *&* 15. *juncta. sup. q.* 1. *num.* 63. *quæst.* 2. *num.* 75. *quæst.* 7. *in fin. & quæst.* 24. *num.* 21.

64 · 65

Aut vero † consideramus molendina non pure, sed respectu habito ad Principem, Comitem, Baronem, Civitatem, aut

66

aut alium cum territorio, Regalijs, & in specie cum molendinis quoq; investitum; & quin tunc κα̉λα̉ τὶ sub Regaliorum nomine conprehendi queant, non repugno. Hoc enim casu molendina æque cum territorio in feudum concesso transeunt, ac imperium sive jurisdictio, arces, civitates, pagi, flumina, vectigalia, portus, sylvæ, venationes, ac reliqua, quæ inter Regalia vulgus Interpretum adscribsit; atque ideo non minus pro Regali aut Principali beneficio reputabitur, habere per totum suum territorium molendina in feudum concessa, quam pro beneficio æstimatur, aliorum Regaliorum compotem factum esse.

Quo etiam proculdubio respexit Bertrand. Argentræus *ad consvetud. Britanniæ, tit.* 17. *in prin.* dum ait: De moletrinarum jure nihil esse veteri jurisprudentia cautum, quando, feudorum usu nondum conperto, sibi quisque privatim ac familiæ moluit; nunc magnas esse de talibus cautiones, ac eorum jure, nec ullam fere provinciarum consvetudinem de his non aliquid statuere, cum magni inde proventus nobilitati contingant.

Ad idem etiam pertinet, quod Henric. Bocerus *in tract. de Regalib. c.* 2. *n.* 164. *in fine* scribit, Molendina in fluminibus ædificata haberi bona pretiosissima, ita ut à Principibus alijsque potentioribus in feudum concedi soleant. Et vigore † hujus considerationis sustineri facile potest opinio Petri de Petra *de fideicommiss. q.* 13. *nu.* 580. & Rutgeri Rulandi *de commiss. lib.* 2. *c.* 13. *n.* 1. *part....* & aliorum qui molendina inter Regalia retulerunt: Ut & Socini *in d. consil.* 7. *col.* 1. *vol.* 3. ubi ait, quod Dux non potuerit † vendere dacium pistrini panis, quod numeretur inter Regalia: Idem tenent Rolandus à Valle *cons.* 1. *n.* 99. *lib.* 2. *cujus fidē sequitur Tuschus tom.* 6. *pract. concl.* 82. *n.* 9. *lit. R.* Quam quam & illi non aberrarunt, qui Molendina talia rebus Principis fiscalibus adnumerarunt, veluti innuit Anton. Tessaurus *decis.* 16. *n.* 13. *vers. Sexta sequitur exceptio.* & Boerius *dec.* 125. *ad fin.* vel, ut Guntherus supra locutus est, sacro tribuerunt fisco, & ob id fiscalia adpellarunt; quando quidem reditus sive quæstus inde proveniens servit publicis necessitatibus, nec in bursam domini convertitur. Jacob. de S. Georgio *in tr. feudali. verb. Et cum molendinis. n.* 3. *in fine.* Roland à Valle *cons.* 91. *n.* 43. *vol.* 2. Quod porro Matth. *de Afflictis. in c. Imperialem. §. præterea Ducatus in* 3. *notabili. n.* 70. *De prohibita feudi alien.* per Frid. & Roland. à Valle *in d. cons.* 1. *n.* 108. *vol.* 2. Molendina † ad bona domanialia Principis sive ad ipsius proprium privatumq; patrimonium, des Fürsten Tafelgut/ non minus, quam collectas, decursus aquarum, montes, nemora, pascua, fortalitia, & similia referunt, id sane intellectum sanum admitti potest ac debet. Unde † etiam Jodocus Hondius in Atlante Minore Gerhardi Mercatoris scribtum reliquit: In Belgio reditus molendinorum ab omni antiquitate Principibus patriæ adtributos esse, quos vulgo *Domaines* vocent. Sed summopere nihilominus cavendum est, ne hæc duo, nimirum Regalia † ac res Principis fiscales cum patrimonialibus ipsius confundamus aut exæquemus, cum notabiliter differant. Regalia enim non pertinent ad privatum patrimonium Principis, sed sunt potius revera ipsius Reipublicæ, imperantique ideo conpetunt, ut status Reipublicæ defendat, sive dignitas, sive salus ejus spectetur. Ideoque licet privatæ res Principis ad hæredes transmittuntur, utcunque in Principatu non succedant: Tamen Regalia manent

post

67 68 69 70 71

post mortem principis penes Principatum, atque ei duntaxat debentur, qui in ipso Principatu succedit, ut egregie discussit Regner. Sixtinus *in tract. de Regalibus. cap.* 1. *num.* 25. & 26. *post Politicos.*

72 Hoc amplius & † res regales ac res privatæ Principis magno intervallo inter se distant, cum ea demum inter res patrimonij Principis privati referantur, quæ Principi ratione personæ, & non ratione dignitatis obveniunt. Covarruv. *in c. possessor. part.* 2. *n.* 9. *vers.* 4. *ex præmissis circ. fin. De reg. Jur. in* 6. Cravetta *de antiquit. temp. part.* 4. §. *absoluto num.* 33. At omnia quæ Rex, vel Princeps quispiam ex suis ditionibus atque provincijs ut Rex vel Princeps percipit, ea ad patrimonium ipsius fiscale pertinent ex Chassan. Phil. Franco & Joan. Dauthio Fridericus Pruckman. *d. consil.* 13. *num.* 28.

73 Et quemadmodum † Rex vel Princeps rebus patrimonij sui privati ad libitum uti ac abuti potest, cum jure publico non dijudicentur, Joan. Dauth. *in tract. de Testament. num.* 86. Ita è contrario rerum † fisca-
74 lium non minus, quam ipsorum Regaliorum, alienatio est interdicta & prohibita, Marc. Anton. Peregrinus *in tract. de jure fisci lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 8. Pruckman. *d. consil.*
75 13. *num.* 52. Unde recte quoque inter † bona Excadentialia, Fiscalia, Domanialia, Patrimonialia ac Regalia distinguendum esse censuit Camillus Borellus *controvers. num.* 174. cujus distinctionis usum fortassis infra prolixius edocebimus, ubi de molendinorum jurisve molendinarij per investituras ac donationes acquisitione & in fluminibus exstructione agendum erit. Unde ob has etiam rationes JCti quidam ita distinguunt: Princeps conpellit subditos suos ut teneantur ire ad macinandum in molendinis proprijs domini, quoniam ipsa molendina sunt ratione juris publici, & sic de regalibus: secus si de patrimonio particulari ipsius domini Baldus *cons.* 404. *quæritur, utrum dominus, per tot. lib.* 5. *Natta cons.* 106. *lib.* 1. & Tuschus *tom.* 6. *conclus.* 678. *num.* 4. *lit.* P.

76 Ne vero quis † existimet, otiosæ saltem esse speculationis, inquirere, an Molendina aliquid de indole Regaliorum participent; sciendum est, hodiernis temporibus tam in magnorum Principum ac Comitum aulis, quam in consessu liberarum Civitatum ac Nobilium exinde multiplices exstrui consequentias: dum non solum illi, in vim supremæ jurisdictionis, aut superioritatis, per totum suum territorium sæpenumero omnia molendina sui saltem juris esse & proinde vetera privatorum abrogare, novorumque exædificationes prorsus impedire, & hoc amplius pro tot modijs farinæ extra ordinariam collectam inponere ac exigere: Verum etiam utrique suos subditos ad sua molendina bannaria præcise cogere volunt, per id primævam molendi libertatem multis modis circumcidentes & restringentes; unde postea innumeræ querelæ, execrationes, pignerationes, arresta, simultates ac lites modo inter Dominum & subditos, modo inter hos vicinos oriuntur; de quo, etiam me tacente, quotidianus vitæ cursus unumquemque sufficienter edocere potest, quem in hac materia sequitur *Noe Meurer tract.* vom Wasser-Recht *part.* 8. *quæst.* 1. *pag.* 65.

77 Ut igitur intelligant illi † qui eo jure taliter utuntur, qua ratione quove modo ita possessis utantur, ac deinceps bona conscientia utifrui possint, operæ-pretium

erit, in ſequentibus quæſtionibus nonnihil de hac ipſa materia attingere; prævia tamen hac conteſtatione, in jurisdictionum pelago neminem eſſe verſatum, qui non naufragium fecerit, ut faſſus eſt Alciatus *lib. 2.* [illegible] *cap. 1. in fin.* & hac proteſtatione promiſſa, me talia tamque ardua eo minime ſuſcepiſſe conſilio; ſcilicet non ut iſti non movenda moveant, aut jam dudum poſſeſſa invitis dominis extorqueam, ſubditisve eorum inpudenter adblandiar, ut in ſimili ait Heigius *part. 1. quæſt. 15. num. 20.* Sed ut utrosque ſui officij ſaltem placide admoneam, non ignorans, Principem egere ſubſidiarijs pecunijs ac vectigalibus, unde ſumtus neceſſarios faciat, *pulchre* Herman. Latherus *tract. de cenſu per tot.* Chriſtophorus Beſoldus & Cæſ. Bulengerus *lib. de ærario*, Do. Cardin. Tuſchus *tom. 6. concluſ. pract. 679. lit. P.* Carol. Sigonius *de antiq. jur. civ. Rom. lib. 1. cap. 16.* Arn. Clapmar. *lib. 4. de arcan. Rerump. cap. 25.* G. Schönborn. *lib. 4. polit. cap. 19. & ſeqq.* Valent. Winther *lib. 1. Parth. litig. cap. 6. num. 25.* Bertach. *tract. de Gabellis.* Weſenb. *conſil. 45. per tot. p. 1.* Caſpar. Klock *de jure vectigal.* ac viciſſim bonorum ſubditorum eſſe, non rebellare non querelare injuſte Bald. *conſ. 483. num. 2. lib. 1.* non maledicere non addere oleum Camino, ut CL. Dn. Georgius Remus *Spicilegio in Eccleſiaſten Salomonis cap. 10. verſic. 1. & in notis ad Themiſtium pag. 184.* & Waremund. de Ehrenberg *in libello de Regni ſubſidiis, præſertim cap. 4. præter laudatos alios eleganter demonſtrarunt.*

QVÆSTIO X.

An Princeps, Comes, Baro, Civitas Imperialis ac Nobilis, Vigore Regaliorum aut Superioritatis, omnia molendina in territorio ac diſtrictu ſuo ſibi privative adrogare, ac Subditos ſive Cives ab eorundem ædificatione plane arcere queant?

SUMMARIUM.

1 Veritas veritatis gratia indaganda, &c. prævia continuatione.
2 Libertas non privata, ſed publica res eſt; eaque pereunte, perierunt omnia.
3 Ædificare molendinum meræ eſt facultatis.
4 Principes in fluminibus publicis navigabilibus, quæ Regaliorum jure ſibi adſcribunt, quemvis privatum ab exædificatione molendini navalis arcere poſſunt.
5 Idolum Plenitudinis poteſtatis Principalis à multis eruditis in ordinem redactum.
6 Imperator aut Rex tenentur ad ea, quæ ratio naturalis dictat.
7 Imperatori licet pro beneplacito quibusdam jus venandi concedere.
8 Princeps poteſt Nundinas alicui oppido auferre, transferendo illas in aliam civitatem.
9 Magiſtratui ſemper licuit modum privatis præſcribere, quomodo communibus uti deberent.
10 Conſvetudo tolerabilior eſt, quam præſcribtio.
11 Locus Ambroſij adducitur.
12 Privatus prohiberi poteſt, ne pro libitu in mari naviget, aut diſſitas Inſulas adeat. Sed vide nu. 13.
14 Neceſſitas ſæpe in rationem vertitur.
15 Principes meminiſſe debent, ſe non eſſe mercatores, ſed Principes.
16 Monopolium quis proprie exerceat.
17 Avaritiæ nihil nefas eſt.
18 Res, quæ proſunt omnibus univerſaliter, præferuntur ſingularum Perſonarum commodis.
19 Venandi ac aucupandi libertas utplurimum privatis hodie eſt ademta. Vt & vendendi, præſertim ſalis, facultas reſtricta: cum ſimilibus, quod exemplis aliquot demonſtratur.

20 Oeno-

20 Oenopolij habendi jus de conſvetudine Magiſtratus loci ſibi plerumque adrogant.
21 Ioannis Sichardi traditio cum grano ſalis admittitur.
22 Molendina privatorum non poſſunt illis adimi, niſi prius refuſo juſto pretio.
23 Moletrinæ fruſtra habentur, ſi diſtrictu careant.
24 Princeps non poteſt cogere ſubditos, ut ad exædificationem ſuorum molendinorum ipſimet ligna, nullo refuſo pretio, exhibeant. Declara ut num. 33 & 35.
25 Princeps eſt cauſa cauſarum.
26 Deus non dedit juriſdictionem peccandi Principibus.
27 Impenſas utiles quoties quis præſtare teneatur. Et num. 28.
29 Servitia inſolita ſeveriſſime in jure prohibita: & cenſus antiqvus ſubditis reluctantibus augeri nequit.
30 Voces oppreſſorum in cœlum clamant: quod multis exornatur.
31 Homo proprius ad novas domini ædes exſtruendas non tenetur. Limita tamen, ut num. 32.
34 Conſvetudo vetuſta venit adpellatione juris, ac vim habet decreti ac juſtitiæ.

SEcundum methodum hactenus obſervatam, ulterius progredior: & non dubito, quin ſciens prudensq; prope modū, in flammam miſſurus ſit manum is, qui hujus quæſtionis adcuratam determinationem ſibi ſumit; cum adfirmanti à ſubditis invidia ac detractio, neganti vero à Principibus, non plumeas, ſed plumbeas iras gerentibus, exitium inmineat. Verum enimvero quia ad Jurisconſulti officium pertinet χωρὶς προσωποληψίας artem boni & æqui profiteri, jusque ſuum cuique tribuere. *l. 1. ff. de juſtit. & jure* Anton. Hering. *tract. de fidejuſſ. cap. 19. num. 36.* non habitare, ubi juſtitia non adeſt; faciensque juſtitiam ex Chriſto natus eſt, neque is confundetur in tempore malo. Alexander Stiaticus *cap. 24. obſerv. practic. num. 35. 44. 45.* Bonum fac, nec timeas Reges, adclamat Ludovic. Romanus *ſingul. 678.* Jaciamus ſane aleam, expendentes, ex cujus partibus ſecundum hodiernam mundi ſeneſcentis conſvetudinem, veritas ſtare velit: cum judex veritati, quantum poteſt, ſe conformare debeat, quæ eſt mater juſtitiæ, ut notat Corneus *conſil. 319. ad fin. volum. 3.* Carpanus *ad ſtat. Mediol. cap. 92. num. 6.* & qui veritatem dicere non vult, nocere deſideret. *cap. quisquis 1. quæſt. 3. Gloſſ. & Alvarot. ad tit. ſi de inveſt. int. dom. & vaſ. §. 1. nu. 4.* Nam, ut præter hos ait F. Patricius *in libro de ſpatio Phyſico*, Nulla magna † nomina ſunt exhorreſcenda. Res ipſæ, verumq; in rebus, veriq; cauſæ inveſtigandæ, veritas veritatis gratia indaganda: & ſuper omnia amanda *l. cum ita leg. 63* ubi Albericus *D. de condit. & demonſtrat.* latiſſime poſt illos Dominicus Cardinal. Tuſchus *tom. 8. concluſ. practic. 165. 166. 167. lit. V.* Alexander Stiaticus *cap. 22. practic. obſerv. n. 66. 67. 68.* Hieronym. Schurpffius *cent. conſil. 59. num. 1. cent. 2. conſil. 41. num. 1. & 2.* Claudius Prateus *lib. 7. Regul. Juris titul. 2. cap. 1.* & inprimis Johan. Ordelaphus *ad l. fin. tit. de rei vindicat. per tot.*

Et quidem ſubditorum potiſſimum fundamentum in libertate † naturali [quæ non privata, ſed publica res eſt. *l. ſi quis. 53. ff. de fideicom. libert.* ac pecunia nec lui nec reparari poteſt. *l. 9. § 2. D. de ſtatu liberis. l. libertas. 106. D. de Reg. Juris.* qua etiam pereunte, perierunt omnia. *Iſidor. lib. 5. Etymolog. cap. de pœnis.*] eſt ſitum; ex qua illi non inepte deducunt; cum frumenta ſerere, demetere, excutere ſit actus meræ facultatis, unicuiq; hominum citra reſtrictionem, pro habendo victu quotidiano, etiamnum permiſſus: ideo quoq; nemini viam vel modum, talia frumenta in farinam redigendi, intercludendum, non magis, quam ab initio contuſionis ac piſtrinorum furnorumq; uſu mortalibus interdici potuit, ac conſequenter æquo animo ferendum eſſe, ut unusquisq; pro arbitrio non ſolum propriū furnum habeat; ſed etiam aut manuarijs aut jumen-

jumentarijs, vel alijs moletrinis in suo exstructis utatur, tradita per Antonin. Tessaurum *decis.* 16. *num.* 1. *&* 2. Cacheranum *decis. Pedemont.* 17. *num.* 8. *usque ad fin.* & tractata in Consult. constit. Saxon. *lib.* 2. *p.* 5. *quæst.* 4 *per tot.* quam adducit Joach. Scheplitz *ad consvet. March. part.* 4. *titul.* 23. §. 1. *num.* 3. quæ seqvutus est etiam Renatus Choppinus *ad leges Andium lib.* 1. *cap.* 14. & ante eum Jason, Bart. *in l. quo minus. D. de fluminib.* Angelus *in l. ult. D. de usucap.* Item Wesenb. *Consil.* 34. *&* 67. *per tot.* Dn. Rutg. Rulant *decis.* 24. & Johan. Copus *decis.* 20.

3 Quandoquidem † ædificare molendinũ meræ est facultatis *inf. quæst.* 11. *num.* 5. 66. Johan. Francisc. *à Ripa in d. l. quo minus nu.* 134. *D. de flumin.* Johan. Borcholt. *in cap. unico. Quæ sint Regalia num.* 34. Ludolph. Schraderus *de feud. part.* 6. *cap.* 6. *num.* 117. *versicul. secundo hoc fallit.* & qui concedit antecedens, concedere etiam censetur consequens *l. illud D. ad L. Aquil. textus* ad hanc rem non incommodi *in l. illud* 77. *D. de acquirend. vel omitt. hered. l.* 1. §. 1. *D. si ususfruct. petat. l. Divus* 22. *in princip. D. de usu & habit.* Angelus à Gambilionibus Aretinus *ad §. idemq; juris num.* 1. *Inst. quib. ex caus. manum. non lic.* Udal. Zasius *consil.* 15. *num.* 3. *lib.* 1. Stephan. de Phedericis *tract. de interpr. leg. part.* 1. *memb.* 2. *nu.* 90. 104. *pag. mihi* 51. 53. Cravetta *consil.* 75. *n.* 27. *& consil.* 79. *num.* 4. Mascardus *conclus.* 102. Gabr. Romanus *titul. de præsumt. concl.* 7. Cl. Prateus *lib.* 2. *regul. juris tit.* 8. ac contra, destructo antecedente, destruitur & consequens *l. si homo mortuus*, *ubi* Bald. *de verb. oblig. Gloss. in l. cum qui, in princ. De publ. in rem act.* Tiraquel. *in LL. connub. gloss.* 5. *num.* 194.

4 Et ut maxime dici posset, Principes † in fluminibus publicis navigabilibus, quæ sibi Regaliorum jure adscribunt, quemvis privatum ab exædificatione Molendini navalis arcere posse, quæst. 15. & 16. non tamen eadem ratione fundati esse videntur, ut si quis ad præterfluentem in agro suo scaturientis fontis aquam, moletrinam aquaticam, sive alatam ædificare intendat, eumdem prohibeant; cum utique id quod Principibus licet, in suo, subditis etiam concedendum sit in proprio Schraderus *ad §.* 15. *nu.* 22. *Instit. de rer. divis.* quippe quibus & alia quælibet habitationi adcommoda ædificia in suo exstruere haut sit vetitum, sed concessum; inter quæ & molendina parum aut nihil discriminis esse videtur, per ea, quæ alibi à me sunt allata. Quod utique & sancta vetustas in considerationem traxisse videtur, dum unicuique privato in privatis ædibus ac prædijs, ac fere domesticatim moletrinas suas habere permisit, ut retro ostendi *quæst.* 7. *num.* 2. Schraderus *ad §.* 5. *num.* 5. *usque ad num.* 14. *Instit. de rer. divis.* cujus licentiæ vestigia adhuc in multis locis obcurrunt; privatis etiamnum sua molendina, citra contradictionem vel impeditionem Principum, possidentibus: ad quorum exemplum se quoque alij boni Principes merito conformare debeant. Maxime, quia Andreas Rauchbar *quæst. suar. part.* 1. *qu.* 27. *num.* 12. scribere non est veritus: Illam legem, qua dominus subditis suis mandat ac præcipit, ne alibi molant quam in suo molendino, aut simile quid jubeat, quod ante libertati ac libero arbitrio subditorum relictum erat, iniquam, injustam & naturali libertati contrariam esse. A cujus partibus etiam stat Renatus Choppinus *ad leges Andium lib.* 1. *tit.* 14. *pag.* 202. 203. & Petrus Friderus Mindanus *de mandat. jud. libr.* 2. *tit.* 38. *§.* 3. inquiens: Ad suum ipsius

ipſius ſolius uſum, molendinum erigere quem in ſuo fundo liberrime poſſe lege municipali, ſi quæ ſit, non obſtante, utpote quæ de uſu publico in dubio tantum accipienda. Nec longe abit Weſenbecius *conſ. 67. num. 27 part. 2.* adſtruens: Cum facere molendinum in ſuo non ſit actus jurisdictionis, ſed dominij; ideo etiam, licet Dominus loci habeat molendinum, non tamen poſſe prohiberi unum ex ſubditis aliud ædificare. *Ex Chaſſan. ad conſvet. Burg. Rubr. de foreſts.* §. *ult. num.* 1. Decio *conſ.* 244. Julio Claro (qui Communem appellat) *§. feudum q.* 30. quibus calculum adjicit Roſenthal *de feudis cap.* 5. *concl.* 26. *gloſſa B.*

Sed ut ut hæc & ſimilia argumenta pro ſubditis in magna copia colligi poſſent: conſideratis tamen omnibus circumſtantijs potius eſſe jus Principum intrepide concludo. Non urgeo quidem pro iſta opi-5 nione ſtabilienda Idolum † illud plenitudinis poteſtatis Principalis, tantopere à multis decantatum; & egregie rurſus in ordinem redactum per Frider. Pruckman *in §. ſoluta poteſtas. cap.* 2. & 3. Warem. de Erenberg *in tract. de regni ſubſid. & oner. ſubdit. cap.* 15. Cæl. Mancinum & Joh. Nordermannum *tract. de jure principat.* Sed hoc ſaltem inſtillo, Principes hancce poteſtatem partim ex jure inveſtiturarum conſequi, partim etiam eandem illis ob Reipublicæ communem ſalutem, quæ ſuprema lex eſt, merito adtribui & conpetere; cum prohibitionis cauſis alijs apud Schraderum *d.* §. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12 13. *Inſt. de rer. diviſ.* & ita accipio de hoc caſu tradita Caſpari Ziegleri *ad pract. Calvoli* §. *nobiles cond. commu.* 1. *num.* 201. & 202.

Quia enim plerisque Principibus ac Comitibus jus molendina in ſuo territorio habendi privative *hoc eſt* cum poteſtate alios prohibendi hodie ab Imperatore aut Rege inveſtiente conceditur, ut deinceps peculiari quæſtione demonſtrabo; quis dubitaverit, exinde quoque ſequi, penes illos vim quoque ac arbitrium eſſe num ferre velint ſubditos, indiſcriminatim huic juri, per inveſtituram quæſito, per exædificationem moletrinarum ſe opponentes? M. Anton. *Natta conſil.* 106. *num.* 1. Franciſcus Marcus *deciſ.* 584. *num.* 2. *part.* 2.

Quod ſi horum patientia, tali prohibitioni, juri inveſtiturarum innixæ, ac diuturnæ poſſeſſioni adcedat, omne quidem vitium purgatur, ac ſiniſtra præſumtione excluſa, pleniſſima naſcitur ſecuritas; nulla admiſſa quæſtione de violentia aut titulo, juxta ea quæ tradiderunt Petr. Heigius *d. quæſt.* 15. *num.* 50. Antonin. Teſſaurus *d. deciſ.* 16. *num.* 4. *in fine. num.* 9. 10. & 13 nec non Joan. Borcholten *in cap. unico. Quæ ſint Regalia num.* 37. & Ludolph. Schraderus *tract. feud. part.* 6. *cap.* 6. *num.* 117. *verſicul. ſecundo hoc fallit, & ad tit. Inſtitut. de rer. diviſ.* §. 5. *num.* 64. & 96. Georgius Mohr *in tract. de renat. cap.* 2. *numer.* 33. *part.* 1.

Neque audiendi hic ſunt ſubditi, conquerentes, Imperatorem aut Regem talem prærogativam ad prætenſam libertatem eorum naturalem diminuendam in Principes, Comites, Civitates, aut Nobiles transferre non poſſe, per ea quæ tradunt Schurffius *conſil.* 32. *in princ. centur.* 1. & Cacheranus *d. deciſ.* 17. cum teneantur † ad ea, quæ 6 ratio naturalis dictat, Jaſon *in l.* 1. *num.* 27. *volum.* 2. ac qua ſibi DEUM menſura metiri velint, eadem quoq; ſubditis metiri debeant. *Tiber. Decian. conſil.* 2. *n.* 112. *vol.* 1. Ac præterea ut recte dixit M. Terentius apud

Cor-

Cornelium Tacitum *lib. 6. annal. Non eſt noſtrum æſtimare, quem ſupra cæteros, & quibus de cauſis extollat. Ipſi ſummum rerum judicium Dij dedere, nobis obſequij gloria relicta eſt.* Eſt pulchre Juſtinus *Apologia 2. Deum ſolum adoramus. Vobis autem in aliis rebus læti ſervimus, regesq; vos & principes hominum profitemur.* Nec minus vere Rex Gothicus apud Caſſiodorum: Quam maxime, inquit, cauſa Regiæ dignitatis ſupernis eſt applicanda judicijs: quia ipſe nihilominus ordinavit, cui ſuos populos parere cognoſcit *lib. 10. var. epiſt. 31.*

Unde etiam probe defendi poteſt ſententia Riminaldi junioris *in conſil. 35. n. 14.* adſerentis, Imperatori † licere pro beneplacito quibusdam jus venandi concedere, alijs denegare. Cui conſonum eſt, quod † Princeps quoque nundinas poſſit auferre alicui oppido vel civitati, eas in aliam civitatem transferendo; quamvis illas per longiſſimum tempus, etiam hominis memoriam excedens, exercuerit; late M. Anton. Natta (quem Juriſconſultum inter reſpondentes de jure, poſt Alexandrum ſua ſententia primas obtinentem vocat Baptiſta Aymus Parmenſis *tract. de alluvion. lib. 2. c. 18. in princ.*) *conſil. 555. & conſ. 512.* Antonin. Teſſaurus *deciſ. 264. num. 3.* Huc faciunt illa omnia quæ fuſe conpilavit Thuſcus *d. tom. 6. lit. P. concl. 677. cum multis ſeqq.* Diſſentit Alciatus *conſil. 24. tom. 2. lib. 5.* Cephalus *conſ. 342. lib. 3.* Cravetta *conſ. 640.* & poſt Knichen ac Joh. Cammannum Joachimus Scheplitz *ad conſvet. March. part. 4. tit. 6. §. 5. num. 6. p. m. 434.* Ad eamdem controverſiam faciunt, quæ ſcribſit Arius Pinellus. *in rubr. de reſcind. vendit. part. 1. cap. 3.*

Præterea illam ipſam conceſſionem Principibus factam, molendina privative habendi, ſubditis in rei veritate magis proficere, quam obeſſe, res ipſa ſatis ſuperque clamat & oſtendit, ſicque ſententia tam utiliſſima prævalere ac quotidie obtinere debet exemplo *l. certe ſi interim 6. §. fin. D. de precar.* Si enim omnibus ſubditis in commune permitteretur, molendina tam aquatica, quam quælibet alia in ſuo quotidie exſtruere & ædificare, quis quæſo, (cum ſtultitiam patiantur opes) eſſet modus hac in re futurus? Quales fierent ſumtus? Quanta naſcitura eſſet æmulatio? Ligna certe ac molares vix tali libidini ſufficerent, imo & unum molendinum alterum plane everteret ac annihilaret: quæ vel ſingula tanti ſunt momenti, ut melius ſit, gubernationis ſublevandæ cauſa (ob quam etiam onerum & tributorum ratio præcipue eſt introducta) ad Principes ſive Dynaſtas talem facultatem redire, quam promiſcue & indiſcriminatim ſubditos; qui cum matre filiorum Zebedei plerumque ignorant, quid petant; ac contra propria in ſuis conſilijs laborant commoda, in certiſſimam perniciem ea abuti, *argumento l. non eſt ſingulis ubi Dd. ff. de Reg. Juris.*

Præſertim quia ipſis hac ratione nihil decedit, quia potius parcitur exædificationis ſumtibus non adſpernandis, & moletrinarum illarum privatarum Dominis via quodammodo præcluditur, quo minus convicinos ſuos per iniquam macinam decipiant & expilent. Quod utique in caſu ſimili prudenter conſiderat Antonin. Theſſaurus *deciſ. 16. num. 10. verſicul. Tertia iſtius regulæ.* Inde illuſtris Joſ. Scaligeri jambi:

Princeps colendus hactenus ſit, quatenus
Tibi licere & expedire ſcis ei.
Homo ſecundus a Deo, acceptum ferens
Deo, quod ipſe eſt unico minor Deo.

Hinc

9 Hinc etiam factum videmus, quod † semper Magistratui, causarum momentis (ut ait Amianus Marcellinus *lib.22.*) æquo jure perpensis, licuerit modum privatis præscribere, quomodo communibus uti deberent. *l. littora D. Ne quid in loco publico. Bapt. Aymus d. tract. de alluvion. lib. 1. cap. 9. §. 2. num. 2.* Petrus Heigius *d. quæst. 15. num. 36.* ubi *num. 38.* recte subjicit: Licuisse semper juris Naturalis æquitatem communibus & publicis Necessitatibus ad modum convenientem adtemperare; nam si omnibus hominibus utendi rebus omnibus plena & libera semper esset potestas, nemo deinceps proprium aliquid esset habiturus. Ut nimis vere dixerit Gregorius PP. *Epistola 120. summum in Regibus bonum est, justitiam colere, ac sua cuique jura servare, & subjectis non sinere, quod potestatis est fieri, sed quod æquum est, custodire.* Neque quidquam in contrarium facit, inane illud velum prætensæ libertatis & αὐτονομίας, de quo supra mentionem feci. Esto enim, eo ipso, quod Principibus, Comitibus, Baronibus, Civitatibus aut Nobilibus indulgetur, ut ipsis solis liceat molendina ædificare & habere, nonnihil lucri aut commodi uni atque alteri homini plebeio decedere; non tamen inde nascitur, talis iniquitas, quæ non abunde bono publico recompensetur. Quo spectat illud aureum Cornelii Taciti: *Habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod contra singulos utilitate publica rependitur. Adde quæst. 15. num. 14.* Et cui bono non placuit illa sententia Plutarchi: *A justitia in parvis rebus nonnunquam abeundum, si velimus eam salvam in magnis?* Quippe ex opinione Catonis, illa lex satis commoda est, quæ majori parti, & in summa prodest. Unde etiam Plinius in Panegyrico Trajani *pag. 32. scribsit: Onera imperii, pleraque vectigalia institui, ut pro utilitate communi: ita singulorum injuriis coegerunt.* Et testatur Cassiodorus: quod alias quoque Princeps multo plus conferat in subditos, quam subditi in Principem. *lib. 6. epist. 24.*

Et ut maxime de jure subditorum anxie quis disputare hoc loco intendat; in contrarium tamen jam consuetudo est, quæ cum rationem habeat, neutiquam insolens aut iniqua videri debet, per tradita *infra num. 19. 20. 32. 33. 34. quæst. 11. num. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 75. 107. 111. & Bened. Bononin. tract. de censib. art. 41.* Imprimis quia † multo tolerabilior est consuetudo, quam præscribtio Balbus *de præscribt. 4. part. quintæ principalis quæst. 6. num. 2. insi. num. 34. ex Anthon. Fabro. à qua etiam multis modis differt, ut inducit Tuschus tom. 2. lit. C. conclus. pract. 81. per tot. & junge commenta argutissima Bert. Argentræi ex consuetud. Britann. tit. 14. in Protheor. num. 8. 9. 10.* 10 Principes certe ut utar † verbis D. Ambrosii *lib. 5. Hexam. cap. 30. hodie spacia maris sibi vindicant jure mancipii pisciumque jura sicut vernaculorum conditione sibi servitii subjecta commemorant. Iste, inquit, sinus maris meus est, ille alterius. Dividunt sibi Elementa potentes.* 11

12 Quod si etiam † aliquis privatus prohiberi potest, ne pro lubitu in mari, cujus usus tamen communis est omnium, & natura omnibus patet, *l. venditor. ff. Commun. prædior. l. littora D. Ne quid in loco publico*, naviget, dissitasque Insulas, ab aliis prius occupatas & juri eorum subjectas, sine impetrata licentia adeat; prout Regem Hispaniarum ac Regem Daniæ facere videmus: quorum iste navigantes ab aditu in Novum & Occiduum orbem, hic vero à

tranſitu per Hellespontum Danicum ad Islandos & Ferroenſes arcet, juxta tradita per Joan. de Platea & Angelum Aret. *in §. flumina. Inſtit. de rer. diviſ.* & eundem Angelum *in conſil. 290. Thema tale eſt.* Franciſc. Balbum *de præſcript. 4. part. quint. part. principal. quæſt. 6.* Benuenut Stracham *in tract. de navigat. num. 6. & 7.* Hieron. Schurff. *conſil. 29. centur. 3.* Cæpollam *in tract. ſervit. urban. prædior. c. 16. num. 3. & 4.* ubi ſtatuit: Venetos, tamquam ſuperiorem non recognoſcentes, omnes homines prohibere poſſe, ne per eorum mare ſive Golfum navigent; Quamquam † horum ſententiam, quoad juris diſputationem, inſanam ac ineptam eſſe putat Ferdinandus Vaſquius *lib. 2. controverſ. illuſt. cap. 89. num. 30. & 31.* à quo non diſſentit Rodericus Suarez. *in conſilio de uſu maris. num. 4. 13. &. 14.* (quod ego hac vice, tamquam πάρεργον, lectoremque ad Hugonem Grotium *in libro cui tit. mare liberum.* & Joan. Bodinum *de Repub. lib. 6. cap. 2. mihi pag. 1016. & 1017.* remittens, indiſcuſſum relinquo;) quidni etiam Princeps vel Comes, jure inveſtiturarum Cæſariarum vel Regalium audjutus, & dum jura Imperialia & Regalia habet, etiam in quaſi poſſeſſione plenitudinis poteſtatis conſtitutus, juxta Nattam *in conſil. 661. ſub num. 18.* & Ludovic. Rudolfin. de Sablonetta *in tract. de ſuprema princip. poteſt. cap. 2. numer. 9. & 10.* dicentes, ita uſu receptum eſſe; ex rationalibus cauſis poteſtatem exſtruendorum molendinorum ſibi ſoli privativè adroget & vindicet, uſu eorundem rurſus pro exigua recompenſa in omnes ſuos ſubditos largiſſimè derivato? Quandoquidem in rationem ſæpè † vertitur neceſſitas, teſte Q. Curtio *lib. 4. mihi pag. 77.* ac aliquando curam Reipublicæ ad Senatum deducit *l. 2. §. Deinde quia difficile. D. de origin. Iuris.* Videturque eo ipſo Princeps vel Comes non tàm ſuum commodum agere, quàm pro ſubditis conſilium capere, multas rixas & contentiones, ex promiſcua ædificatione molendinorum inter potentes ac egenos proculdubio oborituras, fortaſſis etiam ſubſequuturas rei familiaris adtenuationes, prudenter præcavendo. Nam ut in ſimili ſcribſit Juſtinus, *lib. 8. Græciæ civitates dum imperare ſingulæ cupiunt, imperium omnes perdiderunt, quippe in mutuum exitium ſine modo ruentes, non niſi omnibus perire, quod ſingulæ amitterent, non niſi oppreſſæ ſenſerunt.* Nec minus rectè dixit Polyb. *lib. 5. Hoc præcipuè & in publicis & privatis rebus uſu venire ſolere, cum incœpta noſtra deſerunt ſucceſſus & ſumptus.*

[margin: 13] [margin: 14]

Multò minus admittendum eſt, ſi quis inprudenter objiciat, per hanc ipſam, quam defendimus, privativam adrogationem moletrinarum ædificandarum, Principes, Comites ac alios quodammodò vitium Monopolii incurrere, ac libertatem commerciorum jure gentium introductam tollere, *juxta l. unic. C. de Monopoliis l. ex hoc jure. D. de juſtit. & jure l. 1. D. de contrah. empt.* Reichs-Abſchied / *de anno* 1548. Innocent. Abbat. & Decium *in c. ſignificante, de appellat.* Cacheran. *deciſ. 17. num. 16.* Cravettam *de antiquit. tempor. part. 4. §. circa promiſſa num. 4. verſicul. Imo ſi videatur.* Thomam Grammatic. *deciſ. 100. numer. 12.* Petrum Denayſium *di jure Camerali, Rubrica, Monopolia, §. 8.* Cùm tamen Principes † meminiſſe debeant, ſe non mercatores, ſed Principes eſſe, ut Alexander

[margin: 15]

Magnus

Magnus apud Quintum Curtium Parmenioni respondebat! & temperamentum adfert Theodoricus Rex apud Cassiodorum, *libr. 2. var. Epist.* 30. multò magis cum negotiationum naturam redolentia Nobilibus quoque sub pœna amissionis nobilitatis, non sine argumento sint interdicta, Andr. Knichen *part. 2. de vestitut. paction. cap.* 4. *numer.* 93. 94. 95. 96. 97. Franciscus Pfeil *consil. 202. discursim cent. 2.* Philippus Henric. Hænonius *d. disp. polit. 5. th.* 98. *supra quæst.* 1. *numer.* 74. & inprimis Herman. Latherus *tractat. de censu lib. 3. cap.* 13.

16 Quia enim Monopolium † tum demum propriè exercetur, quando penes unum est vendendi potestas, *hoc est*, cum unus, vel cum paucis solum admissis, exercet ac emit aliquod mercaturæ genus, ut solus pro arbitrio pretium statuat ac vendat; eoque ipso, quod auget pretia rerum, suæ deservit avaritiæ, ac aliis nocet omnibus, tollit verum permutationis & succedentis emtionis ac venditionis usum. *d. l. unic. C. de Monopol. l. 2. D. ad l. Iul. de annona.* Petrus Rebuffus *de mag. artif. & monop. illic. artic.* 4. *glossa* 2. Barnabas Cornazzanus *decis.* 127. *numer.* 10. & 11. adde Guidon. Papæ *consil.* 211. *num.* 1. Tib. Decianum *lib. 7. tract. crimin. cap.* 21. Menochium *lib. 2. arbitr. Iud. quæst. cas.* 569. Johan. Althus. *cap.* 32. *polit. num.* 20. 22. *cum seqq.* & confer Latherum *lib.* 3. *cap.* 14. Joh. Bodinum *de Repub. lib. 6. cap.* 2. *mihi pag.* 1017. *aliàs pag.* 651. ubi exemplum de Alphonso Rege Neapolitano adfert!

Princeps verò aut Comes privilegio Augustali suffultus, ac ex eo fundamẽto in territorio suo molctrinas aquaticas, vento agitatas aut similes, magnis sæpènumero impensis (ut experientia testatur) ædificans, ac sartas tectas conservans, non hoc eo animo facit; ut saltem damnabili † suæ avaritiæ 17 (cum non avarus, prout mulier, esse debeat, Petr. Ancharanus *cons.* 359. *num.* 8. quod genus hominum est avarissimum, post Gloss. Bart. Barbat. & Tiraq. dicente Polyd. Ripa *tract. de noct. temp. cap.* 16. *num.* 85) cui alias, ut post Sciaticum *cap.* 24. *observ. pract. nu.* 18. 19. 20. & Hieron. Schurpff. *cent.* 1. *consil.* 90. *num.* 12. verum cum Q. Curtio fatear, nihil nefas est, deserviat, aut subditos ab usu omnis molituræ prorsus excludat, injustumve pretium pro ea statuat; sed ut illis omnibus ac singulis principaliter, in consequentiam vero sibi ipsi, per acceptionem exiguæ macinæ, pro numero modiorum frumenti, usui sit ac prosit;

Qua fronte eum pro iniquo Monopola, aut annonæ ac commerciorum flagellatore proclamabimus? Res equidẽ, † quæ pro- 18 sunt omnibus universaliter præferuntur singularium personarum commodis. Alexand. *in consil.* 190. *num.* 13. & *consil.* 216. *num.* 29. *vol.* 2. Ren. Choppinus *d. lib. 1. leg. And. cap.* 18. *num.* 3. 4. Hieron. Schurpffius *cent.* 2. *consil.* 60. *num.* 8. & 9. *infr. quæst.* 11. *num.* 92. & 93. Erimusne tàm iniqui rerum æstimatores, ut hoc Principi aut Comiti invideamus, quod tamen vicino nostro plebeio molendinum habenti, (nisi forte integrum frumentũ momore ver terũ devorare libeat) pro officio lituræ neutiquã denegare poterimus? Certè quòd non illegitimo modo in Principis do niniũ venit, ab illo potius administrari debet, quàm à privato, nec Principi negandа est utilitas, ut detur subdito ac privato, præsertim cum ea non planè titulo lucrati-

vo, sed potius oneroso ad eum defluat. *l.* 1. §. *denique ait. D. de aqua & aqua pluv. arcend. act.* probat Johan. *Koppen. decis.* 19. *num.* 10. & 11.

Attendamus, quæso, quam multa hodie facta sint jurisdictione privata & propria, quæ naturali jure ab initio fuerunt communia, quippe necesse fuit, invalescente hominum malitia, rerum communionem ad certas necessitatum vices contrahere, ne si omnium libidini promiscue omnia paterent, singuli multis necessariis carerent, juxta *l. jus civile. 6. D. de justit. & jure.* Petrum Heigium *d. quæst.* 15. *num.* 35. 36. 37. & 38. Cui succenturiatur Eguinarius Baro *in* §. *singulorum instit. de rer. divis. mihi pag.* 102. inquiens: Etsi jus naturale est inmutabile, ita ut ab eo in totum nunquam recedat jus civile, quod tamen modum præscribat, pro loco, pro tempore, pro personarum conditione, pro moribus cujusque regionis, ut quod in genere justum sit, in singulis quoque partibus recta ratione sapientis regatur, & rebus communibus, homines sine injuria utantur.

19 Consideremus præter anteriora & † viva hujus rei exempla. *Quid magis est commune quàm aër: Nec solem proprium natura nec aëra fecit, cecinit,* 6. *Metam.* Ovid. *Attamen prohiberi quis potest, ne eum malis odoribus inficiat. l. un. D. de via pub.* ne in suo quis erigat molendinum πνευματικὸν sive ventosum, nisi aërem à Principe regalia habente redemerit, auctore Joh. Gryphiandro *tract. de Insulis, cap.* 11. *num.* 27. Sic littorum & fluminum usum comunem esse quis nescit? His tamen aliquis arceri poterit. *l.* 13. §. 7. *in fi. D. de injur. q.* 15. 16. & si quoquo modo illorum usus deterior futurus esset *l. littora D. ne quid in loc. publ.* Schrader. de his late *in comment. ad Instit.* §. 19. & 21. *de rer. divis.* Imo pro aëre & umbra quidam vectigal exegerunt. Cujac. *lib.* 10. *obs. cap.* 7. & Mascard. putat etiam in aëre habere Principem jurisdictionem *concl.* 403. *num.* 3. Sicut & aquæ territorium, post Oldrad. & Bald. agnoscit Knichen *in repet. cap.* 1. *de ju. territ. num.* 27. *infr. quæst.* 16. *num.* 26. & mare dici districtum, factumque in mari nuncupari factum in territorio, probare conatus fuit Pet. Gerard. de Betrasancta *singul.* 15. *n.* 1. & unum idemque esse territorium, quod eminet super aquas, & quod inmergitur aquis, inquit Boer. *decis.* 352. *num.* 4. Hieron. de Monte *tract. finium regund. cap.* 7. *num.* 7. 8. 9. Ridiculum aliud de Philosophis Politicisque in specie dictis, castra & nescio quæ in aëre exstruentibus, lege apud Boerium *decis.* 320. *num.* 3. Jac. Wern. Kyllingerum *tract. de Ganerb. Castror. disc.* 8. *num.* 89. 90.

Quid porro liberius esse debebat, quàm venari, aucupari, emere, vendere, cerevisiam coquere, vinum habere venale, de similibus ut nihil dicam? & tamen ut venandi & aucupandi libertas ut plurimum privatis est ademta, ac Principibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus aut aliis privative concessa & indulta; & sic eorum imperio effectum, ne, quod nullius privati in bonis est, acquiri possit amplius, sicut Heig. *d. q.* 15. Wesenb. *in Paratit. D. de acquir. rer. dom.* Frider. Pruckman. *in tract. de Regal. lib.* §. *venatio.* Andr. Fachinæus *controvers. juris. lib.* 1. *cap.* 1. Eberhard. Speckhane *centur.* 1. *quæst.* 97. Andr. Knichen *ad privileg. Saxonic. cap.* 5. *Rubrica.* Walde / Wildbane / Jagen. Henric. à Rosenthal *de feudis part.* 1. *cap.* 5. *conclus.* 24. Henric. Bocerus *class.* 5. *disp.* 3. *th.* 18. 19. 20. 21. & *tract. de Regal. cap.* 1. *num.* 30. & *multis*

multis seqq. usque ad num. 69. Ludov. Rudolfin. de Sablonetta *de suprema seu absolut. princip. potestat. cap. 6. numer.* 123. *& seqq.* Marcus Licklana IC. Phrysius *lib. 3. Membran. Eclog. 9.* Didac. Covar. *in relect. regulæ peccatum de R. I. in 6. §. 8. 2. part. relect.* Franc. Zoanet. *lib. sing. de venat. german. & in tract. de emt. & vendit. lib. 2. numer. 145. cum multis seqq.* And. Tiraq. *de nobil. cap. 37. numer. 150. cum aliquot seqq. & precedd.* Schurff. *consil. 1. cent. 3. per tot.* Eberhard. à Weihe/ *in tract. de jurisdict. cap. quænam pertin. ad mer. imp.* Johan. Borcholt. *in §. feræ Inst. de rer. divis.* Decius *consil. 197. col. 2. num. 2.* refer. Aym. Cravet. *cons. 238.* Helf. Ulr. Hunn. *libr. 2. var. resol. tract. 1. quæst.* 14. Domin. Arum. *exerc. Iustin.* 4. *th. 9.* Rol. à Valle 2. *cons. 9.* Tib. Decian. 2. *cons. 13. numer. 97.* quosque nominat Polyd. Ripa *d. tr. de noct. temp. cap.* 14. *num.* 1. & adducit Tuschus *tom. 6. concl.* 678. *n.* 18. *19. 20. 21. 22. lit. P. imprimis tom.* 8. *lit. V. conclus.* 41. adcuratè ostenderunt, consentientibus novissimis Theologis nostris D. D. Gesnero & Rungio *in comment. ad 27. cap. Geneseos*, junctis scripturæ locis Baruch. *cap. 3. ℣. 16.* Jerem. 28. *℣. 14. in fin. & 27. vers. 6.* Daniel 2. *vers.* 38.

Ita etiam sæpè numero restricta ac circumcisa est vendendi ac emendi libertas promiscua, secundum *l.* 1. *& 2. (quæ res exportari non debeant.* Joan. Bodin. *de Republ. lib. 6. cap. 2.* dixit Anton. Hering. *in tract. suo de fidejuss. cap. 7. numer. 233.* & vide quibus diserta oratione disputat. CL. DN. Præc. Andr. Dinner. *in tract. de precio populi anno. quæst. 3.* In tantum, ut Athenis fuerit lex usitatissima, vetustissima, eaque optima: Ut nemini liceret quidquam publicæ mercis vel emere vel vendere, nisi pretio prius à Philosopho quopiam præfinito; veluti commemorat Anton. de Guevara *in horolog. Princip. lib. 2. cap. 37. mihi pag. 506.* qui interdum tamen audacissimè multa confingit, nusquam alibi lecta: extra quem casum fateor ipsum esse virum magnum ac profundæ eruditionis & experientiæ, judicio Philippi Hænonji *disputat. polit. 5. thes. 18. pag. 223.* Præterea licet alienum agrum invito Domino non possim ingredi *l. per agrum Cod. de serv. & aqua cum simul.* etiam ad quærendum thesaurum *l. 1. §. de alienis Cod. de thesaur. lib. 10.* tamen si in fundo alieno dicitur esse vena lapidis vel ferri, possum tamquam bonus magister invito domino intrare; quia in hoc versatur publica utilitas, ut est Glossa singularis *in l. 3. juncta l. quosdam Cod. de metal. lib. 11.* Ludovicus Romanus *ad l. sed & Iulianus §. quod dicitur D. ad Macedon.* Antonius Corsetus *in singul. lit. E. verb. expensa* 1. *numero* 2. Pariter multa olim communia, nunc ad Principum Regalia spectant in tantum, ut exempli gratia, licet quis habeat jus piscandi in flumine publico (vocant Fischwasser/ quod conceditur intra certos cancellos) nihilominus præscribere possit Princeps instrumentis piscatoriis modum, ne insolitis investiti utantur, utputà majoribus excipulis, mit grossen Reussen/ apud Schurpffium *cons. 18. num. 2. & per tot. cent. 3.* ref. Andr. Knichen *in comment. de Saxon. non provoc. ju. verb. Ducum. Saxon. cap. 5. num. 172. p. m. 223. juncto supra num. 9. hujus quæst. 10.* Paulo Busio *ad l. 3. num. 6. D. de acquirend. rer. domin.*

Quis etiam ignorat, multis in locis de 20 consuetudine jus Oenopolii † non ad privatos,

vatos, ſed ad magiſtratum loci pertinere, Civitatesque multas privilegio gaudere, ne infra milliare circum circa habeatur vinum, vel cereviſia extera venalis; ne fiant decoctiones cereviſiæ; ne ab aliis quàm à Dominis cereviſiam ſubditi emant; ne habitent artifices vel Mechanici in ſuburbiis vel villis adjacentibus, neve ſubditi alio, quàm uno eoque certo artifice utantur? Et tamen talis conſuetudo, tale privilegium, iniquitatis non prorſus damnatur; ſed reſpectu publicæ alicujus utilitatis admittitur, ut conſtat ex textu & gloſſa Landrecht/ *libr. 3. art. 66. in princ.* at inplicitè innuunt Hieron. Schurffius *conſil.* 14. *num.* 2. *& conſil.* 32. *centur.* 1. & Andr. Rauchbart *quæſt.* 12. *pag.* 2. quem adducit Joachim. Scheplitz. *ad conſuet. March. part.* 4. *tit.* 17. §. 1. *num.* 3. *juncto tit.* 16. & Modeſtin. Piſtoris (quem ſummum feudiſtam vocat Johan. Niellius *diſp. feud.* 1. *th.* 10.) *part.* 2. *quæſt.* 84. Sicque & Monopolium quandoque conceſſum, Boterus *lib.* 8. *de polit. rectè inſtit.* Althuſ. *cap.* 17. *polit. num.* 23. *& cap.* 32. *num.* 21. Pet. Martyr. *ad lib.* 1. *Reg. cap.* 10. Barthol. Keckermannus *in curſu philoſophico diſpp. pract.* 31. *probl.* 9. *p. m.* 196. Neque enim ideo libertas juris gentium omninò ſublata eſſe dicitur, ſed tantum per cautiones inminuta ac limitata, ad quod ſe Principis poteſtas extendit, accedente inprimis rationabili cauſa, *l. fin. ubi gloſſa & DD. C. ſi contra jus vel util. public. infra quæſt.* 11. *num.* 90. Carolus Tapia *in repetit. l. final. D. de conſtit. princip. cap.* 1. *num.* 41. *cum ſeqq.* Hieron. à Laurentiis *deciſ.* 127. *num.* 1. prolixè Petrus à Petra *tract. de poteſtat. Principis.* §. *ſupereſt modo videre*; & alii à me hinc inde conſignati. Nonne etiam Salinæ olim privati fuerunt juris, & eorum arbitrio permiſſæ, in quorum fundis & finibus reperiebantur? Nemo certè id fideliter negaverit, niſi in faciem contradicere malit jurisconſultis *in l. forma* §. *ſalinæ. D. de cenſibus. l. magis puto cum l. præced.* 4. 5. *D. de reb. eor. qui ſub tut. l. generali* 32. §. *uxori* 2. *&* §. *eidem quæſiit* 3. *D. de uſu & uſufr. legat. l.* 1. *poſt princ. D. quod cujusque univer. nom.* Cujacius *lib.* 3. *obſervat. obſer.* 31. Renat. Choppin. *de Doman. Franciæ lib.* 1. *cap. ult. num.* 15. Henr. Bocerus *tract. de Regal. cap.* 3. *num.* 148. Quod fortaſſis etiam movit Petrum Rebuffum *in l. inter publ. verb. ſalinarum. D. de verb. ſignificat.* ut ſtatuerit Principem non poſſe privatis adimere ſalinas, niſi data æſtimatione. At ſequentibus temporibus eo res deducta, ut ſalinæ, privatis ademtæ, fiſco principali cœperint addici; qui & ipſe vectigalibus ſalinariæ annonæ non contentus, mancipibus ſolis jus vendendi ſalis eſſe voluerit, & horum collegia abprobaverit, *l. ſi quis* 11. *Cod. de vectigal. & commiſſ. l.* 1. *in princ. D. quod cujusque univerſ. nom. d. l. inter publica.* §. 1. *D. de verbor. ſignif.* ubi noviſſime Joan. Gœddæus *l. liber homo.* §. 1. *D. de hered. inſtit. l. ſed & hi. juncta l.* 1. §. 1. *& l. quantæ.* §. *ult. D. de publican.* Alvarottus *in c. unico. num.* 7. *quæ ſint Regalia.* Dominic. Tuſchus *tom.* 7. *concluſ. pract.* 16. *lit. S.* Henricus Bocerus *d. cap.* 3. *num.* 175. pulchre Petr. Heigius *part.* 1. *quæſt.* 14. *num.* 20. *&* 21. & Bertrandus Argentræus *ad conſuet. Britan. tract.* 2. *art.* 56. *num.* 38. *pag.* 229. Cæſ. Bulengerus *tract. de vectigal.* Bulla Caruli IV. *in conſtit. inter ſolicitudines.* §. *præſenti conſtitutione.* Non aliter, ac hodie quoque in ſale vendendo

dendo Monopalia licite ex superiorum permissione exerceri, testis locuples est Benuen. Stracha *in tractat. de mercatura part. 4. num. 30. & seqq.* & conferre quis potest cum rescribto Theodorici Regis apud Cassiodorum *libr. 2. var. epist. 30. & lib. 6. epist. 7. in fin.* ubi salis commercium Comitis sacrarum largitionum tangit. Ex 21 quibus † omnibus patet, Johann. Sichardum in *d. l. unica. num. 7. C. de monopoliis.* aliquanto confidentius loquutum esse, dum scribit: In loco fit monopolium, si statuitur, ut certo loco & non alio, res aliqua fiat, vel vendatur; in quo ferè Nobiles sunt monopolæ, qui cogunt omnes subditos, in certo molendino suo, propter lucrum, molere. Existimo enim, illos per supradicta facile excusari posse; aut hæc temperari debere, ut mox & *quæst.* 11. edisserere animus est. Secundum quæ etiam exaudienda reor ista Dn. Christophori Besoldi verba, dum ita infert: Ex quibus subsequi puto, recte visam pluribus negotiationem non tantum sordidam, sed & crudelem, qua usus fuit Antonius Leva à Karulo V. Imperatore Mediolano præfectus; dum lege prohibuit, ne quis Civium triticum moleret, aut panem penes se faceret, sed cogeretur emere à tabernis, ea de re Aquilæ signo insignitis. *Sabell. in supplem.* Fere similis ratio est, si Dominus subditis suis mandet, ne ab aliis, quàm à se cerevisiam emant, & ne alibi molant & panem coquant, (Bannmühlen / Backkuchen oder Ofen) quam in suo molendino ac furno; aut simile quid jubeat, quod voluntati & libro arbitrio merito relictum esse debet. *in disc. polit. de ærar. publ. cap. 3. n. 6. pag. mihi 37.*

Hanc porro hactenus stabilitam opinionem in Principibus ac Comitibus præfecturas moletrinis omnino carentes possidentibus, aut novas forte terras acquirentibus [prout Illustres ac Generosi Comites Oldenburgici ac Delmenhorstani, Domini mei clementissimi, amplissima latifundia, mediante alluvione, & admiranda industria, faucibus irati maris hisce annis eripuerunt, ac, DEO fortunante, porro quoque eripient;] multo magis procedere arbitror; quin enim illis integrum sit, vigore obtentarum investiturarum, jus molendinorum in talibus locis habendorum ad se solos transferre, subditos vero ab eo penitus arcere, ne quidem dubitationem meretur, per ea quæ post Bald. Jacobin. Cravett. & Nattam tradit Ant. Tessaur. *d. decis. 16. numer. 13. ad fi.* Sed quid fiet de † moletrinis privatorum, an- 22 te obtentas tales investituras in eorum Principatu aut Comitatu jam existentibus? Nam subditi ad eas, vel derelinquendas, vel etiam demoliendas auferendasque facta denunciatione statim erunt obstricti? Nullo modo. Neque enim Imperator investiens hoc voluisse videtur, secundum tradita Baldi *in l. fin. in 1. lectura. num. 6. vers. item nota. D. de constitut. Princip.* adcurate Petrus à Petra *tract. de potest. Princip. d. §. superest modo videre. num. 11. 12. & 13.* Consultum igitur est, ut Princeps vel Comes cum talibus subditis amice ac blande paciscatur, ac moletrinas eorum refuso justo pretio seu æstimatione & facta conpensatione ad se transferat; juxta ea, quæ fusissime scribserunt Petrus à Petra *d. §. superest modo videre à numero 34. usque ad finem.* Cacheranus *decis. Pedemon. 17. numero 15. ad finem.* Ludov. Rudolfinus

de Sa-

de Sablonetta *in tract. de ſuprema poteſt. princip. cap. 6. num.* 162. Fridericus Pruckman. *in §. ſoluta poteſtas. cap.* 4. *effectu* 5. Jacobus Schultes *in quæſt. ſingulari : An Rex vel Princeps priu. jus ſuum auf. numer.* 130. *& ſeqq.* Fern. Vaſqui. *in noviſ. quæſt. q.* 1. *num.* 7. Alberic. Gentilis *libr.* 2. *lect. & epiſt. cap.* 14. Hier. Schurpffius *cent.* 3. *conſ.* 55. *num.* 12. Helff. Ulricus Hunnius *var. reſolut. l.* 2. *tract.* 1. *quæſt.* 2. *&* 3. Quibuſcum ſenſerunt quoque Fridericus Huſanus, *tract. de ſerv. & prop. homin. cap.* 8. *num.* 81. Henning. Hamelius *ad tit. Inſt. de act. cap.* 4. *num.* 82. *& c.* 44. *nu.* 32. Euerhar. *in Top. loco à plenit. poteſt.* Peruſinus *ad titul. Inſt. de uſu cap.* §. *jure civili. num.* 39. *p. m.* 621. *juncta l.* 1. *ibi: Competentia pretia. C. de metallar. lib.* 11. ante omnes vero omnino perluſtra authores, qui de Principis poteſtate ſcribſerunt, & an privato jus ſuum auferre poſſit? quos longo ordine recenſuit Joh. del Caſtillo Sotomayor Hiſp. *d. lib.* 2. *contr. quotid. cap.* 28. *& lib.* 3. *contro. per tot. cap.* 6. *num.* 6. 7. 8. 9. *&* 10. In terminis v. molendini ablati & deſtructi. Hier. à Laurentiis *deciſ. Avenior.* 127. *per tot.* Qua in re etiam ſubditi, ſi officio boni civis fungi velint, ſe morigeros exhibere, ac Principi ſuo haut gravatim adquieſcere debent; ne, ſi illum obſtinate offendant, omni commodo molituræ, per indirectum deſtituantur: quandoquidem in illorum poteſtate non eſt ſitum, quemquam vicinorum, invito ſuperiore, ut ad eorum molendinum eat, iurisdictionaliter cogere. *Bart. Bertaz. conſul. deciſ. lib.* 1. 23 *conſ.* 89. *num.* 47. fruſtraque † molctrinæ habentur, ſi diſtrictu careant, wann keine gewiſſe Mahlgäſte dazu können gebraucht und gebracht werden. *Bertr. Argen. ad conſ. Britan. t.* 17. *p.* 1499. Quid a. ſit diſtrictus & territoriũ late diſcutit Aſinius *ſua praxi judic.* §. 7. *cap.* 10. Hier. de Mont. *tr. fin. regund. cap.* 7. Hor. Carpan. *in lucub. ad Stat. Mediola. paſſim* Joh. Gryphiander *tr. de Inſulis. cap.* 13. *num.* 8. *usq. ad num.* 19. Et ſcitum eſt proverbium: Camelus affectans cornua, etiam aures amiſit. Habet ergo unumquodque vitæ genus, cognata quædam degenerandi pericula. Ea quæ conmonſtrat non derogat ordini, ſed rem ordinis agit. Veluti Principum felicitas obnoxia eſt tyrannidi, obnoxia eſt ſtultitiæ, obnoxia adulationi, obnoxia deliciis. Hæc qui conmõſtrat vitanda, bene meretur de Principum ordine. Nec derogat illorũ majeſtati, qua gloriantur, qui conmonſtrat, quibus in rebus ſita ſit vera Principũ majeſtas; qui illos admonet, quid jurarint in ſuſcipiendo principatu, quid debeant populo ſuo, quid magiſtratibus; *verba ſunt Eraſmi Roter. lib.* 23. *epiſt.* 7. *p. mihi* 890. His ita conſtitutis, non inutilis erit indagationis, ſi Princeps vel Comes † tale jus privativum 24 molendinorum extruendorum beneficio inveſtiturarum ſit nactus, an etiam à ſubditis ſuis jure extorquere queat, ut non tantum in ædificatione iſtorum molendinorum operas quotidianas præſtent: ſed & ipſimet ligna ad hoc neceſſaria, ex privatis ſuis ſylvis, nullo refuſo pretio, exhibeant; imo & fabros lignarios, tempore ædificationis vel refectionis, circulariter alant ac ſuſtentent? *Obiter inf. quæſt.* 43. *num.* 50. *per tot.* Sane, ſi quis conſilium ineat cum pleriſque πανέργοις aulicis, non admodum ei de reſolutione hujus quæſtionis laborandum erit, quandoquidem ea apud ipſos eſt promtiſſima, in favorem nimirum

mirum Dominicum prorsus inclinans: & quidem sequentia non juris, sed Palponum fundamenta subinde ostentant, Principi sc. ex plenitudine potestatis aliquid facienti, nihil obponi, nec dici ei posse, cur ita faciat (quod tamen soli Deo S. Scribtura tribuit *Sap. 12. vers. 12.*) multo minus Principis potestatem in quæstionem vocandam esse. *l. 3. C. de Crim. sacril. l. 5. C. de divers. refer. Synops. Basil. eod. cap. 34.* 25 cum † Princeps sit causa causarum, possitque quadrata mutare rotundis, ut eleganter cum similibus deducit Frid. Pruckman. *in §. soluta potestas. cap. 2. à num. 1. usque ad num. 47.* late etiam Rudolphin. ac Tuschus, quos modo laudabo. Falsa a. hæc & adulatoria censent Rim. ju. *cons. 18. num. 117. cum seqq.* Cravet. *cons. 241. numer. 20. & seq.* dicentes, quod ægre ferre non debeat Princeps, quod sibi non liceat plenitudine uti in iis, quæ non sunt licita; quia majorem potestatem non habet, quam ipse DEUS, imo nec æqualem: quia tamen in hac terra insignem obtinet potestatem, debet ideo observare summam honestatem & summam æquitatem; & tanquam regula sit, quia ratio à capite regi debet, Bald. *cons. 16. factum sic proponitur. circa fi. lib. 4.* & quia Princeps est rationalis, subjiciturque rectæ rationi, idcirco plenitudo intelligitur, dummodo sit rationabilis. Bald. *cons. 345. ad evidentiam. in par. lib. 1.*

Censent præterea iidem, etiam hic merito in considerationem trahendam esse utilitatem ad omnes & singulos subditos ex moletrinis talibus redundantem, nec iniquum esse, ut qui illis quotidie utantur, easdem etiam suis sumtibus exædificent & reficiant. *arg. text. in l. si igitur. in fi. C. pro socio. l. unic. §. construat. D. de via publ. in quæst. 7. num. 25.* Denique urgent, si rustici interpellati rescíscant, se per alios justi magis amantes ab hujusmodi impositionibus aliquo modo excusari, metuendum esse, ne in similibus quoque negotiis rebellioni aut tumultui in Dominos ansa præbeatur, ulterius jactitantes, nullum animal difficilius, quàm rusticum cicurari posse, per congesta *in quæst. 42. num. 18.* Qua in re acu quasi eos tetigit Joan. Neviz. *cons. 12. sub num. 102.* formalibus verbis adserens: Dominos modo una, modo alia via subditos aliquo strictiore vinculo obligare, etsi illis deficiat jus, allegare consuetudines, quas paulatim inducant, faciendo prohibitiones ac proclamationes, quibus si contradicant subditi, prædicare illos pro personis litigiosis, causas criminales quærendo contra illos. At si quis huisce farinæ nugis relictis, Jurisprudentiæ officinam adeat, & exquirat, quid bonum, quid æquum in proposita q. statuat, statim deprehendet, nihil laude dignum huic aulicæ opinioni inesse: sed eam in hominum saltem ὀφθαλμοδούλων cerebro natam, ac deinceps Principum auribus insusurratam esse. Sunt hercle & solum argutiæ atque acumina hæc omnia, quibus fulcire solenne est (tam in Judiciis, quam extra tribunalia) malas causas. Quin imo, ut verius dicam, sophisticarum disputationum colores, non quibus verum, sed imago & species veri semper, atq; umbra conquiritur; ut id efferā verbis Arnobii *ex lib. 5. adde* Ludov. Cresolii *theat. orat.* ubi pleni & ad amussim cognosces, qui sophistæ fuerint,

rint, & quænam eorum fraudes. Verum esse, quod dico, primum ex eo liquet, quod secundum omnes saniores Jurisconsultos, DEUS † non dedit jurisdictionem peccandi Principibus, nec auferendi alienum indebite. *arg.* 1. *Paral.* 21. *vers.* 24. 3. *Reg.* 21. & 4. *Reg.* 9. 10. *Ezech.* 46. *vers.* 18. neque concessit ipsis potestatem faciendi leges, vel statuta indebita & injusta. Bart. *in l. fi. C. si contra jus vel util. publ. num.* 2. *per tot.* Hier. de Tortis *cons. quod est post consilia* Ant. de But. *num.* 21. & *seqq.* sed ut potestate sua moderate utantur, & in servitiorum inpositione intra fines se contineant, ut præclare ostendit multorum loco citandus Frid. Pruckman *in d. §. soluta potestas. cap.* 3. *per tot.* Vent. de Valent. *lib.* 1. *Parth. litig. cap.* 6. *num.* 26. 27. *qui plures citat.* & Herm. Latherus *trac. de censu per tot.* Concidit igitur vel ex hoc solo principio aries ille aulicorum Parasitorum, quo tantopere miseræ rusticanæ plebeculæ libertatem obpugnare satagunt. *c. dilecto. extr. & offic. Archidiaconi. l. cum satis.* 23. §. 1. *C. de agric. & censit. l.* 1. *C. In quib. caus. colon. domin. accus. poss. lib.* 11. Confer quæ scribit Joach. Schepliz. *in comm. ad consuet. March. Brand. p.* 2. *t.* 2. §. 2. Ren. Chopp. *tr. de priv. rust.* & Husan. *tr. de prop. hom.* Quod si porro ad trutinam justitiæ quoque illud ipsum scævum dogma examinare voluerimus, liquido adparebit, nihil præsidii pro eo inveniri. Recepti siquidem juris est, eum, cujus negotium peragitur, merito etiam sumtus ad illud peragendum sustinere; ut adductis auctoritatibus probavi *sup. quæst.* 7. *num.* 25. Et cur non? Quum juxta vulgatum versic. nihil æquius sit, quam ut, commoda si sentis, jungas onus emolumentis. Paul. de Cast. *in l. ad instructiones C. de SS. Eccl.* Cagnol. *in l. secund. nat. D. de reg. jur.* late Claud. Prateus *lib.* 4. *reg. ju. t.* 7. *cap.* 6. & satis absurdum, ut adfligatur damnis, qui commoda non habet actionis, sicuti fatetur ipse Rex Theodo. apud Cassiodor. *lib.* 2. *ep.* 26. Nec ferendus sit is, qui lucrum quidem amplectitur, onus a. ei adnexum contemnit. *l. unica.* §. *pro secundo. C. de cad. toll. jun.* §. *placebat* 7. *in fi. Inst. de legit.* 49. *success. l.* 1. § *fi. D. de aq. pl. arc.* At Principi, Comiti vel civitati non solum dominium moletrinæ adscribi: sed etiam omnes reditus ex ea provenientes principaliter accedere, nemo est qui nesciat; sumtus igitur ædificationis ac refectionis ut quoque sustineant vel Momo judice consentaneum est, quod pulchre exornavit Seneca *lib.* 6. *de beneficiis cap.* 20. & 21. Natta *cons.* 185. & Dn. Mat. Berlichius *concl. pract.* 65. *par.* 2. & novissime Paul. Maulius *tr. de homag. t.* 4. *num.* 10. 11. 20. 21. *tit.* 5. *num.* 33. *cum seqq.* Nam ut Alb. de Rosat. *in l. fi. D. de impens. in reb. dotal. fact.* ait: Qui tenentur † ad impensas utiles, censentur tum demum teneri, quando principaliter (quod attenditur *l.* 1. *Dig. de auth. aut cum simul. l. si quis nec causam. D. si cer. pet.* Pet. Gerar. de Petra Sancta *sing.* 9. *num.* 4.) & primo loco utilitas ad eos pervenit, non si in consequentiam, quod in terminis fere nostris sequutus est Alciat. *resp.* 97. *num.* 1. *lib.* 5. item Cravett. *in cons.* 454. *numer.* 5. *par.* 3. Ac expresse dicit M. Ant. Natta *in cons.* 303. *num.* 3.

Quod ubi † principaliter impensa fit ad mei utilitatem, licet hoc redundat etiam in utilitatem alterius, non possit ab illo altero impen-

impensa repeti, *argumento l. final. Digest. de impens. in resolutio. dot. leg. secund.* §. *idem Labeo. 28. & §. 41. D. ne quid in lo. publ. l. si absente 48. D. de usuf. l. in reb. 18. §. possunt justæ 2. D. commod. & per text. in l. creditor. §. 1. D. mandati*, quem pro singulari allegat Baldus *in l. 1. in fi. C. de neg. gest.* Ludovic. Romanus *in singul. 647. incip. Impensa alias 651.* & probat Alphons. Alvarez *in spec. Roman. Pontif. cap. 47. num. 32.* cum Martin. Laudensi *tract. de castellan. quæst. 6.* Jasone *in d. l. si quis nec causam. D. si cert. pet.* Joh. Lup. *in c. per vestras. fol. 163. de donat. ind. vir.*

Si largiamur larga manu illis Palatinis soricibus, (ut adpellabat eos Licinius) subditos pro participatione utilitatis aliquid refundere obstrictos esse, satisfitne huic cupiditati sufficienter, quando molitor pro officio moliturae, quasi ex locato conducto, macinam ad compendium Domini accipit? Duplici igitur onere ut graventur nec justum, neque pium est. *l. navis. §. cum autem. & §. cum ergo. D. ad L. Rhod. de jactu. l. cogi. §. inde quæritur. D. ad SC. Trebel. infra quæst. 41. num. 28.* Cravetta *consil. 24. num. 7.* Carol. Ruinus *consil. 3. colum. 5. vol. 5.* Franciscus Bursatus *consil. 190. num. 54.* Hartm. Pistoris *par. 2. quæst. 12. numero 11.* Quod in simili ferè negotio scribtum reliquit Sext. Julius Frontinus in libro de aquæductibus Romæ? Familiæ, (inquit) quæ aquæductuũ causa paratæ sunt, duæ sunt. Altera publica, altera Cæsaris. Commoda publicæ familiæ ex Ærario dantur, quod impendium exoneratur vectigalium reditu ad jus aquarum pertinentium. Cæsaris familia ex fisco accipit commoda: unde & omne plumbum, & omnes impensæ ad ductus & castella & lacus pertinentes erogantur.

Tertio loco & hoc meritò perpendendum venit, si subditi ad præbitionem lignorum, ut & sustinendos sumtus ædificationis ac refectionis moletrinarum Dominicarũ secundum supradictam opinionem inhumaniter adigantur, hanc ipsam coactionem esse extorsionem insolitorum servitiorum: qua † non solum subditi non sunt gravandi, sed quæ etiam certam in jure statutam pœnam habet; cum talia servitia insolita seu nova per vim & metum extorta esse censeantur, ut admodum eleganter ostensum ab Antonio Sola *ad constit. antiq. Sabaudiæ, Decreti, In casibus, glossa 2.* Johann. Frideric. Husano *in tract. de propr. hom. cap. 6. num. 67. 68. 69. 70. 71. & 72.* Jo. Vin. Hond. *consf. 86. num. 17. vol. 1.* Mascardo *de probat. conclus. 1301.* Nic. Boerio *decis. 132. part. 1. per tot.* Ferd. Vasquio *libr. primo illustr. controv. cap. 8. num. 17. cum seqq.* Henn. Hamelio *in comm. ad tit. de action. cap. 44. num. 13. 14. 15. 16.* & Bernardo Gravæo *in conclus. practicis ad Iulium conclus. 17. consid. 1.* quosque adducit Choppinus *ad leges Andium lib. 2. titu. 3. num. 6. pag. 31.* Inde dominus censum antiquum subditis suis invitis augere non potest, teste Thoma Maulio *d. tractat. de homag. tit. 15.* ubi leges & cumulum Dd. recenset: quibus adjunge Nicolaum Boerium *dicta decisione 132.* Thomam Lansium *in consultat. de pr. Euro. ora. contra. Gall. pag. 341. 342. 343. no. ed.*

29

Unde etiam post Marq. de Susannis *dict. tract. de Iudæis part. 1. cap. 7. num. 6.* præclare ac mascule scribtum reliquit Rolan. à Valle, *in consf. 40. num. 37. vol. 4.* quod Domini cavere sibi debeant ab istis novi-

tatibus, extorſionibus & injuſtitiis, & ne pellem ſubditorum excorient, vix eis ſpiritum precarium dimittendo; quia ſcire debent, quod clamitent † ad cœlum voces oppreſſorum, & quod divina Majeſtas nihil relinquet inpunitum; ſequitur Pet. Heigius *part.* 1. *quæſt.* 17. *in pr.* & quod revera atrum ſordidumque ſit aurum, quod ex lachrymis oritur *Philoſtr. lib.* 5. *de vit. Apollon.* & ærarium fiat ſpoliarium, cruentarumque prædarum receptaculum. Joh. Althuſius *cap.* 8. *polit. p.* 87. *Exod.* 22. *verſ.* 25. Warem. de Ehrenberg *cap.* 7. *de regn. ſubſ. & oner. ſubd. num.* 20. *ſeq.* qui etiam *cap.* 15. *num.* 16. dubitat, an ab homine vel diabolo ſint prolata plenitudinis jura. Vent. de Valent. *d. lo. num.* 27. *cum alleg. hac quæſt.* 10. *num.* 26. *inf. quæſt.* 11. *ſparſ. ſup. quæſt.* 9. *numero* 76. 77. Cujusmodi plenitudo poteſtatis magis eſt plenitudo tempeſtatis. Dec. 1. *conſ.* 25. & qui potentiorum blandiuntur emolumentis, non ſunt ICti, ſed iniquitatis miniſtri, non ſacerdotes, ſed apoſtatæ, non philoſophantes, ſed hypocritæ inprobiſſimi. Mar. Sala *in l.* 1. *num.* 6. *de l. & l.* Rol. à Val. *conſ.* 91. *num.* 55. *vol.* 2. Hinc Rim. jun. *conſ.* 5. *num.* 229. *vol.* 1. ait ex mente Rebuffi, quod poteſtas abſoluta verius diabolica dici poſſit, quia procedit à poteſtate iniurioſa, & eſt contra legem divinam, naturalem, civilem, & canonicam: ideo qui illa utuntur ineffrenata dominatione: nec non & conſultores eorum, qui hæc ſugerunt, & actus eorum diabolici ſunt, quos niſi reſipuerint, poſſidebit infernus, ubi eſt fletus & ſtridor dentium. Conſule quos longo catalogo enumerat Dom. Card. Tuſch. *tom.* 6. *lit. P. concl.* 667. 668. 669. *cum ſeqq.* & Lu. Rudol. de Sabloneta *d. tr. de abſol. Princ. pot. cap.* 1. *num.* 3. *& adde concluſ.* 9. ſimul ubi exponit, quatenus de hac principis poteſtate diſputare liceat.

30

Quibus cum idem ſentit Fulvius Pacianus *de probat. lib.* 2. *cap.* 44. *num.* 100. inquiens: Principes meminiſſe debere, quod ſint homines, & non ſemper imperabunt, ut hac recordatione memores humanæ fragilitatis non omnia ſibi licere putent; quia ſi male rexerint, vel aliquid injuſtum fecerint, habebunt DEUM ultorem, licet non habent in hoc ſeculo, qui facta ſua dijudicent.

Unde etiam ſi Princeps poſſit omnia, debet tamen cavere, ne contra conſcientiam faciat, quia veniet tempus, quando navis eſt in portu dimittetur onuſta, & qua menſura metietur aliis, eadem remetietur ſibi; nec qui habet poteſtatem, confidat in ea, quia habet DEUM ultorem, verba ſunt Baldi *conſil.* 311. *præmittendum eſt. verſ. caveat tamen. lib.* 1. Zabarellæ *conſ.* 142. *num.* 1. Sicut nulla authoritas vel Principis vel Senatus efficere poſſit, quod Princeps non ſit animal rationale; nec queat eum abſolvere à dictamine rectæ rationis, eodem Baldo autore *in l.* 2. *C. de ſerv. & aq. l.* 2. §. 1. *de uſuf. ear. rer. ref.* Gryph. *tract. de inſulis cap.* 22. *num.* 46. Atque ſic nullam injuriam facimus Principi, ſi eum reputamus bonum & æquum, quia ex illis duob. tit. conſervatur majeſtas & Principatus; conſequenterque bene dicimus, non voluit facere hoc cum injuria alterius, & conſequenter non negamus poteſtatem, ſed præſupponimus juſtam & æquam intentionem Principis, juxta Bald. Alexandr. Barbatiam & Jaſ. apud eumdem Tuſchum *dict. concl.* 668. *num.* 14. *adde Celſi Mancini*

tini tract. de jurib. principat. & Petrum à Petr. tr. de potest. princip. Quarto in argumentum facit traditio Joan. Frid. Husani *in d. tr. de propr. hominib. cap. 6. num. 103. 104. 105.* ubi defendit, hominem 31 proprium † ad novas Domini sui ædes exstruendas vel conservandas sustinendasve 32 non teneri operas suas edere, si aliud † mos hactenus observatus, aut lex conventionis non dictet, per supra allegatam *l. cum satis. §. 1. vers. caveant C. de agric. & censit. lib. 11. adde l. satis inhumanum est 23. v. caveant. C. eod. l. 1. l. 2. in fin. C. in quibus caus. colon. domin. accus. d. lib. 11.* Si igitur illud in ædibus dominicis obtinet, cur non & ad novas molettrinas dominicas ob paritatem rationis extendamus? Maxime quia mos iste bona voluntate subditorum inductus non præsumitur; imo, etiamsi adsit, à præsumtione tamen inpressionis non omnino est immunis, ut ex Isernia & Natta evincit Fulvius Pacianus *de probat. lib. 1. ca. 29. num. 80.* Nisi forte per tot annorum curricula istiusmodi servitia fuerint præstita, ut omnis suspicio, vel metus coactionis purgatus, ac consuetudo, talia servitia in posterum quoque exigendi, introducta censeatur, juxta Bernardum Græveum *d. considerat. 1. num. 7. & 8.* Ad quod tamen non pauciores, quam 30. vel 40. annos requiri post Guilielmum Benedicti ac Alexan. innuere videntur Anton. Sola *d. gl. 2. num. 3.* Antonin. Tessaurus *d. decis. 16. num. 7. &* Andreas Rauchbar. *part. 1. quæst. 27. num. 1.*

33 Cujus rei vivum exemplum habemus † in patria mea, Comitatu nimirum Oldenburgico, cum subditi ibi non minus ad conservandas sustinendasque fere omnes moletrinas dominicas ligna exhibere, ac operas præstare, quàm valla ac munitiones arcium manutenere, ultra tempus inmemoriale obligati fuerint; haben von undencklichen Jahren her so wol zu den Herrenmühlen / als zu den Burgvesten Holtz verschaffen / und Hoffedienst leisten müssen. Quæ consuetudo (qualis ex unico actu successivo, juncto cursu temporis, induci ac probari ait Brunus *cons. 135 col. 2. l. 2.* ex traditis Panor. *in c. fi. col. 10. ext. de consuet.* Rochi de Curte ac Pauli Castrensis, quos laudat Ant. Fab. mox citando loco) sive vetustus mos, cui nemo unquam contradixit, etiam Illustriss. Dn. Comitem, quoad molendina hactenus per tot annos; & quidem respectu subditorum jure bannariæ coercitionis possessa, ab omni impressione ac violenta coactione in præbitione necessariorum lignorum excusat: *arg. q. seq. 11.* An. Thesaur. *d. decis. 16. num. 7. 9. & 10.* confer Rulan. *qu. Cameral. 39. & 40.* Cum † veniat adpellatione juris, Fer. 34 Vasq. *illust. q. cap. 3. num. 2.* robur obtineat tituli, legis ac privilegii, concurrens tanti temporis antiquitas. Joh. de Arnono *singul. 26. num. 3. junge l. 3. §. ductus aquæ. D. de aq. quot. & æst. l. ult. D. de aq. plu. arc. l. 7. C. de servit. & aq.* ac vim habeat decreti & justitiæ, Tib. Decian. *resp. 54. num. 10. vol. 2. & resp. 15. num. 42. vol. 4.* bonamque fidem faciat: & quod consuetum est fieri, necessarium dicatur, consuetudoque ipsa licitum faciat, per adducta à Polydoro Ripa *tract. de noct. temp. cap. 74. nu. 12. 13. 14.* Sunt enim semper tolerabilia quæ vetus consuetudo adprobavit. *l. Imperatores 13. in fi. D. ad municip.* Ant. Fab. *in consultat. de Montisf. ducatu part. 1. pag. mihi 55.* Sed fusissime de ea Hier.

Schurpff. *cent. 1. consf. 72. num. 23. & aliquot. seqq.* Cl. Prateus *lib. 7. reg. ju. tit. 6. cap. 3.* And. Knichen *de subl. & reg. territ. cap. 3. num. 73. cum seqq. & allegati ab eodem in comment. de Saxo. non prov. ju. verb. Ducum Saxon cap. 1. num. 65. & seqq.* Dom. Tuschus *tom. 2. pract. concl. tit.* C. & Th. Maulius *d. tract. de homa. tit. 12. num. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.* quos omnino lege; modo saltem & observentur illa, quæ mox *q. 11.* & alibi adducam.

35 Sane, si unus † ex subditis istiusmodi ligna forte ex sylva sua cædat & exponat, cum plures simul exponere oporteret, merito pretium eorum detracta sua potione, ab iis repetit, secundum text *in l. unica. C. sumtus injuncti muneris ad omnes collegas pertinere. lib. 11.* Nec enim æquitas patitur, id uni inponere, quod ab omnibus ferendum est. *l. 1. l. amissæ navis. D. ad leg. Rhod. de jactu. juncto c. quod omnes. de R. I. l. 5. in fin. C. de auth. præst. l. 8. D. de aq. plu.* neque etiam concedendum, ut potentiores onera illationum in tenuiores transferant, juxta edictum Regis Theodorici, Senatui Romano missum, quod legitur apud Cassiodorum *libr. 2. Epist. 24.*

QVÆSTIO XI.

De Molendinis bannariis.

SUMMARIUM.

1 Bannariorum molendinorum materiam quinam præcipue inter Neotericos tractârint: ac furni & molendini eademne sit ratio.
2 Bannaria molendina quænam proprie sint.
3 Bannire idem est, quod sancire & palam jubere.
4 Bannum sylvestre seu ferinum, ein Wildbann: Bannum molendinarium, ein Mühlenbann; bannum dominicum pro molendino.
5 Molere atque ad hoc vel illud molendinum ire, est actus meræ facultatis.
6 Adfirmativa & pro molendinis bannariis depugnans opinio adducitur per quinque fundamenta.
7 Primum: Tributi vel capitationis onus potest subditis à Domino ad libitum inponi. Item munera. Verum eo modo, ut ponitur num. 59.
8 Subditus plus diligens extraneum, quàm propriũ Dominum non est ferendus.
9 Secundum est tale: Subditus vigore juramenti homagialis Dominum suum exaltare, & utilitatem ipsius promovere tenetur. Sed declara ut num. 57.
10. Gratificationi sæpe numero est locus. Intellige ut num. 58.
11 Parochiarum duarum domum promiscue inhabitans, potest gratificari, in utra earum velit solvere onera & collectas, quæ ex statuto in parochia solvi debent: cum tertio prioris sententiæ fundamento.
12 Quartum est hujusmodi: Princeps cives vel subditos opulentos cogere potest, ut sibi tempore belli pecuniam dent mutuo, & quidem gratis. Sed contrarium verius est. num. 60.
13 Quintum hoc faciunt: Marchiones & Comites possunt statuere & prohibere, ne eorum subditi egrediantur territorium, vel ne vadant pro mercantiis ad alia loca extra civitatem; cum epiphonemate de argumentorum contrariæ obpositione. Sed contrarium probat auctor num. 64.
14 Negativa, & molendina bannaria impugnans opinio introducitur, stabiliturque ex octo fundamentis seqq. n. 15. 18. 21. 26. 30. 40. 49. 50.
15 Actus naturaliter liberi nullam restrictionem patiuntur.
16 Liberum quod est, impeditionem excludit, si modo mere liberum est.
17 Molere sua potentia cogens homines in suo molendino, qui propinquius & citius alibi possent molere, usurariam pravitatem committit.
18 Avaritiæ Dominorum adscribendum, quando subditis præjudicant.
19 Natura non patitur, ut aliorum spoliis nostras opes augeamus.
20 Iuliani Imp. modestia in augendo ærarii collaudatur: & Theodorici Regis facta reliquorum condonatio censetur, cum Iustiniani Imp. laudabili sollicitudine ac clementia.
21 Iurisdictionem nec voluntariam, nec contentiosam inplicat, ordinare, ut quis hoc vel aliud molendinum accedat.
22 Molendinum in suo facere proprie non est actus jurisdictionis, sed dominii.
23 Dominationis flagitium non debet Princeps committere.
24 Ablationes rerum sunt causæ conjurationum: & salutem Reipublicæ tueri, nulli magis conpetit, quàm Cæsari.

25 Salu-

25 Salutis causa rei familiaris commoda sunt negligenda, quod dilatatur.

26 Iuramentum fidelitatis habet sua certa ac determinata capitula. Sed intellige ut n. 28. 29.

27 Feuda ad certa determinataq; servitia dato, vasallus ad alia non determinata non est obligatus.

30 Homagia nullam admittunt novitatem.

31 Homagia ex jure consuetudinario originem suam habent.

32 Dominus vasallo suo iurare non cogitur.

33 Reges, Principes & Comites in initio suæ inaugurationis per capitulationes recipere ac promittere coguntur; quod subditorum iura, libertates, privilegia sarta tecta conservare velint: de quo paulo latius.

34 Princeps paternum animum erga subditos gerere debet.

35 Illosque non ut servos, sed ut filios & nepotes tractare debet.

36 Statum quoque eorum tueri ac defendere debet.

37 Homagium secundum consuetam formam præstandum est, & n. 38. & 39. ubi incidentur de bona conscientia.

40 Pacto nõ potest effici, ut subditus ad nullum aliud, quam ad hoc vel illud eat molendinum. Sed contrarium defenditur n. 41. & 42.

43 Bannarii molendini visitatio est servitus quædam prædialis, debita ipsi molæ à pago vel alia quadam communitate. Declar. ut n. 47. & 48.

44 Servitutes vel stipulationib. vel pactis, vel contractib. aut aliis modis constituuntur.

45 Henr. Boceri obiectio commode removetur.

46 Vicino contra seipsum concedere quis potest, ut sibi non liceat altius in suo ædificare, ne vicinis luminibus officiat.

49 Clementina unica de excess. prælat. explicatur.

50 Catalogus eorum auctorum, qui molendina bannaria inprobarunt, adtexitur: ubi in specie Rolandi à Valle, Stephani Bertrandi, & Renati Choppini laudes.

51 Bannaria molendina etiam in Camera Imperiali in causa Pappenheim contra Elgaw inprobata.

52 Argumentum invalidum sumitur ab inpositione tributorum ad coercitionem moletrinarum bannariarum.

53 Illicitum, etiam ad optimum finem perveniens, non excusat à pœna.

54 Mala non sunt facienda, ut eveniant bona.

55 Libertati semper est favendum, & pro ea, utcunque testimonia sint paria, iudicandum.

56 Libertati plus favendum quam pupillo, Reip. vel piæ causæ.

61 Princeps statuere potest, ut subditi æquis pretiis, prout annona exigit, frumenta vendant. Sed declara ut n. 62.

63 l. si pendentes. §. si quid. D. de usufr. intellectus.

65 Subditi, si consueti fuerint, sine cõtradictione Domini sui adire quæcunq; molendina quarũcunque personarũ per tempus inmemoriale, nõ possunt prohiberi, quo minus id in posterum quoque faciant.

66 Subditi, etiamsi per 10. 20. 30. 100. 1000. annos ad molendinũ accesserint; non tamen possunt cogi ut in posterum quoque accedant. Et n. 67. 68. 69. 70.

71 Diversitas temporum diversitatem factorũ inducit.

72 Tempus inmemoriale minus est centum annis.

73 Libertati suæ renuntiat, qui per tempus inmemoriale ad molendina dominica accedit, accedentibus aliis coniecturis.

74 Voluntas æque facto, ac verbis declaratur.

75 Voluntatis certitudinem inprimis arguit factorum multiplicatio.

76 Statutum non valet, quo subditi coguntur, ut ad certa molendina accedant. Quod ampliatur n. 78. 79. 80. 81.

82 Andr. Rauchbari opinio part. 1. q. 27. in dubium revocatur, & n. 83.

84 Molentes fortuito & sponte in nulla æstimatione aut fructu habentur.

85 Vtilitatem propriam procurare licet, etsi per indirectum alteri noceatur.

86 Statutum ex ordinata charitate factum ratum est, licet alterius præiudicium respiciat.

87 Princeps ἀσωτίαν, commessationes & invectiones exoticarum cerevisiarum ex rationabili causa, indicto certo in singula vasa tributo, apud subditos suos inhibere potest, frustra cõtradicentibus vicinis cerevisiarum istarum coctoribus: adiuncto laudabili maiorum nostrorum exemplo. n. 90.

88 Commerciorum libertas non est impedienda. Sed intellige ut n. 90.

89 Turbare dicitur alios prohibens uti illa facultate emendi, vendendi, negotiandi, quam ab antiquo habuerunt.

91 Princeps constituere in subditos potest pœnam, ne quis frumentum, vinum, lupulum, victualia, lanam, &c. aliis divendat.

92 Vtilitati publicæ consulendum est, etiam ab infimæ classis Magistratibus, contra ius publicum statuendo.

93 Vtilitas publica sola facit, ut dispositio dicatur favorabilis; etiamsi sit contra ius.

94 Pœna quæ inducitur, nisi quis molendina bannaria visitet, de iure non admittitur. Declara tamen ut n. 95. & 96.

97 Vtilitatem ob privatam molendina bannaria iustificari nequeunt.

98 Molendina bannaria multo minus privati homines, quã viri principes erigere possunt. Et n. 99.

100 Subditi per molendina bannaria gravati possunt ad superiorem recurrere, & ibi quærelam instituere. inf. n. 146.

101 Molendinorum bannariorum iniquitas extreme adparet, quando simul moletrinis domesticis manuariis ac trusatilibus interdicitur. & n. 106.

102 Sanguinem elicit, qui nimis emungit.

103 Subditos depauperans, Rempublicam totam depauperat.

104 Princeps, quidquid exigit, debet exigere cum modestia.

105 Be-

105 Benevolentia ſubditorum Principis eſt theſaurus & cuſtodia.
106 Principes multi pecuniis acerbe conquirendis, plus invidiæ ſibi quam vitium addiderunt: & in terminis adferentur Frid. Baldui. invectiva.
107 Molendina bannaria habens, non pōt tamen prohibere eos, qui ſpeciale ius habent, ut quotannis certo tempore molendinū ſuū aperiant.
108 Subditi per ſufficiens tempus coercitioni bannariæ obedientes fruſtra deinde ad moletrinas dominicas ire recuſant.
109 Henr. Boceri opinio non admittitur.
110 Vaſallus, ius moletrinarum bannariarum per inveſtituram adeptus, recte ſubditos ſuos aliò ad molendum ire volentes prohibet.
111 Conſuetudo molendina bannaria excuſat.
112 Mundus non debet revangari, nec obſervata iamdiu ſunt inmutanda.
113 Privilegio autoritateque Imp. aut Regis, alteriusq; ſuperiorem non recognoſcentis, molendina bannaria haberi licite poſſunt.
114 Pacto & conventione prædeceſſorum ius molendini bannarii acquiri poteſt. Et num. 115. 127.
116 Conſenſu totius univerſitatis in acquiſitione iuris molendini bannarii an ſit opus, diſcutitur. Et num. 117.
118 Transactio de molendino pro certa pecunia non infert coercitionem bannariam.
119 Vtilitas publica, ut & inevitabilis neceſſitas, erectionem molendini bannarii admittunt, contra Covarruviam & Andr. Rauchbar. n. 120. & 124. Sed declara ut n. 122.
121 Neceſſitas probabile facit, quod aliàs eſſet inprobabile.
123 Neceſſitas non fingi ſed probari, eaque ceſſante, & inpoſitio ceſſare debet.
125 Vtilitati principaliter publicæ, utilitas privata, colore aliquo utilitatis publicæ incruſtata, & poſtponenda.
126 Extraordinaria plerumque in neceſſariam legis auctoritatem tranſire ſolent.
128 Æmulatio & petulantia ſubditorum minime eſt ferenda.
129 Malitiis ac inobedientiæ ſubditorum, nullum probabile intereſſe habentium, minime eſt indulgendum.
130 Iuramento præſtito, de utendo ſolo molendino dominico, ius coercitionis bannariæ introductum cenſetur.
131 Ioannis Saixonii traditio non admittitur, adhibita commoda diſtinctione. Et num. 132.
133 Contractus ac transactio non aliter annullantur ex implementi defectu, quàm ſi præceſſerit monitio ad implendum & deinde culpa intervenerit inplere debentis.
134 Implementi defectum is obponere non poteſt, qui ex eo nullum damnum ſentit.
135 Defectus unus, potens ad impediendum, non officit, ſi poſſit ſuppleri ex aliqua perfectione patientis defectum talem.
136 Ius municipale molendini bannarii admiſſionem ſuadere poteſt.
137 Homines proprii moletrinis bannariis Dominorum ſuorum præciſe uti coguntur.
138 Molendina bannaria ſubditi viſitare non coguntur, ſi infrumento ſuo damnum patiantur.
139 Vel intra certum tempus ipſorum grana non contundantur.
140 Vel neceſſitas eos ad aliorum molendina ire cogat. & n. 141. & 142.
143 Subditi, contra quos ius coercitionis bannariæ obtentum eſt, ſi alio eant, arreſto, pigneratione, vel aliter puniri poſſunt. Et nu. 144. & 145.
146 Subditi inobedientes & refractarii pro tuenda iurisdictione, multis modis coerceri poſſunt.
147 Non tamen eam ob cauſam iis licitè moletrinis bannariis interdicitur, & n. 148. 149. 150. 151. 152.
153 Exempla malunt homines, quàm verba.

DIctum eſt ſupra ad finem quæſtionis nonæ, Principes, Comites, Barones, liberas civitates ac Nobiles Germaniæ, in ſuo territorio ac diſtrictu, ſæpenumero ſuos ſubditos ſive villicos cogere ut relictis molendinis vicinorum ac privatorum, ſuas ſaltem moletrinas viſitent. Ut igitur perſpectum quoq; fiat, quatenus id vel jure vel injuria faciant, libet hoc loco per diſtinctas concluſiones illud ipſum oſtendere. Et quamquam non ignoro, eam ipſam materiam † poſt veteres ac Neotericos Juriſconſultos non ita pridem per Antonin. Teſſaurum *deciſ. 16.* Renatum Choppinum *ad conſuet. Andium lib. 1. cap. 14. cum ſeqq.* Bert. Argentræum *ad conſuetud. Britan. tit. 17.* ac Ludolph. Schraderum *in comment. Inſtitut. ad tit. de rer. diviſ. part. 2.* relatosque alios ab Joachimo Scheplitz. *in conſuet. March. Brandenb part. 4. tit. 23.* tam luculenter explicatam eſſe, ut mea repetitione non magnopere opus eſſe videatur: ad præcavendum vero omnem hiatum, & ne ordo contextus rerum tractandarum in hac quæſtione deficiat; operæpretium fortaſſis erit, aliorum me antecedentiū veſtigia pone ſubſequi; ita tamen, ut brevitati ſtudendo ſum̃a ſaltem ſequar rerum faſtigia, ac nihilominus nonnulla obſervatione digniſſima adjiciam.

1

ciam. Diversimode enim Interpretes & Praxiarchæ casus in hac difficilima controversia formarunt, insuperque de furnis ac molendinis promiscue loquuti sunt: cum tamen diversitatis rationem adferre ac inter illa constituere possit ex Renato Choppino *in d. comment. ad leges Andium. lib. 1. cap. 17. num. 4. pag. 220. cap. 23. num. 1. p. 235.*

2 Doctores igitur nostri molendina † illa, ad quæ integræ communitates, integri pagi, pro conterendo frumento præcise ire coguntur, vocant BANNARIA sive Bannerea Zwangmühlen/darinnen gantze Bürgerschafften/gantze Dorffschafften/ oder alle in einem Bezirck gesessene Bauren/bezwinglich zu mahlen schuldig sind/ex Petro Jacobi, Cæpolla, Alberico de Rosate, & Guidone Papæ, Petrus Georgius *in syntagm. juris univer. libr. 4. cap. 7. num. 16. & libr. 18. c. 22. nu. 8.* Joan. Papon. *Arrest. lib. 13. tit.* 8. Cravetta *de antiquit. temp. part. 4. §. circa præmissa. num. 2.* dicens, in Delphinatu plura talia esse molendina; Wesenbecius *consil. 67. num. 29. part. 1.* Andr. Knichen *de vestiturar. pact. part. 2. cap. 4. nu. 46. & 47.* Petr. Frid. Mindan. *lib. 2. cap. 38. num. 3.* Johan. Schneidew. *in §. flumina n. 15. Instit. de rer. divis. & in §. possidere num. 128. Instit. de interdictis.* Henric. Bocer. *tract. de Regalib. c. 2. n. 181. versic. consuetudo quoq;* Paul. Wehner. *pract. observ. lit. B. pag. 47. 49. & lit. M. pag. 510.* adducens Lancellot. Gallum *consil. 70. num. 28. cons. 27. num. 120.* Alciat. *respons. 20. n. 11. lib. 5.* & Bertazzolium *cons. 89. n. 46. lib. 1.* tandemque subjiciens praxin docere, in Thuringia præsertim & Saxonia fuisse, torcularia & molendina bannalia valde usitata, multosque ibi esse Nobiles, qui maximos inde percipiant annuos reditus, *pag. seq. 511.* Quam adpellationem inde originem sumsisse reor, quia † bannire apud ve-3
teres Germanos inter alia idem significat, quod sancire ac jubere. Ut in illa constitutione Ludovici Imperatoris edita Confluentiæ Anno 860. *Bannimus,* inquit, *ex DEI & nostro verbo, ut nullus hoc in nostris regnis agere præsumat.* Et in Imper. Henrici Secundi confirmatione immunitatis Monasterii S. Michaelis in Abrinsberg, data in Tributia villa regia Anno Christi 1023. *Banni nostri transgressor, auri optimi libras centum ad Cameram nostram persolvat.* Ac alibi sæpissime. Quemadmodum & Bannum mulcta est ejus, qui edicto non paret, ut ostendit pluribus Pratteus *in Lexico, verb. Bannus.* Christoph. Besoldus, *disc. de nat. popul. ac ling. num. 19. pag. 55. 56.* Wehnerus *d. observ. pract. pag. 47. 48. 49.* Frider. Lindenbrog. *in glossar. Cod. LL. Antiq. pag. 1362.* & innuit Argentræus *in consuet. Britan. tit. 14. ad rubr. verb. par banne num. 1. pag. 873.* Joh. Gryphiander civis & amicus meus *in comment. de Weichbildis seu statutis Rolandinis cap. 53. num. 12. & 13.* Quando ergo Principes, Comites, Civitates, Nobiles banniunt & edicunt, ne subditi ad aliorum molendina accedant, sed eorum saltem visitent, fiunt molendina illa bannaria, ac non visitantibus bannum sive mulcta inponitur, ut constat ex Joan. Köppen. *decis. 19. in prin.* Ut

4 fere † quo modo dicimus bannum sylvestre ein Wildban / Georg. Mohr *in tract. de renat. cap. 2. num. 18. part. 1.* (licet Bocerus bannum ferinum rectius dici existimet, cum jus illud & actus non in sylvis, sed & in agris habeatur *tract. de Regal. cap. 1. num. 69.*) eo etiam modo nominare possimus bannum molendinarium ein Mühlenban / & bannum dominicum pro molendino adhibere. Vide sis ergo quo sensu hanc vocem usurpaverit Autor versuum

antiquorum, de Episcopo Vicelino apud Erpoldum Lindenbrogium *in script. rerum German. Septentrion. pag. 135.* dum inquit:

Et dotes auxit, & honores accumulavit,
Villam cum decimis, bannum cum parochianis
Pastori primo condonavit Vicelino,
Commissa cura populi cum propositura
Et bis septenas in parochia bene cultas
Adjecit villas, decimas quoque contulit illas,
Inque locis quidquid accrescere postea possit
Incultis in eas simul & collata potestas.
Ecclesiam Bishorst illi subjecit & Ichhorst.
Bishorst cum bannis, bannos cum Parochianis
Cum Wicfledensi decima bannum dedit illi. &c.

Et si verò apud omnes communissima 5 opinione receptum est: Molere, atque ad † hoc vel illud molendinum ire, æquè esse actum meræ facultatis, ac est emere ac vendere, ut habetur in consult. Constit. Saxon. *part. 5. casu 6. num. 1.* & apud Johan. Borcholt. *consil. 6. §.* Es kan ein jeder / *mihi fol. 73.* Ludolph. Schrader. *in comment. Instit. part. 2. §. 17. num. 1.* Wesenb. *d. consil. 67. num. 21. part. 1. junge q. 10. num. 3.* Ac proinde subditis quibuscunque liberum remanere, an velint in molendinis vel suis, vel privatorum, vel fiscalibus ac communitatis molere necne, ut ex quam plurium ad id citatorum sententia evincit Antonin. Tessaur. *d. decis. Pedem. 16. num. 1. & 2.* Semper tamen in eo hæsit aqua, anne hæc ipsa libertas aliquo justo ac rationabili modo per statutum, consuetudinem, præscribtionem, privilegium, aut aliter coarctari ac restringi possit? Quibusdam adfirmativam, quibusdam vero negati- 6 vam opinionem tuentibus. Qui ex † parte adfirmantium stant, primo urgent illam vulgatam Theoricam: Quod in † li- 7 bero Domini arbitrio sit, quando subditis suis onus tributi vel capitationis inponere velit, juxta text. *in l. cum antea. C. de agric. & censit. lib. 10. l. 1. & 2. C. Ne rusticani ad ull. obseq. de vocent. lib. 11.* ad hoc, ut indictiones, intributiones aut fusiones suas juxta modum possessionum vel in annona, (*h. e.* frumento, vino) vel tributo (*h. e.* auro, argento) solvant. *l. 3. C. de annon. & tribut. l. fine herede §. Lucius D. de administ. tutor. l. Iulian. §. idem Iulian. D. de actionib. emt. l. 4. D. de Veteranis. l. si pendentes. §. 3. de usufruct.* adcuratè Pet. Heig. *part. 1. q. 17. nu. 10. 11. 12.* Præterea onera Princeps inponit subditis, ut quilibet solvat tantum, pro capite bestiæ, vel quod pro qualibet mensura grani tantum solvatur, Bald. *consil. 404. num. 7. vers. 5. amplius lib. 5.* ubi quod onera pro quolibet nascente potest inponere, refer. Tuscho *tom. 6. lit. F. conclus. 678. num. 5.* Quum igitur Dominus, eo ipso, quod subditos suos ad suam moletrinam pro conterendo frumento jure paræciagii accedere conpellit, hoc eo saltem animo faciat, ut aliquid de frumento, & quidem non gratis, sed pro labore molendi sive macinandi sibi inferant ac intribuant; non minore utiq; favore digna videtur hæc perceptio, ac illa, qua quotannis ordinariè in signum subjectionis aliquid in annona conferunt; utrobiq; enim domino suo subveniunt, hic pro protectione, illic pro opera moletrina præstita, cujus respectu etiã proprio suo Domino non nisi ex mera malitia illud invident, quod tamen alicui forsan plebeio solvere non dedignantur, cum eodem res recidat, sive huic sive illi macinam solvant; solvere enim sunt obstricti, nec tã † delicatus vel potius protervus subditus 8

videtur

videtur esse ferendus, qui vel vicinum suũ, vel etiam alium in vicino territorio habitãtem, ibique moletrinam possidentem, plus diligat, quam proprium ac naturalem Dominum suum, *arg. text. in l. si servos, D. de pigner. act. l. si benè 33. D. de usur. l. si quid 18. D. de ædil. edict. l. si id quod 28. §. si quas servi. D. de donat. inter vir. & uxor.* Adeo, ut non immerito illud legis XII. Tabular. loco proverbii quasi in illum quadret: *Iuramentum dato, si nolit, arteram ne sternito.* Utque hujus opinionis patroni fortius adhuc hanc ipsam intentionem suam statu minent, secundo loco adducunt argumentum à vi & efficacia juramenti fidelitatis desumtum; existimantes, quia in illo continetur, 9 quod † subditus Dominum suum exaltabit, quantum poterit, daß er seinem Herren wolle getreu unnd hold seyn; Item seinen Schaden warnen / und sein Bestes befördern: ideo ad fideles subditi quoque officium spectare, ut utile Domini sui in memoria habeat, *h. e.* moletrinis Domini sui inprimis faveat, earumque commodum ac utilitatem potius promoveat, quàm aliarum, juxta *gloss. singul. in c. unic. Qualiter vasal. jurar. debeat*, ac text. *in c. unic. de forma fidelit. cap. unic. de nova form. fidelit.* Laur. Sylvan. *de feudi recognit. q. 109.* Jacobin. de S. Georg. *in tr. feud. verb. cum & molendinis. num. 3. versic. Secundo pro ista parte.* Joan. Koppen. *d. decis. 19. num. 2. & 11.* Henric. à Rosenthal. *de feudis cap. 6. conclus. 86. numer. 2. & in glossa. D.*

Atque hoc vel eo magis, quod in ipsius beneplacito situm esse videatur, quodnam molendinum accedere velit; quidni igitur 10 locum † det ac relinquat gratificationi, ac Domino suo potius benè velit, quàm aliis, inter quos non tàm arcta est necessitudo & correlatio, ac est inter Dominum & subditum? juxta ea, quæ copiose in materia gratificationis adduxit And. Tiraquellus *de jure primigen. quæst. 17. opin. 2.* Unde in simili dixit Albericus de Rosate *in 2. part. statut. quæst. 141.* Si quis † domum, quæ 11 est duarum parochiarum, promiscuè inhabitet, quod possit gratificari, in utra earum solvat onera & collectas, quæ ex statuto solvi debent in Parochia, in qua habitat, *per l. ejus qui §. Celsus. D. ad Municipal.*

Tertio loco adducitur, Dominum subditis suis posse indicere & injungere munera patrimonialia ac mixta, tàm extraordinariè, quàm ordinariè; putà, viarum munitiones, collationes prædiorum, agminales equos, angarias, parangarias, onus rei vehicularis, excubias in arce dominica, & quaslibet alias operas, quas Germani vulgo Frönen/ Hoffdienste/ Herrnfuhr/ adpellant, ut fusissime probarunt DD. *in c. unic. Quæ sunt Regalia.* Jacobin. *in tract. de Rhoydis sive operis.* And. Knichen *in operibus suis passim*, & Thom. Maulius *d. tractat. de homag. seu de jure inter domin. ac subdit. maximè tit. 4.* Quin autem hæc majoris sint importantiæ (ut loqui solemus) ac difficultatis, quàm ire ad molendinum dominicum; præsertim, si illud ipsum forte sit propinquioris distantiæ, imo inreprehensibilem quoque conficiat farinam: quis non æquum existimaverit, in hoc onere quoque potiores partes Domini esse debere? Ei enim, cui majus licet, & quod minus est licere, vel illi norunt, qui nondum ære lavantur.

Quarto loco prædictis addi posset, quia 12 † Princeps cives vel subditos opulentos cogere potest, ut sibi tempore belli pecuniam dent mutuo, & quidem gratis; utq; teneantur solutionem exspectare, donec fiant collectæ, ex quibus eis possit satisfieri, sicut ex

 senten-

sententia Joan. de Platea, Angeli Guiliel. de Cun. & Franc. Ripæ tradidit Octav. Cacheran. *decis. Pedem.* 95. *numer.* 51. Confer si lubet Vasquium *lib.* 1. *de success-sion.* §. 6. *num.* 21. *& lib.* 1. *controvers. il-lust. cap.* 6. *numer.* 7. Munoz de Escobar *tractat. de ratiocin. administr. capit.* 25. *num.* 23. 28. 29. 30. Gailium *lib.* 2. *obser-vat.* 5. *num.* 17. *& seqq.* Ergo multò magis eum subditos suos cogere posse, ut, relictis moletrinis privatorum, moletrinas suas accedant; siquidem hoc in casu nullum damnum patiuntur: atque etiam quia subditus fortius est obligatus domino, quàm vasallus, & quàm libertus patrono, ut post Baldum, Marinum Frecciam, Surdum & Nevizanium dicit & inducit Thom. Maulius *d. tract. tit.* 5. *num.* 1. 2. 16.

13 Quintò pro hac sententia facit, quod † Marchiones & Comites, habentes jurisdictionem perpetuam, in eorum territoriis statuere possint & prohibere, ne eorum subditi ob aliquod factum egrediantur territorium, vel non vadant ad faciendum mercantiam extra civitatem, vel in certo loco, teste Bartolo *in l. final. in princip. D. de decret. ab ord. fac.* Abbate *in cap. venientes sub num.* 3. *de jurejur.* Socino seniore *consil.* 272. *incip. non prosequendo, num.* 1. *volum.* 2. Surdo *consil.* 210. *num.* 14. *volum.* 2. Bursato *consil.* 34. *viso serioso processu num.* 26. *volum.* 1. Idque ob publicam utilitatem, ut civitas fiat populosior. Menoch. *de arbit. jud. quæst. casu* 155. *num.* 7. Videtur igitur dicendum, quod illis multo magis licere debeat, subditis inhibere, ne extra territorium ad molendina aliorum divertant. Atque sic ex hujusmodi allegationibus, hinc inde disputatis, merita causarum panduntur: & juxta Baldum, ferro viam aperit, *hoc est,* fortiter, præcisis quasi omnibus ambagibus rectà ad judicandum procedit, qui per contraria hinc inde obposita vadit; quæ facta collatione magis elucescunt, & eo modo veteres Jurisconsultos suas formasse consulationes, legimus, apud Roland. à Valle *consil.* 80. *num.* 1. *vol.* 1. Matth. Wesenb. *consil.* 129. *num.* 1. *&* 2. *vol.* 3. Eum ordinem & morem nunc ulterius persequemur.

14 Qui ergò † negativæ sententiæ partes susceperunt, illi pro ea tuenda sequentes colligunt cohortes, & quidem in prima acie collocant *supra num.* 5. allegatam theoricam: Quod nimirum ire ad molendinum sit actus liberæ ac meræ facultatis, unicuique hominum ex naturali libertate, jure gentium publico permissa, conpetens.

15 Tales autem actus † nullam restrictionem patiuntur, sed veluti omni causa obligandi, ac inducendi jus aliquod destituuntur: Ita etiam eorum intuitu nec actio, nec exceptio datur vel nobis, vel contra nos, ut eleganter deduxerunt Jacobus Menochius *consil.* 201. *num.* 61. *cum seqq.* Andr. Knichen *de sublimi & Regio territorii jure verb. jus superioritatis num.* 119. 120. 121. And. Rauchbarus *quæst. suar. part.* 1. *quæst.* 27. *num.* 2. Quam primum igitur hæc libertas in ordinem redigitur, aut in coactionem degenerat, tum hi actus non amplius sunt meræ, sed coarctatæ facultatis *l. in re mandata. C. Mandati l. nemo exterus. Cod. de Judæis.* Merè † liberum siquidem 16 id demum est, quod libertatem à jure publico aut gentium permissam habet, & omnem alterius consensum, aut impeditionem excludit; ut & liberam potestatem habere non dicitur is, qui ab aliqua ratione

tione impediri poteſt, ſicut probavit Dn. parens Ant. Heringius *in tract. ſuo de fidejuſſ. cap. 6. num. 5.*

Quotiescunque igitur Principes, Comites aut alii ſubditos ſuos arctant aut conpellunt, ut nolentes-volentes & cum vilius alibi molere poſſent, ad moletrinas eorum accedant; toties illum modo dictum actum liberæ ac meræ ex permiſſu juris publici ac gentium (ut ait Baldus *in conſil.* 410. *incip. Quæritur utrum Dominus num.* 4.) competentis facultatis inpugnare, & per conſequens libertati ſubditorum ſuorum violenter præjudicare videntur; quod juri communi ſive gentium æquitati naturali minimè eſt conſentaneum. Hier. Schurpff. *conſil.* 32. *part.* 1. Cacheran. *deciſ. Pedemont.* 17. *num.* 8. *& ſeqq.* Cravetta *de antiq. temp. par.* 4. *§. circa præmiſſa. num.* 29. Scheplitz *ad conſuet. March. Brand. part.* 4. *tit.* 23. §. 1. *num.* 3. Conſultat. conſtit. Saxon. *lib.* 2. *p.* 5. *q.* 4. *per tot.* Nam ut rectè dicebat Symmachus in relatione ad Valentin. & Theodoſ. Impp. *lib.* 2. *Omnia regitis, ſed ſuum cuique ſervatis, plusve apud vos juſtitia, quam licentia valet.* Ut non ſine ratione quoque Guido Papæ *in tractat. de Uſuris num.* 14. dixerit: Illum 17 qui † cogit ſua potentia molere in ſuo molendino homines, qui propinquius, & cum minore perditione temporis poſſent alibi molere teneri ad reſtitutionem, tamquam uſurarium, *infr. quæſt.* 46. *num.* 18. Hæc ſententia defenditur ſecundo loco ex eo, quod talis bannalis coarctatio ad molendina dominica ſolummodo accedendi, 18 ſimpliciter ex † avaritia Dominorum fluit, qui propriis utilitatibus nimium inhiando, pro adauctione ærarii ſubditis ſuis invitis & diſſentientibus præjudicant, ac damnum inferunt; quod magis odio quam favore & excuſatione dignum eſſe, quis non ſentit? Detrahere namque aliquid alteri, & hominis incommodo ſuum augere commodum, magis eſt contra naturam, quam mors. Illud enim natura † non 19 patitur, ut aliorum ſpoliis noſtras facultates, opes, copias augeamus, ut ex Cicerone & aliis retulit Cacheranus *d. deciſ.* 17. *num.* 12.

Nec decet alterius jactura cogere nummos, ait Anton. Mancinell. *in ſpec. mor. & offic.* Nam hoc natura æquum eſt, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorem, *l.* 14. *D. de condict. indeb. hoc eſt* jure naturæ *l.* 206. *de R. I.* in quibus legibus plures citat Gothofr. adeo ut nec pupilli & viduæ (perſonæ alias favorabiles ac miſerabiles) habeant privilegium, ut cum alterius jactura locuplerentur *l. naturaliter in fin. D. de cond. indeb. l. ſi pupilli in pr. D. de neg. geſt. cap. ex fænore De foro comp.* Hieron. Schurpffius *cent.* 1. *conſ.* 36. *num.* 14. Quod quidem ex Petro de Petra *in tract. de poteſt. Princip.* & Frideric. Pruckmanno *in §. ſoluta poteſtas,* 4. *cap. effectu* 5. latius deducere facillimum eſſet; ſed abſtineo ne tali repetitione membranas fruſtra compleam. Meminerit ſaltem ſtudioſus lector; quamvis † Julianus Impe- 20 rator inter cætera fuerit inpius & truculentus, præſertim in Chriſtianos, quantopere tamen ejus liberalitatem & modeſtiam in tributis indicendis ac augendo ærario collaudet Ammianus Marcellinus, *lib.* 25. *Liberalitatis ejus*, inquit, *teſtimonia plurima ſunt & veriſſima, inter quæ indicta ſunt tributorum admodum levia, coronarium indultum, remiſſa debita multa diuturnitate congeſta, æquata fiſci jurgia cum privatis, vectigalia civitatibus re-*

stituta cum fundis, absque his quos velut jure vendidere præteritæ potestates: quodque nunquam augendæ pecuniæ cupidus fuit, quam cautius apud Dominos servari existimabat, id aliquoties prædicans, Alexandrum Magnum, ubi haberet thesauros interrogatum, apud amicos, benevole respondisse. Ejusdem laudis præconium ei quoque tribuit Eutropius *lib.10. In provinciales*, ait, *justissimus, & tributorum, quantum fieri posset oppressor, civilis in cunctos, mediocrem habens ærarii curam.* Nec minorem meretur gloriam Theodoricus Rex, qui de reliquorum seu pensionum debitarum conditione Juliano Comiti patrimonii præclare scribit apud Cassiodorum *lib. 1. var. Epist. 16. juncta epist. 19.* Insigniora & verba ponderosiora sunt gloriosissimi Cæsaris Justiniani hujus tenoris: Omnes nobis dies & noctes contingit cum omni lucubratione & cogitatione degere, semper volentibus ut aliquid utile & placens DEO à nobis collatoribus præbeatur, & non in vano vigilias ducimus: sed in ejusmodi eas expendimus consilia, pernoctantes, & noctibus sub æquitate dierum utentes: ut nostri subjecti sub omni quiete consistant, solicitudine liberati: nobis in nosmetipsos pro omnibus cogitationem suscipientibus, per omnem namque curiositatem & inquisitionem subtilem discurrimus, illa agere quærentes, quæ utilitatem nostris subjectis introducendo, omni eos onere liberent, & omni damno extrinsecus illato, citra publicum censum, & justam legitimamq; collationem. Invenimus enim plurimam ingressam causis injustitiam: & hanc nō olim sed ex quibusdam temporibus violenter accessisse, & omnes nostros subjectos ad inopiam compulisse, ut ad novissimam ipsi penuriam devenire fluctuarentur, & neque consueta & legitima tributa, & pro veritate pias functiones secundum publicum censum possint maxima necessitate persolvere. Quomodo enim valerent collatores, cum ex aliquo tempore Imperatores semper aliquid lucrari ex proventu judicium cogitarent, & meritis hos sequerentur etiā gloriosissimi præfecti: ex hac injustitia, damnis extrinsecus illatis solennibus piis collationibus sufficere? *Novell. 8. in principio.* O utinam & nostri Principes, ubi summa & inevitabilis necessitas aliud non suadet, sed hujusmodi mori conformarent, procul dubio minus quiritationum haberemus, ut pulchre exornavit Petrus Heigius *part. 1. q. 18.* Hening. Arnisæus *in doctrina politica lib. 1. c. 11. vers. Altera vero injuria*: & autores *sup. quæst. 9. n. ult.* laudati. Tertio urgent hujus opinionis defensores, quod † ordinare ac statuere, ut quis accedat ad hoc vel illud molendinum, non est de aliqua specie jurisdictionis; puta voluntariæ, aut contentiosæ, sed Princeps taliter statuens habetur pro mero privato; Ergo talis quoq; ordinatio jure destituitur, & non valet, ac per consequens Principi præcipienti impune non paretur. Ita Jacob. de S. Georgio *in tr. feud. verb. Et cum molendinis. num. 3. vers. in contrariū facit.* quem sequitur Rutger. Ruland. *in decis. jur. controvers. q. 24.* Sed rem penitus introspiciendo facile vis hujus argumenti evitari poterit, si dicamus, tale preceptum à Principe, secundum temporum nostrorū sectam, revera fieri non in vim alicujus jurisdictionis, (siquidem † molendinum facere in suo, proprie non est actus jurisdictionis, sed dominii, ut ex Wesenbecio *cons. 67. n. 27.* ait Henric. à Rosenthal. *de feud. c. 5. conclu. 28. num. 2.* post Jacobin. Chassan. & Dec. *inf. quæst. 18. num. 13.*) sed in vim dominationis ac Principalis superioritatis,

21

22

ritatis, In Krafft Fürstlicher oder Gräfflicher Hoheit unnd Landsobrigkeit / quæ se in omnes subditos exserit, neque opus habet, ut prius in foro coram tribunali, aut fortuito cespite, examen subeat ac disceptetur: non magis, quam quum ex eodem jure superioritatis subcollectæ provinciales indicuntur, quo casu Principem pro mere privato haberi, nemo facile dixerit, juxta tradita per Arnold. Clapmarium *de arcan. Imperii lib. 1. cap. 21. & lib. 4. cap. 16.* Modo ne † Princeps dominationis flagitium hic committat, sed sobrie ac circumspecte agat; & secum cogitet, per ablationes † rerum conjurationes institui, ut post Philosophum *lib. 5. polit. cap. 6.* evincunt Franciscus Patritius *lib. 9. de Regno. tit. 11. pag.* 597. & Georg. Richterus *in axiomat. Politic. axiomate 16.* & salutem Reipublicæ tueri nulli magis credat convenire, nec alium sufficere ei rei, quam Cæsarem, Principem, inquit Paulus IC. *in pr. D. de off. prat. vig.* Pravumque esse, privatim largiri, quod auidus de Republica sumas. *Cornel. Tacitus lib. 2. histor.* Et vicissim † subditi pecunias non amantes vita impensius, ut Timocles ait apud Stobæum, serio perpendant, salutis causa rei familiaris commoda negligenda esse, ut scribit Cæsar *lib. 7. de bello Gallico.* Imo à justitia in parvis rebus nonnunquam, teste Plutarcho, abeundum, si salvam eam velimus in magnis. Præclare Joh. Oldendorpius non ICtus quam vir melior: Sicut, inquit, omnium naturarum finis est incolumitas navis, tametsi diversi sint officia, & utilitas perinde ad unumquemque reditura sit singulatim, ut salvi perveniant in portum: ita finis omnium civium domi & militiæ est publica salus, qua pereunte nemo potest esse incolumis, &c. ad LL. XII. Tabb. Qua de re etiam tractat Marcus Tullius *lib. 5. de finib.* Julianus *in l. ita vulneratus 51. §. ult. D. ad L. Aquil.* & Justinianus Imperator se observasse gloriatur, nobili illa sententia: Quod communiter, inquiens, omnibus prodest hoc rei privatæ nostræ *id est* fisco nostro præferendum esse censemus, nostrum esse proprium subjectorum commodum, imperialiter existimantes, *l. un. §. hoc autem 14. C. de caduc. toll.* quem Fridericus & Lotharius Augusti sequuntur. *lib. 5. feud.* Quarto adferunt hi patroni, quod † juramentum fidelitatis habeat sua certa & determinata capitula, in quibus quia non continetur, quod subditi ad compulsum sive præceptum Domini sui velint accedere ad ipsius molendina, idcirco eos quoque cogi ad id non posse, cum inclusio unius alterius sit exclusio. Jacobinus de S. Georgio *d. loco verb. Et cum molendinis num. 3. vers. 2. capitula.* Fransc. Bella comba *in Syntag. commun. opinion. lib. 3. tit. 21. Rub. De molendinis nu. 26. & 27.* Non magis, quam quando † feudum ad certum & determinatum servitium datum est, vasallus ad alia non determinata præstanda obligatus est. Jo. Borcholt. *de feudis cap. 1. num. 28. ad fin.* Petrus Heigius *part. 1. q. 8. n. 15.* Sed certe nec hoc argumentum multũ stringit, Præterquam † enim quod in solis vasallis, qui forte à Principe bannaria molendina erigere aut constituere volente, feuda recognoscunt, & juramentum fidelitatis præstiterunt, daß sie getreu und gewertig seyn wollen / wie getreuen Lehenmannen gebühret / locum habere posset; de reliquis vero subditis tam civibus quam rusticis feuda nulla recognoscentibus, quippe saltem Huldigung und Erbpflicht / præstiterunt, (quorum tamen multo major est numerus)

Marginal numbers: 23, 24, 25, 26, 27, 28

rus) nequaquam accipi potest, ut vidit Hamelius *d. cap. 44. num. 28.* nemini tam insuper est † incognitum, multa à vasallis & subditis Dominis suis tam extraordinarie quam ordinarie quotidie de facto præstari, quorum in juramento fidelitatis nullo unquam verbulo facta est mentio, super quo me ad quotidianam experientiam & Waremund. de Erenberg. *in tract. de Regni subsid. ac onerib. subditor. cap. 4. & 5.* amore brevitatis refero. A quibus omnibus si vasalli ac subditi alii, strictam juramenti fidelitatis formulam obponendo, se eximere ac liberare non possunt, quomodo fieret, ut à bannariæ moletrinæ visitatione, utpote in qua revera minus est incommodi ac oneris, se immunes facerent.

29

Quinto loco considerat Jacobinus de S. Georgio aliquoties adscito loco, quod in Dominorum potestate non sit situm, subditos suos conpellere, ut relictis moletrinis privatorum ac vicinorum, molendina dominica bannaria accedant; propterea, quod in homagiis † nulla debet induci novitas, *per text. in l. cum satis §. caveant. C. de agric. & censit.* quod etiam placuit Speculatori *tit. de feudis. §. quoniam versicul. Ego tali juro.* Augustino Beroo *in consil. 81. numer. 16. & 41. volum. 1.* Henrico à Rosenthal. *de feud. part. 10. section. 5. num. 98.* ubi plures alios citat. Posito igitur, ut maxime † homagia ex jure consuetudinario (cum æque nesciam, quo sensu Asinius *in pract. Flor. §. 6. cap. 13. numer. 4.* dixerit naturaliter Subditum, quem esse, qui ipsi Principi subjectionis juramentum præstat, opinatur Dn. Ilico Ummius IC. & amicus meus *in preces. judic. disputat. 5. θ. 5. num. 32. pag. 182.*) originem suam habeant, *Speculat. d. titul. de feudis. §. secundo quæritur.* Thomas Maulius *tract. de homag. tit. 1. num. 2. 3. 4.* Ac præterea illo ipso jure receptum sit; Subditos Domino suo fidelitatem, & non vicissim Dominum subditis jurare cogi, vel illam sacramenti præstationem Domino remitti, idque vulgo ab interpretibus notatum testatur Argentræus *tit. 16. art. 316. num. 1.* scilicet propter reverentiam ipsius Domini, dicente Hieron. Schurpffio *cent. 3. consil. 10. num. 20.* & Choppino *lib. 2. leg. Ant. tit. 4. de mutis patron. in client. offic. num. 2. pag. 36.* & ideo Dominum ad paria justitiæ fidelitatisque subditis ac vasallis, excepto sacramento obligari, cum multis adserit Wesenb. *cons. 202. num. 18. part. 5.* in tantum, ut nonnulli Doctores adserant, nulla lege cautum esse, quod † Dominus vasallo suo jurare cogatur. Alvarottus *in c. unic. de form. fidel. DD. in c. 1. De milit. vasallo qui contum. est.* Isernia & Afflict. *in c. Imperialem. de prohib. feud. alien.* per Frid. Maulius *d. tit. 1. num. 10.* Quod tamen † hodie in toto orbe Christiano Reges, Duces, ac Comites in principio suorum regimentorum (ut appellat Arcadius Jurisconsultus *in l. unic. D. de offic. præf. prætorio.*) ac inaugurationis suæ Statibus sive Subditis suis se juramento more majorum devincere, & per promissionem suam in erectis capitulationibus recipere cogantur: quod omnia jura, libertates, privilegia eorum sarta tecta servare velint, **daß sie ihre Stände unnd Unterthanen bey ihren alten wolhergebrachten Freyheiten unnd Gerechtigkeiten lassen/ schützen unnd handhaben wollen:** qua de re benevolus lector videre poterit textum *in cap. de forma. in fin. 22. quæst. 5. cap. unic. De forma fidelit.* Jacob. Ebertum Professorem Aca-

30 31 32 33

demiæ Marchiæ, *in hiſtor. juramentor.* Auctorem libelli *de jure Magiſtratus in ſubditos. per diſcurſ.* Henn. Arniſæi *commentat. polit. de authoritat. Principis in popul. cap. 1. nu. 3. & 4.* Thomam Maulium *d. tit. 1. nu. 11. 12. 13. 14.* adeo ut in feudis eadem fide Dominus obligatus ſit, & teneatur, qua è contra vaſallus tenetur domino: ac reciproca ſit obligatio inter Dominum & vaſallum, ita, quod in omnibus dominus feudi debeat parem vicem reddere vaſallo ſuo, veluti hoc inducit Schurpffius *d. conſil.* 10. *nu.* 19. 20. *per totum.* & alias ſubjectus debeat jurare fidelitatem domino, hicque viciſſim ſubdito, juxta *Gloſſam in l.* 1. §. *permittitur ſuper verb. impetrabilis. D. de aq. quot. & æſt. d. c. Imperialem §. fi. ſuper ver. ſacramenta in feud.* Guil. de Ludo Peruſinum *in ſingul.* 73. Quo refero textum & verba iſta Friderici Imperatoris, dicentis: Hanc itaq; pacem & concordiam, ſicut præſcriptum eſt, tam nos, quam filius noſter Henricus Romanorum Rex, per Camerarium noſtrum Rudolphum jurari fecimus, in animam noſtram, *in lib. de pace Conſtant. verſ. hanc itaq; lib. 5. Feud. tit. 21.* & juramentum Athalarici Regis populo Romano præſtitum, apud Caſſiodorum *lib.* 8. *c.* 3. Adeundus ante laudatos omnes inprimis eſt Ioh. Bapt. Hanſenius in argutiſſimo *lib. de jurejur. vet. cap. 6. & 7.* qui hanc rem plenius ſelectiſſimis exemplis decoratam exhibet.

Quod, inquam, cum hucuſq; factum fuerit: Non utiq; citra rationem concludendũ videtur, quod ſimiliter Domino (maxime cum ſimus Chriſtiani, nec quæſtio politico-ethnice ſolum decidenda veniat) nõ ſit integrũ, contra fidem in introitu regimẽti, Im erſten Antritt ſeiner Regierung (ſic de juramẽto inaugurationis, quod Reges Angliæ præſtant vide Iacobum VI. *in lib. Ius liberæ monarchiæ, ſive de mutuis regis liberi & populi naſcendi conditione illi ſubditi officiis pag. 180. inter opera reg.*) correſpective datum, ſubditorum ſuorum immunitates ac libertates inminuere, eo ipſo, quod illos coactioni Bannariæ ſubjicere, & præciſe ad viſitandum tantummodo ſuas moletrinas conpellere ſatagit: quidquid etiã dicat Andreas Knichen; fidelitatem quam exhibet vaſallus ſive ſubditus domino diſtare ab ea quam dominus ſubdito ſeu vaſallo viciſſim debet, neque parilem in omnibus & per omnia cenſeri obligationem *tract. de veſtit. pactionib. par. 2. c. 5. n. 273. juncta part. 3. c. 4. n. 22.* Moderanda enim hęc ſunt, & fides pariter ſervanda; quam fallere in privato probroſum, in Principe abominabile; eumque ad obſervantiã conventionis magis adſtringi, quam privatum, exiſtimat idem *d. part. 2. cap. 5. num. 237.* Potius ergo, tamquam Abimelechus aliquis, paternum † erga illos animum gerere, *Novella* 8. *c.* 8. Roland. à Valle *conſ.* 18. *nu.* 18. *l.* 2. Ioan. Cephal. *conſ.* 28. *num.* 47. Conſequenter † illos non ut ſervos, ſed ut filios & nepotes tractare *l.* 4. *in fin. C. de debit. civitat. lib.* 11. Frid. Scotus *reſponſo.* 1. *n.* 230. *tomo* 1. *lib.* 1. Cravetta *conſ.* 241. *n.* 8. Ludov. Rudolfin. *de Sablonetta in tract. de ſupr. princ. poteſt. c.* 4. *n.* 7. & 8. iiſq; uti ut liberis, quorum pater eſt, *Homer. odyſ. β.* *Tholoz.* 8. *de Repub.* 1. *num.* 20. Maulius *tr. de homag. tit. 12. n. 12. 13. 14. 34. & tit. 33. n. 2.* ac populorum paſtor exiſtere ex Homero *ſup. quæſt. 4. n. 27.* ac eorum ſtatum † tueri ac defendere debet. *ſup. quæſt. 1. nu. 49.* Aymo Cravetta *d. conſ. 241. n. 7.* Ioan. Fichard. *conſ. 137. n. 2. lib. 2.* Andr. Gail. *de Arreſt. Imp. c. 8. nu. 12. c. 9. nu. 20. & cap. 10. nu. 7.* præſertim quia monente Ariſtotele *lib.* 5. *Pol.* melius eſt, Regem vel Principẽ eſſe μὴ σφετεριστὴν ἀλλ' ἐπίτροπον non extortorem bonorum,

34 35 36

sed tutorem. Etenim *ἐδὲν διαφέρει ἄρχων ἀγαθὸς ἀγαθοῦ πατρὸς idest* non differt bonus Princeps à patre bono, juxta Xenophontem & Homerum: adeo ut rex, dum coronatur, jure naturæ fiat subditorum pater; quòd per species copiosius diffundit idem potentissimus Angliæ Rex Iacobus VI. *d. lib. pag. mihi 181. 189. 190.* Imo vero se servum populi vocat; Regemque ob subditos, non contra esse (ad Proceres regni sui verba faciens) hisce manifestat: Quod servus haberi debeam, longe est verissimũ. Sicuti enim singulorum & hominum & ordinum præses sum, rectorq; & caput, cum auctoritate omnibus imperans, ut subditis: ita si unum corpus populum collegeris, tum profiteor, ut caput gratia corporis factum est, non corpus gratia capitis; ita Regem populo natum esse, non populũ Regi.

Quamquam enim Rex & Subditi sint relata; Rex tamẽ absq; populo esse nequit, At sine Rege est populos invenire. Ego numquam erubescam magnus ille Reipublicæ haberi servus, cui nihil unquã in hac vita, bono publico, charius aut beatius cõtingat. Ita ille *in orat. pag. mihi 493. oper. reg.* Hinc mutuus nascitur amor *infr. num.* 105. de Davide 2. Samuel. 18. versic. 2. de Cræso Iustinus *lib. 1. cap. 7.* de Cyro ita idem Xenophon: *οἵτε ἀρχόμενοι Κῦρον ὡς πατέρα ἐσέβοντο hoc est* Subditi Cyrum tãquam patrem colebant & observabant 8. *præd.* Huc Josephi Scaligeri spectãt Iambi:

Fortasse cives pejus angue Principem
Odisse possint; is licet non oderit.
At ipse amari non potest, si non amat.

Speciosior quidem duabus præcedentibus est hæc ratio, sed tamen, mea ut fert opinio, etiam valde inbecillis. Esto enim, quod in homagiis nulla debeat introduci novitas, hoc est, quod antiqua & solita forma servari debeat, quodque † nemo teneatur ultra vel præter consuetam formã, 37 (quam instrumenta antiqua docent, juxta Mascardum *de probat. conclus. 947.*) homagium præstare, Baldus *in cap. 1. §. pactiones. numer. 1. De pace constantia.* Schraderus *d. part. 10. sectione. 5. numer. 98. & 99.* Thomas Maulius *tract. de homag. titul. 1. numer. 14. 18. 19.* ubi plures auctoritates citant; quibus addo pariter novissimum M. Anton. de Amatis. *decis.* 112. ubi eleganter probat, quod † homagium & fidelitatis juramentum Domino per Syndicos & incolas 38 loci secundum antiqvum morem præstari debeat, alioqui dici metu extortum; cum non præsumantur suo superiori concessisse id, quod non debebant, & sic suum jactasse; ut ex Baldo, Aretino, & Riminaldo retulit Rolandus à Valle *consil. 18. num. 10. libr. 3.* Hamelius *d. cap. 44. num.* 16. Thom. Maulius *titul. 4. numer. 11. & supr. quæst. 10. num. 29.* Non aliter † tamen argumentum 39 inde depromptum secundum leges bonæ conscientiæ (quæ idem est, quod bonus vir, dicente Petro Gerardo *singul. 22. num. 9.* quæque Angelus est humanæ vitæ præsidens, juxta Alex. Stiaticum *cap. 24. pract. observ. numer. 11. 12. 13. 14.* homines autem multi sint, pauci viri *d. cap. 24. numer. 4. & 15.* plura Iohan. Ordelaphus *ad l. fin. D. de rei vindicat.*) Domino obesse poterit, quam si, contra antiquum atque hactenus usitatum Stylum, homagii formulæ expressim inseri velit, ut subditi promittant ac jurent, daß sie es mit in ihren Huldigungs Eid nehmen / se in posterum ad nulla alia molendina, quam dominica accedere velle.

Si enim antea in illorum libero arbitrio fuerit situm, imo & tempore inaugurationis aut initio regiminis ipsis nominatim forte à Domino indultum & concessum, hæc

hæc vel illa molendina pro libitu viſitare, nec contrarium in antiquo tenore homagii inveniatur; nequaquam jure adigi poſſunt, ut talem veteris homagii inmutationem ſive innovationem ſibi obtrudi patiantur, *jurib. ſuprad.* At ſi Dominus ſolo jure ſuperioritatis aut inveſtiturarum ſubnixus molendina bannaria inſtituat, nec tamen in initio gubernationis adeptæ ſubditis liberum ac arbitrarium uſum quorumcunque molendinorum indulſerit; multo minus eos præciſe urgeat, ut juramento homagiali expreſſim inſeratur, quod dominica molendina, relictis vicinorum, ſolummodo adire debeant; tum fruſtra Domino innovationem homagii objiciunt; quandoquidem in formula homagii nihil hac de re continetur, & præterea tum demum recte, dominum homagii tenorem innovare, dici poſſet, ſi formam ejus antiquam mutare intenderet, *argum. l. fin. C. Si per vim vel alio modo.* Lancelottus *de attentat. in præfat. numer.* 15. Iuramenti enim præſtatio contractus inſtar obtinet, ideoque quid actum ſit, ante omnia deſpiciendum venit, Regner. Sixtin. *conſil. Marpurg. 12. numer. 46. & ſeq. volum.* 3. Nec officit fidelitatis & obedientiæ juramentum Principi præſtitum §. *conſules De pace conſtant. cap. nimis cap. venientes de jurejur.* cũ id habeat juſtitiæ (de qua hîc adhuc litigamus) obligationẽ §. *ult. de prohib. feud. aliẽ. per Lothar. ubi Feudiſtæ*; & intelligatur, niſi pars altera cõtraveniat, *cap. 3. c. ſicuti 29. §. 1. De jurejur.* Weſenb. *cõſil. 298. n. 64. part. 6.*

Sexto inferunt Iacobinus de S. Georgio & Franciſcus Bellacomba *in ſupra allegatis locis.* Quod, † ex quo ſubdito præcipitur, ut vadat ad certam moletrinam pro molendo, eo ipſo ab aliis omnibus prohibeatur. *l. cũ ita legatum l. Titio 71. §. Titio centum. D. de* 40 *condit. & demonſtrat.* Atqui hoc ne quidem per pactum fieri poſſe videtur. *l. penult. D. de pactis.* Socinus *conſil. 272. lib. 2.* Caſtrenſis *conſil. 144. infr. num. 73.* Verum enimvero & huic illationi haut difficulter ſatisfieri poteſt, ſi dicamus, omnino † validum eſſe pactum, quo quis ſe ad acceſſionem molendinorum dominicorum obſtringit; cur enim prohibeatur libertati ſuæ ſpontaneo contractu renunciare? juxta textum *in l. Si quis in conſcribendo. C. de pactis. & dicam infra num. 127. juncta quæſtione* 20. 41

Nec urget in contrarium † allegata *l. penultim. D. de pactis.* Loquitur enim de pacto nudo ſeorſim à contractu facto, quo effici nequit, ne quis de re ſua pro libitu diſponat: at ſecus ſe res habet in contractibus ac legibus ſive pactis eorumdem, quæ ſcilicet ipſis inſunt; talia enim pacta valent, juxta *l. ultim. C. de pact. inter empt. & vendit. l. 3. C. de condict. ob cauſam l. ult. C. de reb. alien. non alienand.* 42

Ac ſane ſi cum Doctoribus noſtris ſtatuamus, primo, molendinum eſſe prædium aliquod, ut quæſtione alia oſtendam: Deinde jus illud, quo mediante aliquis molendinum bannarium viſitare cogitur, eſſe ſervitutem † quamdam, ſecundum Antonin. Teſſaurum *deciſio. 16. numer. 4. verſicul. ſed quoniam. in verb. cum hic agamus de præſcriptione ſervitutis.* Stephan. Ranchinum *in addit. ad Guidon. Papæ. quæſtio.* 298. *in verb. acquiſiverit ſub ea ſervitute.* Et quidem prædialem debitam ipſi moletrinæ à pago, vel alia quadam communitate, teſte Cæpolla *de ſervit. urban. prædiorum cap. 50. numer. 2. verſicul & præterea.* Nicol. Boerio *deciſio. 125. numer. 4. verſic. Et ex privilegio & numer. ſeq. in verb. acquiritur quaſi poſſeſſio ſervitutis.* Franciſc. Balbo *in tract. præſcript. part. 4. quintæ principalis. quæſt. 6.* 43

nu.3. ibi, & erit servitus prædialis. Et porro 44 † servitutes vel stipulationibus *l. venditori l. proprium. D. Com. prædior.* vel pactis ac contractus, *l.3.§.1.D. de usufructu. l.1. in fin. D. de servit. rustic. præd.* vel etiam legitimi temporis præscriptione, ac aliis modis constitui posse. *l.10. §. hoc jure. D. de Usucap. l. fin. in fin. C. de longi temp. præscript. l. si quis diuturno. Cod. de servitut. cum simil. infr. quæstio. 21. Cæpolla de servit. urban. præd. cap.19. num.1.* cur non etiam aliquis jus illud, quod nimirum in posterum ad ipsius molendinum pro molitura accedere velit, vel vicino, vel proprio Domino spontanea pactione constituere posset? juxta textum *in d. §. ult. Instit. de servit. præd. urb.* qui generaliter loquitur; & statuit, si quis velit vicino aliquod jus constituere, quod pactionibus atque stipulationibus id efficere debeat: & ad aliam rem transfert Thom. Maulius *tract. de jure conduct. titul.2. numer.62.*

Qua sententia retenta, fortassis etiam e- 45 vitari possit objectio † Dn. Henrici Boceri *in tract. de Regalib. cap.2. nu.182.* statuentis, servitutem ita constitui non posse, ut quis faciat aliquid; puta, ut ad certam aliquam molam suum frumentum comminuendum portet; siquidem ea servitutum sit natura, ut quis patiatur aliquid, aut non faciat. *l. quoties 15. §.1. D. de servitut.* Quia ex sententia Angeli, Fulgosii & Wesenbecii hoc verum est, considerata servitutum natura principaliter: at in consequentiam aliquando quis facere quid cogitur, vel natura servitutis, vel pacto contrahentium id postulante. *l. et si forte 6. §. etiam l. sicut. §. distant. D. Si servit. vindic. adde ipsius consil. 39. numer.2. consil.69. numer.1. & 2.* Quamvis hanc distinctionem explodat Ioan. Superior *in commentar. ad d. l. quotiens numer. 2. D. servitut.* Deinde, qui promittit, se ad certum molendinum frumentum suum comminuendum deinceps portare velle, in rei veritate non tantum patitur, sed & non facit. Patitur, eo ipso, quod libertatem pristinam tacite à se abdicat, & sibi legem de accedendo inposterum domino molendino patienter fert præscribi. Non facit quoque, quia non portat ulterius frumenta sua ad moletrinas vicinorum, sed vadit ad Domini sui molendina; atque ita similis † est ei, qui suo vicino contra seipsum concedit, ut sibi non liceat in suo altius ædificare, ne ipsius luminibus officiat; servitutem namque realem constituit, 46 secundum quam ipsi potentia altius ædificandi aufertur. *Cæpolla de servit. urban. prædior. cap.2. num.10. versic. Aut illa verba. infr. quæst. 43. num.44.*

Denique licet concedatur, quod † jus 47 illud bannale, tamquam jus negativum & prohibitorium, (ut adpellant Baq. *de la justici. cap.29. numer.25.26.27.* & Ferrerius *in addit. ad Guidon. Papæ quæstio.298.*) quod vicino vel Domino per pactionem nostram constituimus, de adeundo scilicet deinceps ipsius molendinum, non sit proprie aliqua servitus prædialis; quin † tamen 48 inde oriatur servitus vel obligatio personalis aut jurisdictionalis, vix negari potest, ex traditis per Cæpollam *de servit. urbā. præd. c.50. nu.2. vers. Et prædicta.* Antonin. Tessaurum *decisio. 16. num.11. versicul. tum enim dicitur.* Zasium *libr.1. singul. responsor. cap.11.* Anton. de Padilla *in l. in provinciali. numer.25. C. de servitut.* Petrum Augustin. Morlam *in Emporio juris part.1. titul.6. num.77.* Gregor. Mohr. *in tract. de Venat. part.2. c.2. n.18.* & Iohan. Althusium *l.1. dicæol. c.22. nu.56. & 58. juncto c.42. n.7. 8.9.10. infr. quæst.43. num.23. & 27.*

Atque

Atque ita ex prædictis colligitur, præmissum textum argumentum non multum pulveris excitare posse. Septimo pro stabilienda † hac adfirmativa opinione idem Dn. Bocerus *in d. tract. de Regalib. cap. 2. num. 182. versicul. deinde* in primis urget textum *in Clement. unic. de excess. prælator.* ubi Pontifex in Archiepiscopos, Episcopos & cæteros Ecclesiarum Prælatos acriter invehitur quod molentes in molendinis exemtorum *hoc est* eorum, qui Pontifici immediate vel alii, cui is in conservationem dederat, suberant, suspenderent, interdicerent & excommunicarent: adjecta hac interminatione, ut eos inposterum charitative tractantes, eis sua jura ac privilegia inviolabiliter servarent.

49

Quin vero Pontifex illud recte præceperit, non est dubium. Quid enim æquius, quam ut Prælati suis juribus sint contenti, atque alter, in alterius non præsiliat injuriam sive jacturam *d. Clement. unic. De excess. prælat. cap. accedentibus Ext. eod. titul.*

Cæterum nihilominus fatendum est, ex illo textu non posse directo inferri, Prælatos id eo animo, ut molentes in molendinis exemtorum simpliciter cogerent ad visitandum inposterum moletrinas Archiepiscopales vel Episcopales; sed potius ea intentione fecisse, ut exemtos in quasi possessione juris moletrinas habendi turbarent, atque ita molendinis eorum vel destructis vel impeditis, de facto per indirectum & pedetentim molentes ad sua molendina pertrahere possent. Liquet id primum *ex d. Clement. unica. §. & appellationibus*, ubi non ipsi molentes, sed exempti tamquam moletrinarum Domini ac possessores, sed in usu juris sui impediti, à prædicto gravamine adpellasse dicuntur. Deinde quoque *ex §. quidam cum armis*, ubi Papa innuit, quod nunnulli Prælatorum cum armis & erecto vexillo, molendina contra justitiam destruant exemptorum, quæ etiam tanto tempore possederint, ut de contrario non exstet memoria. Separata igitur esse hæc duo, Molentes ipsos, die Mahlgäste / ad molendum in suis moletrinis præcise cogere: Et molendinorum Dominos in quasi possessione juris molendinarii saltem turbare & impedire, ac consequenter pro tuitione uniuscunq; juris ac libertatis tam his, quam illis diversa quoq; remedia conpetere, cuilibet obvium esse existimo.

Octavo & ultimo videmus † quoque præclarissimos quosque Iurisconsultos hactenus docuisse & scripsisse: Quod Dominus nullo modo subditos suos cogere possit, ut relictis propriis, vel vicinorum, & quidem propinquioribus moletrinis, dominica saltem molendina adeant; quemadmodum benevolus lector ipsemet legere poterit apud Chassan. *in consuetud. Burgund. Rubric. 13. §. 2. num. 14. & seqq.* Roland. à Valle *consil. 22. numer. 23. consil. 91. numer. 43. volum. 2. consil. 52. numer. 31. consil. 80. numer. 38. 39. 40. 41. consil. 97. per tot. fere volum. 3.* (quem virum de legali scientia bene meritum & ab omnibus suspiciendum, prædicat Paulus Montanus *in tract. de jure tutel. & curat. cap. 33. numer. 8.*) Stephan. Bertrandus (quem Rutg. Rulant nominat doctissimum & integerrimum Iurisconsultum, qui consultor veritatis à quibusdam non immerito vocetur, cujusque responsa Decisionum instar habeantur, *libr. 7. tract. de commiss. p. 4. cap. 8. numer. 11.* majora de ipso adcumulat Molinæus *in tract. de donat. in contr. matrimon. num. 66. ad finem. tract.*

50

de eo quod interest pag. mihi 316. infr. quæst. 21. num. 3.) consil. 234. lib. 3. Berett. *consil. 131. numer. 1.* Cravett. *de antiquit. tempor. part. 4. §. circa præmissa numer. 5.* Petrum Anton. de Petra *de potest. Princip. §. superest modo videre num. 10. & §. subjiciamus nunc. num.* 68. Antonin. Tessaurum *d. decisio 16. numer. 1. & 2.* Iulium Clarum *in §. feudum quæstio. 30.* Nicol. Boer. *decisio 125. & decisio 304. numer. 7.* Francisc. Balduinum *in scholiis ad LL. rusticas titul. 10. lib. cum seq. infr. numer. 106.* Ioan. Borcholdum *in cap. unic. Quæ sint Regalia. numer. 35. §. & consil. 6. §.* **Es kan ein jeder** *part. 1. pagin. mihi* 73. Ioan. Schneidewein. *in §. flumina numer. 15. Instit. de rer. divis. & in §. summa antem num. 57. Instit. de interdict.* Nicol. Intrigliol. *de feud. quæst. 72. num. 1.* Andr. Knichen. *de regio & sublimi territor. jur. verb. jus superioritatis mihi pagin. 91. & in commentar. ad privileg. Saxon. cap. 9. mihi pag. 216.* Ludolph. Schrader. *in commentar. ad Institut. part. 2. §. 14. & 15.* Ioan. Koppen *decis. 19. numer. 6.* Renatum Choppinum (qui quam variæ multæque lectionis, & quantus in jure publico privatoque vir fuerit, doctis notum est) *in legib. Andium lib. 1. cap. 14.* Henricum à Rosenthal *de feudis cap. 5. conclus. 25. numer. 3. & in glossa* D. Andream Rauchbar *part. 1. quæstio. 27.* Henric. Bocerum *in tract. de Regalib. cap. 2. numer. 174.* Rutger. Rulãd. *de commissar. part. 4. lib. 2. cap. 13. numer. 12.* Matth. Wesenbecium *consil. 67. numer. 27. 29.* Iacob Schultes *in addit. ad Modestin. Pistoris part. 1. quæst. 36. numer. 5.* & alios; qui hanc ipsam opinionem communẽ, veram, imo verissimam, secundum quam in Senatu Pedemõtano semper JUDICATUM sit, pronunciant; alios præterea auctores laudantes:
51 quam † etiam in Augustissima Camera Imperiali in causa **Pappenheim** contra **Elgaw** aliquando adprobatum fuisse, testis est idem Dn. Rutger. Ruland. *in decis. juris. controvers. quæstio 24.* Confer etiam quæ habet Quirinus Kubach; qui hanc quæstionem ita format, ut casum includat, si quis per longissimum tempus iverit ad alium molendinum vel furnum, an possit cogi, ut in posterum & quidem semper ad id eat, ibique molat? Distinguit, an id fecerit servituris, an vero potius iure facultatis seu avaritiæ & familiaritatis aut licentiæ seu permissionis. Deinde exaudit illud prius de jure constituto, ex præscriptione vel tenore investituræ, cum aliis limitationibus, quæ habet *cent. 2. quæst. illustr. dec. 4. quæst. 2. per tot. pag. mihi 354. & seqq.* (cum quo transit Choppinus *d. lib. 1. leg. And. cap. 28.*) inquiens, habere plures Alexand. Trentacinquium *libr. 1. resolut. 1. de servit. pag.* 88. Guidonem Papam *decisio. 298.* & Cyrum *in l. (. quæ sit long. consuet.*

Hac igitur opinione, quam & ego de juris veritate bene defendi posse arbitror, retenta; possit fortassis ad ea, quæ pro contraria sententia superius sunt mota, post Ioan. Koppen *decis. 19. num. 7.* haut difficulter & sufficientius responderi. Nam primum quod attinet, nemo est, qui non perspiciat, ab † inpositione tributorum & 52 pensitationum ad coactionem accessionis ad molendina bannaria non commodè argumentum duci posse. Sicut enim illud expresso & antiquissimo jure Dominis est indultum: Petrus Heigius *part. 1. quæst. 17. num. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8.* Ita vicissim hoc non obscurè illis est prohibitum, ut constat ex prædictis: à licito igitur ad inlicitum à necessario item (qualis est tributorum præstatio) ad arbitrarium (qualis est molendinorum visitatio) adfirmativè inferre

ferre

ferre velle, nihil aliud esset, quam lucem & tenebras confundere.

Et ut maximè dicamus, in consequentiam quoque commodum dominicum per visitationem molendinorum non minus, quàm per anniversarias pensitationum illationes promoveri posse; nostrum tamen non est considerare, quid hoc casu Domino fortean prosit, sed quid ipsi contra bonam subditorum voluntatem eorumque libertatem de jure liceat. Nam † inlicitum, etiam ad optimum finem perveniens, non excusat à pœna *l. desertorem* §. *in bello D. de re milit.* Hippolyt. de Marsil. *in pract. crimin.* §. *successivè. nu.* 5. Tiraq. *de pœnis caus.* 52. non magis quàm † mala sunt facienda, ut eveniant bona. Andr. Osiander *ad Iohan. cap. 19. vers. 1. glossa cum concord. in cap. forte aliquis. 14. quæst. 5. & glossa in c. super eo. Ext. de usuris.* Bartholom. Tœgius *in tract. crimin. part. 19. num. 15.* Marq. de Susannis *d. tract. de Iudæis part. 1. cap. 11. num. 14. p. m. 40. a.* Cl. Prateus *lib. 5. regul. jur. tit. 1. cap. 3. per tot.* Ne dicam, quod major quoque favor versetur in tuenda libertate subditorum quàm in adserenda Dominici ærarii adauctione, per ea quæ habentur *in cap. ex literis. de probat. l. antepenult. D. de manumiss. l. inter pares. D. de re judic.* & apud Baldum *ad l. ult. num. 15. vers. ex hoc deciditur. D. de feriis & in Auth. omnes peregrini. num. 10. C. commun. de success.* ubi ostendit, quod † etiam ubi undique testimonia sunt paria, nihilominus potius pro libertate, quàm contra eam sit judicandum: adde Hameliun *d. comm. ad tit. de action. c. 43. num. 17. 18.* Et dicit Nevizanius inter consilia Bruni *consil. 12. num. 184. versic. 3.* Quod † plus debeamus favere libertati, quàm pupillo, quàm Reipublicæ, quàm piæ causæ. Plenius Tuschus *tom. 5. cõcluf. pract.* *338. 339. per tot. lit. L.* Prateus *lib. 4. regul. ju. tit. 16. cap. 1.* Hinc dicitur: libertati magis faveri quàm filiationi; sicque favorabilius esse legatum libertatis, quàm jus & legatum filiationis, post Iasonem *in l. si se cui legetur* §. *hoc autem colum. ult. D. de leg. 1.* Pet. Gerard. de Petra sancta *singul. 1. nu. 18.* Alterum argumentum † à tenore & terrore juramenti fidelitatis desumtum etiam parum stringit. Posito enim, quod vasallus utile Domini sui semper in memoria habere, *hoc est*, est ei de suis possessionibus in damno esse non debeat; hoc tamen cæteros subditos feuda nulla recognoscẽtes, neutiquã ligat, quin potius illos tuetur vulgaris exceptio, quoad te liberas ædes habemus. *l. loci corpus* §. *pen. D. si servit. vendic.* Deinde etiamsi vasallus, imò & quicunque alii subditi jurati à dominicis possessionibus damnum avertere sunt obstricti; tamen inde non sequitur, quod ipsius quoque molendina bannaria adire cogantur: hoc enim nec juramenti fidelitatis, nec subjectionis tenor in jure descriptus ab iis exigit; atque ideo nefas esse ducamus violenta explicatione quidquam in contrarium statuere, secundum DD. *in c. unic. Qualiter vasallus jurar. debeat.* Iacobin. de S. Georgio *in tract. feudali. verb. Cũ mero & mixto imperio. num. 16. vers. addite.* Antonin. Tessaurum *d. decis. 16. num. 6. versu. Sexto amplia.* Ludolph. Schrad. *de feud. part. 10. sect. 5. nu. 99.* Alioquin amplissima esset aperta fenestra sub prætextu utilitatis non hoc saltem, sed quidvis in bursam Domini conradendi; præsertim cum in aulis Principum plures inveniantur, qui inmemores præcepti Davidici *Psalm. 1. & Psalmo 15.* in foro utilitatis, quàm justitiæ ambulare, ac ex ærario spoliarum facere malint, cum quibus me non facere, neq;, quoad vixero, facturum

rum esse per rationes & jura hinc inde proposita, cur non sincerè profiteat?

58 De gratificatione porrò † quod annectitur, magis proficit, quàm officit. Gratificatio enim libertatem subditorum nullatenus infringit; ea igitur salva manente, quis non civile & ex re eorum fore existimet, si gratiam Dominorum aucupando, potius ad Dominicas, quàm vicinorum moletrinas accedant? Hoc enim urbanitatem, reverentiam ac amorem erga Dominum, qui se instar patris gerit, requirere, non nisi apud illos, qui in Demagogorum Schola saltem sunt enutriti, dubitationem sortiri potest. At meminisse nihilominus oportet, non quidquid subditorum potestati permittitur, id subjeci etiam juris necessitati *argumento leg. non quidquid.* 40. *D. de judiciis.* gratificationem quoque non habere locum, nisi in casibus à jure (& tenore juramenti aut subjectionis) expressis. Iohan. Andreæ *ad cap. in nostra. de testibus.* Franciscus Aretin. *consil. 142. ex facto colum. penultim. numer.* 13. Carolus Molinæus *in consuet. Paris. tit. 1. §. 8. gl. 1. post numer.* 4.

59 De tertiæ † objectionis viribus non magnoperè etiam est laborandum. Omnes enim in ea nominatæ operæ ac præstationes in jure suam habent determinationem: quid igitur mirum, si subditi iis quoque velint nolint, sint obnoxii? Lege omnino Cardinalem Tuschum *tom. 5. practic. conclus. 118. cum multis seq. lit. O.* At in inpositione oneris coacte visitandarum moletrinarum dominicarum rem se aliter habere retro evicimus; ubi igitur diversum jus est, diversum quoque statuendum esse, nemo facilè inficias ibit.

Quarti denique obiecti argumenti vis etiam mox diffluet; si regeramus, Plateæ † & reliquorum sententiam, prorsus erroneam, & ècontrario verissimum esse, quod Princeps cives vel subditos opulentos, non aliter, quàm sub modicis ac legitimis usuris, ad mutuandum conpellere possit; prout egregiè demonstrarunt Ferdinandus Vasquius *lib. 1. de success. creat. §. 6. numer. 21. & libr. 1. controvers. illustr. cap. 6. numer.* 7. Petrus Rebuffus *de privil. Scholar. privil. 90. numer. 22.* Andreas Gail. *libr. 2. observat. 5. numer. 17. cum sequentibus.* Pro quibus facit, quod † etsi Princeps statuere potest, ut subditi æquis pretiis, prout annona exigit, frumenta vendant. *l. 1. §. cura carnis. D. de offic. præfecti urbi. l. annonam. D. de extraord. Crimin. l. in dardanarios. l. moris. §. sunt autem & alia. D. de pœnis. Novella* 122. Bartolus *in leg. fin. D. ad leg. Iuliam de annona.* Alphonsus Alvarez. *in specul. Roman. Pontific. cap. 54. numer. 36.* Menochius *de arbit. jud. quæst. casu.* 384. Dn. Andreas Dinnerus *in tractat. de popul. anno. precio.* non tamen † eos cogere possit, ut sibi viliori pretio vendant, quàm aliis civibus communiter venditur; sicut multis probavit Iohan. Cephalus *consil. 150. libr. 1.* pro quo militant textus *in dict. l. ultim. D. ad leg. Iul. de annona. leg.* 8. *D. ad Municipal. leg. decuriones. D. de administrat. rer. ad civit. pertinent. l. Imperatores. 71. D. de contrahend. empt.* Confer omninò Iohan. Koppen *decis. 59. per totum.* Neque † obstat *l. si pendentes §. si quid cloacarii. D. de usufructu.* ubi dicitur, quod possessores soleant municipio certam partem fructuum viliori pretio addicere: malè enim ex illo textu colligeris, eos addicere cogi. Aliud enim est solere, aliud cogi; illud necessitatis, hoc voluntatis.

60 61 62 63

Quintum argumentum etiam imbecillius est, quàm ut primam opinionem stabilire

lire

lire queat. Doctores enim alii in contrariam prorsus successerunt sententiam; 64 nempè, Principem † non posse præcipere suis subditis originariis, ne vadant ad habitandum alibi extra territorium sine ejus licentia; quia agitur de coarctanda hominis libertate, quam ne quidem Imperator tollere potest. Odofredus *in l. fin. num. 6. vers. si est rescriptum. Cod. si contra jus vel util. public.* Albertus Brunus *consil. 132. versic. tamen quidquid dicat. colum. 1.* cum quo in effectu transire videtur Rudolfin. de Sablonetta *in tract. de suprem. princ. potest. capit. 6. numer. 118. & 119.* prætereque illos Horatius Carpanus prodidit, libertatis jura præscribi etiam non posse, *in lucubrat. ad Stat. Mediolan. capit. 414. numer. 7. volum. 1.* post Hieronymum de Monte *tractat. finium regundor. cap. 71. nu. 4. infr. numer. 66.* Deinde etiam Henningus Hamelius illam conclusionem *supr. numer. 13.* cum sua illatione intelligit de superiore Principe, qui alium non recognoscit: idem de communitate vel populo; non verò de Principibus aliis, Baronibus & Nobilibus; ut videre est in ipsius comment. *ad tit. Instit. de Action. cap. 44. numer. 1. 2. 3. 7. 8.* adde quæ habet Thomas Maulius *dict. tract. de homag. tit. 12. per totum. & tractat. de jure conduct. tit. 2. num. 3. 4. 5. cum sequentibus.* Et ut maximè hæc opinio esset disputabilis ob ea, quæ tradit Iohan. Bodinus *de Republ. libr. 1. capit. 6. mihi pag. 90. & 91.* Consuetudo tamen Germaniæ patriæ nostræ dulcissimæ, testatur; Ius civitatis benè resignari posse, si modò pro migratione solvatur debita ordinario loci pecunia, vulgò die Nachsteur dicta. Gailius *libr. 2. observat. 36. numer. 7. 8. 9. & 10.* Andreas Rauchbar. *part. 1. quæstio. 15. numer. 2.* Dn. Waremund. de Ehrenberg *de regni subsid. ac onerib. subditor. cap. 5. numer. 58. 59.* Thomas Maulius *dict. tractat. de homag. tit. 10. numer. 8.* pulchrè Wehnerus *in pract. observat. verb.* Nachsteur *pag. mihi* 517. 518. 519. à quibus non recedit Rudingerus *centur. 3. singul. observat. 80.* Remotis igitur istum in modum contrariæ & adfirmativæ opinionis fundamentis, AMPLIATUR, altera & quidem negativa opinio primo, ut multo magis obtineat: Si † subditi con- 65 sueti fuerint, sine contradictione Domini sui, vel alicujus alterius personæ, adire quæcunque molendina quarumcunque personarum per tantum tempus, de cujus initio non existit memoria in contrarium; tunc enim perinde se res habet ac si speciale privilegium prædicta faciendi haberent, ac propterea non possunt à Domino prohiberi; quia talis consuetudo derogat juribus Dominorum in subditos, etiam quoad Regalia, & ex usu longissimi temporis bona fides præsumitur Schurpffius *centur. 3. consil. 39. num. 16. per totum.* & qui se in tali consuetudine fundat, non tenetur aliter justum titulum probare, sed sufficit, illum solum allegare; sicut hæc omnia ex jurium fundamentis post Florianum probavit Augustinus Berous *in consil. 81. numer. 23. 24. & 25. volum. 1.* & adstipulatur Henningus Hamelius *ad tit. Instit. de action. capit. 44. per totum.* & huc pertinent quæ in simili sive relato altero prodidit Thomas Maulius *tractat. de homag. tit. 4. numer. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & tractat. de jure conduc. sive salvo conductu tit. 2. num. 38. cum aliquot seqq.*

Ampliatur II. ut † quamvis subditi & 66 eorum antecessores consueti fuerint liberrimo actu per aliquot putà decem, viginti, triginta annos; item longissimo tempore,

cujus initii memoria non amplius extitet, nec non per centum, & plures; imo integros mille annos, ad molendina dominica accedere: quod tamen eorum successores ut idem inposterum quoque faciant, nullo modo cogi possint; cum talis accessio fuerit meræ facultatis, eaque meræ quæ sunt facultatis præscribi nequiverint, uti latissime deduxit Domin. Cardinalis Thuscus *tom.6.lit.P.conclus. pract.37. & judicavi quæst.10.num.3.quæst.11. num. 5. quæst.21. per totum.* Confer omnino Menochium *consil. 201.num.61. cum multis seqq. volum.3.* & Ioh.Fichardum *consil.31.part. 1.* quamvis dissentiat Paulus Busius *ad l.2. num.2. D.de via publ.* Ita de † ALIQVOT annis indefinite tradidit idem Menoch.*de præsum.libr.1.quæst.20.num.7. & de arbit.jud.quæst.cas.160.n.8.* Hieron. Schurpffius *cent.1.consil.70.num.25.* quem confer *cum cons.59.num.23.24.25.* Ioh. Andreæ *ad cap.ult.de consuetud.in 6.* Choppinus *d.lib.1.leg.And.cap.27.num.2.pag.248.*

67

68 De LONGISSIMO † tempore, cujus initii memoria non exstat, Iacobin. de S. Georgio *in tractat.feud.verb. Et cum molendinis num.4.* Cæpolla *de servitut.urban. præd.cap.50.num.2.* Franciscus à Ripa *in l. quo minus.num.132. D.de flumin. & in respons.194.* Balbus *de præscript.4.part.5.part. princip.quæst.5.num.1.& 2.* Ferrettus *de rer. nautia lib.16.num.76.* Rutg.Ruland.*de commissar.part.4.lib.2.cap.13.nu.11.* Pet.Gilkenius *in comment.ad tit. Instit. de rerū divis. §.& quidem num. 18.* Henric.Bocerus *in tract.de Regalib.cap.2.nu.174.* ubi Boerium, Kirchovium, Schneidevvein, Modestin.Pistoris, Pet.Frider.Mindanum, & alios citat, Quirinus Kubach.*d.quæst.2.*

69 De † CENTVM annis & ultra, Baldus *in l.1.colū.2. C.de servit.* Roland. à Valle *consil.52.num.31.volum.3.* Cravetta *de antiquit.tempor.part.4.§.materia singularitatis q.9.n.98.cū seqq.* Anton.Gabr.Roman. *in com.concl. Rubr.de præscr.cōclus.10.n.4.* Iohā.Borcholt.*in c.unic. Quæ sunt Regalia, nu.35.* Henr.à Rosenthal *de feud.c.5.concl. 25.num.3.versic.nec enim. & in glossa D.* Card.Tuschus *d.conclus.537.num.10.*

70 De † MILLE denique annis Bartolus *in l.cū notissimi in fin. princ. Cod. de præscript.30.vel 40. ann.* quem adducit idem Schurpffius *cent.3.consil.1. num. 25.26. & cons.16.num.2. & consil. 90.num.34.* explicat duplicem esse facultatem juncta mea *quæst.21.* Antonin.Tessaur.*d.decis.16.num. 2.versi.hac vero sic posita.* Andreas Knichen *in comment. in jus Saxon. cap.9. mihi pag. 226.& de sublimi & Regio territorii jure. verb.jus superioritatis.num.122.* Ioan.Koppen *d.decis.19.num.6.* Stephan. Ranchinus *in addit.ad Guidon. Papæ quæst.298.* & Iul. Clarus *lib.4.recept.sentent.§.feudum quæst. 30.* ibiq; Soar. & Harpp. Surdus *consil.127. num.20.& cons.321.num.24.* Nicol. Boerius *decis.125.nu.5.* Iohan. Gryphian.*tract. de Insulis cap.25.num.68. in terminis num. 75.* Hugo Grotius, inquiens, hanc certissimam esse regulam *tract. de mari libero cap. 11.* & post multos alios Paulus Wehnerus *d.pract.observat.lit.M.pag.510. ac pag.511.* apud quos omnia hæc latius explicata inveniet lector, tædiosa eorumdem repetitione nullatenus porrò onerandus: uti nec dissentientium paucorum enumeratione, quos adjecit Bocerus *d.tract.de Regal.cap. 1.num.63.69.* Volui saltem tempora ista de aliquot, puta 10.20.30.40. annis, nec non intervalli inmemorialis; item centum, imò mille annorum spacio propterea distinctè ponere, quod videam Doctores non uno modo loquutos fuisse, sed pas-

passim hæc confudisse ; quæ tamen minimè debuissent confundi.

Quæ enim proportio est inter 10.20.30.40. annos, atque illud tempus, quod hominum memoriam, (quam tamen fortioris potentiæ esse, ac est præscriptio longi longissimique temporis, dicit Schurpffius *d. cent. 3. cons. 35. num. 10.*) imò centum, imo mille annos excurrit?

71 Diversitas † igitur temporis merito diversitatem factorum inducit. Cravetta *de antiquit. tempor. part. 4. §. absolutis differentiis. num. 63.* Præsertim, cum secundum † veriorem opinionem etiam tempus 72 inmemoriale sit minus centum annis, ut scriptum reliquerunt Menoch. *de arbit. jud. qq. casu 3. num. 7. & in 2. responso causæ Finar. art. 4. num. 74.* Didac. Covarruv. *in c. possessor. 2. part. relectionis §. 3. num. 7. D. de reg. jur. in 6.*

73 Et proinde vix est, ut † non tacitè libertati suæ repudii libellum misisse dicantur illi, qui per tempus immemoriale; imo per centum, ducentos, aut totos mille annos ad dominicas moletrinas accesserunt: maxime si aliæ conjecturæ adpareant, ex quibus colligatur, Dominum primitus pro subditis alicujus destrictus tales moletrinas ædificasse, atque eos mox, absque ulla protestatione aut reservatione, de revertendo ad alia molendina, hoc oneris quoque de hisce moletrinis visitandis in se suscepisse, & porro pluries hanc quoque accessionem continuasse, sicut etiam animadvertit Antonin. Tessaurus *d. decis. 16. num. 4. versic. sed quoniam.* quamvis Castrensis *consil. 144. pactum illud lib. 2.* probare conetur, ista quæ sunt meræ facultatis (ut molendinum exstruere *quæst. 10. num. 3.* & adire *h. q. 11. num. 5.*) non tantum minime præscribi posse, sed neque per pactum renunciari, quem citat & sequitur Cardinal. Tuschus *tom. 3. lit. F. conclus. 34.* Voluntas † enim æque facto 74 ac verbis declaratur, & facta non minus loquuntur quam verba, fuse idem Tuschus *d. tom. 3. lit. F. conclus. 15. per tot.* Tiraquellus *tract. de jure consuet. 3. part. limit. 30. n. 12.* Cravetta *consil. 159. num. 5.* Cephalus *cons. 153. n. 3. lib. 2. & cons. 352. n. 6. lib. 3.* Tho. Grammaticus *cons. criminali 13. n. 3.* Menoch. *consilio 110. n. 1. & cons. 121. n. 90. lib. 2.* Castillo *tr. de usufruct. c. 2. n. 117. 118. 119. & part. 2. contro v. c. 26. n. 87.* imo interdum plus est voluntatem exprimere facto, quam verbo. *c. filii dilecti. de appell. c. cũ super. de offic. de legat. l. si tamen. §. ei qui. ubi* Bald. *D. de ædil. edicto. § item 6. cum §. seq. 7. Inst. de hered. qual.* Ioh. Rudinger. *cent. 5. sing. observ. 76.* Atq; hujus † volũtatis certi- 75 tudinem inprimis arguit factorum multiplicatio, *Novella 134. §. & hoc vero jubemus.* Bartol. *in l. triticũ. de verb. oblig.* Hippolyt. de Marsil. *singul. 378.* Francisc. Cremens. *sing. 326.* & animus colligitur ex factorum qualitate, Albericus de Rosate *tract. de Statutis. lib. 4. c. 78. n. 8.* animiq; judicium colligitur ex perseverantia, Baldus Perusinus *tract. de Statut. verb. Ignorantia nu. 4.* Cum & ex patientia decem annorum consensus præsumatur, Bar. *cons. 23.* imo ex paucorum, puta quinquennii excursu. *l. ult. C. si maj. fact. rat. hab.* Wesenb. *d. consil. 34. n. 46.* Quamquam & casus ille, quem de mille annorum successiva accessione ad molendinum dominicum Dd. hyperbolice inculcant, non facile cuiquam mortalium in praxi obcurrere potuit. Ampliatur III. ut † nec statutum valeat, 76 quo proprii subditi coguntur, ut ad certa

molendina accedant; prohibitis enim monopoliis hoc accenset Ioh. Althusius *d.c.32.poli n.25.pag.675.* & juri com. contrarium est, ac fundamentum in radice cupiditatis & avaritiæ, ut plurib. defenderunt, Socin.*conf.272.vol.1.* Io.Bertachin. *in Repertorio verb. Molendinis privatorum.* Cravet.*de antiq.tem.part.4.§.circa præmissa.n.4.5.& 22.* Did. Covar.*relect. suar. part.2. post Inst.§.4.n.7.* Cacheran.*decis. Pedemon.17.* Ioan.Koppen *d.decis.19.num.5.* Henric. à Rosenthal *de feud.c.5.concl.26.nu.1.& in glossa.A.* Emanuel Suarez *in thesauro com. opin.lit.D.n.136.* Henn. Hamelius *d.comm. ad tit.Instit.de action.c.44.n.2.3.& seqq.* latissime vero ipsius dominus & præceptor (ut hunc alicubi honoris causa nominat) Ludolph.Schraderus *in comment.ad tit.Instit.de rer.divis.part.2.§.14.per tot.* ubi ad satietatem te, lector, pascere poteris.

Extenditur porro hæc ipsa tertia ampliatio, ut multo magis † obtineat in Ecclesiis & Ecclesiasticis personis sive clericis: hos enim tale statutum, ut maximè aliàs valeret, non ligat. Nicol.Boerius *d.decis.125.* Nicol. Bellonus *conf.43.n.2.* Socinus *d.conf.272. vol.1.* Cacheranus *decis.17.n.9.* Petrus de Ancha *conf.71.* & per plures alii allegati à Schradero *d.loc.§.16.n.1.* Rosenthal. *d.c.5.concl.26.in glossa* A. Antonin. Tessaur. ex Bursato *d.decis.16.n.5.* Andr. Rauchbar. *part.1.q.27.n.13.* Iason.*ad l.quo minus.q.25. D.de flumin.* quem dicere, hanc esse communem opinionem, refert Hieronymus de Zevallos Hispanus *in speculo commun. opin.quæst.pract.142.n.2.* Sed certe † Aymo Cravetta *d.part.4.§.circa præmissa.nu.8.& seqq.* & Ludolphus Schraderus *d.§.16. n.28.& seqq.* hanc negativam, quod nimirum statutum tale clericis non præjudicet, multis modis restrinxerunt & declararunt, ad quos remisisse sufficit. Imo post Baldum & alios apud Bellonum indistinctim illud adfirmat Steph. de Phedericis *part.1. de interp.LL.memb.2.qual.lex.extend.n.66.67.pag.mihi 43.*

77

78

Extenditur secundo, ut nec † in præjudicium laicorum non subditorum sive extraneorum tale coactivum statutum valeat. Nicol.Boerius *d.decis.125.* Andr. Rauchbar.*d.part.1.q.27.* (ubi in Dicasteriis Lipsensi & Wittebergensi pro hac sententia JUDICATUM esse scribit) Henr. à Rosenthal *d.concl.26.gl.A.ad fin.*

79

Verum enimvero & † hæc extensio valide obpugnari potest ex iis, quæ cumularunt iidem supracitati auctores, Cravetta nimirũ *d.§.circa præmissa.n.32.vers. Quarto quod si agatur.* & Ludolph.Schraderus *allegato loco.§.15.* subdens ibi *n.57.& 58.* firmam manere, & absque dubio procedere hanc conclusionem: Quod tale statutum in præjudicium non subditorum sit ratum, quorum sententiæ & ego calculum meum adjicio.

80

Si enim illi, qui extra territorium molendina habent, ullo pacto, privilegio vel præscriptione indubitanter non acquisiverint hoc jus, ut subditi alterius territorii vel omnes vel aliqui ad molendina sua accedere cogantur; quo † casu equidem statutum contrarium non valeret, veluti juri quæsito & radicato præjudicans, & recte concludit Schrader *d.loc.§.17.n.7.* Neque etiam subditi, tamquam per prætensam præceptivam coactionem dominicam gravati, ullam querelam instituere; multo minus se ab accessione Dominicarum moletrinarum avelli & abstrahi magnopere cupiant: non video certe, qua fronte extranei sive non subditi se hic intrudere, ac Domino aut Magistratui alicujus loci dicam

81

cam

eam ſcribere, paſsivamque viſitationem ſuorum molendinorum tam acriter contra illorum ſubjectos urgere poſſint. Hac enim ratione, quod in Dominis ipſis reprehendimus, in hiſce Extraneis adprobamus; & dum bannarium molendinum Dominicum effugere volumus, bannarium molendinum extraneum ſtabilimus, miro plane exemplo, cum utique non minor deberet eſſe favor Dominorum, quam extraneorum, ad quorum nutum ne quidem, ut alioquin adſurgant, alieni ſubditi opus habent.

82 Et † quamquam Andr. Rauchb. *d. q. 27. nu. 2. v. verum. & n. 14.* tertium ſe obponentem aperte non inſtruit, ut petat, alterius ſubditum per ſententiam cogi, de inpoſterum viſitando ipſius tertii molendino (quod nimis craſſum eſſet,) ſed ut ſublato mandato, & abrogata prohibitione, ſubditos priſtinæ libertati, voluntati ac arbitrio, rem quoque in integrum reſtituat, ac de non amplius prohibendo cautionem præſtet; nemo tamen tam obeſæ eſt naris, qui non ſubodoretur, per hoc in effectu molendina tertii pedetentim Bannaria effici; uſque adeo, ut tandem ſubditi, inani quadam libertatis dulcedine illecti, fucum autem ac melle illitum abſynthium ſibi propinari non animadvertentes, juri præſcriptionis contra ſe feneſtram aperiant, atque ita arbitrium eundi minime liberum retineant. Quiſque ſecum putet, & verum eſſe, quod ſcribo, deprehendet.

83 Nec vel tantillum me movet, quod † per naturalium Dominorum prædictas juſsiones fortasſis hactenus vicinorum molendinis illati, molituræ reditus nonnihil diminuantur, ut argumentatur Andr. Rauchbar. *d. quæſt. 27. num. 11.* Cum enim vicini forenſes, & quidem privati homines, ab initio ſuper his ipſis reditibus molēdina ſua in alieno territorio non certam, ſed ſaltem fortuitā indies ab alterius ſubditis habuerint illationem, (qui † namq; fortuito 84 & ſponte molunt in nulla æſtimatione aut fructu habentur, Bertrand. de Argentre *ad conſuet. Britanniæ titul. 17.*) cur, ſodes, incuſarent territorii Dominum jus ſuperioritatis & Regalia habentem, ſi neceſſitatibus horum ſuorum ſubditorum ſubveniens det operam, ut pari commoditate ante pedes in propria hoc habeant patria, quod hactenus apud vicinos quæſiverunt. Quin 85 enim † propriam utilitatem procurare liceat, etſi per indirectum alteri noceatur, dubitationem non meretur, *gloſſa prima, in fin. in cap. ſi quis vero. 11. quæſtione tertia.* Petrus Peckius *de teſtament. conjug. libr. quart. capit. nono, numero undecimo.* Anton. Hering. *dict. tractat. de fidejuſſoribus capit. primo, numero* 38. Ordinata ſiquidem charitas incipit à ſeipſo, *l. præſes. 7. Codic. de ſerv. & aqu. capit. ſi non licet. 23. quæſtion. 5.* adde Erneſtum Cothmannum *volumine 3. reſponſion. 31. numero* 48. *& conſilio quadrageſimo nono, numero centeſimo quinquageſimo quinto,* ſtatutumq; ex † 86 ordinata charitate factum ratum eſt, licet alterius præjudicium reſpiciat. Afflictis *deciſion. Neapolitan. 290.* Sigiſmundus Loffredus *conſilio vigeſimo quinto, numero ſeptimo, & octavo.* Schrader. *in commentar. Inſtitutio. part. 2. §. decimoquinto, numero 5. 6. 7. 8. & 9.* & ſimilibus exornat Andreas Knichen *in comment. de ſublim. territor. capite quarto, numero 435. cū ſequentibus.* Ex quo fundamento etiam παρενθετικῶς citra difficultatem diſcuti poteſt illud dubium: Si † fortasſis Princeps vel Comes aliquis, 87 Regalia in territorio ſuo habens, ad

coercendam ἀσωτίαν & nimias commessationes suorum subditorum, qui hactenus exoticas cerevisias, non aliter ac nectar & ambrosiam expetentes, pro iis meliorem partem substantiæ suæ obliguriverunt, in singula vasa invecta certum tributum constituat: an Res publicæ, quarũ cives illas ipsas cerevisias coxerunt, se opponere, ac de jure obtinere queant, ut sublato mandato & abrogata prohibitione, subditi porro suis geniis indulgentes una cum illorum Zytho quidquid fortunarum superest impune helluando consumant?

Audio quidem Demagogos occinere
88 libertatem commerciorum † non esse impediendam, multo minus nova vectigalia, Ungeldt oder Licenten / instituere licere,
89 *jurib. notiss.* & præterea turbare, † illum dici, qui alios prohibet uti illa facultate emendi, vendendi, & negotiandi, quam ab antiquo habuerunt, secundum Doctores *in capit. cum Ecclesia Sutrina. de causa poss. & propriet.* Rolandum à Valle *consilio 5. nu. 70. lib. 1.* & Hieron. Schurpffium *cent. 1. consil. 32. per totum.*

90 Cæterum cum † per prædictum præceptum commercia prorsus non tollantur, argumento eorum, quæ tradit Petrus Fridericus Mindanus *de mandat. judic. lib. 2. cap. 42.* §. 5. Marq. de Susannis *dict. tractat. de Iudæis. part. 1. capit. 5.* Henn. Hamelius *ad dict. titul. de actionibus. capit. 44. numero 1. 2. 3. 6.* Modestin. Pistoris *part. 2. quæst. 84.* Andreas Gailius *libr. 2. observation. 19.* Andreas Knichen *de sublim. territor. cap. 4. numero 430. cum sequentib.* Dominus Præceptor Andreas Dinnerus *in tractat. de precio popul. annon. aliarumq́ rerũ. quæstion. 3. & 4.* ubi allegat inter alia Sächsisch Landrecht *libro 3. art. 66. in pr.* quæque adduxi *sup. quæst. 10. num. 20. & quæst. 11. nu. 61.* sed utilitas publica summaq; procuretur & saltem pœna delitiis inponatur, ut ex Plinio ait Scipio Ammiratus *in comment. ad Tacitum lib. 3. c. 8. pag. 113.* & hoc amplius helluationibus ac perditioni b⁹ subditorum non minus, quã per alias leges Catocibarias ac Vestiarias obviam eatur; præterea ea non sit intentio Principis, aut Comitis, ut novum quoddam vectigal instituat: nemo sani capitis dixerit, illud quidquam iniquitatis continere, atq; ideo alienigenis integrum esse, Principi vel Comiti in suo territorio præscribere, quomodo subditorum suorum effusum luxum, corruptos nepotinosque mores ac petulantiam, per inpositionem alicujus tributi temporalis; & quidem in usus ipsorum subditorum rursus pro operibus publicis convertendi, coercere, ac in ordinem redigere debeat; quin potius laudandum eum censebunt omnes, quibus modo vitiorum profligitio unice est cordi. Vent. de Valent. *lib. 2. Parth. litig. c. 11. n. 15.* Chr. Besold. de Ærar. *c. 4. num. 15.* Caspar. Klocken *discept. de jure vectig. th. 4. in fi.* Vnde quò prisci illi mores Germani & Belgæ? Quo ardua & tetrica illa virtus, quæ mercatores vinum, ac aliud quidquam, quod viriles eorum animos emollire posset, inportare prohibebant, ivêre? exclamat Aloysius Marlianus; post eum & Cor. Aurelium *lib. 2. de Batar. pag. 71.* dicam ego *in lib. de Phrys. orig. c. 4.* quosque adduxi in mantissa *c. 6. n. 15.* Belgæ etenim, cum universim nescirent vinum, nec quisquam ad potum iret, nisi inpellente siti, quàm plurimum aqua restinguebant, conqueruntur ex Germania superiori ad se defluxisse largiorem vini usum, tamquam ab Alpibus nivem, ubi juga incaluerint, dicente Carolo Scribanio *in Antvverpia capit. 19.*

& ex

& ex eo Thoma Lanſio *in conſult. de princ. Eur. p.m.* 84. *conjunctâ pagina* 61. 62. Sic etiam Bezelinum forte (Vicelinum, de quo *ſup. num.* 4. *hac quaſtion.*) Antiſtitem vinum diſpoſuiſſe fratribus dari contra naturam Saxoniæ, poſt alios ait Andreas Knichen *part.* 2. *de veſtitut. pact. capite quarto, numero* 90.

Imo vero Itali cereviſiam capitali odio & ſic perſeqvuntur, ut eam à ſuis doliis & cellis vinariis gravi indictâ pœna proſcripſerunt, teſte Iac. Menochio *lib.* 4. *præſum.* 152. *n.* 11. Daniæ porro rex Syvaldus, cum oborta victualium raritate gravis plebem inedia laceraret, anxius quonam modo temporis difficultati ſuccurreret; quum aliquando majorem bibulorum quam edacium impenſam animadverteret, frugalitatem populo intulit, conviviorum uſum abrogans; ne qua ex fruge potio pararetur, edixit, acerbitatem famis ſuperflui hauſtus interdicto pellendam, atque à ſiti abundantiam eſus mutuandam exiſtimans: quamvis tunc quidam petulantioris gulæ proſcriptam bibendi conſuetudinem deflens, altum callidatis genus amplexus, novam voluptati licentiam tunc repererit, ac publicam continentiæ legem privata intemperantia ſolverit, delitiarum uſum à ridiculi operis acumine mutuatus; quod deſcribit Saxo Grammaticus *lib.* 8. *hiſt. Danic. poſt med.*

91 Quod ſi etiam † Principi aut Comiti permiſſum eſt, conſtituere in ſubditos pœnam, ne quis frumentum, vinum, lupulum, victualia, ita exigente annonæ caritate aliis divendat. Item, ne peregrini lanam abducant, & ſubditis lucrum præripiant, ut evectionibus crebris tandem ipſi egeant. Franc. Marcus *quaſt.* 155. *part.* 1. Roland. à Valle *conſ.* 3. *n.* 16. & 17. *vol.* 2. Andr. Knichen *in comment. ad jus Sax. cap.* 7. *in fin.* Ludolph. Schraderus *d.* §. 15. *num.* 4. Ant. Heringius *tract. de fidejuſſ. cap.* 7. *num.* 233. Dn. Waremund. de Ehrenberg *de regni ſubſid. & oneribus ſubd. c.* 7. *num.* 25. Dinnerus & Latherus *late dd. ll.*

Cur non etiam ei permiſſum ſit, nimiis & ad corruptelam ſuorum ſubditorum ſpectantibus vel cereviſiarum, aut aliarum rerum ſumtuoſarum invectionibus modum aliquem ponere? Tam enim nocere poteſt quod invehimus, quam quod evehimus, *l.* 1. & 2. *C. Quæ res exportari non debeant.* Vnde Seneca, *conſultatione ad Helvian.* Vltra Phaſim capi volunt, quod ambitioſam popinam inſtruat, nec piget à Parthis aves petere. Vndiq; convehunt omnia nota faſtidienti gulæ. Quod diſſolutus delitiis ſtomachus vix admittat, ab ultimo portatur Oceano. Vomunt, ut edant: edunt, ut vomant, & epulas, quas toto orbe conquirunt, nec concoquere dignantur. Adde quos *ſup. q.* 4. *n. fi. laudo.*

Imo quantum fortasſis lucri cereviſiarum coctoribus decedit, tantum emendationis in vita ac moribus ſubditis illis madidis accedit; nec dicam, quod etiam illi tacitam ſuam depauperationem, in ordinem ita redacti pedetentim declinent: quæ vel ſingula tanti ſunt momenti, ut interverſionem exigui alicujus, imo fortuiti ac à caſu ſive voluntate bibentium pendentis lucelli; & quidem non ad omnes iſtius Reipublicæ ſe obponentis cives, ſed ſaltem ad paucos coctores ſive braxatores cereviſiæ, (ut pragmatici vocant) ſpectantis multis modis ſuperet, argumento eorum quæ tradidit Weſenbecius *conſil.* 67. *num.* 19. 20. 21. 22. & 23. *part.* 2. Rauchbar. *d. quaſt.* 27. *num.* 8. ubi alios citat Schraderus *d.* §. 15. *num.* 53. & 54.

Præcla-

Præclare itaque illustris Ios. Scaligeri sunt Iambi:

Quæcunq; luxus artifex superflua
Excogitavit esui atq; indutui;
Quæ nauta avarus, prodigus vitæ suæ,
Procul petivit, longa per discrimina
Vitæ parantur omnia, & vitam atterunt.

92 Ea † igitur, quæ communiter omnibus prosunt, his quæ specialiter quibusdam utilia sunt, merito præponimus. *Auth. Res quæ C. commun. de legalis. l. utilitas. C. de princip. lib. 12.* Albericus de Rosate *d. tract. de statut. libr.* 1. *qu.* 69. *n.* 4. *&* 5. Prateus *lib.* 7. *reg. ju. tit.* 12. *c.* 2. Vt recte dixerit Fridericus Scotus *responso.* 1. *num.* 217. *vol.* 1.

Vtilitati publicæ consuli debere etiam ab infimæ classis magistratibus contra jus gentium statuendo, adde Choppinum *ad leges Andium lib.* 1. *cap.* 18. *n.* 3. *&* 4. Imo 93 hæc ipsa utilitas † publica sola facit, ut dispositio dicatur favorabilis, etiamsi sit contra jus. Felinus *in c. nonnulli. col.* 2. *de rescript.* Idem Scotus *responso* 3. *num.* 163. *vol.* 2. *lib.* 1. & quod ob utilitatem publicam valeat consuetudo, ut liceat cuilibet impune cædere lapides in fundo alieno, idem Albert. *lib.* 4. *q.* 17. *num.* 5. *per l. venditor. §. si constat. D. comm. præd. contra l. per agrum. C. de servit.* quodve utilitas publica cuilibet privilegio sit præferenda, post Baldum Hieron. Schurpffius *cent.* 1. *consil.* 44. *nu.* 17. 18. 19. *inf. quæst.* 23. *num.* 13. *&* 14. Sed nos ad cœpta feramur. Ampliatur igitur quartò 94 principalis nostra conclusio, ut si forte † Princeps, Comes vel Civitas aliqua molendina habentes, præcipiant aut statuant, ut homines sive cives sui, qui extra territorium vel civitatem ad aliorum molendina vadere malunt, certum datium exsolvant, nisi eant ad molendina Principis vel Communitatis; hæc ipsa inpositio mulctæ sive datii sit injusta, & contra agentes nullatenus obliget. Petrus de Ancharan. *in c. canonum statuta. in* 11. *qu. ext. de constitut.* Felin. *in c. omnes, in* 2. *col. ext. eod. tit.* Franscisc. Ripa *in l. quo minus. n.* 131. *D. de flumin. & in responso* 88. Ludolphus Schrad. *d. part.* 2. *§.* 14. *num.* 10. Nisi † forte subditi 95 de singulis modiis frumenti in moletrinis dominicis aut Civitatis molendini, Principi, Comiti aut Civitati certam collectam mediante contractu promiserint, & tamen illorum nonnulli in fraudem collectæ extra territorium Principis, aut districtum Civitatis ad alia molendina vadere velint: tunc enim sub certa pœna præcipi potest, ne ad molendina alia eant, ac collectam defraudent. Exemplum † habuimus in 96 hac vicinia nostra, ubi Comites Ostphrysiæ in der Collecten Ordnung *part.* 10. constituit: Es solle niemand ausserhalb der Graffschafft an andern Orten / so der Impost nicht unterworffen / in fraudem oder Hinderlist derselben / Korn mahlen oder mahlen lassen/ sub pœna 100. aureorum, und bey Verlust des Korns. Sic etiam in Gallia iis mulcta est indicta Lege Andegavensi, qui intercipiuntur cum pannis suis aliud Molendinum Pannarium petentes, quàm dominicum: illo tametsi nec dum calcati sunt panni, teste Choppino *ad leges And. lib.* 1. *c.* 21. *n.* 2. Pœnam enim, quæ mercium evectioni extra regionem statuitur, commissam judicamus, etiamsi exportare prohibitus comperiatur in limitibus territorii, vel medio ad confinem dictionem itinere, ut Florianus ait *in l. arboribus. §. idem tract. D. de usufr.* Baldus *ad l. si fugitivi. C. de serv. fug.* Ioh. Andreæ *in addit. Speculat. de constitut. §.* 1. *vers. sed incidit.* Frustra enim hoc loco exspectarit Dominus territorii, quo ad fraudis con-

consilio eventus responderit. Nam in tali fraudis quæstione suspicio neque punitur adfectus vel citra effectum, *hoc est*, è territorio progressus, absque tamen egressu. Sicuti in eodem argumento sensit Choppinus post Albericum Rosatem *tract. de stat. par. 2. qu. 3.* Bartolum *ad l. qui fiscales. C. de navicul. libr. 11.* Ne autem his inmorer diutius, vide in utramque partem de eo disputata ab Alb. Bruno *in tract. de Gabell. lib. 9. n. 14. de pœna.* Ampliatur 97 quinto, ut † multo magis procedat, si ordinatio Domini, qvod nimirum qvilibet subditus adeat Dominicas moletrinas, non publicam, sed privatam saltem ipsius Domini utilitatem respiciat; talis enim ordinatio; tamquam ambitiosa, non valet. Iacobin. de S. Georgio *de feudis. verb. Et cum molendinis. quæst. 1.* Cravetta *d. part. 4. §. circa præmissa n. 3. & 6.* Roland. à Valle *consil. 91. num. 43. volumin. 2.*

98 Ampliatur sexto, quia † Principi non licet subditos suos nolentes coertioni bannariarum moletrinarum subjicere; ut multo minus integrum sit, privatis hominibus, quemquam cogere, ad suum molendinum privatum visitandum. Atque ideo recte scripserunt Modestinus Pistoris *quæst. 36. part. 1.* & Henricus Bocerus *in tr. de Re-* 99 *gal. c. 2. n. 182. vers. Est & illud.* Quod † possessor molendini, qui solet mittere Catabolenses suos sive equos cum vehiculo in proximam civitatem vel pagum ad frumentum advehendum in suum molendinum, jure prohiberi ab hoc actu non possit per molitores civitatis aut pagi illius; nisi privilegium quoddam habeant ad arcendos alios molitores.

100 Ampliatur septimo, ut † etiam subditis, quos Dominus per molendina sua bannaria ita gravare intendit, non solum se ipsius præcepto obponere: verum etiam ad superiorem vel per modum simplicis querelæ, aut per viam appellationis, juxta textum *in Clem. unica. §. molentes. de excessib. prælator. arg. l. cum satis inhumanum est. 23. vers. caveant autem. C. de agric. & cens. l. 1. l. 2. in fin. C. in quibus causis coloni domin. accus. lib. 11.* recurrere & contra Dominum ita gravantem ibi querelam instituere, sit permissum, Anton. Tessaur. *d. decis. 16. num. 6. vers. Sexto amplia.* Ripa *in l. quominus. num. 131. D. de fluminib.* Boerius *d. decis. 125. & decis. 304. n. 7.* Roland. à Valle *consil. 9. n. 15. volum. 2.* Ludolphus Schraderus *d. part. 2. §. 14. num. 11. 12. & seqq.* Nec aliena sunt, quæ tradit And. Gail. *lib. 1. obs. 17. lib. 2. obs. 62. n. 12. 13. & lib. 1. de pace publ. c. 2. n. 22.* Mynsingerus *cent. 5. obs. 8.* Frid. Mindanus *de process. lib. 2. c. 13.* Hartmannus *tit. 54. obs. 43.* Natta præclarè *consil. 158. per tot. incip. paucis agendo*: & quos citant Dd. *inf. num. 146.* Sed quia de eo inferius peculiari fortassis quæstione plura sum dicturus, filum hic abrumpo. Ampliatur octavo, 101 ut † iniquitas moletrinarum bannaretarum multo magis eluceat, si dominus non saltem subditos ad accessionem suorum molendinorum cogat; verum etiam ne quidquam suo lucro præripiatur, ex malitioso instinctu rapacium officialium aut molitorum, qui dominica molendina pro certo canone conduxerunt, simul omnes molas domesticas, trusatiles ac versatiles prohibeat; quin etiam certam pœnam in eos, qui pro polenta forte aut ocimo, hordeo, avena, comminuendis talibus manuariis molendinis privatim utuntur, statuat: hoc namque ex ima tamquam avaritiæ radice enatum, (ne quid pejus dicam) nullo nedum idoneo juris textu vel prætextu excusari potest. Quippe qui † nimis 102

emungit, elicit sanguinem, Proverb. *c.30. c.deniq. dist. 4.* Fuscus *singul.21. tit. C. pag.* 103 64. Imo, qui † depauperat subditos, Rempublicam totam depauperat; quia tantum est Principis, quantum omnium. *Plinius in Panegyr.* Ideo quoque omnis Princeps † 104 quicunq; quid exigit, debet illud exigere cum omni modestia mititate, conscientiose sine flagitio, sine noxa, sine injuria. Dn. Waremund. de Ehrenberg *de regni subsidiis ac oner. subdit. cap. 8. num. 16.* Sciens, subdi- 105 torum † benevolentiam esse Principum thesaurum & custodiam, ut ait Plutarchus 106 *in Arato sup. nu. 35. 36.* ac multos † Principes pecuniis acerbe conquirendis plus invidiæ sibi, quàm virium addidisse. Cornel. Tacitus *libr. 3. histor.* late autores, *sup. qu. 9. num. ult.* laudati. Et in terminis loquitur, acriterque eos perstringit Franciscus Balduinus, cujus verba omnino subjicienda duxi. Hodie vero (dicentis) vide quò recederit naturalis rerum libertas, & oppressis legibus naturæ, qua sit oppressa tyrannide infælix rusticorum conditio; cum nec in privato privatam aliquam vel manuariam molam, quæ nulli prorsus noceat, pauper rusticus habere possit. Et cum lex divina *Deut. 24.* tam liberum & communem velit esse molendi usum, ut nolit molas ullo pignoris nexu teneri, quia scil. inde pendeat humanæ vitæ ratio: Nos hodie, nescio quo tandem jure, eum redegimus ad superbum privati nescio cujus Domini nutum & quæstum. Invenit enim superiorum temporum barbaries novam quamdam servitutis molendi speciem, qua villæ, pagi, municipia coguntur una mola, (quam bannalem vocamus) uti arbitrio domini ejus loci, eiq; hoc nomine servitute, ut si domi modicum farris molat miser rusticus, gravissima etiam mulcta, tantum scilicet scelus expiare debeat. Sed à DEO optandus est prudens aliqvis & pius Princeps, qvi Rempublicam ab hujusmodi multis servitutibus liberet. Hactenus Balduinus, & hæc anno ætatis suæ XXI. scripsit in scholiis *ad Il. rust. Iustinian. Imp. tit. 10.*

Ampliatur nono, ut † qvamvis Princeps 107 aut Comes jus molendina bannaria privative in toto suo districtu habendi per præscriptionem acquisiverit; non tamen eos qvi ibidem quotannis certis & statis temporibus jus aperiendi molendinum aliqvod ab alio Domino in feudum recognoscunt, post decursum temporis, cujus initii memoria non exstat, ullatenus turbare aut impedire queat; quo minus ipsius subditi eò impunè commeent, & tamdiu à moletrinis dominicis se abstineant, argumento eorum qvæ post Albert. Brunum *in consil. 131.* tradidit Antoninus Tessaurus *d. decis. 16. numer. 5.* Limitatur nunc rursus supra dicta nostra conclusio, ut † non procedat, si ali- 108 qvando per publicum proclama subditis prohibitum fuerit, ne ad aliud molendinum, qvàm domini accederent, cumqve aliò ire vellent, sint prohibiti ac retracti; & huic prohibitioni subditi adminus per 30. annos & ultra acqvieverint ac obtemperaverint: tunc enim qvasi possessionem libertatis suæ amiserunt, & deinceps qvoqve molendinum dominicum visitare coguntur; nec reqviritur, ut hæc prohibitio judicialiter, aut omni populo fuerit facta, sed extrajudicialis, etiam majori saltem parti intimata sufficit; modo dominus illam ipsam prohibitionem & patientiam cum reqvisito tempore ad præscribendum sufficienter deinde probet; sicut hæc omnia & singula (qvæ

trans-

transſcribere non eſt opus) poſt Iacobin. Guidon.Papæ, Boerium, Cravettam, Rolandum, Bertrandum, Anton. Guibert. Menoch. Anton.de Padilla, Capicium, Nattam, Balbum, ac alios, adprobarunt Anton. Teſſaurus *d.deciſ.16.n.6.v.Limitatur nunc.* Cæpolla *de ſervit. urban. prædior. c.50.in 2.quæſt.* Chaſſan.*ad conſuetud. Burgund.Rub.13.§.2.num.16.* Ripa *in l. quo minus n.133.134.D.de fluminib. & in reſponſo 194.* Et ex noſtris Io.Schneid.*in epit.feudal. part.2.n.47.49.& 54. nec non in §.flumina. n.15.Inſtit.de rer.diviſ.& in §.poſſidere.nu. 128.Inſt.de interdict.* Ioan.Borcholt.*in c. unic.quæ ſunt Regalia.* Weſenb.*cõſ.67.n.29.* Ludolph.Schraderus *d.part. 2. §.5.nu.43. cum ſeqq.* Laurent. Kirchovius *cent.3.commun.opin.concluſ.47.* Henr.à Roſenthal *de feudis.c.5.conc.25.num.3. & in gloſſa E. & concl.27.n.1.2.& 3.* Io.Kopp.*d.deciſ.19.nu. 16.* And.Knichen *in comment.ad jus Sax.c. 9.p.227.& 228.& de ſublimi & Regio terr. jure,verb.jus ſuperioritatis.n. 130.mihi pag. 93.* An Rauchb. *d.p.2,q.27.n.1.* Rut.Rul.*de commiſſar.par.4.lib.2.c.13.n. 13.* Petrus Frid.Mindanus *de mandat judic.lib.2.c.38. §.3.verſic.modo tamen.* & alii à me relati *quæſt.21.nu.25.* qvi pleriqve ſimul adnectunt, hanc eſſe communem opinionem, in qva ubique Dd. conveniant, & qvæ non habeat contradictorem.

[109] Solus, qvod † ego ſciam D. Henricus Bocer.*in tr. de Regal.c.2.n.182.* nuperrime contendit, theoricam veritatem hanc ipſam communem opinionem reſpuêre; niſi forte Dominus publicæ utilitatis cauſa ſubditos cogat, ut in ſua tantum mola molant. Verum cum præcipuis ipſius fundamentis ſupra reſponderim, atqve ipſemet fateatur, à prædicta opinione in praxi recedere periculoſum fore; non eſt, ut operoſe hæc à me rurſus inculcentur.

[110] Limitatur ſecundo, qvotiescunque † vaſallus jus moletrinarum bannariarum nominatim ſua inveſtitura habet: tunc enim poterit prohibere ſubditos ſuos aliò concedere ad molendum, præſertim ſi cum multiplicatis inveſtituris antiquis & novis, ſuper jure bannaria molendina habendi, concurrat ſpatium 60. annorum & ultra, & uſus continuus accedendi ad molendina dominica; ſicut egregie declarat Ant. Teſſaurus *d.deciſ.16.n.9.* ſecundum qvem etiam merito accipimus Roſenthal. cum Cravetta contra Iaſonem ſentientem *in tract.de feudis.c.5.concl.26.nu.6.* Sed de eo deinceps uberius ſuo loco.

[111] Limitatur tertio, ſi † ex conſuetudine longisſima domini terrarum habeant molendina bannaria, qualia in Calabria, Delphinatu, ac multis Galliæ locis, paſſimque in orbe Romano reperiri ac haberi, poſt Boerium, Lucam de Penna, Franciſc. Marcum, Cravett.& Renatum Choppinum teſtantur Teſſaurus *d. deciſ. 16. num. 13.* & Henric. Bocerus *in tr. de Regalib. cap.2.num. 181. verſ. Conſuetudo quoque.* Hæc enim conſuetudo valida eſt & dominos ab omni violenta coactione excuſat *ſup.quæſt.10. circa fin.* Roland. à Valle *conſil.5.num. 70. vol.1.* Weſenbecius *d. conſil.67.numer.29.part.1.* Iul. Clarus *in §.feudum.quæſt.30.* Petr. Gregor. *in Syntagmate Iuris.lib.1.cap.4.num. 6. & lib.18. cap.22.nu.8.* Nicol. Intrigliol. *de feudis. quæſt.72.num.1.* Petrus † Frid.Mindan.*de mandat.judic.lib.2.c.38.§.3.* cum aliàs conſuetudo faciat licitum, qvod alias eſſet inlicitum, Alb. de Roſate *tract. de Statut. libr.4.quæſt.98.num.5.* & longævi temporis conſvetudo privilegio Papæ ac Principis æqviparetur, eodem teſte *libr.2. quæſt.*

quæst.7.n.43. denique adpellari possit jus commune in loco, in quo viget, Alberto Bruno dicente *tract.de stat.excl.fœm.art.5.num.63.*alleg. Baldum *in tit.de pace Constan.in vers.nos Roman.* Et inde etiam utut sit, in Dominicis juribus attendi debere Regionis cujusque Morem, in molendinaria præsertim coercitione subditorum, respondet Choppinus *ad leges Andium lib.2.cap.19.n.2.pag.224.infr.q.22.*

112 Nisi forte mundum † revangare, & jamdiu observata inmutare collibeat, ut ajunt Baldus *in consil.370.incip.verba rescripti.in pr.& num.2.part.3.*Carol.Ruinus *consil.22.n.3.vol.1.*Petrus de Petra *de fideicommiss.quæst.13.n.574.* Andr. Knichen *comment.de Sax.non prov. jure verb. Ducum Sax.quæst.2.num.84.85.*

113 Limitatur quartò, ut † idem plane obtineat, si quis ex privilegio auctoritateve vel Imperatoris, vel Regis aut superiorem non recognoscentis consequutus fuerit licentiam, subditis suis prohibendi, ne ad aliud, quàm suum molendinum accedant; tale enim privilegium omnino validum est; modo ne sit derogatorium juris aliis jam forte quæsiti. Anton.Tessaurus *d.decis.16.numer.11.vers.idemque dicitur.* Clarus *d.quæst.30.* Stephan.Ranchinus *in addit.ad Guidon.Papæ. quæst.298.vers.quæ tamen regula fallit.*Petrus Gregor.*d.ca.6.in verb.principali auctoritate.* Wesenb.*cons.67.n.4.num.29.part.2.*Nicol.Intrigliol.*d.quæst.72.num.1.* Petrus Frid.Mindanus *d.c.38.§.3.vers. Nam si expressa.* qua de re inferius *quæst.23.*plura adferentur.

114 Limitatur, quintò si † tale jus prohibendi omnem accessionem subditorum ad alia molendina ex pactis & convētionibus prædecessorum fuerit acquisitum: tunc enim dicitur inposita obligatio, vel servitus personalis, ex qua prohibetur accessio ad aliud molendinum. Ita Antonius Tessaurus ex Afflicto, Boerio, & Cæpolla *d.decis.16.num.11.inf.quæst.20.* cum quibus etiam sentiunt Francisc.Ripa *in l.quo minus.n.134.in verb.acquiritur etiam transactione.D.de flumin.* Stephanus Ranchinus *in addit.ad Guidon.Papæ.quæst.298.* Stephan Bertrandus *cons.170.n.4.* Iacob.Philipp.Portius *in comm.opin.Reg.33.vers.4.& versic.octavo limita* Rutger.Ruland.*in decis.juris controvers.quæst.24.* Eaque † pactitia constitutio 115 bannarii molendini conservanda est; ob æquitatem pactorum, ut ait Petrus Gregorius *in Syntag.juris.lib.18.cap.22.num.8.* Unde etiam præclare præscriptum reliquit Ioan.Koppen *d.decis.19.n.12.* Rectius & cautius agit, si Domini cum subditis de visitandis molendinis conveniant.

116 Sed si Dominus forte † cum tota aliqua universitate talem pactionem super molendini bannarii visitatione inire velit, num opus erit omnes & singulos cives consentire, vel an sufficiet, consilium Civitatis aut Syndicum de mandato consilii singulos cives obligare ad molendum illorum frumenta in molendino Domini? Hanc quæstionem proposuit Ioan.Francisc. à Ripa *in d.l.quo minus numer.136.D.de fluminib.* sed nihil ibi decidens, remisiit ad alibi à se dicta, nimirum *in l.4.* (non *in §.actor.* qui in illa lege non reperitur, sed) *in princip.num.24.D.de re judic.* Rationem dubitandi movet, quod quando Dominus jus molendini bannarii quærit ex sua prohibitione ac subditorum patientia, per tempus ad præscribendum sufficiens, ut dixi supra *in 1.limitat.*obedientia illa præstanda sit per totam universitatem, non per duos vel tres particulares, ut scribit Antoninus Tessaurus *d.decis.16.num.7.ad fin.*

Sed

117 Sed verius † esse opinor, si Civitas habeat Magistratum perpetuum; quem ad placitum deponere non possit, sed in quem omnis populi potestas sit translata, quod iste talem conventionem cum Principe suo inire possit; repræsentat enim ex consuetudine totam Civitatem. Glossa *in l.1.C. de contract.judic.in verb. pronuntiat, in fin.* Zasius *in l.civitas num.*11.*D.si certum petat.* Baro Schenck *in viridario conclus.conclus.* 106. Idque multò magis procedere arbitror, si Consules ac Senatores, præcedente aliqua convocatione, ex consensu totius universitatis vel majoris partis concorditer conveniant, ita cum Domino suo pacisci licere; quin enim hæc conventio sive pactio singulos deinde liget, non est dubium, argumento illorum, quæ habentur apud Petrum Gerardum de Petra sancta *singul.*45. Chassan. *in consuetud. Burgund.Rubric.*13.§.6. *verbo gens de Ponte in versi.sans l' authoritè ou licence, in fin.* Mynsinger.*cent.*1.*observat.*76.*& centur.*3.*observ.*18. Vantium *de nullit.process.Rubric.de nullit.ex defectu mandati num.*151. Anton. Gabriel Roman.*libr.*6. *conclus.juris. tit. Quodcujusq; univers.nom.* Losæum *de jure universit.part.*2.*nu.*12.*& seq.* And.Rauchbar.*part.*2.*quæst.*1.

118 Non tamen † cum præcedenti limitatione confundendus est casus, quem movet Ripa *in d.l.quominus, num.*135.*D. de flumin.& in d. consil.sive responso.*194. Pone enim subditos ἀνθαιρέτως transegisse cum Domino, quod pro molitura velint ipsi dare vicesimam; num vigore hujus transactionis poterunt cogi, ut deinceps semper in molendino dominico molant? Nequaquam. Etsi enim transegerunt, quoties accesserint ad molendinum dominicum, quod toties pro molitura vicesimam exsolvere velint; tamen nullo modo per transactionem receperunt, ex necessitate ad molendinum accedere in posterum velle. Cum igitur transactio sit stricti juris *l.si de certa, cum ibi notat.C. de transact.* in præjudicium liberrimæ & non abdicatæ libertatis violenta interpretatione haut extendi poterit.

119 Limitatur sextò, si † vel publica utilitas, vel inevitabilis necessitas, (quæ duo æquiparantur, secundum Sebast.Medic.*tr.de casib.fortuit.part.*1.*quæst.*6.*n.*8.) erectionem molendini bannarii exigant; prout tanta potest esse ærarii & Reipublicæ inopia, ut omninò cum summa Reipublicæ utilitate, conjunctum foret, ex molendinis bannariis subsidium aliquod sumere, ad eam sublevandam; sicut considerat Henric. à Rosenthal *de feudis cap.*5.*conclus.*26.*num.*5. & alii relati *quæst.*23.*num.*11.13.14. Isto enim casu probabiliter dici potest, utcunque aliis molendina vel in territorio, vel extra territorium habentibus lucri aliquid præripiatur, potiores tamen partes fisci vel Reipublicæ esse debere: Sicut ex Iacobino, Baldo, Natta & Bossio tradiderunt Antonin. Tessaurus *d.decis.*16.*num.*13.*vers.Sexta sequitur exceptio.* Cravetta *de antiquit. temp.part.*4.*§. circa præmissa num.*3.*&* 4.*& num.*6.*in fin.* Rolan. à Valle *consil.*91.*nu.*43.*vol.*2. Petrus à Petra *de potestat.princip.*7.*quæst.princ.§. subjiciamus nunc exempla, n.*68. mihi *pag.*198.*colum.*4. pulchrè Ludolph.Schrader.*in comment.ad tit.Instit.part.*2.§.14.*numer.*47.*& aliquot seqq.* Henricus Bocerus *tract.de Regalib.cap.*2.*num.*182. quibus adstipulor,

120 quicquid etiam † in contrarium adferant Covarruvias *in dict.cap.possess.*2.*part. relect.*§.4.*numer.*7. & Andreas Rauchbar. *dict.quæst.*27.*n.*19.*&* 20. Necessitas † enim

121

probabile facit, quod aliàs esset inprobabile Camillus Borellus *in tract. de conprom. §. 2. gloss. 1. num. 219. & 220.* Waremund. de Ehrenberg *de Regni subsi. ac onerib. subd. c. 8. num. 9. 10. & 11.* Card. Tuschus *tom. 5. concl. pract. 19. 21. lit. N. supr. quæst. 1. num. 28.*

122 Cæterum ut Domini † omnem suspicionem evitent, se talia molendina bannaria non ob publicam, sed saltem privatam suam utilitatem, neque etiam tempus saltem, sed in perpetuum instituere; consultum est, ut etiam atque etiam curent, tam extraneis, quàm subditis suis allegatam publicam utilitatem ac necessitatem benè ob oculos poni; necessitas siquidem † non fingi, sed probari eaque cessante, & inpositio finem accipere debet. Johannes Nevizanus *consil. 10. numer. 10.* Sebastianus Medices *in tractat. de casibus fortuitis part. 1. quæst. 6. numer. 7.* Ferdinandus Vasqvius *de success. progress. in præfatio.* Decius *in leg. quæ propter numer. 3. D. de regul. jur.* Waremundus de Ehrenberg *dict. loco. numer. 12.* ut hac ratione non tàm necessitas ipsa, quàm amor & obedientia bonorum subditorum Domino potestatem coercitionis bannariæ tribuisse censeatur; qvo ipso etiam extraneis, interesse aliqvod prætendentibus deinde os facilè obturari poterit.

124 Largiamur enim, eorum † qvidem publicè interesse, ut molendinorum suorum reditus non diminuantur, cum ex iisdem sustentationem suam habeant; multò tamen favorabilius est interesse propriæ patriæ & Reipublicæ, cujus incolæ, cives ac subditi sumus: cum in hoc revera ac principaliter vertatur utilitas communis & publica, solam Rempublicam ejusque Principis statum concernens; in illo verò non principaliter, sed saltem in conseqventiam utilitas publica consideretur, qvæ in privatam utilitatem tandem desinit; ut eleganter colligitur ex Mynsingero *in respons. 32. numer. 17. & 19.* Atque ideò utilitati principaliter † publicæ utilitas privata aliqvot particularium personarum, colore saltem utilitatis publicæ incrustata, omnino est postponenda. *Authent. res quæ Cod. Com. de legatis. leg. unic. ad fin. Cod. de caduc. tollend. leg. 3. Cod. de primipilo libr. 12. leg. actione §. Labeo versic. semper enim. Digest. pro socio. cap. licet quibusdam. versic. semper. Extr. de regular. & transeunt. ad relig.* Ioh. Frider. Husanus *de propriis hominibus. capit. 8. numer. 138.* sicut viceversa utilitas privata præferenda est modicæ utilitati publicæ, dicente Hieronymo Schurpffio *centur. 1. consil. 100. numer. fin.* Et sanè si modo quis res suas ex Reipublicæ statu pensiculatius consideret atque illas sine hac neqvaquam stare posse intelligat, ut prudenter dixit Robertus Gaguinus *in histor. Francorum. libr. 9. capit. 3.* simulque perpendat commune excellentius esse ac divinius, quàm privatum. Aristoteles *1. Ethic. capit. 1.* Iohannes Gerardus *in quæstion. polit. disputat. 2. thes. 7.* æquiori etiam animo inpositionem istiusmodi oneris ferre poterit, ne ea excussa, fortassis gravius tributum humeri ipsius subire cogantur. Extraordinaria † enim plerumque in necessariam legis authoritatem transire solent. Iohannes Ianuez. Parladorius *rerum quotidianarum libro primo capite tertio numer. 19.*

127 Limitatur septimo, si † Dominus convenerit cum subditis suis, ut liceat ipsis habere in suo territorio ac districtu molendina publica, Allgemeine Mühlen / etsi enim simul non dicatur, quod bannaria esse, ac subditi eo accedere obstricti esse debeant; hoc tamen subintelligitur, ne frustra-

ſtratoria & inutilis ſit conceſſio, Domino illud ipſum tribuens, quod jam ante non minus quàm quilibet alius privatus habebat. Ita traditum eſt ab Antonino Teſſauro *dict. deciſ. 16. numer. 14.* qui dicit, Senatum Pedemontanũ in quadam cauſa ſic cẽſuiſſe.

228 Limitatur octavo, ſi † ſubditorum non adeo interſit Domini vel alterius molendina accedere, ſed illi ſolummodo ex æmulatione ac petulantia quadam ſuaviter quaſi in ſinu gaudentes, damit jhren Landesherren und Obern nur einen Trotz und Schimpff zu beweiſen / und ſich in jhrer berühmbten Freyheit auffzublehen / præteritis moletrinis Dominicis aliena molendina petant; ut Domino integrum ſit, eos civiliter cogere, ut ad ſua tantum molendina accedant. Clarus *in §. feudum. quæſtio.* 30. *ad finem.* Weſenbecius *conſil. 67. numer. 18. part. 1.* Iohannes Koppen *dict. deciſ. 19. numer. 10.* Rutgerus Rulandus *in tractat. de commiſſ. part. 4. libr. 2. capit. 13. numer. 13.*

229 Malitiis enim ac † inobedientiæ ſubditorum nullum probabile intereſſe habentium, minimè eſt indulgendum; ne protervia hæc tandem in contemtum ac ſeditionem erumpat, *leg. in fundo. 38. §. conſtituimus. D. de rei vind. cum ſimil. infr. n.* 146. Ideoq; reprimendæ ac coarctandæ *leg. 3. §. 1. Digeſt. naut. caup. ſtabul. leg. 3. leg. 13. Digeſt. de off. præf. leg. 1. §. 12. Dig. de off. præſ. urb. leg. 2. §. 8. Cod. de off. præf. Aphr.* Zaſius *conſ. 14. n. 6. vol. 1.* maximè cum æmulatio omni jure & ratione prohibita cenſeatur, *infr. quæſt. 14. numer. 30. quæſt. 15. num. 33.*

230 Limitatur nono, ſi † ſubditi jurarint, qvod molendino dominico ſolummodo uti velint: hoc enim caſu coercitioni bannariæ æque ſubjiciuntur, ac ſi expreſse cum Domino ita conveniſſent. Non minor enim auctoritas jurisjurandi, quàm conventionis eſſe debet, *leg. Stychum §. naturalis, Digeſt. de ſolut. leg. tutor. 35. §. 1. Digeſt. de jurejurand. l. non minorem. Cod. de transactionibus.* Quæritur autem, ſi

231 † illud ipſum molendinum non ſit aptum ad conficiendam farinam panis albi, quem ſubditi quotidie pinſunt; an ſubditi, non obſtante (ſi id vero non præſtiterunt, quid tunc ſtatuendum? Vide Choppinum *ad leges Andium dict. libr. 1. capit. 18. numer. 3. & 4.*) ſuo juramento, ad aliud molendinum pro tali farina habenda accedere queant? Sic utique cenſuit Iohan. Saixon. *in conſuetudin. Turonenſ. Rubrica des droictz de baſſe juſtice artic. 7.* ex hoc fundamento, quod quando vertitur publica utilitas principaliter (ut hoc caſu) partes non poſſint renunciare, etiam mediante juramento. *leg. ſi unus §. ſi paciſcar. & §. ſequent. ubi DD. Digeſt. de pactis. notatur in cap. ſi diligenti, de foro compet.* Bartolus *in leg. ſi quis pro eo Digeſt. de fidejuſſor.* Iaſon. *in leg. 1. in 3. colum. Digeſt. ſolut. matrimon.* Sed † ego ſtatuendum cenſeo,

232 ſi modo dominus ad conqueſtionem ſubditorum paratus ſit, eum defectum actualiter emendare & ſupplere, illis nullo modo licitum eſſe poſthabito juramento à dominicis moletrinis ſe penitus abſtinere: non enim ad diſtractum, ſed ad implementum contractus agendum eſſe, jura ſuadent cuivis nota, *leg. ſi ea Cod. de reſcind. vendit. leg. 6. Cod. de act. empt.* Weſenbec. *in Paratit. Digeſt. de cauſa data cauſa non ſecuta.* Unde etiam dicimus,

233 quod † contractus ac transactio non aliter annullentur ex implementi defectu, quàm ſi præceſſerit monitio ad implendum, & deinde culpa intervenerit implere debentis, Iaſon *in leg. quamvis. in fin. Cod. de trãsactio.* Caſtrenſ. *in leg. fratris Cod. eodẽ. tit.*

Cravet-

Cravetta *consil.* 204. *circa finem.* Iohannes Cephalus *consil.* 48. *numer.* 45. *libr.* 1. Et 134 hoc amplius quod † implementi defectum is obponere non possit, qui ex eo nullum damnum sentit. Baldus *consil.* 127. *Quidam nobilis, libr.* 1. Cravetta *consil.* 59. *numer.* 2. Cephalus *consil.* 80. *numer.* 9. *lib.* 1.

135 Non abludit in simili, quamvis † unus defectus sit potens, ad impediendum aliquem ab aliquo honore, quod si tamen defectus ille possit suppleri ex aliqua perfectione patientis talem defectum, iste defectus patienti non obstet, *c. nisi cum pridem*, §. *pro defectu.* juncto textu *in capit. cum in cunctis, de electionibus.* Ferdinandus Vasquius *libr.* 3. *controvers. illustr. cap.* 103. *num.* 17.

136 Limitatur decimo, ut si † expressum exstet jus municipale, quo molitorum ac molendina habentium certum à Magistratu constituatur municipium, vel certus definiatur molendinorum numerus, isto casu illa ipsa sic definita molendina naturam moletrinarum bannalium sortiantur. Petrus Frider. Mindanus *de mandat. jud. cap.* 38. §. 3. *versicul. modo tamen libr.* 2. adde Thomam Maulium *tractat. de homag. titul.* 12. *num.* 25.

Limitandam tandem supra dictam conclusionem undecimo loco arbitror in pro-137 priis † hominibus **in den leibeigenen Leuten**, quos descripsit Parens *in tractat. suo de fidejussor. capit.* 7. *numer.* 317. *cum sequentibus.* & pluribus docuit Husanus *dict. tractat. de propr. hominib.* quem elegantem vocat Treutlerus *volum.* 1. *disput.* 2. *thes.* 3. *lit. E.* Quin enim Dominus tales cogere possit, ut præcise molendina sua visitent, apud me non habet hæsitationem; consideratis nimirum illis effectibus juris dominici, quos descripserunt laudatus Fridericus Husanus *in tract. de propriis hominibus capit.* 7. Petrus Friderus *dict. libr.* 2. *cap.* 46. §. 4. Justus Meierus *in colleg. Argent. lib.* 1. *tit.* 5. *thes.* 17. & 18. nisi forte consuetudo loci aliud dictet, cui meritò adhærendum. Quomodo etiam onerosæ huic servituti (ne vagaretur latius, quàm par esset) triplex lege Andegaua in Gallia adhibitum est temperamentum. Primum, ut soli ii subjiciantur Dominicæ communi Molæ, qui è fæce plebeia degant in finibus feudisticæ cujusdam Ditionis; non verò alii natalibus clari, seu beneficiarii fundorum possessores. Tum ne extra duo passuum millia teneantur subditi bannarium molendinum petere, suo usu ac domestico. Item si alibi tritum frumentum subditi in commissum inciderit, haut propterea commisso vindicentur jumenta frumentum vehentia, eorum ephippia, reliquæ sarcinulæ; ut declarat & probat Renatus Choppinus *ad leges Andium libr.* 1. *cap.* 14. *num.* 4. 5. 6. 7. 9.

Quibus etiam ita expeditis non inutiliter jam subjicimus, utcunque † Dominus 138 ex præscriptione, investitura, consuetudine, privilegio, pacto, transactione, publicæ utilitatis causa, jurejurando, aut quo alio legitimo modo jus molendini bannarii acquisiverit; subditos tamen ab ejus accessione liberos & excusatos esse, & potestatem nancisci, ad alias moletrinas se conferendi, si vel apud ejus molendinum in frumento aut rebus suis damnum patiantur. Ioannes Koppen *dict. decis.* 19. *numer.* 14. & 15. Vel † Dominus pistrini 139 intra 24. horarum spatium illorum grana non procuret contundi. Iohan. Papo. *in arrestor. rapsodia libr.* 13. *tit.* 8. *artic.* 1. Choppinus *dict. lib.* 1. *leg. Andium. cap.* 26. Petrus Gregorius *in Syntagm. jur. libr.* 18. *cap.* 22. *numer.*

num.8. Vel † denique evidens necessitas eos cogat; puta, ob pestem grassantem fractos molares, rotas aut alas corruptas, inundationem, bellum, &c. relictis moletrinis dominicis, pro tempore ad alia vicina molendina accedere. Iulius Ferretus *in tractat. de gabellis numer.* 106. Sebastianus Medices *in tractat. de fortuit. casib. part.* 1. *quæst.* 6. *numer.* 40. Choppinus *ad leges Andium dict. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 1. *pag.* 213.

141 Non aliter ac videmus illum, qui † vi tempestatis vinum ad locum prohibitum duxerit, nequaquam puniri. *argum. l. censor. D. de publican.* Baldus *consil.* 198. *num.* 5. *volum.* 2. Benuenut. Stracha *de mercatura part.* 4. *num.* 49. Accedit & illud Bartoli *in l.* 1. *num.* 1. *Cod. de naufragiis libr.* 11. Iohan. Saixonis *ad consuetud. Turon. tit.* 7. *art.* 3. & Johan. de Arnono *in commentario* 138. statuentium, si vicini nostri urgente necessitate; putà, quia in æstate aqua exaruit, & nulla habeant molendina ventis agitata, ad molendina nostra veniant, quod nullam

142 gabellam præstent & exsolvant. Sic si via † usitata sit aquis obruta, vel latronum excursionibus infesta, non præsumitur quis ab ea declinans voluisse vectigal fraudare, sed tantum evitare periculum, juxta Salicetum *in l.* 3. *in fin. Cod. de naut. fœnore.* & Mascardum *de probat. conclus.* 834. *num.* 35.

143 Extra hos casus, si subditi † nequitiæ ungue se scabant, & in fraudem præjudiciumque acquisitarum moletrinarum bannalium ad molendina vicinorum furtim conmeent; Domino earumdem jus esse existimo, illos pro qualitate subtractæ molituræ der abgestrickten Matten / (pœna enim delicto conmensuranda, *Deuteronom.* 25. *vers.* 2.) punire, item arresto ac pignoratione coercere, seque in quasi possessione sui iuris manutenere posse, secundum carolum Molinæum *in consuetud. Parisior. tit.* 2. §. 25. *glossa.* 1. *numer.* 193. ubi ait, Quod † is, cui censum datum est jus molendini bannalis, possit reprehensione uti adversus subditos, si in aliena molendina farinam deferant, eam arrestando. Concordat Bertrandus Argentræus *ad consuetud. Britan. tit.* 17. *pag.* 1500. *in princip.* statuens, quod † etiamsi is, qui emit molendinum, non possit jurisdictionaliter cogere Rusticos habitantes in districtu molendini ad molendum; possit tamen eos cogere per actionem, per manus injectionem, in frumenta & fruges molendas. Adjunge Renatum Choppinum *ad leges Andium lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 4. (144, 145)

Unde non incommoda sumi potest occasio indagandi, cum jure provisum sit, quod † subditi inobedientes & refractarii, pro tuenda jurisdictione ac conservanda obedientia arrestis, incarceratione, pignerationibus, sequestratione, denegatione audientiæ, ac aliis modis coerceri possint; tantisper, donec debitam obedientiam præstent; (in qua totum dominationis bonum consistit. Petr. Gregor. *de Republ. lib.* 7. *cap.* 4. *num.* 11.) ut pulchre explicarunt Matth. Wesenbecius *in Paratit. D. Si quis jus dicenti non obtemperau. in fin.* ac And. Gail. *lib.* 1. *obs.* 17. *num.* 8. & *de arrestis Imperii cap.* 10. Thom. Maulius *d. tract. de homag. tit.* 1. *num.* 26. 27. 28. & *tit.* 4. *num.* 23. 24. 25. 26. an † etiam Domino, cui forte cum subditis super iniuncta, sed non subsequuta paritione in puncto jurisdictionis controversia aliqua est, integrum sit, iisdem omnibus ac singulis tamdiu Vsu quorumcunque ac inprimis dominicorum molendinorum bannariorum, & conse- (146, 147)

quenter omni commoditate conficiendæ farinæ indistinctè interdicere; & simul, ne aliunde panis aut cerevisia inferantur, prohibere; donec pareant, & cum Dn̄o in gratiam redeant? Et ut rem † in pauca conferam, simpliciter statuo, Virum principem nequaquam citra vulnerationem conscientiæ tam crudeli modo jurisdictionem suam, extra casum notoriæ & actu permanentis rebellionis ac hostilitatis tueri posse, nec debere; quidquid etiam pro eo palliando ab assentatoribus adducatur. Cum enim supra *quæst.* 1. *num.* 26. ostensum sit, nos † omni tempore pane egere; adeo ut humani alimenti ratio accedat necessaria, quæ moras non patitur, & ne quidem longinquæ molæ proventum tardiorem, dicente Choppino *d. lib.* 1. *cap.* 21. *in fin.* deinde etiam jure provisum sit, quod † necare is dicatur ac injuriarum teneatur, qui alimenta denegat, ac victus illationem non patitur. *l. necare. D de liber. agnosc. l. si victum. D. de re judic.* hoc amplius vel † parum vel nihil inter prohibitionem farinæ ac panis conficiendi, & aquæ & ignis interdictionem, quæ morti æquiparatur, intersit; ex tali interdictione † etiam tandem fames certissime sit subsequutura, qua homines aut obsessos adfligere & extinguere revera est Tyrannorum & apertorum hostium; ut multis evincit Tiraquellus *de retract. lignag. §. 26. glossa.* 1. *nu.* 24. *& seqq.* possetque non modo sordidum eo sensu, sed & crudele dici, cum Dn. Besoldo *sup. quæst.* 10. *num.* 21. & denique inpossibile sit, ut non eo modo etiam multi innocentes; puta infantes, debiles, senes, præter meritum adfligantur, juxta tradita per Andream Gail. *lib.* 2. *de pace publica cap.* 9. *num.* 36. *&* 37. & Scipionem Ammiratum *in dissertat. polit. ad Tacitum lib.* 2. *disc.* necesse est eum graviter esse inhumanum, qui ab hac exequutione incipere, & per civium famem aliquam manutenendæ potentiæ ac jurisdictionis suæ famam aucupari & occupare velit: cum & subditis æque remedia juris suppeditata pateant *sup. num.* 10. *cum quæst.* 1. *num.* 76. *usq; ad* 99. & quæ legimus apud Thomam Maulium *d. tract. de homag. tit.* 4. *num.* 16. 17. *per tot. tit.* 9. *num.* 131. *cum seqq.* post Mynsingerum *cent.* 5. *obs.* 1. *num.* 2. *& obs.* 8. *per tot.* Gailium *d. lib.* 1. *observ.* 17. & Hart. Hartmanni *tit.* 1. *obser.* 1. *lib.* 2. Imperator certe Claudius, ad crudelitatem propendens Princeps, arctiore quadam ob adsiduas sterilitates annona, medio foro detentus fuit à turba, convitiisque, ac simul fragminibus panis ita instratus, ut ægre, nec nisi postico evadere in palatium potuerit; neque tamen plebi iratus fuit, aut ne unum quidem puniendum esse putavit, sed curam majorem ad invehendos etiam tempore hyberno commeatus adhibuit, negotiatoribus certa lucra proponens, suscepto in se damno, si cui quid per tempestates accedisset, & naves mercaturæ causa fabricantibus magna commoda constituit, ut auctor est *Suetonius in Claudio.* Quod pluribus exornabo in mantissa, *cap.* 7. quod de fame & siti confeci. Quum etiam in Imperio Romano nihil frequentius sit, quam per mandata sine clausula tollere omnia illa, quæ spectant ad coarctationem annonæ & commerciorum, utpote valde odiosam; cujus rei si opus esset infinita pene possent adduci † exempla, (quæ semper malunt homines, quam verba, *Lactant. lib.* 4. *divin. Institut. cap.* 23. *Adde Tuschum tom.* 3. *concl.* 548. *lit. E.* Michael. Piccartum *dec.* 9. *observ. hist. polit. cap.* 8. *per tot.*) quis non multo æquius esse putaverit, subditis ita, ut diximus, ob-

[Margin numbers: 348, 349, 350, 351, 352, 353]

obpreſſis & gravatis per eadem mandata absque ulla procraſtinatione feſtinanter ſubvenire? Sed apud bonos iſta ulteriori deductione minime indigere exiſtimo, ideoque ad alia tranſeundum.

QVÆSTIO XII.

De veſtitu ac habitu Molitorum; an diſtinctus ab aliorum indumentis eſſe debeat, vulgo Müller-kleid dictus?

SVMMARIVM.

1 Diſtinctus civium habitus eſſe debet, & ubique ſemper fuit: de qua re Authores plurimi adducuntur, cum num. ſeqq.
2 In genere de varietate veſtium, habitusq; ſignificatione ac præſumtione.
3 Gentes ipſæ habitu diſtinctæ: Hebræi, Aſſyrii, Helvetii, Vngari, Poloni, Germani, alii.
4 Veſtimentorum apud Romanos varia genera; ſecundum tempora, ordines, officia, perſonas &c.
5 Inductio exemplorum ſpecialis incipit: & quidem Medicorum, Philoſophorum, Sophiſtarum, Oratorum, Advocatorum, remiſſive.
6 Doctores etiam in genere ſeparatum habent habitum ſive ornatum, ac præ aliis ſingularem prærogativam; quod exornatur Impp. conſtitutionibus.
7 Cameræ Imperialis ſententia, contra Statutum quoddam in hac cauſa veſtiarium.
8 Ordinatio Saxonica & Venetorum ſtatutum.
9 Rubeus Doctorum habitus olim fuit.
10 Cultus eorumdem in ipſo actu promotionis; quem forte tunc retinuerunt & quotidie geſtarunt.
11 Antiqui Iuriſconſulti Pileum vocarunt biretum.
12. Veſtis adpellatione an veniant caligæ & biretum? remiſſive.
13 Pauli Caſtrenſis narratio de Baldo & Bartolo, ceu diſcipulo & doctore: & quid Capitium denotet?
14 Iudæorum conditio & habitus.
15 Clericorum, Virginum, Nubtarum, Viduarum, Meretricum, Militum & Paganorum diſcretæ veſtes.
16 Servorum item ac libertorum, quod exornatur.
17 Adplicatio ad præſentem quæſtionem; ratione Famulorum, Operariorum, Piſtorum ac Molitorum.
18 Regionis cuiusque conſuetudo in hoc quoque paſſu adtendenda.
19 In genere definiri poteſt Molitorum habitus.
20 Quæ cautio ad omnes in Republica degentes pertinet, ut ibi exponitur.

NOtum omnibus eſt, diſtinctum † in urbibus villisque eſſe, ac debere cives ruricolasque habere habitum: Magiſtratum itidem modum ſervare ac Subditis (quorum iura in ſpecie ſimiliter conſideramus, ratione exſtructionis, conpetentis coactionis ac veſtimentorum) præſcribere ſolere legibus ſuis veſtiariis & ſumtuariis; quod licitum ac neceſſarium eſſe, adfirmant omnes, veluti de his ad ſatietatem præter Politicos disputant *Nonius in libello de genere veſtiment.* Clem. Alexandrinus *lib.3.pædag.cap.*15. Q. Septimius Florens Tertullianus presbyter carthaginenſis *in lib. de Pallio, lib. de habitu virginum lib. de cultu fœmin.* Lazarus Bayfius *lib. de re veſtiar.* Marq. de Suſannis *tractatus de Iudæis part.*1.*c.*4. Petrus Gregorius Tholozanus *lib.*9.*Syntag.iu.uniu.cap.*19.*numer.*13. *cum ſeqq. & lib.*4.*de Republ.cap.*11. Henr. Salmuth *in not. ad Guid. Pancirol. lib.*1.*cap. de hab. & veſtim. vett. cap. de fibula & cap. de habitu Impp.* Phil. camerarius *cent.*2.*med. hiſt.cap.*39. Gregor Richterus *axiom. polit.* 318. *&* 319. Melchior de la Cerda *volum.*1. *campi eloq. pag.*520. *& ſeqq.* Iohan. Roſinus *in antiq. Roman. ibique* Thomas Dempſterus *in paralip. paſſim.* Reinhard. König *in acie politic.* ac denique Thomas Trugillus *in diſcurſu & luxu & abuſu veſt. noſt. temp.* quem hiſpanice primum conſcripſit, dein jure Italiæ donavit Hyacinthus Stephani Florentinus, ac non ita pridem in Latium trãſtulit Ioh. Frid. Mateneſius *libro hoc tit. proſcribto* Præter quos † de varietate veſtiũ legẽdus quoq; eſt Alexãder ab Alexã-

dro *lib. 5. genial. dier. cap.* 18. de multiplici item habitus significatione & qua ratione quæque præsumatur ac probetur, explicat Josephus Mascardus *concl.* 848. adde Claudium Prateum *lib. 4. regul. iuris titul. 19. ca. 4. pag. 503. 504.*

3 Quinimo † gentes ipsæ habitu distinctæ hactenus semper fuerunt: adeo ut Deus etiam dederit specialem populo suo Iudaico modum vivendi, vestiendique, quo habitu tali distinguerentur ab aliis gentibus. *Num. cap. 15. Deut. c. 22.* quem morem nec ipse Christus deposuit *Matth. 9. Ioh.* 4. De Semiramide Assyriorum regina ita Iustinus scribit: Brachia ac crura velamentis, caput tiara tegit. Et ne novo habitu aliquid occultare videretur eodem ornatu & populum vestiri jubet; quem morem vestis exinde gens universa tenet, *lib. 1. hist. cap.* 2. Idem observare (ut reliqua exempla omittam) licet in republica Helvetica, ubi vestitus veterum more consuetus non facile immutatur.

Prudenter enim illi, ut linguæ ita habitus retinentissimi, sanciverunt: ut qui avitum habitum vestimentorum mutaverit, peregrinumque adsumserit, aut deponeret aut à publicis honoribus, muneribus & magistratibus excluderetur & exors viveret, referente Reinhardo König *in d. acie polit. disput. 9. th. 53.* Ungari & Poloni idem tenaciter custodiunt. Imitandus pariter in ea re Viriathus: cujus ea virtus continentiaq; fuit, ut cum COSS. exercitus frequenter vinceret tantis rebus gestis, non armorum, non vestis cultum, non denique victum mutaverit; Sed in eo habitu, quo primum bellare cæpit, perseveraverit, eodem perhibente Iustino *lib. 44. histor. cap. 2.* Germanorum denique quam simplex olim ac probum fuit ævum. Veste stricta & singulos artus exprimente utebatur, autore Tacito. Describit hunc quoque vestitum ita Sidonius:

Strictius adsuta vestes procera coercent
Membra virum; patet iis arctato tegmine poples.

Francorum ex legibus antiquis etiam hoc constat, quam frugales leges sumtuarias habuerint. Ex illis una fuit talis: NEMO PLVRIS VENDITO AVT EMITO, QVAM SAGVM OPTIMVM ET DVPLVM XX. SOLIDIS: SIMPLEX X. VILNOS AVTEM MINORES: ROCCVM MATRINVM SEV LVTRINVM OPTIMVM XXX. SOLIDIS: SISMVSINVM OPTIMVM X. SOLIDIS. QVI SECVS FAXIT, XL. SOLIDIS MVLTATOR, ET DELATORI XX. SOLIDOS EXSOLVITO. Karulus Magnus ipsemet vestitu patrio *id est* Franco-Theutonico utebatur; peregrina vero indumenta, quamvis pulcherrima respuebat, nec unquam eis indui patiebatur: excepto quod Romæ semel Adriano Pontifice petente, & iterum Leone successore ejus supplicante longa tunica & chlamyde amictus & calceis Romano more formatis induebatur, Eginhardo teste *in ipsius vita pagin. mihi.* 10. Tunc sane & nunc licuisset παρωδεῖν, & dici potuisset sine ulla hæsitatione:

Moribus antiquis res, stat Germana, virisque.

Sed abierunt hæc sæcula, & nos majorum gravitate degeneravimus. Quis ergo non indignetur, nos quidem Romanorum & Germanorum nomen ferre, alias vero gentes inbelles nostris actionibus & vestitu repræsentare? Quid respondebimus iis, qui dictitant, se in ipsa Germania

mania Germaniam quærere & requirere? Ac se veneri perhibent, ne aliquando exteri (annon imminent finibus jam hostes hospitesque nescio qui, ac civili bello intestinoque Principes grassantur?) veniant repetitum suos colores ac habitus, & furtivis nudata cornicula pennis panisque, omnibus risum & mox dolorem moveat. Quid judæis istis acciderit, sæpe mecum percensere soleo. His mirum in modum Chaldæorum vestitus adridebat *Ezech.23.vers* 15. quo factum est, ut non multo post in ipsam Chaldæam deportarentur, & captivi abducerentur. Absit omen & revocetur antecessorum laudatissimorum frugalitas.

4 Cæterum de † Romanis id aperte constat, quo volui & præfati scribtores pluribus commonefaciunt. Ita legimus fuisse vestes urbanas, forenses, talares, domesticas, quotidianas, privatas, cænatorias, triclinares, diurnas, nocturnas, muliebres, viriles, viatorias, & similes; de quibus præter cæteros, ex jurisperitorum numero optime disserit Ianus Langlæus *lib.1.semest.cap.5.per tot.* Vestimentorum enim quædam virilia sunt, quædam muliebria, quædam puerilia, quædam communia, quædam familiaria; quæ distinctum nomen ac formam habebant *arg.l. vestis 23.* §. *vestimenta* 1. *D.de aur.& arg. leg. Paulus lib.3.sent. tit.6.* quædam quoque instrata seu stragula: vestisque adpellatione & scenica, licet tragica aut citharædica sit, continetur *l.45.l.vestis* 127 *ubi Gaddæus D. de verb. signif.* Vestium sacrarum, atque civilium injicit mentionem Cassiodorus *lib.6.epist.7.lib.7 epist.1.* Non enim pro ratione tantum personarum, sed & temporum statu mutato, vestes mutatæ aliæque adsumtæ à diversis nationibus ac diversis coloribus tinctæ fuerunt. Hinc præter recensitas vestes imperatoriæ, senatoriæ, (de quibus etiam agit Antoninus Tessaurus *in præfatione decis.num.38.*) regales, augurales, equestres & plebeiæ hactenus distinctæ extiterunt, testib. supernumerariis Ioh. Althusio *cap.7.polit.num.* 42. & Wolffgang Lazio *lib.2.comm.Reip.Rom.cap.3. & seqq.* Hinc lugubria, nubtialia, militaria, sacerdotalia vestimenta in jure nostro, aliisque bonis authoribus sæpius obcurrunt. Item alia ægrotorum, senum ac convivarum fuisse, ex multis discimus Alius quoque habitus damnatorum fuit, aliamque vestem in capitali causa adsumsit, commutavitque ipse iudex, uti videre est apud Iustum Lipsium *in not. ad Senecam lib.1.de ira cap.16. pag.* 20. & Valerium Maximum *lib.9.cap.12.*

5 Quæ quidem, † ne longa lectorem inductione detineam, videmus & legimus quotidie in variis ordinum ac generis humani statuum discriminibus observata. Sic ipse Hippocrates, ni fallor, de medicorum habitu libellum scribsit. Philosophi præterea ac Sophistæ singulari amictu seu cultu conspicui in publicum prodire solebant; quod more suo eleganter exornat & demonstrat Ludovicus cresollius *lib.3. theat.rhet sive sophist.cap.15.& 16.* qui oratorum quoque habitum apte depingit *in suis vacat. autumnal.lib.3.cap.29.pag.638. cum seqq.* Philosophorum quidem respectu, quid clarius, quam illorum pallium, baculus & barba sordida promissaque? Et ideo etiam illos vulgo apud veteres deridiculo fuisse, indicat Michael Piccartus *dec.8.observ.hist.polit.cap.1.* De Advocatorum cultu ac vestitu plurima pariter idem

collegit Ianus Langlæus in ſenatu Britanniæ Celticæ Conſiliarius *d. lib. 1. ſemeſt. ca. 5.* Et ea ratione celebris inter juris noſtri Interpretes nominis Guilielmus Durandus (cui à ſpeculo, quod libro ſuo titulum fecit, Speculatoris agnomen indiderunt) quo loco de Advocati cultu & officio diſputat: Adſerit Cauſidicum cum ad agendum accedit, veſtibus nec ſordidis nec vilibus; ſed honeſtis & muneri cui deputatus eſt, congruentibus indui oportere.

6 Deinde in † Doctorum creatione peculiares ritus adhiberi novimus: eosq; præ aliis in vita communi ornatum veſtitumque conſequi, exponunt iſti, qui de gradibus honorum ac Academiis libros ediderunt. Ita ex conceſſione Karuli V. in Comitiis Auguſtanis Anno 1548. & Rudolphi II. glorioſiſſimi Cæſaris in comitiis Francofurtenſibus Anno 1577. innoteſcit, Doctoribus quod conceſſa ſit facultas veſtimenta, ornamenta & aureas catenas, annulosque pro dignitate & privilegiis geſtandi; quod alias non omnibus imo ne Nobilibus quidem promiſcue iſta conſtitutione tribuitur, niſi daß ſolche Ketten nicht über 200. fl. werth/ die ſie doch mit einem Schnürlein umbwinden und durchziehen ſollen: Adhibe Quirini Kubachii *cent. 3. dec. 7. quæſt. illuſt. 7. & 8.*

Cuius textus vigore ante aliquot annos 7 † pro Doctoris cuiuspiam uxore contra C. & S. civitatis H qui ſub prætextu ſtatuti ſui veſtiarii adverſus privilegiatam veſtitus geſtandi libertatem ac ſecuritatem deveſtiendo, mulctando & pignora capiendo proceſſerant, in Camera Imperiali pronunciatum fuit, teſte Georg Bechtio *tract. de ſecuritat. & ſal. cond. th. 226.*

8 Adde, ſi placet, ſereniſſimi Principis † Dn. Ioannis Georgii Electoris Saxonici Policey- und Kleyderordnung tit. Hoffart in Kleydung §. daß zwar diejenigen *fol. 13.* Similiter Dottori in Venetia per le leggi dell' 1360. poſſono uſar che veſti & di che qualita lor piace, dicente Girolamo Bardi delle coſe *notabili della citta di Venetia lib. 1. pag. 12.*

Rubei autem † coloris habitum eos olim geſtaſſe innuit Angelus Aretinus his verbis, dum ita alicubi ſcribſit ſuaſitque: Nota, boves fugantur panno rubeo; quod videtur eſſe naturale, quod armentum timeat veſtes rubeas. Vnde tu Doctor qui indutus es rubeo, nunquam vadas, ubi eſt armentum, *ad tit. Inſt. de oblig. quæ ex delict. naſc. § interdum furti num. 1. & 2.* 9

Præterea † Doctores iſti, in iſto promotionis actu etiam ornamentis quibusdam inſigniuntur, interque alia Pileus ſeu biretum inponitur. Pileus quidem capiti tamquam membro principaliori: vel, quod fuerit olim libertatis ſignum: vel ſpectatæ virtutis inſigne: vel cum illi, qui tempeſtatem effugerant, pileum ſumere ſoliti ſint; ita hi quaſi proceloſo artium mari per aliquot luſtra horridi Iovis, & irati, Neptuni fervidis adſultibus undique circumacti, tandem ad portum eruditionis adpellentes, merito pileum ſibi ſumant. Ioh. Limnæus *diſſert. nomi copolit. 4. de Acad. th. 9.* 10

Antiquiores Iuriſconſulti † Pileum 11 hunc vocant Biretum, quaſi bis rectum & velut Symbolum duorum, quæ exiguntur in optimo Doctore, quæ ſunt mores probi & doctrina, ſecundum Lucam de Penna *ad l. 11. C. de mulil libro 11.*

Quamvis adpellatione † veſtis non veniant caligæ & birettum, juxta Horatium Carpanum *ad ſtat. Mediolan. cap. 291. numer. 110.* 12

mer. 110. *part.* 1. & Gomesium *in tract. de extens. num.* 23. *ad fin.*

Quod simul mihi in memoriam revocat 13 † Pauli de Castro relationem : Baldum, cum adhuc puer esset, neque adhuc capitium (quod capitis quoque tegmen Nonius interpretatur *cap.* 14. *num.* 37. Gothofredus *ad d. l.* 23. §. 1. *D. de aur. leg.*) inposuisset capiti, argumentum esse contra Bartolum de casu unius legis, producto textu *l. si instituta* §. *fin. D. de inoff. testam.* Bartolumque stupefactum laudasse ingenium pueri, & in crastinum dixisse se responsurum; quod factum loco communi illustrat idem Piccartus *dec.* 11. *observat. hist. cap.* 9. Transeo nunc ad reliquos ; & quidem ad 14 † Iudæos istos quorum status & conditio hodie cum alia sit, ob causas certas distinctum à Christianis tenentur gestare habitum, *cap. in nonnullis extr. de Iudæ. tot. tit. C. de Iudæ. & cœlico.* Quod procedit tam de die, quam de nocte: signumque distinctionis debent portare palam & publice , non autem occulte & sub mantello vel ejus plicatura dicente Abbate Panormitano *in d. cap.* 1. *no.* adfirmans hoc se vidisse fieri à multis, & propterea in terris dominii Venetiarum deferere eos signum in capite; videlicet biretum crocei vel lutei coloris, ut ab omnibus dignoscantur, teste Marquardo de Susannis *d. tract. part.* 1. *cap.* 4. *num.* 2. Unde cur Iudæi in alis palliorum literam O. gerant? respondet haut inlepide Iohãnes Heidfeldius *in Sphing. theol. philos. cap.* 26. *pag. mihi* 617.

Cur ferat Hebræus vocalem in pectore quartam,
A multis quæri lector amice solet.
Addictum æternis ut se cruciatibus esse
Cogitet, hac secum signa doloris habet.
Aut, quia pro nihilo numeris opponimus illam,
Inter mortales se sciat esse nihil.
Aut, quia Iudæis augentur fœnore nummi;
Major ab hac numerus nam solet esse nota.

Distinctio habitus † in aliis quoque ob- 15 servatur; puta clericis, virginibus, mulieribus nubtis, viduis ac meretricibus, eodem demonstrante, Marquardo *numer.* 8. 9. 10. & Iacobo Marchisello *quæstio pract.* 31. *per tot.* sic lacerna ac sagum erat vestis juxta eumdem Marquardum, qua dignoscebatur miles à pagano † *l. si ignoras D. locat* † & per 16 pileum servus à libero *l. directis* 10. *C. de Testam. manum. l.* 1. §. *sed qui domini C. de lat. lib. toll.* Chassan. *in catal. gloss. mundi parte* 1. *conclus.* 44. *col.* 3.

Quamvis aliquando in senatu Romano actum fuerit, de conmutandis penitus servorum vestibus ; ut à liberis hominibus nota quadam secerni possent: Senator tunc aquis intercessit, ne, si seipsos servi numerare cæpissent, exitium dominis intentarent ; cum illi tunc temporis plures quam liberi fuerint , notante Henrico Salmuth *ad nova rep. Pancirol. libro primo capit. de damn. in metal. pagin. mihi* 712. 713. post Iustum Lipsium *in not. ad Senec. vol.* 2. *pagin.* 247. *edit. Amstel.*

Pariter cum toga communis Romanorum vestis esset, Alexander Severus Imperator (qui fuit post Heliogabalum) in animo habuit omnibus officiis, proprium genus vestis adtribuere, & omnibus dignitatibus; ut ex habitu discernerentur, nec promiscuè conmiscerentur. Id tamen Ulpiano & Paulo Iurisconsultis , qui apud ipsum floruerunt, dispicuisse narrant Lampridius in Alexand. Marq. de Susãnis *dict. c.* 4. *num.* 12.

Servorum quidem famulorumque discrimen † quoad officia & vestimenta novimus ex antea adductis scriptoribus; Præter quos idem tangit Hippolytus Bonacossa *tract. de serv. & famul quæstio. 79. numer.* 3. 4. 7. 8. & illorum typos seu imagines ponit Laurentius Pignorius *in commentar. de servis & eor. minist. pag. 75. 76. 77. 78. 99. 260. 261. 272.*

17

Imo discriminatum quoque civium in urbe Roma omnium fuisse habitum, ex istis antiquitatum indagatoribus manifesto adparet. Peculiarem denique cultum Pistores alteriusque conditionis homines induisse verisimile est; sicque eamdem rationem in hodiernis molitoribus operariisque servari debere absonum non videtur. Reipublicæ enim status id postulat, hique non modo in pistrino servitia sua præstiterunt; sed etiam in eorum locum nostrates successerunt, structuraque ipsa nomen retinuit. Confer, quę dixi, *quæstio. 1. numer. 17. 23. 25. 30. 33. 34. 35. quæstio. 4. numer. 5. 6. 56. 57. quæstio. 5. numer. 16. quæstio. 41. num. 21. & quæstio. 44. fere per tot.*

18 Atque ob eas causas & † Regionum diversas consuetudines, in specie vix definiri potest, quibusnam vestibus isti se ornare ac induere debeant, *per l. argumento 25. in princip. D. de aur. arg. leg. l.* 8. §. *quibusdam 1. D. de instr. vel instrum. leg.*

In genere tamen hac occasione quæstio præsens concipi ac decidi poterit: quod nimirum † molitores nominatim sic dicti distinctum à reliquis civibus habitum induere debeant. Iuxta Politicorum namque tradita personarum, locorum, rerum ac temporum, in legibus vestiariis ferendis ratio habenda est: idque potissimum considerari arbitror, ut non tam lautitia, quam munditia: non tam modus & vestimentorum genera, quam eorum pretia ac sumtus in vestes erogandi, adtendantur. Qua de causa cum molitores suis vacare debeant officiis, nec in medio aut supremo civium honoratorum gradu collocentur: consultum erit, ut statum conditionemque suam non egrediantur sortemque nimis extendant; sed vestimenta hunc ordinem ac laborem seu occupationem concernentia induant, proque regionis consuetudine aut statuto varient.

19

Notum insuper vulgi dictenium est, dum molitorum vestes Germ. Müllers-Kleyder/proverbio pene locum concesserunt, illoque nomine inferioris Saxoniæ incolæ, vestitum sordidum & conspurcatum indigitare solent: cum illorum indumenta semper polline aut alterius frumenti tenuissimo pulvere adspersa sciamus, quæ Apuleius farinulento cinere sordide candida vocavit *supr. dict. quæstio. 4. numer. 56.* Sin secus fecerint, Magistratuum edicta violant ac ideo merito puniri debent: nec si modum statumq; suum excesserint, effugere poterunt invectivas Stephani Guazzi *libro secundo de civili conversat. pagin. mihi 310. 311.* Iohannis Althusii *libro primo de civ. conv. capite decimo ac politic. cap. 32. num. 60.* & Hermanni Latheri *tract. de censu lib. 1. cap. 9.*

20 Quilibet enim † bonus qui vult aut cupit esse civis, & inprimis Magistratus (qui illius reluctantis ac luxuriantis malitiam publica lege & pœna coercere atque reprimere optimo jure potest *argument. l. 2. Codic. de vestibus holos. & aur.*) considerare debet: an in dignitate sit constitutus, an de urbe bene meritus, an dives, an pauper, vel mediocris existat fortunæ. Si pauper es, expendes in vestitum unum tantū, ad familiam totam tuam uno anno confer-

ſervandam ſufficeret ; nec advertis eos, qui te norunt deriſuros eſſe. Si in ſtatu mediocri ſis , & ſtatus tuus tales quoque veſtes requirat , nimirum in iis moderatus ſis.

Si dives, etiam ut alii ad hoc faciendum cum moderatione obligaris ; quoniam efficax exemplum tuum eſt , ut etiam illi qui minus habent , ab illis inmoderatis expenſis ſe retrahant &c. qui diſcurſus eſt. D. Iohannis Chryſoſtomi *hom. 9. ſuper ſymbol. Apoſtol. & hom. 50. ſup. Matth.*

Certi namque & diſtincti ſunt cultus eorum , qui locis , ordinibus , ac dignitate antiſtant, neceſſe eſt ; Tacito prudentiſſimo hiſtorico ſuaſore *libro ſecundo annal.* Non vero placet Laconum conſuetudo, apud quos ex inſtituto Lycurgi, nemo altero cultior inceſſit , Iuſtino teſte *libro tertio hiſtor. capite tertio.* Quapropter homo natura cum ſit animal mundum ac elegans , dicente Seneca *epiſtol. 92.* certæ veſtium diſtinctiones in Republica, ac velut ordines pro fortunæ, honorum, officiorum , ac laborum gradu cuiusque fieri debent: & eædem non ſint ſordidæ, nec luxurioſæ, peregrinæ vel aliunde , proculque adſcitæ : habitus etiam genti cuique ſemel peculiaris factus , conſtanter retinendus eſt : animadvertendum denique, non in ſolo rerum corpore, eorum nitore atque pompa ; ſed etiam in ipſis ſordibus lutoſis eſſe poſſe jactantiam, juxta Beatum Auguſtinum *lib. de ſerm. Dom.* Hinc Sanctus Hieronymus ſuadet: Veſtes pullas æque devita, ut candidas ; ornatus (*nimius*) & ſordes pari modo fugiendi ſunt: quia alterum delitiis, alterum gloria redolet, *in Epiſt. ad Nepo.*

Adeo ut ex eiusdem ſententia, ſi vir vel mulier ſe ornaverit , & vultus hominum ad ſe provocaverit : etſi nullum inde ſequatur damnum, iudicium tamen patietur æternum; quia venenum adtulit, ſi fuiſſet qui biberet. Qua tanquam epiphonemate hoc caput obſigno, & manum ad cætera promoveo.

QVÆSTIO XIII.

De Occupatione bellica, reſpectu molendinorum; an & quomodo ea exſtruantur & acquirantur?

SVMMARIVM.

1. Brevis delineatio & continuatio huius tractationis.
2. Acquiſitionis verbum eſt latæ ſignificationis.
3. Dominium quadruplex, iuxta Baldum.
4. Modi acquirendi vel ſunt liciti & certi finitiq; vel inliciti & incerti ſeu infiniti.
5. Liciti iterum duplices: naturales & civiles , cum ſeq. 16.
6. Occupatio fit aut in bello aut pace.
7. Prædatio bellica quid ſit, ex Bocero.
8. De captura rerum mobilium Britonis verſus adducuntur.
9. De iure belli multi diſceptarunt , quorum aliqui notantur.
10. Ex quibus huc pertinentia requiſita ſunt ſumenda.
11. Taciti ſententia de iure hoſtium; & rerum perſonarumque diſcrimen.
12. Molendina quoque Eccleſiæ, cum decimis, aliisque commodis & bonis inmobilibus poſſidere ſolent: an tunc fiant in prælio occupantis vel executoris?
13. Bona ergo vel mobilia vel immobilia conſtituuntur.
14. Generalis illatio de in bello captis bonis.
15. Nonnulli diſtinguunt inter res hoſtium , bello durante, & finito ademtas & recuperatas.
16. Specialior inductio ratione rerum mobilium & inmobilium, quorumnam fiant?

17 Conprobatur ex abundanti versibus Galteri & Britonis.
18 Reiicitur Anabaptistarum, Tertulliani, Lactantii, Erasmi, Alciati, & Bodei opinio.
19 Molendina ad quarum rerum classem pertineant, & occupatis propria numne evadant?
20 Duo monita supernumeraria, de præventione militari & obiectione respectu molarum navalium.

1 IN schematismo sive tabula præfixa mõstravi, quod hic meus † tractatus versetur vel circa personas vel circa res vel actiones. Rerum conditio consideratur vel prima vel secunda.

Secundum priorem cum constituendam, juxta originem ac describtionem: tum discernendam, quoad molarum varias differentias, secundum partes sive instrumenta & species; respectu formæ rerum contusarum ac usus, ejusque liberi ac immunis aut modificati & restricti, sermo instituitur. Altera qualitas est pro ratione suæ naturæ jam constitutæ, qua res sunt discretæ, corporales aut incorporales.

Corporales, mobiles ac immobiles. Incorporales in iure, magis consistunt, & quarum vel utriusque generis species Possessio vel Dominium dici potest, per ea quæ acute disputat Justus Meierus *in colleg. Argentorat. ad titul. Pandect. de acquirend. rer. domin. th 3. & 4 per tot. infr. quæstio. 18 numer 1 2. 3. 4. 5.*

Illud vero quidam habent separatim, sæpius conjunctim. Separatim Magistratus & subditi: idque in genere personæ aua rerum aut regaliorum intuitu; vel in specie, ratione exstructionis, bannariæ coercitionis & vestimentorum. De quibus omnibus & singulis hactenus prolixe actum est. Conjunctim dein illud penes eosdem est, sicque vel acquirens vel amittens. Acquirentis membra & species veniunt ponderandæ, juxta multivarios modos acquirendi (quæ vox † alias generalis est, & dicitur de omni eo quod qualicunque modo patrimonio nostro accedit, ut probat idem Meierus *d. loc. th. 2.*) dominii vel dependentia ab eodem. 2

Multiplices enim esse Dd. passim inculcant & ex diversis insuper causis oriri possessiones perspicuum est: ipsumque pluribus † facit quadruplex Baldus; dominium scilicet venditionis, dispositionis, plenæ possessionis ac fruitionis, *ad l. in rebus colum. 2. post. princ. C. de iure dot.* refer Boerio *decis. 42. nu. 4.* vide tamen Heinrici Boceri *class. 5. disput. 2. th. 3.* 3

Modos autem † acquirendi, quos hodiernis moribus ac temporibus hominum versutia invenit, & quotidie auget, definire nemo potest, etiamsi omnium nequissimus ac versutissimus esset. Adeo crevit malitiæ virus & pro licitis habentur, quæcunque ac quocunque colore patrimonio adjiciuntur. Id quod Claudii Marii Victoris exprimi potest versibus *in Epist. ad Salomonem.* 4

Nil sanctum est nobis nisi quæstus, & illud honestum est,
Vtile quod fuerit, vitiiś vocabula recti
Indimus, & parci cognomen sumit honestus.

Nobis vero hic tantum de legitimis, frequentioribus, ac à iure concessis mediis modisq; animus est, & quæ circa illos obcurrunt considerare; longum valere iussis cæterorum fraudibus, & callidis apertisq; machinationibus.

Liciti ergo iterum † sunt duplices: Naturales & civiles. Naturales consistunt in occupatione, ædificatione, & traditione, seu concessione & pacto, generaliter sic sumtis. 5

Occu-

6 Occupatio autem † fit vel in bello vel pace, de illa hac quæſtione verba faciam, de altera in ſequentibus agam; ſequutus veſtigia popularis, adfinis ac amici mei. Dn. Ioh. Gryphiandri *tract. de Inſulis c.* 21. *nu.* 1.2.3.4.10.11.23. *cum cap.* 22. qui per totum caput de apprehenſione, poſſeſſione, præventione ac occupatione adpoſite diſſerit. Merito enim hic refero occupationem & ad modos naturales ſeu ex gentium iure; quod quidam vocant ſecundarium, alii antiquum & primum *ex* §. *ſingulorum* 11. §. *feræ* 12. §. *item ea* 17. §. *lapilli* 18. §. *per traditionem* 41. *Inſt. de rer. diviſ. l.* 1. *D. de acquir. rer. dom.* ex quo priori bella inter gentes profluxerunt & captivitates *d.* §. *item ea* 17. *ubi Dd.* & §. *ſed jus* 2. *verſ. bella etenim.* 4. *Inſt. de I. N. G. & C.* Anton. Faber *in juriſp. Papin. tit.* 2. *princip.* 4. *illat.* 4. Juſt. Meierus *ad d. tit. theſ.* 22. plene in terminis Henric. Bocerus *d. claſſe* 5. *diſput.* 3. *theſ.* 4.5.6.7.49. 7 *cum ſequentibus.* Iuxta quæ † occupatio ſive prædatio bellica eſt acquiſitio dominii, tum rerum tum perſonarum; quas in bello iuſto milites ex hoſtibus & his devictis capiunt. Quæ tamen deſcribtio prædam potius rei nobilis ac ſe moventis, quàm occupationem, dominium & capturam rerum inmobilium reſpicit, ut ex collatione 8 & infra dicendis adparet. De qua † rerum mobilium raptura loquitur his verſibus Guillermus Brito Armoricus *lib.* 12. *Philipp. pag. mihi.* 380.

Hi neglecta legunt per campos arma nitentis,
Prædo fit hic clypei, gladii vel caſſidis ille.
Hic ocreis contentus abit, lorica fit illi
Præda placens, veſtes & tegmina colligit alter
Fortior & forti magis eſt obnoxius ille
Sarcinulatorum qui prædo meretur equorum
Eſſe, vel abſconſi forulis prægnantibus æris
Aut carpentorum. &c. ———

Unde non-nemo † ita jocatur: Quid 9 milites habent, ſuum ſi quisque habet, vel cuique tribuit; Belli enim ius varium mirumque eſt, de quo pluribus & adcuratius præter alios tractant Albericus Gentilis *In libb. de iure belli.* Alphonſus Alvarez *in ſpeculo Roman. Pont. cap.* 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. Anton. Quetta *conſ.* 14. Eraſmus Roterodamus *in adag. dulce bellum inexpertis* Ioh. Fridericus Huſanus *tract. de Hominib prop cap.* 1. *num.* 8. *cum ſequentib.* Matthæus Weſenbecius *conſil.* 202. *part.* 5. Hugo Grotius *in mari libero cap.* 4. 5. 13. Henricus Bocerus *tract. de bello & duel.* Petrinus Bellus *eod. tract.* quem elegantem vocat Weſenbecius *d. conſil.* 202. *num.* 23. Dominicus Tuſchus Cardinalis *tom.... pract. concluſ. lit. B.* Michael Piccartus *dec.* 10. *obſervat. hiſt. pol. cap.* 10. & *in diſp. ſingul. de iure belli.* Iohann. Althuſius *in polit. cap.* 34.35.36. & *lib.* 1. *dicæol. cap.* 36. *n.* 31. *uſque ad n.* 39. Ioh. Gryphiander *d. c.* 22. The. Reinckinc *in tract. de regim. ſecul. li.* 2. *claſſ.* 3. *per tot.* Diod. Tuldenius *lib.* 2. *diſſert. Socrat.* 18. 19. & *ſeqq.* Hieron. Sirturus *in comp. polit. lib.* 5. *pag.* 136. *cum ſeqq.* Matth. Martinius *in Chriſt. piet. ſive explic. decalogi lib.* 2. *c.* 6. Benedictus Winclerus *de princip. iuris libr.* 4. *cap.* 11. & infiniti alii. Qui ad amuſſim † recenſent, quomodo bellum recte 10 ſit ſuſcipiendum, juſte gerendum, & legitime finiendum: ex quibus repetenda requiſita huc ſpectantia & adhibenda. Quamvis † ex Cornelii Taciti ſententia 11 fas aliquod armorum & ius hoſtium ſit,

quod juri communi repugnet *lib. 4. hist.* etiam si res quoque sacra aut religiosa vel publica existat, Bocerus *d. disp. 3. th. 55.* Hinc templa & alia libera non fuisse legimus, vide præter laudatos Thomam Dempsterum à Muresck Scotum *in paral. ad Ioh. Rosin. lib...*. *antiq. Roman. cap... pagin. mihi....*

Discrimen quandoque habetur tamen rerum ac personarum: quas, quomodo, quando & quamdiu eas occupare ac invadere concessum sit, quod ex adductis autoribus itidem clarum evadit. Causæ etiam belli sunt distinguendæ & modus præliorum; à quibus gerantur, resque ab illis capiantur. Quibus omnibus iidem satisfaciunt, & præter Politicos disceptat per occasionem, de bello contra *Episcopum* suscepto; An bona Ecclesiæ, (quam 12 quoque † molendina cum decimis & aliis commodis interdum possidere, alibi dixi) inmobilia fiant occupantis vel executoris? Wesenbecius *d. consil. 202. per tot. part.* 13 2. Bona enim † duplicis sunt generis, mobilia & inmobilia: de quibus rebus egi in terminis *qu. 8. per tot. fere.* & Iohan. Althusius *lib. 1. dicæol. c. 1. n. 18. 19. cum seqq. nominatim n. 24.* 14 Unde licet regulariter † in bello justo bona fiant capientium. §. *item quæ ab hostibus 17. ubi. Dd. communiter Inst. de rer. divis. l. naturalem 5. §. fin. ubi* Bartolus & Busius, *l. item quæ ab hostibus, cum ll. seqq. D. de acq. rer. dom.* huncq; proprium istius occupationis bellicæ, (quæ etiam spolium dicitur, *l. pen. §. simili. C. de donat.*) effectum esse, pronunciat Wesenb. *d. cons. 202. n. 12.* Vaconius à Vacuna *lib. 2. declarat. in. c. 35.*

15 Attamen nonnulli † discrimen constituunt inter res, quæ intra prædia & loca tuta nondum deductæ fuerunt, Alb. Gentil. *lib. 1. advoca. Hisp. 2. ref.* Gryph. *d. tract. c. 21. n. 47.* & inter res, quæ hostibus nondum devictis, aut subactis deinde adimuntur, & quæ etiam postliminio recuperantur, ut videre est apud Althusium. *d. cap. 36. n. 34. 36.* Bocerum *d. disput. 3. th. 52. 54. 57. 58. 60.* Meierus deinde *ad d. tit. de acq. rer. dom. th. 23. n. 35. & ad tit. D. de captiv. & postliminio.* Niellius *disp. Instit. 8. th. 10. pag. 33.* Cæterique secundum † priorem istam differentiam communiter adstruunt; 16 omnia hæc admitti; ac possessori priori adimi, victorique acquiri; mobilia quidem capientium militum fieri, inmobilia sic speciatim dicta, aut quæ illis adcensentur, proque fixis stabilibusque habentur ad partiendum inter benemeritos milites adsignari, vel etiam adservari, ac spectari ad summos belli duces, seu eos qui bella gerunt, iusque indicendi habent, ut probavi *d. quæst. 8. num. 69. per tot.* Wesenb. *d. cons. 202. n. 11. 63. 64. 73.* Vide tamen Vacunam *d. c. 35.* Connanum *li. 3. Comment. c. 3. al. 5. num. 4.* Alciatum. *in l. hostes. num. 7. de V. S.* Donellum *lib. 4. comment. c. 21.* & Treutler. *vol. 2. disp. select. 20. th. 2. lit. D.* 17

Hinc Ephestio Alexandri Magni dux † apud Galterum Flandrum, ante multos annos poetam insignem ita ad milites suos *libr. 2. Alexand.*

Me duce signa duces producite, me duce vallum
Sternite, confertos incedite cæde per hostes.
Prælia non spolium mecum dividite, cedant
Prælia, præda meis, mihi gloria sufficit una,
Rem vobis, mihi nomen amo.——

Ipse etiam Alexander suos sic adloquitur *lib. 4.*

——*Ve-*

——Vestrum est, quodcunq; videtis
Non adscribo meum, tantum mihi vincere prædam
Dividite inter vos, qui mecum vincere curas,
Participem me laudis habe, tibi cætera tolle, &c.

Eodem sensu post eum canit Guillermus *Brito Armoricus lib. 1. Philip.*

Omnibus expositis, quas tam præpinguis habebat
Vicus opes, quas militibus Rex donat habendas,
Atque satellitibus virtutis præmia dignas,
Capta sibi retinent fiscali corpora jure.

Ubi & captivos ad iura fisci refert, ad quem minora regalia maxime spectant: vel capta intellige corpora eum posuisse, pro rebus corporalibus, quæ mobiles & præcipue inmobiles, quibus opes & pecunia per fictionem adnumeratur. Nisi forte respexerit illam legem, qua iure civili cautum legimus: ut captivorum bona, quæ cum ipsis captivis adepta non sunt, victoria parta rempublicam sequantur *l. 31. D. de jure fisci.*

18 Locum ergo hic † tam de jure divino quam gentium, canonico quam civili non inveniunt Tertullianus *tract. de idololatr.* Lactantius *lib. 5. divin. Instit. cap. 22. 29.* Erasmus Roterodamus *in d. proverb. dulce bellum inexpertis.* Anabaptistæ apud Nicolaum Bellum *de statu polit. lib. 5. dist. 1. & 41.* quibus tamen canones præscribit Matthias Martinius *d. c. 6. pag. 291. 292.* & qui contendunt bellum ab hominibus nec geri debere, nec licite peragi posse: nedum ut inter Christianos vigeat, & quæ in isto ab illis acquiruntur, capientium fiant; quos consentientem Alciatum allegans, sequitur Stephanus Bodeus *ad §. ius autem gentium. Inst. de I. N. G. & C.*

19 Cum ergo † salvis hisce adsertionibus & Politicorum limitibus, Molendina pro diversa considerationis ratione, iuxta nonnullos interdum ad rerum mobiiium, sæpius ad inmobilium classem referantur, quod latius examinavi *d. quæst. 8. per tot.* facile perspicitur quid in hac quæstione sit sequendum, quibus cancellis ius belli (unde parcendum in eo esse templis, scholis, monasteriis & molendinis præcipit, exemploque suo probavit illustrissimus dux Brunswicensis Henricus Iulius, ceu videre est in scribto apolog. sive Braunschweig. Bericht oder Händel. *par. 3. c. 2. pag. 39. & 115.*) circumscribendum & quomodo res belligerantiũ in alterutrius potestatẽ redigantur. Quare hic brevior fui, & benevolum lectorem ad istos auctores remisi; unde plenissime repeti possunt, quæ ad obvenientium in hac causa casuum decisiones requiruntur.

20 Duo tantum obiter subnectenda erunt. Vulgatum namque & versiculo inclusum † axioma est: Tempore qui prior, est quoq; iure prior. Quod non modo in molendo ac molarum exstructione, cæterisque preventionibus locum habet. *inf. q. 15. 16. 17. sparsim, q. 44. n. 19. 20.* Wesenbec. *cons. 34. n. 10. & 26. iuncto consil. 67.* sed etiam speciatim in hac præsenti occupatione militari. Res enim, quæ civium nostrorum fuerunt tum cum caperentur: siquidem mobiles sunt, cedunt illi militum, qui primus eorum in excursionibus illas adprehendit, teste Meiero *d. tit. de acq. rer. domin. th. 23. n. 4.* Alterum quod volui est: inter illas res numerari quoque naves præliatorias sive longas & onerarias, quæ ius postliminii habent: non vero piscatorias aut actuarias, voluptatis

causa paratas. *l. 2. in princ. ubi* Gothofr. & Meierus *th. 12. 13. D. de capt. & postlim. reverſ.* quia hæ delitiarum gratia confectæ habentur, & bello inutiles ſunt, juxta Cujacium *lib. 11. obſerv. 23. juncta ſup. q. 5. n. 15. in fin.* Cum vero molendina navalia eamdem ſedem aut naturam videantur repræſentare; attamen inde cum ultima ratione concludere non licet, ius iſtud molendina minime obtinere.

Præterea enim quod ſimilia non ſint eadem, & videri cum eſſe parum conveniat: manifeſtum evadit, molas voluptatis cauſa & ſine uſu bellico fabricatas non eſſe, neque inſuper omnes ejuſdem exiſtere conditionis, ſed pleraſque (ſive manuariæ, ſive jumentariæ dicantur,) terris adfixas, aut ripis adhærentes cerni, idque in bello & obſidione tutiſſimum, ſimulque neceſſarium eſſe remedium, quod quoad victum plus utilitatis adferat quam naves; ſicque & objecta lex cum re ipſa ac ratione adſignata differat ac ita dilui poſſit, prout pluribus demonſtravi *alleg. quæſt.* 8.

QUÆSTIO XIV.

De Occupatione in pace loci publici & privati: quomodo ibi molam quis fabricare, habere & conſequi poſſit?

SUMMARIUM.

1 Molendina reſpectu uſus publica ſunt vel privata, remiſſivè.

2 Molæ publicæ à quibuſdam adſcribuntur iuriſdictioni pleniſſimæ, ab aliis mediæ, infimæ iterum a cæteris.

3 Cauſæ cur id factum & ita variatum.

4 Genus publicorum piſtrinorum, toti civitati communium.

5 Servi quoque & operarii piſtrinenſes, tam publici quam privati,

6 Quæſtio principalis & generalis de mola exſtruenda, uncto num. 10. 21.

7 Locus in quamplurimis maximiſque conſideratur.

8 Quid ſit, quàm varias ſignificationes contineat, & qua ratione à fundo diſcriminetur.

9 Quotuplex exiſtat, publicus ſcilicet & privatus: hicque aut communis vel proprius & feudalis.

10 De fundis fluminibusque privatis.

11 An idem in feudalibus obtineat, ſecundum molarum ædificationem? juxta Roſenthalium, Schraderum, & Niellium.

12 Feudatarius rem meliorare poteſt.

13 Autoris reſtrictio in illo caſu ex ipſo Roſenthalio, juncto num. 15. 17.

14 Ius quod ex feudo competit domino & vaſallo, remiſſivè.

15 Ædificia ſolo cedunt, feudumque augent, iuxta alios.

16 Caſtrum in terra feudali de novo exſtructum, ſitne fiatque feudale? remiſſivè.

17 Ædificium in fundo patrimoniali factum, an cenſeatur tale, ex Tiraquello: cum adplicatione præcedentium.

18 Feudi cum uſufructu & emphyteuſi convenientia ac differentia.

19 Loci publici adpellatione quid veniant?

20 Diverſum in loco ſacro & fiſcali ſtatuitur.

21 Molendina ergo in loco publico an & quomodo exſtruere liceat, quæritur: Inmolitus verbum exponitur.

22 Cognata principia adjunguntur.

23 Translatio ad theſin de moletrinis.

24. Exornantur priora exemplis ex Caſſiodoro, de facultate exſtruendi novum publicumque opus.

25 Loca vetuſta, deſerta & inculta Principi tribuunt, ut is licentiam det in illis ædificandi vel quid aliud agendi.

26 Termini, lapides limitanei, marchiones, Grentze / Landwehr / Marckſtein ꝛc.

27 Limitibus olim poſſeſſionum territoria deſignabantur, exceptis locis ſolutis, ex Knichii mente.

28 Sanctio Imp. Iuſtiniani græca, noſtram quæſtionem directo reſpiciens: cum verſione latina.

29 Fr. Balduini ſcholia itidem.

30 Ant. Fabri laus & deciſio in hoc paſſu planior pleniorque

31 Ar-

31 Arnisæus loca publica ad iura Maiestatis refert.
32 Romanis civibus non licuit aperire fores in publicum: cum crudeli facto Erici I. Daniæ regis, quod erga Phrysios exercuit.
33 Castrorum exstructio ad Principis curam quoque publicam spectat: an & quomodo illa concessa? remissive.

1 MOlendina respectu usus † in publica & privata distingui posse, dictum *supr. quæst.* 7. Ant. Tessaurus *decis.* 16. *num.* 13. *vers. sexta sequitur & num.* 14. Ren. Choppinus *supra quæst.* 4. *num.* 20. Ac dubio caret, quædam esse dominicalia (ut adpellant) ad Magistratum vel Universitatem spectantia: sicuti & publicum quandoque dicitur, quod fisci est, *l.* 2. §. 4. ubi Duaren. *D. ne quid, in loc. publ. infr. quæst.* 15. *num.* 7. *alleg.* & quod ad Universitatem spectat Wesenbecius *in parat. add. tit. numer.* 1. Unde apud nonnullos † tales 2 molæ adscribuntur Domino jurisdictionis plenissimæ, alibi mediæ, infimæ etiam apud Andegauenses, ut testatur Renatus Choppinus *ad eor. leges lib.* 1. *cap.* 14. *pag.* 204. Neque id mirum, cum apud plerosque † non satis constet, ad quam 3 classem hujusmodi sint referenda: idque ob facilimam dissentientium licentiam, temporum mutationem, locorum diversas perversasque consuetudines & perplexa iuris volumina. Causas alias tangit Bertrandus d' argentre, dum inter alia sic scribit, & ingenue rei originem fatetur: In veterum libris reperiri eos actus omnes, per quos quis non vocatus specialiter & auditus iure suo privaretur, ad Me[r]um Imperium, & à potestate Majore pendere. quæ à mero imperio decurrit; nec cuivis competere, nec à consuetudine aliis tribui, quam Imperium habentibus, per dictum theorema: ideoque cum tanti momenti sunt, ad a[c]tus simplicis aut mediæ jurisdictionis non pertinent, sed imperio reservantur majori, quod Dd. tradu[n]t in *l. rem quæ nobis. C. de acq. poss.* Nec ignoro (pergit) à multis prædiorum dominis ista aliter usurpari ambitiose, & contra ius, ut pleraque ejus generis, eoque magis li[c]enter, quod in Britannia, nec dum ulla describtio exstat eorum actuum, qui ad mixtum merumque Imperium pertinent, ex quo fit, ut pro libidine quisque sibi tribuat, quæ cujusque gradus sunt, sed (quod fatendum sit) sine iure dissimulantibus regiis, & fiscalibus dominorum Procuratoribus, promiscua usurpatione, & fore tempus quandoque auguror, quo ista exactius in suos gradus redigantur. Rem gestam narrabo. Cum & de reformanda consuetudine ageretur, postularunt à me ordines, ut ego meri mixtique Imperii & simplicis Iurisdictionis notas actusque describerem, cum illi nusquam descripta lege quidem domicilia reperirent, & dicerent vulgo talis iuris usum ignorari, cum vicinæ consuetudines diligenti cura talia in classes suas, terminosque redegissent, parvi lubens, & è iure Romano & Interpretum iuris sententiis, tum externarum consuetudinum statutis describsi, qui actus cuiusque gradus proprii viderentur, quemquam in classem redigi oporteret, & scripto exhibui Ordinum deputatis: ubi legerunt & domestica sua quisque furta deprehendit, si illa descriptio obtinuisset, conscientia perculsi privatim quisque mussare, & in aurem alter alteri insusurrare cœperunt: omitti ista satius est, nam cui non aliquid, cui vero non multum de usurpatis decedit, si ista obtinent: nobis nihil movendum, utantur posteri, ut libebit:

& de

& de illis quidam, ego, ait, approprimentorum (quæ sunt dominorum adsertiones, ut fiant propria, per edicta & præscribtiones sive bannimenta, ut exponit plene *titul.14.Consuetudin. Britan.pagin.851. cum sequentibus.* & inde Molendina bannaria, quæ proscribta Choppinus vocat, dicta arbitror, de quibus egi *supra quæstione undecima.)* iure semper usus sum, nec unquam merum Imperium habui; & alius, ego & notarios creare soleo, & inventaria scribere, nec unquam mixtum habui. Hæc mihi, hæc tibi pereunt, si ista valere sinimus. Denique re sæpius communicata & scribtum suppressere, ac ne referri quidem de eo in cœtu ordinum passi sunt, & mutuum periculum veriti omnibus errorem indulsere: ex quo ista in Britannia in promiscuo usu habentur, nullo iure, ordine nullo, publico errore ius faciente: revera quanquam non vocatum, non auditum in specie & sigillatim, per proclamationes excludere iure suo ad maioris imperii ius pertinet, etiamsi omnes aliter docerent aut abuterentur. Hactenus Argentræus Rhedonensis provinciæ Præses *in æthiol. sive ratiocinat. de reformand. causis. titulo decimoquinto, articulo ducentesimo sexagesimo octavo, pagina quadragesima septima.*

4 Cæterum genus istud † publicorum pistrinorum, qua voce Choppinus sæpius utitur, & nomen hactenus remansit, toti civitati communium est. Qualia molendina Communis Bononiæ, sic dicta ab Accursio *in l.interpublica D.de verb. signif. ac in l.sed & Celsus D.de contrah.emt.*

5 Quæ etiam habuerunt † suos servos ad ministeria destinatos, tam publicos quam privatos, uti videre est apud Laurentium Pignorium *comment. eleg. de servis pagin. 35.36.37.*

Et sicuti disceptatur alibi, an molendinum pro prædio urbano vel rustico sit reputandum: ita etiam loci adpellationem, de quo hic litigamus, non solum ad rustica, verum ad urbana quoque prædia pertinere Labeo statuit *in l.locus 60. de V.S.* & tam ædificia publica exstare, quam privata, patet *ex titulo 10. & 12. libro octavo Cod.* item ejusdem generis pascua *libro undecimo Cod. titul. 60. quæstio. 7. numer. 10.* ac flumina *quæstio.seq. 15.* & horrea *quæstio. 8. numer. 44. 45. 46.* insuperque antiquitus servos tales ac illorum integram familiam alebant, apud eumdem Pignorium *pag. 39. 40.argum.l.97.de leg.3.l.156.de V.S.cum simul.Inf.quæst.44.num.27.28.*

Et inde in concessionibus ac donationibus veterum toties legimus mancipia simul utriusque sexus donata esse, quas infra adduco *quæstio. 20. quæstio. 36. iuncta quæstio.4.*

6 Tales ergo personæ † sive sit magistratus in urbe, sive communitas aut civis & privatus alius, de quo magis dubitatur: sive usum istum solummodo consideremus, locum aliquem elegerit, ad molam exstruendam aptum, quæritur an & quomodo illum occupare possit? Ac dicit nonnulla produxerim *quæstio.7.10.15.16.17.* Cum locus etiam viaque publica & flumen publicum fere pacificentur, *d.quæst.15.16.* secundum Schurpffium *cent.3. consil. 29. numer.8.per d.l.1.D.ne quid in loc.publ. & l.1. D.ut in flum.publ.*

Attamen alia & peculiaria quædam hîc congerere digerereq; placuit: post tradita etiam Francisci Ripæ, qui exponit late quis

dicatur

dicatur præoccupasse, ut aliis opus facientibus præferatur, *ad l. quo minus numer. 47. cum seqq. D. de flum.* Quæ tractatio infructuosa aut inutilis esse non potest: cum ob alias causas, tum quod † Locus in quamplurimis controversiis spectetur, puta in castris exstruendis inhabitandisque, ut dixi in dissertatione mea Lipsiæ ante sesqui annum habita *de jure castr.* vom Burgrecht *th. 9. & 33. cum seqq.*

7

Consideratur etiam in delictis, contractibus, testamentis, exemtionibus, instrumentis, juribus, solutionibus, actuum validitate, salvo conductu, & quibus non? Adeo ut quoque in exercitu, convivio, sessionibus, conventibus, deambulationibus & similibus aliis locus adtendatur. In primogenitura maxime usum habet; quod præter veteres abunde testatum fecit. CL. Vir Dn. Melchior Goldastus ab Haiminsfeld, fautor & amicus meus *in tract. suo de majorat.* Pariter circa molendina haut leves de eo oboriuntur controversiæ, quas ita simpliciter sopire inpossibile propemodum est: ac ideo loci indagationem instituere utile, solemne ac necessarium existit.

6

8 Quid † sit, quam varia ejus significatio & quomodo à fundo differat? plene discussit Iohan. Gæddæus *ad d. l. locus est 60. de verb. signific.* Part. Prattæus & Iohan. Calvinus *in lex. iur. verb. fundus verb. locus* adde publici ac privati ambiguas voces *ex quæstio. 15. num. 7.*

9 Quotuplex † autem sit, audivimus ex parte, & notum cunctis, quod vel publicus vel privatus constituatur: hicque vel communis vel proprius vel feudalis, cujus distinctionis usus ex subsequentibus problematibus elucescet. De privatis proprisque † fundis & fluminibus minus dubii est, in illis quem licite molam frumentariam furnumque ædificare posse, etiamsi noceat per indirectum alienis, ex Renati Choppini opinione *dict. libro primo leg. And. cap. 28. numer. 2.* Anton. Fabri & Lud. Schraderi *numer. 30.* Heinrici item Boceri *tract. de regal. capite secundo numer. 169. 170. 171. 172. 173.* ubi rejicit limitationem Iohan. Schneidewini *ad § flumina numer. 13. Inst. de rer. divis. §. summa autem numer. 56. Inst. de Interdict.* confer declarationes meas propositas in allegatis *quæst. 15. 16. 17. 18. 19.* adeo ut quemlibet in privato suo fundo molam exstruere posse adfirment Wesenbecius *dict. consil. 34. numer. 13. & seqq. iunct. consil. 67. fere per tota* Jac. Marchisellus *quæstio. pract. 82. per disc.* Johan. Rudingerus *cent. 3. sing. observ. 68. num. 4.* & Henricus à Rosenthal *synop. feud. cap. 5. conclus. 28. numer. 1. pagin. 171. & gloss. B.* ubi addit, Magistratum molarum talium exstructionem prohibere non posse; quod tamen plenius examinavi *quæstio. 7. 9. 10. & 11.*

10

11 De locis † feudalibus paria fere decernunt nonnulli. Rosenthalius namque adserit, Vasallum eodem modo in feudo, quo alius in suo, exstruere posse molendinum; etiamsi domino molendini qui lucri decedat *d. capite quinto conclus. 28. al. 29. nume. 8. pagin. 172.* & ideo illud in fundo feudali fabricatum à vasallo, hunc posse pro arbitrio mutare vel tollere, sicut & invito Domino exstruere, dicit *cap. 10. conclus. 33. num. 24 25. pagin. 181.* & Iohan. Niellius *disput. feud. 3. th. 2. post. princip.* Iohan. Berthachinus *in repert. verb. molendinum num. 11.* Ludolph. Schraderus *de feud. part. 1 pag. 150 infr. quæstio. 33. num.*

12 Feudatarius enim potest † meliorare feudum fundumque & in ejus argumentum quodlibet facere sine Domini vel Agnatorum voluntate : atque sic rei istius beneficiariæ statum ne quidquam à possessore mutatum videri, qui eam in melius conmutarit, nec alienandi prohibitoria lege coerceri, concludunt Isernias *ad capit.* 1. §. *è contrario De invest. de re at fac. idem in capite primo §. præterea* 2. *de cap.* Conradi *argum. l. sed & si quid* §. *pen. D. de usufruct*, Antonius Capycius *in decis. Neapol.* 156. *numer.* 4. 5. 6. quem citat Renatus Choppinus *libro secundo leg. And. tit.* 4. *numer.* 5. *pag.* 220.

13 Quæ tamen † simpliciter non concederem; cum ob rationes alias, tum quod ipse Rosenthalius de molendino concesso id limitet, emphyteutam & vasallum illud in aliud sine domini consensu mutare posse; si modo facile in pristinum statum restituatur, vel difficultate adparente cautio de restituendo præstetur *d. cap.* 10. *conclus.* 33. *numer.* 21. 24. 25. *pagin.* 180. *iuncta quæstio.* 55. *& quæstio.* 18. *numer.* 13. Steph. Bertrandi *consil.* 279. *numer.* 1. *volum.* 3. *part.* 2 Lud. Schraderi 9. 12. *nume.* 2. *cum seqq. In-*
14 *stit. de rer. divis.* † & Hunnii *tract. feud. cap.* 5. *pag.* 50. *cum cap.* 12. *per tot.* ubi disquirit de jure, quod ex feudo competit vasallo: quod etiam declarat nervosius Dn. Bocerus *class.* 5. *disput.* 19. *thes.* 36. *cum seqq. usque ad finem.*

15 Et ideo alii † statuunt, quod ius soli sequantur ædificia, iisque ut melius factum sit vetus feudum patrive familiæ adcommodatius : ita rerum adquisitione nihilo auctius, nec possessionibus ampliatum § *cum in suo Institut. de rer. divis. l. domo D. de pign. act. infr. quæstio.* 18. *numer.* 9. *&* 10. Baldus *ad l.* 1. *quæstio. fin. D. de rer. divis.* & Cardinalis Alexander *in cap.* 1. *de alien. feud.* ubi tractant, num † Arx clientelari 16 prædio inædificata, sit vel fiat clientelaris; sive castrum exstructū in fundo feudali, an & ipsū efficiatur feudale? *Dd. ad tit. hic finitur lex, in feud. capite primo* §. *si vasallus*, & Baldum adducit Paulus Fuscus *singul.* 44. *lit. C. pag.* 72. Tiraquellus etiam adcurate, An † ædificium factum in fundo patrimo- 17 niali, censeatur patrimoniale? *tract. lineari* §. 32. *gloss.* 1. *numer.* 53. 54. 55. Ergo multo magis hoc dixissent de molendino, quod minoris pretii ac præjudicii, quam talis locus muris circumdatus, ut castrum definivit Marianus Freccia de subfeud. *lib.* 2. 29. *author. numer.* 5. & ego plenius *d. dissert. de iure castro.* adde Boerium *decis.* 320. *num.* 6. 13. 14. 15. & Niellium *d. th.* 2. *postpr.* sicque hoc dubium movere possit, an domino (à quo tamen non factum, nec in codice rerum clientelarum positum concessumque adcrescat, vel exstructori sive vasallo ipsiusque hæredibus, & inter illos postea dividi debeat? cum ratione ultimi regula sit, plures in una re dominium iuris intellectu, â patrono quasi beneficiarium, nec ab altero acceptum) istud non divisione corporis obtinere *leg. Mævius* 66. §. *sed si pars* 2. *Dig. de legatis* 2. *lege tertia*, §. 4. *Digest. de acquirenda possessione. leg.* 5. *Digest. de stipulation. servorum.* Hottomannus *illustrium quæstionum* 18. & Guido Papa investiget, an dominium transferatur ex infeudatione *decisione Gratianopolitan.* 304. Quibus adde Niellium, ubi de ædificio seu molendino & superficie, in terminis agit : insuperque de † usufructu 18 quædam adspergit, per quem ille & post recentiores Hunnius feudum definiunt; quam-

quamvis alii regerant, licet ususfructus & feudi convenientia multiplex in iure reperiatur, tamen & differentiam variam deprehendi; quæ omnia Franciscum Hottomannum *in disputation. de feud. cap. 31. à princip. colum. 1. per tot. fol. 875. 876. cum capit. 4. columm. 2. vers. jam vero. fol. 814.* erudite congessisse & optime considerasse ait Iohan. del Castillo Sotomaior *tr. de usufructu capite 5. numero 13. 23. 24.* ideoque hunc eumdem lege *capit. 33. per tot. & capit. 35. numero 18.* Bocerum *dict. disputation. 19. thesi 65. 66.* ubi de emphyteusi quærit, cuius memini ex Rosenthalio *supra numero 13.* Hæc de fundis privatis dicta sufficiant; de feudalibus alibi, ut & de communibus, quando de societate doctores agunt, ac tractatio instituenda, exque illis regulis decidenda. Pergo ad † locum publicum, cujus adpellationem Labeo iterum definit, ut ad areas, Insulas, (non quæ in mari & flumine nascuntur, sed ædificia seiuncta à cæteris contiguis, Meierus *ibid. th. 7.* Gryphiander *tract. de insulis passim*) agros, viasque publicas & itinera pertineat: breviter, ad loca hujusmodi referatur, quæ publico usui destinata sunt, cum similibus quæ adducuntur. *tot. tit. C. ne quid in loco publico*, qui cum Interpretum notatis huc omnino spectat. Ex eô simul constat, ad quænam loca hoc † Prætoris interdictum non pertineat: juxta quod petitum nostrum consequi nequimus: Inter alia locorum sacrorum diversa est causa. In his enim non solum facere vetamur, sed & factum restituere jubemur, idque propter religionem. In locis vero quæ in fisci sunt patrimonio, nec facere privatus quidquam, neque prohibere alium potest: sed sunt Principis velut propria & de iis competit judicare illorum præfectis. Nostro autem casu in locis publicis communiter omnibus hoc beneficium tributum; certo tamen modo, ut infra audiemus, & ex memorato titulo discimus. Et tam publicis utilitatibus, quam privatorum per hoc interdictum prospicitur, quod cum altero est prohibitorium, perpetuum & populare, condemnatioque fit ex eo, quanti actoris intersit. *l. 2. §. 1. 2. 3. 9. 19. 34. 44. D. ne quid in loc. publ.* ubi Meierus & Friderus *de interdict. t. 3. numero. 13. cum sequent.*

19

20

Ex quibus facile resultat decisio, ad quæstionem alteram: Molendina † an & quomodo quis exstruendi facultatem habeat in loco publico? Si quid enim in eo ædificatur, quod privato evidenter nocet, aut usui communi directo obest; quo minus commodum inde quis capiat, quale-quale etiam illud damnum sit, quod injuria adfert hoc interdicto tenetur & repellitur. *d. l. 2. §. 2. §. 5. §. damnum. 11. D. d. tit. & per tot.* Molendini verbo respondet vox INMOLITVS, *h. e.* inædificatus.

21

Vsurpatur autem in L. Peducea de limitibus hoc modo: Ne quis eos limites decumanos obsepito, neve quid in eis inmolitum, neve quid ei positum habeto. Item apud Livium: Aquam publicam omnem in privatum ædificium, aut agrum fluentem ademerunt, & quæ in loca publica inædificata immolitave privati habebant, intra dies triginta demoliti sunt, *libr. 39. apud Part.* Pratt.. *in lex. iur. verb. Immolibus. p. m. 255. iunge inf. n. 22. 23. q. 15. 16. 17. 18.*

Hinc profluunt † cognata principia: Quod

22

Quod publicum aliquando fuit, & ad hunc fructum destinatum, minime debere esse aut manere privatum, sed ad communes usus recurrere. *l. diligenter. C. de aquæductu libr. 11.* neminem legitime publico utentem, esse prohibendum, Wesenb. *d. n. 4. in parat. l. 1. D. de locis & itiner. publ. rub. D. de loco publ. fruen.* solum publicum ad cœlum usque debere liberum manere, & ideo nec aer corrumpi, *dict. tit. & tit. de servitut.* Baldus de Ubaldis *ad leg. jurisgentium. §. si pacisc ar. D. de pact. sup. quæstion. 9. num. 19.* quem sequitur, illudque de jure communi obtinere, licet non statuto aut consuetudine aliqua, ait Baldus Perusinus *tractat. de statut. verb. pons. num. 1.* & ideo etiam in his Principis aut Magistratus consensum quandoque requiri, respondet Ulpian. *d. l. 2. §. merito 10. § si quis à princ. 16. D. d. t. ne quid in lo. publ. iuncto tit. D. & C. de oper. publ. & tit. C. de ædif. privat. l. fin. D. ne quid in loc. sa. l. sacra 9. §. 1. & ultim. D. de rerum divis.* Gryphiand. *d. tractat. cap. 20. num. 5. 46. & 58. inclusive*; quod lucem accipiet ab iis, quæ sequenti quæstione adferam. Et inde præterea dicitur: Si quis etiam nomine prohibente in publico ædificaverit, non esse eum cogendum tollere, ne ruinis urbs deformetur. Si tamen obstet, (non repugnante isto, quod hoc interdictum sit prohibitorium, & non restitutorium) id ædificium, publico usui; utique is, qui operibus publicis procurat, debebit id deponere: aut si non obstet, solarium ei inponere vectigal, ex eo dictum quod pro solo detur, *d. l. 2. §. si quis nemine 17. iuncta l. fin. D. ne quid in lo. publ. supr. num. 21.* Claud. Pratteus *lib. 4. reg. iur. tit. 19. cap. 4. pag. 505.* Idem dici posset cum suis declarationibus † de molarum exstructione, quæ etiam pro operibus ædificiisque habentur, ac in publico fabricantur, talisque reditus illis inponitur, eximiamque civitati utilitatem adferre possunt, per hinc inde à me congesta; licet urbi splendorem tam evidentem non adferant, qualem cæteræ structuræ, voluptatis magis quàm necessitatis causa factæ; quamvis etiam ornatus, semper non consideretur, sed in loco publico quocumque decora facies, & emergens commodum. *l. 6. l. 9. l. 15. l. 16. l. 17. Codic. de operibus publicis l. 1. §. 2. l. 2. D. ne quid in loc. sacr.* Quod attendit † Rex Theodoricus, dum ab eo conceditur facultas de novo ædificandi, Albino viro illustri ac patritio: Decet (inquiens) qui-,, dem cunctos, patriæ suæ augmenta cogitare; sed eos maxime, quos Respublica sibi,, summis honoribus obligavit. Quia ratio,, rerum est, ut eum necesse sit plus debere,,, qui visus est majora suscipere. Porrecta,, itaque supplicatione testatus es, Curiæ,, (al. turbæ) porticus, quæ iuxta domum,, Palmatam (al. Palmarum) posita forum,, in modum areæ decenter, includit, super-,, inponendis fabricis licentiam (al. com-,, modari) condonari: ut & privatarum æ-,, dium habitatio protendatur, & antiquis,, mœnibus novitatis crescat aspectus. Ita,, sit ut quod per incuriam poterat labi, ma-,, nentium videatur diligentia sustineri.,: Quia facilis est ædificiorum ruina inco-,, larum subtracta custodia; & cito vetusta-,, tis decoctione resolvitur, quod homi-,, num præsentia (al. custodia) non tuetur.,, Unde non, qui urbem nitore cupimus fa-,, bricarum surgentium componi, faculta-,, tem concedimus postulatam: ita tamen si,, res petita aut utilitati publicæ non offi-,, cit, aut decori, &c. *lib. 4. var. epist. 30.*,,

Idem

23 24

Idem rex alteri cuidam ius illud ædificandi super loca vetusta concedit hoc modo: In lucrum cedunt quæ benemeritis confe-„ runtur. Petitionis tuæ proinde tenore „ comperimus, loca in Spoletana civitate, „ quæ jam longo situ squalor vetustatis ob-ruerat, splendorem reparationis expete-„ re; ut rebus antiquitate confusis novitatis „ facies adulta reddatur, & beneficio tuo „ rediviva consurgant, quæ annositate in-„ clinata corruerant. Atque ideo petitioni tuæ robur præsenti humanitate largi-„ mur, ut hæc posituros, si tamen publico „ usui non deseruit, absoluta liberalitate „ potiaris. „

Hac igitur auctoritate suffultus, in su-„ pradictis locis ædificandi sume fiduci-„ am, cum te & civitatis tuetur utilitas & „ principis reverenda voluntas &c. *dict. libr. 4. epist. 24.*

24 Quam licentiam ædificandi super † loca deserta, sterilia, vetusta & inculta, dederunt quoque cęteri Imperatores: illaque ad Principem videntur spectare, sive curam voces sive proprietatem, ut aliqui volunt, *arg. l. omnes 12. C. de oper. publ. l. omne 4. C. de cens. & constit. tot. tit. seq. de omni agro desert. & quan. steril. fertil. imp. l. 11.* & ideo in concessionibus speciatim † exprimuntur, quod adparet *ex quæst. 3. n. 11. quæst. 24. n. 22.* Freherus *part. 1. orig. Palatin. in append. pagin. 31. 32. 33. in fin. 35.* Hinc Martinus Garatus concludit: Princeps si castrum cum toto territorio concesserit, non venire usum fluminum, neque locum sterilem *tr. de castellan. q. 12. adde Roman. singul. 64.* post quem in locatione territorii vel castri cum territorio idem statuunt Mozzius *in tract. de contract. tit. de locat. &* *cap. de natural. locat. num. 18.* & Meierus *in Colleg. Argent. lib. 19. tit. 2. th. 11.* Indubie, quia id sub generali adpellatione noluerit intelligere; sed potius sibi retinuerit ius faciendi locum istum vectigalem aut emphyteuticarium, *argument. l. 1. Codic. de emancip. & colen. patrim. lib. 11. tot. tit. Digest. ubi Dd. si ager vectig. pet.* Inde etiam † 26 termini erant iuris publici, & ea ratione Terminus Deus nomen suum accepit; & olim in Germania, Marchiones cum similibus apud Matthiam Wehnerum *pract. observ. verb.* Grentze *verb.* Landwehr: & *verb.* Marck/Marckstein. Rutgerum Rulandum *tract. de commiss. part. 2. lib. 6. c. 1. 2. 3. ibique addit.* Nicolaum Rigaltium *in glossis agrimensoriis. verb. territorium. verb. terminus.* Hieronymum de Monte *tract. finium regundorum.* Iohannem Rudingerum *cent. 3. singul. observ. 52. & 53.* Nicolaum Bellum *libr. 4. rerum. Polit. disc. 40.* & Carpzovius *in dissertation. de regalib. thesi 20.*

27 Olim namque † possessionum territoria limitibus designabantur: ubi vero non fuit, quod excoli potuit, ceu loca sylvestria, paludosa, saxosa, montosa & sterilia, nullis necesse fuit limitum regulis obligari; propterea & soluta loca vocata sunt, ut post Aggenum Urbicum & Marcum Velserum placet Andreas Knichen *tract. de sublimi iuris territorii, capite primo: numero ducentesimo, juncto capite tertio ubi in princip.* indicat quomodo fines probentur; adjunge Rosenthalium *de feudis, capite duodecimo, conclusione decima quinta, numero 34. & 48.* Hieronym. de Monte *dicto tractatu, capite decimo quarto.* De quibus omnibus eleganter differit Hermannus Latherus *tractat. de censu, libro tertio, capite quinto, per totum.* Nil tamen

per totum. Nil tamen propius ad quæstionem nostram adcedit, magisque illius resolutionem nobis suggerit, quam apertissima † sanctio Justiniani Imperatoris, quæ est talis: Ἐάν τις οἰκῶν ἐν χωρείῳ, διαγνώσηται τόπον κοινὸν ὄντα, ἐπιτήδειον εἰς ἐργαστήριον μύλωνος, καὶ τοῦτον προκατάσχῃ εἶτα μετὰ τὴν τοῦ ἐργαστηρίου τελείωσιν ἡ τοῦ χωρείου κοινότης καταβοᾷ τῷ τοῦ ἐργαστηρίου μυλείῳ, ὡς προκατασχόντι τὸν κοινὸν τόπον ἴδιον πᾶσαν τὴν ὀφειλομένην αὐτῷ δότωσαν ἔξοδον, καὶ ἔστωσαν κοινωνοὶ τῷ προεργασμένῳ. Ἐὰν δὲ μερισθείσης τῆς τοῦ χωρείου γῆς εὕρῃ τις ἐν τῷ ἐπιλαχόντι αὐτῷ μέρει, τόπον ἐπιτήδειον εἰς ἐργαστήριον μύλωνος, καὶ ἐπιμελήσηται αὐτοῦ, οὐκ ἔχουσιν ἄδειαν οἱ τῶν ἄλλων μερίδων γεωργοὶ λέγειν τι περὶ τοῦ τοιούτου μύλωνος; *hoc est.* Si quis agens in aliquo pago forte communem quemdam & publicum locum notarit, qui admodum idoneus es & ad molam exstruendam, eumque ipse occuparit, ac post molæ pistrinique perfectionem, Communitas illius pagi clamitet adversus molæ huius dominum; quasi qui privata occupatione publicum locum interverterit; siquidem voluerit justos operis sumtus pro rata parte conferre, participes & socii exstructæ molæ sumto.

Si vero divisa ruris tellure unius portio nacta sit locum exstruendæ molæ idoneum, eamque ipse exstrui curarit, non est quod alii rustici alias partes nacti, quidquam de mola cavillentur, *in legibus georgicis sive rusticis. tit.* περὶ μυλώνων, *de molis* 10. *lege sexta & 7.*

29 Vbi hæc † scholia Franciscus Balduinus Jurisconsultus anno ætatis suæ vigesimo primo adscribsit: Græci sæpius in neutro genere τὸ κοινὸν dicunt pro Republica, (Universitate, Civitate, vel Communitate) cuius sunt exempla etiam in iure nostro civili. *leg. si de vi.* 37. *Digestis de judiciis.*

Herodotus quoque in Erasto: καὶ τὸ κοινὸν, inquit, τῶν σαμίων ἔδωκε; placuitque Tullio hæc græcanica phrasis, qui ut hoc Græcorum τὸ κοινὸν exprimeret, dixit: Cōmune Maliadum, pro Republica Maliadum.

Utriusque autem (molę, quæ aquis aut ventis inpellitur) exstruendæ par est, [quod tamen cum grano salis accipiendum, ut infra dicam] natura & jure tributa, omnibus libertas, modo id alteri non obsit. Nam in aliorum fraudem occupare publicum aliquem locum, editiorem forte & ventis expositum, molamque aliquam privatam sibi uni exstruere, aut exstructa suo arbitrio, uti ad alios servitute premendos, injurium est & à Justiniano diligenter vetitum. Rursus flumine publico ita uti ad tuas molas propellendas, ut publicam navigationem aut fluminis usum impedias, non licet citra singulare Principis beneficium, *l.* 1. *§. permittitur.* 41. *cum §. seq. D. de aqua quotid. l. quod principis* 23. *D. de aq. pluv. arcen.*

Nec item si mola præcipiti & concito aquarum defluxu vicinis noceret, aut alteri obesset, inferiorem forte molam prius recte constitutam in eodem flumine habenti *l.* 2. *§. merito* 10. *cum §.* 16. *D. ne quid in loc. publ. iuncta qu.* 7. 9. 10. *&* 11. *num.* 106. *hac quæst.* 14 *& qu.* 15. 16. 17. 18. ubi plenissime ista percensui.

Nobiscum sentit etiam, hæcque ex iure communi defendit † ingeniosissimus Antoninus Faber, quem virum de universa jurisprudentia præclare meritum adpellat 30

28

Iohannes Harprechtus *ad §. 3. Instit. de iur. perver. n 4.* Ejus ergo decisio plenior planiorque hæc est: Superioris molendini dominus prohibere non potest, ne in inferiore loco alius molendinum exstruat. *argument. l. cum eo 9. l. inter servitutes 15. D. de serv. urban. præd. juncta quæst. 42. l. altius 8. & l. sequent. Codic. de serv. & aq.* tametsi ex eo futurum sit, ut superioris reditus deminuatur, *vide quæstionem decimamquintam, numero quinquagesimo septimo.* Schrader. *ad §. quintum, numero decimo quarto, usque ad decimum nonum. Institut. de rerum divis.* Quia ex eo, quod quis in suo jure faceret, teneri non potest, licet per consequentiam alteri noceatur; quia nec debet videri damnum facere is qui eo veluti lucro, quo adhuc utebatur, prohibetur, ut eleganter Vlpianus ait *in leg. Proculus 26. D. de damn. inf. facit. l. fluminum 24. §. ult. D. eod. l. nemo damnum 251. ubi Doct. de Regulis Juris. quæst. hac 14. numero 10.* Si modo jure suo inferioris dominus ædificaverit, sive in proprio loco, sive in publico; nisi constet eo animo ædificasse, ut vicino noceret potius, quam ut sibi prodesset, *hoc est,* ad æmulationem *l. 2. §. damnum 11. D. ne quid in loc. publ. l. in summa 2. §. idem Labeo 9. D. de aq. pluv. arcen. cum simil.*

Æmulatio enim omnis in jure prohibita est *supra quæstione undecima, numero 129. infra quæstione decima quinta, numero 32. 33. 34.* & ad injuriam ædificare nunquam licet, ne quidem pro ordinanda civitate, *lege tertia, Digest. de oper. publ.* sicut nec ædificatio per vicini invidiam interrumpi debet, *l. penultim. §. & hoc quidem 7. Codic. de ædif. priv.* sed si ex privilegio ædificaverit, *hoc est,* ex concessione vel Principis vel Senatus vel Domini feudi distinguendum est, qua ratione superiori vicino noceat, secundum Baldum *in leg. si manifeste 7. Codic. de serv. & aq. infra. quæstion. 15. numero 23. 28. 49. 51. 52. 57. 58.* Nam si ob id solum quod minus frequens, superioris molendini commercium futurum sit, prohibendus non est, cum suam quisque possit conditionem meliorem facere, ẽt cum alterius detrimento, dummodo citra injuriam *sup. n. 10. d. l. inter. & 9. l. inter 15. l. altius 8. l. fluminum §. ult. & d. l. Proculus 26.* Schrader. *d. n. 14.* Si vero ob id quod cursus aquæ impediatur, & ex restagnatione fiat, ut superius molendinum perinde exerceri nequeat, prohiberi potest, *d. l. 2. §. idem Labeo scribsit, si quis in suo. 28. D. ne quid in loc. publ. l. 1. §. sed apud 6. D. de aq. pluv. arcen.* Nam sic debet quis rem suam meliorem facere, ne vicini deteriorem reddat. *d. l. 1. sed & fossas. D. eod. l. sicut autem 8. §. Aristo. D. si serv. vindic. l. quidam 13. D. de serv. urb. præd. l. is qui puteum 11. §. ult. D. quod vi aut clam.* & sic concessio & privilegium intelligi debet, ne illi qui ius anterius habuit, damnum inferatur. *d. l. 2. §. merito 10. §. si quid à principe 16. D. ne quid in loco publico. l. sed cum ab hærede 12. D. ad SC. Trebell. l. si quando 35. in princ. C. de inoffic. test. l. 22. in princ. C. de agric. lib. 11.* Bocerus *de regal. c. 2. n. 165. 166. 167.* Menochius *lib. 2. præsumt. part. 1. præs. 9. n. 22.* Corasius *ad l. 3. n. 4. Dig. de const. Princip.*

Quod si ea construendi posterioris molendini forma ipso privilegio præscribta sit, quæ restagnationis incommodum adferat; quærendum erit, (inanis enim & vacua est voluntas, cui iuris potentia non adsistit, ut Baldus dicebat *ad l. 4. D. de acq. hered.* nec potest ullum effectum habere per-

permissio facta per eum, qui non habuit ius permittendi in præjudicium alterius. *leg. per fundum 11. l. unus ex sociis 34. Digest. de serv. rust. præd. adde sæpius citati quæstion. 15. numero 25. 26. 27. 32. 41. 51.* Menochius & Bocerus *dd. ll.*) an qui privilegium concessit, ius habuerit tale concedendi, nec ne? Ut si non habuerit, cogatur inferioris molendini dominus opus destruere: si habuerit, nulla in eam rem actio competat. *arg. d. l. 2. §. 16. ibi. ne forte quis hoc impetraverit. D. ne quid in loc. publico.* Confer Henr. Bruning, *dissert. de var. univers. specieb. th. 24.* sed tantum adversus concedentem, si is forte priore concessione se obligaverat, ne alteri inposterum idem privilegium saltem prioris molendini præjudicium concederet. Non enim nisi in personam actio est ex ejusmodi contractu, *arg. l. si sterilis. 21. §. sed et si illa, D. de act. emt. l. quoties 15. C. de rei vind.* Aut si superioris molendini domino permiserat, ut eos, qui in alia, sive superiore, sive inferiore ejusdem fluminis parte ædificare vellent, prohiberent. Quo etiam casu persona tantum promittentis obligatur, nec impeditur translatio juris ædificandi, ex permissione ab eodem facta; cum non eo minus maneat ipse dominus, quia nec sibi potest, quis eam legem inponere. *l. pen. D. de pact. l. quod autem 7. §. uxori. D. de don. int. vir. & ux. l. Lucius Titius 40. D. de fideicom. libert.* Alioqui non ex eo solo, quod tibi promisero, molendinum ædificare in ripa fluminis, prohibeor aliis ius idem ædificandi concedere, tuo licet incommodo & damno. Esset enim hoc molendino tuo servitutem acquirere; quod nisi expressim sit factum, numquam in dubio præsumi debet. *l. pen. D. de evict. l. qui uti optima 90.* ubi Gœddæus *de verb. signif.* In hunc fere modum scribsit, & ita iudicatum retulit Faber *in eod. suo lib. 3. tit. 24. defin. 5.* Cæterum quæ de † locis fluminibusque publicis alibi disserui, temperamentum adferunt Henningi Arnisæi sententiæ, illa cum viis portibusque publicis ad iura majestatis referentis, *tract. de jur. majest. lib. 3. cap. 3. n. 3. juncto tit. D. ne quid in loco publico. tit. de via publica 10. & 11. lib. 43.* adeo ut per enumeratas rationes, publica ista minime licuerit apud Romanos invadere à privatis; imo nec fas fuerit apud illos † aperire fores in publicum; quod ibi similiter docet ex Dionysio Halicarnassæo *l. 5. antiq.* Qua potestate abusus, ad tyrannidem magis inclinavit Ericus Daniæ rex; sub quo tunc Christianorum persequutore adeo impotenter in Phrysios sævitum est, ut ne vestigium quidem humanæ discretionis in eo relictum esse videretur. Siquidem ita eos obpressit, ut nihil aut parum amplius, quam emta mancipia æstimari viderentur, & vulgari edicto sub pœna capitis mandari fecerit, in singulis ædibus ad aquilonem, tam subpressas facere ianuas, ne erecto collo possent intrare vel exire; sed ut quotiescumque ea exirent, flexo capite, Regi Daniæ reverentiam & honorem exhiberent &c. Verba sunt Cornelii Kempii *lib. 3. de orig. reb. gest. Fris. cap. 4. pag. 231.* Alia aut major ratio est, quæ Principis ad majestatem curamque pertinet, in † castrorum exstructione; an, quando, ubi, & quomodo ea sit licita? qua de re tractat. Wernerus Kyllingerus *tractat. de ganerb. castr. disc. 4. & ego disput. de iure castr. th. 9. per tot.* addo nunc Marq. Freheri *recens. constit. Adolphi Imp. de Insul. Rheni &c.*

31

32

QVÆ-

QVÆSTIO XV. DE

Occupatione alia, quæ in pace fit: ubi de Fluminibus in genere, inque specie & publicis & privatis Aquis, locisque aliis.

SUMMARIUM.

1 Quæstionis obscuritas & Doctorum dissentiens sententia.
2 Autoris in hac re propositum.
3 Fluminis definitio: tàm rei, quàm nominis.
4 Differentia ejusdem à rivo & torrente.
5 Homonymia & lata significatio, cum diversis aquarum nominibus.
6 Fluminum diversæ adpellationes & discrimina.
7 Publicum & privatum non eodem modo in jure sumuntur, magis remissivè.
8 Publicum flumen quid sit, & unde cognoscatur, discrepantes Interpretum opiniones existunt: ex quarum numero Bartoli prima.
9 Glossæ, Baldi & aliorum communis ferè opinio.
10 Wesenbecij & Frideri responsum.
11 De privato æquè certant, ut ibi plenè discutitur.
12 De utroque Aymi & Autoris consideratio copiosior.
13 Quæstio principalis attingitur: An, quomodo, quando & quis possit molendinum in flumine publico exstruere? De Principe ipso primum agitatur.
14 Vtilitas publica quotuplex.
15 Error illorum, qui flumina publica ad Principis dominium, patrimonium ac proprietatē referunt.
16 Inter politicos Georgius Schönborn, tria in fluminibus consideranda esse adseverat.
17 Si flumen per medium duorum territorium currat, cujus sit jurisdictio.
18 Non absurdè dici, jurisdictionem quandoque sine territorio haberi.
19 Vias publicas eo quoque Bocerus trahit, sup. n. 15.
20 Quæstio altera seu correlativa: An ergo & quatenus hoc privato sive subdito licitum sit, in flumine publico molam fabricare? num. seqq.
21 In jurisdictionis pelago nemo versatur, qui non naufragium faciat.
22 Romani pauca de jure publico legibus civilibus commiserunt, nec Imperij arcana ita revelarunt: cum Dn. Besoldi judicio, de hodierna Territoriali jurisdictione.
23 Opinio eorum, qui simpliciter negant, molam ibi posse exstrui, cum argumentis.
24 Altera illorum, qui adfirmant similiter, cum rationibus.
25 Media autoris sententia, quæ certis limitibus negotium universum circumscribit, sua constans inductione.
26 De Principis licentia, in aqua ducenda, quædam cum num. 53.
27 Decantata lex: Principem legibus esse solutum.
28 Quis per Principem in nostra materia hodie intelligatur.
29 Secunda autoris observatio: ne damnum vel injuria exinde oriatur in flumine publico & navigabili.
30 Prospectus maris non debet impediri.
31 Antiqua aggeris vel fluminis facies non debet mutari nec rumpi.
32 Tertio videndum, ne fiat ab aliquo principaliter ad æmulationem malitiosam, ac petulantem invidiam.
33 Æmulatio omni jure prohibita.
34 Quomodo eadem per præsumtiones probetur.
35 Phrysiorum lex de obstructo flumine, in genere.
36 Alemannorum lex in terminis apertior.
37 Quarto concurrunt alia quæ notanda veniunt in hac controversia.
38 Responsiones ad negativas objectiones, quæ lucem simul adferunt autoris opinioni. Et quidem primo de primæ sententiæ fundamentis, prolixe cum utilibus aliis, num. 39. usque ad 47.
39 De flumine datur interdictum utile & directum cum similibus: transitione ad alia, & notabili Rolandi à Valle responso.
40 Circa damnum nondum consentiunt Dd.
41 Quid si lucrum quoque postea caperet Magistratus ex molendino sine venia ipsius fabricato? num. 43.
42 Riparum proprietas ad quos spectet; & de ponte, tam à Principe quam vicinis circa flumina possidentibus prædia, exstructis.
43 De commerciis & vectigalibus breviter.
44 Inductio ex antiquitatum monumentis: cum VVidonis Augusti circa concessionem charta.
45 Ad quartam objectionem responsiones.
46 Alia ratio est totius, alia partis; cum declaratione.
47 Refutatio adfirmativæ sententiæ, usque ad nu. 54.
48 Communis opinio quænam dicenda?
49 Specialis responsio promissa.
50 Periculum autor facit, an non ipse usus quoque sit discernendus in his, quæ iure gentium competunt; cum spiritibus.
51 Regulariter licet aliquando privato, quod Magistratui ac fisco non permissum, & contra.
52 Flumina ad Regalia pertinent & non pertinent. Qua de re alibi plenius differo.
53 De aquæductu & discrimine aquæ publicæ, & ex flumine publico.
54 Vlterius circa molendina quæritur: an in fluminis parte superiore vel inferiore ea possit quis ædificare, quando alius quædam ibi habet.

55 Locus plurimis in cauſis attenditur, remiſſive.
56 Translatio ad theſin propoſitam, ex Zaſii deciſione & Autoris declaratione.
57 Communis expoſitio, cum priori coincidens.
58 Syllabus Doctorum, qui has adſertiones fuſius perſequuntur.
59 Henrici Boceri limitatio ſimul hac in parte ponderanda.
60 Sententia Cameræ Imperialis ex Barthio, & alia Profeſſ. VVittebergenſium ex Ioachimo Schepliz, cum brevi epilogo: quod qui contraria ad concordiam reducere cupit, non dicatur unum illorum inprobare aut deſtruere.

1 CUm alibi † juris Interpretes mire in re proponenda variarint, & diverſas opiniones foverint, easque ſimul obſcurarint, nec mentem ſuam ſatis perſpicue ac diſtinctim expoſuerint: tum ſane præſenti etiam in materia & in hac principali, quam percolendam cenſui, quæſtione inprimis id fecerunt. Tot enim involucris, totque mæandris eam obnubilatam lectoribus reliquerunt, ut vix adpareat, cui parti ſit ad-2 hærendum. Idcirco † pro virib. ac ingenij modulo cauſam penitius perſcrutabor, & ab ovo (quod dicitur) præcipua altiusq; rem repetam. Quo in propoſito ſequi hac vice minime licet iſtud conſilium, quod nonnemo dedit. Nemo, inquiens, niſi jejunus vini potentiam facile diſcernere poterit; igitur & qui rem aliquam dubiam, ſuper qua ſunt plures ſententiæ, voluerit diſtinguere, propriam primum ſententiam experiri expedit. Nam ſi ſemel ex omnibus delectum feceris, ubi forte errarunt, nec ipſe veritatem promte invenies; facile enim palatum priori ſucco vitiaveris. *Thriver. in apoph. ref.* Jo. Langio *in polyanth. loc. comm. verb. diſputatio.* Socraticorum potius Scholam hac in cauſa ſector, quæ conſvevit omnia adducere, quæ dici poſſent ex utraque parte, ut magis perſpicua fieret veritas. Hieron. *contr. Pelag.* Sicut enim in aquæ cyatho ſi guttam olei conjectam multum exagites, plurimos generet oculos: ita etiam varijs quælibet res diſcuſſa alterationib. oculatiorem ipſam efficit veritatem; quo ſimili etiã in re alia utitur Cornel. Aurel. magni iſtius Eraſmi præceptor *lib. 2. de Batav. pag.* 51. Pro ſuſcepto ſolitoq; igitur more, huic Divæ quoq; velificabimur, eamque in partes noſtras ſollicitare ſtudebimus. Hæc enim muginati ſumus, ne in tractatione mulinaria (ut cum Longobardis loquar) ceu molendinaria ſemper nobis aliisque aqua hæreat. † Fluminis ergo verbum adgre-3 dior, quod eſt perennis ſeu continuus aquarum decurſus. Unde dicatur norunt pleriq;, ſcil. juxta Varronem *lib. 4. de ling. lat.* à fluendo: veluti Græca definitione, eodem tamen ſenſu, Rivus ἀπὸ τοῦ ῥεῖν, locus per longitudinem depreſſus, quo aqua decurrat, *l. 1. §. 1. D. de riv. ubi* Mejerus *num. 3. & ad tit. D. de flum. num. 2.* Quamquam alias † flumina à rivis magnitudine diſcernenda 4 ſunt, vel æſtimatione circumcolentium, *ſup. q. 8. num.* 27. ſicuti à torrente flumen diſtingui ſolet his verſiculis:

Flumine perpetuo torrens ſolet altius ire,
Sed tamen hæc ſubita eſt, illa perennis aqua.

Perenne eſt, quod ſemper per omnes annos fluit, ὁ ἀέννaος: Torrens vero, quod tantum hyeme, ὁ χειμάῤῥους. Si tamen aliquo tempore ex ſpeciali cauſa ſupervenienté exaruit, quod alioqui perenne fluebat, non ideo minus perenne eſt. Et contra ſi una forte aut altera æſtate fluit, quod alioqui non niſi hyeme fluere ſolebat; utique torrens cenſebitur. *l. 1.* ubi Gotof. *D. de flum.* Freigius *lib. 21. phyſ. p.* 454. Fluminis ergo † ſtricta lataq; eſt ſignificatio, accipiturque 5 interdum generaliter pro quavis aquarum congregatione; prout ſub hac adpellatione legitur *in l. 1. §. deniq; ait. de aq. plu. arcen.* & apud Virgilium 2. *Æneid.*

Rapi-

—— *Rapidus montano flumine torrens.*

Unde hæ aquarum congregationes in jure varia diversaque nomina acceperunt, prout eorum natura ac effectus difformes. Inter cætera vocabula hæc celebrantur: Flumen, Lacus, Stagnum, Palus, Rivus, Fossa & Fons, apud Baptistam Aymum *tract. de alluvion. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 3. *cum* 6 *seqq.* Posteriora quidem † aquarum vocabula rem privati, potius quam publici juris significare: Flumina vero non ejusdem esse generis ac conditionis, idem ostendit post Bartolum *in tractat. Tyberiad. part.* 1. *super verb. flumen. in fi.* & locus etiam in considerationem venit, inferior, medius, & superior: ut ex seq. tractatione adparebit, ac de ea loquutione videndus idem Bart. *d. tract. de flumin. li.* 3. *num.* 27. *& in hac quæst. num.* 54. 55. 56. 57. Unde præterea aliàs flumina sortiuntur adpellationes, vel respectu quantitatis, sunt majora, (ut Padus, Tyberis, Rhodanus, Albis, Mogonus, Rhenus; de quo multa Felix Faber *lib.* 1. *hist. Suevor. c.* 3. *adde inf. q.* 16. *n.* 39. quibus exemplis utuntur Tuschus *tom.* 3. *conclus.* 406. *lit. F.* Klingius *mox allegan. loco n.* 12. *pagin.* 90.) & minora seu tributoria; quorum recensitorum aquis Regalia incrementum accipiunt: vel ratione motûs, perennia & torrentia: aut respectu usûs generalis, publica & privata: aut denique communia & ratione specialis usurpationis navigabilia & nonnavigabilia. De singulis suo loco peculiariter breviterq; agam fecitq; in terminis id de moletrinis ac fluminib. verba faciens Gabr. Labbe *in comment. ad leg. municip. Biturig. tit.* 6. *art.* 2. Ad pleniorem vero intellectum pauca hæc erunt præmittenda. Principio 7 † quomodo publicum esse seu privatum in jure sumatur, & quibus ex modis ac rebus id cognoscatur: deinde quamnam considerationem inde flumina trahant? Publica ergo dicuntur, quæ sunt Populi Romani, vel superiorem non recognoscentis seu majestate fulgentis; in quem is potestatem suam transtulit, vel alia ex causa eam accepit. Publica item adpellantur, quorum usus in commune expositus est, & omnibus patet de populo, quasi populica: Reliquas significationes omitto, quas benevolus lector plenius adductas inveniet apud Aymum *dict. lib.* 1. *cap.* 15. Part. Prattæum *in lex. ju. verb. publ.* & Justum Mejerum *in colleg. Argentorat. ad tit. D. de rer. divis. thesi* 21. *cum seqq.* Joh. Althusium *lib.* 1. *dicæo. c.* 21. *num.* 18. *cum seqq.* Hug. Donellum *lib.* 4. *comment. cap.* 2. *in princ.* Bertrand. Argentræum *inf. cit. loc. n.* 56. ubi paulo ante dixerat, in Italia frequenter clibanos ad publica referri; de quibus & furnis eorumque jure cum alibi tum de illorum differentia *quæst.* 2. *circa fin.* Udalr. Zasium *l.* 1. §. *hujus ad studij. tit. de l. & l. n.* 8. *pag.* 103. *oper.* Et ideo inter publicum authoritate & utilitate simul esse differentiam, ait Albericus de Rosate *tract. de Statut. lib.* 2. *q.* 18. *num.* 3. Ex diverso Privatum quoque duobus præcipue modis accipitur. Interdum pro eo, quod obponitur publico, *id est*, quod non est aptum usui publico: quo sensu dicimus, lacus, rivos & stagna esse privata; & eo sensu accipit Baldus *in l. item lapilli. n.* 5. *D. d. t. de rer. divis.* Interdum privatum est idem, quod alicujus proprium, *ut in l. si unus.* §. *pacta quæ.* 4. *in fin. D. de pact. l.* 2. §. 1. *D. ne quid in lo. publ.* Et ita Jasonem ac Ripam distinguere, refert Aymus: illudque notandum monet, pro difficilimarum quæstionum resolutione, quem latius vide *d. c.* 15. ubi eleganter hæc inducit, & ad præsentem materiam transfert.

8 Publicum igitur † flumen quid sit, & unde cognoscatur, non eadem est Doctorum sententia. Quidam illud adpellant, quod perpetuo currit: quæ autem flumina hyeme, & non æstate currunt, privata, torrentia & quandoque fossata (de quibus Felinus *in cap. Rudolphus 17. col. de rescribt.*) dici, testatur Bartolus *in d. tract. Tyb. seu de flum. lib. 1. verb. flumine num. 1. & 3.*

9 † Cui adsentiunt fere Accursius, Baldus, Alexander, & plerique alij, apud Stephanum Bertrandum *consilio ducentesimo nonagesimo sexto, numero primo part. 1. volumine secundo.* Roland. à Valle *consilio 97. numer. 1. vol. 3.* qui flumina publica definiunt, quod sint, quæ in publico oriuntur, & fluunt perpetuo; sicque adparet, quosdam non solum cursum, eumque continuum considerare, dum ex Cassio ista vocant perennia, & hanc sententiam Ulpiano videri probabilem, dicit Georgius Schönborn *libro polit. cap... per d. l. 1. D. de flumin.* Unde quia flumina pleraque perennia sunt, ideo pene omnia flumina dicuntur publica. *l. 4. §. 1. D. de rer. divis.* Mejerus *ad tit. de flumin. th. 3. num. 2.* Gothofredus *ibidem ad l. 1. §. 2.* & ideo quia excipiuntur torrentia & non perennia, indistincte ab Imperatore prolatum est, flumina omnia esse publica, quæ revera talia sunt, ac nomen merentur. *§. 2. Instit. de rerum division.* Item ratio est, cur simpliciter positum reperiamus, flumina navigabilia Regale esse, nec addantur publica, post Donellum Niellius *disp. feu. 11. th. 4. lit. C. inf. quæst. 17. num. 18. 19.* adhibe omnino Tuschum Cardinalem *tom. 3. pract. concl. 405. 406. 407. 408. lit. F.* Quæ explicatio in effectu congruit cum altera Schönborn: ideo pene publica esse omnia, quod quæ privata sunt, magis amnes, rivi vel torrentes ab adcolis nuncupentur, quàm flumina: quorum nomine generaliter posito, regulariter eodem argumento publica intelligi, vult Aymus *d. libr. 1. cap. 15. num. 5. & 6.* Nec videtur ab his post Baldum ac Scotum recedere Andreas Knichen, qui flumina navigationis capacia & per publicum alveum cursum dirigentia, publici juris esse, & his signis dignosci adfirmat *in comment. de Saxon. non prov. ju. verb. Ducum Saxon. c. 5. num. 154. 155. pag. mihi. 222.* Matthæus † Wesenbecius autem 10 aliter statuit, dum inquit: Flumen publicum nostri ita definiunt, ut sit illud quod in publico oritur, & perpetuo fluit: sed verius videtur, cum etiam privata ejusmodi esse possint, maxime privilegio vel consvetudine adquisita, ea habenda publica, quæ sunt (ut sequenti quæstione exponam) de Regalibus: ut plerumque navigabilia, & quæ navigabile aliud faciunt, ac ad Principem jure Superioritatis (de quo multi hoc seculo disceptarunt) pertinent; usu vero singulorum patent commodis ac utilitati, non etiam commercio, *hoc est*, jure emendi, adquirendi, alienandi, &c. *in parat. D. de flumin. num. 3. & consil. 197. num. 21. per tot.* Cum quo transit Petrus Friderus Mindanus *tract. de interdict. tit. 3. numer. 21.* eo forte sensu, quo jus publicum, & id late dicitur, quod ob modum & formam à lege præscribtam commercio hominum exemtum est. *arg. l. 3. D. qui test. fac. poss. §. 1. Inst. de excus. tut.* Bocerus *class. 5. disputat. 1. thes. 43. 45.*

Hinc factum, ut de † privati fluminis 11 definitione æque autores dissenserint. Wesenbecius Jasonem seqvutus, multis contendit: Illud esse quod in privato fundo oritur, & per illius agros fluit seu discurrit, *consil. 34. numer. 26. & d. cons. 197. num. 21.*

num. 21. Videatur Aymus *d. c.* 15. *num.* 19. Indeque ſequitur aqua naturam alvei, qui ſi eſt publicus, vel privatus, aut communis, ita etiam aqua judicanda eſt, juxta Baldum *conſil.* 62. *In quæſtione in fi. verſ. item & tertio. libr.* 3. *conſ.* 241. *Et videtur quod, in princ. lib.* 2. & Tuſchum *d. concl.* 407. *num.* 3. vel etiam ex publico flumine in † fundum meum per canalem derivata aqua, teſte Bertrando *conſil.* 351. *numer.* 3. *per tot. part.* 1. *vol.* 2. quorum ſententiam ſeqvutus idem Friderus *d. lo. & tract. de mandat. c.* 36. *numer.* 4. Juſtus Mejerus *ad d. tit. de flumin. th.* 3. *num.* 2. addens flumina privata dici, quorum uſus privatus eſt, & commercium eſſe poteſt. Cæpolla autem ſubjungit aliud: quod & hoc pro flumine privato habendum ſit, quod in proprio ingreditur, adcreſcit & decreſcit: & ideo ipſa flumina publica quoque dici fierique privata, cum proprietas vel jurisdictio uni tantum domino competit; quia reſpectu aliorum eſt privati juris, illius ſcilicet domini, qui in eo habet jurisdictionem, *tractat. de ſervitut. tit. de flum. priv. num.* 1. poſt Angelum & Jacobinum de S. Georgio, ut Weſenbecius teſtatur. Quin etiam idem Cæpolla perhibet, quod ſcilicet flumen ſeu aqua privata an dicatur, cenſeri debeat tribus modis: primò ratione originis, quia habet ortum in fundo privato; ſecundò, ex principis conceſſione; tertiò denique ex conſvetudine vel præſcribtione, *tit. de aquaduct. num.* 28. & idem tradit Frid. poſt Menoch. *ret. poſſeſſ. num.* 64. & Joh. Petr. de Ferrarijs *in pract. form. libel. de act. confeſſ. gloſſ. ſervitus numer.* 4. *& ſeq.* Quibus omnibus præter Accurſium, Bartolum & Baldum adjungi poteſt in hoc paſſu Baptiſta Aymus *d. lib.* 1. *cap.* 15. *numer.* 19. Joh. Schneidewinus *ad tit. Juſt. de rer. diviſ. §. flumina num.* 7. ibidemque Melchior Klingius quoad publica Bartoli aliorumque ſectam amplectitur; privata autem ſtatuit, quæ interdum aquis deficiunt, & quorum proprietas à ſingulis acquiri poteſt. Cardinem tamen totius controverſiæ † in brevi diſtinctione verſari judico, & ambiguitatem vocum (*Publici ac Privati*) potius in cauſa eſſe, quo minus alter alterum intellexerit, ut ex ſupra allegatis authoribus in diligenti collatione diſcere eſt. Diverſus enim reſpectus omnem tollere ſolet dubitationem. Unde ſicut non una vocis fuit ſignificatio & inpoſitionis ratio, ſed ſæpe multiplex: Ita alij hanc cauſam, alij aliam conſiderantes diverſimode aliquam adfinxerunt; quæ tamen ſenſu ſano ſimul ſubſiſtere poſſent, vel principali electa, cæteræ fierent acceſſoriæ vel ſubalternæ. Quocirca rem iſtam melius declaraſſe mihi videtur laudatus Baptiſta Aymus Parmenſis qui ita infit: Quinque præſertim modis cognoſcitur flumen eſſe publicum: ſi ſit Navigabile, ſi Perenne, aut ex Magnitudine, aut ex communi & publico Uſu, ultimo per Exiſtimationem circumcolentium. Si flumen ſit navigabile, ſive mediate ſive inmediate, (idem fere enim eſt) ſemper publicum eſſe, nemo dubitat, textus eſt *in l. quo minus, D. de flumin. l.* 1. *in princ. D. ne quid in flum. publ.* Publicum quoq; eſſe, ex eo probari, ſi perenne ſit, inde patet; cum nihil aliud ſit publicum flumen, quã flumen perenne, *l.* 1. *de flumin.* Quod ad magnitudinem attinet & circumcolentium exiſtimationem, clarus iterum eſt textus *in d. l.* 1. *D. de flumin.* De uſu vero publico, quis dubitat probato uſu fluminis communi & publico, publicum eſſe flumen eo probatum iri? Cum flumen publicum recte dici nequeat, cujus uſus

non sit publicus *l. fluminum. D. de dam. inf. l. 2.* §. 1. *D. ne quid in flum. publ.* Hic autem usus arguitur ex publica & indifferenti omnium piscatione §. *flumina Inst. de rer. divis.* vel si palam à quovis fuerit ex eo ducta aqua *d. l. quo minus*: aut si cuilibet liceat ex flumine aquam, arenam, sive sabulum, aut lapides calcis faciendæ gratia, vel ad ædificium (quale etiam molendinum judicatur) constituendum extrahere; ut hoc probatur ex ijs, quæ ait Glossa *in l. item lapilli D. de rer. divis. ubique* Bald. late Berous *cons. 140. num. 8. usque ad num. 15.* Ex diverso de fluminibus privatis facile censere possumus, per ea quæ hactenus allata, quidnam sit statuendum: ut sic eo sensu à cæteris rebus privatis nihil differant, & propria cujuscunque, quatenus in suo labuntur, *per d. l. 1. §. 4. §. 10. D. de flumin.* Baldus *d. lo. num. 2.* Si autem in confinio sint, communia fiant vicinorum, *Aymus d. num. 19.*

Atque ideo etiam flumen privatum, cui obponitur stillicidium, accipiendum esse pro cursu vel fluxu aquæ (quidquid Accursius comminiscatur) censet Prattæus *in lex. ju. verb. flumen. p. m. 225.* quia utrumque, tam stillicidium, quam flumen pro re privata accipitur *in l. ult. §. 1. D. de servitut. præd. urban. l. fin. D. de serv. rust. præd.* Udalricus Zasius etiam flumen privatum dici puta; quod ex limitibus territorij distinguitur & coercetur, *ad tit. D. de rer. divis. n. 13.* quamvis alibi in terminis statuat, flumina consvetudine nominari privata, non jure *ad l. prætor ait §. si initium num. 4. D. de edend.*

13 Cum ergo hoc capite nobis præcipue † de fluminibus publicis privatisque agendum sit; despiciendum prius in genere: An & quomodo quis in flumine publico ædificare molendinum possit? Principem quidem id facere posse, non ambigo: si opportuno loco & legitimo modo fiat. De ipsius enim potestate & ab omnibus servanda honestate alibi disserui. Maxime si tam molendina, quam flumina Regalibus adnumeraveris *sup. num. 10. inf. quæst. 16. numer. 23. cum seqq. quæst. 17. num. 22. & sup. quæstio. 9. per tot.* & consideraveris, Principes hodiernos vel per præscribtionem concedendi & prohibendi facultatem accepisse; vel per investituram à superiore jus tale quæsitum ac regalia accipere; vel denique ob summam Reipublicæ salutem tam in publicis quam in privatis rebus nonnunquam posse disponere, subditisq; in illis modum usumque præscribere, ut prolixius deduxi *in d. quæst. 9. 10. & 11. per tot.* ubi ad satietatem te pascere potes. His enim legitimis cancellis potestas Principum Christianorum est includenda ac circumscribenda. Utilitas autem illa † publica quatuor modis considera- 14 tur. Prima, cum in universum & particulariter commodum adfertur, quod in sacris, sacerdotibus & Magistratibus consistit. Secunda, quæ in universum conducit, non autem singulis; ut quoties de locupletando fisco agitur. Tertia est, quæ privata proprie, licet ex ea consequatur etiam publica: ut cum dicimus, tutelam esse munus publicum, testamenti factionem dici juris publici, publice interesse dotes mulieribus conservari, liberisque hominibus civitatem impleri; id enim quod consequitur in universum prodest, & nisi animarentur ac dirimerentur à jure publico, penitus exorbitarent à suprema lege, videlicet politiæ salute. Quarta est, quoties id, quod consequitur, singulis prodest, ne in universum quemlibet particulariter juvat: ut cum generaliter dicimus, Reipublicæ interesse, ne quis re sua abutatur; ut indicavit Andreas

dreas Alciatus *in comment. ad l. pupillus D. de verb. signif.* adjunge Franciscum Duarenum *in tit. D. de l. & l. cap.* 4. & Udalricum Zasium *ad d. l.* 1. §. *hujus studij num.* 4. 5. 6. *de l. & l. pag. mihi* 103. *oper.* Unde jus publicum est, quod incolumes & privatas res facile salvas præstat; quo neglecto, singula nequidquam servantur, ut colligitur ex Levini Consulis oratione apud Livium *lib.* 2. *cap.* 44. *edit. Grut.* & ex cujus malis tantum sentimus quantum ad privatas res pertinet, dicente Annibale apud eumdem *lib.* 30. *cap.* 44. Idcirco eleganter Tacitus: Antequam destinata componit, repetit, qualis status urbis, quæ mens exercituum, quis habitus provinciarum, quid in toto orbe terrarum validum, quid ægrum fuerit; ut non modo casus eventusque rerum, qui plerumque fortuiti sunt, sed ratio etiam causæque noscantur, *lib.* 1. *histor.* Id enim generaliter ad statum rei Romanæ, vel cujuscunque publicæ spectat, quod naturæ suasu, gentium consilio & instituto, certis rationibus causisque subnixo, urbem, exercitum, provincias & universum, imperium conservat, stabilit, auget; atque adeo his omnibus bene vivendi gratiam conciliat. Quid hisce adversetur, eleganter ostendit idem Tacitus *princ. lib.* 1. *annal.*

15 Moderanda idcirco † quorumdam adsertio: flumina publica in dominio & patrimonio Principis esse, deque illo nullum dubitare asserit Baptista Aymus *d. lib.* 1. *de alluvion. cap.* 9. *§.* 2. *num.* 2. post Angelum Cæpollam & Beroum, illamque communem opinionem cum Sixtino deprædicat ac sequitur Niellius *d. disp.* 11. θ. 4. *lit. C. in princ.* Schneidewinus, *ad d. §. flumina num.* 7. *Inst. de rer. divis.* ibidemque Klingius *d. §. riparum num.* 4. Sed jus gentium multis modis infringunt, jurisdictionem cum dominio confundunt, hocque cum proprietate, & moderatam Principis etiam summi potentiam nimis extendunt: neque eo tempore jus publicum, sicuti hodie, tam adcurate elaboratum fuit; quod factum ut inter regalia in specie dicta & res fisci vel patrimoniales non probe distinxerint, quod tamen omnino necessum fuit, uti demonstravi *d. quæst* 9. *inprimis num.* 52. *cum seqq.* adjunge Bocerum *clas.* 5. *disput.* 11. θ. 2. Hug. Grotium *in disc. mare liberum. cap.* 5. ac Celsum Mancinum Ravennatem *lib.* 4. *de jure principatuum c.* 10. adde Gothofredum *ad l.* 14. *D. de acq. rer. domin. & ad l.* 3. *D. ne quid in lo. publ. Althusium lib.* 1. *dicæol. cap.* 1. Et ideo Angelum Cæpollam, Jacobinum at consequenter alios nuncupatim idem Bocerus perstringit, ac errore ductos captosque ait; quod hæc flumina publica ac navigabilia hodie Imperatoris esse proprietate, ac eam ob causam regalibus obponi voluerint: cum tamen occupatione, sicque gentium jure publica hactenus exstiterint, nec in eo jus Justinianeum de fluminibus nominatim correctum sit nova Friderici Cæsaris constitutione, proindeque vigore adhuc prius illud, existimandum sit, *d. clas.* 5. *disput.* 11. *th.* 15. *clarius tract. de regal. cap.* 2. *num.* 163. Qui comunem fere † Politicorum consensum habet pro adsecla: 16 dum inter illos Georgius Schönborn tria in fluminibus præcipue consideranda esse, inquit: Usum, proprietatem & jurisdictionẽ. Usum illorum communem cunctis dicit: Proprietatem esse publicam, ad populum istius loci spectantem: jurisdictionem vero demum factam esse Principum aut Magistratuum alium non vel certo modo agnoscentium superiorem. Inde delicta in flumine conmissa ulciscuntur, vel ipsorum Officiales, qui mandato vel concessione

aut

aut alia via supremum illius territorij habent imperium *libr. polit. c...* Stephanus Forcatulus *in necom. dial. 84. num.* 5. vide & jam Bartolum *d. tract. Tyb. sive de flum. libr.* 3. *ad verb. nullius num.* 1. 2. 3. Bocerum *d. num.* 163. & quæ dixi allegata *quæst.* 9. *numer.* 64. *juncta quæst.* 10. *numer.* 18.

17 Et ideo quoque † si flumen sit intra jurisdictionem duorum territoriorum, in dubio volunt utriusque esse in eo jurisdictionem usque ad medium; ut post Rulandum *in addit. tr. de commiss. part.* 2. *l.* 6. *cap.* 1. *num.* 3. *pag.* 180. Hieron. de Monte *tract. fin. regund. cap.* 24. *num.* 9. Ludo. Schraderum *ad* §. 28. *Instit. de rer. divis.* Henn. Hamelium *ad tit. Inst. de action. cap.* 52. *num.* 17. Bartolum, Cæpollam, & Rosenthalium; modo Domini istarum ditionum regalia habeant, respondet etiam Johannes Niellius *d. disp. feud.* 11. *th.* 4. *lit. C.* † Neque

18 absurdum vel rarum est, ut jurisdictio quandoque sine territorio proprie dicto exerceatur, ac unum hoc, alter illam habeat, & contra: ita nec incongruum dici potest, Principi jurisdictionem ibi conpetere vel eum acquirere, licet loci vel rei proprietatem in specie sic adpellatam non habeat, sed ea ad alios vel communiter & promiscue ad omnes pertineat, ut suo tempore σὺν θεῷ alibi condocefaciam. Interea legantur, quæ de littorum maritimorum cura, securitate ac protectione adfero *quæst. seq.* 17. *num.* 22. & quæ de præsenti negotio congessit novissime Thomas Maulius *tract. de jure conducendi tit.* 2. *num.* 72. 73. 74. 75. Dn. Joh. Gryphiander *tract. de Insulis cap.* 14. *per discurs.* adeo ut vulgatum quoque illud πόρισμα: Imperatorem esse dominum mundi, id tantum circa protectionem procedere dixerit Alexander *consil.* 112. *in causa & lite num.* 3. *vol.* 4. *ref. Fusco singul.* 6. *lit. I. pag.* 214. Similiter

19 post † vias publicas (quatenus Imperatori jus es cogendi secundum jurisdictionis aut potius majestatis effectum, ut eas muniant tutasque reddant subditi) regalibus adponit laudatus Bocerus flumina hæc navigabilia, & ex quibus talia fiunt: scilicet quod idem jus cogendi, ut ripæ eorum muniantur, alvei purgentur, moles navigationem inpedientes tollantur, aliaque conducentia peragantur, *d. clas.* 5. *disp.* 11. *th.* 12. 14.

20 Quidquid horum sit de ipso Principe tamen non tam anxie disceptant, ac de † privato sive subdito: an & quomodo is in flumine publico molam possit exstruere? De Principe inquam, sive eum κατ᾽ ἐξοχὴν (adeo ut de illius potestate vel decreto disputare, sacrilegij instar esse censeant ipsi Augusti *in l.* 3. (*de crimin. sacrilegij juncto can.* 30. *cau.* 17. *quæst.* 4. de quo axiomate multa reperies apud Zasium *ad tit. D. de constit. Princip.* Ludov. Rudolphinum de Sabloneta *conclus.* 9. & Cardinal. Tuschum *tom.* 6. *lit. P. conclus.* 668. *per tot.*) pro Imperatore usurpaveris, de quo nunc nullum est dubium; sive de alijs, qui per se aut ab illo regalia splendidiora consequuti sunt, utpote Reges, Electores, Duces; sive etiam juxta nonnullos de inferioribus eadem vel jurisdictionem eo loci habentibus, veluti Comitibus ac Baronibus Vincent. de Franchis *decis.* 183. *passim*; quamvis hoc ultimũ non ita expeditum esse, & ideo consvetudinem, jus imperij ac territorij attendi debere, dicat post Jacobinum Zasius *ad d. tit. D. de rer. divis. nu.* 12. ac eò collimant maxime ista, in quæ sollicite inquisivi, de fundo sive solo & flumine tam publico ac privato, soli structura onerando vel ornando, *sup. q.* 10. *cum præcedd.* 7. & 9. *itẽq;* 14. *inf. hac q. n.* 28.

cum

cum reliq. Hoc ergo in casu discrepantia gravissimorum Jurisconsultorum vota, deprehendi: quæ licet meum non est reprehendere; avido tamen lectori scrupulos adimere, mihique satisfacere omni ex parte nequeunt; qui potius ingeminarem, in hoc
21 pelago † neminem versari, qui non naufragium faciat, ut alias de jurisdictione Alciatus dixit, *lib. 2. parad. cap. 1. in fi.* Romanos
22 item † arcana Imperij vel potentiæ omnibus non aperuisse, nec adeo multa magnaque de jure publico legibus civilibus inserta esse; nec de Principum potestate rigorose disceptandum, existimant, & ipsi bene sincereq; consulentibus benignas aut morigeras aures præbere renuunt. Juvat ergo præmittere celeberrimi politici Christophori Besoldi judicium, quod ea de re tale est: Quamvis interim suspicer, olim hæc omnia aliter fuisse; nempe ea, quæ nunc vigore Territorialis Jurisdictionis exercentur, huicque jurisdictione jure proprio adhærere dicuntur, quondam speciali privilegio ab Imperatoribus impetrare solitos fuisse, cum Principes tum Civitates.

Primo in sollicitudinis partem, post etiam in Imperij consortium vocati fuerunt: initio consilij dandi, post etiam dissentiendi potestatem acquisiverunt. Sed quæ paulatim irrepere solent, vix unquam percipiuntur; nec nisi conversione seqvuta sentiuntur, ut dicit Bodinus.

Ideo frustra quæri videtur de origine hujus (in Germania) sublimitatis, quam nunc habent Imperij Status: minus adhuc recte ea in controversiam devocatur ex jure antiquo *disc. de jurisdict. quæst. 16. in fin.* Quem in hac intricata materia seqvutus, ex majorum sanctionibus, tutam rem definiam ac Interpretum opiniones variantes ad certa capita redigam, ex quibus tandem amicabilis veritas effruticabit.

23 Principio igitur † videndum: numne omnino vel quatenus privato non liceat sine consensu vel concessione aut ratihabitione Principis molendinum in flumine publico fabricare? Quidam negant, quidam simpliciter adfirmant. Negantium coryphæus uno loco Bartolus esse videtur, qui dicit: ædificia vel molendia in flumine publico non licite haberi, nisi ex Magistratus aut Principis vel Senatus rescribto, vel ex consvetudine aut præscribtione tanti temporis, cujus non exstat memoria, *in l. 2. num. 4. D. de serv. vind. consule Baldum Perusinum tract. de statut. verb. molendinum. 2.* Anton. Gomesium *ad l. 46. Tauri num. 10.* *Vinc. de Franchis d. decis. 183.* Hier. Schurpffium *cent. 3. consil. 38. num. 1.* Melch. Klingum *obiter ad §. flumina. num. 12. Instit. de rer. divis.* & alios, qui se ad Bartolum referunt. Inspice etiam de molis hisce aquatilibus differentem Connanum *lib. 3. comment. ju. civ. cap. 2. num. 6.* Ex recentioribus adfirmativæ sententiæ rationibus nihil motus, hanc negativam veritati propiorem quoque esse dicit Dn. Henricus Bocerus *d. tract. de regal. cap. 2. numer. 165.* Quos seqvuntur, etiamsi moleadinum nocivum non sit, Lucas de Penna apud Vincent. de Franchis *d. decis. 183. num. 5.* Cunradus & Benedictus Carpzovij *in dissert. de Regal. part. post. §. 55.* Argumentum eorum primum & præcipuum tale est: Ulpianum clarissime ostendere, in flumine publico, nihil à quoquam fieri posse, quo vel navigatio, vel statio, vel cursus fluminis aut difficilior fiat, aut usus illius corrumpatur, vel minor aut rarior fiat *l. 1. in princ. §. non autem 12. §. ait prætor. 14. §. deterior 15. §. deinde 19. & §. jubetur 21. D. de flumin.*

Cum ergo in dubium ipsis sit, & ipsam

experientiam allegent, quod per molendina in fluminibus publicis ædificata hæc fiant: idcirco liberum non esse credunt, alicui absque Principis licentia in ijs molam exstruere. Quam conclusionem secundo firmare dicunt textum *in d.l.2. D. de flumin.* ubi Pomponius Jurisconsultus respondet: ex flumine navigabili aut eo, ex quo aliud fit navigabile, ut aqua ducatur, non permitti. Facere tertio arbitrantur: quod is, qui in fluminis publici utraque ripa domus habet, pontem privati juris facere nequeat *l.ult. D.eod.tit.* Postremo eidem sententiæ robur inprimis addere judicat idem Bocerus, textum *l.un. in princ. §. ait prætor.3.& §. sed etsi 7. D. ne quid in flu.publ.* ubi Ulpianus iterum scribit: in flumine publico nihil fieri posse, quo rigor, modus & cursus aquæ mutetur, quove ipsa aqua depressior, vel altior fiat, & per hoc rapidior, cum incommodo adcolentium. Quis autem (quærit) non intelligit, per molas publico in flumine exstructas, aquæ rigorem, modum & cursum naturalem plane mutari? Principis ergo licentiam hîc prius impetrandam esse concludit per *l.11.§. idque à principe 42. D. de aq. quotid. & æst. d.l.2. D. de flumin. l. quod principis.23. D. de aq. & aq. plu. arcen.* Possent quidem alia adferri: utpote, quod hujusmodi flumina ad Regalia pertineant, idque expediti juris esse adfirmet Schurpffius *d. cent.3.cons.38.num.1.* & ante eum Roland. à Vall. *cons.97.num.4. vol.3.* cum similibus; sed ad ea ex præcedentibus & ex subsequentibus responderi, & quomodo hæc intelligi debeant, demonstrari potest.

24 Succedit † altera & quidem adfirmantium sententia; quam Doctores à fortiore teneri, communem esse, hocque in casu nullum contradicere, post eumdem Bartolum Decium, Curtium, Alexandrum, Ruinum, Bossinum, Rolandum, Wesenbeciũ, & Homodeum adseverare audet Henricus Rosenthal *in synop. ju. feud. c.5. concl.28. n.3.* illudque probabiliter dici ac defendi posse, fatetur idem Bocerus *d. cap. 2. num. 165. in princ.* nimirum, licitum alicui esse molam publico in flumine & non navigabili seu quod aliud navigabile non facit, sine venia Principis exstruere. Adducunt rationem quod sicuti mare omnibus natura patet inque eo piscari ac ædificare cuivis occupanti licet, adeo ut prohibens actione injuriarum teneatur: ita & usum fluminis publici cunctis esse comunem *d. §. flumina Inst. de rer. divis. l.4. in fi. cum l. seq. ubi Duarenus & alij, D. eod. tit. l. fluminum 24. in princ. D. de dam. inf.* Quo posteriori loco idem Ulpianus, fluminum ait publicorum communem manere usum, sicuti viarum publicarum & littorum. In his autem publice licet aliquid exstruere, nec cujusquam propria sunt, nisi quod inædificatur, per jura notissima & leges adductas à Bocero *dict. cap.2. num.165.* Gomesio *add. l.46. Tauri num.10.* At ideo dicuntur flumina publica jurisgentium esse *l. adeo D. de acquir. rer. domin.* quod civili vetustius, usu exigente & humanis necessitatibus, homines communi quodam consensu constituerunt, salvum conservarunt, & naturalem sequentes rationem eo usi sunt, quodve bonum & æqvum est, idque ut quilibet custodiat, judicio naturali admonetur; cum similibus, quæ omnia Princeps infringere non potest, *Duarenus ad d. titul. D. de I. & I. cap.5.* Wesenbec. *ibid. num.16. late Carolus Tapia ad d.l. pen. D. de constit. Princ.* inprimis cum jus civile in totum ab ijs non recesserit *l.6. d.t. de I. & I.* Ulterius urgent, quod iterum Pomponius dicat: quo minus ex publi-

publico flumine ducatur aqua, nihil impedit *d.l.2. D.de flumin.* Confert eodem textus *in l.si quisquam 7.D.de divers.temp.præscribt. & in l. præscribtio 45. in princ. vers. vel si quis.D. de usurp.& usucap.* Quo priori loco Marcianus, posteriori Papinianus Jurisconsulti docent: quod in fluminis publici diverticulo aliquis solus pluribus annis piscari possit, ac postea alterum eodem jure prohiberi. Sed ita indefinite † versari in hoc problemate non possumus, sine offensione alterutrius partis, vel Principum vel Subditorum: uti nec optima æqualique ratione cunctis (quod in proverbio dicitur) eosdem aut evidenter inpares calceos adaptare. Quocirca bona illorum pace nunc à nonnullis adsertionibus recedo, & mediam viam tutius ineundam esse reor, quæ ad portum justitiæ blandioris ducit, & aditum ad casus notabiles præbet, qui simul ab eo considerandi, qui talia in flumine publico conficere, ac publicis in aquis construere molitur? sicuti de molis terræ adfixis disserui prolixe *in quæst.*10.quam confer, lector cordate. Principio ante omnia discernendum est, quinam jus concedendi vel prohibendi ex causis certis habeat? Eo enim ipso, dum Principi fluminum (non dominium aut proprietatem speciali nomine dictam, sed) jurisdictionem, protectionem, curam ac regalia tribuunt: faciunt, ut necessario ipsi incumbat ac tributa (à populo per electionem, vel alia ratione per successionem, aut in ea adleqvuta) sit potestas dispicere, quo minus fiat, quod commodo publico vel communi obstet, flumen deterius celeriusque per totum reddendo, cursum navigij impediendo, aut quocunq; modo, gravi tamen ac evidenti, nocendo: alio interea usu manente promiscuo, quem Principi ex asse mutare aut uni tantum concedere jus fasque vix erit, qui tam enorme impedimentum aut simile obstaculum omni loco & tempore non adferat. Hinc negativæ istius opinionis autores deducunt sua fundamenta, quæ ab utraque parte audivimus. Vera sunt, modo dextre cum circumstantijs alijs ad animum revocentur. Nimis rigorosa, si ita nude ac crude quis ea casibus quotidie obvenientibus adplicaverit.

Cur enim legi, regalijs, consvetudini, statuto, præscribtioni, privilegio vel investituræ non aliquid adsignarem? cum alias principalis ac regiæ majestatis, vel sublimioris alicujus jurisdictionis varij noscantur effectus, qui toties magis accipiunt incrementum, quoties Reipublicæ salus intervenerit vel adcesserit, non privata libido aut utilitas regnantium. Et eo sensu id intelligerem, quod † Principis arbitrium hîc sit impetrandum: ut is tali casu disquirat, an sine incommodo cujusque maxime vero sine usus publici impedimento alicubi in publico flumine mola ædificari possit, nec ne? Per textus disertos *in l.servitutes 14.§. ult. D. de servitut. l. nec avus 4.C. de emancip. lib. l.2. §. merito 10. §. si quis à principe 16.D.de loc. & itin.publ. cum simil.* ubi Ulpianus iterum ait: Quotiens aliquid in publico fieri permittitur; ita oportet permitti, ut sine injuria cujusquam fiat: & ita solet Princeps, quotiens aliquid novi operis instituendum petitur, permittere. Ideo etiam juxta eumdem alibi obtinet: Permittitur aquam ex castello, vel ex rivo, (*quo spectat tit. D. de rivis*) vel alio loco publico ducere. Idque à Principe conceditur, alij nulli competit jus aquæ dandæ. Et datur interdum prædijs, interdū personis. Quod prædijs datur, exstincta persona non exstinguitur: Quod datur personis, cum his amittitur.

25

26

titur. Ideoque neque ad alium dominum prædiorum, neque ad hæredem, vel qualemcunque successorem transit. Plane ei, ad quem dominium transit, impetrabile est. Nam si docuerit prædijs suis aquam debitam, & si nomine ejus fluxisse, à quo dominium ad se transijt: indubitate impetrat jus aquæ ducendæ: nec est hoc beneficium, sed injuria, si quis forte non impetraverit, *l.* 1. *§. permittitur* 41. *cum* §§. 3. *seqq. D. de aqua quotid. ubi vide Duarenum capit.* 3. Hinc tot interdicta prohibitoria ac restitutoria manarunt; ita tamen, ut si non nocuerit structura, prohibere magistratum non debere, aut adsensum esse necessarium, ut quis in flumine publico licite ædificet. Alterum si fieret, tunc ob damnum & injuriam quasi publicam, moles submoveretur, ac locus liber sine impedimento publicusque occupantibus aut alia ratione utentibus relinqueretur. Quod confirmavit Niellius, cujus verba exscribsi *num.* 49. eamque opinionem Communem, à qua recedendum non esse dicit Rol. à Valle *inf. num.* 39. de concessione ac licentia multa tradit Schraderus *ad §.* 8. 9. 10. *&* 11. *Instit. de rer. divis.* Adeo ut per dictas leges ipse Princeps eatenus ædificari molam in publico flumine permittere soleat vel debeat, quatenus sine damno, multo minus cum incommodo magno, eoque publico id fieri possit. Quod simul inter cætera indicat 27 † solennem Doctorum vocem non ita simpliciter accipiendam esse, Principem omnibus legibus solutum esse; ut potius ipsi Augusti, dignam vocem Majestate regnantis agnoscant, legibus adligatum se profiteri. Unde rescribunt, adeo de authoritate juris suam pendere dignitatem: & revera majus imperio esse, submittere legibus Principatum; idque oraculo hujus edicti, quod sibi licere non patiuntur, alijs se indicare, *l. digna* 4. *C. de legib. collata cum l. Princeps* 31. *D. eod. tit.* Quod repetijt Karulus IV. Imp. hisce verbis: Licet nostra regalis auctoritas, legibus sit soluta; tamen quia pij Principis est, ita propria procurare compendia, quod subditis per injuriam dispendia non producant *in constit. Bohem. à Paulo Geschinio edit. rub.* 77.

28 Quis autem † per Principem in nostra lite intelligatur, denuo Interpretes certant. Et quamvis in jure feudali hac de materia agente quam ad molendinorum ac regaliorum tractationem communiter rejiciunt) Regis seu Imperatoris mentio fiat, in jure item Civili is Principis adpellatione κατ' ἐξοχὴν aut pene solus significetur, ab eoque consequenter hanc veniam petendam esse Bocerus contendat, *d. c.* 2. *num.* 165. tamen hodierno tempore non licet ita argumentari, ubi forma imperij ac legum tenor nonnihil mutatus: & Principes alij titulis certis fluminum possessionem, vel si mavis jurisdictionem ac pene proprietatem jam nacti sunt. Qua ratione ductus Antonius Matthæus, in casu simili ita de venatione ac prohibendi jure Principibus conpetente disputat: Non est quod moneam nostris temporibus non dari locum occupationi ferarum, quando Principes & Comites jus venandi & piscandi sibi vendicant, & subditis ne in proprijs quidem eorum agris venari permittunt. Res lippis & tonsoribus nota est. Solum indicabo rationem, qua ea Principum prohibitio commode defendi potest. Constat ex hoc §. eum, qui alienum agrum ingreditur venandi gratia, posse à domino, si is præviderit, prohiberi ne ingrediatur. Ex quo ita colligo: Dominus Sylvæ jus prohibendi venationem habet. Domini autem sylvarum hodie

sunt

ſunt Principes & Comites. Jus igitur prohibendi venationem habent. *in not. ad tit. Inſtit. de rer. diviſ. §. feræ.12. pag.81. adde quæſt.* 10. *numer.* 19. Unde etiam non ſolum Imperatorem, ſed & alium Dominum, per cujus territorium flumina currunt, hac in cauſa intelligunt, Alexander *conſil.* 194. *num.* 7. *& ſeq. verſic. ſufficeret tamen lib.* 2. (qui idem eſſe judicat, ſi id fiat cum licentia Civitatis, qvum urbes hodie Italiæ iſta regalia proſcribſerunt, referente Tuſcho *tom.* 5. *concluſ. pract.* 304. *lit. M. num.*14. qui teſtatur *tom.* 6. *lit. R. concluſ.* 82. *num.* 24. Angelum dicere, quod hodie communiter de uſurpatione in Italia conpetant regalia Principibus ac Civitatibus, & inquit, ridiculum hoc eſſe, ibi diſputare, *conſ.*290. *n.* 8.) Johannes Schneidewinus *ad d.* §. *flumina n.*12. *Inſt. de rer. diviſ.* Matthæ. Weſenbecius *ibid. num.* 3. Henr. à Roſenthal *d. ſynop. feud. c.* 5. *concl.* 30. idem Tuſchus *to.*3. *concl.* 405. 407. *lit. F.* & Thomas Maulius *d. tr. de jure conduc. tit.* 2. *num.* 72. 73. 74. Id quod ipſe Bocerus ex parte fatetur *d. c.* 2. *nu.* 163. *in refut. prima rat.* & poſtea ſubjicit: Quamvis hodie res eo devenerit, ut tanta cuique Principi poteſtas in Provincia ſua tributa exiſtimetur, quanta Cæſari in toto orbe Romano non univerſo mundo, quod obiter & reſtrictive contra quosdam obſerva ex *l.* 2. *ibi: in omni orbe terrarum, qui Romano Imperio ſuppoſitus C. de jurejur. prop. calum.* adde Gryphian. *d. tract. de inſulis cap.* 24. *num.*71. Goldaſt. *lib.* 3. *de majora. cap.* 10. *num.* 5.) ut proinde quilibet hodie Princeps licentiam ædificandæ molæ in flumine publico concedere poſſe videatur, *d. cap.*2. *num.*165. *infi.* quamvis de eo alibi diſceptatio à me inſtituatur: & quia Imperator ob id ſolus vectigal fluminibus inponere poſſit, quod jus alij non habent, ut colligit Gothofredus *ex l.* 2. *D. de flumin.* Idem voluit prædictus Roſenthalius, dum circa hanc præſentem materiam ita ſcribit: Utcunque hæc de jure comuni ſubſiſtant, tamen cum flumina publica ſint Regalia, videmus regalia habentes difficulter ferre, ut in ijs ſine illorum authoritate, molendinum aut aliud fiat: Quare facere volentibus conſultius eſt, ut illorum licentiam impetrent; præſertim in navigabilibus aut majoribus, ſicut plerumque in multis locis ædificantes facere ſolent, *d. cap.*5. *concluſ.*28. *num.*7.

Imo ſi damnum publicum contra uſum ac ſalutem cunctorum intervenerit: probabile eſt, quemlibet Magiſtratum id prohibere poſſe, non tantum ſuperiorem, niſi alia de cauſa ſermo inſtitueretur: & ideo promiſcue hoc antiquitus adſignatum legimus, Senatui, Præſidi ac Prætori, & non ſoli Principi, *arg. l.*1. §.11. *l.*2. *D. de flumin. l. fluminum* 24. *poſt prin. D. de dam. inf. l. un. in pr. D. ut in flu. publ. navig. liceat. l. quamvis* 50. *D. de acq. rer. domin. juncta l.*3. *l.* 7. *D. ne quid in lo. publ.* Gomeſius *ad d. l. Tauri* 46. *num.* 10. *&* 11. Gryphiand. *tract. de inſul. cap.* 20. *num.* 5. 46. 47. 49. 51. Advertendum † igitur ſecundo, ut non modo in 29 tali machinatione ſedulo Domini curent, ne damnum publico uſui, vel injuria alteri per id inferatur, nec jus tertij infringatur: ſed etiam in hac ipſa lite diſcrimen habeatur fluminum navigabilium & non navigabilium, quod peculiari quæſtione paulo poſt exornabo. Et eo potius modo hoc ad Principis curam referrem, ut vigilet ob flumina navigabilia, quæ comercijs opem ferunt, & publico ærario ſeu fiſco indulgent, commodaque haut levia adferunt. Hinc tot in jure deducta invenimus principia; adeo ut † proſpectum ne quidem maris, 30 tam

tam per directum quam per transversum novo opere impedire concessum sit, *Novel. 165. & Novel. 63. ubi Gothofr. & Stephani,* *adde* Renat. Choppinum *lib. 1. de civil. Paris. morib. tit. 4. num. 12. pag. 160.* Nec aliunde profluxit alterum: per istius molæ constructionem † non debere antiquam aggeris vel fluminis publici faciem quem inmutare, quod obponit Wesenbecius *d. cons. 34. num. 8 junct. num. 26. & cons. 67. num. 1. & 2.* nec licere fluminis cursum naturalem difficiliorem reddere, aut conrumpere, nedum alio convertere. *supr. n. 23. & l. 1. C. de alluvion.* & quidem sub pœna capitis, ut vult glossa Sandr. *lib. 2. art. 16. num. 9. & art. 56. verb.* bricht es aber / *num. 2.* welcher Teiche abgegraben oder durchgestochen: Gryphiander *d. tr. c. 28. num. 48. & seqq.* vel aggeres maritimos, aut fluminum ripas rumpentes, modo igne cremari, modo extra ordinem puniri, ut habetur *in l. pen. D. de extraord. crimin. ubi Mejerus* 8. *4. num. 23. 24. 25. per tot. titul. C. de Nili agg. non rump.* Menochius *de arb. jud. quæstio. casu. 386.*

32 Quinimo generaliter † in omni flumine publico considerandum, ne damnum alicui inferatur vel ab ædificante, vel quoque ab ipso Principe, ut antea probavi: adeo ut licet alicui jus exstruendi concesserit, tamen videatur id fecisse sine læsione alterius, qui aliud ibi habet Baldus Perusinus *d. lo. num. 2. per d. l. nec avus. 4. C. de eman. lib. adde l. si quando 35. in princ. C. de inoff. test. l. 22. in princ. C. de agric. lib. 11. l. 2. §. merito 10. §. si quis à Principi.* ubi Gothofr. *D. ne quid in lo. publ. Bart. ad l. si finita 15. §. deinde ait prætor. num. 4. D. de dam. inf. Modest. Pistoris. consil. 19. num. 20. volum. 1.* prolixe in terminis Schraderus *ad §. 13. per tot. Instit. de rer. divis.* etiamsi hoc ipsum expresse dicat & injungat, ut ad injuriam alterius opus inchoet & perficiat, tamen obreptionis beneficium obponi potest; de quo lege Alexand. Trentacinquium *lib. 1. var. resolut. tit. de rescribt. resol. 5.* Aym. Cravettam *consil. 68.* Menochium *de arb. jud. quæst. casu 201.* idemque hoc statuere videtur in *lib. 1. de præsumt. 9. num. 22.* Mascardum *conclus. 846.* & tali casu, quando Princeps contra publicam utilitatem, vel contra jus aliquid statuit, exspectanda est secunda jussio; ad quod se elegantes textus allegare inquit Zasius *ad tit. D. de constit. princip. num. 16.* Zabarella *cons. 142. num. 4. notab. Ripa respons. 175. num. 15. & 16. cum notat. ad d. l. quo minus num. 8. 9. 10. 11. & 12. De flumin. adde Benincasium & Tapiam ad eund. tit. de constit. Princ.* Lud. Rodolphinum de Sabloneta *tract. de absol. Princ. potest. Cæl.* Mancinum *lib. de jure principat.* & Dominic. Tuschum Cardinalem *tom. 6. pract. conclus. 685. 686. per tot. lit. P.* Oportet enim in ejusmodi rebus utilitatem & tutelam facientis spectari, sine injuria utique adcolentium, ait Ulpianus *in l. un. §. si quis 4. §. sunt qui 6. D. ne quid in flum. public.* Wesenb. *d. consil. 34. num. 13. consil. 67. num. 6.* Bocerus *dict. cap. 2. num. 166. 167.* Unde ex Jasonis mente molendinum si habeo in flumine privato vel publico (inter quæ, modo non sint navigabilia vel talia reddant, hac in specie nullam esse differentiam, post Baldum, Chassaneum & Schurpffium inquit Wesenbecius *d. consil. 67. num. 14.* de qua re tamen adhuc ambigo *ob d. l. 1. §. non autem 12. vers. sed Labeo D. de flumin. adde* Vinc. de Franchis *d. decisio. 183. num. 11. & 17.* Baldum *ad l. pen. C. de cond. inser. d. l. 1. §. 2. D. ne quid in flu. publ. cum simil.*) tuque in superiori parte velis facere aliud; si agas id ad æmulationem meam principaliter, poteris prohiberi, *in l.*

ex hoc

ex hoc jure num. 8. *juncto num.* 12. *de I. & I.* And. Gail. *lib.* 2. *observ.* 69. *num.* 27. Adam Kellerus *lib.* 2. *de offic. jurid. polit. c.* 20. *pag.* 518. Mod. Pistoris *d. consil.* 19. *num.* 7. & 8. Pet. Theodoricus *in colleg. crimin. disp.* 3 *th.* 8. *lit. B.* Ant. Faber *sup. quæst* 14. *num.* 30. Joh. Gryphiander *d tract. de insulis c.* 8. *n.* 9. *c.* 20. *num.* 93. Jac. Marchisellus *quæst. p. act.* 82. *num.* 9. Franc. Ripa *ad l. quo minus num.* 29. 43. *D. de flumin.* Antoninus Tessaurus *decis.* 16. *num.* 10. *vers. tertia istius.* Ludolph. Schraderus *ad* §. 5. *num.* 14. 15. 16. 17. 18. 19. *Inst. de rer. divis.*

33 † Æmulatio namque omni jure prohibita, ut alibi dixit: & idcirco idem in castrorum exstructione comuniter statuunt; quod indicant *l. opus novum.* 3. *Dig. de op. publ. l.* 14. *C. eod. l.* 2. §. *pen. D. de aqua plu. arc. §.* 61. *de R. I. cap. Pisanis* 19. *ext. de restit. spoliat.* Rainaldus Corsus *lib.* 3. *indag. ju. cap.* 3. *num.* 18. 20. Nic. Boerius *decis.* 320. *num.* 14. 15. & And. Gailius *in terminis lib.* 2. *obs.* 69. *nu.* 27. Æmulatio autem ista 34 proterva † colligitur ex eo, quando structura nova non est necessaria: quando nullam aut satis exiguam adfert utilitatem; sed magis suspicionem, injuriam, insidiasq; fovet; magisque honestati aut communi facultati seu libertati adversatur; nec ornatur aut commodo publico inservit: & quando super ædificatione multæ præcesserunt rixæ & contentiones: vel impensæ in hanc structuram excederent commodum, quod ex illa percipitur, alijsque ex conjecturis probabilibus, arbitrio judicis æstimandis, tradente Schradero *d. nu.* 18. & 19. Ita tenent non sine ratione Decius & Cagnolus *in l. nullus. de R. I.* Marsilius *singul.* 154. Menochius *casu* 156. late Bursatus *consil.* 57. *nu.* 15. 16. 17. *adde l.* 6. *l.* 14. *C. de oper. publ.* Baldum *in consil.* 188. *quod vol.* 2. Tiraquel. *de utroq; retract. lib.* 1. §. 30. *gl.* 1. *num.* 6. Chassaneum *super consvetud. Burgund. rubr.* 13. §. 9. *in princ.* & Marchisellum *d. quæst.* 82. *num.* 3. 4. 5. 6. 7. 8. in terminis Bertrandus *d. consil.* 296. *num.* 5. *in fin. part.* 1. *vol.* 2. & quæ infra sum allaturus hocque præjudicio Cameræ alibi confirmo in causa Pappenheim contra Bambergk Anno 88.

Cæterum in genere istam juris civilis æquitatem valde rationabilem, invenimus quoque in † Phrysiorum lege quadam, de 35 flumine obstruso vel obstructo olim sic latam: Si quis in flumine (an publicum, vel in specie navigabile intelligas, per me licet) viam publicam obcluserit, XII. sol. componat. *tit.* 2. *cap.* 7. *pag. mihi* 507. Apertius hoc † Alemannorum lex decidit, quæ talis fuit: 36 Si quis mulinum *h. e.* molendinum, aut qua-„ lemcunque clausuram in aqua facere volue-„ rit, sic faciat, ut nemini noceat. Si autem „ nocuerit, rumpatur usque dum non noceat, *tit.* 83. *l.* 1. & 2. Quod an per judicem seu Magistratum, vel propria authoritate fieri debeat, ego nunc non litigo.

Quarto, nonnulli † præter damnum & 37 manifestam æmulationem, temporis etiam diuturnitatem (ut ex infra adnectendis adparebit) diversa jura, investituris collata regalia, pacta & locorum consvetudines considerant, quæ hic multum valere ac posse, post Friderum & Schneidewinum testatur Justus Mejerus *d. Colleg. Ang. ad tit. D. ne quid in flum. publ. th.* 7. ante quos idem fere tetigit Glossator juris Saxonici, Lehenr. *cap.* 11. *num.* 5. 9. & 10. confer Tuschum *tom.* 5. *conclus. pract.* 304. *lit. M. num.* 4. 6. 19. & *fere per tot.* Vincent de Franchis *d. decis.* 183. Modest. Pistoris *d. consil.* 19. *vol.* 1. Similiter Joachimus Scheplitz adfert observationem quamdam Marchiæ Brandeburgensis, quæ hujus est tenoris: In der Marck

Marck Brandenburg wird in üblichen Gebrauch gehalten / wann einer eine newe Wind oder Wassermühlen auffbawen wil / muß er solches zuvor der Obrigkeit anzeigen / welche sich darauff fleissig erkundiget / ob solche newe Mühlen den benachbarten schaden könte / alsdann jhme solches auch auff seinen Grund und Boden nicht gestattet wird / *part.* 4. *consvetud. March. tit.* 23. *num.* 1. *&* 2. cui consvetudini apertum quoque reddit testimonium Joh. Köppen *quæst.* 40. *num.* 14. & cui in causis dubijs maximeque controversijs standum esse, omnes uno ore clamitant. Pacta vero si inter Principes ipsos vel Subditos ea de re exstiterint, sunt præcise servanda, uti tam ex principijs juris, quàm politices est notissimum. Et ideo in nostra materia damnum attendi ex regurgitatione vel incommodo aquæ, nisi etiam de damno minoris lucri adjacet pactũ, post Castrensem dicit Tuschus *d. tom.* 5. *conclus. pract.* 304. *num.* 3. *inf. n.* 57. adde Bertrandum *d. consil.* 296. *num.* 5. *part.* 1. *vol.* 2. Ni etiam servitus antea fuerit constituta, cuilibet liberum in flumine molendinum ædificare, adfirmat Joh. Althusius *lib.* 1. *dicæol. c.* 22. *n.* 56. Cæpolla *de serv. urb. præd. c.* 50. *num.* 2. Privilegia denique multorum conatui resistunt, quo minus id agant, quod volunt: cujus rei vivum in terminis nostris exemplum, invenimus apud Christophorum Lehmannum in Chronico Spirensi *lib.* 5. *cap.* 84. *&* 124. ubi de ipso etiam Imperatore, hujusque officiarijs loquitur, & dixi pauca, & mox parallela adducam, & alibi de hoc casu privilegij plura. 38 Restat † ut etiam mentem nunc aperiam, quid de superioribus istis ab utraque parte propositis objectionibus sentiam. Ubi statim Bartolus obcurrit, initio generaliter formans responsionem, mox limitationes addit, quas tamen subseqvuta non evincunt, aut eo per directum pertinent. Accipio tamen pro confesso, quod non solum Principis consensum requirat, sed alia etiam admittat, discrimen habeat rerum quarumdam, & deinde flumina discernat navigabilia ab alijs, apud Bocerum *d. c.* 2. *num.* 165. 166. Verum namque hoc esse, obiter antea memini, & ratio in promtu manifesta suadet, quod propter commercia & obventiones splendidas, Principibus magis intersit, liberum meatum navibus relinquere: videmus quoque quàm diligenter Jurisconsulti de eo per tot vicinos titulos in contrarium allatos caveant: adeo ut in ipsa ripa munienda illa etiam refectio sola toleranda sit, quæ navigio non est impedimento. *l. un.* §. 2. *D. de rip. mun. arg. tot. tit. D. ut in flum. publ. navig. lic. inf. quæstion.* 17. distinctio insuper ista manifeste huic legi subjiciatur: *in leg. sequenti* 2. *Digest. de flumin.* & ideo † de 39 utroque flumine diversum tribuatur interdictum, directum scilicet & utile, cum similibus à Gothofredo notatis, *ad d. l.* 1. *§. non autem* 12. *Digest. de flumin.* Denique omnes, quos in hac controversia adhibui, communiter hanc fluminum distinctionem & adhærentem juris diversi dispositionem adprobarunt: ut sic illorum adsertio tam facile infringi nequeat, multo minus plane subverti possit: in flumine scilicet publico navigabili aut tale faciente, non nisi ex Principis licentia vel ratihabitione haberi; in altero puta flumine non navigabili attamen publico, sola gentium authoritate molendinum licite posse ædificari. Unde Rolandus à Valle *Jurisconsultus celeberrimus*, post has *aut similes conclusiones tandem subnectit hujusmodi verba*: „Miror profecto de nonnullis Jurisconsultis, quos honoris sui gratia taceo, qui ausi fuerunt sine rubore,

„ bore, sensu, judicio & intellectu dicere, „ animam Bartoli damnatam fore, propter „ dictam suam decisionem, (scilicet molen- „ dinum licite construi posse ab unoquoque „ in flumine nonnavigabili, absque licentia „ etiam Principis, si non divertitur jus & cur- „ sus fluminis navigabilis,) *in l. quo minus. col.2. vers. idem in eo. D. de flumin.* commu- „ ni calculo receptam. Sed dicendum est, „ quod si præfati Doctores contrarium judi- „ carent, quod animæ ipsorum perpetuo in „ inferno cruciarentur. Caveant igitur non „ recedere à communibus sententijs, præci- „ pue quando sunt bene fundatæ; quoniam „ juxta Angelum nimium est ignorans, qui „ contra communem opinionem judicat, &c. Hæc Rolandus *d. consil. 97. numer. 11. vol. 3.* veluti in casu alio, cujus usus percipitur *inf. qu. 28.* Dynus Accursium arguit glossæ cujusdam diabolicæ, qua illum pejus dicere nil potuisse, refert Zasius *ad §. Serviana 7. numero trigesimo secundo, Institution. de action.*

Imo ipsum Dynum propter usum unius cautelæ ad inferos damnatum scribit ex visione quadam idem Angelus *in leg. hæc verba. C. de fals. caus.* referen. Gryphian. *d. tract. de insulis c. 23. num. 5. pag. 336.*

Cæterum facilius prius alterumque illud concederem; si non tam de jure Romano, quàm Germano ista intelligerent, quorum Principes præscribtione, consvetudine ac investitura nituntur; quod supra indicavi, & fassus id est Wesenbecius *dicto consilio 67. numer. 29.* Baldus Perusinus *d. verb. molendinum. numero 1. 2.* & ipse Bocerus *dicto cap. 2. num. 165.* vel etiam aliter de nostro Cæsare respectu cæterorum Principum, inferiorem dignitatem habentium, judicandum esse, & sic hujusmodi Germanorum horizonti minus apte convenire, ut in simili fere casu dicit Andreas Knichen *in repet. cap. 1. de jure territ. nu. 1152. 1299.* Sed propero ad cætera. Ubi salvo rectius sentientium judicio, integro etiam cujusque honore, solo veritatis amore ductus ea ulterius uberiusque proferam, quæ recte aut probabiliter obvia habui; pro clypeo adsumens istud Ciceronis effatum. Eam nostra Academia nobis concessit facultatem, & licentiam quidem magnam, ut quodcunque maxime probabile obcurrat, id nostro jure liceat defendere. *lib. 3. offic.*

Ex hactenus ergo prolatis clarum evadit, argumentum primum, secundum & tertium non semper procedere: sed contrarium potius obtinere, si ædificium hujusmodi farinarium non fuerit magno nocumento, aut in flumine quidem publico, (uti mox de diverticulo dicam, & locus in patenti sive spacioso flumine vix illud incommodum sentit) exstructum deprehendatur; sed non in fluminis medio vel navigabili, ubi potius à multis quàm ab uno atque altero molendino seu exigua mole navigatio vel statio, (*i. e.* locus in quo naves tuto stant, *d. l. 1. §. 13. D. de flumin.* ex maxima vel toto parte impeditur. Quod si enim de unica mola ædificanda ejusque jure loqueremur, in loco in quo nulla alia aderat? Ac vix damnum adferre poterat? An statim ex invalida ratione, & ab uno ad plura leges trahendæ? Auget dubium, quod eo veteres respexisse visi sint, nec adhuc satis constare, quid † proprie Dd. velint per 40 damnum, quod alicui in flumine publico infertur, ut alibi monstro. Posito etiam, quod de levissimo obstaculo leges sint intelligendæ: attamen locum habebit tunc interpretatio in solo flumine navigabili; quod innuunt *d. l. 1. §. non autē 12. §. ait prætor 14. §. deterior 15. Digest. de flumin. juncta*

leg. 2 §. *deteriorem* 32. *Digest. ne quid in lo. publ.* Secus in alijs: adeo ut prius illud interdictum, ad flumina navigabilia tantum pertinere, expresse testetur Franciscus Duarenus *ad dictum titulum, Digest. de flumin.* & Glossam id de usu publico navigandi tantum intelligere, testatur Bartolus *ad leg.* 2. *post princip. Digest. dict. titul.* indeque flumen licet sit perenne, non vero navigabile, nec aliud navigabile efficiat, quod in eo non procedat textus & titulus, *feud. quæ sint regal. argumentatur* Vincent. de Franchis *d. decis.* 183. *num.* 10. *&* 11. Imo si nihil à quoquam in flumine publico fieri posset, ut Ulpiani verba rotunda adducuntur: sequeretur, quod nec cum venia Principis id peragi debeat, multo minus si damnum vel injuria ex concessione ista occupantibus vel adcolentibus, contra gentium jus oriretur: maxime cum nec prohibere possit, ne in diverticulo mola ædificetur; quod fluminis publici est, & non navigabile, per tradita ab optimo Zasio *ad leg. si quisquam. Digest. divers. & tem. præscribt.* cum qua videtur expugnare *leg. præscribtio. Digest. de usucap.* quas multis logis ad concordiam redigere tentat Nicolaus Passaræ Genoa Patavinus *in conciliation. legum contrariarum. pag.* 591. *cum sequentibus.* Quid etiam adversarij dicerent, si per molam istam privatam † tam subditi, quam Principes commodum acciperent; quod fieri potest, si vicini eò convolent, ad frumentum macinandum, vel molæ dominus Principi sua sponte annuam pensionem obferat? Confer Zasium *ad leg si à creditore.* §. *deinde ait. num.* 6. *D. de dam. inf. tom.* 3. *oper. pag.* 60. & idem Cameræ Imperialis præjudicium à me antea laudatum, infraque in lucem productum. *quæst. ultim.* Quidquid sit, ex illorum argumentatione hoc potius construerem, plus esse in conclusione, quàm in præmissis probatum fuit. Vel etiam robur objectionis intentatæ manere, si antea Dn. Bocerus non hoc repudiasset quorumdam axioma: flumina ista sive universaliter sive particulariter considerentur, non solum jurisdictionis (quæ proprietatem non infert, teste Adamo Kellero *lib.* 2. *de offic. jurid. polit. c.* 15. *pag.* 449. 450. simul ac dominium cum jurisdictione confundere, puerile vocat argumentum cum Alciato Gryph. *d. tr. de insul. c.* 20. *num.* 76.) respectu; verum dominio ac proprietate eorum esse, qui summæ rerum præsident, aut per quorum ditiones fluunt, quive in locis illis, per quæ currunt, regalia habent *sup. alleg. num.* 15. Negatis ergo seu sublatis causis, tolluntur quoq; effectus prohibitionis & argumentationis. Accedit, quod etiamsi Imperator de his disponere possit, per hactenus adducta: attamen id modum accepisse à legibus civilibus ac Imperij constitutionibus (ut loqvuntur) fundamentalib⁹, quo minus pro absolutissimo principatu & libitu aliquid decernat, fateri vel inviti coguntur. Præterea in tertio argumento, præter cæteras considerationes, alia est ratio vel diversa, à qua male infertur tam grande populis ac subditis quibuslibet præjudicium. Cum enim † riparum proprietas cujusque fluminis etiam publici ad dominos, adjacentia prædia possidentes pertineat. *l. riparum* 5. *D. de rer. divis. inf. quæst.* 17. *n.* 12. 17. 19. 20. 23. apertum fit, secus esse in eo, qui tantum ab utraque parte domos, ratione occupationis & usus publici, prætereaque nihil habet. Id enim quod ibi ædificavit, ipsius est. *l. quamvis* 50. *D. de acq. rer. domin.* non aliud, nec dominium ejus loci habet, nec in perpetuum sibi accquirere potest, sed tantummodo, quamdiu structura manet. *l. quod*

quod in littore 14. *D. de acqu. rer. domin. l. in tantum* 6. *in pr. ubi* Duarenus *D. de rer. divis.* Nam diruto ædificio, locus pristinæ libertati restituitur: sicque ex publico privatus facere nequit privatum; sed potius contra, quod tale fuit ad communes usus recurrere debet. *l. diligenter. C. de aquæd. lib.* 11. *juncta l. ult. D. de servit. præd. rust.* Hinc dicitur à Scævola in objecta *l. fin. D. de flumin.* illum qui in utraque ripa fluminis publici domus habet, pontem privati juris sibi facere non posse. Cum quo congruit, quod alibi Ulpianus meminit, se scivisse tractatum, an permittendum sit, specus & pontem per viam publicam facere, & plerosque probasse, interdicto eum teneri, quod viam deteriorem facere vellet. *l.* 1. *§. scio* 33. *D. ne quid in loc. publ.* De qua permissione clarius hoc modo: Ei, qui pontem viæ minuendæ causa vult facere, concedendum hoc esse; illamque veram prædicat sententiam, si modo sine hoc commeari aliàs non potuisset. *l.* 3. §. *apud* 16. *D. de itin. actuque priv.* Quæ omnia ab eo fontem ducunt, quod usus publicus in statione, navigatione & itinere cum similibus impediri, vel plane tolli minime debeat, per jura vulgata: ex sic parum roboris accipiat illorum intentio; ut taceam, diversum quoque in littore ac ripa esse, *inf. quæst.* 17. Nec à ponte ad molendinum justa constansque semper est illatio: nî ejusdem (*ut loqvuntur*) inportantiæ esse vellent, pontem erigere & molam: vel eo modo à majori ad minus, vel contra ratiocinari cuperent; quod in coordinatis, in disparatis autem non succedere, idque notandum esse, monent logicorum canones: Inter molendina potius & pontones instituerent comparationem, veluti *in q.* 8. *numer.* 32. quamvis Paulus de flumine, quod pontem antea habuit, & diversum de pontonibus certo respectu dicat *in alleg. l. fin. D. de servit. rust. præd. junct. l.* 17. §. 2. *D. de acq. plu.* Pons sane non modo impedit, sed plane tollit navium vehicula, contra apertissimam prohibentium legum voluntatem: & pro usu proprio, tam longam super fluminis totius (puta publici & navigabilis) latitudinem extensam molem exstruere, privato cuidam, ex probabili causa & publicâ interveniente utilitate (ob quam hujusmodi interdicta excogitata esse, passim narrant Jurisperiti) denegandum plane existimo. Adeo ut de ipso Principe quærant, an novos pontes exstruere jure possit? De quo vide Glossam Landr. *art.* 11. *col.* 11. Lehenr. *cap.* 11. *numer.* 10. confer quæ protuli *dict. quæstion.* 10. Roland. à Valle *consil.* 97. *numero* 7. *circa fin. vol.* 3. Cæpolla *cap.* 70. *numero* 2. & 3. *libr.* 1. Privatus autem † non solum commercia redderet rariora per hanc structuram, sed & vectigalia publica auferret. Quos tamen reditus recte continuoque præstari, Reipublicæ inprimis interest, cum juxta Ciceronem sint ornamenta pacis, subsidia belli, nervi Reipublicæ *in Orat. pro L. Manil.* & ideo publicanis quandoque ob favorem vectigalis, utile interdictum datur *ex l.* 1. *§.* 7. *D. ut in flum. publ. navig. lic.*

Hinc etiam cum Nero Romanorum Cæsar crebris flagitationibus populi, inmodestiam publicanorum arguentis, commotus cuncta vectigalia abolere vellet; ea potissimum ratione, Senatus hunc ipsius inpetum continuit, quod fructibus Reipublicæ deminutis, dissolutio Imperij seqvutura esset, & futurum, ut omnes tributorum abolitio expostularetur, de quo Tacitus *lib.* 13. *annal.* Tale autem in unius molæ, particu-

Iam fluminis occupantis, ædificatione non est metuendum: de qua contrariæ sententiæ autores id negare non debuissent, sed de pluribus aut spatiosis ædificijs, quæ fluminis superficiem replerent, nec ad alium usum eo uti Princeps posset, quàm solo reditu ex molendinis; quamvis & is fructuosus & ipsæ molæ subditis ingentem præbeant ad victum, & alia vitæ necessaria commoditatem, pro illarum diversis generibus à me exhibitis, *quæst.* 5. *&* 6. Unde 44 quærere licet, qua ratione † leges contra molarum aquaticarum ædificationem inducere directo possint: cum eorum sola mentio non in Digestis, sed in Codice demum reperiatur: *sup. quæst.* 2. *n.* 73. *&* 74. Procopius insuper sit autor (quem Blondus sequitur) Bellisarium Justiniani Imp. Ducem, in urbe Roma à Gothis obsessum invenisse viam ac rationem, ut molæ aqua agitatæ frumentum frangerent. Et ideo harum molarum usus an veteribus Romanis cognitus fuerit, nonulli dubitant. Quomodo igitur (si rigorose inquirere vellem) in specie leges ad illas essent trahendæ, quæ nondum repertæ aut diutissime intermissæ, & postea saluberrimo consilio primum repetitæ, quæ Pancirolli ac Salmuthi conjectura est *lib.* 2. *nov. repert. tit.* 22. Ex quo discimus, nec ipsos Romanos talem fluminum ac molarum usum inprobasse, aut præ inlicito proscribsisse: sed juxta Procopium tales in ipso Tiberi paratas fuisse; quia, inquit, in angustum ibi primo aquarum ingens vis cogitur, ac per canalem mox in præceps acta, violentius defertur ac ruit. Quod negativæ sententiæ vinculum dissolvit: sive de molis ad publicum usum sciente Senatu & Principe, sive ad privatum destinatus hoc intellexeris; prout aliam quoque aquam esse ex publico flumine ab aliquo derivatam, aliam ad publicam urbis utilitatem in castellis adservatam infra dico, *num.* 53. adeo ut Lucam de Penna invehere alicubi contra permissiones molendinorum constructorum in civitate Neapoli, ex fonte, summis laboribus & necessitate parato, pro sustentatione vitæ humanæ & florentis populi, testetur Vincent. de Franchis *d. decis.* 183. *num.* 5. Quo nomine videntur Romani collem Janiculi muro circumduxisse, hostibus ad molas adsultus ne pateret, referente Cælio Rhodigino *lib.* 9. *antiq. lect. cap.* 16.

Postremo de licentia ista exstruendi molendina loquitur Wido Imperator Augustus, in constitutione sua de jure Principum in Civitates à Cæsare in feudum acceptas, hisce verbis: Item ut ubicumque „ vias, pontes, portas in suis terris habuerint, „ loco nostrum liberam exigendi debitum „ ex eis vectigal habeant potestatem; & ut „ liceat eas fossas fodere, molendina con- „ struere, portas exigere, & ultra mille pas- „ sus in circuitu munire ad salutem Sanctæ „ Ecclesiæ & Reipublicæ, & aquam aperire „ & claudere: atque cum omnibus suis re- „ bus, & ad eas pertinentibus, quin etiam „ sub defensione vitam traducere. Datum „ Lignaci X. Kalend. Decemb. Anno Im- „ perij nostri primo, apud ampliss. Dn. Gol- „ dastum *tom.* 3. *constitut. Imperial. pag.* 295. „ Ad quartum porro argumentum licet ex præmissis responderi possit: attamen † hoc 45 solum aut potissimum de fluminibus navigabilibus est exaudiendum, & peculiare quasi in isto interdicto, quod de derivationibus aquæ minus concessis loquitur, ut flumina exarescant, (*quæ verior lectio est arg. d. l.* 1. §. *non autem.* 12. *vers. sed Labeo. D. de flumin.*) vel mutatus alveus, aut vicinis, imo cunctis injuriam gravem eo

modo

modo adferant. *d. l. 1. §. 1. D. de quid. in flu. publ.* nam alio, qua ratione possent? Propter argumenta ab adfirmativæ sententiæ propugnatoribus prolata, *numero* 24. cum nemini faciat injuriam, qui tam jure suo, quam civili & gentium utitur: & vocum significationes pro subjecta materia veniant intelligendæ. Unde de tali damno illato dici posset, edictum hoc ad omnia flumina publica pertinere, sive navigabilia, sive non sint; & ideo quoque non omnem, qui aliquid inmisit vel fecit teneri, sed eum, qui tali actu effecit, aliter quàm priore æstate fluxit, aquam publicam fluere. *d. l. 1. §. 2. §. 3. D. ne quid in flu. publ.* Movet me tamen de navigatione titulus peculiaris, qui subnectitur: & quod ibi generaliter id dictum sit, sicque suas admittat restrictiones seu exceptiones, ut firmiter inde per omnia concludere non queamus; denique ibidem Ulpianus notanter extendendo declaret, hoc non ad quantitatem aqua fluentis, sed ad modum pertinere; quod in flumine amplo per molæ unius alteriusve, separato loco vel ad ripam & non in medio exstructionem, tam copiæ aquarum, quàm modi damni ratione vix sentimus, uti dictum. Imo nimis lata quoque alias est illorum illatio, dum ex eo statim inferunt, per talem structuram aquæ rigorem, modum & cursum plane penitusque mutari: cum potius unum in magno flumine pro nullo esset habendum, in totum tamen non deneganda exstruendi facultas. Pleraque etiam obposita de toto flumine averso vel corrupto cum ijs, quæ circa illud versantur, dicerem interpretanda. Alterum enim si negarem, quo abirent dissentientes suis explicationibus? cum Pars fluminis majoris non illico impediat totum; sed talia in minoribus potius observemus, per aquæ labsum & restagnationem, german. durch Auffschützung deß Wassers/ variantibus. Et ideo Zasius exclamat: Habetis mirabilem doctrinam, quod † alia ratio est totius, alia partis. In homogeneis quælibet pars est totum, & tamen alia est ratio diverticuli, *h. e.* anguli, alia fluminis publici. *ad d. l. si quisquam. num. 1. 2. 3. D. de divers. præf.* Sicuti alia fluminis, quod est navigabile, & quod non est, ut sæpius dixi. Quomodo etiam axioma illud obtinere ait, si par totius ac partis utrobique fuerit ratio, Gœddæus *ad l. 25. num. 23. de V. S.* In hac vero specie quod dispar sit, quis non cognoscit? Et insuper quia modicum non curat Prætor, multo minus id facere Imperator debet. Theod. Reinckiug. *tract. de regim. secul. lib. 1. cla. 3. cap. 10. num. 3.* Vincent. de Franchis. *in terminis d. decis. 183. num. 8.* cujus ad sensum alias requirunt in majoris momenti rebus quàm hisce, in subditorum cæterorum ac vicinorum commodum redundantibus; Inprimis minori careret gravamine, cum ex æquabili molarum fluminibus innatantium rotatu, ex alto aquæ non delabantur, nec in margine eorum ripis adhærentium fluxu decedat universis lucrum, qui in medio fluminis capacissimi navigant, aut in altera ejus parte habitant. Et eam ob causam dicitur à sæpius laudato Ulpiano: in flumine publico factum debere nos accipere, quidquid in aqua fiat. Nam si quid extra factum sit, non est in flumine publico factum; & quod in ripa fiat, (quem aquæ decursum tamen dissentientes libenter dicerent fieri contra leges superiores, *dict. numero 23.*) non videtur in flumine factum. Non autem omne, quod in flumine ripave fit, coercet Prætor (quod velim conciliant cum licen-

licentia Principis Romani, an eadem utriusque sit vel fuerit in fluminibus majoribus potestas) sed si quid fiat, quo deterior statio & navigatio fiat: ideoque etiam directum interdictum competere; utile quidem de flumine quoque non-navigabili ex Labeonis æqua extensione; attamen non temere, nec semper, sed (unde etiam hæc de magno aliquo opere exaudit Dn. Gryphiander *d. tractat. de insul. cap.* 20. *numer.* 5. & 46. nec modicum damnum attenditur, ut idem ex Mindano refert *cap.* 28. *numer.* 54.) si ita factum sit, ut exarescat, vel aquæ cursus abducatur aut prorsus impediatur. *d. l.* 1. *§.* 11. *§.* 12. *D. de flumin.* Rolandus à Valle *consil.* 97. *num.* 7. *in princ. vol.* 3. Melch. Kling. *ad §. flumina. num.* 12. *in fi. Inst. de rer. divis.*

47 Superest nunc † adfirmativa sententia, cujus fundamenta breviter percensebimus, quoniam in prioribus facem prætuli. Ubi non moveor Rosenthalij adseveratione, illam à fortiori deductam esse & communem: cum tamen hoc capite infringatur, & de ea vix ipsimet constat, quæ ex multarum numero præcipue communis sit, ut ex dictæ conclusionis glossis aperte adparet. Advenit, quod nondum satis expeditum sit, quænam maxime pro tali habenda; id quod fuse examinant Nevizanius *in sylv. nubt.* Zasius *ad. tit. de orig. jur.* Phedericus *tr. de interp. leg.* Heron. Zevallos *in præfat. specul. commun. opin.* Tuschus *in concluf. pract. & complures alij*: adeo ut nonnulli

48 † Communes opiniones contra communes confixerint, qua de re hic pluribus agere animus non est, uti nec commoda occasio. Plerique tamen eò inclinant; illam esse sequendam, quæ antiqua, vel huic proxime accedit; quæ consvetudine conprobatur, quæ efficatioribus rationibus confirmatur, congrua legum inductione constat, cum jure naturali ac gentium congruit; quæ benigna ac favorabilis, cum similibus. Quibus delibatis parum aberit, quin hæc sententia absolute sine circumstantijs lata corruat. Atque ideo cum Zasio iterum ingeminare libet. Hæc est communis solutio totius orbis, usque adeo recepta, ut in lectionibus ac consilijs suis Doctores eam quotidie allegent. Domini, si licet ponere os in cœlum, *id est*, sentire contra tam communes opiniones, tunc ista solutio nihil valet, ut dixit in simili *ad l. dotis causa. numer.* 30. *D. solut. matrim.*

49 Propius tamen † ad rem accedendo, adsumo paucis, quæ ibi rationum loco opponebant. Fundamentum illorum generale, universaliter quoque de omnibus fluminibus accipiendum esset, quod talem restrictionem non facit, quam illi quæstioni inserunt. Ergo non erit directum contra thesin vel hypothesin: sed ita temperatum, prout antea declaravi. Deinde Dn. Bocerus respondet, eatenus fluminis publici usum jure gentium esse communem: quatenus sine injuria cujusque, & maxime sine incommodo publico uti hoc flumine deceat: ita etiam sine Principis permissu licere cuilibet molam ibi ædificare, ac aquam ex publico ducere. *d. nu.* 166. *per l. fluminum* 24. *in princ. D. de dam. inf. l.* 2. *vers. sed etsi. l. ult. D. de flumin. l.* 2. *§. merito* 10. §. *si quis nomine* 17. *vers. si tamen obstet. l. littora.* 3. *l.* 4. *D. ne quid in loc. pub. adde l.* 17. *D. de servit. rust. præd.* ubi tamen notandum, cessare causam, si tale damnum in diverticulo vel flumine non navigabili evidenter demonstrari nequiverit, quod jam pluribus exposui. Adeo ut Niellius dicat: ut aquam ex flumine

mine

mine publico navigabili vel per viam publicam ducere liceat, plerumque requiri Principis concessionem; ut scilicet is cognoscat, an sine incommodo usus publici duci possit. Si manifestum sit, id fieri posse, hanc concessionem non desiderabimus. *d. disp. feud.* 11. *th.* 4. *lit. C. juncta l.* 2. §. *adver.* 8. *D. ne quid in lo. pu. l. si quando* 16. *C. de op. pu. l. opus no.* 3. *D. eo. ti. li.* 11. *sup. n.* 41. Treut. *vol.* 2. *disp.* 20. *th.* 1. *lit. g.* Rol. à Val. *cons.* 97. *num.* 7. *in pr. vol.* 3. Stephanus Bertrandus imo infert, quod præoccupatio loci, in quo factum est molendinum, & aquæ fluminum prædictorum, etiamsi non fuerit facta auctoritate vel ex Principis concessione, tamen fuerit & sit licita, *consil.* 296. *num.* 1. 2. *&* 3. *part.* 1. *vol.* 2. Sic quoque non obesse tradit Dn. Gryphian. *d. tract. de insulis c.* 20. *n.* 5. 51. *cum seqq.* Si quandoque consensus superioris non impetratus, neq; ædificium destructum intelligatur: quia illud à magistratu conniventibus oculis quodam̃odo dimissum; hoc singulari aliaq; ratione constitutum, ne civitas ruinis ædificiorum deformaretur, *sup. quæst.* 14. *num.* 22.

Sed & tradit Cardinalis Parisius: statuto requirente licentiam superioris in constructione novi molendini, satisfactum esse, si quis solummodo hanc licentiam petat, licet eam non obtineat, *consil.* 114. *num.* 28. *lib.* 1. quod tamen indistincte verum non esse, censet Schraderus *ad* §. 8. *nu.* 28. 29. 30. 31. 32. *cum aliquot seqq. Instit. de rer. divis.* Tentandum quoque an obtinere queam; ut ipse usus distinguatur, quem à jure gentium concessum dicunt. De flumine nonnavigabili antea loqvuti sunt *num.* 39. *post*
50 *princ.* ego insuper † hunc usum non de quolibet intelligerem, nec semper de actu tali qui sine re mobili aut inmobili continue constare nequit: sed de usu, qui in facultate potius consistit, ut est piscari, navigare, &c. Structuram vero nocivam (quam respicit *d. l. fluminum* 24. *in princ. D. de damn. inf. cum simil.*) flumini publico, & quidem navigabili, non sine causa vel venia Principis speciali inponi debere, cujus providere est, ne quid commodo aut utilitati publicæ decedat, quæ suprema lex est, & apud omnes gentes mos receptus, quæ fluminum curam ad Principis summi fidem & reservata jurisdictionalia referunt; quod ubi de regalijs tracto, aliunde monstro. In locis vero publicis seu terris facilius quam in aquis permitti posset, & ratio differentiæ adduci. Unde factum arbitror, quod in Pandectis distinctos titulos ac interdicta habeamus, videlicet *titul. de locis & itin. public. titul. ne quid in lo. publ. tit. ne quid in flu. publ. tit. ut in flum. publ. navig. lic. cum simil.*

Aliud vero est, priori modo simpliciter uti re, aliud cum mole quadam & duplici usu: structuræ scilicet factæ, & aquæ simul, utroque damnum in hujusmodi fluminibus adferendo. Duo autem tam promte concedi non solent, & ideo specialiter quoque in aquæductu Principis licentiam requiri, quia rarissime possit esse sine usûs publici incommodo, inquit post alios Hugo Donellus *lib.* 4. *comment. ju. civil. c.* 3. *in fin.* Et inde flumine uti licet omnibus, non autem abuti, aliumque fructum quærere, quam fert ipsius natura, dicente Conano *d. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 4. *in fi.*

Nec officit, adfirmantium objectiuncula. Nam non perpetuo procedit illatio, à toto flumine ad aquam, per canales sine violento motu, pedetentim deducendam. Selento motu, pedetentim deducendam. Secus etiam esse vident, si flumen sit navigabile, aut ex eo aliud navigabile fiat; vel si Imperator aut Senatus ex justa causa vetet, quod

quod etiam de Prætore ac Præside supra dicitur, neve in usu publico ea aqua existat, quas exceptiones voce NISI aperte conjunxit Pomponi⁹ *in d.l.2.D.de flumin.* Breviter, si alteri damnum vel injuria manifesta inferatur; quod fieri non debere, multo magis si in eo detrimentum publicum versetur, omnes leges volunt. Mirum similiter mihi videtur, reliquis privatis hominibus hoc jus seu maris fluminisque usum promiscue velle concedere, quem nec ipsi Principi Romano indistinctim tributum fuisse, ex præmissis noverunt: & cum aliàs 51 † regulariter privato non debeat licere, quod magistratui non licet, Tuschus *tom.6. pract.conclus.721.lit.P.* non obstante limitatione, multos dari casus, in quibus sine absurdo plus possit privatus, quàm magistratus; quod Alexandrum probare exemplis dicit *in consil.164.in fin.nu.13.vers.non obstat lib.7.* & fiscum in multis esse deterioris conditionis, quam privatum, *tomo tertio, practicarum conclusionum.399.400.*

Deinde faciem hodierni Imperij mutatam, & nunc ob caūsas hanc facultatem subditis adimi commodius posse, repetimus ex *quæst.7.9.& 10.* Nisi quis hoc de molis in terra ædificatis intellexerit, ubi pariter sine discrimine id fieri non debere, probatum ivi; Diversam rationem in fluminibus esse, in quibus prævijs certis observationibus talia permitti non debeant. Nisi etiam quis forte dixerit, quoad usum minus nocivum flumina omnibus patere; & eo modo quoque de gentium jure hoc Principi, & non aliter licitum simul esse: sin vero damnum suboriretur, contra leges eum agere; cum tamen ex cujusque populi concessione (communi placito & ratione dictante translata) ad ipsius curam spectet, jurisdictionem suam exserere, protegere flumina publica & præsertim navigabilia, quo minus incommodum incolæ experiantur, per hactenus demonstratas adsertiones. Et ideo antiquitus hanc sollicitudinem non soli Principi adsignatam legimus: sed ob communem Reipublicæ salutem quoque Senatui, Præsidi ac Prætori, ut monui *sup. num. 28.38.* adde Rosenthal. *d. cap.5. conclus. 28. num.1.* Sicque † ad 52 regalia posse referri flumina, & certo respectu non posse; nisi jura scribta ab hodierni ævi moribus distinxerint, & de majoris momenti causa lis fuerit, puta de navigatione prohibenda, vectigalibus inponendis, pontibus exstruendis, inque piratis publicis persequendis, & similibus. Prius autem adtribui posse, falsi simile non est, Principi etiam inferiori, Comiti, Baroni, Civitati vel Magistratui, per cujus ditionem & quousque fluit aqua, dispicere quo minus ibi damnum vel periculum Reipublicæ adcrescat. Redeo ad † aquæductum: 53 qui uti aqua ipsa ab invicem distinguendus est. Recte enim dicunt: quo minus ex publico flumine deducatur aqua, nihil impedire. Sed non sine exceptione illud habemus in obposita *l. 2. D. de flumin.* uti nondum exinde sequitur, quod in casibus certis exclusus esse debeat Principis aut Senatus consensus: sed potius tunc nihil impedire, quando per hunc ductum abest damnum, & flumen non navigabile existit, cum similibus. Deinde cum de diverticulo supra actum sit, aliud etiam est ex flumine publico ad suum usum aquam ducere, aliud vero aquam publicam *idest* ad publicum usum conparatam & adservatā, eamq; canalibus ac fistulis in urbem ex varijs locis ductam, derivare: illud licitū, hoc non, nî Magistratus licentia adcesserit, quæ differentia manifesta est *ex d. l.17. D. de serv. rustic.* prad.

præd. l. 1. §. ait prætor 18. cum 4. seqq. D. de aqua quotidi. l. si autem 10. D. de aq. pluv. arcen. sup. num. 24. Cujacio *lib. 3. observ. 28.* Thom. Dempstero *paralip. ad Rosinum lib. 1. antiq. Roman. cap. 14.* inprimis Duareno *ad tit. C. de aquæductu cap. 3. per tot. & lib. 1. disput. anniversf. cap. 52.* ubi in fine miratur Accursii in hac re socordiam, quod hãc distinctionẽ non animadverterit. Vidit tamẽ eam in casu simili Bartolus, dum distinguit inter locum publicum, qui in usu publico est, & non est; in quo idem obtinere dicit, quod in privato *ad d. l. si finita 15. §. deinde ait prætor n. 3. D. de damn. inf. junctis quæ dicit in l. quo minus 2. post princ. D. de flumin.* Usque adeo ut si dominus in fundum suum ex publico isto, aquæductu, sine permissu Principis aquam derivasset, ex constitutione Theodosii fundus fisco aggregaretur *l. 2. C. de aquæd.* ex constitutione vero Anastasii denarium librarum auri condemnatione aliaque gravissima indignatione feriretur. *l. ult. C. eod.* Qua ratione igitur aqua ducta fuerit, addocent laudati, & ego alibi forte per occasionem attingam: Principem quoque hanc facultatem quandoq; concessisse *ex num. 26.* & aliunde adparet: cumque interdum ex rationabili causa de jure tam naturæ quam gentium disponere posse, Bartolus, Jason, Zasius, Tapia, Benincasius, & Doctores communiter manifestant *ad tit. D. de constit. Princip.* quod congruit cum isto, jus civile esse, quod in totum non servit, neque penitus recedit à naturæ ac gentium legibus *l. 6. de I. & I.* Quid multis? adfirmativa opinio plurimis indiget explicationibus; neque etiam adeo firmis, ceu negativa, nititur fundamentis: nedum quod ex asse hodierno imperii Theutonici statui adaptari possit. Enumeratis tamen causis in totum vel potissima ex parte deficientibus, vim ita quoq; amittere argumenta in contrarium adducta, credibile est. Principem pariter concedendi ac prohibendi potestatem salvam retinere; sed cum moderamine, & non semper sine discrimine: nec amplius obstare, quo minus dicam, molendinũ præscripta forma in flumine publico regulariter, recte, liciteque fieri vel factum esse, diversumq; elici juxta objectas leges in aqua ducenda & molendino exstruendo.

Eo perspicacius etiã † responderi potest 54 ad ea, quæ nunc sum propositurus. Hisce enim absolutis, indagatio ulterius institui solet, de loco ipso fluminis, superiore & inferiore: an videlicet quis licite jureq; molã exstruere possit, cum alius in parte alterutra quamdam habet? cum in flumine publico tantum habeam ad obtinendum, quantũ tu ad prohibendũ, inquit Andreas *in c. 1. verb. flumina n. 5. quæ sint regal.* referente Paulo Fusco *singul. 34. lit. M pag. 256. per l. 1. §. & tam. 2. D. ne quid in lo. publ.* Quamvis autem resolutio à præcedentibus in eo dependeat, quod generaliter ac regulariter in flumine exstrui possit: attamen specialia quædam hic adtentenda, quæ rem clariorẽ reddunt. Quid alii senserint, ad concordiam potius reducam, quam ut operose singula refutem: uti nec frustra † quæri judicent de loco. Is 55 enim in quamplurimis observatur controversiis, ut incidenter videre est apud Claudium Prateum *lib. 3. regul. ju. titul. 4.* & ex iis, quæ produxi *quæst. 14. n. 7.* Hieron. de Monte *d. tr. fin. regund. passim.* Deinde † flu- 56 men quod attinet, postquam de navigabili id passim negavi, aut verius certis cancellis circumscribi, licitum in illo esse sine vel cum Principis venia structuram habere: malui communem divisionem & faciliorem, ut tale quid concedatur aut conficiatur, retinere; licet nec id careat sua restri-

ctione, uti antea manifestavi. Vota enim eo inclinãt, licitum esse in flumine ædificare molam: sed illud vel publicum esse vel privatum. De utroque litigant Doctores, etiamsi de isto vehementius. Et ut referunt omnes, sabbathina & magistralis (ut loquuntur, lege Ern. Cothman. *volum. 1. consil. 46. num. 45.*) quæstio olim fuit, publiceque Bononiæ per Franciscum Accursium disputata: illamque prolixam esse materiam, eleganter per Bartolum, diffuse per Jasonem (quem alibi quoque, nempe *consil. 98. vol. 1.* omnino legendum monet Cardinal. Albanus *in lucrub. ad Bart. d. l. quo minus num. 1. D. de flumin.*) tractatam, testatur Zasius *ad l. prætor ait §. si initium. num. 5. D. de edend.* qui ibidem perhibet, habentem in superiore fluminis parte molendinum, non posse vel septis vel aggeribus restagnare aquam, vel coercere, ne fluat ad molendinum inferius; idq; verum esse, si flumen fuerit publicum. Secus in fluminibus privatis, quæ interpretatur (*quamvis adhuc sub judice lis sit sup. num. 11. 12.*) esse non-navigabilia; cum possint nominari privata consuetudine, licet jure aliter. In his ergo superiorem molitorem posse cohibere aquam, ne in inferiorem molã fluat, adsensu Domini, cujus est jurisdictio in eo flumine; idq; cardinem veritatis habere, cæterisq; paribus notatu dignum esse *add. §. si initium n. 4. & 5.* Inde post allatam Andreæ (cujus magnam esse authoritatem dicit Freccia *de subfeud. lib. 2. tit. de pot.* Bart. *n. 5. ref. eod. Fusco sing. 51. lit. C. pag. 74.*) regulam dicitur; quod is, qui in fluminis publici diverticulo jus piscandi licite aquisivit, alterum eodem jure prohibere possit; quod eumdem Zasium alibi explicare memini, & videatur Bocerus *d. cap. 2. num. 167.* Ex quo colligimus [illegible] leges ibi recensitas de præscriptione seu usucapione longa loqui, per quam hoc jus acquirimus: illicque pertinere dicit Duarenus *ad d. tit. de rer. divis. ac. 1. divis. 2.* & illustrat *in c. 3. tit. D. de usurp. & usuc.* postque illum Mejerus *ad tit. D. de acq. rer. domin. th. 21. num. 7.* Tuschus *d. tom. 3. pract. concl. 406. n. 3.* Genoa *d. concil. leg. cont. pag. 591. cum seqq.* Paul. Busius *ad l. 6. D. de rer. divis. l. præscribtio 45. D. de usuca. juncta l. si quisquam, ubi idem post* Zasium *D. de div. & temp. præs.* inprimis Hugo Grotius *d. tr. de mari libero c. 7. & 11. per tot.* Argentræus *ad consuet. Britan. tit. 14. art. 266. c. de præscribt. locor. publ. pag. 115. cum seqq.* Hanc enim in molarum quoque constructione locum invenire, probabile est: & ideo in jure Saxonico formata quæstio exstat, Ob einer eine Mühle bauen möge / auff einen Wasser / da vor alters keine gestanden / einer andern zu Schaden / die vor lang da gewesen ist / Lehenr. *c. 11. in gl. num. 5. 9. 10.* ubi sub ficta Rolandi & Gaii persona casum vide, & consule Justum Mejerum *in d. colleg. Argent. ad tit. D. ne quid in flu. publ. th. 7. per tot.* maxime Tuschum Cardinalem *tom. 5. concl. pract. 304. lit. M. per tot.* Damnum enim observãt Jurisconsulti, flumen ipsum & Principis consensum. De primo requisito antea disputavi: de altero similiter; cujus gratia † communiter Doctores distinguunt, ut quis molam exstruere, vel post ædificationem alium prohibere possit. Nimirum, ceu innui, flumen illud super quo exstruitur, est, privatum aut publicum. Quando privatum est alterutrius partis, tunc alter si voluerit sibi principaliter commodum adferre seu prodesse novæ istius molæ structura, poterit id ipsum libere in suo facere, absque impedimento alterius partis, molendinum in inferiori vel superiori loco, vel eo etiam invito, per tradi-

57

ta

ta ab Henr. Bocero *d.c.2.tract.de regal. nu. 169.170 171.172.* & acutissimo Antonio Fabro *in C.suo lib.3.ti.24.definit.5.per to. Iup.q. 14 n.30.* Joh. Althusio quoq; *d.lib.1.dicæol. c.22.n.56.* Et eo inclinat Paulus, sententiam Labeonis his verbis amplectens: Eam veriorem esse, si modo non hoc animo fecit, ut ipsi noceat, sed ne sibi noceat. *l.in summa 2.§.idem 9.D.de acq.plu.arcen.juncta l.1.§. deniq; 23.eod.* in quo titulo sparsim de loco inferiore ac superiore agitur. Item privatū flumen à cæteris rebus privatis nō differre *l.1 § hoc interdictū 4.D.de flumin.* in quibus pro libitu ac arbitrio nostro (sano tamen intellectu) possumus aliquid peragere, uti actum. Ergo si vult cōstruere molā, ut principaliter noceat parti prædictæ, quæ prævenit in ædificando, hoc casu id facere non potest, nec ob id audiēdus est. Si vero flumē fuerit publicum, & alterutra pars habet in flumine molendinum licite (jure suo & modo, quem in præcedentibus late monstravi, vel cum licentia Principis, *per text. l. 1. §. idem ait 15. D. ne quid in lo. public.*) ædificatum, una tunc novum exstruere cupiens admittenda non est; imo altera potest adversarium suum in usu vel opere impedire, ne sibi auferatur ac diminuatur lucrum (puta naturale, quod est commodum aquæ publicæ, non concursus hominum ad molendum frumentum, quod facultatis est, non jurisdictionis vel præscribtionis Fuscus *d. singul. 34. &* Tuschus *tom. 6. conclus. pract. 537. num. 4.5. lit. P. in terminis d.tom.5. conclus.304. num. 2.7.16.* Schneidew. *mox citand. lo.num.13.* Gomes. *quoque mox cit.lo.num.12.* Scheplitz *in addit. ad prompt. ju. Clameri titul. 37. pagin. 968.*) ac emolumentum fluminis præoccupati, contra textus multoties inductos. Secus si inlicite molam ibi exstruxisset: tunc enim alterum prohibere nō potest, vel impedire, si aqua utrique sufficiat, secundum † Bocerum & Mejerum, [58] post veteres Accurs. Salycet. Alberic. Fulgos. Dyn. Old. Ray. Bart. Bald. *numer. 2.* Jas. *num. 21.* & Ripam *num. 23. 26. cum aliis seqq. in l. quo minus D. de flumin.* Gomesium *ad d. l. 46. Tauri num. 12. per tot.* Vinc. de Franchis *d. decis. 183. num. 9.* ubi indicant, hanc veram & communem esse opinionem; quam defendunt quoque *Glossa in d.l. si quis ex argentariis (al. incip. prætor ait.) §. si initium verb. rationis D. de edend.* Angelus de Perusio *ad d. l. 2. D. de flumin.* Sign. Homedeus *consil. 91. incip. factum sic se habet, per tot.* Baldus *in l. un. C. de sent. quæ pro eo quod int. 13. oppo. num. 58. in l. si manifeste, ubi & alii Dd C. de serv. juncto consil. 71. incip. casus talis est vol. 1. consil. 241. vol. 2. & consil. 107. incip. cogitavi vol. 3.* quem sequitur Jacob. Marchisellus *quæst. pract. 82. num. 9.* Barthol. Cæpolla Veronensis *de servit. rust. præd. cap. 4. num. 41. & 51.* Baldus Perusinus *d. tract. de statut. verb. molend. n. 1. cum 2.* idem Jason. Maynus *cons. 98. col. 2. in pri. vol. 1. & in d. l. prætor ait §. si initium num. 14. 15. D. de edend.* & allegans alios *in l. rescribta num. 5. De precib. Imp. offer.* Decius *consil. 373. nu. 3.* Ruinus *consil. 191. num. 3. vol. 1. & consil. 98. num. 12. volum. 4.* cum aliis relatis per eum, ac Curtius *sen. cons. 33. num. 2. cum seq.* Aymo Cravetta *cons. 684. num. 13. juncto cons. 123. num. 8. part. 1.* Afflictus *decis. 388.* Sigism. Loffredus *cons. 13.* quod adducit Paulus Fuscus *sing. 79. lit. A. pag. 24.* & quem doctissime consuluisse in eo dicit Franc. Vivius *lib. 2. sylvæ commun. opin. 510.* Nicol. Boerius *decis. 325. num. 4. & 5.* Papiensis *in sua pract. in form. libel. in act. confess. num. 7. & seq.* Gomesius

mesius *add. l. 46. Tauri num. 12. per tot.* Stephan. Bertrandus *consil. 279. n. 5. 6. & 7. vol. 3. part. 2.* Alexander & Castrensis, quos pene exscribsit Tuschus *d. tom. 5. conclus. pract. 304.* Andreas Gailius *d. lib. 2. obs. 69. n. 27.* Arisminus Tepacius *in compend. decis. tit. de aqua.* Henr. Rosenthal. *d. cap. 5. concl. 29. n. 5. cum glossa* Johan. Schneidewinus *ad d. §. flumina n. 12. Instit. de rer. divis. & ad §. summa autem n. 55. 56. Inst. de interdict.* obiter Christoph. Crusius (qui hoc modo etiã distinguit, hancque sententiam aliquando Scabinos Lipsenses in Judicando fuisse sequutos testatur) *cap. 4. lect. feud. pag. 19. 20.* cum aliis, videlicet Schurpffio, Wesenbecio 59 & Schneidewino, quos laudat ac sequitur † Henricus Bocerus quem cum Fabro omnino evolve. Ubi inter cętera sic infert: Quod si tam longe remoto loco novum molendinum ex Principis indulgentia ædificetur, ut per illud non avertatur aqua (illaque etiã utriq; sufficiat, ut antea dixi) à veteri molendino, nec ullum impedimentum creet cursui illius aquæ, tunc exstructio novæ per antiquæ molæ possessorem prohiberi non potest, *per d. l. fluminũ 24. in pr. D. de dam. infect. l. libertus negotiatoris 45. D. de op. libert. cum simil.* confer Philip. Decium *consil. 244. vol. 1. consil. 241. volum. 2. Modestin. Pistoris d. consil. 19. volum. 1.*

Ex quo nunc obiter nota, vix hæc in proximo vel medio loco obtinere jura, etiamsi antea sermo de superiore ac inferiore parte tantum conceptus fuerit. Ultimo caput hoc 60 claudo † sententia Cameræ Imperialis, quæ apud Christianum Barthium talis reperitur: Ferner ist der erkiesten Urtheil über die ander und dritte conventional Klag ꝛc. Daß beklagter Herr Abt/ in den actis angedeutẽ Vertrag nachgekommen/ und allweg von seiner Neugebauten Mühl am K. und D. gelegen/ das dritte Theil Wassers im alten Gang bleiben lassen/ oder deß Convenienten das interesse nach billichen Dingen zuerstatten und zubezahlen schuldig seyn: Aber die neue Mühl/ so gedachter Herr Abt oder der Erben Mühlstatt zu J. gebauet/ ohne derselben weitere Anred also bestehen und bleiben soll/ *die 26. Iunii Anno 1577. A. pag. 270.* Confer Ant. Gomesium *d. n. 12.* & Joach. Scheplitz *d. tit. 37. pag. 969.* ubi in eamdem sententiam se scire ait, responsum fuisse, à Dn. Jurisconsultis Acad. Witteberg. subsequenti forma: Auf eure andere Frage/ erachten wir den Acten und Zeugnüssen gemeß/ und Rechtens seyn/ dieweil daraus allenthalben so viel zubefinden/ daß die von eurem Bruder neue aufferbaute Mühle/ euren der untersten und vorigen Mühlen an ihrem Wassergang Verhinderung bringet/ und dadurch das Wasser mercklichen aufgehalten und entzogen wird: so ist auch gemeldter euer Bruder die neue Mühle abzubrechen und wegzuschaffen schuldig V. R. W. Quibus ita ad finem perductis, hisque circumstantiis probe, integre, sincereque (id quod necessum) consideratis, poterit quis majori cum fructu decisiones inde petere, adhibereque in casibus obvenientibus & quotidie ingruentibus. Tot enim tantaque opinionum divortia ideo procusa auguror, quod ad præsentem tractationem simpliciter respondendum esse duxerint; quod tamen sine multiplici inconvenientia fieri non potuerat nec debuerat, sed cõcurrentia alia ceu hypotheses usitatæ præponendæ ac simul ponderandæ superant. In hisce tamen & cæteris omnibus locũ do axiomati: Quod qui distinguendo opiniones contrarias ad consonantiã reducit, non dicatur opinionem inprobare, vel alicui earum derogare *c. literas & ibi not. Abb. num. 4. in fin. De restit. Spol.*

QVÆ-

QVÆSTIO XVI.

DE

Fluminibus navigabilibus & nonnavigabilibus, deque illorum occupatione ac uſurpatione licita vel inlicita.

SUMMARIUM.

1 De navibus & navigatione remiſſive, cum num. 20.
2 Damnatio ad triremes & gallæas quid?
3 Navigandi genera quotnam, & quæ licita, quæve inlicita?
4 Navigare quando Romani & quomodo addidicerint?
5 Fluminum belli vel alio tempore trajiciendorum rationes.
6 De natatione pedeſtrium, armatorum, & piæ ſertim pinguiũ ſingulare exemplum, ex Saxone Grammatico & Olao Magno.
7 De Vrinatoribus ac natatoribus rara quædam collectanea, his per occaſionem inſerta, cum num. 8. & ſeqq.
8 Locus deſtinatus & uſurpatus non modo mare, flumina: Sed etiam domus privatæ, gymnaſia, balnea. Vbi de Baiis Italicis & memorabili quadam pœna cælitus Herulis inmiſſa.
9 Prius Ciceronis conprobatur teſtimonio.
10 Ipſi Duces ac Imperatores maxime hac ſolertia celebres.
11 Imo gentes quædam hoc nomine notiſſimæ.
12 Vrinatores unde deſcendant, & quinam ſint?
13 Vrinandi artifex apud Symmachum, & vox primitiva Vrinare, quid ſignificet? modus idem qui ſit & cauſa ex Scaligero.
14 Miniſteria eorum varia recenſentur pro rei occaſione adhibita, belli pacisque tempore.
15 Memorabile de alio urinatore exemplum, ex Thoma Lanſio.
16 Mirabilis hiſtoria & captura fæminæ aquaticæ, ex Suffrido Petri: cui Parallelum aliud de puero inter belluas degente, ſubnectitur.
17 Proverbium: hominem homini eſſe Deum & Lupum, breviter exornatur.
18 Conparatio mercaturæ maritimæ & agriculturæ, ex Libanio Sophiſta deſumpta.
19 Reſponſio brevis, & navigationis utilitas ac neceſſitas.
20 Autores conſentientes adducuntur; cum num. 1.
21 Interque illos Chriſtophorus Milæus, qui Nauticam rem artemque ſpecioſe deſcribſit, & ei inſervientia.
22 Inductio brevis & adcommodatio ad inſtitutum.
23 Flumina navigabilia an ad Regalia pertineant?
24 Qua ratione illis adnumerentur? ex Guntheri Ligurino.
25 Labſus eorum, qui flumina Principibus vindicant, quoad dominium, proprietatem & res patrimoniales, cum ſimilibus.
26 Quid ſtatuendum de VVeſenbecii & aliorum opinione, qui flumina navigabilia ad Principis reſervata, jus ſuperioritatis ac territorii referunt?
27 Autoris ſententia magis remiſſiva & declarativa, cum. num. 28.
28 An quis prohiberi poſſit in flumine publico navigare, & via publica uti?
29 Pertinentia ad num. præced. 27.
30 Altera fluminum diviſio, in navigabilia & nonnavigabilia.
31 Illa eſſe, quæ talia tam actu quam potentia ſunt ratione magnitudinis & aquarum copiæ.
32 Quatenus & an in iis molas habere conceſſum ſit.
33 Ampliatio Baldi ac Tuſchi, cum adfinibus principiis ad Choppini altera diſtinctione.
34 Conſequuta etiam iſta licentia à Principe, ut quis exſtruat in tali flumine molam, extenditur hæc quoque ad molam antea inlicite ædificatam: quod jus retentionis Molignatus nuncupat.
35 Adeo ut præcedentia nonnulli de ipſo Mari etiam intelligant.
36 Quinimo ipſos Principes fluminum alueos, divinitus quaſi eis tributos, non debere mutare, declaratur.
37 Termini Romano Imperio quinam ab Auguſto & Natura poſiti?
38 Denique ipſum mare ac totus mundus conſtat limitibus certis, quos iſti conſtituit DEVS: aliter ac veteres, qui nimis anguſtos fines tribuerunt.

POſtquam fluminum, & quidem † navigabilium aliquoties jam fecimus mentionem: non inconveniens erit, incæpto more dulcia utilibus miſcere, & nonnulla de navigatione, eique adnexis diſſere; cum multa de iis ſancita videamus in jure noſtro, & in præſentis quæſtionis ſpecie ſeu negotio. Non vero exſcribtorem hîc agam, qui conpilaret, quæ ante me prolixe tradiderunt de navibus &

navigatione, veluti ſunt Cælius Calcaguinus Ferrarienſis *commen. de re nautica, inter opera pag.* 301. *cum ſeqq.* Lilius Greg. Gyraldus *lib. de navigiis* Lazarus Bayfius *lib. de re navali.* Johan. Roſinus *lib.* 10. *antiquit. Rom. cap.* 19. 20. Part. Prattæus *in lex. ju. verb. navis p. m.* 359. 360. Hieron. Cardanus *de ſubtilit. lib.* 1. *pag.* 26. 27. *lib.* 2. *pag.* 93. *lib.* 17. *pag.* 604. 605. *lib.* 18. *pag.* 646. *edit. Lugd.* Philippus Camerarius *cent.* 1. *medit. hiſtor. cap.* 26. *cent.* 2. *cap.* 27. Godeſch. Stewechius *in comment. ad Veget.* Melchior *de la Cerda vol.* 1. *campieloq. pag.* 566. 567. 568. Johan. Gryphiander *tract. de inſulis cap.* 31. *numer.* 29. *usque ad num.* 60. Barthol. Keckermannus *in comment. nautica, poſt ſyſt. geograph.* & Guido Pancirolus *lib.* 1. *rer. deperdit. cap. de navib. quadirem. lib.* 2. *nov. invent. tit.* 1. & 11. *per tot.* ubi multa congeſſit Henricus Salmuth *in notis*: Sed eo animo id feci, ut rariora præmitterem, quæ paucis obvia & ad rem pertinerent illuſtrandam.

2 Celebris autem adhuc † damnatio eſt ad triremes ſive galeras, ut nonnulli vocant: quam qui reorum ſuſtinent, eos vivos videntesque dicas eſſe mortuos. Utris certe eos adnumeraveris, haut inmerito dubitabis, cum ſit, eos vel mille expoſitus eſſe mortibus, vix tandem mori tamen, & non absque ratione vita ipſis ſupplicium, mors ſolatium videri poſſit. Vide Andream Knichen *in comment. de Sax. non prov. ju. verb. ducum cap.* 5. *num.* 283. 284. Prattæum & Calvinum *in lex. jurid. verb. triremes.* Jul. Clarum 5. *ſentent.* §. *fin. quæſt.* 70. *num.* 5. & Pancirolum *d. lib.* 1. *c. de damn. ad metal. p. m.* 705. Quidam exiſtimant veterum naves roſtratas ſive longas eſſe, quas hodie Gallæas appellamus. Et pridem hoc nomen obtinuit, adhuc Conſtantinopolitano vigente Imperio. In Tacticis enim legitur: γαλλαίας μονήρεια. Noſtræ enim Gallææ & veterum naves erant μονήρεις *hoc eſt* uno tantum verſu remorum agebantur. Cum igitur differentiam navium longarum conſtituat numerus verſuum ſive ordinum, primæ in uſu fuerunt, quæ unum tantum remorum verſum habebant; ut hodie noſtræ Gallææ, quas hinc liquet, perperam vulgo cum triremibus confundi. Siquidem triremis veterum ternis utrumque in altitudine diſtinctisque ordinibus remorum conſtabat, ut pluribus docet Joſephus Scaliger *animadverſ. in Chron. Hieron.* Navigandi

3 autem † genera ſeu ſpecies quidam conſtituit tria. Prima eſt occaſione añonarum; & iſta eſt nedum permiſſa, ſed debet adſecurari ubique. Hinc etiam naves annonariæ fuerunt dictæ, quæ frumentum variis ex locis advehebant, ut exemplis probat Thomas Dempſterus *in paral. ad Roſin. lib.* 7. *c.* 38. *juncto c.* 32. Secunda eſt occaſione mercium deferendarum, adferendarumve; quæ etiam licita omnibus, propter commercia de jure gentium exercenda: quod ampliât, quia navigatione conceſſa, cenſetur permiſſa adplicatio ad portus, & liber trāſitus; neque poteſt fraudulenta inpoſitio gabellarū, quæ impedit navigationem, inponi. Tertia ſpecies navigationis prohibita eſt, ratione deprædationis piratarum; quibus eſt interdicta, & poſſunt hi à quibuscunque capi ac ſpoliari, ſecundū Angelum *conſ.* 290. *incip. thema eſt tale*, referente Tuſcho. *to.* 5. *pract. concl.* 14. *lit. N pag. m.* 506. Quamvis exiſtimen, hanc enumerationem cauſarum eſſe ſufficientem, & pro uſu, fine ac utilitate hominum variari pluresve ſpecies inveniri. In bello enim naves præter alia uſum quoque præbent: hinc tot prælia navalia ac triumphos

phos

phos peractos in historiis legimus. Unde sicut onerariæ in mali summitate corbes pro signo habebant, & quæ ad celeritatem aptæ, Mercurii petasum: ita pacificatoriæ naves caduceum, & bello paratæ, galeam insigne gerebant; quam denominationem postea promiscue ad alias translatam conjecto, quas Gallæas nunc adpellamus. Ubi 4 ridiculum obcurrit, quomodo † navigandi peritiam, & quam tenui principio gravissimi Romani adsequuti fuerint. Constat enim illos cum in omni reliqua militia clari essent, mari tamen ante primum bellum Punicum sese non commisisse. Tum enim, cum Carthaginenses plurimum mari pollerent, coacti & ipsi sunt classem comparare, & navalis prælii periculum facere. Ne autem omnino navigationis & rerum maritimarum expertes essent, providentia & cura Consulum factū est, ut milites paulatim ad remigium interea, dum tota classis pararetur, exercerentur per hunc, uti Polybius memorat, modum. Subselliis in arena per ordinem positis, remiges insedentes ad vocem præcipientis, qui in medio eorum erat, omnes una protendere brachia ac reducere, remosq; per arenā movere pariter docebantur: ad illius vocē simul motus incipiebant, simul desinebant, per hunc modum navigandi artem edocti & perfectis interea navibus mare ingressi post paucos dies verū in undis periculum fecerunt, *lib. 1. 5 hist. pag. mihi* 10. ubi pluribus verbis hoc effert. Apud quem † fluminum quoque belli tempore trajiciendorum ratio legitur, ab Hannibale excogitata, cujus consilium hujusmodi fuit: Compluribus paratis ratibus, duas invicem copulatas à terra in amnem porrigunt, latas pedes quinquaginta. His alias duas à parte ripæ adjiciunt; quas ut secunda aqua deferrentur, conpluribus retinaculis validis ad arbores parte ripæ superiori eminentes alligant. Erat earum longitudo ad ducentos pedes. Post hæc alias duas rates, quæ reliquis longe majores erant extremis illis leviter adnectunt, quo haut difficulter solui possint. Ab his pendebant funes aliqui: quibus ab actuarijs navibus, postquam dissolutæ à cæteris ratibus essent, trahere in ulteriorem ripam valerent &c. *Polybius lib.* 3. *hist. pag.* 88. 89. Sic sæpe remedia trajiciendis fluminibus necessitas suggessit; varia etiam ipse rerum usus ac loci oportunitas edocuit. Consule Godeschalcum Stewechium *comment. ad Veget. lib. 3. cap. 7. pag.* 167. 168. 169. Usitatiores modi fuerunt quatuor: primum pontem construebant, de quo antea dixi, & qui qua ratione confici soleret, Julius Cæsar *in commentariis suis* passim monstrat, & Petrus Ramus in eo, quem *de Cæsaris militia* scribsit, libello, ac Stewechius *d. cap.* 7. *pag.* 171. 172. 173. 174. ut interim de alijs taceam. Secundus modus trajiciendi fluminis est, quando exercitus navibus traducitur. Tertius est, cum flumen in plures alveos deductum, transitum præbet. Quartus, cum equitatus in flumine dispositus, vim illius infringit, ut peditatus tranare incolumis possit. Quorum modorum omnium exempla sunt apud Cæsarem. Inservit huic narrationi ultimæ relatio Olai Magni Gothi, quam se ex Saxone Grammatico desumsisse fatetur, dum de † natatione 6 pedestrium armatorum & præsertim pinguium ita scribit: Sivardus Norwegianus post multa præclaraque facinora in bellis edita ab hostibus interceptus, cum navi in alto mergendus veheretur, quasi funus suum inferijs præcessurus, emta de industria potione remiges oneravit, quibus exhilaratis, gubernandi potestatē supremi beneficij loco impetravit: nautasq; impensius edere-

rere-

re remigium hortatus, cum vehementissimum navigii cursum animadvertere projecto gubernaculo præceps in undas insiliit, priusque littori, quam concitatæ ratis impetus correxisset, restitutus, Regem Haraldum inprovidum occidit: Deinde navali prælio dimicans, incredibili & præstantiori fortitudine, solus aliquandiu consumtis sociis, navigium ab hostibus vindicavit, quorum multitudini tandem cedere coactus, singulari nandi peritia fretus, quanquã hybernum tempus instabat, armis militaribus onustus, profundo se credidit, atq; sub undis enatans, dubium efficit, majoris audaciæ speciem in puppi præbuerit, an inter undas agilitatis ediderit. Siquidem loricam qua corpus munierat, quo liberius enataret, cum reliquis armaturis sub undis sibi detraxit, ac demum cum capessendi spiraculi gratia fluctibus emersisset, à quodam famalieri suo, per habitum hostibus indicatus, tunicam, qua se prodi suspicabatur rursum corpus aquis occultando deposuit. Sed cum ne sic quidem proditoris noticiam fefellisset, ad extremum se veste nudavit. Nec tamen adhuc indice ludificato, cum solus ex sociis superesset, seque hæc omnia, quæ & callide & animose tentaverat, frustra expertum animadverteret, tandem fati simulatione profundo diutius immorans, insidiatoribus, an viveret, dubium reliquit. Ad ultimum cum humanæ respirationis consuetudine superni aerem capessere debuisset, cujusdam forte navigii gubernaculum pertinacissimis brachiorum amplexibus apprehendit, eique aliquandiu tacitus inhæsit, donec cujusdam curiosius cultum contemplantis judicio deprehensus intercipitur, & morti adjudicatur. Olaus Magnus *in epit. histor. gent. Septent. lib. 9. pag. mihi 252. cum seq.* quas præter hoc exemplum evolve, ubi de extrahendis hostibus ab aquis disserit. Et sane hoc † artificium ac natandi exercitium, tam frequens apud majores nostros fuit, quam summe exstitit necessarium. Inspice præter adducendos Franc. Duarenum. *lib. 1. anniversf. dispp. cap.* 3. Warem. *ab* Ehrenberg *de fæderib. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 81. 82. *pag.* 186. Cunr. Rittershusium *ad Oppian. pag.* 306. 307. *vers.* 593. Just. Lipsium *ad vol.* 2. *Senecæ pag.* 42. *edit. Amstel. & lib.* 2. *elect. cap.* 17. *pag.* 497. Mattheum Raderum *ad Marital. pag.* 125. Qua ratione motum quoque Ericium Puteanum, eruditissimos de Natatũ Veterum libellos parare indicat Casparus Gevartius *lib.* 1. *elector. cap.* 5. *pag.* 23. Quos cum nondum viderim adportabo huc non sine lectoris gratia, quæ horis succisivis in chartam non ita pridem conjeceram. De natatoribus, inquam, in genere, ac deinde in specie de Urinatoribus (ut vocant) & qui diu sub aqua conmorantur, nonnulla adferam; de quibus etiam Alex. ab Alexandro *lib.* 2. *dier. cap.* 21. nonnulla tradere ait Joh. Gryphiander *d. tr. de insul. ca.* 31. *n.* 138. Certum est ex Vegetii libris, militarem gymnasticam natandi exercitio frequenter usam: & hanc peritiam in navalibus pugnis ac transeundis vadis, fluminibusque trajiciendis valde utilem esse. Autor est Xenophon, ob nandi ignorantiam, magnum illatum incommodum. Julius Cæsar natandi peritissimus fuit, eoque nomine celebratus apud Suetonium: eaq; peritia eumdem servavit, navigio multitudine militum depresso: quod prodidit Hirtius *lib. de bello Alexand.* Observasse autẽ se † notat Stewechius, non in mari solum, & fluminibus belli tempore natare coactos Romanos; verum & domi, aliquando in ipsis gymnasiis,

7

8

nasiis, interdum in privatis balneis natandi arte inbutos. Balnea quidem isti rei idonea, & satis magna fuisse, indicant Plinii epistolæ non uno in loco. Ubi obiter notandum: in Italia olim Bajas vidisse, à severioribus dictum fuisse specie adagii, pro signo libidinum; cum ille locus esset vitiorum diversorium; in cujus aquis, juxta Regalium,

—— *Quicunque natavit, amavit.*

Vide quo hoc transferat CL. Vir Thomas Lansius *in consultat. sua de princip. Europ. pag. 830. 831. nov. edit.* Aquæ enim ibi calidæ scaturiebant, & luxui & salubritati inservientes, ut ait Strabo *lib.* 5. Legendi sunt de Baiis & vicinis balneis Blondus *in Campania,* (*de qua Florus lib.* 1. *cap.* 16.) Johan. Franc. Lombardus *in lib. de baln. Puteol. c.* 62. Paulus Merula *lib.* 4. *part.* 2. *operis Cosmographici cap.* 25. & Cyriacus Herdesianus *in synops. antiquit. Puteolan.* Hæc loca erant ad natandum destinata. Rarum tamen vindictæ divinæ exemplum, & cæcitatis plusquam fere Sodomiticæ in Herulis habemus, contra Longobardos pugnantibus. Illorum namque exercitus, dum huc & illuc fugeret, tanta ira de cælo super eos venit, ut frutices virides in campo videntes, aquas esse putarent, & dum quasi ad natandum brachia extenderent, crudeliter ab hostibus cædebantur, dicente Abbate Urspergensi *in Chron. p. m.* 132.

9 Cæterum prius † illud de Romanis, confirmat Ciceronis testimonium, dum natandi locum Romæ talem designat: Habes hortos ad Tyberim, ac diligenter eo loco præparasti, quo omnis juventus natandi causa venit, *in orat. pro M. Cal.* Idem ad Trebatium sic scribsit: Sed tu in re militari multo es cautior, quam in advocationibus; qui neque in Oceano natare volueris, studiosissimus homo natandi, neque spectare essedarios; quem antea ne Andabata quidem defraudare poteramus, *lib.* 7. *epist. famil.* 10. Natandi enim solertia apud Romanos adeo celebrata atque usitata, ut cum primis literis eam pueri docti sint: & pro miraculo de nescio quo Principe apud Suetonium segere memini, tantarum artium scientem hominem, natare non potuisse. Autor deinde historiæ de vita Henrici IV. Imp. ipsiusque filii exercitu, hæc recitat. Nulli locus erat evadendi, nulli profuit ingenium natandi. Nam aut armorum pondere, aut inhærentium connexione fatigatus in profundum (à fluvio) trahebatur, *pag. mihi* 192.

10 Imo non militum; sed † ipsorum Imperatorum hoc quasi proprium fuit, omni tempore subsidium. De eodem Julio Cæsare laudatus Suetonius id prædicat: Armorum & equitandi peritissimus, laboris ultra fidem patiens erat; in agmine nonnunquam equo, sæpius pedibus anteibat, capite detecto, seu Sol, seu imber esset. Longissimas vias incredibili celeritate confecit, expeditus meritoria rheda centena passuum millia in singulos dies: si flumina morarentur nando trajiciens, vel innixus inflatis utribus, ut persæpe nuncios de se prævenerit. Alexandriæ circa obpugnationem pontis, eruptione hostium subita conpulsus in scapham, pluribus eodem præcipitantibus cum desilisset in mare, nando per ducentos passus evasit ad proximam navem; elata læva, ne libelli, quos tenebat, madefierent; paludamentum mordicus trahens, ne spolio potiretur hostis, *in ipsius vita cap.* 57. & 64. De viris Principibus aliis, alibi invenimus similia. Hinc Theodosium Augustum inter cætera præcepta ita filium adloquentem introducit Claudia-

nus poeta gravissimus *in 4. cons. Hono. vers. 346.*

Calcatur si pigra palus, tuus ante profundum
Pratentet sonipes, fluvios tu protere cursu
Harentes glacie; liquidos tu scinde natatu, &c.

Quid memorem (noster enim est, natione Francus, non Gallus) Germanicæ nationis Atlantem Karulum cognomento Magnum? Quem frequenti natatu corpus exercuisse, ejusque adeo peritum fuisse, ut nullus ei juste potuerit præferri, testatur Cornelius Kempius *lib. 3. de reb. gest. Fris. cap. 6. pag. 282.* Antequam de eodem Eginhartus hoc modo loquitur: Exercebatur adsidue equitando ac venando, (mox verbum, Natando, subjicit) quod illi gentilitium erat, quum vix ulla in terris natio inveniatur, quæ in hac re Francis possit æquari, *in ipsius vita p. m. 9. & 10.*

11 Ex quo sequitur, † integras quoque nationes olim hac celeritate excelluisse & celebres exstitisse. Sic de his Francis: Sidonius Apollinaris cecinit *carmin. 7. vers. 242.*

Cursu Herulus, Chunnus jaculis, Francusque natatu,
Sauromata clypeo, Salius pede, falce Gelonus.

Qua de re judicium aut conjecturam meam aperiam in libro, quem pene affectum habeo, *de orig. Phrys.* Quamvis de Gallis seu Franco-Gallis id intelligere videatur. Fr. Lindenbrogius *in not. ad Ammian. pag. 155. in fin.* Necessum enim est, Francos distinguere, si repugnare non debet Guillermus Brito Armoricus, cujus hi versus sunt *lib. 7. Philipp.*

Ut flumen nostris innabile navibus esset
Francorum juvenes, quibus est incognita nandi.
Hac erat.

Vel ni mendum forte subesse dixeris, & ita legendum:

——— *Quibus ars incognita nandi*
Hac erat. ———

Tunc temporis scilicet, & inter hunc exercitum, vel quibusdam inter eumdem, nō ex gente altera. Patrium dein nandi usum in Gallo Belgis etiā Tacitus his verbis notat: Ut in dubiis consiliis naves deerant, ratio & constantia Ducis trāsuexit; depositis omnibus sarcinis, lectissimos auxiliarium, quibus nota vada, & patrius nandi usus, quo simul seque & arma & equo regunt, ita repente inmisit, ut obstupefacti hostes, qui classem, qui naves, qui mare exspectabant, nihil arduum aut invictum crediderint sic ad bellum venientib. &c. *in vita agricol. c. 18.* ubi de Batavis Germanisque in universum plura adjiciunt Dn. Mich. Virdungus *pagin. 109.* & Matthi. Berneggerus *pagin. 188.* Qui omnes non minorem laudem merentur, quàm Persæ; quos primas honoris & gloriæ partes bellicæ virtuti tribuisse, Herodotus *libro 1.* tradit, & in ea à juventute ac venatu se exercuisse & natare didicisse; quod & post Strabonem ac Eustathium refert P. Greg. Tholozanus *libr. 11. de Republ. cap. 1. nu. 2.* Superest ut reliquum † Urinatoribus tribuam, ab urina 12 dictis, *i. e.* aqua, quam vocem promiscue & inpliciter & honeste pro altera veteres adhibebant, monente Josepho Scaligero *in not. ad Propert. lib. 4. el. 3. pag. 301. 302.* Sunt vero juxta Varronem, ὕφυδροι, qui in aquā merguntur, & sub ea natant aut latent, temporeq; in illo continent spiritum, sicq; in eo urinan-

urinantur, *h. e.* merguntur. Dionyſ. Gothofr. *ad l. 4. in prin. & §. 1. D. ad L. Rhod. de jact.* ubi Calliſtratus ait, illorum ſolenne ac præcipuum officium fuiſſe, (quod pro mercede exequebantur) merces è mari extrahere, quæ levandi navigii gratia ejectæ erant, vel naufragio ſubmerſæ.

13 Inde deſcendit † urinandi artifex apud Symmachum *lib. 1. epiſt. 25.* & Urinare verbum, eſt mergi in aquam, quo utitur Firmicus *lib. 8. cap. 5. Matheſ.* Quo reſpexit Seneca, inquiens: Didicerunt alii in inmenſam altitudinem mergi, ac ſine ulla reſpirandi vice perpeti maria. *lib. 2. de Ira. cap. 13.* Modum vero cauſſamq; hanc obſcure reddidit Julius Cæſar Scaliger: Illi qui aliqua de cauſa diu ſub aqua manent, olei plenam ſpongeam in ore, aut ad os habent. Itaque emiſſum aliquo modo ſpiritum renovant ex eo aëre, qui intra oleum continetur. Id quo fiat pacto, neſcio. Non enim cum illis

14 fui: vidi tamen, ait *exercit. 262.* † Miniſteria autem illorum varia fuerunt, & adhuc ſunt: dum non modo navium merciumque extrahendarum cauſa adhibiti; ſed quacunque occaſione alia, belli pacisque tempore. De priori intelligendus eſt Manilius *lib. 5. Aſtronomicῶν*:

> *Illis in Ponto jucundum eſt quærere Pontum,*
> *Corpora qui mergunt undis, ipſumque ſub atris*
> *Nerea, & æquoreas tonantur viſere Nymphas;*
> *Exportantque maris prædas, & rapta profundo*
> *Naufragia, atque imas avidi ſcrutantur arenas.*

Quatuor hic expreſſit: voluptatem, prædas, res naufragio merſas & lapillos pretioſos. Sic de Colano urinatore Catâniæ (quæ urbs eſt in Sicilia,) cive Hieronymus Cardanus ſcribit, hunc parum ante ſuam ætatē, imo ætate ſua floruiſſe, & ſub aqua ternis quaternisque horis velut piſcem latitaſſe. Neque id valde mirum videri, cum in India Occidentali nunc paſſim urinatores margaritarum oſtreis venandis intenti, per horam integram ſub aqua degant, *lib. 11. de ſubtilit. pag. mihi 458.* Alium finem indicat iterum Firmicus, qui tales in Paraphraſi Sphæræ Barbaricæ Orciſcopularios vocat, *h. e.* orci ſcopulos, qui maris latentes ſcopulos, explorant. Flavius Vegetius inſuper narrat, quando in prælio navali ac ipſo pugnandi ardore ſoleant peritiſſimi milites vel nautæ in id maxime incumbere, ut bipennibus (in quibus utrimque latiſſimum & acutiſſimum ferrum) funes, quibus adverſariorum ſeu hoſtium gubernacula ligata erant, inciderent, *lib. 5. de re milit. cap. 16.* Id quia ſecreto fieri vult, arbitratur ibi Stewechius ab Urinatoribus factum fuiſſe, & aliud ſtrategema ſubnectit. Byzantini, cum à cunctis fere totius orbis exercitibus triennium obſiderentur, ut varia paſſi, proinde & diverſa edidere, doli hujusmodi ſpecimina. Inter cætera hoſtium triremes in ſtatione conlocatas per ſubmiſſos urinatores adgreſſi, & anchoris clam præciſis, easdem navibus ſuis per funiculos adligatas, ita poſtmodū ad ſe traxerunt, nullis remigibus, nulloq; vento incitatas, ut ſponte ſua ad ipſos curſum inſtituere, ac tenere viderentur, *in comm. ad Veget. d. lo. pag. 304. ex Dione in Severo.* Simili ſtrategemate exercitus alius arcem ſuperavit, quod alia via perficere nequiverat: unde ulterius hujus artis utilitas inſignis-

signisque necessitas innotescit. Etenim de Gauberto quodam hoc commemorat idem Guillermus Brito *liber. 7. Philipp.* obpugnationem castelli cujusdam depingens:

—— erat ita doctus in arte natandi,
Quod sub aqua poterat millenis passibus ire.
Hic igitur testas prunis ardentibus implet,
Et clausas mira sic arte bituminat extra
Ne posset penetrare latex ullatenus illas;
Tunc se funo ligat qui dependebat ab ollis
Atq; immersus aquis clam, nulli visus, adiuit
Vallum quod duplici circumdabat undiq; muros
Circuitu, lignis & multo robore structum,
Emergensq; vadis ignem succendit ab illa
Parte Gaillardæ rupis, quia nulla timebant
Damna sibi parte ex illa contingere posse. &c.

Sed hæc non adeo insolita aut rara sunt, quæ fieri scimus, & in regionibus maritimis quotidie cernimus: id singulare ac memorabile est, quod de † urinatore quodam alii recensent; eumdemque cum illo esse, ex circumstantiis colligo, quem Cardanus antea nominavit. Sic itaque de isto Thomas Lansius: Fuit in Sicilia Messanæ avorum temporibus COLA PISCIS, Catanę ortus, vir cunctis sæculis memorandus; qui omnē fere vitam relicta humana societate, solitariam in freto Messanensi inter pisces duxit; & qui extra maris aquas diu esse, non poterat; inde Piscis cognomentum ei inditum est. Is vero nando tantum profecerat, ut haud secus quàm marina belua in mensa pelagi intervalla, spatia quingentorum & amplius stadiorum, etiam fœda tempestate, reluctantibus aquis, natatu peragrare: Cōstat & illud, cum naves plenis velis inter violentissimas decumanorum fluctuum agitationes & vastissimos aquarum montes per maria ferrentur, Colam natantem obviam subinde factum ex undis mediis nautas suis nominibus adpellare solitum esse: & quoniam omnibus erat notus, nautas subitæ rei percitos miraculo lætissimis animis illum in navim excepisse, unde veniret, quo iret, & quantum iter nando emensus fuisset, quæ infortunia sustinuisset, suscitari consuesse, Colam v. ad singula apte respondisse, mox cum sociis in navi pransum, postquam acquievisset, mandata ad suos quæ illis dici referriq; vellent, à singulis accepisse, nudumque ut erat, è navi medio jam pelago cursum tenente, se præcipitem in mare dedisse, modo Cajetam, modo in Salentina, Brutia & Lucana littora, modo in Siculos fines & natale solum, ad quod frequens ventitabat, incolumem nando pervenisse; mandata quę à nautis acceperat, eorum necessariis & adfinibus recte exposuisse. Cum itaque hunc tanquam prodigium quoddam Messanenses multos annos mirarentur: tandem præcipuo quodam solennique festo die in portum Messanæ, effusa ad spectaculum multitudine, experiri credo volens quantum aliis urinatorib. præcelleret, dum pateram auream munus natantibus à Friderico Siciliæ tunc Rege in mare dejectam, & semel atque iterum jam è profundo erutam, tertio eripere conatur, diu exspectatus ab imo maris fundo, in quem se demiserat, nunquam emersit. Existimatum est, in concavas illius cavernas & imas voragines delabsum, cum ad superiora niteretur, reverti nequivisse; sicque respiratione occlusa inter occursantes scopulos undiq; inundantib. aquis obpressum interiisse. Hucusque Lansius *in orat. funebr. Rudolph. Episc. Halberstad. ac Ducis Brunsuic.* Quam historiam totidem fere verbis habet Alex. ab Alex. *lib. 2. genial. dier. c. 21.* eamque novissime

me & remiſſive citat Joh. Gryphiander *tract. de Inſulis cap. 31. num. 138.* Sed nec 16 hæc admirationem ſuperant; verum † mirabile eſt alterum, homines dari ac diutiſſime morari in terra ac mari; ſicque verum eſſe verſiculum:

Sunt ſua monſtra ſalo, ſunt ſua monſtra ſolo.

Hiſtoricis n. ſi fidem habuerimus, ii recenſent A.C. 1404. captam fuiſſe à puellis Edamenſib. in lacu Purmerio mulierem aquaticam, quæ nulla re ab muliere terreſtri differebat, niſi ſordib. quibusdam obducta erat. Eam igitur his mundatam, & muliebrib. veſtimentis indutam, primum Edami, poſtea Harlemi per annos plures adſervatam, non ſolum uſum convictus humani, ſed etiam artem nendi addidiciſſe; præter feritatem quamdam nativam, & humani ſermonis indocilitatem nihil admirandum habuiſſe; quam & ibidem tandem mortuam & ſepultam eſſe, autor eſt Suffridus Petri Leovardienſis Phryſius *in appen. ad Chron. Iohan. Becani pag. 135.* Simile, ni fallor, exemplum habet Buchananus *in Scot. hiſt.* At ſequens in terra peractum, non in aqua. Unde conſtabit: conſuetudinem eſſe alteram naturam, & interdum ea potentiorem. Illius enim tanta vis eſt, ut nos ſæpe cogat res aliquas ſponte duras & aſperas amare, atque in illis tractandis jucunde verſari. Quod diſcimus ulterius ex Additionibus ad Lamberti Schaffnaburgenſis librum *de reb. geſt. German.* ubi de puero quodam ita legitur: Anno 1544. quidam puer in partibus Haſſiæ eſt deprehenſus; hic, ſicut poſtea cognitum eſt & retulit, cum trium eſſet annorum à lupis eſt raptus & mirabiliter educatus. Nam quamcunque prædam lupi pro cibo rapuerant, ſemper meliorem partem ſumentes & arbori circumjacentes, ipſi ad vorandum tribuebant: tempore autem hyemis & frigoris foveam facientes, folia arborum & alias herbas inponentes puerum ſuperponebant, & ſe circumponentes ſic eum à frigore defendebant: ipſum etiam manibus ac pedibus repere cogebant, & ſecum currere tamdiu, quoad ex uſu eorum velocitatem imitabatur, & ſaltus maximos faciebat. Hic deprehenſus lignis circumligatus erectus ire, ad humanam ſimilitudinem cogebatur. Idem etiam puer ſæpe dicebat, ſe multo charius cum lupis, ſi in ſe eſſet, quàm cum hominibus diligere converſari, referente Chriſtiano Matthia Dithmarſo *lib. 1. ſyſtem. log. cap. 8. pag. 144.* Quod parit alterum † locum communem, hodie ce- 17 leberrimum & multorum linguis notatum: hominem homini eſſe Deum & Lupum. Vide ſis Senecam *epiſt. 103.* Epictetum *in Enchirid.* Lipſium *1. diſſert. cap. 3.* Prorſus idem Lycurgus ſentit, poeta vetus:

Φεῦ, πῶς πονηρόν ἐστιν ἀνθρώπων φύσις
Τὸ σύνολον. οὐ γὰρ ἄν ποτ' ἐδεήθη νόμου.
Οἴει τι τῶν ἄλλων διαφέρειν θηρίων
Ἄνθρωπον; οὐδὲ μικρὸν, ἀλλὰ σχήματι.
Πλάγι' ἐστὶ τ' ἄλλα, τοῦτο δ' ὀρθὸν θηρίον.

Id eſt,

Heu quàm mala atque depravata prorſus eſt
Natura noſtra! neq; aliter lege erat opus.
Putaſne tu intereſſe inter hominem & feram?
Nec paululum, niſi in figura corporis.
Curvantur aliæ, inambulat recta hæc fera.

Tangit hoc idem vitium ac ſtylo perſtringit poſt veteres recentioresque Franciſcus Heringius Medicus Londinas *in venat. Cathol. ſeu part. 2. hiſt. de conjurat. Sulphu. in Anglia pag. 37.*

——— Effata hæc mundi atque extrema senecta est,
Qua virtus languet, mortiut vicina, Fidesque
Et pietas homines terramque exosa reliquit,
Improbitas crescit, calisq; insana minatur,
Omnia in Oceanum veluti se flumina condunt:
Sic vitia ætatum priscarum in Tempora nostra
Confluxêre, Orbique novum invexêre priori
Diluvium majus, mentes non corpore mergens.

11 Præterea cum † passim agriculturæ ac rusticorum, nec non molarum aquaticarum, seque instar navis habentium, à me sit facta mentio: item ex Jurisconsultorum sententia, superflua non noceant. *l. 94. ubi Dd. de R. I.* Prateus *lib. 7. regul. tit. 7. cap. 1.* digressioneque veteres sæpe usos fuisse, testetur Ant. Heringius *tract. de fidejuss. cap. 6. num. 128.* & interdum quod discere supervacuum est, prosit cognoscere, dicente Seneca *lib. 6. de benef. cap. 1.* Idcirco ab hac tractatione (quæ de navigatione, illiq; inservientibus concepta) alienum videri non debet, cum neque liber in omnium manibus versetur, si in lectoris vel ejus, qui linguæ istius vel Authoris amore captus, gratiam integre adduxero Libanii Sophistæ Antiocheni progymnasmata; qui ante annos cIↃ CC. ingenii doctrina & eloquii fama celeberrimus fuit, D. Basilii vitæ sanctimonia scientiæque genere vere Magni exstitit σύγχρονος, & Constantino, Juliano, Valentinianis ac Theodosio Imperatoribus acceptissimus. Is igitur inter navigationem seu mercaturam maritimam & agriculturam, talem instituit comparationem.

Τεχνέσθω μὲν ὅστις ἐθέλει ναυτιλίᾳ, καὶ πλείτω καὶ κινδυνευέτω. ἐμοὶ δὲ γεωργίαν τε ἔπεισιν ἐπαινεῖν, καὶ τοὺς ἐν τῷ γεωργεῖν εὐδαιμονίζειν. καὶ δῆτα ἐξεταζέσθω πρὸς ἄλληλα διὰ τοῦ λόγου. φανεῖται γὰρ μετὰ μὲν τῆς, πολλὰ καὶ δεινά. γεωργία δὲ ἔχουσα πάντα τὰ μέγιστα. παλαιότατον μὲν δὴ πρᾶγμα γεωργία, καὶ ἅμα τοῖς ἀνθρώποις εἰς τὸν βίον συνεισελθόν. ἔδει γὰρ εὐθὺς μὲν γενομένους δεῖσθαι καὶ τῶν ἀπὸ γῆς τροφῶν, δεηθέντες δὲ τὴν γῆν ἐπιχειρεῖν ἐργάζεσθαι. ναυτιλίαν δὲ, καὶ τὸ πλεῖν εἰσήγαγεν εἰς τὸν βίον ἡ πλεονεξία. τὸ γὰρ δὴ πλεῖν αὐτοὺς ἔρως ἠνάγκαζε τοῦ πλείονος καὶ τοῦτο τολμᾷ. καὶ πρῶτα ἔργα τῶν νεῶν λῃστεῖαι, καὶ τὸ ἁρπάζειν τὰ ἀλλήλων. καὶ νῦν πᾶν μὲν αὐτὸ οὐκ ἄνευ τῶν κινδύνων. πᾶν δὲ φυγῆς ἄξιον, οὗ πολὺ τὸ κινδυνεύειν. τούτου δὲ ὄντος τοιούτου, μεστὴ μὲν κινδύνων ἡ δάλαττα, καθαρὰ δὲ ἡ γῆ, καὶ τὸ ταύτην ἐργάζεσθαι. τίς μὲν φόβος ἐν τῷ ζεύξαντι τὰς βοῦς ἀναῤῥῆξαι τὴν γῆν; τίς δὲ ἐν τῷ σπέρματα ἐπὶ τὴν γῆν ἀφεῖναι; οἱ πλωτῆρες δὲ, ἐπεὶ λύσαντες παραμείψωσι τῶν λιμένων τὰ στόματα, πλησίον ἔχοντες τὸν θάνατον πλέουσι, λεπτὴν ἔχοντες εἰς σωτηείαν ἐλπίδα, τὰ ξύλα, ἐφ᾽ ὧν φέρονται. καὶ μὴν θεαμάτων μὲν ἥδιστον ἀγρὸς, ἄμπελοι, τὸ τῆς Ἀθηνᾶς δῶρον, καρποὶ; φυτὰ, λήια. πικρότερον δὲ ἡ θάλασσα κυκωμένη, ταῖς τῶν ἀνέμων προσβολαῖς, κύματά τε κυρτούμενα, καὶ ἄνεμος φοβερός. ὥστε καὶ εἴ τις ἐκ τούτων διεσώθη. διὰ πάσης ἀδικίας φερόμενος σέσωσται. ἔτι τοίνυν δικαιοσύνη μὲν κάλλιστον, ἀδικία δὲ κάκιστον. ποιεῖ δὲ γεωργία μὲν δικαίους, ναυτιλία δὲ ἀδίκους. ὁ μὲν γὰρ γεωργὸς σπείρας καὶ εὐξάμενος τοῖς θεοῖς, ἀναμένει τοῖς καρποῖς, δέχεται τὰς ἀμοιβὰς παρὰ τῆς γῆς, μηδένα λυπήσας οὐδέν. τοῖς δέ γε ἐμπόροις, ἐν ταῖς ἐπιορκίαις τὰ ὄντα αὔξεται, καὶ ἡ τέχνη πρὸς τὸ πλουτεῖν τὸ κατα-

καταφρονεῖν τῶν θεῶν: ἐπὶ πᾶσαν πόλιν πλέουσι τοῦτο τὸ κακὸν ἐργαζόμενοι, ψευδόμενοι, παράγοντες, παρακρουόμενοι. καὶ ὅστις ἄριστα οἶδε τοῦτο ποιεῖν, οὗτος εὐπορώτερος ἄπεισιν. ὑγεία παρὰ γεωργοῖς. συνεχεῖς γὰρ οἱ πόνοι. καὶ ἔστιν αὐτοῖς ἔργα, καὶ θέρους καὶ χειμῶνος, καὶ τῶν ἄλλων ὡρῶν. τὸ γὰρ ἀεὶ κινεῖσθαι καὶ φιλοτεχνεῖν, νοσήματα μὲν ἀποκλείει, τὸ ὑγιαίνειν δὲ διατηρεῖ. πλωτῆρες δὲ τὰ πολλὰ ἀργοὶ κεῖνται, τοῦτο μὲν χειμένους, καὶ πάλιν ἐν καπηλείοις καὶ καπνῷ. τοῦτο δὲ θέρους, ἡνίκα ἂν εὐτοχῶσιν. εἰ γὰρ ἐυξ οὐρίων φέρονται, κάθηνται ἐπὶ τῶν καταστρωμάτων πίνοντες συνεχῶς, καὶ ἐσθίοντες ἔξω τοῦ μετρίου. καὶ ταῦτα εἴωθε τοῖς σώμασι νοσήματα ἐντίκτειν. ὡς ἡδὺ μὲν γεωργῷ διψήσαντι πιεῖν ἐκ πηγῆς, προθέντα τὸ στόμα τοῖς νάμασι. λυπηρὸν δὲ ναύτῃ πολὺν ἐν πελάγει κάμνοντι, πιεῖν ὕδωρ οὐδὲν βέλτιον βορβόρου. τῷ γεωργῷ μὲν ἑσπέρας οἴκαδε ἐπανήκοντι, γυνή ἐστι παραμυθία, παῖδες ὁρῶντές τε καὶ ὁρώμενοι. ὁ δὲ πλέων δέδιε μὲν ὑπὲρ ἑαυτοῦ ταράττεται δὲ τῷ παρὰ τῶν φιλτάτων ἀδήλῳ. κερδαλέον ἡ θάλαττα, καὶ τὸ πλεῖν. ἐγὼ δὲ ἠσθόμην καὶ γεωργοὺς πλουτῶντας, ἢ τοὺς πλέοντας. ἀλλὰ δῶμεν εἰ δοκεῖ πλέονα διδόναι τὰ κέρδη τὴν θάλατταν. ἀλλ᾽ ἡ διδοῦσα, αὕτη καὶ ἀφαιρεῖται, καὶ μετὰ τῶν φορτίων προσαφαιρεῖται τὰς ψυχάς. καὶ τις ἀναχθεὶς μετὰ πολλῶν χρημάτων, ἢ συγκατέδυ τοῖς χρήμασιν, ἢ ἀπεσώθη γυμνός. καὶ πλείστους δὴ ἀνθρώπων ἀπειργάσατο τοῦτο ἡ θάλαττα, καὶ ὁ τῶν ἐμπόρων εὐπορώτερος, ἕως ἂν πλέῃ οὔπω πλούσιος, ἐστὶν οὐδὲ κέκτηται οὐδέν. ἀλλ᾽ ἔστι τῶν ἀνέμων καὶ αὐτὸς καὶ τὰ ἐκείνου. ἤδη δέ τινες ὁρῶντες τὴν οἰκίαν, τοῖς ὅρμοις πλέοντες, ῥαγείσης ἐξαίφνης τῆς νεὼς ἐξέπνευσαν ἐλεεινότεροι τῶν ἀποπνιγέντων. ἥδιστον ἐν τῇ πατρίδι διαταφῆναι, καὶ εἰπόντα τι πρὸς τοὺς οἰκείους ἀπελθεῖν. τοῦτο γεωργοῖς παρέχει τὸ γεωργεῖν. τῶν δὲ πεπλευκότων πολλοῖς οὐδαμοῦ τάφος ἐστίν, ἀλλ᾽ ἐν ταῖς ναυαγίαις γαστέρας ἰχθύων ἐπλήροσαν.

Hoc est ex versione Federici Morelli:

Objectet se qui volet navigando, & in mari pericula adeat. Mihi autem subit, & laudare agriculturam, & prædicare fœlicitatem eorum, qui huic student. Atq; ambo hæc conparantes inter se, verbis expendamus. Ita enim in illa multa horribilia in agricultura vero omnia maxima inesse cernemus. Ipsa quidē agricultura res est antiquissima, simulq; cum hominum ortu in vitam processit. Fieri enim aliter nō potuit, quàm ut geniti, nutrimentum statim de terra requirerent, & ideo ad colendam terram aggrederentur. Navigandi autem studium, & cursus maritimos, in vitam introduxit avaritia. Nam ut navigare vellent ad hoc adegit homines cupiditas acquirendi plura. In quo audacia inest, & prima opera navium prædationes, & rapinæ mutuæ. Ac nunc quoque tota res periculo non caret, totaq; adeo fugienda. Quæ cum sit talis, plenum quidem mare periculis, terra autem & hujus cultura periculis vacat. Quid enim metus habeat, junctis bobus terram proscindere, aut semina in terram jacere? At nautæ ubi jam solverint, & ostia portuum reliquerint, ita feruntur, ut vicinus illis sit interitus, tenui admodum in spe salutis de lignis, quibus feruntur. Quid habet vero admirationis jucunditatem majorem, agro, vitibus, Minervæ dono, fructibus, stirpibus, segete? Tristius autem fit mare, irruentibus ventis, fluctibusque se incurvantibus, & ventorū terroribus, per quæ si quis forte incolumis pervalerit, injuria conservatus esse videatur.

Jam

Jam cum res optima sit justitia, injustitia verò pessima, agricultura justi, navigationibus injusti homines redduntur. Nam seminibus sparsis, invocatisque diis, fruges expectet agricola, & vices recipit à terra, nemini molestus omnium. At mercatores perjuriis rem augent, & artificium quæstus in contemtu Deorum exercent, navigantque ad omnes urbes, facientes improbitatis opus, mentientes, decipientes, fraudantes: atque is qui horum est peritissimus domum locupletissimus redit. Sanitas est agricolarum in laborum adsiduitate, cum opus faciendum sit & in æstate, & hyeme, & aliis anni temporibus. Moveri autem continuò, & artibus studere, morbos excludit, sanitatemque custodit. At nautæ jacent plerumque otiosi. Hyeme quidem, in cauponis & fumo: æstate verò, ubi bene successit. Quod si venti secundi sint, residentes in transtris potant adsidue, & immodico cibo utuntur, quæ certè corporibus morborum esse causæ consuevere. Quàm suave est agricolæ, in siti de fonte bibere, admoto ore scaturigini? Quam triste contra nautæ post diutinos labores maris, aquam potare, nihilo puriorem cœno? Agricolam reversum noctu domum exhilarat uxor, liberique, quorum aspectu ipse, & cujus illi recreantur. Nauta vero cum de se in metu est, tum incertis suorum casibus perturbatur. Lucrosum est mare, & navigatio. Ego vero magis agricolas copiosos quosdam, quam nautas reperi. Sed donemus, plura suppeditare lucra mare ipsum tamen rursum & aufert, cumque mercibus sæpe etiam vitam. Aliquisque provectus cum magnis opibus, aut unà cum his submersus, aut sine his nudus conservatus fuit: id quod plurimis usu venit in mari. Præterea omnium copiosissimus mercator, dum adhuc navigat, dives non est, neq; quidquam proprium possidet. Sed in potestate ventorum est cum ipse, tum quicquid tenet. Ac jam aliqui cum haberent in conspectu domum suam, appropinquantes portubus, subito fracta navi animam exhalarunt, miserabilius quàm ii, qui suffocantur. Jucundissimum est sepeliri in patria, & discedere è vita, allocutum suos, hujus copiam terræ cultus facit agricolis. At nautarum plurimorum nusquam locorum sepulchrum exstat, qui de naufragiis ventres piscium replent. Hucusque præclare disputavit Libanius *in præluд. Orat. loco de comparat. sub tit.* Σύγκρισις ναυτιλίας καὶ γεωργίας *pag.* 123. 124. *edit. Federici Morelli junct. pag.* 88. 89. 135. 136. 137.

Verum enimvero licet † nautæ homines sint sæpe inprobissimi, & navigatio suo vitio ac periculo simul in pace belloque non careat: attamen tum Cornelii Agrippæ personam quis inducere posset, vel Democriti & Heracliti antiquorum Philosophorum, qui omnia calamo perstrinxerunt, res humanas unus risu, alter lachrymis exceperunt. Quilibet enim vitæ status suas secum fert difficultates, nec ab externis accidentibus ad internam naturam seu bonitatem licet argumentari, & personarum crimina rebus ipsis adtribuere: cum potius hæc discernenda sint, à ministris Ecclesiæ arguenda, & à Magistratu modus præscribendus, delicta ab eodem punienda; & videndum quali cum commodo ac securitate navigatio constare possit, ut merces tutò advehantur, citoq; bevehant. Quod si factum fuerit, mercatura maritima nō modo utilis, sed & summe necessaria erit, minorique cū damno conjuncta: præcipue autem honesta exstabit fluminum usurpatio per usum molendino-

19

lendinorum; victui hominum ac commoditatibus aliis inservientium. Testium loco † super hoc negotio dandus est, omni exceptione major L. Annæus Seneca, quem eximie ista edocentem lege. *lib.5. natural. quæst. c.18. per tot.* Videndus est etiam præter allegatos Plutar. *libr. de cōparat. ignis & aq.* Cælius Calcagninus Ferrariensis *in operib. suis in disquisit. ad offic. Cic. c.21. pag.262.263 ubi de mercatura & lib. de re nautica. pag. 301. cum seqq.* Hugo Grotius *d. tr. cap.* 8. Franc. Petrarcha *lib. 2. de remed fort. dial.* 121. Johann. Heidfeldius *sphing. theol. philos. c.10. pagin. mihi* 227. 228. & inprimis Thomas Lansius *in consultat. de princip. provinc. Europ. passim.* Tangit quoque ista eleganter † Christophor. Milæus, in hæc verba prorumpens: Nautica ars est fructuosa quidem, & ad multiplices res facilius minoreque inpensa transferendas, maxime conveniens; sed magnis naufragiorum periculis exposita, quæ in fluminib. lacub. & vasto mari exercetur. Ratibus, conjunctis rudib. lignis, principio sunt homines usi: majore deinde audacia ad navigia facienda animum converterunt. Primum namque carinam, fundamenti instar, suis costis texuere, parietibus omni ex parte ad formam prægrandis vasis adsurgentibus: hos clavis, ut hæreant, firmissimè connectunt: & pice, ad prohibendum aquæ ingressum, illiniũt. Pars prior navis, prora: quæ est posterior, puppis nominatur, hanc suis partibus constructam, remis longe lateq; inpellunt, perinde ac mobiles in eo elemento domus. Sed ad incredibilem celeritatem reperta vela, quibus tamquam velocissimis equis, ventorum vi navis fertur & incitatur: ut quas res violentissimas natura genuit, earum moderationem homines habeant. Gubernatores ii sunt, quibus nauticæ scientiæ peritis, locorum ac temporum ratio multiplici rerum usu ac tractatione cognita & explorata: ut frequenter circumspicientes cœlum, stellas tamquam duces sequuturi, maria etiam atq; terras, minus errabundo cursu per inmensum vagentur, & in tutissimum portum, atque eum destinatum, se ac sua omnia provehant ac recipiant. Ejusmodi onerariis navibus omnes undiq; ad vitam copiæ, aliis ad alios translatis, suppeditantur, &c. *lib.2. de scrib. univers. rer. hist. pag. mihi* 131. Quæ cum ita sint, adparet nunc † nautas, natatores ac urinatores, pace belloque prodesse Reipublicæ, commerciorum usum per illos augeri, & cum periculo id conjunctum esse: ideo etiam toties in jure caveri, ne navigationi obstaculum objiciatur, aut statio deterior fiat, utque magistratus fluminum protectionem (ratione commerciorum, navigationum, stationum, naufragiorum, piratarum, vectigalium molendinorum, aliarumque rerum) ac curam enixe in se suscipiat, summoque studio procuret, quæ ad istorum commodum vergunt. Quocirca communiter Dd. † flumina publica, præsertim navigabilia, & de illis acceptas gabellas ad Regalia referunt; hasque in sacro Principis patrimonio constituunt: illa autem extra commercium, nec alicujus vel proprietate, vel usu speciali, sed jure gentium omnibus patere, (quæ ex alibi dictis sanum intellectum accipiunt) nisi Principi quoad protectionem, adfirmant Bartol. & Jason *ad l. quo minus 2. D. de flumin.* Guido Papæ *decis. Gratianop.* 577. Augustin. Berous *consil.* 140. *num.* 4. *lib.* 3. Matth. Wesenbecius *cons.* 197. *n.*21. *part.*1. Henr. Rosenthalius *d. c.*5. *concl.*23. *n.*1. *ubi alios pluresq; citat. & conclus.* 28. *nu.* 7. Joh. Niellius *d. disp. feud.* 11. *th.* 4. *lit. C.* Dominic. Tuschus *tom. 3. pract. conclus.* 405. 407. *lit. F.*

20 21 22 23

lit. F. idem tom. 6. concl. 82. cum seqq. lit. R. Hug. Grotius *d. tr. de mari. lib. cap. 5.* Feudistæ magis communiter *ad tit. 56. lib. 2. feud.* & Dd. qui de Regalib. integros scribserunt tractatus, quos sparsim enumeravi; & qui in hac causa plenius videri possunt. Ego hic neque in genere plura adferam, neq; adcumulabo nunc ulterius alia, quam quæ directo ad institutum meum spectant.

24 quam late igitur se extendant ista † Principũ potestas, & quomodo ad regalia referantur, etiamsi alibi hoc ex parte à me sit occupatum, attamen cætera jam persequar, quæ illis cohærent, & nondum plene absoluta sunt. Guntherus quidem cò diserte respexit, & hisce duobus versiculis illa ad regalia retulit:

Vectigal, portus, cudenda jura monetæ,
Cumque molendinis, telonia, flumina, pontes.

Sed lucem ex quæstione præcedenti acceperunt, & nominatim hic cum *quæst. 9.*
25 *num. 45. & fere per tot.* Ex qua, ut & præcedenti, manifestus erit, † error illorum, qui contendunt: flumina publica navigabilia ita ad Regaliorum classem pertinere, ut in Principis absoluto dominio, patrimonio, liberrima potestate ac proprietate omnimoda existant, *sup. quæst. 15. num. 15. 40. quæst. 17. num.* 19. 20. 21. 22. Baldus, Mantua, Mandellus, Afflictus, Boerius ex parte & alii apud Dominicum Tuschum *dict. tom. 3. conclus.* 405. *numer. 2. 3. 7. 18. lit. F.* quorum ductum quoque sequitur Renatus Choppinus *libr. 1. de doman. Franciæ tit. 15. num. 1. 2. & 3. pag. 19.* qui adjicit, Galliæ Principes, (de quibus tamen adducit mox citandum Juvenalis versum Herman. Latherus *tract. de censu. lib. 2. c. 11. num. 11.*) nusquam non publica flumina sibi adseruisse, jure Coronæ seu Regni. Mox infert, non solum Regalia flumina (divisit enim Regia ac bannalia sive proscribta) nuncupari, quod Regum dominio sint adtributa: sed etiam quod eorum curam Reges sibi adsumserint ac monarchæ, ut vult Paulus JC. *in leg. quod princip. l. si quid in publ. verb. sine permissu princip. D. de aqu. plu. arcen.* & Pomponius *in l. quo minus 2. verb. Imperator. D. de flumin. l. servitutes. §. publico. D. de servitut.* Quamvis cur ista flumina, & an ob hanc causam Regalis juris dicantur, non æque consentiant Doctores, uti monstrat Dn. Bocerus *d. tract. de regal. c. 2. n. 163. 164. per tot.* ubi plura aliaq; invenies. Tales patroni, perquàm multi etiamnum reperiuntur, qui fisci (cujus tamen inimici esse debebant, qualem se fuisse dicit Fulgosius: imo quod indistincte & semper contra eum fieri debeat interpretatio, vult Jason apud Tuschum *sup. alleg. lo. q. 15. n. 5.*) regaliorum, jurisdictionis ac territorii funiculos in gratiam Principum nimis extendere solent, cupiuntque verbis *cap. super specula 10. extr. ne cler. vel mona. sec. neg.* Quos suo loco condignis titulis honestavi, & sæpius pro veritate aut communi omnium salute libere pugnans refutavi. Et sane illi facilius toleraretur, si ad favorem aucupandum hæc suggererent: at cum insuper id de jure obtinere, ac Principum potestati cõpetere omni nisi laborent, gravius id ferendum sanctioris justitiæ mystis obvenit. Ex hinc merito ridetur à Juvenali Palphurius quidam adsentator, qui omnia quæcunq; ex mari caperentur, pisces etiam ipsos esse Domitiani (ut refert Choppinus, Mejerus verò idem de Nerone tyranno extollit *ad tit. D. de L. Rhod. de jact. th. 3. n. 6.*) Cæsaris adfirmabat *sat. 4. v. 54. 55. adde supra quæst. 10. n. 11.*

Si

Si quid Palphurio, si credimus Armillato
Quidquid conspicuum, pulchrumq; ex æquore toto est,
Res fisci est, ubicumq; natat. ——

26 Æque diffido de altera † quorumdam adsertione, num salvari possit, & proprie exaudienda sit; qui indistincte, non prævia debita expositione, flumina navigabilia & circa illa factas prohibitiones permissionesque ad Reservata Principis seu Jura Superioritatis referunt; ut fecerunt Peregrinus Janinius *tr. de reali citat. lib.* 1. *c.* 1. *nu.* 162. Jacobus Bornitius *de majest. polit. cap.* 30. *fol.* 262. *in pr.* Joh. Camma. *disp. de regal.* 7. *th.* 33. *cum seqq.* & ante illos alii recensiti à Ruscho *d. concl.* 405. *n.* 3. 4. 5. 7. 15. 18. 24. & Wesenb. *sup. q.* 15. *n.* 10. quæ Germanico idiomate dicũtur, die Keyserliche uñ Reichs-Reservaten/ item Hohe/ Fürstliche Lands-Oberherrlig- und Botmessigkeit/ ubicumq; locorum, in ditionib. suis, tam quoad terræ, quam aquæ & aëris elementa: & tamen in plurimis à Regalib. simpliciter ita dictis discrepant, interque se etiam varias patiuntur declarationes. Unde hæc potius de belligeratione (quæ prælio navali ab Imperatore legitime indicto fit) regalibus majoribus sive majestaticis, vectigalibus novis inponendis, pontibus grandioribus exstruendis, deq; universali protectione ac jurisdictione intelligerem. Et sic quoad Cæsarem quoque, Reges vel alios superiorem nonrecognoscentes hæc verisimiliora; adeo ut Rolandus à Valle dicat, quia hujusmodi flumina navigabilia vel quæ talia faciunt, cum sua opinione sint de regalibus & solius Imperii, nec civitatem nec populum posse ex iis per talem structuram aquã usurpare, nedum privatum aliquem *consil.* 97. *num.* 4. *vol.* 3. De cæteris vero Principibus, Dominis, vel Civitatibus peculiaria legimus, quæ ab isto dignitatũ fonte promanant, & respectu reliquorũ exercentur, interque eosdem locum inveniunt limites ac certi modi, quos transilire, salvis Imperii constitutionibus jus fasque non est: idque prodit ipsa vos Botmessigkeit/ quasi Bodenmässigkeit/ circumscribta jurisdictio ac speciali concessa beneficio à monarcha, in terris exercenda auf seinen Grund und Boden/ cum alias hujusmodi flumina soleant quoque prægrandia adferre præjudicia, sicque requirant majora jura ac privilegia, & non adeo proprie aut usitate in aquis & aëre territorium haberi, inque eo jurisdictionem exerceri perhibeatur; cum similibus aliis, quæ huc operose transferre possem. Si quis tamen horum omnium plenissimum cupit habere intellectum, is adeat Rosenthalium *tract. seu synop. de feud. sparsim.* Henricum Bocerum *class.* 4. *disput.* 3. *th.* 15. 16. 17. 18. *class.* 5. *disput.* 11. *th.* 2. 3. 10. *usque ad num.* 16. *& d. tract. de regal. cap.* 1. *num.* 2. 3. 5. 14. 16. 42. *cap.* 2. *num.* 4. 6. 140. 144. 163. 182. Dn. Chr. Besoldum *disc. de jurisd. imp. Rom. in præf. & capit.* 18. *per tot.* Thom. Michaelem *in conclus. jurid. de jurisdict. passim*, Paul. Matth. Wehnerum *in pract. observat. verb.* Herrligkeit *pag. mihi* 457. *cum seqq.* Joh. Meichsnerum *tom.* 2. *decisio. Cameral. part.* 1. *decisio.* 8. *fol.* 742. *& seqq.* Johan. Bidenbachium *nob. quæst.* 1. Adrian. Gylmannum *tom.* 2. *symphorem part.* 2. *volum.* 47. *numer.* 20. 21. *fol.* 156. quem adducit idem Wehnerus *verb.* Grund und Boden *pag.* 268. inprimis vero evolvendi sunt Andreas Knichen. *tract. d. sublimi jure territ. cum relect. nupera*, & Theodorus Reincking *tract. de regim. secul. ac eccles. lib.* 1. *class.* 5. *cap* 1. *usque ad cap.* 7. *per tot.*

27

Nonnulla etiam † huc spectant, quæ adtuli *d quæst. 15.* ex qua summariter hoc repeto: Interpretes prius inter se convenire debere, quid sub nomine Regaliorum proprie intelligant, quomodo ea recte definiant ac distribuant, ab aliis juribus discernant, resque cum personis in considerationem hujus materiæ deducant, nec jurisdictionem & curam (quam inferioribus quoque Principibus, Comitibus, Baronibus, Civitatibus ac Magistratibus hodie competere notissimum est, & alibi à me sub certa restrictione probatum) cum universali imperio aut proprietate, vel cumulativa vel abdicativa confundant, sed ipsorum fluminum discrimen habeant, temporisque rationem, quo quid à privatis instituitur.

28

Hinc quæsitum † novimus, an interdum quis prohiberi possit ne in flumine publico vel mari quis naviget? uti videre est apud Angelum & Plateam *in §. flumina Inst. de rer. divis.* Balbum *p. 4. tract. de præscribt. 5. p. princip. quæst. 6.* Schurpffium *cent. 3. consil. 29.* Cæpolla *tract. de servitut. urb. præd. cap. 16. num. 3. & 4.* inprimis Hugonem Grotium & alios, quos adduxi *quæst. 9. num...* Ex eodem capite alterum profluxit ζήτημα: Num quis à Magistratu prohiberi possit, ne via publica utatur? Et distinguunt: aut evidens Reipublicæ salus id postulat, vel interest Magistratus ne transeat, puta ne arcana scrutetur, & interdicere potest *arg. d. l. mercatores 4. C. de commerc. & mercat. tit. C. de litt. & itin. custod. lib. 12. tit. C. quæ res export. non deb. Novell. Leon. 63. Barn. Brissonius libr. 4. antiq. cap. 4.* Heig. Steph. Ruland. Rauchbar & Rosenthal apud Joh. Gryph. *tract. de insulis cap. 20. num. 42. cap. 25. num. 54. & seqq.* Aut non interest, & tunc quod ipsi non nocet, alteri concedi potest, nec modum, cessante priori causa, juri gentium amplius præscribere debet, *l. 3. §. quamquam. D. de acq. plu. arcen. l. 2. §. 2. & 6. viam publicam D. ne quid in l. publ. l. per agrum C. de serv. & aqua. l. 2. §. 1. vers. publicæ utilitatis De interdict. Dd. in tract. de salvo conduct. facit Gloss. in ca. notandum, verb. transitus 23. quæst. 2.* quæ dicit, quod si necessarius sit transitus nemini denegari debeat. Hinc quoque videmus, quod quilibet Princeps priusquam alterius ditiones ingreditur, prius significat alteri Principi, an liceat ipsius ditiones ingredi, & quo die sit venturus *l. 4. antequam cum 7. seq. De off. pro cons.* Delhard Horstius *in synopsi sua eod. tit. n. 3.* Karulus IV. *in aur. bul. in constit. omne regnum §. volumus autem & expresse statuimus, juncta Novel. 130. l. un. §. administrationem C. ult. om. jud. Novel. 95. cap. 1. §. 2. Numeri 20. vers. 17. & c. 21. vers. 22.* Quocirca distinguendum erit † tempus & consilium, quando & quo fine istud Princeps agat. Unde nec ipsi concessum, nec privato, molendina & alia ædificia in publicis fluminibus & navigabilibus erigere cum damno manifesto & multorum incommodo, ut alibi dixi & in specie ponunt Menochius, Duarenus, Bocerus, Tuschus, cæteri. Vel si Princeps id facere voluerit vel perrexerit, ac aliquem hodie prohibere: causas exstructionis & modum considerandum duco; item de ipsius titulo ac jure dispicio, de quo debet esse sollicitus, an ex inmemoriali tempore, vel per tacitum expressumque Populi consensum, vel consuetudine distante, vel pactione interveniente, aut per investituram, aut deniq; ob salutem publicam, eamque evidentem id obtinere ac habere queat, ut perspicuum reddidi in commentis *quæstio. præcedd.*

29

præcedd. Schraderus *ad* §. 25. *per tot. Inſt. de rer. diviſ.* Hinc etiam evenit neceſſarium, ut non modo fluminum publicorum ac navigabilium curam habeamus, ratione navigationis ac ſtationis: ſed etiam, ſi ob utilitatem publicam vel juſtam communemque cauſam (quam in prima quæſtione prætendunt etiam laudati autores) molendina ibi exſtructa fuerint, videndum ne uſus deterior fiat, neve aqua vertatur aut illis decedat; quæ adeo neceſſaria tam navibus quam moletrinis, ut proverbium pepererit, à me adductum *q.4.n.4.71.* Novimus inſuper ejus generis navalia ac ripatica molēdina in Tyberi, Danubio, Blavo aliisque fluminibus & jamnum conſpici *ſup. quæſt.* 5. *num.* 27. *quæſt.* 6. *num.* 8. 25. 23. *quæſt.* 15. *num.* 6.

Exſtructa autem an à Principe fuerint, vel cum ipſius licētia & quandoq; ſine illius venia à ſubditis, poſſeſſores harum molarum ſciunt & copioſe antea indicavi. Nunc 30 alterum reſtat † diviſionis membrum, qua flumina non ſolum publica & privata erant: ſed etiam navigabilia & non-navigabilia conſtituebantur. De quorum occupatione, ac modificata exſtructione molarum hic nominatim agendum eſt, accedētibus iſtis, quæ hactenus de præſenti conſideratione in medium protuli. Non enim (cum differentia inter hæc duo ſit in promptu) quia licet in flumine publico privatoq; molā exſtruere, ſtatim quoque licet in navigabili vel tale reddente idem peragere, ut per hactenus propoſita evaſit notiſſimum.

Unde, quemadmodum quid flumina publica- & privata, ita † navigabilia quoque & 31 non-navigabilia quid ſint eo facilius eluceſcit. Navigabile namque flumen Dd. dicunt eſſe, quia natura ſua navigationi eſt aptum & navigari poteſt, ſicque tale tam actu quam potentia exiſtit; quod ſatis eſt ad indicandum flumen, navigabile, etiam ſi re ipſa & actu in eo nunquam navigatum eſſet. Siquidem hoc nomen verbale (Navigabile) ex propria ſua ſignificatione aptitudinem tantum & potentiam, non actum ſignificat, ut poſſibile, vendibile, mobile, *DD. in l. moventium D. de verb. ſignif.* Hinc dicit, Guido Papæ, quod verba ſecundum communem uſum loquendi ad aptitudinem ſæpe, non ad actum referantur, *deciſio. 629. num. 3. per cap. majores extr. de baptiſ. §. his autem verbis Inſtit. ad L. Aquil.* Et hoc etiam ſatis indicat Pomponius, dum tradit flumen navigabile fieri ex alterius fluminis in curſu ex conmixtione, *in d. l. quo minus de flumin.* Eoque pertinet, quod Baldus ſcribit: in aquis loci naturam conſiderandam eſſe, adeo ut etiamſi nunquam navigatum fuiſſet in flumine, de quo agitur, nihilominus tamen vere & proprie navigabile judicaretur ex latitudine & aquæ ipſius copia, quæ augetur ex incidentibus rivulis, & incitatur atque inpellitur æſtuario ex mari emergente, ita ut ad ferendum naves ſit aptum, *in l. 2 in princ. de acq pluv.*

32 Quo faciunt demum † communes Doctorum concluſiones: Novum molendinum poſſe exſtrui, & derivari aqua ex flumine publico, quando hoc non eſt navigabile nec influit in aliud, idque navigabile efficit (qua in re tamen multum valere judicis ſuperioris authoritatem, ita ut conpetentem formam is dare poſſit, volunt *argum. l. de uſu De extraord. cognit.* Baldus *conſil. 273. volum* 3. Johan. Saiſon. *ad conſuet. Turon. des droictz de baſſe juſtice art.* 4.) alias ſecus: vel in utroque etiam ita ſine Principis aut regalia habentis conceſſione licere jure communi fabricare, ſi navigatio ſtatioque non impediatur, vel aqua

non versatur; vel quod in fluminibus majoribus, ac navigabilibus per talem molendinorum structuram usurpandis, consensus Principis accedere debeat: maxime cum mola plerumque sit gravior moles, & utplurimum reddat aquam rapidiorem, aut simile aliquod incommodum magnum publico usui adferre soleat, insuperq; molendina ipsa multi ad Regalia referant, ac Principes hujusmodi flumina navigabilia hodie prædictis titulis sibi vendicent; ut ex antea deductis uberius constat, & ordine his de adsertionibus in terminis plene cum allegatis videri possunt, post Accursium Bartolum, Jasonem, Ripam & Dd. omnes *in d. l. quo minus 2. D. de flumin. cum aliquot titt. vicinis*, Wesenbecius *d. consil. 34. numer. 15. consil. 67. numer. 11. 24. 25.* Schneidewinus *ad d. §. flumina num. 6. 7. 12. Instit. de rer. divis.* Gab. Labbæus *supr. quæstio. 15. numer. 6.* Roland à Valle *dict. consil. 97. fere per tot volum. 3.* Alvarottus cæterique *ad tit. quæ sint regal. libro secundo feud.* Schurpffius *d. cent. 3. consil. 38.* Bocerus *dict. cap 2. de regal. numer. 165. cum seqq.* idem Baldus *consil. 71. incip. casus talis est: Commune & homines numer. 3. versicul. per hoc adparet libro primo* (quod est Signoroli Homodæi, & alibi novam rationem reddit, cur fluminis publici alveus, nec debeat nec jure possit mutari) Castrensis *consil. 411. incip. ad id, de quo quæritur, per tot. libro secundo* Tuschus *d. tom. 5. conclus. pract. 304. lit. M. numer. 1. cum seqq. juncto tom. 3. conclus. 405. 406. 407. lit. F. & tom. 6. conclus. 82. cum seqq. lit. R.* Rosenthalius *dict. cap. 5. synop. feud. conclus. 28. per tot.* qui de Communi testantur, & idem fere omnes, tam in consiliis quam lecturis sequi uno spiritu. † In

33 tantum, ut permissum fabricare molendinum novum in flumine privato non-navigabili (de qua re præfati autores consulendi) neque confluente in navigabile, etiamsi is qui exstruere cœpit, impeditus fuerit & propterea cautionem de molendino præstiterit; non teneatur demoliri facere, nisi prohibens prius doceat, se habere jus prohibendi, inquiunt Baldus *consil. 464. numer. 7. & seq. libr. 4.* Tuschus *d. conclus. 304. numer. 11.* de cautione vel satisdatione respectu clusarum ac molarum lege etiam Bartolum *ad d. l. fluminum 24. in princip. D. de damn. inf.* Ob eadem juris principia dicitur: causa faciendi molendinum licere vicino adsumere aquam ex flumine publico. Corneus *consil. 99. num. 8. & 9. volum. 2.* Wesenbecius *consil. 197. numer. 26. 27. 31. part. 4.* Aretinus *consil. 20. Signorol. consil. 91.* Decius *consil. 244. lib. 1.* Bocerus *d. lo.* & Knichen *de Saxon. non prov. ju. verb. Ducum cap. 5. numer. 169. cum seqq. pag. mihi 223.* Quod in quibusnam fluminibus locum habeat, an item & quando quomodove ex publico ducere aqua ad privatum flumen locumque jure quis possit, his duabus quæstionibus à me expositum est, & prænominati autores luculenter id indicant. Inter quos etiam Choppinus præter hanc fluminum distinctionem, Regia quædam dixit, alia bannalia seu proscripta. Hæc quidem beneficiis Dominis confinium prædiorum acquisita esse ait, aut longi temporis præscribtione aut regio permissu, aliove justo titulo: sicque talia hodie non pauca flumina censeri, factaque privata, quæ natura publica erant, *d. lib. 1. de doman. tit. 15. n. 6. pag. 193. juncta quæst. 15. num. 11. Tusch. de conclus. 405. num. 11. 12. 16.*

Sed

36 Sed & hoc quidam addunt: quod † licentia à Principe habita, de constituendo molendino in flumine publico navigabili, extendatur etiam ad molendinum prius inlicite & sine licentia fabricatum, juxta Jasonem *ad d. l. quo minus in 26. colum. D. de flumin.* Marsilium *tract. bannit. versic. nullitas n. 94. & in §. secunda n. 51. item ad rubric. D. de fidejuss. num. 82.* (ubi quærit paulo aliter, nimirum si judex dedit licentiam alicui ut faciat molendinum in flumine publico, & ille habeat, an hoc factum posset retinere virtute illius concessionis? De quo etiam Castrensis *in l. si quis filio §. irritum D. de inoff. testam.*) Peregrinum Joanninum *de reali citat. lib. 2. cap. 1. numer. 59.* Ubi hoc subintelligendum de Judice superiore, & si per illam concessionem navigatio statioque damnum non passa, & ab eodem ædificatore constructa fuerit mola, non ab alio, vel qui antea talem habuerit, secundum distinctionem prædictam hic *& quæst. 15. num. 54. cum seqq.* Bocerus *d. cap. 2. de regal. num. 166. 167. 168.* Inlicitum deinde obposuerunt ibi licentiæ: Illud respectu fortasse legis, hoc Regis seu principis (cujus privilegium non in alterius injuriam, nedum contra communem ac publicam utilitatem interpretamur) aut magistratus, ut hodie loquimur, & allegato à me loco probatum fuit, & innuit Mejerus *ad d. tit. de fluminib. th. 7. 8.* Eadem denique ad retentionem vel ipsius jus transfert Johan. Pet. Molignatus, dicendo: Licentia data pro faciendo molendinum, operatur, ut jam factum possit retineri, juxta eumdem Marsilium *in compend. de fidejuss. num. 82.* & Paulum de Castro *in l. si quis filio §. irritum D. de inoff. test.* ubi notat: quod si Judex dederit licentiam alicui, ut faciat molendinum in flumine publico, & ille habuerit jam factum, possit illud retinere virtute illius concessionis, teste Molignato *tract. de retentione quæst. 248. pag. 233.* quamvis in larga significatione vocem Retinendi usurpaverit, uti videre est apud Joh. Althusium *libel. de jure retent.*

35 Adeo ut hactenus allata † nonnulli etiam tam de fluminibus, quam Mari ipso intelligant: de quo constare adseverant, quod quamvis cuiq; licitum & permissum sit in eo ædificare *l. nemo 4. in fin. D. de rer. divis. l. 2. §. adversus 8. D. ne quid in lo. publ. §. littorum Instit. de R. D.* hoc tamen limitetur, si per ædificum in mari exstructum, vel aliud opus (cui molendinum adcenseatur, & quoq; structura seu ædificium est) in eo factum usus publicus, vel iter navigii deterius fiat aut impediatur. Nam tale ædificium in mari fabricare, vel ibidem opus ejusmodi facere est prohibitum *l. littora 3. l. in littora 4. D. d. tit. ne quid in lo. publ.* Gryphiand. mox citand. *tr. c. 20. nu. 42. 43. 44. 45. 46.* cum similibus supra allegatis, & à Ludolpho Schradero *in comment. ad d. tit. 1. lib. 2. Instit. tum Pandect. de rer. divis. §. 26. num. 17. & 18.* qui per totum istum paragraphum disputat de ædificiis in mari positis, aut ponendis; quem sequitur præter laudatos Joachimus Scheplitz *in addit. ad consuet. March. part. 4. tit. 22 §. 1. num. 4. §. 2. num. 2. adde Capollam tract. de serv. rust. præd. cap. 26. & 31.* Qui potius tamen textus de fluminibus adducere debuissent; cum mare fluminibus multum distet, &, quod ego sciam, in mari nusquam reperiantur natantes sive fluviales molæ, per analogiam navium fluvialium dictæ *arg. l. 1. §. navi-*

navigii D. de flumin. supr. quæst. 5. *&* 13. aut in littoribus exstructæ, multo minus ut in vasto isto Oceano (qui ne fluminum quidem accessionem & recessionem sentit, *Seneca 3. nat. quæst. 4.* Bellus *lib. 2. rer. polit. disc. 69. in princip*) cursum navium impedire ac aquam avertere possent: sed potius in ripis positæ deprehendantur, ut fluminibus ipsis aut in capite seu summitate eorumdem sese in mare exonerantium, illudque ingredientium, ut indicio est præcedens & sequens *quæstio. 17.* & inde ait Gaius de insula, quod in mari raro nascatur, in flumine autem frequenter id accidat *l. adeo 7. §. 3. D. de adq. rer. dom. d. quæstio. 17. numero* 16. 24. illudque superius in terminis olfecit Roland. à Valle *d. consil. 97. numero 7. vers. aut flumen est publicum, volumine 3.* collige simile ex Domino Iohan. Gryphiandri *tractat. de insulis cap. 20. numer. 5. & 31.*

36 In quibus hæc omnia † de privatis aut subditis efferuntur, ut nullum obstaculum usui publico præbeant, aut hunc adimant: Principum quoque moderata potestas est, tam in concedendo, quam prohibendo, & per se aut suos peragendo, quod supra plenius tactum. Plerique etiam inde hoc construunt, magnam quidem & adcuratam ipsummet Principem, qui summæ rerum præest, fluminum curam habere: non tamen alvei divinitus quasi fluminibus tributi mutationem aut eorum derivationem facile tentare debere. Iohan. Cammanus *disput. de regal. th. 45.* Ioach. Schepelitz. *d. §. 1. nu. 7.* Novam rationem Baldus reddidit: quod fluminum alveus non possit debeatque mutari, aut diverti, nec eadem exsiccari (nisi ratione publicæ utilitatis vel ad defensionem, aut evitandam hostilitatem) quia corrumpatur aer, per quem pueri de facile moriuntur, *cons.* 188. *dicitur quod opus n. 3. & 4. lib. 2.* apud Tuschum *d. tom. 3. pract. conclus.* 407. *num.* 67. At vero vitium istud non solum pueri, sed omnes præsentiscunt, & aer debet esse communis & salubris, hocque ad principis officium spectare, Politici unanimiter referunt, ut subditorum nempe salutem ac valetudinem procuret.

Nec modo damnum hic obvenit, sed rarissime etiam illæ derivationes feliciter cesserunt, ut iidem nobis exhibent. Præter quos hac de re more suo disserit Philippus Camerarius, cur nimirum dicatur, Isthmũ perfodere? quod inde ortum, & de laboribus ac conatibus ingentibus, vanis irritisque usurpatum sit, *cent. 1. horar. succis. cap. 81.* ubi inter alia exempla Karuli Magni audaciam carpit, quod à Danubio ut in Rhenum navigaretur, inter Rhedonessum & Alemanum flumina (*vulgo* Regnitz *&* Altmühl) fossam ducere voluerit. Eamdem rem declarant, ubi videre est Barthol. Keckermannus *in cursu philosoph. disput. 31. quæst. 17. pag. mihi 607. 608.* Greg. Richterus *axiom. polit. 306.* Ioh. Gryphiander *tract. de insulis cap. 8. num. 41. usq. ad 52. juncto cap. 20. nu. 5. 83. cum seqq.* & Georg. Schönborn *lib. polit. cap.* vel ipsius exscriptor Nicolaus Bellus *in lib. de statu polit. seu epimet. aporism. polit. lib. 2. disc. 69.* Ac ideo Herodotus Oraculum Delphicum, de Isthmo perfodiendo consulentibus ita respondisse memorat:

Ἰσθμὸν γὰρ μὴ πυργοῦτε, μηδ᾽ ὀρύσσετε,
Ζεὺς γάρ κ᾽ ἔθηκε νῆσον, εἴκ᾽ ἐβούλετο.

Neque cingite Isthmum mœnibus neque fodite;
Nam si Iovi id visum, locasset in salo.

Idem

37 Idem judicandum fere † de terminis, quos Romano Imperio posuit Cæsar Augustus, & natura ipsa quasi constituit: quos transgressi successores, adversam sæpius fortunam experti sunt, ac mox ea cæpit inclinare. Vbi locum obtinuit Sapientis dictum: Non sunt mutandi termini, à majoribus positi. *Proverb. 22. versic. 28. ubi Dn. Renus in spicil. juncto Deuteron. c. 19. verb. 14. c. 27. vers. 17.* Fuerunt autem sub Augusto Imperatore ab oriẽte Euphrates, à meridie Nili catarectæ & deserta Aphricæ ac mons Atlas, ab occidente Oceanus, à septentrione Danubius & Rhenus. Ita enim ipse bono consilio instituit claudere regnũ naturæ aliquibus limitibus, & custodes militesque ad eos habere. Tacitus quod in eo laudat, clausum mari (inquiens) aut amnibus longinquis imperii. Legẽdus est Iustus Lipsius *lib. 1. de magnit. Roman.* ubi & nominatim provincias recenset, quas in Europa, Asia, Aphrica, Romani habuerunt; tunc cum imperium latissime patuit, id est, ab Augusto usque ad Trajanum.

38 Deniq; † in universum mare ipsum ac totus mundus certos habet limites, quos Deus & natura illis constituit: aliter ac veteres, qui nimis angustos fines iisdem attribuerunt. Licet enim Claudianus Magnum Mundum vocitet *lib. 2. de laud. Stilicon. verb....* attamen brevioribus, quam nunc, terminis circumscriptus is fuit, & usurpatus ab antiquis. Vnde Seneca de Alexandro, regna sua dilatante, & ultra mare hominibus bella inferente, dixit eum extra naturæ terminos arma protulisse; quasi cum terris Natura defineret, & Oceanus ignotus & inmotus, caligo & chaos deinde haberent, *lib. 7. de benef. cap. 2.* Sed hæc ut declamator ex communi tunc opinione, ceu idem alibi de isto monarcha: Iidem, inquit, sunt termini & regni tui & mundi. *suasor. 1.* Alius ita: Tempus est Alexandrum cum Orbe & cum Sole desinere, quasi ultra nec Sol nec Orbis. Pedo etiam poeta de Germanico Oceano:

——— ruit ipse dies, orbemque relictum
Vltima perpetuis claudit natura tenebris.

Sed & Tacitus tali sensu ait: TransSuionas aliud mare pigrum. Illuc usq; (& fama vera) tantum natura. Vbi vide ejusdem Lipsii notas ultimas. Ex quibus prius illud cognoscimus, arctis admodum finibus universum Terrarum Orbem veteres conclusisse, quod etiam fuse persequitur Bonaventura Vulcanius *in schol. ad Arist. de mundo pag. 67. 68. 69.* & Henricus Salmuth *in not. ad nova repert. Pancirolli lib. 2. tit. 1. per tot.*

QUÆSTIO XVII.
De riparum ac littorum occupatione epimetrum.

SVMMARIVM.

1 Continuatio & ratio, & cur tam operose de fluminibus disputem, cum numeris seqq.
2 Doctorum testimonia anne aliquid roboris in causarum decisionibus obtineant?
3 Francisci Ripæ dictum, de aquarum fluminumque tractatione.
4 Cuius nominis & rei occasione hic de littoribus ac ripis tractatio incipit. Et primo littoris homonymia.
5 Littoris Etymologia.
6 Littoris Synonymia.
7 Ora & Oræ maritimæ, cur sic dictæ?
8 Amænia & Ἀκταὶ quænam?
9 Littoris descriptiones parallelæ.
10 Gaddæi vera interpretatio, quousque se littora extendant.
11 Conprobatur exemplo & dicto Libanii Sophistæ.
12 Ripæ definitio & discrimen à littore. nũ. 14. 16. 17. 19
13 Ripæ munitio, Ripuarii Riparensia, castra, milites & ripatica molendina.
15 Littorum usus ac proprietas quarum sint?
16 Commune & publicum differunt.
17 Riparum usus ac proprietas ad quos spectet?

18 Genuinæ lectiones l.4.§.fin.D.de rer. divis. & l.3.§. 2.D.de flumin. juncto num.19.
19 Inductio & conciliatio l. littora 3. D.ne quid in loc. publ.ex Gotofredi mente.
20 Minus licere interdum in littore ac ripis, quam in mari ac fluminibus ipsis.
21 Autoris dissensio remissive, cũ aliorum decisionibꝰ.
22 Confirmantur hæc Feudistarum & Legistarum communibus adsertionibus: item an & quomodo ad Regalia pertineant?
23 Quæstio in terminis generalis proponitur: An quis molam in fluminum ripis habere ac fabricare queat?
24 Exoritur inde alia: Anne in flumine vel Insula media illam fas sit exstruere? ubi quid medium & alia sint, quæ dubium quem reddunt.
25 Hodierni imperii mutata facies interdum quoque aliud suadet.
26 Adducitur Adolphi Regis Romanorum communi Principum voto conroboratum rescriptum, de Insula in flumine quolibet Germaniæ nata.
27 Quid si duo possideant prope flumen molendina, & aqua tempori non sufficiat? ex Iasonis & Baldi mente.
28 Sin in confinio duorum Municipiorum fuerit situm molendinum, diversis legibus prædiariis quæ reguntur: non instrumentorum ejus situs, sed aquæ ac alvei cursus juxta Choppinum venit considerandus.
29 Hæc de jure in genere: sequitur de consensu unius alteriusve tacito vel expresso.
30 Cui concessa aqua ad molendinum, an is prata per eam irrigare queat?
31 Antonii Fabri casus parum abludit.
32 Epilogus horum omnium de maris reciprocatione abstrusa: prævia excusatione, cur autor hunc subnectat, remissive.
33 Cælii Calcagnini encomium ex Scaligero.
34 Guillermi Britonis carmen de æstu maris.

1 QUamvis hîc & antea obcurrentes † quæstiones præfati autores, aliique mox citandi, ex professo tractarunt: scrupulosus attamen lector haut inmerito quædam desiderabit, ad præsentem tractationem ulterius facientia. Volui autẽ eos ideo adducere & adcommodare, quia commen-
2 datur † in causarum decisionibus, habere unam alteramve authoritatem, in specie vel in terminis, ut Dd. Practici loquuntur, Dn. Iacobus Schultes *in addit. ad Mod. Pistoris quæst.76.n.47.p.2.* & Ioach. Scheplitz Germani *ad consuet. March. part. 4. tit.17. §. 1.nu.4.* imo in actu Practici laborandum, ut inveniamus decisionem in terminis, quia talem invenire est doctissimi doctoris, autore Felino *in cap. cum ordine De rescript.*
3 Ac volui etiam idcirco, quia non modo † juris publici privatique cynosuram hic locus sibi propositam habet: sed quoque ne absterrerem lucricupidos istos, quos alibi perstrinxi; quum tractatus fluminum & aquarum amplissimus sit, juxtaq; utilissimꝰ & extra popularem orbitam positus; ut eo diligentiorem curam postulet hæc elaboratio, dicente Francisco à Ripa *in d. l. quo minus 2. in princ. D. de flumin.*
4 † Cujus nominis & rei occasione jam reliqua, quæ supersunt, de ripis ac littoribus adnectere lubet. Littoris homonymiam quod attinet, variè accipitur, uti norunt Grammatici. Quintianus Stoa posuit pro labris seu oris extremitate, per tropum sicuti *num. 6. & 7. adde quæst.2.num.26. de lit. N.* Interdum pro agro seu terra (ut Servius perhibet) mari vicina, ceu apud Virgilium *4. Æneid.*

——— *cui littus arandum,*
Cuiq; loci leges dedimus, ———

Cum per naturam, aut inutiliter, sine damno littus arari nequeat. Interdum sumitur pro spatio circa aram, à litando, quia ibi litabantur hostiæ. Nam, velut Donatus docet, navigantes eundo & redeundo in littore sacrificabant; Ciceronis vide locũ *supr. quæst.3.n.15.* & ideo nonnulli Litus unico T. scribere malunt, quod tamen non probo, vel potius necessarium non esse duco. Quandoq; etiam dicitur littus de fluminibus, apud eumdem Virgilium alibi:

Littora quæ dulceis aquas diffunditis agris.

id quod dixit quum de Mincio Mantuani agri fluvio loqueretur. Unde etiam littoreas aves pro palustribus posuit, *libr.12. Æneid.*

Littoreas agitabat aves. ———

Eo-

Eodem sensu hoc de Baiis usurpravit *lib. 9. Æneid. vers. 17. & supr. quæst. 16. num. 8.*
Qualis in Euboico Bajarum littore quondam
Saxea pila cadit, magnis quam molibus ante
Constructum jaciunt ponto. ———

Sed omnia abusive usurpata. Proprie enim & usitate littus de mari dicitur, ripa de fluminibus. Quæ significatio juri nostro, bonisque authoribus convenientior. Distinxit ita Paulus Iurisconsultus *in l. 65. §. 1. D. de acq. rer. domin. & argum. § 16. versic. 4. ibi de ripa in flumin. Instit. ad L. Aquil.* Suetonius his verbis: *Dispositæ per littora & ripas diversoriæ tabernæ*, in Nerone. Ovidius quoque *lib. 1. Metam.*
——— *campoque recepti*
Liberioris aquæ pro ripis littora pulsant.

5 Donatus quidem, ut innui, littus dictum putavit † à litando: alii ab alluendo vel allidendo, ut mox sequetur: nonnulli à legendo, quibus altera ipsa scriptura ad idet. Vnde sæpiuscule etiam conjunguntur. Claudianus *in 3. cons. Hono. verb. 119.*
——— *legitur plago littoris.*

Isidorus ita: Lector à legendo dicitur *hoc est* percurrendo, unde & navis dicitur legere quidquid transit, *lib. 10. Orig.* Valerius Flaccus in hunc modum:
——— ——— *littora blando*
Anfractu sinuosa legens. ———

Minutius Felix cui, ut ibi commentator judicat novissimus, optime cum Claudiano convenit: *Oram curvi molliter littoris, iter tabulis fallentibus, legebamus.* Rutilius Numatianus Gallus *in Itinerario*:
Alsia prælegitur tellus, Pyrgique recedunt.

6 Littoris autē † Synonymia exinde perspicitur, quod dicitur χεῖλος θαλάσσης, labrum maris *Daniel. 3.* Nam eodem modo & שפה sapach *i. e.* labium apud Hebræos usurpari adsolet pro ora sive margine. Hinc Moyses inquit: sicut arenam quæ est juxta labium maris, *hoc est* littus *Genes. 22. v. 17.*

7 Plinius quidem cum aliis † Oræ adpellatione fere semper regionem littoralem intelligit, ἀκτὴν, apud quem crebro illa leguntur. Adhibe Coratii notas *ad l. 2. §. post hos quoque num. 10. 11, 12. De orig. jur.* Quos maris terrarumque fines & extremitates quoque Virgilius indicat statim initio *lib. 1. Æneid.*
Arma virumq; cano, Trojæ qui primus ab oris
Italiam fato profugus Lavinaque venit
Littora. ———

Sed generalis hæc denominatio, non excludit specialem: dum scilicet statuunt, omnia flumina mare ingredi ac egredi. Inde dicuntur ἐξέυγεσθαι *hoc est* eructare in mari. Siquidem & ora sive fauces illis tribuuntur: quas Græci στόματα vel ἐκβολάς (cum tamen potius sint εἰσβολαὶ dicendæ) adpellant. Homerus ποταμοῦ στόμα καλλιρ-ρόου. Virgilius de Nili ostiis.
Et diversa ruens septem discurrit in ora.
Idem alibi *4. Georg.*
——— *Cava flumina siccis*
Faucibus. ———

8 De altera autem voce sic habet † Glossarium vetus: Amœnia, αἰάκται. Glossarium Græco latinum ita: Ἀκτὴ, Ora scilicet maritima. Amænia igitur sunt, quæ Græcis Ἀκταί, & quæ Apuleius periphrastice, vocat sinuosis inflexam littoribus terram. Servius etiam, illud Virgilii *lib. 5. Æneid.*
At procul in sola secretæ Troades acta,
ita interpretatur: Acta nomen substantivum, significat secreta & amæna locorum. Seneca deniq; Amænia describit, cum ait: Mareque ex aperto conductum amæno sinu cingit, *lib. 6. nat. quæst. cap. 1.* Quo sensu etiam ista superiora Flacci ac Felicis testimonia accipi possunt. Et alterum hoc generale

rale Iulii Firmici: *Atlanticum mare terræ ſpacium in modum inſulæ, undarum ſuarum circumfuſione concludere.*

9 Ex quibus ſequitur † quid Littus ſit? nempe terra adjacens mari, quæ fluctibus alluitur: unde & nomen inveniſſe quidam putant, ab alluendo vel allidendo. Quod plenius ſua definitione Celſus indicat: Littus eſt, quouſque maximus fluctus à mari pervenit. *l. littus 96. ubi multa Gaddæus habet D. de verb. ſignif.* Iavolenus ex eodem diſſerens ita inquit: Littus eſt publicum eatenus, qua maxime fluctus exæſtuat *l. littus* 112. *D. eod. tit.* Vtrumque Iuſtinianus ſic interpretatur: Littus maris eſt, quatenus hybernus fluctus maximus excurrit *§. eſt autẽ 2. Inſt. de rer. diviſ. Prattaus in lex. verb. littus.* videris Chriſtophorũ Colerum *lib. παρεργ. cap. 5.* Nunquam enim major & diurnior æſtus maris, quam hybernus; & nunquam melius quam poſt Vergiliarum occaſum cognoſci poteſt, quouſque fluctu ſuo eludat. Recte igitur † Goddæus ibi monet: littus non in infinitum cenſeri debere, quatenus unquam aqua maris pervenit; ſed quatenus & quouſque conſuetus maris fluctus maximus hyberno tempore excurrere ſolent, poſt Barthol. Cæpollam *de ſervit. ruſt. præd. c. 27.* Doctores *ad tit. Inſt. ac Dig. de rer. diviſ.* Iohan. Borcholten *ad cap. un. quæ ſint regal. num. 43.*

10

11 Quod idem † Gæddæus plenius declarat *n. 4. & 5.* ubi omnino lege, quæ lucem accipiunt ab his Libanii Sophiſtæ verbis, de injucundi genere duplici ac fluviorum diverſitate, novitatisque odio ſermonem talem inſtituentis: Τὸ γὰρ ἐν συνηθείᾳ δυσχερὲς, ὦ βουλὴ, κουφότερον τῆς ἐξαίφνης. παῖς ὢν ἔτι, πλουτοῦντας ᾔδειν. ἐκ παίδων ἐξελθὼν, ἑώρων ἃ πρότερον ᾔδειν. ἀνὴρ γενόμενος, οὐδὲν καινὸν ἐθεώμην. πεπαίδευμαι φέρειν ἐκεῖνο τὸ λυπηρὸν, ᾧ μήκει τοῦ χρόνου. ὁρᾶτε τοὺς ποταμοῖς παροικοῦντας ἐκ παλαιοῦ βιαίοις. οἱ τὰς ὄχθας ὑπεραίροντες λυμαίνονται τὰς ἀρούρας, κατασύροντες τῶν γεωργῶν τοὺς πόνους: τούτοις τῷ τὴν συμφορὰν ἄνωθεν συμπροειθεῖν, εἰς παραμυθίαν ἀρκεῖ καὶ τὸ τὰ εἰωθότα πεπονθέναι νουθεσία πρὸς τὸ καρτερεῖν καθίσταται. ὅταν δὲ πρᾶος καὶ μέτριος ποταμὸς ἐστὶ μηδὲ πώποτε ἐξυβρίσας, ὑπερβὰς τὸν τεταγμένον δρόμον, ἐπικλύσῃ γῆν, ἣν οὐ πρότερον ἔφθειρεν, ἡ καινότης ἔχει τὴν ταραχήν. καὶ τοῖς παθοῦσι τὸ τῆς προσβολῆς ἀηθὲς, σείει τὰς γνώμας.

Quæ Federicus Morellus ita latine vertit: Etenim injucundum quod in conſuetudinem abiit, Senatores, levius eſt eo quod actutum fit. Cum puer adhuc eſſem, diteſcentes noveram. A pueris egreſſus, quæ prius noveram, conſpexi: vir factus, nihil novi perſpexi. Inſtitutus fueram moleſtũ illud perferre progreſſu temporis. Cernitiſne fluviis ab antiquo violentis adcolentes, qui ripas prætereuntes vaſtant arva, agricolarum labores convellentes? his pro ſolatio ſatis eſt, quod calamitas retro à ſuperiori ævo procedat: & quod adſueta ſint paſſi, admonitio ad ſuſtinendum propoſita eſt. Sed quando lenis & modicus fluvius, & qui nunquam antea exundarat, ſuperato curſu conſtituto, obruit & mergit terram, quam non antea vitiaverat, rei novitas perturbationem habet: nam impetus & ictus inſolentia mentem eorum qui perpeſſi ſunt, concutit. *declam. 8. de invido ſe defer. pag. 336. 337.*

12 Pari inſuper † curſu Ripam fluminis recte definies, quæ continet flumen, dum naturalem ſuum curſum tenet, non quando imbribus vel alia ratione excrevit, *l. 1. §. ripa 5. per tot. l. 3. §. 1. D. de flumin.* Gæddæus *d. n. 4. & 5.* ſeu Ripa eſt crepido, (*id eſt*, continentis extremitas, ex eo dicta, quod aqua alu-

affluens crepitat cum currit, aut undas adpellit) sive labrum amnis, *hoc est*, terræ extrema ora, quæ utrinque flumine alluitur. Proprie enim, ut antea dixi, fluminum & torrentium ripæ nuncupantur, ceu littora maris: quamvis Plinius semel ripam de mari usurpaverit. *libr. 9. cap. 15.*

Priori usitataq; significatione legimus, 13 † Ripam munire, esse aggeribus factis aquam fluvialem coercere, ne excrescens flumen agrum occupet. *l. 1. §. sunt autem. D. de flumin. tot. tit. D. de ripa munien.* Wern. Kyllingerus *de ganerb. castror. disc. 4. numer.* 127. 128. *129.* Hinc castra Ripariensia, in ripis statuta & locata. *l. 14. D. de re milit.* ac Germani dicti fuere Riparii, adcolæ riparum Rheni, à quibus conscriptæ leges hodie exstant Prattæus *in lex. ju. verb. ripa.* & apud Guntherum *libr. 1. Ligur. ver. 201.* Quibus adcenseo Milites Riparenses sive limitaneos: licet in ripis seu aliis finibus suas habuerint stationes, apud Vopiscum *in Aurel.* Barnabam Brissonium *de verb. signif. verb. limites.* & eumdem Kyllingerũ *disc. 18. num. 7. usq; ad nu. 25.* Plerumque enim citeriores Rheni ac Danubii ripas, ad compescendas barbarorum vel hostium incursiones excursionesque insidebant. Nec aliò spectant Ripaticæ molendina, quæ descripsi *quæst. 5. num. 23. 24. 25. 26. 27. quæst. 6. num. 8. 25. 33. quæst. 16. num. 29. quæst. 52. n. ...*

14 Ex his demum constat, quomodo † non modo quoad voces, sed etiam definitiones hæc duo differant. Diversa etiam inde constituta sunt jura, quæ discernenda & videnda apud Interpretes laudatos, tum Wesenbecium *ad tit. Pandect. de rer. divis. num. 3. per tot.* Meierum ibidem *th. 24. cum seqq.* Schneidewinum *ad d. §. flumina 2. Inst. eod.* ibidemque Antonium Matthæi *in not. pag.* 77. 78. 79. & Melch. Klingium *num. 12. cum §. riparum. num. 14. pag. 90.* Inprimis cum interdicta superiora de fluminibus, viis, locisque publicis prodita, extendantur ad mare ejusque littora ac fluviorum ripas. Idcirco commoda opportunitate de his nunc agendum erit, per tradita à Gæddæo *d. comment. ad l. 96. nu. 1. de V. S.* Nascuntur enim de illis controversiæ, & quidem in genere præter cæteras, quænam & quousque littora ripæque intelligi debeant? Quod in præcedentibus jam enucleatum habemus, & discernere à structuris, an proprie in agris vel in littoribus ripisq; fabricatæ æstimentur, facile possumus. Construo igitur & præmitto sequentes cõclusiones, postquam generales absolvi.

15 Littorum quidem maritimorum † dominium ac proprietas, sicuti ipsum mare, nullius est; nisi quatenus particula ejus structura quadam erit occupata, à qua alii tunc abstinere debent, quousque se illa extendit, & quamdiu ab auctore possidetur seu eamdem occupatam habet. Usus vero littorum in genere publicus est, jure gentium tributus communiter omnibus. §. 1. §. 2. §. 5. *Inst. de rer. divis. l. 2. §. 1. §. 4. l. 5. in princ. D. eod. l. 14. §. 1. D. de acq. rer. domin. ubi Dd.* Bocerus *class. 5. disp. 1. th. 25. cũ seqq.* Aymus *d. tr. de alluvion. lib. 1. c. 3. §. 1. nu. 10. cap. 9. §. 1. nu. 6.* adde Connan. *lib. 3. cap. 16.* Ioh. Gryphiand. *tr. de Insul. cap. 10. num. 31.*

16 Quanquam aliàs adcurate loquendo † Commune & Publicum inter se differant, quod præter antea laudatos demonstrant Althusius *libr. 1. dicæol. cap. 21.* & Treutlerus *vol. 2. disp. 20. th. 1.* post alios infinitos. Quia etiam molendina in mari vel littoribus numquam ait certè rarissimè, ceu in locis ab hominum consortio nonnihil remotioribus, magnisque aquæ incursionibus obnoxiis exstructa cernimus; ideoq; non diu

diu huic investigationi immorabor, sed ad magis usitatiora & specialiora me convertam. *sup.q.16. n.35.*

17 Riparum ergo † usus publicus similiter est, etiam tum, cum flumini deserviunt: nisi quod illarum proprietas ad dominos spectet, qui adjacentia prædia possident. Inde naves ad eas adpellere, funes arboribus ibi natis religare, onus aliquod in his reponere, retia siccare, & ex mari reducere, (quod miror insertum esse, cum de ripis & non de littoribus ibi sermo sit; in quibus casam quoq; posse poni statim subjicitur, *junge quæst.39.n.5.l.50. D.de acq.rer.domin.* & ea rectius ad littora referri Cujacius judicet, teste Gothofredo) cum similibus aliis, pro usu hominum excogitatis & modificate usurpatis. *l.riparum 5. D. de rer.divis. §.4. Instit.de eod.* ubi Dd. late id tractant, & post illos Cæpolla *de serv.rust.præd.cap.36. per tot.* Adeo ut quandoq; in modo & mensura fundi arbores istæ veniant; quas ad circumhabitantes respectu proprietatis pertinere dixi, velut post Baldum *in rub.C. de contrah.emt. in 4. quæst.* & Alexandr. *in consil.120.n.6.lib.2.* adserit Aymus *d.tractat.libr.1.c.9.§.1.n.6.* de quarum arborum æstimatione in genere vide sis Bursatum *cons.70.lib.1.* Pari ratione, sicuti quoad usum (licet quoad proprietatem diversum sit, vel etiam juxta utrumque, ut voluit Wesenbecius *d.n.3.*) mare, ejusque littora publica sunt, quatenus mari cedunt, tanquam illa pars: ita etiam flumina pene omnia, quæ ex mari originem trahere tradunt, ripæve eorum publica sunt & circa has loca omnia, quia ripis cedunt, ex quo plurimum à plano vergere incipiunt usque ad aquam. *l.qui epistolam 65.§.1. D. de acq. rer.dom.l.2.§.1.l.4.§.1. D.de rer.divis.* ubi

18 Meierus *ib.24.l.3.D.de flum.* † ubi idem tollit cum Cujacio lectionem negativam, cum ratio alias inconveniens sit, & libros quoq; excusos variare, ibidem Gothofredus testetur: quamvis etiam Donellus manum admoveat, & in allegata *l.4.in fin.* non esse necessariam vocem PENE dicat, quem sequitur Treutl. *d.vol.2. disp. 20. lit. G. adde n.seq.19.& q.15.n.9.* Et iisdem rationibus

19 non modo † littora ipsa ac ripæ inter se quoad jura proprietatemque discrepant, neque etiam solum maria & flumina: sed etiam hæc duo ab illis nonnihil distingvuntur. Hinc observat Gothofredus, maria & littora ejus, non ejusdem juris esse. Illud enim juris gentium nominat, & plus in eo licet privatis, quàm in littoribus *ad d.l. nemo 4.lit.R.de rediv.* ut verisimile sit, vel ob hanc quoque causam ilico Marcianum subnectere vocem istam Pene, de fluminibus verba faciens. Hinc dicitur à Neratio: Quod in littore quis ædificaverit, ejus erit. Nam littora publica non ita sunt, ut ea quæ in patrimonio sunt populi: sed ut ea quæ primum à natura prodita sunt, & in nullius adhuc dominium pervenerunt. Nec dissimilis conditio eorum est, atq; piscium & ferarum: quæ simul atque adprehensæ sunt, sine dubio ejus, in cujus potestatem pervenerunt, dominii fiunt. Illud videndum est; sublato ædificio, quod in littore positum erat; cujus conditionis is locus sit, hoc est, utrum maneat ejus, cujus fuit ædificium; an rursus in pristinam causam recidat, perindeque publicus sit, ac si numquam in eo ædificatum fuisset, quod propius est, ut existimari debeat: si modo recipit pristinam littoris speciem. Qui autem in ripa fluminis ædificat, non suum facit. *l. 14.cum l.seq.15.D.de acqu.rer.dom. juncta l.6.in pr.D.de rer.div.* Gothofr. iterum diversitatis rationem adsignat, quia in ripa

ripa qui ædificat, hoc facit in fundo alieno; quippe riparum proprietas est illorū, quorum prædiis inhærent. Ita etiam quoad interdicta competentia, ac eorumdem discrimina, flumina, ripæ ac maria nonnihil discrepant. *arg l.1.§.11.§.17.§.18.§.19. D. de flum.* adde Niellium *d.disp.feud.*11. *th.4. lit. c.* Item quoad statuta prohibentia, in quibus riparum mentio fieri debet, quæ fluminum adpellatione non continentur, juxta eumdem Gothofr. & Meierum *ad tit. de flum. th.9. nu.*5. Hinc porro littora, in

20 quæ † Populus Rom. imperium habet, ipsius esse arbitror, inquit Celsus *l. littora* 3. *D. ne quid in flum. publ.* & addit: Maris communem usum omnibus hominibus, ut aeris, jactasque in id pilas, ejus esse, qui jecerit. Id vero concedendum non esse, si deterior littoris marisve usus eo modo futurus sit: & ideo in littore jure gentium ædificare licere, nisi usus publicus impediretur, Scævola respondit *l.* 4. *eod. tit.* ubi Gothofr. hoc modo notat restringendam esse *d.l.4. D. rer. div.* Pomponius his adstipulatur, inquiens: Quamvis quod in littore publico, vel in mari exstruximus, nostrum fiat; tamen decretum Prætoris adhibendum est, ut id facere liceat; imo etiam manu prohibendus est, si cum incommodo cæterorum id faciet. Nam civilem eum actionem de faciendo nullam habere, non dubito. *l. quamvis* 50. *D. de acq. rer. dom. juncta l. quod in littore* 14. *D. tit.* Vlpianus denique eadem ad flumina ac ripas transfert, dicendo: In flumine publico factum accipere debemus, quidquid in aqua fiat. Nam si quid extra factum sit, non est in flumine publico factum, & quod in ripa fiat, non videtur in flumine factum. Non autem omne, quod in flumine publico ripave fit, coercet Prætor: sed si quid fiat, quo deterior statio & navigatio fiat. Ergo hoc Interdictum ad ea tantum flumina publica pertinet, quæ sunt navigabilia: ad cætera non pertinet. Sed Labeo scribit, non esse iniquum: etiamsi quid in eo flumine, quod navigabile non sit, fiat, ut exarescat, vel aquæ cursus impediatur, utile interdictum competere; ne vis ei fiat, quo minus id opus, quod in alveo fluminis ripave ita factum sit, ut iter cursus fluminis deterior sit, fiat, tollere, demoliri, purgare, restituere boni viri arbitratu possit. *d.l.1.§.11.§.12. D. de flumin.* quæ singula plenius à me quæstionibus duabus præcedentibus sunt exposita. In quibus præterea locis ac legibus Gothofredus conciliat ista, quæ jamjam sunt ex Neratio & Celso descripta. Scilicet littora quidem esse publica, sed non ita, ceu sunt Populi Romani patrimonialia: verum ejusdem sunt quoad imperium, (quando legis vocem retinere malo præ altera) & dominium respectu aliarum gentium & barbarorum: non vero ita quoad subditos ac privatos, ut in his illis ædificare non liceat. Gothof. *ad dict. l.14. & l.3. arg. l.2. §. post hos quoque 46. de orig. ju. jung[illegible]. Cod. de commerc. ac tit. de litt. & itin. cust. lib.12. tit. Codic. quæ res expor. non deb. Novell. Leon.63. l.1.§.2 §.4. D. ne quid in lo. publ.*

Sed vehementer adhuc hæsito, an allegati textus † hanc interpretationem admittant: cum ipse fateatur, quodammodo & non ex asse illa sic conciliari posse; & præterea circumstantiæ aliud suadeant, quæ adfert Iohannes Corasius *ad dict. legẽ. 2.§.46. num.5.12.13. de O.I.* Plura insuper consideranda veniunt, quæ à me in apricum hactenus pro viribus & temporis angustia sunt deducta. Præter quæ alii medicinam adferre tentarunt breviorem; sed simul obscu- 21

obſcuram, ac per præcipitia deſcendentem: ſi quis nulla prævia cautione: eam ilico admoverit.

Eguinarius Baro dicit: Littora, quæ aliàs communia ſunt, eatenus Populi Romani eſſe, quatenus Romanos agros contingunt. Confer Weſenbecium *dicto numero tertio*, & Pacium *ad dictam leg. littora. 3.* Stephanus Forcatulus publica dici eatenus perhibet, quia Populus Romanus illis legem & modum inponere poteſt, quatenus iis ſit utendum, ne quilibet pro ſuo arbitratu iis utatur, & publicum eorum commodum intervertat, *dialogo octuageſimo quarto.*

Et ſic tam de maris ac fluminum, quam littorum riparumque uſu ac proprietate ſatis ſuperque conſtat, quid legibus ſancitum ſit: & confirmantur † communibus aut (veluti quidam communem opinionem determinant) rectius ſentientium adſertionibus, ipſa littora ac ripas non pertinere ad Regalia iſta, quæ proprietatem dominiumque præ ſe omnimodam ferant, ſed potius eò Ripatica (licet de vocis intellectu adhuc diſputent) cum ſimilibus ſpectare pro commodo Reipublicæ ſuſcipienda, vel pro laboribus exantlatis recipienda, vel denique quoad protectionem, defenſionem, curam & cuſtodiam: quam ipſius etiam fluminis marisque ratione Principes ſuſtinent, quo minus ibi aliquid fiat aut fieri poſſit, quod illorum uſum impediat, mutet, tollat; vel ſecuritas publica auferatur. Vnde quoque eadem non ſunt in patrimonio fiſci: ſed gabellæ, portoria, protectioque ad Domini reſervata pertinent, per tradita à me *quæſt. 9. 15. 16.* And. de Iſernia, Iac. Alvarotto, Dionyſ. Gothofredo, Doctoribusque communiter *ad tit. 56. quæ ſint regal. lib. 2. Feud.* Pet. de Gregorio Meſſanenſi Siculo *tract. de conceſſ. feud. part. 8. quæſt. 12.* Henr. Roſenthalio *ſynop. feud. cap. 5. concl. 32. n. 2. cum præced.* ac pleriſque aliis, qui integros de Regalibus tractatus ſcripſerunt, Eò quoque digitum intendunt hactenus adducta & inducta iſta Interdicta ac Reſcripta. *tit. D. ut in flum. publ. navig. tit. ne quid in loc. pu. tit. de ripa munien. tit. cũ rubr. C. de littor. & itin. cuſtod. lib. 12. tit. C. quæ res export. non deb. Nov. Leon. 63.* & ideo dicitur à nonnullis; cuſtodiam littorum clauſuram & aperturam portuum Regiæ inhærere dignitati ac jurisdictioni, poſt Capycium & Camillum de Curte teſtatur Andreas Knichen in Frecleben Germanus *tract. de ſublim. territ. c. 3. n. 400.* Quomodo etiam inter alias conciliationes *l. deprecatio. (al. incipit. ἀξίωσις) D. ad l. Rho. de jact. l. 2. C. de quadrien. præſcript. legi.* maris & Imperatori mundi dominium in terris ſubjectis tribuentium; & hanc adferunt: verum hoc tantummodo eſſe, quoad ſupremam juriſdictionem & protectionem; non quoad dominium ac proprietatem rerum ſingularum, vel fluminũ per reliquorum Principum ac Dominorum territoria ſive agros curſum ſuum tenentium; ut videre eſt apud allegatos à Weſenbecio *conſil. 298. num. 45. part. 6.* Cæpolla *de ſervit. ruſt. præd. cap. 28.* Roderico Suaretz *in conſil. ſuo de uſu maris.* Ioh. Borcholten *ad d. cap. un. quæ ſint regal. n. 31. 41. 42.* & Henningo Arniſæo *tract. de jur. majeſt. capit. 1.* nec ob aliam cauſam inter Dd. diſſentientes opiniones, M. Anton. Peregrinus accipit Ripatica *in d. tit. 56.* pro omni jure (quid ſi commoda aut reditus addam?) publico, quod Princeps habet in ripis fluminum publicorum: vel reſpectu vectigalium, vel aggerum, vel etiam reſpectu

juris

iuris transfretandi de ripa ad ripam. *tract. de jure fisci.lib.*1.*tit.1.n.24.* quem id recte docere ait Ioh. Gryphian. *tract. de Insulis. c.11.num.54.* Secus præter hæc qui docuerit, is jura gentium, civilia & feudalia convellit, ac merito reprehenditur ab Hermanno Lathero *tract. de censu lib.3.cap.*8. *n.*11.12.*13.juncto lib.1.c.16.num.*25. Molendinorum ergo † constructio hic desiderat, aut jus ipsum occupantis seu ædificantis: aut alterius concessionem vel permissionem, sive jam Princeps sit, sive Privatus & riparum adcola. Quamobrē quæritur post longos istos discursus, ut hodie loquuntur: an etiam quis licite in ripis molas possit exstruere? Et respondent communiter, quēlibet hoc posse, etiam in fluminis publici & navigabilis oris; dummodo non adferat præjudicium navigantibus vel vicinis damnum creet, & aqua vertatur, & statio impediatur, deteriorque fiat. *sup. quæst.15. & 16.per tot.* Baldus *consil.*463. *in 1.col. vol.* 4. Maranta *consil.56.num.1.* Alexander *consil.* 194.*nu.*10.*lib.*2. Cæpolla *de servit.rust.prædio.d.capit.36.num.*11. *in fin.* Tuschus *d. tom.*5.*pract.conclus.*304.*lit. M.num.* 15. & Meierus *d.colleg. Argent.ad tit.D.ne quid in flum.publico.* Quorum enunciata secundum priores declarationes intellige, quò obtineant, id sine licentia fieri posse. Huc refero Alemannorum, Phrysiorumque legem, *sup.q. 15.numer.* 35.36. & istam Langobardorum, statuentium: Si ambæ ripæ suæ sunt, licentiam habeat; si autem una alterius est, aut roget, aut comparet, *tit.*83.*l.1.& 2.apud Frid.Lindenbrog. in eod.vett.leg.pag.*385. hoc est, si circa utrumque fluminis latus prædia vel arva possideat, & sic riparum proprietatem habeat: sin vero ab una parte, tunc ab istius Domino uno aut pluribus hoc precibus aut pretio obtineat, vel alio modo facultatem in isto seu utroque latere exstruendi, aquamve ducendi, *junge l.fin. D. de servit.rust. præd.sup.q.15.n.42.inf.q.19.n.12.* & quæ de ripis Bartolus, Iason & Ripa pluribus tradunt, *ad d.l.quo minus 2. sparsim.D. de flumin.* Vlterius nunc † quæritur: An illud molendinum exstruere liceat in medietate fluminis, forte ad insulam? Principio exceptis minus usitatis significationibus, Medium est quid inter duo extrema est. *arg.l.* 3.§.2.*ad L.Corn.de sicar. Auth.ad hæc. C. de jud.l.more Rom.D.de for.l.1.§.*1. *D.si quis jus dic.non obt.* Bartol. *d.tract. de flumin. lib.* 3.*super verb.quod frequenter.num.* 13.14.15. Prattæus *in lex. ju.verb. medium.p.m.*337. Deinde huc faciunt Vlpiani verba certa: Si insula in flumine publico fuerit nata, inq; ea aliquid fiat, non videtur in publico aliquid fieri. Illa enim insula aut occupantis est, si limitati agri fuerunt: aut ejus cujus ripam contingunt: aut si in medio alveo nata est, eorum est qvi prope utrasque ripas possident. *l.1.§.6.cum 7.D.de flumin.* ubi de casu nostro loquitur Franc. Ripa *nu.*77. *& seq.*78. ibique Bartoli sententiam fuse exagitat. Possem quoque Gaji, Labeonis, Proculi & Pauli sententias huc transferre ex *l.adeo 7.§.insula l.insul.56.l.si epistolam 65.D.de acq.rer.dom.* sed nimis ambiguæ sunt istæ leges, & miras continent Doctorum concertationes, ut sine magno adparatu lites exortæ definiri nequeant, nedum ut ego tam breviter eas finire possim. Consulat itaque benevolus lector alios, ex iisque decisionem petat, nimirum Petrum Gilckenium *in comment. ad d. l. adeo 7.d.tit.* Doctores communiter ibidem, Bartolum de Saxo Ferrato *d.l.3. de flumin. nu.21.22.23.* Bapt. Aymum Parmensem, *d. tract. de alluvion. sparsim. sup.numer.* 19.

confer Nicol. de Passeribus *in consil. leg. contrar. pagin. 535. cum seqq.* Iustum Meierum Noviomagensem *in colleg. Argent. libr. 41. Pandect. tit. 1. th. 28. per tot.* qui post

25 multa † tandem finit: Nostro sane seculo, in multis insulæ in flumine publico natæ, pertinent ad Dominos territoriorum, per quæ flumen fluit; sive quod riparum dominium ad eos pertineat, sive quod dominium territorii, quod totum territorium occupat, prævenire causam privatorum videatur, & ita insulas territoriorum Dominis addicere. De simili me antea prolixe egisse, memini: & quomodo ex Antonii Matthæi argumentatione, Principes, Comites ac Barones sylvarum domini sint facti, ut hodie venationibus interdicere possint. Quidquid sit, his tamen omnibus novissime facem admovit V. CL. Dn. affinis & sympatriota Iohannes Gryphiander, in præteritis nundinis edito *tract. de Insulis*, ubi plenissime materiam istam tractatam invenies.

Idcirco etiam tutius fore credo, in exortis hac de re controversiis, nõ tantum modos limitesque secundum jus commune supra determinatos observare: sed quoque diversas consuetudines, populorum leges, statuta, pacta, investituras, ac aliis titulis conpetentes inspicere prius vel simul necessum erit, cum similibus.

26 Quod antiquitatis studiosi optime norunt, quin imo legunt olim † Adolphum Regem Romanorum, ad quæstionem Reinoldi Comitis Geldriæ in ordine octavi, gente autem Nassovii in Curia Nurenbergensi frequenti ac generali, pro tribunali cum omnium Principum consensu hanc sententiam promulgasse: Quod si insula nata esset in Rheno, (in quo nihil frequentius, quàm inundationes, alluviones, insulæ & alvei mutationes) vel alio flumine, in Comitatu alicujus Comitis, qui in ipso flumine recipit, telonia & conductus, habetque Comitatum eumdem, telonia & conductum ab Imperio in flumine prædicto; eadem insula potius spectet ad Imperium, & ad ipsum Comitem, quàm ad alium Dominum, cujus districtus protenditur ad ripam fluminis prælibati; apud Marquardum Freherum IC. *in Constitut. Adolphi Cæsaris A. 1293. de insul. Rhen. & divers. capit.* Non placuit igitur Germanis distinctio Prudentum antiquorum *dd. ll.* & Iustiniani *in §. Insula. Inst. de rer. divis.* tam operose à Bartolo explicata *in dict. tract. Tyberiad.* & qui illum ex professo in multis refellit, Iohanne Buteoni Delphinati *in lib. de Insul. fluviat.* quibus adjungo Aymum & Gryphiandrum paulo ante laudatos.

27 Quod si vero † diu habuerint molendina juxta flumen, & in tempore aqua non sufficiat, quid de jure civili tenendum? Dic, quod illud; prius quod est constitutum in tempore, erit prius in jure, ex communi regula, in quo sive in omnibus rebus valde tempus attenditur, ut inducit Claudius Pratæus *lib. 3. regul. tit. 2. cap. 3.* Sin vero eodem tempore, tunc illud quod est altius, habebit primam utilitatem, in naturali decursu aquæ, ut videatur Iasoni in celeberrima, & ubi hujus materiæ totius sedem constituunt, *l. quo minus 2. in 12. col. D. de flumin.* ubi allegat Baldum, *in l. si plures. in 1. quæst. C. de cond. inser. adde inf. qu. 43. n....*

28 Inter hos porro dubios juris articulos † & ille est, quem nunc exhibeo. Nascitur enim haut levis dubitatio, & quamvis molendinum, quod in terra vel ripa, seu ad prǽterfluentem aquam est exstructum, videatur aliis rusticum prædium, aliis urbanum,

qua-

quæstion. 42. Si tamen in confinio duum Municipiorum positum sit, quæ variis (ut in ipsa insula antea vidimus) diversisque legibus regantur prædiariis, haut spectandum est utique molendinarii ædificii situs, rotarum, aliorumve pistrini aquarii instrumentorum; sed aquæ ipsius ac alvei fluminis, quo movetur prorsus molendinum, atque exercetur, ex decisione Renati Choppini Galli *ad leges Andium libro primo, capite decimosexto numero tertio, pagina 214.* ubi vide, quomodo facti speciem inducat, & tandem concludat, molendinum tale ab aqua totum fere pendere, ipsum movente agitanteque: velut illa, apud Maronem,

——— *Quæ totum infusa per artus*
Mens agitat molē, & plene se corpore miscet.

Lege tamen eumdem *cap. 22. nu. 4. pag. 233.* Vnde de hujusmodi etiam molitoribus, seu meram eorum avaritiam, aut summam aquarum indigentiam adspexeris, natum circumfertur proverbium: Wie kein Schäffer Weyde gnug hat / also hat auch kein Müller Wassers gnug. *supra quæst. 4. num. 4. & 71.*

29 Cæterum absoluto hoc membro? qvoad consensum alterius (quem certo etiam respectu Langobardorum ista lex exprimit) juvat indagare: Si quis clusam, de qua infra agam, fecerit in ripa fluminis sciente & patiente vicino, ut aquam duceret ad suū molendinum non potest post opus factū conveniri, ut hoc destruat, juxta Glossam *in l. Maniana. C. de ædif. priv. juncta sup. q. 14. n. 22. inf. q. 40. n. 12. 13. 16.* Argentræum *ad cōsuet. Britan. tit. 17. art. 371.* Marantam *consil. 56. per tot.* quod evolve: adeo ut jus suum prohibens ostendere prius cogatur. *sup. qu. 16. n. 32. adde quæst. 15. n. 54. in pr.* licet discrimen facere possimus inter mare & littora, fluminaq; ipsa & ripas, *h. q. 17. n. 19.* Item quid si alter denunciaverit, & is acquieverit? In utroq; casu videtur dicendum, quod quilibet hoc sibi inputare debeat, quod tacuerit & paruerit. De quo tamen axiomate lege Ant. Corsetum *singul. voce Taciturnitas. p. m. 216.* Barthol Socinum *regul. fallent. 484. cum seqq.* Claud. Pratæum *lib. 7. regul. jur. general. tit. 9. c. 3.* & confer *d. quæst. 40. num. 12. 13. 16.* Matth. Wesenbecium *d. consil. 34. num. 26. 44. 50. 51. 52. 60. cum reliq.* qui similiter exponit, an & quomodo structuram quis possit destruere, quæ in suo fundo vel flumine fuerit posita; minusque esse destruere, quàm nunciare, probat *consil. 298. part. 6.* Trahatur quoque ad nostrum casum dicta lex Langobardorum, ut ita exaudiatur, ut tam in molendinis, quàm aliis ædificiis id locum habeat, adtēdaturq; an quis vicinos agros habeat, vel non. Vnde is si in flumine ædificet, qui prope ripam prædia non possidet, ædificium, siquidem nemini noceat, tollere quidem non tenebitur, (quo respectu dici, ait Niellius, in fluminibus publicis cuilibet licere ædificare ac destruere, *l. 24. D. de damno inf.* & neminem publico uti prohibendum esse. *l. 1. §. 2. ubi* Wesenb. *n. 4. D. ne quid in loc. publ.*) verumtamen hujus ædificantis tunc non fiet structura, sed eorum qui prope ripam prædia possident, ut probat Hugo Donellus *lib. 4. comment. jur. civil. cap. 11.* & adprobat Iohannes Niellius Vesaliensis, *d. disp. feud. 11. th. 4. lit. c.* Nam, cum illud ædificium alveo, qui ipsorum est, cohærcat, ejus causam sequetur, juxta eumdem Donellum *lib. 4. cap. 3. pag. mihi 234. & seq. juncta hac quæst. 17. nu. 17. 19.* cum quibus confer Vlpiani responsa *in l. 2. §. & tam publicis. 2. §. si quis nemine prohibente 17. §.*

unde Ofilius 39.§.idem Labeo 41.§.restituas 43.l.sicut is 7.D ne quid in loc.public.l.un.§.1.§.3.§.4.& 5. Digest. de ripa munien.

30 Postremo circa † concessionem obcurrit: ut si cui, forte à ditionis Principe vel Domino prædiorum vicino, aqua concessa fuerit pro molendinis, in ripis littoribusque exstructis; eum non posse prata irrigare, ex sententia Parisii *consil.116.numer.10. vol.1.* Concessum namque est ad hunc usum, qui ad alium transfertur, sine mandato aut privilegio, insuperque concessio valida & utilis potest subsistere; etiamsi per occasionem vel necessitatem agris quantumvis sitientibus aquam non præbeat, qualem actum operari non debet hujusmodi data facultas, sed potius stricte aut secundum rei & verborum propriam naturam ac significationem interpretanda. Si tamen major Princeps sive Imperator illam potestatem aquæ ad molendinum ducendæ dederit, alia benigniora longius venirent perpendenda, quæ detegunt Bartolus, Baldus, Iason, Zasius, Corasius, Tapia & Dd. communissime *ad tit.D.de constit.Princip.* Inspice etiam quæ cum alibi, tum de alvei molæque mutatione disputo *quæst.55.*

31 A quibus parum aut fere nihil recedit † Antonii Fabri definitio, qua is talē ex obposito descripsit facti speciem: Permiseram tibi, ut in ripa fluminis ædificares quidquid velles, & pro arbitrio, præterquam molendinum. Si postea permisero, ut in fundo tuo ripæ proximo, cujus dominium directum ad me pertinebat, columbarium exstruas, aliaque omnis generis ædificia, sive voluntaria, sive necessaria; non tamen videor permisisse, ut molendinum ædifices; quoniam generalis concessio ad ea extendi nunquam debet, quæ specialiter prohibita sunt, *l.uxorem 15. ubi notant. C. de nupt. l.si mihi 20.D.de servit.rust.præd.* (quem textum Faber satis adcommodatum celebrat) sed speciali in eam rem voluntate opus est. Concessio enim generalis non alia continet, quàm quæ concedens fuerat verisimiliter permissurus. *l.qui peculij 46.D.de publ. l.obligatione 6.D.de pignor. l.filiusfamilias 7.D.de donat. adde l.si mercedem.53.§.si eum 1.& §.2.D.de act. empt.* Tho. Michael *de jurisdict.conclus.68.& 69.* præsertim si ex ejusmodi molendini constructione futurum sit, ut vel mihi vel alteri, maxime qui jus anterius à me habeat, damnum inferatur. *ar.d.l.2.§.merito 10.§.si quis à Principe.16.§.idem Labeo 41.D.ne quid in lo.pu.* Nec ad rem pertinebit, si objicias in mea potestate (cujus verbo plura significantur. *l.potestatis 215. ubi Gaddæus de V.S.*) fuisse, legem apertius dicere, *ex l. veterib.39.D.de pact.l. Labeo 21. D.de contra. emt.* Neque enim apertius dicere debui, qui jam antea satis aperte dixeram; & potius inputari potest tibi, qui speciali concessione indigebas, cur non eam apertius impetraveris *d.§.si quis à Principe 16. ibi nisi forte quis hoc impetraver. D.d.t.* Quare nec aliud erit, tametsi ponas fore & secundum hanc interpretationem generalis illa concessio tibi inutilis futura sit; etsi non facile capienda sit ista interpretatio, per *l.Titia 34.§.Lucius 1.D.de leg.2.* Semper enim damnum concedentis & alterius cujuslibet exceptum intelligi debet. *l.præses 6.ubi Goth.lit.o.C.de serv.& aq.* & ita Senatum Sabaudiæ judicasse testatur Faber *in cod. suo lib.3. tit. 24.defin.7. pagin.260.*

Sed cum hactenus multa † de molendinis aquaticis, navalibus, machimisque aliis in qua exstructis dixerim; tum quoque 32

plura

plura de mari fluminibusq; navigabilibus & ad singulos illius recessus se moventibus nondum disseruerim: placuit adportare quædam, eaque per indicem quasi rariora, quæ illa plenius manifestiusque adumbrant. Talia enim ab hac parte aliena non videntur, dum crebra eorum mentio injecta fuit: & optimæ res sunt, cum animus omnis gravioris cogitationis expers operibus suis vacat; & modò se levioribus studiis oblectat, modò ad considerandam suam universique naturam, veri avidus insurgit, dicente Seneca *in consol. ad Helv. in fin.* Quamvis ergo idem scribat: nescis, quæ ratio Oceanum effundat & revocet *lib. 7. de benef. cap. 1.* attamen Physici hactenus in eam studiose inquisiverunt, seque etiam singularia reperisse crediderunt, quorum syllabo potius nunc contenti erimus. Mare enim quidam statuunt aquarum omnium, quæ sub cœlo sunt, promptuarium quasi ac receptaculum, Nicol. Bellus *d. lib. 2. rer. polit. sive de statu civili, disc. 69.* singularum idem originem; perpetuo æstu fluentem-refluentem, & intra alveum suum se continentem, nunquam fluviis abundantem, nec iisdem esse defectum, quia sufficit fluminibus mutuæ gratiæ depensione. Acquirit quod dat, & idem qvod ab iis accipit, iisdem refundit. Salsedinem mari à DEO insitam sentimus, causis externis eam conservari & augeri non negamus. Reciprocatio maris partim adscribitur internæ ipsius proprietati, quæ est in salsugine ejus, spiritibus & calore: partim viribus Lunæ & Solis, illius quidem augentis humorem, hujus vero excitantis calorem. Exactiorem tamen horum cognitionem, & plures causas, (quas adsignant & adfingunt) qui desiderat, is adeat naturæ scrutatores, præter alios Lucretium *in lib. de nat. rer.* Hieron. Cardanum *lib. 2. de subtilit. p. m.* 128. Bartholum Keckermannum *libr. 2. phys. c. 15. & in comm. nautica part. 2. problem. 3. post syst. geograph.* Casp. Bartholinum *lib. 2. de aquis. sect. 1. c. 4. & 5. per tot.* cum allegatis à Ioh. Gryphiandro *d. tract. de Insulis. c. 2. n. 28. 29. 30. 31.* qui de motibus maris diversis, eorumque causis, & de ejusdem fluxu refluxuq; ex professo disputarunt. Adjunge, quæ de æstu maris similiter collegit Godeschalcus Stewechius *in comment. ad Veget. libr. 5. cap. 12. pag. 293. 294.* & ante eum Cœlius Calcagninus *in comment. de perenni motu terræ. pag. 392. 393. oper. suor. & in paraph. Arist. de meteor. pag. 428. 429.* De quo viro omni doctrinarum genere cultissimo, hos versus conposuit † Iulius Cæsar Scaliger *in lib. cui tit. Heroes pag. 329.* 33

Cœlius haud Romæ genitus, nec natus Athenis
Non ubi Castalias ungula fecit aquas:
Arpinum æquavi, patrem Stagira salutat,
Aut genui Musas, aut peperêre suum.
Judicium, ingenium, pietas, facũdia, census,
Nobilitas, gravitas, gratia, forma, lepor:
Si quid præterea mortalem rarius orbem
Concelebrat: si quid sidera magna colunt.
Cuncta fui. Verum humano tam pectore majus
Cuncta aliis dare, quàm cuncta habuisse mihi.

Quibus hoc caput claudens † tandem subjungo Guillermum Britonem Armoricum, qui de portu Rothomagensi ita canit *lib. 6. Philippidos, sive de rebus gestis Philippi Francorum Regis:* 34

——— refluo quem Sequana cursu
Vnoquoque die bis certis influit horis,
Et breve post spatium refluit siccumq́; relinquit.

Tamq; repentinos optatur causa meatus,
Soli nota DEO, nec eam comprêndere sensu
Humano potuit, poteritve in secula quisquã:
Causa latet, sed res ita nobis ita se manifestat.
Oceanus quotiens lunaribus æstuat horis,
Ordine retrogrado proprios quasi tẽdat ad or-
Sequana refluere sub eisdẽ cogitur horis, (tus.
Fluctibus inflatis quasi retropulsus ab ipso
Inque oculis istud nimis est mirabile nostris,
Quod tãtus fluvius, tã latus, tamq; profundꝰ
Tramite declivi de tam regione remota
Tanta mole fluens tam crebris cogitur horis,
Sic crescente mari sibimet contrarius ire,
Et tanto terræ spacio retrocurrere, quo vix
Currendo possit * quivis tribus ire diebus.

* al. quinis.

Quæritur & merito qua visit scandere sursũ.
Dulcem cogat aquam maris immaturus amaror?
Aut aqua salsa nimis est dulci, fortior amne,
Aut aqua dulcis aquam nimis indignantur amaram
Odit, & insipidæ misceri Tethyos unde;
Aut mare cum sit aquis tetro mater euntibus amnis
Majori minor obsequitur servitq; parenti,
Crescentem ut fugiat reverẽter eãq; sequatur
Retrogradam, matris semper studiosꝰ honori,
Quæ magis ad tantos faciat sententia motus;
An nulla ex istis sit opinio conscia veri,
Quærite vos quibus est occultos scire potestas
Naturæ cursus, qui cum mortalia tantum
Corda stupere solent divinũ pectus habentes;
Omnia novistis sub certas ponere causas
Esse patens vobis Physica qui dicitis arte,
Quis concursus agat, vel quæ complexio rerũ
Breceliacensis monstrum admirabile fontis,
Cujus aqua lapidẽ qui proximus adcubat illi,
Si quacunque levi quivis aspergine spargat,
Protinus in nimios commixta grandine nimbos
Solvitur, & subitis mugire tonitribus æther
Cogitur & cæcos se condensare tenebris,
Quiq; adsunt testesq; rei prius esse petebant,
Iam mallent quod eos res illa lateret,
Vt ante tantus corda stupor, tanta occupat extasis artus.
Mira quidem res, vera tamen multisque probata.
Felix qui rerum has potuit cognoscere causas,
Quas DEVS ignotas voluit mortalibus esse,
Si fas est hominis censeri nomine talem
Sublevat humanis quem tanta scientia rebꝰ.
Nobis humanam qui sortem vivimus intra
Rem satis est sciri, nesciri causa sinatur.

Idem de eadem re hos ponit & componit versus lib. 8. Philip. in princ.

Inde petit Cadomũ, quæ jam tribus ante diebꝰ
Quam Rex venisset tradi poscebat eidem,
Villa potens, opulenta, situ speciosa, decora
Fluminibus, pratis, & agrorum fertilitate
Merciferasque rates portu capiente marino
Seque tot Ecclesiis, domibus & civibus ornãs,
Vt se Parisio vix annuat esse minorem &c.
Interea Britonum dux Guido cum legione
Britigenæ gentis fines invadit Abrincos
Finibus à Britonum quos limitat unda Coethni.
Est locus in medio situs æquore, sic tantũ ut nõ
Æquor semper ibi stagnet, sed cottidianis
Et fluit & refluit vicibus crescente sorore
Phœbi, consuetas seu decrescente per horas
Suscipiens ab ea majores sive minores
Crescendi motus: & sic locus ille marinis
Fluctibus ambitur nunc & non littore sicco.
Cujus causa rei latet atque latebit in omni
Tempore nos quibus est luteis habitatio vasis.
Hæc adtende tamẽ prudensq; intellige lector,
Quod cum planetis feriæ cujuslibet horis
Ordine partimur, quo disponuntur & ipsi
Vnoquoque die tres ad minus aptat earum
Luna sibi, non his tamen omnibus æquor
Im-

Immo die toto bis tantum littora stagnant:
Tendit & in septẽ crementũ quodlibet horas,
Et decrementum totidem, sicque ordine jugi.
Cuncta fere pelagus conscendi seu retrahendi
Non nisi sub Lunæ motu momenta resumit:
Vnde autẽ Luna hoc habeat, quæ conferat illi
Causa quod Oceanus magis illo tẽpore crescit,
Quando plena nitet vel quãdo renascitur illa,
Temporibusq; aliis cur ipse minoribus idem
Fluctibus intumeat tanquam se motibus ap-
Et variis Lunæ vicibꝰ quibꝰ illa vicissim(tãs,
Sumere crementum detrimentumq; videtur.
Cur iterũ majora ferat crementa quotannis,
Cur duplo major solito tumor elevet illum
Scilicet autumni & veris sub tempore, quãdo
Esse solet paribus spatiis nox æqua diei.
Rursus an à Luna maris hæc inflatio fiat,
An magis à pelago fluat hæc variatio Lunæ,
Cum pelagus Luna constet prius esse creatum,
Posteriusq; sui nunquam sit causa prioris.
Nullaque res habitum trahat à non ente vel actum:
Rursus an alteruter neutrum sit causa movendi,
Sic ne ferant eadẽ similes per tempora motus,
Motus ut iste illi nil debeat isti ille.
Quærite quos mundi labor implicat, & tamen istud
Quærere nostra fides prohibet, comprendere nulla,
Mortale ingeniũ valet hac ratione vel arte,
Et res & rerum causas qui condidit illas
Solus dignoscit, solus disponere novit.
Illic cuncta patent soli qui cuncta creavit,
Non fixos homini fines homo transgrediaris,
Neu quæ scire nequis investigare labores,
Bestia quæ mentem tangit lapidata peribit
Rem satis est sciri, nesciri causa sinatur.
Nos igitur nihil hac nos scire in parte fatẽtes
Sic rem prosequimur, ut non intacta sinamus
Quæ sũt magniloquis nõ indiscussa magistris;
Qui cum mortales essent cælestia sensu
Humano voluere sequi secreta patere
Absque DEO temere sibi cælica velle putantes,
At nobis satis est vix nos ea scire fateri
Corporis nostrum veniunt quæ sensibus in cor
Quæ sunt Lunari prope nos regione geruntur.

QVÆSTIO XVIII.

De ædificatione molarum quomodo per eam has nanciscamur.

SVMMARIVM.

1 Ratio ordinis, & quibus modis molendina licite adquirantur, cum num. seqq.
2 Dominium non nisi ex una causa acquiritur; possessio autem ex plurimis causis, juxta Bocerum, Althusium & Meierum.
3 Omnis res causam acquirendi præviam habet.
4 Objectiuncula quædam tollitur per prolepsin, de acquirendi modis & causis.
5 Ordo sequentium aliquot quæstionum.
6 Ratio illius, & Ædificatio alter de jure gentium sive naturali modus acquirendi.
7 Distinctiones laudantur.
8 Adplicatio præsentis materiæ generalis.
9 Aliud Axioma generale circa ædificationem.
10 Ludovici Romani ridicula responsio, de structura in fundo aliena.
11 Regula ista quando locum habeat?
12 Langobardorum lex parallela, huc directo spectans & de molendino loquens.
13 Quid iuris in fundo conducto, an colonus ibi molam fabricare possit? Negatur.
14 An quis molam vicino invito vel eo sentiente ædificare valeat: tigna deinde prædiis aut ripis inserendo vel molem distanti spacio sine damno ponendo; magis remissive.
15 Quid faciendum, si quis opus molendinarium alicubi inceperit, & alius infra, iuxta vel supra aliud exstruxerit.
16 Cognatæ quæstiones ad Bartolum & alios remittuntur.
17 Num is, cui concessum est molendinum in certo loco ædificare, illud vendere possit, si tantum inceperit, nec perfecerit? Negatur, cum suis tamen restrictionibus.

Hactenus † de usu molẽdinorũ modificato & restricto deq; occupatione belli 1

belli pacisque tempore facta, satis multa cum aliis controversiis adtulimus: sequitur ut specialius adhuc contemplemur, quibus ulterius modis ab unoquoque molendina licite acquirantur, inque ejus vel dominium aut possessionem (quorum † illud non nisi ex una; hanc vero ex plurimis causis acquiri, docet Henricus Bocerus *clas.5.disput.1.th.49.* plenius Johannes Althusius *lib.1. dicæol. cap.18.& 19.* Iustus Meierus *d.colleg.lib.41.Pandect. titul.1.th. 6.7.8.cum seq.*) transeat, argumento istius connexionis, quæ exstat *sup.quæst.13.num. 1.2.3.4.5.* Sicut enim † omnis res, si modo nostri dominii vel possessionis fieri debet, causam acquirendi præambulam ante se habet *§.singulorum Instit.de rer. divis. tot.titul. D.de acquir.rer.domin.tot. titul. C.& D.de acquir.hered. & acquir.possess. tot. titul.Instit.per quas person.nob.oblig. acquir. c.unico §.sciendum de feudi cognit. cap. unico in princ. Quib.mod.feud.constit.poss. cum aliis similibus.* Ita etiam recte dicimus, molendinum ex certis causis acquiri, & alterius dominio aut possessioni subjici: amitti etiam citius, si illud rebus mobilibus adnumeraverimus *supr.quæst.8.num.55.*

4 Et quamquam † hic subtiliter distingui posset, inter initialem constitutionem novi juris molendinum aliquod in loco propriam, in quo antea nullum fuit, habendi & acquisitionem molendini jam constituti; argumento illorum, quæ traduntur à Wesenbecio *in tractat. de feudis cap. 6. mihi pag.78.& cap.8.pag.140.* Bocero *d.disput. 1.th.47.48.49.*& Althusio *lib.1.dicæol.cap. 35.juncto cap.36.num.17.* per causas enim fit præparatio constitutionis & acquisitionis, per modos ipsa constitutio & acquisitio, sicque causa præcedit, & modus sequitur; ut observavit Hieronymus Treutlerus, *vol.2.select.disputation.20.th.2.lit.a.* omissa tamen in præsentiarum hujus considerationis latiore explicatione; simpliciter saltem investigabimus nos † modos reliquos, 5 quos tam naturales quam civiles, tam ex contractu quam delicto descendentes, vel ad molendinarii alicujus juris, aut etiam ipsorum molendinorum acquisitionem maxime idoneos & sufficientes esse arbitremur: singulorum explicationem ita in sequentibus quæstionibus subjecturi, ne contra legem de hercíscenda illarum familia peccasse cuiquam jure videamur. Proinde hunc ordinem servantes adstruimus primævam molendinarii juris facultatem, ut & molendini alicujus jam constituti dominium aut possessionem respective ad nos ulterius venire.

1 Occupatione, *quæstio.13.14.15.16.17.*
2 Ædificatione *hac quæstione 18.& 19.*
3 Traditione, concessione ac pacto *qu. 20.*
4 Præscriptione, *quæst.21.*
5 Consuetudine. *quæst.22.*
6 Privilegio, *quæst.23.*
7 Investitura, *quæst.24.*
8 Statuto, *quæst.25.*
9 Ultima voluntate, *quæst.26.*
10 Successione ab intestato, *quæst.27.*
11 Obpigneratione, *quæst.28.*
12 Libellario contractu, *quæst.29.*
13 Emtione-venditione, *quæst.30.*
14 Locatione-conductione, *quæstio.31.*
15 Emphyteusi, *quæst.32.*
16 Censuali contractu, *quæst.33.*
17 Societate vel communione, *quæst.34.*
18 Donatione, *quæst.35.*
19 Precario, *quæst.36.*
20 Furto, *quæst.37.*
21 Expulsione violenta, *quæst.38.*
22 Turbatione offensiva, *quæst.39.*

23 Impedimento & damno, *quæstio 30.*

6 Necessum enim omnino fuit † peculiari hæc pertractare loco; ne aliquid confusum aut mutilum relinqueretur. Cum vero privatio præsupponat habitum post Logicos teste Everhardo *in Top. lo. à privat.* Claudio Pratæo *libr. 6. regul. ju. titul. 3. cap. 3.* & citatos ab Antonio Heringio *tract. de fidejuss. cap. 20. in procem. numer. 3. 8. 9. & 10.* idcirco post occupationem proinde agendum, de modo jure naturali sive gentium tributo adquirendi & conservandi per Ædificationem §. 29. *Instit. de rer. divis. Meierus ad d. tit. de acquirend. rer. domin.* (quem titulum auro & honore plenum dicit post alios, Iohan. Gryphiander *in tractat. de Insulis in præf. numer. 16. juncto cap. 20. num. 1. 2. 3. 4. th. 35. in princ.* adde Andr. Schefferi *part. 2. quæst. pract. 21.* de qua mota & præscripta hæc præsens quæstio: Quomodo molendina exstructione nostra fiant? & ad quam respiciunt *quæst. 7. 9. 10. 11. 14. 15. 16. 17.* In omnibus vero negotiis

7 † distinctio sana adhiberi debet, *l. sed etsi conditioni §. fin. De hered. institut. l. ultim. D. de offic. Præt. l. 4. de off. Præs. l. qui jurisdict. de jurisd. omn. jud. l. si pupilli §. si quis ita De neg. gest.* late Prateus *lib. 6. regul. titul. 6. cap. 4. per tot.* & in dubio is proximus veritati censetur, qui adcurate distinguit, teste Henningo Hamelio *in synop. feud. cap. 2. conclus. 7. numer. 69. adde supr. quæst. 5. numer. 1. & 2.* ideoque etiam ante omnia †

8 hîc distinguendum, inter personas concedentes & exstruentes: inter loca varia, publica & privata, feudalia & communia, propria & aliena, conductionis vel alio titulo occupata possessaque; flumina item publica, privata, superiora, inferiora, navigabilia & non navigabilia, cum similibus; quæ ex præcedentibus quæstionibus abunde patent, & in hac exegesi obiter deteguntur, nec cum aliis confundenda. Ita circa

9 hanc eamdem materiam † generale axioma est: Omne quod solo inædificatur, solo cedere *d. §. 29. Instit. de R. D. l. 98. §. 6. versic. ult. D. de solution. l. 39. in princip. D. de R. V. Meierus d. lo. th. 35.* Iohan. Garsias Gallecus *tract. de expens. & meliorat. cap. 5. nume. 20. 21. 22. 23.* Iohan. Gryphiander Oldenb. *tract. de insulis cap. 20. num. 28.* Iuxta quem etiam dicitur ac consideratur: An quis in suo solo ædificaverit, aut in alieno; & vel ex sua materia, aut ex aliena; & utrumque aut sciens aut ignorans, solum vel materiam ad alium pertinere; quod dilatando pluribus resolvit *th. 37. per tot.* & subnectit omnia, de ædificiorum jure prolata, ad inmobilia spectare, *th. ead. in fin. per l. 18. D. de act. emt.*

Hæc enim sola in alienam terram posita, solo cedere intelligi; horreum vero frumentarium novum ex tabulis ligneis factum mobile, quod Titius in Seii prædio posuit, Seji non fieri; quia mobilia pars soli non sunt, ut cum Scævola respondit *per l. 60. D. de acquir. rer. domin.* quam tamen aliter fusiusque declaravi *quæst. 8. per tot. juncta quæst. 19. num. 20.* ac insuper molendinum pro ædificio seu domo haberi probavi *quæst. 42.*

10 Ædificia itaque † jus soli seqvuntur *supr. quæst. 14. num. 15.* nec solum quod in fundo proprio exstruimus nostrum sit: sed etiam quidquid præscripto modo ab alio plantatur, seritur vel ædificatur, solo cedit; radices si tamen istud prius egerit: hocque est de jure naturali, quod Imperator vel Civitas tollere nequit, ut censet Ludovicus Romanus *singul. 383. per §. cum in suo §. ratione cum §. seq. Institut. de rer. divis. titul. tot. D. de rei vind. l. 2. Cod. eod.*

titul.d.de acquirend.rer.domin. juncto §. sed naturalia Instit.de I.N.G.& C.l. qui domum D.ad L. Aquil. subjungens : hoc reperiri in mille locis, & quem posse eo responso barbatos decipere. *Similia reperiuntur in singul.53.& 380.* ubi vide & ride, simulque animadverte hominis simplicitatem, ac si subtilissimum ac incognitum prorsus secretum aperuisset, quod primis labris jura gustantibus notum esse solet.

11 Quando tamen procedat † ista regula tradit idem Romanus & Alexander *in l.1.§.nunc tractemus D.de nov. op. nunciat.* (qui etiam *in §.nunciatio* statuit, hoc fallere in Ecclesia, quæ solo non cedit: sed Dominus justo pretio solum vendere cogitur, juxta Glossam *in cap. apostoliat. 12. quæstio.2.* Franc. Marcum *quæstio. 534. part. 1. & quæstio. 635. numer. 1. par. 1.*) Socinus *in regul.fallent.111 & reg.310. fall. 10.adde* Romanum *singul. 827. sive ult. ubi Pignol. in addit.*

12 Consentiunt † Langobardorum regis „ Rotharis sanctiones: Siquis molinum „ (*hoc est* molendinum, ut sæpius monui) in „ terra aliena ædificaverit, & suam probare „ non potuerit, amittat ipsum molinum, & „ omnem operam; & ille habeat, cujus terra „ aut ripa esse invenitur: quia omnes scire „ debent, quod suum non est, id ad alium pertinere, *lib.1.leg.Langob.tit 27. l.1. cum seqq. supr.q.17.num.23.* Cum porro fundi proprii & alieni mentio facta fuerit, quid dicendum de † Conducto; an in eo quis 13 facere possit molendinum? Ac sane conductorem sive colonum non posse facere in eo fundo, quæ desiderant magnum adparatum, sicque etiam non posse ædificare molendina (quæ magnis constant impensis, teste Choppino *libr. 1. leg. And.cap.23. numer.1.pag.235.* plenius & in terminis Dn. Gryphiander *d.tractat.cap.20.numer. 1.2.3. 5.*) respondent Angelus *in l. si usus fructus §.fructuarius de usufr.* Carocius *de locat. & conduct.pagin.2.tit.de auro & arg.num. 5.* Accedit, quod simplex locatio nullum transferat dominium, cum similibus juxta Mozzium *tractat. de contract. tit. de locat.numer. 12. & 13. pag. 384.* Valascum *tr.de jure emphyt.quæst.20.num.9.* Althusium *lib.1.Dicæol.cap.76. numer.11.* facere autem molendinum, sit actus dominii, censente Wesenbecio *consil. 67. numer. 27. part.2. sup. qu. 10. numer. 4. quæst. 11. numer. 22.*

14 De illo ipso vero ulterius quæritur: Num quis molam † invito vicino liceat ædificare? Quod resolve secundum declarationes, quas adtuli *quæst.7.10.14.15.16.17.* ubi de fluminibus, locisque publicis, privatis, communibus, feudalibus, propriis & alienis prolixe egi; cum quibus transit in terminis præter cæteros Bocerus *tract. de regal.cap.2.num.169.cum 4. seqq.* Lowbuch sive jus Gothicum *infr.q. 40.num.6. in fin.* confer Cacheranum *decis.17. num.3.* Beroum *consil.144. à num.30. usque ad fin. vol.3.* Ang. de Aretino *ad tit. Inst. de le Fus. & in l.1.§.fin.D.de aq. pluv. arcen.* Wesenbecium *d.consil.34.& 67.sparsim.* Gailium *libr.2.observ.69.num.27.* (qui de opinione communi testatur, ac de flumine insuper communi id prædicat) Ioh. Franciscum à Ripa *ad l.quo minus num. 29. & 43. D.de flumin.* qui Salicetum, Romanum & Iasonem adducit, certaque sub limitatione adfirmative loquitur: qui deinde ulterius quærit, quid dicendum sit, si vicinus consenserit, ut tigna prędio suo inmittat aut inponat, ac in flumine vel ejus ripa molam vel clusam faciat, *num.63. cum seqq.* cui adjunge Bartolum *ad l.fluminum 24.nu.2.D.*

de

de damn.inf.& ad l. Martius 38. D. de acq. rer.domin. itē ad d.l.2.nu.15.& 16.D.de flumin. Cæpollam tracta. de serv. urb. præd. tit. 30. Bertachinum in repert. verb. Molendinū n.9.10.& 18. qui alios citat. Quibus adhæret, si ad certum spatium cesserit vicino, juxta Ripam d.nu.29. & Bocerum d.cap.2. num.167.in med.supr.quæst.15. nu.59.

15 Denique occasione hujus quæstionis lubet indagare: Quid juris sit, † si molendinum inchoetur (de quo obiter inspice Ripam n.47.48.49.50.51.52. Bartolum ibi. n.10.& 11. Cæpollam lib. 2.cap.4.num.43. 44.45.) per unum, & postea aliud fiat supra illud, sive in superiore fluminis alicujus parte citius perficiatur sup.q.15.nu.54.usq; ad fin. num primus autor prohibere possit, quo minus alter suum exstruat, aut in eo opere pergat? Post quæ Bertachinus d. loco num.41. remissive tantum lectorem detinet ex Bartolo, qui dicit secundum exstructorem non posse prohibere; quia ubi incepimus inperfecte ædificare, non est nostrum, ut ibi, nisi perfecte capiamus: idque se de jure tenere, contra Glossam, quæ consuetudinem observare contrarium adserit, in l.naturalem 5.§.illud num.1. D.de acq.rer. domin. Sed hoc non ita simpliciter admittere possumus, ut ex laudatis authoribus & ex citatis quæstionibus elucescit: ipse etiā Bartolus planius se extricat in notat. ad d.l. quo minus 2.num.10.11.12.13.& 14. D. de flumin. ubi in terminis versatur & cognatas quæstiones adnectit, quem post Ripæ nervosa commenta omnino vide. Videlicet †

16 si duo non aut eodem tempore inceperint, aqua utriusque molendino sufficeret, vel fabrica ab uno inchoata, ab alio perfecta; quid juris, quæ cautela, qualis aquæ cum usu divisio? Quæ etiam tangit Bertachinus d.lo.nu.21.41.42.43. Baldus in l. si plures 1. col.C. de cond.inser. Ferrariensis in pract. form.lib.in act.confess.de servit.glos.servitus aquæductus nu.6.per tot. & Cæpolla tract. de servit.rust.præd.cap.de serv. aquæductus. 4.num.43.44.45.infr.seq.quæst.19. n.12.

Ex quibus tandem resultat dubitatio similis: Anne possit is † cui concessum est, molendinum in certo loco ædificare, illud vendere, si tantum inceperit, ne perfecerit? Dic secundum mox citandos, quod non: quia molendinum non est, quod non existit perfectum, nec molit; cum molendinum dicatur à molendo, & sic significat rem prout est in actu, juxta Baldum in cap. 1.§.fide manso.ad fin. tit. De controvers.invest. Iacob de S.Georgio de feud. verb. & cum molendinis. Steph. Bertrandum consil. 279.num.4.& 5.vol.3.part.2. confer Gæddæum ad l.5.§.opere 1.l.ædificia 139. §.perfecisse 1.D.de verb. Clau. Prattæum lib.3. regul.ju.titul.1.cap.1. & declarationes, à me de venditione alienationeq; positas quæst. 48.circa fin.& quæst.49. num. cum seqq. & in quæstionibus aliis supra absolutis: juxta quas illud multo magis locum obtinet, si habitus fuerit respectus ad primam personam ejus, cui à Magistratu vel alia via est facta concessio exstruendi, ut ibi fuse exhibui; tunc enim alius se intromittere non potest, nec debet, quod itidem prolixe probat Celsus Hugo in terminis cons.122.nu.2. 17

QVÆSTIO XIX.

Auctarium quasi continens præcedentium; de ædificatione Clusarū, & aqua ad molendinum ducēda:

SVMMARIVM.

1 Brevis continuatio, cum quæstione & ratione: concesso molendino, ædificationem quoque clusæ concessam esse: Item molendina ad castri pertinentia communiter referri.

2 Duo quæstionis membra sunt, ordine pertexenda.
3 Clusa quid sit, breviter: cum episagmate quodam, de vocabulis quibusdam Interpretum antiquorum.
4 Vnde clusæ dicantur? cum num. 3. & 5.
5 Synonymia huius vocis & aliarum.
6 Elegans Cypriani locus, à canali desumtus & ad Pontificem ipsiusque adseclas late translatus à Cunrado Dinnero.
7 Materia clusæ quænam?
8 Locus etiam modusque hic in considerationem venirent: sed occupata sunt pleraque ab aliis, quorum catalogum pro diversitate quæstionum hac vice confecisse sufficiat, cum num. seqq. remissive.
9 An aqua possit averti?
10 An clusa per viam publicam fieri debeat?
11 Quid si in loco minus nocivo exstrui possit? deque causa & iure prohibendi permittendique clusarum ædificationem, remissive.
12 Anne aqua, ab unius mola delabente, queat capi ab alio?
13 Aqua postquam fistulam meam ingressa est, potest secundum Doctores in quemcunque locum diverti; declara ut numer. 14. 15. & 18.
14 Canalis ad marginem fluminis publici positus, aquamque per privatorum fundos deferens num sit privatus? & an talis cursus à privatis hominibus impune possit mutari.
15 Quidquid publico innatum ac inædificatum, an fiat statim publicum?
16 Quale remedium aut interdictum competat, si quis uti aqua non possit molendini causa, & vel restagnetur vel alio modo impedimentum creet.
17 De molendinorum spatio distanti.
18 Statuti ratio, quod molentina fabricari nequeant, ni iustam distantiam habuerint, remissive cum cohærentibus.
19 Hæc de proprio fundo dicta sunt: sed anne fossam per alterius solum fodere licet?
20 Tandem anne in eodem mola exstrui possit sine amissione, cum adnexis aliis.

1 AD præcedentem tractationem † necessario referri debet ac potest, præsens hæc de clusarum fabrica & aquæductu quæstio generalis: adeo ut concesso molendino, ædificationem quoque clusæ simul concessam videri, dicat Wesenbecius *d. consilio. 67. numer. 14.* & post Baldum Carocius *decis.* 107. *numer.* 14. Ratio in promptu præter alias, quia parum aut nihil juvaret molam aquariam sine clusa habere, quæ cum aqua illi maxime inseruit, sicque non modo utilitatem, sed pene necessitatem adfert: unde in castrorum concessione molendina & pascua tamquam pertinentia simul adsignantur, sine quibus ea esse inutilia ac mutila in terminis dixit Andreas Knichen *tract. de vestit. paction. part. 2. capit. 4. numer. 40. cum præcedd. & seqq.* post alios, quibus addo Ant. Quettam *consil. 5. numer. 7.* Cravettam *consil. 701. num. 45. & seq.* Menochium *consil. 401. num. 149. libr. 5. & libr. 4. de præsumt. 154. numer. 21.* Alvarottum *ad tit. de capit. qui jur. vendit. vers. quidam numer. 2. per tot.* Iasonem *ad d. l. quo minus in 20. quæst. D. de flumin.* & incidenter ego *in disput. de jure castro. th. 23. cum 27. infr. quæst. 23. numer. trigesimo quarto, & quæst. 30. numer. 34.*

2 Patet ergo † juxta rubricam suppositam, duo esse hujus quæstionis membra: unum, de clusarum exstructione; alterum, de aquis per eas ad molendina ducendis. De utroque licet Bartolus, Iason, Ripa, Bertachinus & Cæpolla copiose agant; placuit tamen seriem problematum retinere, ac alia quædam adjungere, post tradita à me *quæst. 15. 16. & 17.*

3 Prius vero non potest dextre intelligi, nisi præmittatur † quid Clusa sit, unde dicatur & an aliis quoque nominibus designetur, cum similibus. Potest autem ruditer describi, quod sit fistula sive canalis, excipiens claudensque aquam profluentem vel decidentem, & ad molas deferens, illarumque gyrationem efficiens: sive ein Wasserschütze oder Schleuse quasi inclusæ aquæ receptaculum, ein Mühlenkolck germanice: seu deniq; est locus cavus, qui fit ad latus fluminis, ad aquam ducendam, ut vult Bartolus *in l. quo minus numer. 22. D. de flumin.* quem clausam, den Baw oder Infang/ da-

mit das Waſſer auff die Mühle geleitet wird/ item die Teuchelt und Canal vocat Noe *Meurer tract.* vom Waſſerrecht/*part. 9. quæſt.* 8. *p.* 67. Si acu rem non tetigero, ignoſcent æqui lectores: cum hæ voces per antiqvos Doctores irrepſerint, qvas omnes intelligere vix alicui datum; adeo ut novo lexico opus ſit, ſi barbara contortaq; (*e. g.* bladum, riſichium, robaria; gverra, homologatio, leuteratio, doarium, domanium; calciata, careſtia, devetum, aſſaſinus &c.) illorum vocabulorum monſtra adſequi; & divinando ſæpius aut raro mentem expiſcari voluerimus. Interim tamen ab aliis neotericis repetuntur, ac ſcriptis inſeruntur, nondum explicata, ſed pro confesſis quaſi agnita, ac ſi cuivis tanta lectione valeret, tamque multiplici, ut primo ſtatim intuitu has ſcilicet! latinæ linguæ elegantes cincinnos caperet, aut eam adeo ſterilem ſtatuerent, ut uſitata negotia ſolitis nominibus vocare nequirent. Sed quid agas? Sic vivitur; ea demum iſti recte ac latine dicta eſſe arbitrantur & contendunt, quæ intelligere ipſi poſſunt quorum ſpecimen in prima ſtatim charta Bartoli, ac deinceps in omnibus invenire poſſumus, inquit inter alia Guilielmus Budæus *in epiſtol. pag. 35. b. adde Ant. Heringii præf. tract. de fidejuſs.* Coactus ergo fui pro re nata nonnullas voces explicare, easdemque etiam quandoq; retinere; ut inter legendum Interpretes veteres mecum iſtas intelligerent. Quamquam de Cluſæ voce, hæc non tam dicta ſcriptaque velim, quam de cæteris vocabulis: cum illa redoleat priſcæ linguæ antiquitatem, & cum literarum ſyllabis conveniat, ut in ſimili de laudimiorum nomine pluribus diſſerit Bert. Argentræus *in comment. ad conſuet. Britan. art. 59. not. 2. nu.* 1. *p. 247. & in tract. de laudim. cap.* 1.

4 Cluſa igitur † dicta, quaſi clauſura; qua voce eodẽ ſenſu utitur expreſſe idem Bartolus *in d. l. quo minus numer.* 17. *& 20. D. de flumin.* ſive clauſa, cluſa: ſicuti calda, pro calida aqua ponitur, & cluſum pro clauſum *in l. in navem 31. verſ. nam ſi quis D. locat. l. ſed addes 16. §. illud nobis 2. eod. tit. juncta l. cum de lanionis 18. §. 2. & 3. D. de inſtr. vel inſtrum. leg. And. Schefferus part. 1. quæſt. pract. 50. numer.* 22. & calfacit pro calefacit, tam poetice per figuram, quam antique uſurpavit in verſu quodam Ovidius:

Aut virides malvas, aut fungos colligit albos,
Aut humilem grato, calfacit igne focum.

idque in Pandectis Florentinis, & apud alios autores crebro obcurrere, monent Prattæus & Calvinus, *in Lex. ju. verb. cludere & cluſuræ pag. mihi* 115. Frid. Lindenbrog. *in gloſ. leg. antiq.* adhibe etiam Angelum Politianum *in miſcellan. cap.* 41. Barn. Briſſonium *in ſing. lib. parerg.* Ioh. Phil. Pareum *in provocat. ad Senat. Crit. pag.* 28. 29. & has literas curioſe ac anquiſite doctum Auſonium Popmam Phryſium *in lib. de uſu antiq. locut.*

5 Quam variis autem † ſynonymisq; eadem dicatur nominibus, liquet ex eo; quod apud Doctores pasſim cluſæ vocabulo veniat, canalis, fiſtula, clauſura, ſepta, forma, ſpecus; uti cum juribus & actionibus videre eſt ex parte apud Bartolum *d. nu.* 17. 20. *&* 22. Prattæum & Calvinum *in his verb. item in l. 2. C. Theod. de curioſ. juncta l. fiſtulam 19. D. de ſerv. urb. præd.* Cæpollam *eod. tit. cap.* 49. Item munimentum in fluminibus, ſeptum remoratorium & clauſtrum dicitur apud Ioh. Gryphiandrum *tract. de inſulis cap. 28. numero* 18. 19. 20. ubi addit, cluſas non modo in terris eſſe, ſed etiam in aquis, fine quidem diverſo, at eodem nomine; Germaniſque Wehren & Tamme

ejusmodi aggeres esse, cujusmodi multi conspiciantur in Sala Thuringiæ flumine, aquam in molendina coarctantes, *junctis numer.* 55. 56. Fossa etiam clusa dici potest, quæ est receptaculum aquæ manufacta, *l. 1. §. 5. D. ut in flu. publ. navig.* hinc de fossatis agit pluribus Felinus *in c. Rodulphus* 17. *col. De rescript.* Bartolus *d. tract. Tyberiad. lib. 1. verb. flumine numer.* 1. & 3. *& in l. prædia §. si ita legatum D. de inst. vel instrum. leg.* Neque Practici tantum in his dictionibus variant, sed etiam locorum consuetudines. In aliquibus enim partibus id, per quod aqua ducitur, vocatur Incile, in aliquibus Formula, in aliis Seriola, in aliis itidem Vallum seu vallatum, in nonnullis superiora nomina obtinent; Rugia dicitur in Mediolani statu, Canale autem in Regii territorio; post Bartolum, Castrensem, Bossium & Alexandrum teste Dominico Tuscho Cardinale *tom. 3. pract. concl. 407. numero 17. 18. 19.* & Bartholomæo Cæpolla *d. tr. de serv. rust. præd. numer. 41. & 42.*

6 Juvat hujus dictionis occasione † subjungere pulcherrimum B. Cypriani locum, quo ad Pompejum contra epistolam Stephani gravissimis verbis elegantem γνώμην includit, eamque hac similitudine exprimit: *Fit*, inquit, *studio præsumptionis & contumaciæ (scilicet contra veritatem, quæ valet & invalescit in æternum, & vivit & obtinet in secula seculorum) ut quis magis sua prava & falsa defendat, quam ad alterius facta & verba consentiat. In compendio est autem apud religiosas mentes & simplices, & errorem deponere, & invenire atque eruere veritatem. Nam si ad divinæ traditionis caput atq; originem revertamur, cessat error humanus, & Sacramentorum Cœlestium ratione perspecta, quidquid sub caligine ac nube tenebrarum latebat, luce veritatis aperitur. Si* CANALIS *aquæ* (subdit) *qui copiose prius & largiter, ut illic ratio defectionis nascatur: utrumne decrescentibus venis in capite siccaverit, an vero integra inde & plena procurrens, in medio destiterit? At si vitio, interrupti, aut bibuli canalis effectum est, quo minus aqua perseveranter ac jugiter flueret, refecto & confirmato canali ad usum atq; potum civitatis aqua collecta, eadem ubertate, atq; integritate repræsentatur, qua de fonte proficiscitur. Quod & nunc facere oportet DEI sacerdotes, præcepta divina servantes, ut in aliquo si mutaverit & vacillaverit veritas, ad originem Dominicam & Evangelicam & Apostolicam traditionem revertamur, & inde surgat actus nostri ratio, unde & ordo & origo surrexit.*

Ita Cyprianus *in epist. ad Pomp.* quam contra Pontificem & ipsius clerum ornate inducit Thrasybulus Lepta, *id est*, detecto nomine Cunradus Dinnerus IC. *in exposit. hist. de reb. gest. illustris L. B. Georg. Ludovici à Seinsheim &c. libr. 3. pag. 192. 193. 194.* Hæc de clusarum nomine: nunc sequitur eadem ex † qua Materia fiat clusa vel canalis, per quem aqua adducatur? 7 Joannes Petrus de Ferrariis dicit, quod fieri possit ex materia consueta in ista religione *in pract. form. libel. in act. confess. pro servitut. in gloss. servitus aquæductus numer. 15. pag. 266. per l. hoc jure §. pen. D. aq. quot. & l. si prius §. 1. D. de aq. plu. arcen. & l. quæsitum D. de serv. rust. præd.* Si nullum præjudicium inde resultaret, putarem cum Bartolo & Prattæo nil aut parum referre, an structura ista sit lignea, sive lapidea, si ex plumbo aut alia materia confecta, ad continendam transmittendamque aquam excogitata. *Bart. ad d. l. quo minus num. 20. Prattæus in lex. verb. fistula & septa.* accedente altera ratione, quod materia in ædificando ad acquiren-

dum

dum dominium non sufficiat, teste Dn. Gryphiandro *tract. de insulis cap. 20. numer. 25. cap. 26. num. 70.*

8 Subjectum quoque sive † locum, item modum seu formam clusas exstruendi aquamve ducendi, hic plene considerarem; ni occupata jam essent omnia, ut hoc onere lectorem sublevare possem, nec crambentoties coctam, magno cum adparatu illi nihilominus adponerem; qvam ipse jam tempore ac ætate firmioreque judicio exclusus, concoquere nequeo. Consulenda itaque præter Bartolum, Jasonem & Ripam omnino sunt, quæ jam adducendi Doctores multis cum circumstantiis congesserunt. Et quidem in genere an † aqua possit averti seu alio derivari, tractant, *Dd. arg. l. impensæ* 14. *ibi: flumina avertere, juncta l. 1. §. fin. ibi: sed & si pistrinum l. veluti 6. D. de imp. in res. dot. fact.* Ferrarius *d. lo. numer.* 8. & 12. Antonin. Tessaurus *decis.* 245. *per tot.* Castrensis *consil. posthum.* 13. Cravetta *consil.* 676. *libr.* 3. Surdus *consil.* 41. *lib.* 1. Riminaldus sen. *consil.* 623. & 624. *lib.* 4. Corneus *consil.* 248. *volum.* 4. Cæpolla *d. tract. de serv. rust. præd. cap.* 4. *per tot.* Tuschus *tom.* 3. *pract. conclus.* 405. & 407. *lit. F.* Hilligerus *in Donell. enucl. libr.* 4. *cap.* 3. *lit. F.* qui de aquæductu sive aqua derivanda, clusisque exstruendis cum reliquis mox laudandis implicite & latissime disceptant, quibus adde quæ ego disserui *quæst.* 15. 16. & 17. Gryphiand. *tra. de insulis c.* 20. *nu.* 42.

10 Quibus adde † an clusa seu aquæductus per publicam viam possit fieri? quo de Ripa *ad d. l. quo minus num.* 90. 91. 92. 93. *D. de flumin.* ante eum Bartolus ibidem *num.* 24. *ibique Concenat. in addit.* quibus adde tradita Bartoli, Meieri & aliorum *ad tit. D. de loc. & itin. publ. tit. D. de via publ. & si quid in ea fact. juncta l. fin. D. de serv. rust. præd.* latissime; Cæpolla *d. tractat. cap.* 3. *per tot.* una cum textibus relatis à Wesenbecio *consilio.* 197. *numero* 23. 26. 27. & 31.

11 Quid si vero † clusa possit ædificari in loco minus nocivo *hoc est*, qvæ damnum loco aut vicinis non adferat, de quo Bartolus *ad d. l. quo minus. num.* 23. *ubi concenat. in addit. lit. h.* & plenius ibidem Ripa *numer.* 29. & 79. *cum seqq.* Berous *consil.* 139. *num.* 22. *cum seq. lib.* 3. & obiter Tuschus *d. concl.* 407. *num.* 24. Meierus *ad tit. ne quid in flum. publ. thes.* 7. ac ante illos Socinus *consil.* 79. *num.* 1. & 5. *volum.* 1. quem adducit Montanus *tract. fin. regund. cap.* 24. *num.* 8. qui cum cæteris de causa & jure prohibendi permittendive ædificationem clusarum disquirunt; quibus accedit Pileus *in aur. quæst.* 10.

12 Sic anne † aqua, ab unius quæ molendino exit, possit capi ab alio, ita ut ex flumine publico ducam rivum, quo aquæ pars ad meam prius fluat molam, quam ad alterius perveniat, qui infra me aliam habet? Disceptant Bartolus *in d. l. quo minus* 2. *in* 5. *quæst. numer.* 10. & 12. ubi respondet, quod si aqua ducitur ad usum, quæ sufficit superiori & inferiori molendino, tunc uterque potest ducere aquam, cum similibus. Idem per multa tenet Afflictus *decis.* 388. *num.* 11. Cæpolla *tractat. de servit. rust. præd. cap.* 4. *num.* 41. & 43. Ripa *d. lo. nu.* 83. 84. & *seqq.* qui etiam antea dixerat, molendini superioris dominum teneri ad patientiam, quod aqua defluat ad molendinum inferius; ubicunque illa res non adfert damnum ipsi domino superioris molendini *num.* 27. 28. & 29. *juncta quæst.* 15. *nu.* 56. *usq. ad fin. quæst.* 43. *num.* 38. Cephali *consil.* 130. *num.* 14. *lib.* 1. Tuschi *d. tom.* 3. *conclus. pract.* 405. & 407. *lit. F.* & *tom.* 5. *concl.* 304. *nu.* 26. 27. 28. *cum concl. seq.* 305. *num.*

num.2.lit.M. Bertachini *repert. verb. molendinum num.*31. per doctrinam ejusdem Bartoli *ad l. per agrum C. de servit.* & Modest. Pistoris *d. consil. 19. vol.*1.

13 Aqua autem † postquam fistulam meam semel intravit, potest à me in quemcunque locum derivari, judicibus iterum Bartolo *in d. l. quo minus. 2. in quæst. 14. num. 25. D. de flumin. ubi additt.* Baldo *consil. 109. incip. & videtur volum.* 1. *& in l. aquam. 4. C. d. tr. de servit. & aq. in princ.* Decio *consil. 244. num. 3. & cons. 373.* Iasone *consil.* 150. *col. pen. in fin. volum. 2.* Bertrando *consil. 351. n. 3. per tot. vol. 2. part. 1.* qui de flumine publico etiam id exaudit, ad seclam habens Wesenbecium *consil. 197. numer. 26. 27. & 31.* quibus adjunge Nicol. Boerium *decis. 352, numer. 5.* & Ioh. Petrum Surdum *decis. 9. n. 11.* 14 Hinc dicitur juxta Ruinum, canale † ad latus fluminis publici, quo dicitur aqua per privatorum loca, esse privatum, *consil. 96. vol. 4. juncta. quæst. 15. nu.* 11. *l. Proculus D. de dam. inf. Mascard. conclus. 123.* & an talis cursus licite possit mutari à privatis, Baldum *consil. 241. incip. & videtur volum. 2.* disputare refert Paulus Tuschus *sing. 3. lit. C. pag. 56.* 15 Quidquid enim † publico innatum aut inædificatum, non est ilico publicum; quam consequentiam Labeo infringit *in l. si epistolam 65. §. fin. D. de acq. rer. domin.* ubi vide conciliationes Iusti Meieri *th. 28. n. 9.* & Gryphiandri *in tractat. de insulis cap. 20. num.* 15. *cum præcedd. & seqq.* nisi forte latuerit etiam homonymia in voce Publicum, de qua egi *d. quæst. 15. post princ.* 16 Et inde quæritur, quid agendum † si quis impediatur uti aqua ad usum molendini? vel si in debito modo alterutro ea restagnetur, wird außgeschützet/daß der Müller nicht mahlen kan? Pertractant illud præter Bartolum, Iasonem & Cæpollam Iohan Franc. Ripa *d. lo. numer. 45. 46. 50.* Castrensis *consilio. 357. notandum est vers. ex iis patet lib. 2.* Marcabrunus *cons. 49. per tot.* Bertrandus *d. consil. 296. numer. 4. 5. & 9. part. 1. vol. 2.* Mod. Pistoris *d. consil. 19. volum. 1.* Matthæus Wesenbecius *d. consil. 67. numer. 24. 25.* Meierus *ad d. titul. ne quid in flumin. publ. thes. 7. circa fin.* Tuschus *d. conclus.* 407. *nu. 22. 23. 24.* qui tamen dissentientem in casu propinquo allegat Beroum *d. consil. 139. n. 10. & seq. lib. 3.*

17 Quantum ergo † distare à se invicem molendina debeant, ne damnum dent, promisi *quæst. 15. num. 59. quæst. 18. num. 14. in fin.* & indicavi ex parte *quæst. 43. numer. 42.* 18 Inde quænam sit ratio † Statutorum disponentium, quod molendina non possint fieri, nisi dimissa certa distantia, ab uno ad aliud; præter Ripam & Bocerum quærere Alexandrum retuli *quæst. 25. num. 24.* Sicuti etiam illud præcedens responsum *num. 13.* non de quocunque loco intelligerem, ut declaravi fuse *quæst. 14. & 15.* Quid si enim ducatur aqua quidem ex flumine publico non per agros privatos, sed ad illos per viam publicam? quod licite fieri minime posse, sub certa expositione declarat Ripa citatis locis *sup. num.* 10. & Bartolus eo se remittit *in l. 1. §. si fossa* 8. *D. de flumin.* ubi dicitur, quod si fossa manufacta sit, per quam fluit publicum flumen, nihilominus publica fiat. Quamvis non in totum hoc convenire cum canali sive clusa putarem: sed fossa usum publicum alio etiam modo præbere vel cursum pristinum manifeste deteriorem reddere possit, & ideo si quid ibi fiat in flumine publico factum censeatur. *arg. d. tit. cum cognatis.* Nec prætereà absurdum alii reputant, ex publico quandoq; fieri privatum *sup. quæst. 15. num.* 11. *& arg. §. idem juris 2. vers. 2.*

Inst. de inutil. stipulat. Argentræus ad consvet. Britan. tit. 14. art. 266. cap. de præscribt. loco publ. num. 3. pag. 1116. sicuti contra, qui secundum anteriores fossam in suo fundo facit, ut ibi aqua collecta in viam publicam decurrendo usum comunem impediat aut damnum adferat, interdicto tenetur *l. 2. §. proinde 27. D. ne quid. in lo. publ.* quod præjudicio Cameræ Imperialis Spirensis in causa Saldern contra Braunschweig munivi *Imp. quæst. ult.* similiterque si fossam quis fecerit in sylva publica, & bos alicujus in eam ceciderit, agere potest interdicto Quod vi aut clam *l. si alius §. præterea 8. D. quod vi aut clam.*

Cui adfine est, an quis possit stagnum struere in sua terra? Guido Papæ dicit, quod sic: dummodo faciat calciatam in fundo suo, & solvendo damna ac interesse circum vicinis, quorum prata, terræ, possessiones & directa dominia perduntur & submerguntur ex abundantia aquæ talis, stagni; dummodo etiam ex constructione talis stagni adferatur majus commodum construi facienti & Reipublicæ, quam sit incommoditas vicinorum, quorum proprietates ex inundatione aquæ submerguntur, *decis. 91. nu. 1.* ubi addit, quod viderit ita observari etiam in contradictorio judicio ex diuturna observantia.

19 Sed hæc de suo † cujus juris erit, si fossa illa per alterius fundum foditur à domino superiori; & an liceat hoc sine pretij refusione? Resolventes evoluere Bartolum *tractat. Tyb. sive de flumin. lib. 3. num. 39.* Pileum *in aureis quæst.* 114. (ubi quidem ita quærit, an Titius volens perducere aquam ad suum molendinum, possit per terram alterius ducere eo invito, prout antea solitus erat? & dicit, quod sic) Ripam *ad d. l. quo minus num. 83. cum seqq.* Wesenbecium *d. consil. 197. numer. 23. 24. 26. 31. part. 4.* & transfer huc argumentum à similibus aut correlatis *ex quæstio. 10. num..... quæst. 18. num. 11.* Argentræo *d. tit. 17. art. 374. lit. A. pag. 1530.*

Denique obversatur hac data occasione † neminem posse molendinum facere vel clusam in fundo alieno, vel in aqua aliena, ni structuram amittere voluerit, etiam Rex vel Comes *arg. cap. cum olim abbas, in princ. de offic. del. & ibi Bald.* sequitur Jason *in d. l. quo minus in 9. colum. vers. ultimo.* alios Gryphiander *d. tract. cap. 20. num. 4. 63. 64.* & si fiat, lucro cedere domini istius soli *Bald. d. c. cum olim, juncto* Wesenbecio *d. consil. 197. num. 32. part. 4.* qui de opere consequenter demoliendo in alieno fundo fusissime agit, *consil. 298. per tot. part. 6.* Neque refert, qualis illa materia sit, quæ solo cedit; num lignum, saxum aut cæmentum. Omnes enim res, ex quibus ædificia fiunt (quibus etiam molendina adnumero alibi) huc pertinent, teste post textuum inductionem Mejero, *d. tit. de acq. rer. domin. th. 35. juncta thes. 37. item quæst. 18. num. 9. 10. 11. & 12.* Nisi quod Cæpolla hic litem moveat, qui infert: si quis horreum frumentarium novum ex tabulis ligneis mobile factum in solo alterius posuerit; illud tamen solo non cedere, nec prædij domino officere, per textum *l. Titius horreum 60. ubi Gloss. juncta l. si supra tuum 28. D. de acq. rer. domin. l. granaria 18. D. de act. emt. in tract. de servit. urb. præd. cap. 72. num. 3.* Attamen quia ipse exceptionem facit in tabulis terræ adfixis: idcirco tota controversia dependet ac sopita est *in quæst. 8. 39. & 42. per tot.* Minorem vero sollicitudinem procurat quorumdam objectio, si hoc moverint: quid ratione ædificationis de Imperatore dicendum sit, qui dominus mundi perhibetur, &

tur, & rerum privatarum quoque arbiter? Verum hyperbolicæ potius in multis hæ ſunt loqvutiones, & magnas patiuntur limitationes explicationesque, Politici quas adferunt, exquæ illorum cætu nominatim Henningus Arniſæus *lib.* 1. *de jure majeſt. cap.* 1. Celſus Mancinus, Petrus de Petra, Rudolfinus de Sablonetta & Joh. Nordermannus *tracta. de jurib. ac poteſt. principat.* Chriſtoph. Beſoldus *tr. de jurisdict. quæſt.* 6. quibus adnumero Covarruviam *in repet. cap. peccatum p.* 2. *§.* 9. *num.* 5. *cum ſeqq.* Philippum Portium *lib.* 5. *concluſ.* 14. *fol.* 933. quos duos recenſet Paulus Fuſcus *ſingul.* 7. *lit. l. pag.* 214. quosque citant Ant. Heringius *d. tract. de fidejuſ. cap.* 7. *nu.* 569. *usque ad num.* 589. Herm. Latherus *tract. de cenſu lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 48. ac deniq; à me allegatos *quæſt.* 10. *num.* 22.

QVÆSTIO XX.

Molendinum qua via noſtrum fiat, traditione, conceſſione ac pacto?

SUMMARIUM.

1 Connexio ordinis perpaucis expedita.
2 Eaque duplex, hiſtorica una, cum numero 3. & 5.
3 Princeps dominia pro arbitrio transfert.
4 Exempla deſiderant expetuntque homines, & per ea res fit manifeſtior.
5 Liemari Archiepiſcopi Bremenſis diploma, materiam noſtram directo concernens: cum parallelo, de molis Bruns vvicenſibus.
6 Continuatio & inductio altera, ex jure civili: cum parallela alia ex uſibus feudorum.
7 Multum hic conſvetudines & pacta valent; ut etiam in molis bannarijs transactio, juncto n. 11.
8 Pacto ad certum tempus Reſpublica jus molarum accipere poteſt.
9 Molendinum in feudum concedens dominus, & aliud ibidem ædificans, num vaſallo ad intereſſe teneatur? remiſſive.
10 Si duo in eodem flumine molendina habuerint, quid obſervandum ſit quoad aquæ reſtagnationem.
11 Vniverſitates & oppida utrum furnos & molendina, vel quomodo conſtruere debeant; cum Teſauri illatione.
12 Communitas, civitas, reſpublica, univerſitas, cum ſimilibus quid ſint?
13 Communitas pariter cum dominis celebrata pacta ſervare debet: & inter ſubditos ſunt ea inſtar legum; contra quæ ſi aliquid fecerint, demoliatur.
14 Pacta ſunt vel adfirmantia vel negantia: & valet pactum, ne liceat in parte ſuperiori vel inferiori molam ædificare.
15 Si pactum conceſſioni vel traditioni adpoſitum fuerit, ut molat vel panem coquat in furno pro concedente & ipſius tota familia, quæ poſtmodum aucta, quid juris? latiſſime num. ſeqq. & quidem hic primo opinio negativa proponitur.
16 Affirmativa quorundam hic cum autorum catalogo adducitur.
17 Res, cui debetur ſervitus, ſi augeatur; an pro incremento eadem veniat præſtanda, ex Cephalo.
18 Iohannis Saixonis diſtinctio adfertur.
19 Cæpollæ, Choppini, Speckhani & autoris ſententia plenior adjicitur.
20 Familiæ nomen quid deſignet, & quamdiu duret, relative.
21 Parallelum de lignis cædendis ac alicui pro familia conceſſis.

ORDINEM † præcedentem ſervans, 1 pergo ad alterum de jure gentium competentem adquirendi modum, quo molendina noſtra fiunt. Conſtituo autem illum ſub generali traditionis, pacti vel conceſſionis ſpecialis nomine: propter arctiſſimum vinculum, & quia ſimul pertractari poſſunt, illamque præter cæteros agnoſcit Ripa *ad d. l. quo minus num.* 36. *verſ. poſſunt autem & num.* 134. *in verb. acq. etiam transact. D. de flumin.* Joh. Gryphiander *tract. de inſulis cap.* 24. ac deprehendimus eamdem † in fundatione Monaſteriorum, 2 à Principibus olim tributam & relictam, ſuisque diplomatibus firmatam; quod antiquitatum monumenta conteſtantur, & in ſeqvuturis apertius patebit: maxime cum Princeps † transferat dominium ad libitum, 3 ſi credimus Nicolao Boërio *deciſ.* 42. *num.* 28. ſic porro conceſſio facta in terminis à

nis à Williswinda & Cancrone *sup. quæst.* 3. *num.* 11. (& aliæ ejus generis sunt apud Marquardum Freherum *de orig. Palatin.* *pag.* 47. 82. *& in ejusdem Lupoduno pag.* 24.

4 Exemplum aliud (quia † hujusmodi paradigmata malumus, *quæst.* 11. *num. ult.* & per illa res fit clarior, ut dicam alibi) luculentius
5 capere possumus ex diplomate † Liemari Archiepiscopi Bremensis, quod traditionem & pactionem quamdam continet, hujusque est tenoris: *In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Liemarus Dei gratia Bremensis Archiepiscopus, omnibus Christi Ecclesiæque fidelibus, tam futuris quam præsentibus salutem dicit. Nosse volo charitatem vestram, qualiter quidam Gerhardus Nobilis homo, filius Gerberti de Stumpenhusen, qui ut in superiori Chirographo* (quod idem author *pag. præced.* 168. posuit) *continetur, quadam prædia, Ecclesiæ nostræ pro emendatione quarundam culparum contradidit. Postea non coactus, sed sponte sua prædium quoddam Alarbeke dictum in pactione quadam eidem Ecclesiæ nostræ in proprietatem dedit. Hoc autem habuit in pacto nobis laudantibus, ut fieret homo noster per manus, & acciperet de camera nostra VIII. libras denariorum Goslariensium & hoc ante Pentecosten illis diebus, quibus mercatum apud Bremam habetur. Hanc etiam oblationem & voluntariam pactionem nos tunc laudavimus, accipimus eum in hominem, beneficium dedimus, omnia cum voluntatem ejus perfecimus. Hoc scire volumus successores nostros hanc pactionem servari debere sibi soli dum vixerit, non filijs ejus, non heredibus: Tradit autem illud idem Tidium in Bremensi crypta veteri super altare, numero mansorum X. cum mancipiis, & sicut mos est, cum areis, ædificijs, terris cultis & incultis, quæsitis & inquirendis, cum molis, molendinis, aquis aquarumq; decursibus, pratis, pascuis, sylvis, lignorum & arborum incisionibus, & omni tali utilitate, & eo jure quo ipse illud idem possederat & parentes ejus, &c.* apud Erpoldum Lindenbrogium in scribtor. rer. German. Septent. inter privil. Archieccles. Hammaburg. *pag.* 169.

Ita in Actis Brunswicensibus sive den Braunschweigischen histor. Händeln *part.* 1. *memb.* 1. *cap.* 13. *nu.* 113. *pag.* 167. legimus, Ducem Albertum sacello S. Mariæ Guelpherbytanæ, ex moletrina sua Brunopolitana annuatim tres choros tritici donasse ac concessisse, hisce verbis: *In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Amen. Dei gratia Albertus, Dux in Brunesuic, omnibus in perpetuum notum esse volumus universis, quod cum Dominus Herdegenus, rector capellæ sanctæ Mariæ in Wolferbüttel, ad eandem capellam quatuor mansos in campis ibidem comparasset, nos cum prædicto Domino Herdegeno permutationem facientes, tres mansos sitos in majori Denche, & curiam unam cum areis ad ipsos pertinentibus, & perpetuam proprietatem eorundem, cum omnibus alius eorum juribus, & pertinentiis, quocunq; nomine nominatis, villis, silvis, campis, pratis, aquis, viis & inviis, sicut eos possedimus, & tres choros tritici brazij in molendino Amilij trans aquam versus valuam urbis in Brunesvvik, quorum unus solvitur, & solui debet, in festo Pentecostes, & alius in festo Nativitatis S. Johannis Baptistæ, & tertius in festo Michaëlis ad prædictam capellam pro prædictis quatuor mansis dedimus, damus ac relinquimus per præsentes, renunciantes pro nobis ac nostris heredibus omnibus usibus & juribus, quæ nobis in prædictis bonis competebant, & in futuro competere potuissent; volentes ut tam prædicti mansi, quam chori ad prædictam capellam perpetuo pertineant, in dotem & jure dotis, ab omni servitio comitiæ, advocatiæ & cujuslibet an-*

„ *garia & parangaria, omnino liberi & exem-*
„ *pti. In quorum omnium evidens testimo-*
„ *nium sigillum nostrum præsentibus duximus*
„ *apponendum. Hujus facti testes sunt Eck-*
„ *bertus de Assenburg, Johannes Camerarius*
„ *noster dictus de Vitesse, Hinricus de VVerle,*
„ *Fredericus de Ampeleve milites, & dominus*
„ *Bertoldus dictus de Honlage, noster notarius,*
„ *& alij quamplures fide digni. Datum VVul-*
„ *ferbutle, Anno Domini* 1301. *in die B. Scho-*
„ *lasticæ virginis. Adde quæst.* 23. *num.* 18.

6 Si jus insuper nostrum † civile in subsidium vocaverimus, parum aberit, quin satis adcommodam nostri instituti rationem inde depromere queamus: ut præsens caput inseramus, & modus adquirendi de jure populorum omnium licitis ac naturalibus adtribuamus. Traditiones enim & pacta sunt juris gentium, ut Interpretes norunt & notant fusissime. Traditio autem nuda non transfert dominium, nisi titulus vel causa justa præcesserit *l. numquam* 31. *juncta l. traditio* 10. *D. de acq. rer. domin.* Gryph. *tr. de insulis cap.* 24. *numer.* 6. Sive sit illa permissio quædam, vel pactum aut aliud simile; quod apud gentes rationabili ratione, eamque rerum conditione postulante introductum est, sicque concessionem, traditionem ac pactum hic non male conjunxi. Proinde quia molendina domini inter res alias feudales solent concedere (ut non una vice dixi) idcirco pacta & conventiones adpositæ in concessione feudi sunt adtendendæ, ut post Raphaëlem Cumanum dixit & probavit Pet. de Gregorio *tract. de concess. feudi part.* 3. *quæst.* 1. *num.* 6. *cum seqq.* junge Gryphian. *d. cap.* 24. *numer.* 83. *& seqq.* &

7 multum † hic consvetudines pactaque posse ac valere, in terminis, post Friderum & Schneidewinum inquit Justus Mejerus *ad d. tit.* 13. *Pandect. lib.* 43. *thes.* 7 *in fin.* unde generaliter conclusio, quæ vult quemlibet in fundo molendinum exstruere posse, fallit; si quis cum vicino suo pactus fuerit, ne ipse in fundo suo illud ædificet: hoc enim pactum esse ratum, consideratis declarationibus, demonstrat late Schraderus *ad §.* 5. *num.* 21. *usq. ad num.* 38. *Inst. de rer. divis.* ac præterea de transactione quadam nominatim agit Renatus Choppinus *lib.* 1. *leg. Andium cap.* 23. *num.* 4. *pag.* 237. & memini me alicubi legisse, vigore transactionis habuisse jus ac emolumentum omnium moletrinarum in toto Ducatu Ferrariensi Cæsarem Estensem ad certum tempus ex Clementis VIII. pontificis concessione. Hinc etiam de bannarijs molis, an illæ licitæ habeantur, hanc Antonius Tessaurus ponit limitationem, & ita in Senatu Pedemontano JUDICATUM testatur *d. decis.* 6. *num.* 14. *per tot.* ut regula prohibitoria locum minime nanciscatur, quando Domini habent conventionem cum Subditis, quod liceat ipsis dominis habere furnos publicos & molendina proscribta, ceu Choppinus loqui adsolet. Adeo ut quamvis expresse non dicatur subditos debere ab alijs molendinis abstinere, seu ea non accedere; tamen id intelligitur juxta Tessauri & Senatus decisionem: quia cum licitum sit non solum dominis, sed etiam alijs furnos in proprio construere ad hoc, ut tale pactum operetur, videatur tacite induci prohibitio; sicque insuper absurdum sequeretur, dominis concedi, quod unicuique privato permissum, idque Baldum ac Felinum in similibus notare adserit. Sed vide meam *quæst.* 11. *num.* 101. *cum seqq. juncto num.* 40. 41. 42. 114. 115. 116. 117. 118. 127. *&* 130. qui huc digitum quasi intendunt, ac in præsentis quæstionis decisione adhiberi possunt, in qua illorum usum ordine videbimus. Sic

pacto

pacto ad † tempus certum jus molarum ad Rempublicam transferri poteſt, ut de illarum commodo Eſtenſi competenti antea dixi, & in eo caſu conſuluit Johannes Oldendorpius *conſil.* 5. *inter conſ. Marpurg. vol.* 1.

In facti autem ſpecie proxima: Molen-9 dinum † in feudum concedens, & aliud poſtea ibidem ædificans, an vaſallo ad intereſſe teneatur? Poteſt dubij iſtius evidentia ex ſuperioribus quæſtionibus colligi, & nominatim de eo ſollicitus eſt Schraderus *in* §. 12 *num.* 2. *Inſt. de rer. diviſ.* Roſenthalius *de feud. cap.* 5. *concluſ.* 29. *gloſſ.* G. *pag.* 173. & adhibendus eſt Caroli Molinæi *tract. de eo, quod intereſt.* Practicus Ferrarienſis *in formalib. de act. reali gloſ. & in florens, ibique Maſuerius in addit. pag. mihi* 50. *cum ſeqq.* Maxime allegati ab Joh. del Caſtillo *lib. ſeu part.* 2. *quotid. controv. c.* 1.

10 Pari ratione molendina † ſi duo in eodem flumine poſſederint, quoad reſtagnationem pacta & conſvetudo primum ſervantur: his deficientibus, qui prior ædificavit, primas habet partes; id ſi non conſtet, ſuperior præveniens ſive præoccupans hoc jure ſine dolo uti poterit, ut poſt Bartolum, Ripam, Jaſonem, Ferrarienſem & Cæpollam antea citatis locis, obſervat idem Roſenthalius *d. cap.* 5. *concluſ.* 29. *num.* 6. *pag.* 172. nec multum recedit Weſenbecius *conſil.* 34. *numer.* 9. 10. 11. 12. *cum ſeqq.* Teſſaurus *d. deciſ.* 16. *num.* 6. & tetigi ſupra *qu.* 15. *num.* 37. *inf. quæſt.* 43. *num.* 12. Pacta ergo ſi adfuerint, prius ſunt inſpicienda ac 11 ſervanda: & ita quoque † Univerſitates & particulares civitatum, villarum & oppidorum poſſe facere furnos (quos cum molendinis tamen ex aſſe ſemper non convenire, innui *quæſt.* 11. *num.* 1.) ad decoquendum; niſi ſubeſſent conventiones in contrarium, vel niſi fuiſſet alias inhibitum ac inhibitioni paritum, & deinde eſſet labſum ſufficiens tempus ad præſcribtionem, inquit Stephanus Bertrandus *conſil.* 1. *num.* 12. *part.* 1. *vol.* 3. *per tradita à Dd. in cap. ſignificante de pignorib. & plenius conſil.* 41. *num.* 2. 3. 23. 30. *vol.* 4. quibus adjunge Nicolai Loſæi Taurinenſis *tract. utiliſſ. de jure univerſitat.* & Quintiliani Mandoſij *tract. de inhibitionib.* Unde laudatus Teſſaurus in eadem materia determinat, in illa conceſſione ſi ſimpliciter dictum fuiſſet, quod Magiſtratui liceret habere tales furnos bannarios, per id non videri inductam prohibitionem & ſervitutem; cum ſtricte eſſent verba interpretanda *l. veteribus D. de pact.* Quinimo potius explicanda ut ſuperflua eſſent, quam quod damnum alijs indebite inferant. *Bart. ad l. fin.* §. *in computatione in fi. C. de jure delib.* & proinde diceretur illam conventionem ideo factam, quia forte alias licebat dominis ex pacto vel conſvetudine antiqua, furnos tales publicos ac bannarios in præjudicium ſubditorum conſtruere *Teſſau. d. deciſ.* 16. *num.* 14. *in fi. junge ſup. num.* 7.

Quare non ſine cauſa quidam inferunt, ſi forte † Communitas (germ. in Gemeine/ 12 lat. Reſpublica, Civitas, Univerſitas, *arg. num. praced.* 11. *& quæſt.* 14. *num.* 29. *plenius* Loſæus *d. tract. part.* 1. *cap.* 1. *& cap.* 2. *num.* 14. 31. 33. 39. 44. Wehner. *in pract. obſ. verb.* Gemeine *pag. mihi* 210. *cum ſeqq.*) cum Domino † pepigerit, aut transegerit 13 de non exſtruendis novis molendinis ſuper flumine; ex eo pactum habere vim legis inter Subditos; & ſi conſtruxerint, debere ſtructuram iſtam demoliri. Ita tenet Caſtrenſis *conſil.* 247. *notandum eſt. lib.* 2. quem refert & ſequitur Tuſchus *tom.* 5. *pract. concluſ.* 304. *num.* 19. *lit. M.*

Ex quibus videmus † pacta hæc vel ad- 14

firmativa eſſe vel negativa, ut vocant: hoc eſt, ut aliquid concedant faciendum, vel denegent aut interdicant; quod intermitti aut poſtea abſolutum deſtrui neceſſum eſt, vigore conventionum aut jurium aliorum: ſicuti quaſdam ſervitutes adfirmativas, alias quoque negativas poſt Baluum vocat Bertrandus *d. conſil.* 41. *num.* 3. *vol.* 4. Secundum hæc valet pactum per eum, qui habet molendinum inferius, ne liceat ſuperiori in fundo ſuo facere molendinum teſtibus Baldi *in l. pen. D. de pact.* Jaſone *in l. quo minus col.* 7. *ibi: ſeptimo D. de flumin.* Bellacomba *in ſyntag. commen. opin. lib.* 3. *tit.* 21. *rub. de molend. num.* 31. *pag.* 424. *juncta ſuperiori quæſt.* 15. *numer.* 54. *cum ſeqq.* deque pacto iſto negativo, de non ædificando tractat etiam Schraderus *ad tit. Inſt. de rer. diviſ.* §. 5. *num.* 20.

15 Poſtremo ſuboritur difficilis controverſia: Quid ſi in conceſſione † feudi, emphyteuſeωs aut ſimplicis conductionis, pactum adjiciatur, quod debeat accipiens molere frumentum pro tradente, ipſiusque tota familia; & hæc aucta fuerit? Vel num pactus mihi & familiæ panem coquere in furno certa mercede cogatur, aucta jam familia pro omnibus id operis præſtare eodem manente pretio, aut gratis nullo ſupererogato ſtipendio; an vero ſecundum antiqvum tantum exhibere illorum numerum, vel aucto onere ſimul merces ſplendidior juxta æquam proportionem adtribui debeat? Puta, hujus conventionis die ſeu tempore tres mihi erant liberi, totidemque ſervi? Dein propagata ſoboles & numerus usque ad ſeptimum. In cujus deciſione non una Doctorum eſt ſententia. Sunt primo qui negativum propugnant: quia hac ratione obligaretur molitor in infinitum; & non ſit veriſimile, quod ita obligari voluerit *arg. l. ſi libertus. D. de oper. libert. infr. num.* 19. *in princ.* cum ſimilibus, quæ adferunt Pilæus *in aureis ſuis quæſt.* 48. Barthol. Brixienſis *quæſt.* 15. Ca polla Veronenſis *in tract. de ſervit. urb. præd. lib.* 1. *cap.* 50. *num.* 11. *usque ad num.* 20. quem mutilate adducit Bertachinus *in repert. verb. molendinum n.* 53. Antonin. Teſſaurus *deciſ.* 226. *nu.* 2. Henr. Roſenthal. *de feud. cap.* 9. *concluſ.* 51. *in gloſ. b. pag.* 750. quorum ſententia eſt communis, teſte Jaſone *in d. l. quo minus num.* 14. *juncto num.* 136. 137. & 144. *D. de flumin.* & eſt in conſcientia tutior, dicente Angelo *in ſumma ſua verb. locatio num.* 18.

16 Alij rurſus † adfirmant: quia ex quo obligatio fuit ſimplex concepta ſub nomine collectivo, non variatur obligatio, licet creſcat vel deminuatur numerus ſub tali nomine conprehenſorum. Ita decernunt Innocentius, Johaannes Andreæ & Panormitanus, Jaſon item *in l. fin. C. de verb. ſignif. & in d. l. quominus num.* 136. *usque ad num.* 145. *D. de flumin.* præter quos, cum rationibus pluribus, alios adducit idem Cæpolla *d. lo. numer.* 5. 6. 7. 8. 9. & 10. Inter quos collationem quoque inſtitue & inter ſequentes, videlicet Nicolaum Boërium deciſ. 213. *num.* 9. *& ſeqq.* Jacobinum de S. Georgio *verb. & cum molendinis.* Bellacombam *d. lib.* 3. *tit.* 21. *rub. de molend. num.* 29. & 30. *fol. mihi* 424. Alexandrum *conſ.* 178. *per tot. vol.* 2. Vincentium Carocium *de locat. & conduct. titul. de flumin. num.* 1. & 2. *pag.* 2. Ludolph. Schraderum *ad* §. 8. *num.* 49. 51. 52. *Inſtit. de rer. diviſ. pag.* 68. Johan. Koppen *q.* 17. *n.* 3. & 13. *cum q.* 19. & 20. antequam illum Cephalus huc pertinentia congeſſit *in conſil.* 273. *l.* 2. ubi tractat: Si res † cui debetur ſervitus, amplietur, an etiā pro ampliatione ſive incremento eadem ſervitus debeatur? Et concludit, quod ſic. 17

Nec

Nec utraque vel alterutra opinione contenti reliqui † distinctionem aut mitiorem sententiam comminiscuntur. Johannes Saison ex illorum numero est, qui ita respondet *in consvetud. Turon. rubrica des droictz de basse justice art.* 13. aut ex liberalitate molitor promisit molere gratis, & subveniendum ipsi esse, judicis officio: Aut vero recipit pretium & tenetur semper molere. Potest enim contingere, ut familia deminuatur; & sic est molitor in lucro: potest etiam contingere, ut augeatur. Cum ergo accipiat lucrum, debet etiam damnum sentire, per jura vulgata. Quod argumentum quoque Interpretes ad monetæ auctæ vel imminutæ solutionem trahere consveverunt, uti patet ex Nicol. Boërio *decis.* 327. *&* Ant. Fabro *in tract. de var. nummar. debit. solut.* cum allatis à Tessauro *d. decis.* 226.

19 Verum enim vero † vidit quædam, sed non plene attigit. Unde licet prima fronte cum illis dixeris, indefinita pactionis verba præsenti rerum statui adcommodari, non futuro, nec ad liberos postea natos produci oportere, Pauli responso *in l. si ita D. de au. & arg. leg. l. si cum meus proprius D. si servit. vind. Clem. literis De rescr.* & in ambiguo pacti conventi clausulæ, rebus eodem habitu permanentibus, intelligantur Neratij Prisci *l. quod Servius. D. de conduct. ob caus.* attamen concertatio hoc modo statim sopita non est: sed totum, ni fallor, negotium sequentibus distinctionibus conciliari potest, cum Bartholomæo Cæpolla *d. tract. de servit. urban. præd. cap. de furno* 50. *numer.* 21. 22. Everh. Speckhan. *cent.* 2. *clas.* 2. *quæst.* 11. *num.* 10. *cum aliquot seqq.* & Renato Choppino JCti clarissimis *lib.* 1. *leg. Andium cap.* 23. *num.* 7. Aut enim illorum ex mente, furnariæ operæ stipulatio universum concepta est, aut verbis singularibus vel indefinitis. Primo casu, furnarius pollicitationis (quæ quid sit, & an pareat aliquam obligationem, discutit Ripa *ad rubr. D. de verb. oblig. num.* 21. *&* 27.) lege tenetur omnimodo; nec, si mihi familiæque meæ panum coctionem pollicitus sit crescente familia potest oneris levamen legitime postulare aut impetrare, Alfeni Vari argumento *in l. proponebatur verb. D. de judic. l. grege D. de leg.* 1. Perinde enim, ut dixi, decremento obnoxa fuit familia, ac incremento. Hæc quidem ulterius ita, si omnes liberi unam cum patre domum sive ædes incolant: secus si ab eo seorsim habitent. Qua in specie non una amplius familia judicabitur, ex ratione *l. tria onera D. de excus. tut.* Cæterum si particulatim mihi filijsque duobus stipulatus sis panis cocturam, perpetua est ac inmutabilis harum operarum obligatio: idemque si omnibus liberis stipulatus fuerim, in tempus aliquod pacto præscribtum. Sin autem pure simpliciterque inita sit conventio, citra annorum præfinitionem; utpote si furnarius vel molendinarius mihi se liberisque meis, imo toti familiæ cocturum panes aut frumenta fracturus receperit annuo quodam salario: tunc non ideo augenda erit minuendave furnarij aut molitoris merces, quod hunc annum mea aucta sit familia, vel imminuta. At labso anno variatur talium operarum pretium, pro utriusvis partis arbitratu; quasi annua sit hæc operarum locatio, singulis annis renovata, tum demum pari mercede, si non aliud inter eosdem cautum doceatur, *arg. l. item quæritur §. qui impleto D. de locat. adde l. postquam* 3. *D. de pact.* Ad extremum, promissis hujusmodi operis indefinito liberorum nomine censetur tacite actum de liberis natis tempore contractus,

tractus, non de nascituris, juxta Bartolum *in l. si pluribus D. de leg. 2. l. ex meo aquaductu D. de serv. rust. prad. l. 1. §. illud tamen D. de aq. quotid. & æst. l. non modus C. de servitut. & aq. l. medico D. de aur. & argen. leg.*

Non tamen diffiteor, judicem conpellatum in hac lite multa ex æquo ac bono posse statuere: & paciscentes ipsos hac in re morosos aut iniquos esse non debere; sed cæteris paribus cuncta penitius perspicere ac ruminare, *arg. §. quadam. 20. in fin. §. actionum. 28. §. in bona. 30. Institut. de action. cum simil.* Seneca inde sic loquitur & alio transfert: Sordidissimorum artificiorum institutoribus supra constitutum aliquid adjecimus, si nobis opera illorum enixior visa est, & gubernatori, & opifici vilissimæ mercis, & in diem se locanti corolarium aspersimus. In optimis vero artibus, qui vitam aut conservant aut excolunt, qui nihil se plus existimat debere, quam pepigit, ingratus est, *libr. 6. de benefic. cap. 17.*

Ad quorum omnium intellectum pleniorem capescendum, duo obiter subjicio.

20 Unum est † Familiæ adpellatione quid veniat? Quod exponit Corneus *consil. 229. vol. 3.* & quod familia alicujus dicatur etiam post mortem suam, juxta Alexandrum *consil. 20. in 1. colum. §. benefaciunt volum. 2.*

21 Alterum & ultimum est † de lignis ab aliquo concessis & pro familiæ usu cædendis seu exscindendis. Quam pulchram & vicinam quæstionem sensu priori ita Saison ibidem declarat de Nobili, qui jus lignandi concessit Rustico pro se & tota familia: an videlicet aucta pariter familia, vi relatorum Nobilis amplius teneatur? Pro nobili allegat *l. Rutilia Polla l. in lege D. de contrah. emt. l. damni infecti §. si is qui unus, & ibi glos. D. de damn. inf. DD. in d. l. non modus C. de servit. l. nam & Servius §. si vero D. de neg. gest.* ex quibus initio colligit, quod nobilis eo casu non teneatur. Pro rustico autem adducit *l. si servitus D. de serv. urb. prad. & cap. quanto cum gloss. X. de censib. c. quo circa De privil. l. peculium in princ. D. de leg. 2.* Concludit tamen Saixon sive Saisson pro rustico; si modo domino præstet commodum pecuniarium: si vero non exhibeat pecuniam, tunc dicit arbitrari judicem debere, ne dominus gravetur. Paulo aliter Dynus & alij apud Cæpollam *d. cap. 50. num. 18.* Wesenbecium *consil. 69. num. decimo.* Cognata etiam invenies apud Johan. Koppen. *d. decis. 17. per tot.* Johan. Rudingerum *cent. 2. singul. observ. 98.* & Paulum Matthiam Wehnerum *in Pract. observ. voce* Holtzsparkunst *pag. mihi 292. cum seqq.*

QVÆSTIO XXI.

Molendinum qua ratione acquiratur per Præscribtionem?

SUMMARIUM.

1. Quartus acquirendi, & quidem civilis modus, est præscribtio.
2. Appius Claudius inter veteres primus librum singularem de Vsurpationibus conposuit.
3. De utraque auctores plurimi adducuntur, nominatim Argentræi ac Bertrandi laudes ibi continentur.
4. Quænam utriusque differentiæ, remissive.
5. Earundem jus, æquitas & observantia; quæ secura dominiorum patrocinia præbent, cum n. 29.
6. Definitio præscribtionis.
7. Donelli opinio rejicitur, adserentis: Vsucapionem longam non esse modum acquirendi.
8. Præscribtio est modus civilis ac legitimus, tamque res quam jura negligentibus vel ignorantibus adimit: licet ea, quæ sunt meræ facultatis, præscribi nequeant, cum num. 9. & 15, 16.

9 Mul-

9 Multa & fere præcipua conſequimur hoc temporis jurisque beneficio: quod exornatur & ad theſin obiter ac in genera transfertur.
10 Penſio autoris de hujus quæſtionis membris, pro re nata tractandis.
11 Res mobiles & inmobiles quanto tempore præſcribantur, jure Romano & Saxonico.
12 Res Eccleſiæ ac Fiſci an, quomodo & quando præſcriptione acquirantur remiſſive.
13 Libertates, ſervitutes ac jura incorporalia, quomodo uſucapione acquirantur & amittantur, itidem relative.
14 Jus occupationis & aquæ ducendæ, quanto tempore præſcribantur, ex Bartolo; cum authoris declaratione ſuperficiaria.
15 Facultas in jure quid ſit, & an, quomodo vel quando res meræ facultatis ſive liberi arbitrij, præſcriptione infringi aut tolli per alterum poſſint? late & maxime ex Menochio cum exemplis & num. 5. ſeqq.
16 In tempore, cujus memoria non exſtat, minime requiri patientiam ejus, contra quem præſcribitur, vult Mynſingerus; ſed declara ex alijs Doctoribus.
17 Diſtinctio Menochij incipit, usque ad num. 20.
18 An ex operarum aliquoties facta præſtatione, inducatur præſcriptæ, cum continuatione num. præced. hereditatis aditione, bonorum poſſeſſionis agnitione, acceptando legato & officij juridici invocatione.
19 Ius offerendi an & quomodo præſcribatur.
20 Argentræi expoſitio duobus locis prolixior, ornatior, nervoſior.
21 Annui reditus ſive cenſus an & quomodo præſcriptione acquirantur amittanturque.
22 Item res emphyteuticæ ac minorum, an, quomodo & quando præſcribtionibus ſint obnoxiæ? remiſſive.
23 Res tam corporales, quam incorporales poſſunt in univerſum uſucapi.
24 Præſcriptio in molendino diruto quando cadat?
25 Ius ſive facultas molæ bannariæ num præſcribi queat.
26 Servitus de non ædificando molendinum an & contra quem præſcribatur.
27 Præſcribtio an ſit inſtar privilegij ac tituli, remiſſive.
28 Imo illa opus non eſſe, ubi quis in ſuo & jure gentium ædificat.
29 Vſucapionum jura num naturalibus, gentilibus, canonicis, civilibus ac divinis legibus ſint contraria.
30 Quænam in noſtra materia ulterius ſint ponderanda: an ius molendini habendi & regalia præſcribi queant.
31 Molendina navalia & alata quanto tempore præſcribantur. (remiſſive.
32 Molendina communitatis utrum poſſint præſcribi,
33 Molæ cluſa interrupta an poſſit, ex Baldo, Angelo, Cæpolla & Bertachino.
34 Epilogus manuducens ad reliquas quæſtiones ex Ripa obcurrentes, cum encomio Bartoli.

QUARTUS acquirendi modus ſequitur † videlicet Præſcribtio, à jure civili introducta ac determinata. Præcedentes quidem & pleræque ſequentes rerum quærendarum cauſę vel modi (utrum malueris *ſup. quæſt.* 18. *num.* 1. 2. 3. *&* 4.) non prębent Dominium ſolidum, niſi veſtigio ſequaci poſſeſſione adjuventur *l. traditionibus C. de pact. l. ſi ager D. de rei vind. l. ſi ſervum C. eod.* [1]

At uſucapio longa ſeu pręſcribtio temporis utrumque amplectitur, jus ſcilicet in rem, cum poſſeſſione, dominij conjunctim translatitium, citata *l. traditionibus C. de pact. l. 3. D. de uſucap. notat. in l. ſi quis emtionis C. de præſcr.* 30. *vel* 40. *anno. cap. ſine poſſeſſione de R. I. in* 6. Georg. Obrechtus *diſputat. de uſucap. theſ.* 58. *cum ſeqq.* pulchre Choppinus *libr.* 3. *leg. Andeg. tit.* 5. *num.* 1. *pag.* 454. Johan. Gryphiander *tract. de inſulis cap.* 25. *per diſcurſ.*

Præter quem inter veteres diu ante omnes † Appius Claudius ejus generis maximam ſcientiam habuit, & primus librum de Uſurpationibus peculiarem ſcripſit, qui tamen temporis incuria aut perijt, teſte Pomponio *in l.* 2. §. *poſt hunc* 36. *D. de orig. ju.* [2]

Sed pervolue † omnia quæ de pręſcribtionibus elegantiſſime more ſuo diſſeruit Bertrandus de Argentre *in comment. ad conſvetud. Britan. tit.* 14. *in protheoria numer.* 8. 9. 10. *& per tot.* De quo viro hoc vere teſtimonium proferre poſſum, ipſius lucubrationes maximę debere eſſe authoritatis, quia fuit in jure conſummatiſſimus, nec praxis & rerum forenſium expers, minime ſolitus in gratiam aliquid dicere vel conſulere: prout nec artificioſis, ac longe acceſſitis argutijs utitur, ſed per puncta ſolida rationis, & veritatis ęquitatem ſemper præ oculis habens incedit; [3]

quod alias de homonymo Stephano Bertrando fuit judicium Molinæi *in tract. de donat.int.contr.matr.fac.num.66.pag. mihi 316. post d. tract. de eo quod int. & supr. quæst.* 11. *num.* 50. Præter eumdem de hac materia percurre Dyni, Baldi, Oldendorpij, Mandosij, Cujacij & Gilckenij, *tract. de præscribtionib.* Fulvium Constantinum *in comm. ad §. jure civili Instit. de usucap. pag.* 580. *cum seqq. ibiq;* Rittershusium *ad princ. tit.* & quos adducit *in expos. Novell. part.* II. *cap.* 1. 2. & 3.

4 Longæ etiam † Usucapiones dici possunt, cum quibus hodie Præscribtiones sunt fere eædem *l. un. C. de usucap. transf.* Petrus Guilckenius *d. tract. cap. 2. num. 19. & seqq. part.* 1. Joh. Althusius *lib. 1. dicæol. cap.* 42. *& libr. 2. cap.* 6. Mejerus *ad tit. D. de usucap. thes. 2. pag.* 946. De veteri autem differentia inter hæc duo, & quidem multiplici, legendi sunt Bartolus *ad l. 3. num. 1. & 2. D. de usuc.* Jac. Rævardus *tract. sing. de veris usucap. differem.* Hugo Donellus *lib. 5. comment. ju. civ. cap.* 4. And. Alciatus *lib. 4. dispunct. cap. ult.* Paulus Busius *libr. 4. subtil. ju. cap.* 1. Wesenbecius *ad d. tit. Pand. de usucap. numer. 7. & 8.* ibidemque Mejerus *thes. 1. per tot.* In effectu sane nihil aut parum discrepant, sicuti de mandato ac fidejussione alij dicunt.

5 De illarum quoque † jure, causis, æquitate, simulque differentijs præfati authores uberrime disputant. Tullius proinde: Usucapionem dixit esse finem sollicitudinis ac periculi litium, *in orat. pro Cæcin.* Sidonius Apollinaris diserte etiam ait, præscribtionem rubricas omnem obolere mortalium controversiam. Ob id quoque patronum generis humani illam vocavit Aurelius Cassiodorus *in epist. ref. Choppino d. num. 1.* Diu enim fereq; incerta rerum dominia manerent, & litium nullus finis esset, nisi judices authoritatem usucapionis tuerentur. Quod cum legibus nostris convenit, eamq; rationem reddit ipse Justin. Imp. *d. princ. Inst. de usucap.* Neratius Jurisconf. *in l. ult. D. pro suo.* Itaq; & bono publico introducta esse dicitur à Gajo *in l. 1. D. de usurp.* Publice enim utile est, ut & dominiorum distinctio certa sit, & cives inter se concordes, & quã minimum litigent, *arg. l. 5. ubi Dd. de I. & I. tot. tit. Inst. de pœna tem. litiga.* neve Respublica habeat cives socordes, rerumq; suarum negligentes; sed vigilantes & attentos, sicq; non sint melioris conditionis stulti, quàm periti, *arg. l. pupillus 24. in pr. D. quæ in fraud. cred. l. 4. D. quod vi aut clam. l. non enim 16. D. ex quibus caus. maj.* Unde punienda est negligentia eorum, qui res suas tanto tempore non requisierint; quod diligentis patrisfamilias esse, scribunt Aristoteles *in Oecon. Cato, Varro & Columella de re rust.* Huc accedit, quod qui patitur rem suam ab alio usucapi, ipse eam alienare, & quasi pro derelicto habere videatur *l. alienationis 28. ubi* Johan. Gœddæus *D. de verb. signif.* Paulus Busius *ad rub. d. tit. D. de Usucap. & dicam alia in repetitione l. inter lib. 6. cap. ... num. ... D. ad L. Jul. de adult.* Imo annon durum videretur, si perpetuo liberum esset fortunas nostras per tot manus pervagatas vindicare, ut alicujus exoleti prisciq; tituli? Hæc igitur fuere honestissimæ usucapionis, præscribtionibusque causæ, quæ jure optimo sanctione juris civilis dominos possessores faciunt; ob quam rem felici Romanorum tempore inductum fuit; ut qui lætos latosque agros vilescere sterilescereve pateretur, inquit inter alia Benedictus Bonius Cortonensis, *tract. de censib. art. 42. pag.* 74.

6 Quidquid horum fit † definiri attamen com-

commode hoc modo poterit: quod Præſcribtio ſit adjectio dominij, per continuationem poſſeſſionis tempore legitimo adquiſiti & conſervati; per ea quæ præter allegatos alios habet idem Andreas Alciatus *tract. fin. regund. ſeu de quinque ped. præſcribt. num.* 50. *usque ad num.* 68.

7 Illud tamen † Donelli axioma non ferendum videtur, quo hanc ſive uſucapionem ſive longi temporis præſcribtionem, rerum adquiſitionem eſſe negat *d. lo. apud Bocerum claſ.* 5. *diſp.* 22. *th.* 6.

Cum quo & cæteris præterea firmiter 8 ſtatuo: præſcribtionem non eſſe † odioſum aut illegitimum, ſed conceſſum atque civilem acquirendi modum; quo non tantum res & in noſtra ſpecie molendina (ſive pro mobilibus ſive inmobilibus habeantur *ſup. q.* 8. *per tot.* ſive etiam pro prædijs ruſticis vel urbanis *q.* 42.) ſed & jus conſequimur; quamvis communiter facultatem eximant, quod ea præſcribi nequeat, ut dixi *q.* 11. *num.* 65. *cum ſeqq.* Mynſingerus *conſ.* 81. *num.* 10. *dec.* 9. Weſenbecius *in parat. num.* 4. *de via publ.* & præter illos confirmant Cravetta *lib. de temp. part.* 4. *ſect. incip. materia fall.* 9. *num.* 98. Balbus 6. *in præſcr.* 4 *part.* 5. *part. in princ.* Corneus *conſil.* 176. *volum.* 3. Baldus *conſil.* 342. *lib.* And. Knichen *de ſubl. territ. cap.* 3. *num.* 214. *usq; ad* 233. *comment. de Sax. non prov. ju. verb. ducum Sax. cap.* 3. *num.* 316. *cum ſeqq.* Henr. Bocerus *tract. de regal. cap.* 1. *num.* 57. 69. Steph. Bertrandus *d. conſil.* 41. *paſſim. volum.* 4. & inprimis, qui totam rem ingenioſe definivit, Argentræus *d. comment. tit.* 14. *art.* 266. *pag.* 1068. *& conſil.* 2. *num.* 4. *&* 5. *pag.* 2364. 2365. *infr. num.* 14. 15. *&* 16. *cum ſeqq.*

Diffiteri ſane nemo poteſt, præſcribtio- 9 ne † multa & fere præcipua nos conſequi ac tueri. Vidimus id in terminis *quæſt.* 10. *&* 11. *per tot.* quæque jurisdictionem dare poteſt, quave feudum accipimus, & eodem titulo molendina: adeo ut jus omne ac res univerſæ de jure communi longiſſimo tempore præſcribantur, teſte Hieronymo Schurpffio *centur.* 1. *conſil.* 59. *num.* 23. & temporis vetuſtas, cujus initij memoria in contrarium non exſtat, tantum poſſit, quantum Imperator cum cauſa &c. quæ idem cognoſcit *conſil.* 72. *num.* 23. *cum aliquot ſeqq.* Roland. à Valle *conſil.* 52. *num.* 13. *&* 14. *volum.* 3. Weſenbecius *d. conſilio.* 34. *num.* 5. 6. 23. 44. 45. *cum ſeqq.* qui iterum in terminis, & multa tempore amitti, demonſtrat. Quia enim non modo res corporeæ, ſed etiam incorporeæ, veluti prædiariæ ſervitutis jura, cum ſolo adhærent, inmobilia cenſentur, *ſup. quæſt.* 8. *ſparſim.* Choppinus *de morib. Pariſ. lib.* 1. *tit.* 4. *nu.* 1. *pag.* 150. pari itidem temporis curriculo uſu capiuntur quandoque jura prædiorum, ac prædia ipſa *l. ult. C. de præſc. long. temp.* ſicque conſequentur molendina cum ſervitutibus & alijs qualitatibus, quæ partim ad prædia urbana & ruſtica, partim ad rerum mobilium ac inmobilium claſſem referunt, ut peculiaribus quæſtionibus probavi: eadem quoque feudalia bona ut plurimum cenſeri ſeu adcenſeri alibi dixi, & ſimiliter certo vel à legibus definito termino præſcribi auferrique idem docet Weſenbecius *dd. ll. & conſil.* 4. *numer.* 1. *&* 2. *cum ſeqq.* Quamvis exciperet quis & prima fronte diſtingueret rem à jure, hocque à mera liberaque vel infinita libertate ſeu facultate, ut alicubi Argentræus loquitur, & exempli gratia, nominari poteſt molere ac frumentum ad macinandum deferre, alteriusque molam adire; quales actus in liberrimo, gentiumque, imo naturali jure ac homi-

num arbitrio intactos manere, nec præscriptione gravari, nedum ademtione omnimoda, unanimiter Dd. contendunt; insuperque talia quis potius de rerum possessione & acquirendo dominio, quam de potestate Principum in subditos exaudiat, ut alibi plenius examinavi.

10 Ut tamen omnia † exactius cognoscantur, placet nonnulla superaddere, quæ ad materiæ præsentis & multarum cognatarumque quæstionum decisionem directo spectant. Per membra igitur hæc singula indagandum & videndum, quænam, quomodove ista recensita præscribantur? Quæ uti sub manu nata, sequenti ordine communico, Principio consideranda veniunt in genere, rerum, jurium, molarumque differentiæ; locorum quoque discrimem merito haberi, supra aliquot capitibus adserui: deinde hujusmodi præmissæ hypotheses & conclusiones ad treces occasione data, ut visum fuerit, breviter adsertiveque transferuntur.

Licet ergo hactenus à me adducti Interpretes laude sua non sint defraudandi: nescio tamen quo facto, pacto aut fato magis inclinem, in eruditissimi istius Argentræi explanationes; quas ob raritatem & quia libri copia frequens non est, lectoribus benevolis mox propinabo, ut inquirant.

Dixi autem *quæst.* 8. *num.* 71. quænam
11 circa molendinorum naturam † mobilem & inmobilem, respectu temporis sit differentia, tam de jure Communi, quam Saxonico. Ut enim ex Justiniani Imp. constitutione res mobiles hodie triennio; inmobiles vero per longi temporis possessionem *h.e.* decem inter præsentes, inter absentes viginti annis usu capiuntur: ita de jure Saxonico præscribtio, quæ ad res mobiles pertinet (nisi hereditati adjunctæ sint) spacio unius anni & diei *hoc est* sex hebdomadarum absolvitur; quæ vero ad res inmobiles directa est, annos XXX. & unum cum die *idest* sex hebdomadas requirit, ut præter ibi & supra laudatos indicat Melchior Kling *ad tit. Instit. de usucap. num.* 15. quive per præsentes & absentes intelligantur, notat Mejerus *ad tit. D. de usucap. th.* 16. *num.* 1. *pag.* 960. *juncta th.* 4. *pag.* 946.

Et sane per quam veteris instituti est usucapio, discrepans tamen ab hac correctione nova juris, ceu indicat Argentræus *tit.* 14. *art.* 272. ubi simul inquirit, quo tempore fructus præscribantur; quos nonnullos rebus mobilibus, alios inmobilibus adnumerare dixi eadem *quæst.* 8. *num.* 24. ac Platonem insuper refert statuisse usucapionem anni & triennij in urbe, in agris quinqueñij & decennij, prout clandestina aut publica fuit possessio. *ex lib.* 12. *de legib.*

Tangit quoq; idem autor, sed summo digito † Fiscalium & Ecclesiarum rerum præscribtionem, seq; ad Pontifices & Canonistas remittit. Verum quia præter Magistratus seculares etiam Regulares isti molendina possident, decimasq; ex ijs ac reditus annuos suscipiunt, sicq; in rebus, fructibus, juribus ac servitutibus ista consistunt, ut novimus: idcirco an nimirum (quia talis præscribtio dicitur inpium præsidium *in Novel.* 9. *Busius ad l.* 1. *n.* 3. *D. de usuca.*) quomodo, quantove tempore res Ecclesiæ præscribi ac alienari queant, concertantes post veteres & antea laudatos lege Helfricum Ulricum Hunnium *tract. feud. c.* 9. *pag.* 177. *cum seqq.* ac plenius Cunradum Rittershusium *part.* 1. *expos. meth. Novel. cap.* 8. *per tot.* & *in tract. de different. ju. civ.* & *can. lib.* 4. *cap.* 14. *pag.* 329. *cum seqq.* Bert. Argentræum *d. tit.* 14. *art.* 266. *cap. de præscribt. res sacra. pag.* 1102. 1103. & *cap. de loco publ. præscrib.* 12

num.

num. 8.9. *&* 10. *pag.* 1118. *1119.* præterq; hos Cujacium *lib.* 5. *obs.* 5. Mynsingerum *cent.* 4. *obser.* 29. Zasium *in epit. feud. p.* 6. Balbum *de præscrib. part.* 4. *princip. part.* 4. *quæst.* 12. & Alvarottum *in cap. un.* § *fin. de feu. dat. in vicem leg. commiss.* quos numero quinque adducit Christophorus Crusius *in lection. feudal. success. cap.* 6. *pag.* 35.

13 Servitutes proinde † ac libertates sive jura incorporalia quomodo præscribtione acquirantur & amittantur, iterum præter hactenus relatos alios docent Ferrarius *in pract. form. libel. in act. confess. pro servit. glos. servitus aquaductus ipsi molendino num.* 20. 21. 24. *cum seqq. usq; ad fin.* Barth. Cæpolla, Mart. Laudensis & Johan. Superior *in tract. de servitut.* quosq; citat Althusius *d. lib.* 1. *dicæol. cap.* 42. *n.* 7. 8. 9. 10. *juncto lib.* 2. *cap.* 6. & ante eum Stephanus Bertrandus *in consil. suis passim.* Illud modo notandum, quid circa servitutes continuas & discontinuas, urbanas & rusticas, reales ac personales in præscribtione sit observandum? quas omnes exemplo aliarum rerum inmobilium, quibus adhærent, usucapi Althusius recte dixit; & pulchre præter ceteros more suo illustrabit idem Bertrandus Argentræus *d. lib. tit.* 14. *art.* 271. *ad verb. sans tiltre num.* 4. *usq; ad* 24. *pag.* 12. 36. *cum seqq.* ac Justus Mejerus *ad tit. pandect. de servitut. th.* 36. *cum reliqq.* ad quem lectorem remisisse magis cupio, quam singula huc congerere ac tractationem ex professo instituere.

14 Et sic † jus occupationis & aquæ ducendæ, cæteræq; servitutes quanto tẽpore scribantur, late in terminis disceptat Bartolus *in d. l. quo minus* 2. *num.* 26. 27. 28. *&* 32. *D. de flumin.* cujus ibi dicta vocat multum utilia ac magistralia, exindeq; conclusiones quatuor elicit Ripa *ibid. numer.* 96. 97. 98. 99. *usque ad* 110. ubi tamen præter superiores differentias, observandum venit discrimen inter locum, flumenque publicum ac privatum, idque navigabile vel non-navigabile; inter jus item ac servitutem alicui debitam vel acquirendam, ipsamque inter facultatem; prout hæc copiosius alibi declaravi. Et ideo Bartolus se refert ad dicta *in l.* 2. *D. de via public.* ubi objectionem soluit, quod XL. annis cuilibet quidem juri præscribatur, sed non facultati; utpote est navigare per flumen, ire per viam publicam, adireque molendinum &c. quatenus id probavi fieri non posse, neque hoc titulo impediri, unanimi porsus autorum consensu *d. quæst.* 11. *num.* 65. *cum seqq. & supr. num.* 8. 9. *inf. num.* 17. 18. *in reliq.* Nisi quod ultimum hoc negare conetur Paulus Busius, inquiens: DD. ex illo textu male concludere res meræ facultatis non posse præscribi, *in comment. ad d. tit. & leg. num.* 2. *pag.* 304.

Quæ tamen obscura sunt, ut quandoque impense versatum in jure anxium ambiguumque tenere possint, in controversijs tam creberrimis, in quibus hanc regulam altera fere pagina incultant, nec tamen dextre prius explicant.

15 Operæ pretium ergo me facturum confido: si necessitate postulante præmisero † Facultas proprie in his rebus quid sit, & an vel quomodo, quandoque præscribi possit? Cum talis tractatio non modo huic instituto proprie inserviat, sed multas etiam in causis alijs gravioribusque & solvat & superet difficultates. Sunt qui negant plane res meræ facultatis sive voluntatis præscribi & consvetudine teneri posse; idq; communiter in ore habere solent: Sunt qui contra sub limitatione idem concedunt, recteque præscribi credunt; si interveniant prohibitio præscribentis, cum patientia ejus,

contra quam præscribitur, per tempus ad usucapionem talem sufficiens. Quod ex allegatis locis & authoribus fit manifestum, qui putant illud esse debere inmemoriale; quod alibi adpellatur tempus, cujus in contrarium non exstat memoria *cap. 1. in fin. De præscribt. in 6. Johan. Franc. à Ripa in specie nostra respons. 194. num. 2. & 3.* Roland. à Valle *cons. 22. fere per tot. volum. 2.* in quo tamen † tempore non requiri patientiam vel scientiam ejus, contra quem præscribitur, contendit Mynsingerus *cent. 1. obs. 30.* confer Schraderum *in* §. 25. *num. 74. Inst. de rer. divis.*

16

Cæterum hîc animadvertendum, ea quæ † facultatis esse dicuntur, duobus modis intelligi; si clarissimi Jacobi Menochij conciliationem seqvuti fuerimus, in loco mox citando. Primo, aliqua dicuntur esse facultatis, quorum libertas à jure publico permissa est, ex qua nulla nobis datur actio vel exceptio contra aliquem, nec alteri contra nos; & ita non pariunt jus deducibile in judicium. Hoc casu nullo tempore nulloque modo, nec nos contra alios, nec alij contra nos præscribere possunt. Exemplum sume ex *d. l. viam 2. D. de via publ.* & vide Wesenbecium *cons. 2. nu. 49.* (quibus adstipulatur quoque Gabr. Romanus *lib. 5. de præscribt. cap. 1. cum seqq.* & Eberh. à Weihe *tract. de jurisdict. cap. quom. mer. imp. acq.*) Aliud exemplum est in facultate privata, quæ nullam antecedentem habet causam obligandi; ut si rusticus sua sponte, nulla præcedente causa per multos annos domino certis temporibus capones adtulit, ex hoc actu (ita an ex † operarum præstatione aliquoties facta, præscribtio inducatur, movet Rutg. Rulant *in quæst. Cam. ref. clas. 4. quæst. 39.*) meræ facultatis nulla unquam domino oritur actio, nullum jus; & hæc facultas præscribtione temporis etiam inmemorialis non tollitur.

17

18

Secundo, dicuntur aliqua esse facultatis ad acquirendum novum jus, novamque actionem; vel etiam ad eam conservandam, atque ita pariunt jus deducibile in judicium. Et hæc proprie non adpellatur facultas, sed jus, testibus Wesenbecio *d. consil. 2. num. 49.* Covarruvia *lib. 1. var. resol. cap. 9. num. 2.* Rolando à Valle *consil. 21. num. 52. lib. 2.* Et hoc jus licet in libera potestate ipsius acquirere volentis, non tamen est in potestate illius, contra quem acquiritur, vel conservatur ut recusare possit. Exemplum potest iterum sumi *ex l. 1. D. de nundin. l. in bello §. si quis servum §. seq. D. de captiv.* Sic adire hæreditatem est meræ facultatis *§. pen. & ult. Inst. de hæred. qual. & diff.* & tamen tollitur spacio XXX. annorum; adde Rulandum *d. lib. quæst. 37.* Ita etiam agnoscere bonorum possessionem, est meræ facultatis; ratio, quia illa agnitio non est juris, sed facti, atq; sic facultas quædam *l. 1. §. decretalis De succes. edict.* Et tamen huic facultati præscribitur cursu anni vel C. dierum *l. 1. §. largius D. d. tit. l. 2. C. qui admitt.* Atque huic facultati acceptandum legatum præscribitur XXX. annis, testibus Balbo *de præscribt. 2. p. tertiæ p. princip. q. 13. num. 9.* Cephalo *consil. 176. num. 4. lib. 2.* Covarruvia *d. lib. 1. resolut. cap. 9. num. 5.* (Decianus tamen *consil. 70. num. 35. & 36. vol. 3.* dicit, quod etiam X. annis inter præsentes huic facultati præscribatur, *per l. præscribtione C. quib. non objicit. long. temp. præscri. l. procula De probat.*) Sic inplorare officium judicis pro restitutione, est meræ facultatis *l. in honorarijs, §. sed cum rescissa D. de obl. & act. l. ab hostibus in fin. D. ex quib. caus. mai.* & tamen huic quoque facultati legitime præscribitur,

l. ult.

l. ult. C. de temp. in integ. reſtit. quo etiam pertinet textus *in l. cum notiſſimi §. ſed ſi quis C. de præſ. 30. ann. cap. bonæ De poſtulat. cleric.*

19 Ergo & † juri offerendi recte præſcribitur. Ratio poteſt ſuperioribus hæc adjungi. Aut conſideramus jus offerendi in ſe tantum, ut eſt jus ſive facultas ad acquirendum vel recuperandum rem pigneratam aut alienatam, atque ita conſideramus tamquam jus quæſitum; tunc ſane curſu temporis poterit tolli, *l. 2. C. de conſtit. pecun. l. neque mutui C. quib. non obi. long. temp. præſcr. l. omnes l. ſicut C. de præſcri. 30. vel 40. anno.* Aut conſideramus jus offerendi, tamquam jus adhuc quærendum; & tunc facilius poteſt tolli, quia jus quærendum eſt debilius jure quæſito *l. non amplius in princ. D. de leg. 1.* Tiraquel. *in l. boves §. hoc ſermone limit. 1. num. 38. De verb. ſignif.* Quibus exemplis & argumentis fere oſtendit Menochius *in conſ. 201. à num. 61. usque ad nu. 86. volum. 3.* juri offerendi, quod eſt facultatis, recte præſcribi. Deinde etiam *num. 83.* ibidem auctoritatibus addocet, hanc ſuam ſententiam eſſe veriſſimam. Citat enim poſt Gloſſam XXVI. Juriſconſultos, qui hanc ſententiam tenuerunt: videlicet Bald. Angel. Imol. Rom. Corn. Alberic. Jo. Fab. Monthelon. Caſtrenſ. Fr. Aretin. Alex. Balb. Jaſon. Ruin. Dec. Ripam, Socin. Jun. Mantuan. Neguſant. Cravet. Covarruv. Schurff. Cagnol. Pancirol. Veggiũ & Weſenbecium: deinde contrarijs reſpondet *d. lo. à num 86. usque ad num. 139.* ac luculenter ſatisfacit obpoſitionibus, quas congerit Cacheranus *deciſ. 115.* quem adducit Mynſingerus *cent. 1. obſ. 16. conſil. 31. num. 8. cum multis ſeqq.* Gailius *lib. 2. obſ. 18. per tot.* Idem etiam Menochius *nu. 116.* recenſuit XXXIII. Juriſconſultos, qui alteram partem tenuerunt, quod juri offerendi non præſcribatur. Sed adverte, quod *num. 117. 118. & 119.* probat, ſupra dictæ ſententiæ iſtorum Patrum auctoritates nihil obſtare. Siquidem (ut alias reſponſiones prætercam) aut ſibimet ipſis fæde ſunt contrarij, aut moti levibus argumentis, quæ ab illo ſunt refutata. Eamdem ſententiam, quam is tenet, noviſſime quoque defendit Johannes Fichardus *in conſil. 31. p. 1.* Sed mirum eſt eumdem mox ſui oblitum *in conſil. 40. num. 6. & 7. part. 2.* contrariam opinionem amplecti, & ſibi ita contradicere. Hæc tamen omnia vix aliquis adcurate intelliget, nî prius aut ſimul adhibuerit expoſitiones Bertrandi Argentræi *dict. conſ. 2. fere per tot. pag. 2365. cum ſex ſeqq.* qui proxime allegando capite evincit, hoc jus offerendi ineptiſſime illos facultatis eſſe putare; cum merum, certum, fixum & proprium jus dici ac cenſeri debeat, ab contractu privatoq; commercio natum, & ab obligatione naturali & civili; pro quo actio valde (ut loqvuntur) deducibilis in judicium competat, præſcribtis ſcilicet verbis, ut ex vendito, quod tamen Menochius de veræ ac meræ facultatis judicijs negavit *ſup. nu. 17.*

Laudabilis quidem iſte Menochij (quem excellentiſſimum, doctiſſimum, magnæque lectionis virum prædicat Alex. Stiaticus. *c. 23. pract. obſerv. num. 8.*) fuit labor & conatus, in difficilimæ hujus materiæ declaratione: attamen rem acu non tetigit, nec quoad præſentem controverſiæ ſtatum omnia vidit aut elaboravit. Juvat ergo iſtius 20 † Argentræi ſubnectere verba formalia, quibus ornatius ac nervoſius rem ita definit: Hîc ſpargenda aqua pugnantibus, æternum alioqui certaturis; id ut fiat, intelligi primum convenit, quid Jus, quid item Facultas dici debeat; quia adparet pleroſque

errore

errore viarum in adverſa caſtra lapſos, id eſt, in alteram partem tranſijſſe errore judicij. Facultatem Feſtus diffinit facilitatem rerum agendarum, hoc eſt, vim quandam quæ efficiat, ut actus quique agendi facilius expediantur, & finem accipiant intentiones, ut in artibus liberalibus facultates dicant vires explicandi quid quaque de re præcipiatur, & in re medica facultates ſtirpium pro ingenitis viribus. Sed iſta longius ducuntur pro ſubjecta materia, jure quidē civili facultatem appellant liberā, & nullis neceſſitatis legibus conſtrictam poteſtatem, quidlibet agendi, ut à natura inditam animantibus omnibus, de qua *l.4.D. de jur.perſo.& Inſt.eod.tit.* εὐχερείαν Græci, quam Cicero in Paradoxis libertatem appellat, & politicis Ariſtoteles. Sed ſicuti civilia jura naturæ ſupervenerunt, jus poſterius eſt ordine natura, & naturæ facultatem conſtringit, quod Mirrha apud Ouid. queritur, humana malignas (inquit) Cura dedit leges & quod natura remittit, Jura negant, & quæ omnia initio omnium fuerunt ea ſunt ſingulorum facta, & ſingularis dominij; eſt igitur jus hic quidem, id ſcilicet quod privato proprioque cujusdam commodo cuiquam tribuitur. Nam quæ jure publico competunt, ut ire via publica è fonte publico haurire, ſimpliciter jura publica dicuntur; quod ſingularis hominis eſt, jus Titij, Sempronij, aut alterius dicitur. Ergo facultas à natura principia ducit, ſed à jure gentium proprietates emanarunt, unde & jus publicum deducitur, atque item privatum & diſtinctiones dominiorum. Jus publicum cuivis de populo tribuit, ut uni ex multis, nec quidquam privative ad alium, etſi inde ad ſingulos aliquid commodi permanet, inde illud quod dicere ſolent facultati non præſcribi, quod vere dicitur, de his quæ à natura, aut publico jure tribuantur, itaq; quantocunq; tempore nemo præſcribere poſſit, ut qua tu ieris in publico nullus alius commeet, & ſi numquam ea commeaverit, ut nemo ne aerem haurias aut elementis fruaris. Iſta nulla præſcriptio effecerit. Nec recte quidem quæ de tali facultate dicta ſunt, quæ à natura, aut jure publico tribuuntur, ad ea quæ privati & proprij cujusquam juris ſunt traducuntur, ut facultas dici debeat de eorum ordine quibus non præſcribitur, vel ea quæ jure privato ad ſingularem aliquem hominem deferuntur. Id enim jus eſt, quod ad privatum quemquam defertur privative ita ut non ad alium, quod ex eo patet: quia vendi, cedi, transferri, & quocūq; modo in aliū alienari poteſt, quod in facultate numquā effeceris quæ nec cedi poteſt, nec transferri, nec in privatum jus transire, aut cōmercio ſubjici. Nec *Chaſ. d. conſ.*11.*n.*51. recte eam diſtinctionē improbat, cum ipſa illa *l. viā. D. ne quid in via publica*, de jure publico ſcripta ſit, de via publica ſcilicet, de privato nullo modo, & eam ipſam diſtinctionem Bald. *probavit. l. licet. C.de jur.delib.3.quæſt.& ibid.*Philip.Corn. Angel.*l.ſi finita* §.*poſtea autem D. de dam. infect.*Itaq; quod privato interdum permittitur de jure publico aut itinere interdicere, jure publico fit non cujusquam proprio *l.2. §.1. D. ne quid in loc. publ.* Nemo enim de talibus ſibi quidquam appropriat, ita ut non idem cuivis æque competat; hæc facultatis vis verbo latino Lubet deſcribitur, quæ libertas eſt arbitrij quam Theologi defendunt, cui electio permittitur rerum expetendarum aut fugiendarum, quæ verbo Licet reſtringitur, ut illo procacis fœminæ dicto in hiſtoria, quæ cum forte femur coram Imperatore Caracalla nudaſſet, dixit ille vellem ſi liceret; reſpondit illa licet ſi lu-

ſi lubet. Hæc acuta nequitia vim facultatis indicat, quæ id agere poteſt quodcunque appetitus organa impulit. Ex eadem effectus ille de quo *in l. in re mandata C. mand.* & illa in Evangelio eadem patrisf. cum ait: An mihi non licet de meo facere, quod volo, *& l. ſemper in conventionibus & l. non omne D. de reg. jur.* Hæc facultas nullam præexiſtentiam commercij, aut juris privati præſupponit. Ideoque ei præſcribi nequit ſed ejus poteſtas ex illa *l. viam*, elicita non fuit producenda ad privata commercia, & juris privati cauſas, quæ ſi per modum juris privatim attributi cuiquam competant, haut dubie jus dici debent & ideo præſcriptiones admittunt. Mira hîc confinxêre ſcholaſtici auctores, de facultate quæ jus non parit deducibile in judicium, de jure offerendi præambulo, actionis aut acceſſorio, de quibus late ſeceſſus. *d. l. cum notiſſimi. & l. ſi finita.* ubi Ang. *& in l. pignori. D. de uſucap.* de eo quod tendit ad juris conſervationem, aut novi acquiſitionem, & alias complures ejusmodi theorias, incertas proinde & vagas, & quas ſuo quisque marte fixit alius revellit, dum ſpeciebus mentem applicant, & de his genera volunt inferre: unde crebro evenit, ut tam infinita materia fallantur, & ſubinde fallant, mihi ſemel & abſolute videtur omni juri aut facultati, quę de re poſſibili & ceſſabili tribuatur privato cuiquam privative poſſe præſcribi ex generalitate. *l. ſicut. & l. omnes. C. de præſcrib. 30. annor.* Itaque quod de jure adeundi, & ſimilibus litigant, & de declaratione internæ cujusquam voluntatis & talibus, an voluntatis an juris potius ſint, fruſtra certari ſentio, quoniam rebus ſoli legitimo tempore poſſeſſis, & per præſcribtionem acquiſitis fruſtra de jure adeundi diſceptetur. Nos enim ſic habendum in talibus veluti ſit juri præſcribtum, ſed ſic quomodo ſi res aliena præſcribta ſit, cujus præſcribtione alienum jus & actiones excludantur, quia acquiſitio juris in præſcribente ſit excluſio perempti juris in agente. Nec ignoro quibus cum mihi res in hac mea ſententia futura ſit, quibus ipſis primum inter ſe conveniendum erit, quid quaque de re ſtatuant, &c. Hactenus Argentræus comtæ & vividæ orationis telam prætexit *d. commen. ad conſvet. Britan. tit. 14. art. 266. c. de donat. ſimpl. pag. 1068. & 1069.* quas confer cum proxime citati loci verbis, & plenam ſolidamque hujus doctrinæ cognitionem habebis.

Ulterius etiam † peculiari quæſtione animus eſt exhibere, Cenſum imponi vel annuos reditus capi ſolere de molendinis. Indagatio igitur inſtituenda, quid circa illorum uſucapionem ac præſcribtionem Doctorum ſchola ſtatuerit? Ubi ex mox laudandis auctoribus præfiniendum, quid proprie cenſus ſit, quomodo ab ijs differat, an rebus mobilibus vel inmobilibus, corporalibus vel incorporalibus ſit adcenſendus? Quotuplex item conſtituatur, perſonalis ac realis, temporaria ac perpetua, publica & privata, cum ſimilibus. Poſt quæ demum quæritur: An & quomodo præſcribtione non modo molēdina ipſa, ſed etiam adſignata jura & cenſus ſive reditus conſtituantur & exſtinguantur? De utroque breviter agere non potero; ideoque lectorem avidum ablego ad commentarios Benedicti Bonij *d. tract. de cenſ. & cenſ. contract. art. 42. & 43.* Paulum Buſium *in tract. de annuis reditib. libr. 1. cap. 15. 16. 17. lib. 2. cap. 3. 12.* & Felicianus de Solis *tract. de cenſu. lib. 2. cap. 5. num. 24. pag. mihi 203. tom. 1. ibique in append. tom. 2. lib. 4. cap. un. numer. 14. pag. 141.* Anton. Gomez. *jun. in eod. tract. de cenſ. cap. 5. de*

21

exstinct. cens. num. 3. Nicol. Boerium *decis.* 336. quem citat Verginius de Boccatijs *tractat. de manutent. in possess. quæst. de censibus* 19. *num.* 67. *pag. mihi* 288. item Covarruviam *in relect. cap. possess. part.* 2. §. 4. Bart. Argentræum *d. artic.* 266. *pag.* 1060. *num.* 24. *&* 25. apud quos plenissimum inveniet examen, qui illud forte desiderat.

22 Quia etiam in molendinis constituitur † emphyteusis, interque bona minorum seu pupillorum numerantur, quæ sub certis requisitis per curatores alienari, infra dicam *quæst.* 50. unde disceptatio oritur, an utræque res præscribtionibus, & quomodo obnoxiæ sint? De priore inspice Alvari Valasci JC. Lusitani *tract. de jure emphyt. quæst.* 17. *num.* 30. *pag. mihi* 311. *&* 312. de posteriori casu adi, qui plene tractat eumdem Argentræum *d. art.* 266. *cap. de præscribt. in univers. num.* 6. *& seqq. pag.* 1082. *cum reliq.*

Quibus in hunc modum delibatis ac 23 constitutis; & quia † res tam corporales, quam incorporales, sive jura hodie præscribi & usucapi possunt omnia, *arg. l. un. ibi. quæ inmobiles sunt, vel esse intelliguntur C. de transf. usucap. l. fi. C. de præs. long. temp.* Joh. Zabelius *in exercit. sive institut. feudalibus disp.* 2. *th.* 2. *lit. a. pag. mihi* 33. Mejerus *ad tit. D. de servit. th.* 35. 36. *cum seqq.* à quibus res meræ facultatis excipi, hactenus luculenter demonstravi; unde Doctores 24 statim concludunt † Præscribtionem in molendino diruto sive destructo instaurando ante non cadere, quàm ædificatum aliud ab alio, & jus ei quæsitum aquæ sit, juxta Baldum *in consil.* 241. *& videtur in fi. lib.* 2. Ferrarium *d. lo. num.* 10. *per tot. pag.* 265. & Cravettam *cons.* 951. *num.* 14. sive contra illud non præscribi decursum aquæ, nisi quatenus aliò cum effectu ea divertatur: quia cum sit facultatis, non admittitur præscribtio per non usum, sed per contrarium usum, censente eodem Baldo *d. lo. in fin. vers. contrarium. libr.* 2. Ripa *ad d. l. quo minus num.* 97. 98. *&* Tuscho *tom.* 6. *conclus. pract.* 536. *& conclus.* 537. *num.* 4. *&* 5. *lit...* ubi testatur idem obtinere in quocunque alio jure derivandi aquas: quia etiamsi parte facultatis quis utatur, dummodo contraria possessio non probetur, non præscribatur totali facultati, neque in residuo, quo non fuit usus, juxta eumdem Baldum *consil.* 329. *incip. factum tale, circa med. vers. sed contrarium. libr.* 2. *ad de quæstionem vigesimam tertiam, numero* 25.

Idem exaudiunt de † molis bannarijs sive 25 proscribtis: ut eas exstruere vel simpliciter habere non liceat, nisi earumdem dominus, jurisdictioni suæ subjectos, ne ad alia molendina accedant, & frumentum ad macinandum deferant, prohibeat; & subditi hisce denunciationibus, per proclama & bannimenta, sive in judicio vel extra illud peractis, per tempus ad præscribtionem sufficiens pareant. *arg. l. hæc autem* 6. *D. de serv. urb. præd. l. litibus* 20. *in princ. C. de agric. & cens. libr.* 11. Franc. à Ripa *ad d. l. quo minus. numer.* 132. 133. 134. Adstipulatur Gabrielius Labæus, Regius apud Bituriges fisci patronus, dum in comment. ad leges municipales Biturig. *tit.* 6. *de molis, molitoribus, rivis & stagnis. art.* 1. *ita Gallice scribit*: Chacun peut faire en son heritage edifier, & construire moulins à vent; pourveu que cene soit dedans le territoire & justicè à aucun Seigneur, ayant droict de moulin bannier à bled. Ayant droict) Par privilege, titre ou prescription laquelle commance du temps de la prohibition faicte par le Seigneur à ses subjects

jects d' allet mouldre ailleurs qu'a ſon moulin, & vaut titre. Il ſuffiſt que telle prohibition ait eſtè faicte à la plus grand' partie des ſubjects, & que tous ayent acquieſce. Mais il convient que ladite prohibition ſortiſſe effect. Sans titre telle uſance, pourveu qu' elle ſoit de temps ſuffiſant. Hoc eſt, in latinum ſermonem translatum: Quilibet poteſt facere ſeu ædificare in ſuo proprio, & conſtruere molam ventilatam ſive pnevmaticam; modo non ſit in territorio, & jurisdictione alicujus domini, habentis jus molæ bannariæ frumentariæ. HABENTISIUS) Per privilegium, titulum ſeu præſcribtionem, incipientem à tempore prohibitionis, factæ à domino ſuorum ſubditorum, & ne alias moletrinas hi frequentent: qui titulus valet, ſufficitque talem prohibitionem eſſe factam majori parti ſubditorum, inque ea cunctorum acquieſcentium; *argument. l. quod major pars. D. ad municip.* Joh. Faber *in §. æque. de action.* Sed oportet aut convenit, dictam prohibitionem ſortiri effectum. *l. 15. l. 31. D. de ſerv. urb. præd.* Ant. Faber *libr. 3. eod.* Fab. *tit. 24. definit.* 10. Sine titulo uſus iſtius, modo adſit tempus ſufficiens, valet. *l. ſi quis diuturno. D. ſi ſervit. vind.* Nicol. Boerius *Burdegal. qu. 125.* Paponius *liure 13. du recueil des Arreſts, titre 8. chap. dernier. hoc eſt lib. 13. collectan. de Arreſtis. tit. 8. cap. ult.* Addatur Rolandus à Valle *conſilio octuageſimo, numero 38. 39. 40. 41. vol. 3.* qui dicit, iſtam eſſe communem opinionem, cumque ea totam ſcholam Canoniſtarum quoque tranſire; deinde Antonius Padilla *in lege prima, numero vigeſimo, Codic. de ſerv. & aq.* Did. Covarr. *in capit. poſſeſſor. p. 2. §. quarto, numero ſexto, verſ. huic ſano, de Reg. Jur. in 6.* Teſſaurus *dicta deciſione decima ſexta, numero ſecundo & ſeptimo.* Jacobus Menochius *conſil. 1061. numero vigeſimo octavo, & ſequentibus.* Franc. Marcus *deciſione 520.* idem Rolandus à Valle de venationum interdictione verba faciens, *conſilio nono, numero duodecimo, cum ſequentibus, & conſilio vigeſimo ſecundo, numero vigeſimo tertio, cum ſequenti, libro ſecundo.* ubi iterum dicit, Communem hanc eſſe opinionem; Anton. Gabrielius *concluſ. 6. lib. 5. tit. de præſcribt. num. 6.* Johann. Althuſius *dict. libro primo, cap. 42. nu. 10.* Matthæus Weſenbecius *conſilio 67. num. 29.* ubi dicit, per præſcribtionem non tantum jus ſimplex, ſed & jus bañale acquiri poſſe; poſt quem Andreas Knichen latè *in tractat. de ſubl. territ. cap. 3. à num. 215. usq; ad numerum 234. pag. mihi 34. & 35.* quo ſe retulit *part. 2. de veſt. pact. cap. 4. num. 46. usq; ad 50.* & Bert. Argentræus *d. comment. tit. 17. art. 354. pag. 1512. & 1513.* quos lector conſulere, brevitatis cauſa eò remiſſus poterit; cum multa ſimul veniant adtendenda, & nondum de temporis ſpacio inter ſe conveniant, ut adhibitis meis expoſitionibus videre licet *in quæſt. 10. & 11. per tot.* Lu. Schra. *ad §. 5. & 6. Inſt. de rer. div. late.*

26 Quam † ſcientiam & patientiam illud jus cum præſcribtione concurrente obtinere ſtatuunt, in hac molendini aditione. An idem in exſtructione valeat, digladiantur? Et ſunt qui ſuperioribus fundamentis commoti credunt: neminem prohiberi molam vel furnum conſtruere, etiamſi alius per tempus longiſſimum ſolus molam in quodam loco vel iſto tractu habuerit, & ſibi lucrum adimi conqueratur, per *l. fluminum. 24. §. ult. l. Proculus 26. D. de dam. inf. l. præſes 6. C. de ſerv. & aq.* Borch. *in c. unico, quæ ſint regal. num. 36.* Balbus *de præſcribt. pag. 5. q. 5. num. 2.* Ant. Gabr.

Romanus *dict. lib. 5 commun. conclus. tit. de præscribt. concl.* 10. *num.* 4. *& seq.* Wesenbecius *d. consil.* 34. *num.* 15. *& seqq. consil.* 67. *num.* 11. *& seqq.* Rosenthalius *de feud. d. cap.* 5. *concl.* 25. *num.* 3. *pag.* 169. *& concl.* 29. *num.* 1. *pag.* 172. Henn. Hamelius *ad tit. Inst. de action. cap.* 6. *num.* 14. 15. *&* 16. ubi tamen paulo aliter litem soluit, ac juxta præcedentem casum, *supr. numer.* 25. resolvit; à quo non videtur recedere Ripa, *dict. num.* 134. Bertrandus *consil.* 167. *num.* 2. 5. 7. 8. *&* 11. *par. vol.* 2. Roland. à Vall. *cons.* 97. *pass. vol.* 3. Cæpolla *d. tract. de servit. urb. præd. cap. de furno* 50. *num.* 2. *per tot.* quam adhibe, & cum tam de tempore, quàm jure litigent, repete, quæ pro mea opinione dixi *in quæst.* 7. 9. 10. 11. 14. *&* 15. *sparsim.* Ex quibus temperandæ sunt quorumdam adsertiones: servitutem (quid ergo, si juxta Cæpollæ distinctionem ea nondum fuerit) de non ædificando molendinum minime præscribi, nisi per tantum tempus, cujus memoria non exstat, etiam contra scientiam; secundum Curtium jun. *consilio* 174. *n.* 28. *&* 38. ubi Communem audet nominare; quam tamen cum suis limitationibus vide apud Johan. Schneidewinum *in comment. ad* §. *summa autem. num.* 57. *usque ad* 62. *Instit. de Interdict.* Roland. à Valle *cons.* 22. *fere per tot. vol.* 2. Ludolph. Schraderum, de hoc jure prohibitivo, quoad alios latissime *in tit. Inst. de rer. divis.* §. 5. *&* 6. §. 25. *num.* 45. 74. 80. 81. 83. qui etiam quærit, an per præscribtionem completam alius impediatur ædificare? *in d.* §. 5. *numer.* 41. *& seqq. item ad* §. 10. ubi examinat, quanto tempore non utendo quis perdat licentiam exstruendi molendina, in fundo proprio, *inf. quæst.* 23. *num.* 25. *junge* Soarez *commun. conclus. lit. M. numer.* 190. Hinc sunt alij, qui credunt: Si quis diuturno tempore in suo solo habuerit molendinum, in quo adcolæ molere soliti sint, & alius in vicina velit similiter in suo fundo exstruere molendinum; illum hoc facere posse: nisi alter privilegium ex præscribtione habuerit, ne quis alius in vicinia molam exstruat vel possideat. Curtius *de feud. part.* 1. *quæst.* 7. Schneid. *pag.* 2. *num.* 42. *de feud.* Tessaurus *decis.* 16. *num.* 2. Christoph. Crusius *lect. feud. c.* 4. *p.* 19. Sed hæc, ut dixi, pleniorem ex allegatis postulant explicationem: unaque advertendum, num quis & privilegium & præscribtionem simul pro se fundatam sciat aut habeat, ut *in quæst.* 23. *num.* 32. Quæ duo juris beneficia non modo inter se speciali nomine differunt; sed insuper quoque sub judice adhuc lis est, an † præscribtio possit obtinere locũ, jusq; veri privilegij & tituli, *hoc est*, an faciat, ut præsumatur titulus in possidente; sine qua possessione ista præscribtio firmari ac consolidari nequit, uti notissimum est, & indicat Ripa *ad d. l. quo min. num.* 41. *D. de flu.* ac præter Balb. investigat idem Argent. *tit.* 2. *art.* 56. *not.* 5. *num.* 1. 2. 3. *& not.* 6. *pag.* 237. 238. *tit.* 17. *ar.* 266. *c. de t. ex priv. & de cen. præsc. pag.* 1078. *&* 1079. secus ac Menochius docet *de retinen. poss. rem.* 5. *num.* 52. *& seq.* quem adfirmare, præscribtionem legitimam in servitutibus habere vim tituli, refert Verg. de Boccat. *d. tract. cap.* 9. *num.* 12. *&* 13. *junge sup. quæst.* 10. *num.* 33. *&* 34. *infr. quæst.* 22. *num.* 3. 27

Quinimò † non opus esse præscribtione, quando quis in suo ędificat, censet Rosenthalius *de feudis d. cap.* 5. *conclus.. num.* .. *pag.* 171. ac ideo dicit Ripa *d. num.* 41. 42. 99. *&* 101. *in fin.* esse juris gentium; à quo non dissentit Schraderus *d.* §. 5. *num.* 9. *& seqq.* Sicuti ea quę juris gentium sunt, pręscri- 28

ſcribi non poſſe, tota Jurisperitorum ſchola clamat, & ea publica manere, ait Weſenbecius *in parat. D. de uſucap. num. 10. per l. 9. & 45. eod. tit.* quod elegantius exponit Argentræus *d. art. 266. c. de locor. publ. præſcribt. num. 1. 2. 3. 4. & 9. pag. 1115. cum ſeqq.*

29 Unde lubet indagare, an quælibet † præſcribtio in genere non modo à jure civili & naturali; ſed nec à divino, canonico, ac gentium jure diſſideat, cumque eo pugnet? Quam nubeculam removerunt laudati *ſup. num. 5. 9. & 12.* In ſpecie autem, jure divino num uſucapionum jura ſint permiſſa, multis deduxit Phil. Melanchthon *libr. 2. ethic. in qu. an præſcribtione acquiratur dominium, per textum Levit. c. 25. Judicum c. 11. v. 26. 27.* & Lamb. Danæus poſt eum *in Ethica Chriſtiana lib. 2. cap. 15. mihi pag. 243.* De jure naturæ, an huic conſentiat, pulchre Natta *conſil. 315. num. 17. & 18. lib. 2.* De jure gentium denique hoc negant Cujacius & Duarenus *ad l. 1. dot. D. de uſucap.* Sed plerique eam huic juri conſentaneam eſſe præſcribtionem autumant; præter cæteros Menochius *de arbit. jud. quæſt. qu. 49. num. 2. & 3. cum caſu 82. num. 9.* Covarruv. *in d. c. poſſeſſor. p. 1. §. unic. num. 4.* Vasquius *lib. 2. illuſt. controverſ. cap. 52. nu. 1. & 2.* Jacob. Concenatius *lib. 4. qq. juris. qu. 21.* & Arias Pinellus *in auth. niſi. num. 39. C. de bon. matern.*

30 Conſideranda igitur in hac materia † non ſolum rerum conditio, jurium ac ſervitutum qualitas: ſed etiam molarum ac cluſarum genera; itemque locorum diſcrimina; an quis ædificet in fundo proprio vel alieno, tum publico & privato flumine, vel loco communi, cum ſimilibus à me hactenus latiſſime deductis. Juxta quam normam infero, opus tamen eſſe præſcribtione, ſi quis in alieno (ſive locus in genere dicatur, ſeu flumen aut fundus) quis ædificat molam, vel aliam ſtructuram: cum quia in hujusmodi locis id non permiſſum, vel ſine damno & jactura fieri nequit, per §. *cum in ſuo ſolo. 30. §. ex diverſo. 31. ubi Dd. Inſtit. de rer. diviſ.* tum quia Principes hodie ſibi tale jus adrogant, ut diſcuſſi pluribus *d. q. 7. 9.* 10. 11. 14. 15. 16. *&* 17. niſi quod Regalia ſecundum quosdam præſcribi poſſint tempore definito, nempe inmemoriali, ſicque conſequentur etiam molendina, quæ illis adcenſent. Hinc molendini etiam flumine in publico habendi jus præſcribi tanto tempore, cujus non ſit in contrarium memoria, volunt Baldus *in l. lapilli. D. de rer. diviſ. quæſt. 2.* Cæpolla *d. tract. de ſeru. ruſt. præd. tit. de ſerv. aquæduct. cap. 4. num. 55. pag.* 505. relati à Joh. Bertachino *in reper. verb. molendinum. numer.* 30. Ripa item poſt alios *in d. l. quo minus. num.* 38. 39. 40. *&* 41. *D. de flum.* Weſenbecius *d. conſil. 34. num. 5. & 6.* Imo annon de jure canonico, quoad locum publicum & molendinum, remque eccleſiaſticam, diutina poſſeſſio ſufficiat, dubitari poſſet? propter *cap. cum venerabilis. 6. ante med. de except. juncto ſup. num. 12. & fin. d. cap. 6.* Reſpectu vero regaliorum fuſe id pertractant Bocerus *tract. de regal. cap. 4. num. 45. cum 12. ſeqq.* & Argentræus *d. comment. tit. 2. art. 56. pag. 221. cum reliq.* quibus adjunge Ripam *num.* 101.

31 Præterea † molendinum ſi navale vel ventoſum fuerit, anne tunc in præſcribtione triennium ſufficiet? Ratio dubitandi, quia plerique illud pro re mobili habent. Tu dic contrarium breviter; tam ratione juris tale molendinum habendi, quàm ipſius rei reſpectum, ut fuſiſſime conprobavi *alleg. quæſt. 8. num. 7. 8. 9. 25. usq; ad n. 52. juncto ſup. num. 11.*

32 Sed nec hoc satis expeditum est, num † molendina communitatis possint præscribi? Bertachinus *num. 16.* nos allegat ad Glossam *in l. 1. in fi. C. de præscribt. long. temp.*

Bertachinus pergit, *& num. 25.* dubium 33 movet, † an molendini clausa interrupta, per cursum aquarum in totum vel in partem, præscribatur per possessorem? Ac respondet negative ex Baldi & Angeli notatis *in l. si servitutes. D. de servit.* Cæpollæ *d. tract. de serv. urb. præd. cap. 20. late.* Reli- 34 qua ad † molarum & illis inpositarum servitutum præscribtiones quod attinet, sunt eæ resolutæ à Johanne Francisco Ripa *in interpret. d. l. quo minus. num. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 115. 132. 133. & 134. per tot. Dig. de flumin.* qui sane cum Bartolo, Jasone & novitio Schradero amplissimam ac subtilissimam, frequentissimamque istam de molendinis materiam docte pro istius sæculi ratione excoluit: Adeo ut ipsius Jasonis de Bartolo hoc sit testimonium, quod hunc tractatum tam late, tamque ordinato stylo explicaverit, ut nihil superaddi posse videatur, referente Ripa; qui eumdem Jasonem simul laudat, quod fluminis ripas flosculis quibusdam exornaverit; *ad prin. d. tit. sive. l. 2. D. de flu.*

QVÆSTIO XXII.

Molendinum quo pacto nobis adveniat & adjudicetur Consvetudine?

SUMMARIUM.

1 Series cognatarum quæstionum.
2 Consvetudinis definitio.
3 Ejusdem divisio & differentia à præscribtione, latissime.
4 Quam multa per consvetudinem nanciscamur: cum aliquot exemplorum inductione: & in plerisq; illam adtendi debere, cum num. 5. 6. 7.
5 Molendina per eamdem acquiri, & jurisdictionem, quod exornatur num. 6. & 7.
6 In molendinorum & furnorum, columbariorum, aquarum & montium commoditatibus standum esse antiquitati; quod itidem illustratur.
7 Causa & ratio horum à simili & usufructu petita, & ad thesin translata.
8 Consvetudo vitæ humanæ lege omni valentior, & chymica quasi arte ex albo nigrum, ac contra mutat.
9 Quantum in molendinis bannariis valeat?
10 Jus circa molarum exstructionem negativum & prohibitorium, an consvetudine introduci ac firmari possit? Bertachini sententia.
11 Autoris opinio certis limitibus circumscribta, & priorem obiter refellens.
12 Bertrandi decisio similis, de domo vel hospitio & cerdone; ex Baldo, Homodeo, Præposito, Iasone, Claro & Schradero.
13 Consvetudo ista quomodo sit probanda & inducenda, ut quis molendinum in proprio solo ædificare jure nequeat?
14 Molendinis collectæ inponi possunt, nisi consvetudo & observantia aliud statuerit.
15 Autores quidam adducuntur, qui de jure collectandi scribserunt.

MEmini me spospondisse, juxta vulgarem Dd. † divisionem, modos ac- 1 quirendi præcipue communes esse duplices: naturales & civiles. De priori specie actum est: civiles seqvuntur; & consistunt in usucapione, lege seu jure certo, successione, conventione seu obligatione. Primum exemplum quoque absolvi: alterum succedit jus ἄγραφον vel ἔγγραφον, h. e. non scribtum & scribtum. Ἔγγραφον est Principis Privilegium vel beneficium, ad quod investituram refero: vel Civitatis statutum, de quib. singulatim mox agam: & quoad originem sive usum generalem gentibus hæc competunt; quoad formam & requisita singularia Populum Romanum iusque civile concernunt, Bocerus *class. 1. disp. 3. th. 3.* & Althusius *libr. 1. dicæol. cap. 14. num. 11. 12. 13.* Ἄγραφον autem est † Con- 2 svetudo, jus non scribtum, moribus seu universali populi cujusq; consensu, eoque taci-

tacito, actu continuo, rationabili, frequenti & per labsum diuturni temporis introductum, publicamque respiciens utilitatem, ac omnes denique aves obligans.

Quæ describtio desumta & collecta ex Argentræo *dict. comment. titul.* 14. *articul.* 277. *in verb. à accoustume. num.* 6. *pag.* 1305. Alvarotto *ad §.* 1. *de feudi cognit. lib.* 2. *feud. pag.* 77. *&* 78. Klingio *ad tit. Instit. de just. & ju. cap. de consvet. num.* 1. 2. 3. *cum seqq.* Bocero *class.* 1. *disput.* 4. *th.* 2. 4. *cum reliq.* Althusio *d. lib.* 1. *dicæol. cap.* 15. *num.* 19. 20. 21. Wesenbecio, Mejero & Busio *ad tit. D. de legib.*

3 Non dicam vero † quotuplex constitui possit, cum varient Dd. apud Alvarottum & Wesenbecium *dd. ll.* sed quomodo consvetudo à præscribtione differat; cum apud juris magistros non raro has voces promiscue usurpari, verum in minus propria significatione, dicat Busius *ad l.* 32. *num.* 9. *D. d. tit. de leg.* Taceo enim, quod consvetudo majores effectus habeat, & sit favorabilior; sicut etiam quandoque privilegium prætendere utilius existit, quàm præscribtionem, *inf. quæst.* 23. *num.* 32. *sup. quæst.* 21. *num.* 26. 27. 28. & declarat hoc late Franciscus à Ripa *in d. l. quo minus num.* 39. 40. 41. *per tot. D. de flumin. & in respons.* 172. *num.* 11. Doctores *in cap. vigilanti. extr. de præscribt.* Felinus *in cap. auditis. eod. tit.* Bartolus & alij *ad d. l. de quibus* 32. *D. de legib.* obiter quoque Klingius *dicto numero* 2. *&* 3. dicentes, quid intersit, an quæratur de alterutra. Recordor Balbum, similiter hæc tangere, sæpius citato tractatu, *part.* 1. *quæst.* 10.

Omitto præterea modum & personas, per quas tam consvetudo & præscribtio introducitur; item tempus, quanto inducitur, & res, de quibus concipitur, cum similibus.

Unde consvetudinis præter recensita proprium est, publico in commune acquirere, privatim ut uni nemini cuiquam; alioqui privilegium esset, aut jus singulare potius quàm consvetudo. Ac tametsi de eo jure singuli utilitatem putant, non tamen id privato suo vel proprio jure faciunt, quod privationem ad alterum inportat; sed sic, ut singuli de multis veluti ex fonte publico aquam ducunt, privato suo jure non faciunt, sed eo quo unicuique idem licet. Itaq; sic quisque utitur, ut aliam similiter utentem prohibere non possit; quod aliter fit in re aut jure proprio, cujus proprietatis verum symbolum est, alterum prohibere, ne utatur, fruatur, agat, eat. Diversum contra jus est præscribtio, quæ privatum cujusque possidentis jus, ex privato titulo & possessione quæsitum, & juris alieni translativum est. Atque hæc sua etiam, ut innui diversa tempora habet, nec eadem semper ut consvetudo, ex interpretatione ejusdem Argentræi, *d. num.* 6. *&* 7. Quæ alibi in hunc modum repetit: Præscribtionis jus est acquirere alicui de alieno & privatim, jus inducere & creare; sed Consvetudo nemini privatim acquirit in specie, sed omnibus in genere, ac universaliter uti volentibus consvetudo jus creat, præscribtio transfert de persona ad personam; quod illa jus induxerit, cuique patet veluti fontem aperit, è quo cuique sit liberum haurire, præscribtio fonte privat & præscribenti specifice & privative tribuit, *in d. comment. ad consvet. Britan. tit.* 22. *art.* 546. *numero tertio*; *pagina* 1948.

Multa igitur † consvetudinem posse, & 4 veluti locum *sup. quæst.* 14. *numer.* 7. *quæst.* 15. *num.* 55. in multis observari cunctis in propatulo est, e.g. in juramento fidelitatis, socie-

ſocietate, finibus regundis, ſervitutibus, paſtura, ædificatione, aquæductu, vectigalibus, monetis, veſtimentis, emphyteuſi, feudis, tributis, cenſibus, & ſic molendinis, item exemplatione ſeu tranſſumtione & inſtrumento, cum ſimilibus; id quod Bartolus, Jaſon, Ripa, Maſcardus, Alvarottus, Bertrandus, Argentræus, Knichenus, & alij in operibus ſuis abunde addocent, præterque hos DD. *per c. cum dilectus. de fide instrum.* Iſernia & Afflictus *ad tit. quæ ſint regal. verb. vectigalia.* Joh. Saiſon *ad conſ. jur. tit. 36. art.* 1. Quibus adjungo Aymonem Cravettam, *dict. tractat. de antiquitat. temp. part.* 4. Claudium Prateum *libr. 7. regul. jur. titul. 6. capite* 3. Johannem Coraſium *libro ſecundo de arte juris, cap.* 18. 19. 20. Antonium Gabrielem Romanum *lib. 6. concluſion. commun. tit. de conſvetud. concluſ.* 2. Andr. Gailium *libr.* 1. *obſervation.* 36. *& libr.* 2. *obſervat.* 31. *per tot.* ubi inter alia ſcribit, quod judex ſecundum conſvetudines ac ſtatuta judicare debeat. Cui adſtipulatur Weſenbecius *mox citan. lo.* | *in fi.* Vaudus *libr.* 1. *var. quæſtion.* 10. Schurpffius *cent.* 3. *conſil.* 84. Illas ſane inſignia tribuere, illisque hæc comparari tam manifeſtum eſt, quàm quod manifeſtiſſimum: adeo ut conſvetudinem antiquam tam de facto, quàm de jure ſervari, dicat Petrus de Gregorio *tract. de conceſſ. feud. part.* 4. *quæſt.* 2. *numer.* 4. & per illam nos multa alia conſequi, teſtatum feci nominatim in terminis *quæſt.* 7. 9. 10. 11. *cum ſeqq.* Weſenbecius *dict. conſil.* 67. *num.* 1. 2. 7. 9. *&* 29. *juncto conſil.* 34. *num.* 6. ubi ait, illam hoc poſſe, quod Imperatoris conceſſio; cum multis alijs *in parat. ad d. tit. de leg. num.* 8. & quod iſta pactis longe ſit fortior, inquiunt Matthæus Colerus *de proceſſ. execut. part.* 1. *cap.* 10. *num.* 296. *& ſeq.* And. Rauchbar. *part.* 1. *quæſt.* 36. *incip. Bernhardus Princeps num.* 14. ſicque multa conſvetudine fortiusque induci poſſe, quæ pacto non inducerentur, ſcribit Nic. Everhardus *in Top. lo. à pacto ad legem, ſtatutum, &c. num.* 10. in terminis poſt Baldum & Cæpol. Albanus Cardinal. *in lucub. ad Bart. l. quo minus. D. de flumin. num.* 9. 10. *&* 11. In tantum, ut in verba quoque ſibi imperium adſignet, & uſum modumque loquendi præſcribat, quod indicavi *quæſt.* 8. *num.* 38.

Jurisdictionem ſimiliter dare poteſt, teſte Alciato *in leg. procurator. num.* 50. *C. de eden.* Cantiuncula *conſil.* 21. *numero decimooctavo, &* Schurffio *cent.* 2. *conſil.* 79. *num.* 2. *per tot. cent.* 3. *conſ.* 90. *num.* 46. Ergo multo magis per eamdem † molendina acquiruntur. Illa enim longe præſtantior, digniorque eſt: adeo ut Riminaldus junior *conſilio quinto, numero* 127. tradat, duos aureos ex jurisdictione perceptos, centum ex ſorte conficere; ſicut alijs in rebus quinq; conſtituunt centum ex ſorte: & plus eſſe trecenta ex jurisdictione capere quàm octingenta ex alijs rebus, referente Dn. Andrea Dinnero *tract. de pretio popul. annon. quæſtione ſecunda, circa fin.*

5

Jurisdictio namq; & dignitatem & utilitatem nobis adfert, ceu probat *Novell.* 8. *c.* 6. *volumus. in fin. Nov.* 15. *in princip. verſ. ul.* adjunge quæ de æſtimatione tam reſpectu conſvetudinis, quàm de molendinorũ proventibus notavit Wehnerus *in practic. obſervation. verb.* Anſchlag der Güter. *pag. mihi* 28. 29. 30. 31. ubi allegat Meichſnerum *tomo ſecundo, deciſion. Cameral.* 5. *fol.* 164. *cum ſequentibus,* & Gailium *tract. de pignor. cap.* 13. In molendinis certe † ſtandum eſt antiquitati, teſtibus Weſenbecio *dict. conſil.* 67. *n.* 1. 2. 7. 9. 29. & Bertachino *in repert. n.* 48. Ber-

6

Bertrandus post Baldum *in consil.167.nu.9. part.1.volumin.2.* in qualibus (moletrinis, furnis & columbariis) antiquitatem obtinere vicem legis, respondet Argentræus *titul.17.consuetudin. Britan. artic.368. pag. 1522.* nec ullam fere provinciarum consuetudinem de his non aliquid statuere. *d.tit.17.in pr.pag.1498.* ut Bartolum, Jasonem & Ripam sciens prudensque omittam: antiquasque consuetudines servari ac adtendi debere, maxime in montium, aquarum (quod inter alia probat etiam Gryphiand.*tract.de insulis.c.31.nu.89.*) & molendinorum commoditatibus, aperte inquit Nic.Boerius *dec.125.n.3.* Quare regulam quoq; perpetuo mente tenendam esse, & per illam plures quæstiones decidi posse præcipit Cæpolla *d.tr. de servit. urb. præd. c.70.n.3.* Eundemq; sensum de possessione habet constitutio Friderici Imp. dum vult, unumquemq; molendina & pascua sua possidere, sicut ab antiquo habere consuevit, *in c.1.§. nos Romanorum. vers. extra. de pace tenenda, in libb.feud. juncta qu.7.qu 11. num.111.& d.cap. cum venerabilis 6. ante med.extr.de except.*

7 Quorum omnium † causa sive ratio cũctis pariter, exque citatis Interpretibus familiaris est, *juncta l.semper.34.ubi Dd.D. de reg.jur.* Sic causam ususfructus efficientem faciunt, aut legem, aut pactionem, aut ultimam voluntatem.

Præscriptione quoque longi temporis, cum titulo & bona fide acquiritur ususfructus *l.3.§.1.D.de servitut.* Ioh. del Castillo *tract.de usufruct.* Idem constituitur auctoritate judicis vel magistratus *l.11.§.1.D.de jurcju.* ac denique ex statutis & consuetudine, ut qui mulieri debetur. Sandtr. *lib.1. art.21.* Guido Papæ *decis.566.* Pari passu accipimus molendina, eorumque usum & possessionem consuetudine. Quod & in feudis (ad quæ vulgo illa referuntur) usurpatum prodidit explicandi genus Obertus Ortensius. Lites enim judicio se decidisse profitetur, vel Quiritum legibus, vel Langobardorum, aut regni consuetudine. Romana quidem jura non eousque vires suas proferre, ut usum vincant aut mores: strenuum vero Legisperitum; sicubi casus emerserit, qui consuetudine feudi non sit comprehensus, uti posse jure communi, ex Feudistarum unanimi opinione. Sic Germanicum jus partim scripto, partim moribus constitisse, & adhuc subsistere, liquet cum ex aliis judiciis, tum ex Epistola Friderici I. Cæs. & German. Episcop. ad Pontificem Adrianum IV. apud Othonem Frisingensem: *Duo sunt*, inquiunt, *quibus nostrum regi oportet imperium, Leges Sancta Imperatorum, & usus bonus prædecessorum & Patrum nostrorum*; referente Renato Choppino *ad LL. Andium. in tract.prævio.de comm. Franc. regul. part.2. c.4.n.3.* adde Gaul. *d.obs.36.*

8 Nec inmerito, cum consuetudinis † potestas permagna sit, ut legi æquiparetur: imo vitæ humanæ lege omni valentior, quæ chymica arte nigrum in album vertit, post Duarenum & Knichenum dicente Theodoro Reinking *tract. de regim. secul. & eccles. lib.1.clas.4.c.6.n.2.*

9 Audivimus id ex parte alibi, & ante in † materia præsenti ratum habuimus. Unde hic loca & molarum genera in quæstionem deducuntur. Antoninus Tessaurus, inter fallentias, molendinum bannarium esse inlicitum, & hanc ponit: quod secus sit, si ex consuetudine patriæ illam facultatem Domini cum jure prohibendi habuerint; quod Calabriæ, Delphinatus & Galliæ exemplis inducit *d.dec.16.n.13. vers.410.fallit*

Rolan. à Vall. *conf. 22. & 30. vol. 2.* Julius Clarus *libr. 4. recept. sent. §. feudum. qu. 30.* ibique Hieron. Giacharius *in addit.* ubi se remittit *ad collect. sua comm. opin. verb. molendinum n. 1. & 2.* Quamvis huic adsertioni adversari videatur Althusius *d. lib. 1. c. 15. n. 21.* post Balbum, Cynum & Decium, inquiens: inter consuetudinis constituendæ referri quidem continuatam, nec contrario actu aliquo interruptam observationem: sed actuum similium, non vero eorum, qui sunt meræ facultatis & voluntarii; quia debent illi fieri vi & vigore consuetudinis, & animo consuetudinem introducendi, quod in his vix locum invenit. Sed inspice *sup. qu. 11. sparsim & qu. praced. 21. num. 15. 16. 17. 18. 19. & 20.* ubi abunde illorum objectionibus satisfeci.

Quo fundamento proculdubio motus etiam Bertachinus † statuit, molendinum si quis solus habuerit in flumine, & jam per mille annos; posse tamen alium aliud quãdocunque construere, non obstante consuetudine, quod ille solus possederit, & non alius: quia talis consuetudo non acquirat jus negativum, nisi præcesserit prohibitio habentis molendinum primum, contra cæteros alia volentes fabricare, & postea ad præsciptionem successerit. (forte addendum; si prohibitioni, nunciationi, vel inhibitioni obsecundaverit; quamvis Schraderus & alii litigent, an hoc sit necessarium præsupponere) quia tunc bene esset quæsitum jus negativum ex hujusmodi consuetudine. Textum ad hoc vocat singularem, qui sic juxta Bart. Abb. & Phi. debeat intelligi *in c. significare de appellat.* (quod tamen illud non evincit) *facit l. 1. C. de servit. & aq.* (qui textus longi temporis consuetudinem vicem servitutis obtinere, diserte ait, & Cæpolla eò respicit) *Glossa ordin. in l. qui luminibus. de servit. urb. præd. in c. abbate. de verb. signif.* & Bartol. Cæpolla *d. lib. 1. c. 50. nu. 2.* qui tamen non ita simpliciter loquitur, ut ibi videre est; quo loco etiam dicit, hanc Pilei originalem fuisse in ordine *quæstion. jur. trigesima sexta, incip. quidam salinarius.*

10

Sed quia † ipsimet adversarii de præscriptionis cursu, quando incipiat vel obtineat, deque loco ipso (dum unus de flumine loquitur, alter de fundo, quo vel publicus vel privatus, isque proprius vel alienus) variant: nonnulli etiam de furno & molendino, alii de servitute & facultate simul verba faciunt: præscriptionem denique cum consuetudine confundunt, nec de lite aut ipsius statu recte consentiunt, etiam *quæst. 21. num. 15. usq. ad num. 27.* ac tolerabilior sit insuper consuetudo (quæ consentiente populo fit & introducitur) quam præscriptio, quæ altera parte aut invita, vel ignorante, aut jus suum remq; negligente, constituitur &c. *hic num. 3. 4. 5. 6. 8. cum quæst. seq. 23. num. 31. & 32.* Rosenthal *d. c. 5. conclus.... num.... pag. 171.* & juxta consuetudines in hac materia lites definit, finitq; Ripa *d. num. 39. 40. 41. 97. 98. 99.* idcirco tam simpliciter Bertachini ductum sequi non possum: sed præviis aliis meis declarationibus *quæst. 7. 9. 10. 11. 14. cum seqq.* magis inclinarem in partes † Stephani Bertrandi, qui hac de re disceptans, casum similem ita decidit, & ex Baldi dictis *in conf. 129. exordiente, Quatuor sunt in 2. part.* testatur hoc colligi: quod si tu habeas domum vel hospitium, ex quo multa lucreris; & ego facere velim, aut faciam aliud diversorium penes tuum, nihilque in hoc inmittam, quamvis postea pauciores homines veniant in hospitium tuum, in eo habitandi animo: tu tamen propter illud externum, & ex

11

12

accidenti decedens lucrum (qui concursus hospitum in libero consistit arbitrio) non habes jus prohibendi nec me impediendi, nisi habeas ex privilegio aut ex consuetudine præscripta, ut solus habeas hospitium: tunc enim id facere, meq; repellere legitimo modo poteris, per *l. venditor, D. commun. præd. l. fin. D. de usucap. & l. si quisquam, De divers. & temp. præscript.* Sic etiam unus cerdo *hoc est* artifex sordidus (qui artes illiberales quæstus gratia exercet, quales sunt sutores veterum calceorum, Germ. Altreusscher / quos Suetonius vocat Veteramentarios) non prohibet alium à cerdonaria, eodem dicente: & idem quoque voluit Signorolus de Homodæis *cons. 91. incip. Ex quodam flumine colum. 4. vers. nec obstat, cum aliquot seqq. Præpositus in cap. 1. §. si quis de manso colum. 8. circa princ. vers. nec potest vicinus De controv. invest. lib.... feud. Iason Maynus multa commemorans in d. l. quo minus q. 11. vers. 3. diligenter.* Ita fere Bertrandus *cons. 279. num. 6. & 7. vol. 3. part. 2.* à quo non dissentit *Clarus d. quæst. 30. in fin.* latissime autem Schraderus, quem omnino *legite, ad §. 5. & 6. per tot. Instit. de rer. divis.*

Præterea cum † consuetudines hac in re observari toties dixerim; atq; ita, ut quandoq; in proprio fũdo vel privato publicoq; flumine molam exstruere non permissũ sit, [13] *d. qu. 7. & 10. qu. 15. nu. 37.* merito quæritur; quomodo ista consuetudo, ne cui molendinum ædificare liceat in proprio solo, sit probanda & deducenda? quod inclusive tractatur à Modestino Pistoris *cons. 29. nu. 15. usq; ad num. 49. lib. 2.* cui facem quoque præbet lucemq; Menochius, quomodo sit probanda consuetudo *lib. 2. præsumt. 8.* Mascardus *concl. 423. & 424. cum multis seqq.* Wesenbecius *in parat. ad tit, D. de leg. num. 8. non procul à fin.* Busius *ibid. ad d. l. 32. nu. 10. & 11. 12. 13.*

Deniq; non aliam ob causam Baldus inter alia statuit *cons. 107. incip. cogitavi an molend. lib. 3.* † molendinum ceu ædificium allibrari ac collectari posse; nisi consuetudo [14] & observantia esset in contrarium, ut idem limitat *d. cons. 107. in fin.* & post eum Tuschus *pract. concl. tõ. 5. lit. M. concl. 303. n. 2.*

Quæ adsertio ut eo perfectius intelligatur, consulendi sunt scriptores, qui † de jure Collectandi ingeniorum suorum mo- [15] numenta manifestarunt; ex quorum numero sunt Rolandus à Valle *cons. 22. vol. 1.* Hieron. Schurpffius *cons. 59. cent. 1.* Matthæ. Wesenbecius *consil. 45. part. 1. & cons. 299. part. 6.* Mod. Pistoris *cons. 4. part. 1.* Andr. Gailus *lib. 2. obser. 52.* Henr. Bocerus *tract. de regal. cap. 3. à num. 196. usq; ad nu. 234.* Andr. Knichen *in operib. suis pass.* Christophor. Wintzler *in observat. de collectis seu contrib. imp.* Nic. Loseus *tract. de jure univ. part. 3. c. 9. per tot.* Paulus Wehnerus *pract. observ. verb.* Schatzung *pag. mihi 585. usq; ad p. 590.* & Thomas Maulius *tract. de hom. tit. 9. per tot.* qui omnes consuetudinis ac præscriptionis mẽtionẽ sæpicule injiciunt.

QVÆSTIO XXIII.

Molendinum porro nostrũ an & quomodo fiat Privilegio; cum adfinibus?

SUMMARIUM.

1. Privilegio quoque molendina acquiruntur.
2. Privilegium & consuetudo parificantur.
3. Privilegii definitio brevis.
4. Vnde dicatur & quid operetur?
5. Ejusdem differentia ac distributio, remissive.
6. Privilegia & consuetudines in facto consistunt, & sic ignorari possunt, cum num. 7. & 8.
7. An nemo præsumatur privilegiatus, & sic probare hoc debeat?, cum num. seq.

8 Aliorum autorum hac de causa sententia.
9 Quinam hanc facultatem tribuere possint?
10 Molendinum bannarium esse inlicitum, nisi quis privilegium inter causas alias prætendere potuerit.
11 Giacharii declaratio parallela in tribus casibus.
12 Ripæ expositio similis cum appendice.
13 Privilegia publicæ utilitati damnosa, non sunt recipienda, cum num. seq. 14.
14 Publica utilitas cuilibet privilegio anteferenda.
15 Quinimo princeps ipse adtendere debet, pacta cum aliis inita, vel privilegia à se tributa: si quid circa molendinorum jura agere voluerit.
16 Confirmatur hoc duobus exemplis, tempore Friderici Imper. & Adolphi Regis Roman. quæ obcurrerunt, ex Lehmanni Chron. Spirensi, in terminis latissime, cum num. seq.
17 Alterum diploma Senatui Spirensi datum, idiomate Teuthonico.
18 Iterum aliud germanico Saxonicum documentum, de molis ac privilegiis monasterio cuidam à Ducibus Brunsvvicensibus datis.
19 Sed si concessum fuerit privilegium, at huius verba duplicem vel dubium, ambiguumque continerent sensum: contra quē veniant intelligenda?
20 Privilegio concedenti ius ædificandæ molæ possunt exceptiones objici subreptionis ac obreptionis, cum num. seq. 21.
21 Clausulam, Ex certa scientia, non excusare vitium obreptionis.
22 An in privilegio opus sit clausula, Non obstante? Bartolus & Angelus se ad alios remittunt, Accursius id adfirmat.
23 Baldi & Ripæ sententia negativa, cum rationibus num. 24. 25.
24 Sigillum an inducat consensum, cum similibus.
25 Certa scientia Principis habet vim clausulæ derogatoriæ.
26 Facultas molendini exstruendi, cum clausula, Ad arbitrium sive libitum ipsius, quando & quanto tempore hoc ius amittamus?
27 Habentes ius Doctores, Magistros & Notarios creandi, num per non-usum decennii perdatur? remissive.
28 Concessa aqua, an quoque molendina concessa dicantur, & contra?
29 Vniversitas vendens reditum molarum, & postea aquæ cursum impediens, ab Interesse tenetur.
30 Baldi testimonium in hac quæstione superioribus consentaneum.
31 In pari causa melior est conditio præoccupantis.
32 Montani de consuetudine, præscriptione & privilegio concurrentibus consilium, utrum, eligere consultus sit cum num. 34.
33 Duo vincula firmius ligant uno: & potius ius habet, possessionis suæ titulum quam qui nudam præscriptionem obponit ac prætendit.
34 Præscriptio decimarum in aliena parochia, num ad novalia extendatur?
35 Molendina num veniant translatione territorii, & adpellatione pertinentiarum Zubehörungen/ in adiudicatione & condemnatione, cum simil.

PRincipis † privilegium alterum constitui paulo ante juris & modi acquirendi gradum, ac feci *quæst.* 11. *numer.* 97. 111. 113. *quæstio.* 15. *numer.* 32. *& fere per tot. cum quæst.* 16. *&* 17. alibique sæpius ac passim de eo egi, nuncque reliqua adcumulabo. Eo magis quoque hunc modum subjungo, cum sciam. † Consuetudinem & Privilegium propter cognatam vim parificari, & quod potest per privilegium concedi, per consuetudinem posse etiam introduci, juxta Bertrandum *d. vol.* 3. *part.* 1. *consil.* 2. *num.* 17. *cum ibi alleg.* maxime si veterum scripta inspexerimus apud Gellium *libr.* 10. *cap.* 20. *circa fin.* 1 2

Alias tamen † proprie loquendo, ratione causæ efficientis, formæ ac definitione differunt. Privilegium enim est jus scriptum singulare, ex causa idonea certæ personæ vel rei privativæ tributum. Quam illustrant Menochius *libr.* 3. *præsumt.* 103. Prattæus *in lex. hoc verb.* Corasius *libr.* 2. *de arte juris cap.* 10. *pag. mihi* 301. Oldendorpius *lib. de jure singul.* & Doctores *ad l.* 16. *D. de legib. Tapia ad l. fin. D. de constit. princip.* & Ripa *respons.* 31. *num.* 2. *cum notat ad rubric. titul. de rescript. num.* 19. 20. *&* 21. ubi addit, large sumto vocabulo omne quod à Principe manat, posse dici privilegium. 3

Quatenus id persona potestate tali pollens † cuidam ex privatis concedit: unde & nomen sortitur; quod ex certa causa contra sive præter jus ordinarium ac commune legem privatam singulari individuo tribuat; juxta Ripam & cæteros omnes *per* 4

cap. privilegia dist. 3. Tale enim jus est privilegium, nec ita dici meretur, nisi aliquid singulare aut speciale indulgeat & operetur *argum. cap. in his, De privilegc. ap. absente §. contra De verb. signif. l. 1. C. de th. lib.* 10.

5 Patet ergo † quomodo à reliquis differat, & quod non unius generis, pro diverso respectu constituatur; quod juris nostri commentatores plenius condocefaciunt, & præter superiores nuncupatim Ripa *ad l. privilegia num.* 1. *De priv. credit.* adeo ut quemadmodum circa has quæstiones pacta antea duplicia confinxerunt *quæst.* 20. *num.* 14. ita etiam privilegia fecerunt, adfirmativum & negativum sive prohibitivum; quod altero præponderare ait Baldus *in l. si Ruffinus Cod. de mil. test.* & Colerus *part.* 4. *de process. execut. cap.* 1. *num.* 18. *in fin.*

6 Atque insuper † quia ratione initii ac rei gestæ in facto consistunt privilegia, idcirco ignorari possunt; secus in jure communi, dicente Petro de Biaxio *in Directorio electionum c.* 3. *num.* 2. quod de consuetudine pluribus amplificat Carolus à Kirchberg *disc. de feudo ex pacto & provid. c.* 4. *n.* 110. *&* 111. hinc quoque † nemo præsumi-

7 tur privilegiatus, nisi id expresse probet *c. porro* 7. *c. recepimus* 8. *extr. de privileg. c. cum personæ* 7. *eod. tit. in* 6. Mascardus *concl.* 1057. *nu.* 2. Gryphian. *tract. de insulis cap.* 31. *nu.* 193. 194. & Ripa *ad rubr. de rescript. nu.* 17. *cum ibi alleg.* non tantum quia ignorari possunt ob res gestas sive facta, quæ non præsumuntur: sed etiam quia hæc probari debent, & privilegia naturaliter haberi nequeunt, Baldo autore *in l. si solennibus. Cod. de fide instrum.* adeo ut privilegium referens se ad alia privilegia non probet, nisi de relato constiterit, eodem Ripa testante *respons.* 83. *num.* 6.

8 Quamvis in † causa fidejussoria Dn. parens adfini sensu dicat, sufficere si species privilegii exprimatur secundum suam speciem, non autem secundum suam singularitatem, *in tractat. suo de fidejuss. c.* 17. *n.* 47. *cum præcedd.* & præter adductos ex jure Pontifico textus, illud alii prius restringant & dicant: quod tempore inmemoriali qui possedit, præsumatur habere privilegium ducendi aquam; post Oldradum, Alexandrum, Socinum, Decium, Bartolum, Felinum, Ripam & Panormitanum teste Hieronymo de Monte *tract. finium regund. cap.* 24. *num.* 16. 17. *&* 18. *pag.* 69. *junge sup. num.* 3. *& inf. num.* 8.

Verum ut delibatis hisce generalibus † 9 specialia tangam: sciendum privilegium in materia nostra exstruendi molendinum, prohibendique alios, & aquam ex flumine ducendi, Principem non modo concedere: sed quandoque etiam Civitatem sive Senatum, Municipium, Præsidem, Prætorem ac Universitatem; ut prolixe demonstravi *quæst.* 15. 16. 17. & argumenta peti possunt ex Nicolai Losæi *tractat. de jur. universitat.* Quæ ad nostros casus prolixe transfert Vincent. de Franchis *d. decis.* 183. Schraderus *in comment. ad §.* 13. *per tot. Instit. de rer. divis.* ubi luculenter ea explicatur privilegiorum materia, quibus facultas molendina in publico exstruendi conceditur.

Inde ex hac nimirum potestate consueta † Antonius Tessaurus concludit: quod 10 arcere alios, sive molendinum bannarium habere, sive jus illius sibi tribuere hoc est cæteros ab ædificatione vel aditione novorum molendinorum repellere, sit actus illegitimus; nisi præter reliquas exceptiones hanc prohibendi facultatem quis à Principe per rescriptam aut rationabile privilegium fuerit consequutus, quo munitus illud opus perficere aut diutius habe-

habere interdixerit; quod post Boerium, Clarum, Capicium, Nattam, Gvidonem Papæ & Franciscum Marcum adstruit *dict. quæst.16.num.12.* & ego pluribus examinavi integra *quæst.*11.

11 Quibus adhæret † Hieronymus Giacharius, qui pariter molendinum tale proscriptum pro inlicito reputat, nisi in tribus casibus. Primo, quando talis ordinatio respiceret publicam utilitatem; puta, quia molendina sunt fiscalia, vel furni fiscales, & ii reditus servirent publicis necessitatibus. Secundo, ubi Dominus prohibuisset & longissimo tempore perseverasset prohibendo, in coquendo & molendino. Tertio, nisi ex privilegio vel consuetudine acquisivisset, ut nemini liceret alibi coquere panem vel molere, esset hoc indultum, *in collect. commun. opinio. verb. molendinum. num.1.& 2.* qvam summam ipse fecit in additionibus Claro adscriptis *d.lib.4.sentent. §.feudum.30.pag. mihi 191.*

12 Eadem de † Imperatore, Senatu ac Prætore late profert post Bartolum *numer.3.& 4. Ripa in d.l.quo minus num.8.9.10.11.12. & 13. D. de flumin.* in quo primum istud membrum confirmat, inquiens ac textibus roborans: Sine causa hæc concedi nec solere nec debere cum præjudicio cæterorum; & Principis privilegium de aquis extrahendis intelligi, reservata alterius cõmoditate, habentis aliud privilegium alterius aqvam ducendi, cum similibus ibi notatis.

13 Privilegia namq; † talia publicæ utilitati damnosa, ait, non esse recipienda, *d. num. 12.per l.nec damnosa C.de precib. Imp. off. l. 2.C.de privil.scho.lib.10.* quod extendit, etiamsi proprio motu Princeps hanc aqvæ ducendæ, aut molæ exstruendæ facultatem concesserit, propter tradita Felini *in cap. cæterum D.rescript.* & Repetitiones ejusdem Ripæ *in tractat.de peste cap.de præserv. remed.cont.pest.num.29.& 30.*

Publica enim utilitas † cuilibet privilegio est præferenda; qvod generaliter si fuerit concessum, non includit casum publicæ saluti contrarium; & si hoc faceret, non valeret, inquit post Baldum Losæus *d.tract. part.3.cap.10.num.20.& 30.* 14

Neque hoc solum, sed quoque † citata *quæst.11.num.114.& quæst.15.num.37.* monui: quod in exstructione molendinorum, & ducenda aqua, avertendisq; fluminibus, ipse etiam Princeps superior vel proximus considerare debeat; anne † pacta vel certa aliorum privilegia obstent, quominus propositus eventus sequatur. Ut ergo hæc præsens dubitatio, & cognatæ aliæ quęstiones, eo dexterius intelligantur; placet integre huc adducere, quæ ex antiquitate in terminis adposite scripsit Christophorus Lehmannus. Relatio autem ipsius hæc est: 15 16

Käyser Friederich der ander hat auff seiner Beampten Anstellung und Fürschlag sich bewegen und jhme fürbilden lassen/daß eine Mühl beym Rechholtz mit Käys. Mayt. grossem Nutz zu erbauen/und die Speyrbach zu vertheilen und daselbst hinab zuleiten seyn solt/ welches der Käyser auch auff beschehen Anbringen alsso ins Werck zurichten befohlen. Demnach aber der Käyser durch der Stadt Speyr zu Jhm abgeordnete Botschafft in Jtalien verständigt/ wie der neue Baw der Mühlen der Stadt uhralten Gerechtigkeit sehr abbrüchig und zu Schaden fallen thät/hat Er als der Gerechtigkeit sonderbarer Patron und liebhabender Fürst solche Abführung der Bach unbillich der Stadt jhren uhralten Rechten zu wider befunden/und deßhalben den Baw wieder abzuschaffen gebotten. Der Brieff laut in Lateinischer Sprach wie folgt:

Fride-

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Jeruſalem & Siciliæ Rex, per præſens ſcriptum notum eſſe volumus tam præſentibus quam futuris, quod nos attẽdẽtes quomodo Spirenſis civitas à Divis progenitoribus noſtris Romanorum Imperatoribus & Regibus potiora fundationis ſuæ receperit incrementa. Conſiderantes nihilominus devotã fidem, qua nobis & imperio cives dictæ civitatis hactenus adhæſerint & amodo deſiderant adhærere, juxta devotas eorum preces, aquam quæ Spirbach *dicitur, deductam pro molendino apud* Rechholtz/ *quod ereximus ad uſus noſtros, ipſis reſtituendã duximus pro ſuis uſibus reducendam. Ita tamen quod expẽſæ factæ circa emptionem & conſtructionẽ ejuſdem molendini noſtræ Curiæ refundantur. Ad hujus itaq; rei & noſtræ reſtitutionis memoriam præſens ſcriptum fieri & majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus communiri. Datum Fogiæ, Anno Dominicæ incarnationis 1241. menſe January, quintæ decimæ indictionis.* Hactenus in der Speyriſchen Chronick *lib. 5. cap. 84.*

17 Quæ uberius illuſtrat † diplomate alio, Germanici idiomatis antiquitatem redolente, & ab Adolpho Rege Romanorũ Senatui Spirenſi dato. Narratio hiſtorici ſummaria in ſequentibus ita procedit, & dein ipſius privilegii formula ſubſequitur: Die unparteyiſch Königs Adolphi Hiſtorien beſchrieben/ die legen demſelben diß unſterbliche Lob zu/ daß ſein Hertz/ Gedancken Raht und Thaten zu Vermehrung und Verbeſſerung des Reichs geſtanden/ und deßhalben weder Bemühung noch Gefahr geſchewet. Inſonders hat Er der Reichs-Städt Aufnehmen und Wohlſtand den Römiſchen Königen und Käyſern fruchtbar und fürträglich ermeſſen/ und deßhalben ſich gegen dieſelbe mit Ertheilung nützlicher Privilegien und Freyheiten/ dadurch ſie zu Kräfften und Reichthumb erwachſen können/ mild und löblich erwieſen/ und hierin ſeines Vorfahrn König Rudolphi Exempel gefolgt / welcher zu der Städt Gedeyen an Königlicher Beförderung und Vorſchub nichts erwinden laſſen.

In Käyſer Friderichs des Andern Hiſtori iſt vermeld/ was Geſtalt deſſen Beampte im Speyrgaw ein Mühl beym Rechholtz erbawet/ und den halben Theil der Speyrbach dahin abgeleit/ darüber die Stadt jhre Beſchwernüß dem Käyſer fürgetragen/ und erhalten daß die Mühl auffm Grund wieder abgeſchafft/ und das Waſſer der Stadt gantz wieder zugeſtellet worden. Solchen Baw der abgebrochenen Mühlen beym Rechholtz hat König Adolphs Landvogt im Speyrgaw erneuert/ und demſelben eingebildet / daß ein Mühl an berührtem Ort dem König bey ſeinem Abweſen zu Speyr ein Raht laſſen vermelden/ was Ungemach und Schaden von ſolcher Schmählerung der Raht der Stadt zu beſorgen/ Käyſer Friderich vor Jahren deßgleichen Beſchwernüß zu Gemüht gezogen/ und dafür gehalten/ daß man mehr auf den gemeinen als den eygen Nutz zuſehen/ den Römiſchen Käyſer und Königen auch mehr am Wohlſtand einer fürnehmẽ Stadt als an einer Mühlen gelegen/ deßhalben die Mühl abzubrechen befohlen / darauff gebetten/ daß Se. Königl. Mayt. dergleichen zuthun gebiehten wolle/ Alſo hat König Adolph eines Rahts Begehren mit gnädiger Willfahrung begegnet / und nicht allein die Abſchaffung der Mühlen und Erſtattung der Bachfluß mit Ernſt befohlen / ſondern daß auch ins künfftig kein Mühl dahin ſol gebawet werden/ verbotten/ vermög nachfolgenden Privilegii: Cujus verba Teuthonica ſive ut loqvuntur, formalia hæc adducuntur:

„Wir Adolph von GOttes Gnaden ein Römi-

Römischer König zu allerzeit Mehrer des Reichs/wollen kund seyn gethan allen den/ die nu sind und hernach kommen / die diesen Brieff ansehend/daß mit guter Gedächtnuß zu Willman Käyser Friderich unser Vorfahr der Durchleuchtigste/die Bach die man heisset die Speirbach / die er abgeführet hat zu einer Mühlen bey dem Rechholtz / die der vorgenandte Keyser Friderich da ufgemacht hatte/wider gab den vorgenandten Bürgern wieder zuführende zu jhrem Nutz / wande sie sich beklageten/daß jhn daran Unrecht geschehen wäre/also Wir gesehen han an des vorgenannten unsers Vorfahrn Brieffen / und über das Date der vorgeschrieben unser Vorfahr dieselbe Mühle zumal ab / und gebot sie abezuthun / und wann Wir wandten Recht han zu derselben Mühlen so thaten Wir sie von Neuen uffrichten/an der vorgenannten Statt / genannt die Rechmühl. Wann Wir aber anders erkennen und befunden han / und auch durch die demühtige Treue/mit der die vorgenanten Bürger von Spire Uns/und unsern Vorfahrn und dem Reiche bißher genehmeliche beygestanden sind/und vorbasser mehr begehrendt getreulichen beyzustehen / So han Wir durch jhr demühtige Bitt die vorgenannte Mühl zu dem Rechholtz abgethan / und wollent und gebiehten sie abe zuthun/ und geben jhn wieder die Bach/genannt die Spierbach/die da abgeführt/ wz durch derselben Mühlen willen/daß man die wiederführe zu jhrem Nutz allerding. Und wollent auch / daß fürbasser mehr niemandt keine Mühle do bawe/ und geben jhn darüber diesen Brieff mit unsern Königlichen Insigel bezeichent zu einem Ewigen gezeugnuß. Diesre Brieff ist geben zu Spire an der ersten Idus des Mandes / den man nennet September, an der zehenden indiction, da man zahlte von Gottes Geburt/ 1297. Jahr / in den festen Jahr unsers Reiches. Hucusq; iterum Lehmannus *d. libr. 5. Chron. Spiren. cap. 124. 23. quæst. num.* 18.

[18] Idem condecorare possum † privilegiis, in fundatione monasterii cujusdam, à Ducibus Brunopolitanis concessis ac confirmatis. Inveni namq; immunitatis ac liberalitatis documentum in Actis Brunswicensibus in den Brunschw. Händeln *part. 1. memb. 1. cap. 9. num. 99. pag. 139.* quod ita conceptum fuit:

Hinrick von Goddes Gnaden/ Hertoge tho Sachsen/ Palandes Grave des Rines/ Nademe wy allen Kercken und Klöstern / de in unsem gebede syn umb Goddes willen tho bystahn plichtig syn / So yß ydt doch billich und redelick/dat de Stidde/de van unsen Oveoldern gebuwet syn / unde dar wy Beschermer tho wesen/verpflichtet syn/mit Größerem begere leiff hebben/unde by öhren vortsettingen und Freyheiden groten Vlyt dohn/ unde hirumb sy widtlick allen unsen Nakömelingen / dat dat Closter S. Egidien in Brunschwick van unsen Overoldern gestiffttet is/unde es van öhne/mit velen Ehren unde Güdern begiffet is unde begavet/ manck welcken Güdern ys dat dorp Valberg / mit allem rechten unde vullēkamenheit des Rechten/dem Closter gegeven/ mit so daner Freyheit/dat de Abt des Closters de vorwercke/ Höve/mit der Möhlen/ ahne jennige Hinderungen der Försten / edder syner Vögede nach uthdhan/unde dat neen Voigt/ jennige macht hebben schal ꝛc. De Abt aber schal dat frey hebben van allen Denste / unde dysse Freyheit bestedige wy mit unser Macht ꝛc. So geschehen im Jahrn na Goddes Bordt/ 1226. in der 14. Indiction.

[19] Quibus expeditis restat † ut ulterius hanc materiam condecoremus, quæstionibus scilicet propinquis: Novum molendinum

num namque ſi quis obtinuerit, poſſe conſtrui ſuper Rheno à Communitate Bononiæ (de qua in ſpecie conſilium ſuum formavit, aut exempli gratia tantum tum finxit) cum privilegio, quod nullus alius molendinum ſuperius vel inferius poſſit ædificare; verba, quæ poſſunt habere duplicem ſenſum, intelligenda ſunt contra eum, qui ſe fundat in illis: ideo quatenus vult, quod nullus poſſit inferius vel ſuperius ex transverſo; debet ſubcumbere, cum probatio dubia non relevet, ſi credimus Alexandro *conſil.22.exord.conſideratis libro ſeptimo* ubi plura habet, quod talis interpretatio omnino rejicienda, & quia contra publicam utilitatem id fieri dicit Tuſchus *tom.5.practic. concl.305.n.1.lit.M.* qui de probatione dubia alibi multa conſarcinavit, quæ *lege tom. 6.concl.766. lit.P.* & confer Alexandrum Trentaciquium *libr.1.var.reſol. tit. de reſcr. reſol.5.& 6.per tot.* qui de beneficio ſubreptionis agit.

20 Sic etiam † privilegio ſi concedatur jus ædificandi molendini, illi poſſe quandoq; Exceptiones ſub & obreptionis obponi, innui *qu.15.n.32.* & fuſe in terminis probavit Auguſtinus Berous *conſ.144. à princip. uſq; ad n.30.vol.3.* adeo ut † clauſulã à Principe 21 privilegio inſertam, *Ex certa ſcientia*: non purgare vitium obreptionis ac ſubreptionis: Sed potius illum pluribus negotiis impeditum, præſumi inmemorem propriorum negotiorum, dicat Ripa *reſponſ. 174.num.8.9.& 10.*

Sed de hac clauſula plenius diſputat Rudolfinus de Salonetà *tract.de abſolut.Princip.poteſt ſparſim.* ipſeq; Ripa alibi has duas (ex certa ſcientia & plenitudine poteſtatis; quam tamen jus tertii non inminuere dicit Knichen *de jure Sax.non prob.verb.lit.prob. neſ.c.4.n.25.26.27.& de veſtit.pact.part.1. cap.2.num.72.juncta infr.qu.24. nu.17.18.* conjunxit illamq; ſatis probare, ait, Principis ſcientiam ac voluntatem *reſp.177.nu.2.*

22 Qua occaſione Doctores † acriter manus calamosq; conſerunt: an in privilegii tenore opus ſit additione clauſulæ, Non obſtante? Bartolus quidem *dict. numero tertio* ſe remittit ad notata Cyni *in l.fin. Codic.ſi cont.jus vel util.publ.* Angelus pariter ſe refert ad eundem *in l. univerſa Codic.de precibus Imper.off.* Franciſcus Ripa autem initio adducit Gloſſam, quæ dicit illud (nimirum gratiam Principis ſive privilegium, in quo non eſt adpoſita clauſula, Speciali non obſtante) non valere, niſi ſit in ſpecie derogatum huic conſtitutioni, *l.2. D.de flumin.* Ubi vocem, *Permittitur*, urget: & quia lex quando habet clauſulam derogatoriam ad futura privilegia vel reſcriptam, quod tunc nunquam per contrariam diſpoſitionem cenſeatur illi derogatum, niſi ſit nominatim dictum, Non obſtante tali vel tali lege *argument.l.1.Cod.de nupt.ex reſcript.pet.cap.earum de ætat.& qual.cap.fin. de reſcript.in 6.* Ripa tamen ibidem *nu.32. 33.& 34.d.l.2.de flumin.* perhibet contrarium 23 tenere † Baldum *in l.item lapilli, D. de rer.diviſ.* dicentẽ: quod eo ipſo, dum Princeps conceſſionem ſuam nominat privilegium, vel eo ipſo quod reperitur obſignata vel ſigillata ſigillo privilegiorum, non ſit opus iſta clauſula; quid ipſo facto adpareat, Principem velle infringere jura, *argum.l. quidam conſulebant D.de re judic.c. veniens de fil.presbyt.* Felin⁹ *in rubr.& c.1.de reſcrip.*

24 Inde namq; privilegium nomen accepit, quod ſingulis ſpeciale quid tribuat, quod ordinario jure illis non competebat: ac ſupple † ſigillum probare & facere conſenſum, *per l.ſi ita 126. §.2.D.de verb.obligat. l.2. Cod.de reb.alien. Barthol. ad cap.1.*

§.praeterea Quib.mod.feud.amitt. (à quo tamen dissentit Gaddæus *ad l.39.numer.3. de V.S.junge l.6.Cod.de fidejuss.*) & alias sicuti creditur literis sigillatis Episcopi *cap.post cessionem,de probat.* ita sigillo munitus Principis alicujus secularis, vel alterius magni viri, de consuetudine fides adhibetur, *cap. cum dilectis, De fide instrum.* Schurpffius *consil.7.num.6.* ac sigillum habere vim subscriptionis dicit *Romanus consil.204. & 205.cum 303.numero secundo.* Hippolyt. de Marsil. *in rubr. Cod. de probat. numer.300.* in illoque consistere robur literarum Regis respondent Andreas de Isernia *in cap.1. De vasal.qui constit.Loth.* Matthæus de Afflictis *decisio.21.numer.9.* adeo ut indubitabile sigillum nihil pene à nomine distet, *arg.l.quotiens §.si quis nomen, De hæred. instit.plura & alia Knichen in encyclop. cap.2. num.49.cum seqq.pag.mihi 107.* ac sigillis ignotis seu literis illorum incognitis sit credendum, si in his plura concurrant, Socinus *in fallent.regul.461.*

25 Facit insuper † quod certa scientia Principis habeat vim clausulæ derogatoriæ, ut traditur per Felinum *in cap.cum inter, de Except.* quod etiam credit verius Ripa *d.n.34.* late Rudolffinus de Sabloneta *d. tract. cap.3.* idemque Ripa ad priorem vocem respondet, quod de permissione juris loquatur, non de concessione Principis gratiosa: item si velimus scire, quando sit ista opus clausula, *Non obstante*; Et quomodo sit concipienda, videndum suadet latissime Felinum *in c.nonnulli, in princ. de rescript.* Adjunge Alexandrum *consil.193.* & vide Borcholtum *consil.17.* Steph. de Phedericis *tract.de interp.leg.part.2.memb.1.num.25. usq; ad 33.pag.mihi 114.cum seqq.* Schraderum in terminis *ad §. 13. numer. 12. usque ad 27. Institut. de rer. divis.* Menochium *de præsumpt.9. lib.2.num.22. cum seqq. libr.2.*

26 Quid si vero † Princeps facultatem molendini exstruendi dederit cum clausula, *Ad libitum voluntatis tuæ*; & is per multos annos tali potestate usus non fuerit, an perdat illam vel istud privilegium? Et quidem Æmilius Maria Manolessus *in addit. ad Bertach. repert. verb. molendinum num. 48.* illam quæstionem non decidit, sed lectores ablegat ad eumdem Felinum *in cap. eum advenissent, in princip.12. colum. in versic.non est sic, De constitu.* Cujus decisionem in terminis quoque recitat Balbus *d. tract. de præscriptionibus part. 4. quintæ princip.quæstio.1.* ubi cum dixisset, quod si alicui privilegium concedatur, cum mera & libera quandocunque faciendi libertate, tunc propter non usum nihilominus illi privilegio non præscribi (*junge supr. quæstio.21. numer.8.15.17.20.& 24.* Anton. Gabriel. *Rom. d. lib. 5. rubr. de præscript. conclus. 10. & 12.*) subjicit: Si princeps concederet cuidam nobili facultatem faciendi molendinum in flumine publico, ad libitum voluntatis suæ; ipse vero per multos annos ultra decennium non esset usus hac facultate, quod per hoc eam non amiserit. Sequitur Fichardus *in consil. 51. num. 2.p.2.* Gailius *libr. 2. observ.60. numer.9.* Schraderus *ad §.10. per tot. Institut. de rer. divis.*

27 Hinc si Imperator dat alicui † universitati aut Collegio jus creandi Doctores, Magistros, Notarios &c. an per non-usum decennii hoc privilegium amittat? Inspice Tib. Decianum *consil.66.nu. 64.cum seqq. volum.3.* Jac. Menochium *de arbit. jud. quæst.casu 467.* & eumdem Fichardum *consil.71.part.1.*

28 Præterea suboritur aliud: An † concessa

ſa aqua, conceſſa etiam molendina videantur, vel contra? Conſule Capicium *deciſio. 134. num. 6.*

Ego hoc ita intelligo, quod velit, ſi jus aquæ ex flumine publico ducendæ alicui conceſſum fuerit, num quoque in ea molam ædificare licite poſſit? Præter explicationes meas *in quæſtio. 15. 16. & 17.* videndum, quis privilegium dederit, cujus verba veniunt largius vel ſtrictius interpretanda: deinde cur & cui hoc conceſſum fuerit: denique ad quem finem & uſum, qui initio ſtatim abeſſe negavit, hunc aquæ ductum permiſerit; num ad agros irrigandos, vel alia intentione? Vix igitur ita privilegium recte extenderetur ad exſtructionem molarum, quæ molem remoramque aquis injiciunt permagnam, cum ſimilibus à me alibi adductis. Contra, ſi molendinum dederit, aut exſtruendi facultatem; apertum eſt, ſi ventoſa fuerit mola aut jumentaria, illa aqua non opus eſſe: at vero ſi ripatica aut aquatica deberet eſſe, maxime in eo genere indiget aquæ decurſu & gyratione, ſine qua iſta fabrica plane eſſet inutilis *argument. quæſtio. 4. numer. 4. & 7. quæſtio. 43. numer.* 40. adeo ut in caſu † emtionis ſi Communitas vendens reditum molendinorum, teneatur ad Intereſſe, ſi curſum aquæ impediat, quæ inprimis neceſſaria, cenſentibus Floriano *in l. Proculus. §. fin. D. uſufruct.* Bertachino *de gabellis. part. 2. numer. 42.*

29

Superioribus nunc demum adnumero Baldi teſtimonium, qui ſimilia † perhibet de conſuetudine ſervari in flumicellis per agrum Peruſinum decurrentibus; ut niſi oſtendatur privilegium juris prohibendi, quilibet poſſit facere cluſam novam & molendinum, ſi alteri non officiat in uſu ac decurſu aquæ, *conſil. 463. numer. 5. & fere per tot. libr. 4.* referente Tuſcho *tom. 5. pract. concluſ. 304. lit. M. num. 10. adde num. 11. & ſup. quæſt. 16. n. 31.* In pari autem † cauſa melior eſt conditio præoccupantis (de quo ego alibi, & nuncupatum poſt Bartolum Ripa & Cæpolla *alleg. q. 18. n. 15.*) non prohibentis; dummodo perſeveret in ædificando, ſecus, ſi deſiſteret: quia tunc perdit ſuum privilegium. Caſtrenſis *conſil. 411. per tot. lib. 2.* ref. Tuſcho *n. 12.* quem vide plenius de prohibente *tom. 6. concluſ. 517. lit. P. & concluſ. 893.*

30

31

Adeo ut eam ob cauſam † Hieronymus de Monte dicat, vigore conſuetudinis, temporiſque inmemorabilis iſta obtinere: hancque veritati æquipollere: & præſumi, quod is qui tanto tempore aquam duxit, privilegium tale habuerit; ſuadetque ut is, qui loca publica, (de quibus *quæ. 14. & 15.* egi) per inmemorabile tempus poſſedit, debeat ſe fundare in privilegio; & non præſcriptione, aliàs ſuccumberet, (forte, quia hanc eſſe ſolum exceptionem, volunt, & loca hujuſmodi ſecundum quoſdam præſcribi nequeunt) cum ex poſſeſſione inmemorabili privilegium præſumatur, ſufficiatque illud allegare; multò etiam magis hæc obtinere ait, ſi cum tali præſumtione vera privilegia oſtendere potuerit, *in tract. fin. regund. cap. 24. numer. 15. 16. 17. & 18.* adſtipulante etiam Ripa *in d. l. quo minus. num. 41. D. de flumin. & ſup. quæſt. 21. num. 27.* ubi inſpice allegatum Argentræum, & confer *d. cap. cum perſonæ 7. per tot. de privil. in 6.* Duo enim † vincula fortius ligare, quàm unum, eſt tralatitium; itemque ſemper potiora jura intelligi habere eum, qui poſſeſſionis ſuæ habet titulum, quàm qui ſoli præſcriptioni innititur, *arg. licet cauſam. ubi gloſſ. verb. titulum de probat.* Bartolus *ad l. ſi duo. col. 2.*

32

33

num.4.D.uti possid. Alexander *consil.81. incip.Lecto & discusso.col.5.vers.unde dato vol.3.*

34 Sic videmus, quod quamvis † præscriptio decimarum in aliena parochia non extendatur ad novalia, *cap. cum contingat. de decimis.* tamen si cum tali præscriptione concurrat privilegium, ex natura privilegii, potest extendi ad novalia, teste Parisio *consil.73.num.20.vol.4.* Modestino Pistore *part.1.consil.12.num.46.junctis alleg. quæst.21.num.12.*

35 Denique obiter indicandum: Molendina num † translatione aut donatione territorii veniant; sive venditis omnibus terris ac possessionibus, in territorio sitis, an illa vendita censeantur? *sup. quæst.9. numer.48.* Ripa *in d.l.quo minus.numer. 130.num.fin.* meminit hoc plene tradere Pet.Phi.Corneum *consil.63.incip. licet de pluribus.lib.2.sive.ut d.lo.numer.3.* eum citat Manolessus *consil.43.exord. licet in litera D.& seq.in 2.part.* quibus adjungo Hieronymum de Laurentiis *decis. Avinion.110.per tot.* Item an competant sub nomine Pertinentiarum? Quod declarabo *quæst.35. numer.16. cum seqq.* Quid de Adjudicatione dicendum *ex §. fin. Inst. de offic.judic.* quæ etiam est modus acquirendi dominii, juxta Ulpianum *in fragmen. tit.20.§.15.* & Antonium Contium *lib.1. disput.cap.12.* Porro dispiciendum, num veniant in Condemnatione, sub verbo, Zubehörungen? Inspice Socinum *reg.fall. feud 295.* ac Wehnerum *in pract.obs.verb.* Fahrende Haab. *& ver.* Zubehörung. Postremo molendina intra territorium & jurisdictionem castri feudalis, an & ipsa feudalia censeantur? lege Bursatum *consil. 41.per tot.volum.1.*

QVÆSTIO XXIV.

Molendinum qva forma nostris bonis adcedat per Investituram?

SUMMARIUM.

1 Vestitura & ornatus loco traditionis an sit? cum n.2.3.
2 Possessionibus an conparentur investituræ?
3 Investitura est modus acquirendi, suo intellectu.
4 Investiendi verbum quid inporter, & modi principales acquirendi in feudis quinam?
5 Investitura quid & quotuplex?
6 Propriæ ac inpropriæ investitionis definitiones.
7 Vestire est confirmare, iuxta Lindenbrogium.
8 Investituræ vox qualis sit, & qui istius ritus?
9 beneficium perpennam & calamarium, in creandis notariis adhibitum.
10 Quæ ad thesin transferuntur molendina quoque in feudum concedi, & per investituram constitui, cum num.11.19.21.22. usque ad finem.
11 Brevis inductio exemplorum, quibus hactenus in hac causa usus fui.
12 Cum molendinis investiti Domini, an subditos suos cogere possint, ut nulla alia adeant?
13 Investituræ nituntur fundata intentione, faciuntque rem notoriam, cum similib.num.14.15.16.
14 Investitus tenetur exhibere ius concedentis, nisi hic Imperator fuerit, quem Knichen excipit.
15 Vestitura mentem concedentis & acquirentium ostendit; cum aliis.
16 Videndum an investitura fuerit generalis vel specialis? cum Autoris interpretatione.
17 Vtraque fieri debet cum iure & sine damno alterius.
18 Aliàs præsumitur dolose callideque extorta, si careat clausula, Salvo iure tertii.
19 Communis generalisque investiendi formula, in Germania usitata, cum adplicatione & n.22.
20 Regulæ universales vix satis faciũt iudicio practico.
21 Molendina in feudum concedi iterum probatur, primo testimoniis, cum n.10.11.22 usq; ad fin.
22 Ex charta veteri depromtum privil. huc refertur.
23 Feudum an per ius, contractum, usumfructum, aut per beneficium debeat definiri, remissive.
24 De quibus molendinis sit illud intelligendum, quod feudo tribuantur, ac concessio ista per investituram confirmetur, cum n.25.& 26.
25 Quidam terræ adfixas aut pro inmobilibus habitas molettinas admittunt.
26 Cæteri navalia molendina excludunt; nisi fuerint bannalia, & alias considerationes adhibuerint, ad quas se Autor cum brevi illatione ac illusione remittit.

Inve-

1 INvestitura † sequitur, quæ cum vestimentorum ornatu, loco traditionis est, dicente Joh. Althusio *lib. 1. dicæol. c. 37. n. 10. in fin.* ubi tamen præmisit, symbolo vestitam demonstrationem esse notam repræsentatam; sed illa, nisi realis adprehensio sequatur, possessionem non transferri in rebus corporalibus, juxta Menochium, & Nattam.

2 Et ideo nonnulli † negant ejus generis possessionibus æquiparari investituras, quæ fiunt re absente per ensis traditionem, bireti inpositionem & talium symbolorum interpositionem: dari tamen ingrediendi potestatem per tales actus, concludunt Dynus, Alexander, Angelus & Tiraquellus. Argentræus vero putat id, nisi animo tradendæ possessionis ab dante, & accipiendæ fierent, & res præsens, aliusque in possessione non esset, *in d. comment. ad consuet. Britan. tit.* 14. *art.* 265. *cap. de possess. in pers. acq. num.* 13. *pag.* 916. adde Ripam *in l. si aliquam rem. num.* 41. & 42. *de acquirend. possess.* Henr. Bocerum *class.* 5. *disp.* 6. *th.* 21. 22. Libor. Hatyserum *in annal. feud. cap.* 9. *nu.* 2. *pag.* 80. Joh. Gryphiand. *tr. de insulis. cap.* 24. *n.* 73. *usq. ad n.* 88. inprimis Andr. Knichen *tract. de vestitut. paction. tr. de subl. territ. cap.* 5. *num.* 143. 144. & Nicol. Mameranum *tract. de invest. regal.*

3 Adeo ut investituram esse † modum acquirendi, post Baldum & Afflictum non modo dicere Mozzium *in tractat. feud.* Knichen *de vest. pact. part.* 3. *cap.* 4. *numer.* 92. meminerim: sed quoque ipsum Argentræum alibi largiri, eamdem feudi titulum esse & dominii utilem translativum. *d. commēt. art.* 266. *ad verb. quel. tiltre. n.* 21. *p.* 997. Ioh. Gryphiand. *adde dict. tract. de Insulis. c.* 24. *n.* 73. *cum seqq.* A quibus parum aut nequaquam recedit Matthæus Wesenbecius, qui per hunc titulum dicit in specie, molendinorum possessionem probari, retineri, juraq; integra conservari, *d. cons.* 34. *n.* 30 31. 32. 33. 34. 35. *cum seqq. inprimis consil.* 124. *fere per tot.* quibus in locis multa de investitura tradidit: imo licet traditio facta, & adprehensio non sola investitura probētur; nisi in concessione Imperatoris, per quam dominium ac possessionem transferri vult Andr. Knichen *tract. de subl. territ. c.* 2. *n.* 8. 9. 10. præsumtive tamen per eam hoc fieri, idem post alios testatur Wesenbecius *consil.* 197. *numero quinto. part.* 4.

4 Et hanc ob causam † investiendi verbum inportare feudi acquisitionem, testatur Stephanus Bertrandus *cons.* 320. *n.* 2. *vol.* 4. pulchre Bocerus *dict. class.* 5. *disp.* 16. *th.* 1. *p.* 151. & Joh. Zabelius *in feu. Inst. disp.* 4. *th.* 5. intellige proprium; indeque expediti juris esse, Schurpffius perhibet, quod sint duo modi principales acquirendi feudum, scilicet per investituram, aut per successionem, juxta textus ab ipso adductos *cent.* 1. *consil.* 84. *num.* 1. Bocerus *d. disp.* 16. *th.* 6.

5 Investitura quidem † sive investitio alibi dicta, est solennis cessio, sive concessio feudi: eaque vel propria vel abusiva, & vel veteris vel novi beneficii, facta in scriptis vel sine scriptis, ut Obertus & Gerhardus literis prodiderunt apud Hattyserum *dicto loco, pag.* 79. 80. 82. Niellium *disp. feudalium quarta, thesi prima & secunda.* Gryphiandrum & Bocerum *dicto loco. th.* 7. 19. 20. 21.

6 Propria est, † quando Dominus vasallū vel alium ejus nomine in veram feudi possessionem inducit; unde & investitura realis dicitur possessio, sumto effectu pro causa, *l. 2. feud. 2. in princ.* Duarenus *c. 7. de feud.*

In propria sive abusiva, quæ & verbalis sive symbolica dicitur, est, quando dominus hastam vel aliud corporeum, puta vexillū, baculum, gladium, virgam aut annulum, cum similibus vasallo tradit, perque hoc se

investituram facere adfirmat aut testatur. Hattyserus *dicto capite nono, pagina* 80. 83. Crusius *in lect. feud. cap.* 5. *pag.* 30. *&* 32.

Qui præter veteres ac majorum gentium Doctores, utriusque differentiam & 7 naturam patefaciunt: juxta quam † vestire est confirmare, & Vestitura feudi est confirmatio, testibus adhibitis facta; voce hac in re etiam Karuli Magni temporibus usitata, teste Fr. Lindenbrogio *in gloss. antiq. le. pag.* 1494. *in princ.*

8 Illam namque de † rebus variis, & ritu non uno concessam aut peractam à majoribus nostris fuisse novimus. Is quidem ex parte novus est, sed nomen ex antiqua voce compositum. Quod suo sanoque sensu verum est, & ab Hottomanni opinione alienum, qui barbaram esse vocem notat *in lex. hoc verb.* ab eoque similiter dissentit Cujacius 2. *feud.* 2. *pr.* qui hoc differtur, insuperque docet hujus generis investituram olim usitatam fuisse in contractu emtionis, venditionis, in quo emtor fuste, de re vendita investituram pro traditione rei venditæ fuisse, (ut hodie clavium traditio, & similia apud Argentræum *d. lo.*) notat idem Cujacius *lib.* 8. *obs.* 14. P. Faber *in l.* 11. *num.* 7. *de R. I.* & Niellius *dict. disp. feud.* 4. *thes.* 1. *libro* 6.

Juvant nonnihil, quæ adfert Prattæus in *lex. juris. verb. investitura. & verb. exfestucare.* quamvis illam formulam non esse valde antiquam, insimulet Zabelius *dicta disputatione quarta, thesi quinta, pagina mihi* 114. *in princip.*

Cæterum norunt omnes, investituram variis celebratam fuisse ceremoniis, quarum nonnullæ adhuc perdurant: inventæ à populis, qui feuda concedere solebant, & per istam confirmare. Inter alias regna per gladium & coronas conferri testantur Guntherus *lib.* 1. *v.* 550. 571. Arnisæus *tract. de majest. lib.* 1. *cap.* 5. *pag.* 149. Johann. Frid. Matenesius *in libell. de sceptro regal.* item feuda per herbam, terram, vexillum, annulum, festucam &c. aut per illorum symbola dabantur, ut videre est apud Lindenbrogium *in d. gloss. Cod. LL. antiq. verb. traditio.* Prattæum & Calvinum *in lex. ju. verb. investitura.* In actis Brunswicens. sive Braunschw. Histor. Händel. in causa Ducis contra Civitatem, *part.* 1. *memb.* 1. *pag.* 29. *cap.* 2. *num.* 5. & Andr. Knichen *tract. de subl. territ. cap.* 1. *num.* 358. *cum seqq.* Similiter mediantibus Chirothecis concedebantur; cujus rei vivum exemplum in traditione Liemarii invenimus, apud Erpoldum Lindenbrogium *in scriptorib. rer. German. Septent. pag.* 169.

Sic aliud fuit per † Pennam & Calamarium beneficium in creandis Notariis exhibitum; quod intelligitur ex diplomate 9 concessi Ludovico Palatino Vicariatus, per Rupertum Rom. Reg. semper Augustum: *Dantes etiam potestatem plenissimam, Notarios publicos & tabelliones cum auctoritate & potestate plenariis creandi, faciendi, & de tabellionatus officio instituendi seu investiendi (ubi moris est) per pennam & calamarium; recepto ab ipsis prius & eorum quolibet pro nobis ac sacro Imperio debitæ fidelitatis solito juramēto, &c. A. D.* 1401. apud Marquardum Freherum *part.* 1. *orig. Palat. pag.* 117. Dicimus ex eodem & aliis quoque, *sup. quæst.* 3. *numer.* 11. *quæst.* 20. *n.* 5. *quæst.* 23. *n.* 16. 17. *q.* 35. *n.* 10. 11. 12. 13. 14. simul cum cæteris rebus vel separatim † molendina seu farinaria fuisse data ac donata. 10 Quis non pari aut dispari vel convenienti etiam ritu id factum crederet? Inprimis cum hanc materiam omnes ad jus feudale referant, molēdina pro prędio sive urbano, sive

sive rustico habeantur, pro domibus item seu ædificiis, ac rebus inmobilibus, vel si alterum malueris, mobilibus adnumerentur: quamvis in illis aut æquipollentibus feudum tantum consistere Dd. communiter dicant; in his vero posse etiam valere illud, ac constitui contendat Bocerus *d. class.* 5. *disp. de modo constit. feud. per invest.* 16. *th.* 31. quibus lucem in terminis addidi *in qu.* 8. *per tot.*

11 Molendina sane † feudalibus rebus aliis frequenter adnumerari Choppinus & Argentræus passim addocent, & Feudistæ, communiter tradunt. Inde aliquot deduxi casus qui hujus loci sunt: scilicet in multiplicibus investituris jus molendinorum pro beneficio Regali aut Principali æstimari & exprimi, *qu.* 7. *n.* 6. per has licite haberi & acquiri, *q.* 9. *n.* 48. 57. proindeque per illas subditos ab eorum ædificatione quandoque arceri, *qu.* 10. *&* 22. eosdemque ad bannaria molendina adeunda cogi jure nonnumquam ex rationabilibus causis posse, *quæst.* 11. *nu.* 110. Anton. Tessaurus *d. decis.* 16. *nu.* 9. *&* 10. posse hac itidem via prospicere Principem, locis aut fluminibus publicis ac navigabilibus, per molarum ædificationem, damnum ne adferatur, *qu.* 14. 15. 16. *&* 17. *sparsim.* ex quibus hujus quæstionis ac facultatis utilitas innotescit. Pendet ab hoc namque principio superior illa quæstio, in præcedentibus aliquoties repetita: † an cum molendinis investiti Domini, in suis molendinis molere subditos cogere possint? Quod negare videtur Rosenthalius *Synop. feud. cap.* 5. *conclus.* 26. *n.* 6. *pag.* 170. Sed Tessaurus cum cæteris adfirmativam tuetur sententiam, quam ego pluribus declaravi *alleg. quæst.* 7. 9. 10. *&* 11. Quid si etiam cum causa hoc faciat Princeps, vel à superiore illi hæc facultas per

12

investituram expresse tributa sit? Annon hoc facere possunt monarcha? Quod ex literarum tenore perspicit, & tributa dignitate, sub nomine der Hohen Lands-Fürstlichen Obrigkeit; de quo plenissime allegati *quæst.* 16. *nu.* 26. Investituræ enim † nituntur fundata intentione, faciuntque rem notoriam, probationem probatam, & veritatem adparentem, haut sequius ac instrumentum, secundum quam judex pronunciare debeat, juxta Iserniam, Pacianum, Meichsnerum, Baldum, Rolandum & Præpositum apud And. Knichen *d. tract. de subl. & reg. territ. cap.* 6. *num.* 281. *cum trib. seqq. pag. mihi* 91. Et ideo † ni Imperator fuerit, tenetur investitus probare jus investientis, secundum Petram, Lancellottum Galliam & Cravettam, apud eumdem Knichen *d. lib. cap.* 2. *num.* 12. *&* 13. cum vestitura † mentem concedentis & acquirentium declaret, deroget juri & moribus, ejusque tenor considerandus; vestitia pactio amussatim trutinanda & instrumentum ipsum diligenter inspici debeat; quod sciatur, quid & quantum vasallo sit concessum, ut probat Ant. Quetta *consil.* 5. *nu.* 1. & idem tenet Parisius Cardinalis *consil.* 1. *nu.* 1. *vol.* 1. *repetit. consil.* 5. *nu.* 1. pluribusque inculcat post veteres Knichen *in operibus suis passim.* quod ante omnia ut fiat, ex communissima Dd. opinione multis monet Intrigliolus *tract. de feud. quæst.* 10. Petrus de Gregorio *tr. de concess. feudi part.* 3. *quæst.* 1. *num.* 1. *cum seqq.* & Karulus à Kirchberg *disc. de feudo ex pacto & provid. cap.* 1. *n.* 22. 23. 24.

13

14

15

16 Accedit † quod videndum sit prius, an vestitura sit generalis vel specialis, cui acquisitioni illam tamen non officere, tradit iterum Knichen: illiusque interpretationem ita faciendam suadet, ut quam minimum

mum lædant jus commune feudorum *d. lib. de subl. territ. cap. 5. num. 148. de vest. pact. part. 1. cap. 3. num. 4.* Quod tamen intelligerem quandoq; ex justa causa fieri posse, ut Princeps suo Privilegio jus singulare aut speciale alicui vel singulis tribuat, quod alias cunctis in genere & antea jure ordinario non licuit *supr. quæst. 23. numer. 3. 4.* Kirchb. *d. num. 23.* præter ius, inquam, non directo contra illud: sed juxta majestatem aut potestatem sibi principi à lege aut populo adsignatam; & præterea breviter † salvo meliori jure tertii *quæst. 15. num. 32. d. quæst. 23. arg. l. un. C. de metrop. Beryto. lib. 11.* Joh. Althusius *lib. 2. dicæol. cap. 3. numer. 60. & 61.* sine quo præjudicio (enormi) omnes investituras intelligendas esse, pronunciat Castrensis *consil. 72. in causa num. 2. vol. 2.* Decius *consil. 468. superiori nu. 26.* & Henn. Gœden *consil. 13. num. 20. de feud.* adeo ut † præsumantur fraudulenter impetratæ, si abfuerit clausula, Salvo jure tertii, juxta Felinum *in cap. 2. num. 1. de præscript.* Zasium *consil. 17. numer. 75. lib. 1.* & Wesenbecium *d. consil. 197. numer. 2. part. 4. juncta quæst. 23. num. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25.* unde, profluit; quoties privilegium tendit ad noxam, & ex eo apparet, quod tertius graviter læditur, toties à Principe revocationem vel moderationem recipere, *juxta cap. suggestum de decim.* Menoch. *in 3. respons. cau. Finar. numero 17.*

17

18

Communiter vero qui Jus Superioritatis, die Lands-Fürstliche Hohe Obrigkeit/ sibi adscribunt † ita pro personarum ratione à Cæsare investiuntur in Germanico Imperio: Mit den Hertzogthumb/ Landgrafschafft und Marggrafschafft; item Pfaltzgrafschafft und andern Fürstenthumben/ Landen/ Leuten/ Lehen/ Lehenschafften/ Aemptern/ Städten/ Stücken un̄ Gütern/ Zollen/ Glaiten/ Schulden/ Renten/ Zinsen/ Nutzungen/ Gerichten/ obrist- und nidrigst- Bergwercken/ Saltzwercken/ Wildbahnen; sampt allen andern dergleichen Lands-Fürstlichen Hoheiten/ Regalien/ Herrligkeiten und Gerechtigkeiten; Oder gemeiniglich mit allen und jeden Fürstlichen Regalien/ Herrligkeiten/ Obrigkeiten/ Ehr/ Würden und Freyheiten/ Gerechtigkeiten/ Gewonheiten und Eingehörigen/ benandt und unbenant/ allermassen wie es von dero Vätern und Vorfahren besessen und innen gehabt; quomodo communiter investituras se habere, testatur Knichen *in tract. de Saxon. non provoc. iu. verb. Ducum cap. 4. num. 61. pag. mihi 211.* & eadem omnia qualia sint, deinde per exempla fuse deducit: ego etiam superiora universa ex hac concessione declaravi, & quid per eam Principes consequantur, & quomodo molendina ad regalia bene referantur, ubi lector vidit. Reliqua nunc subjiciam quæ in hac materia & quæstione supersunt, quæque præter anteriora hoc tempore mihi obvenerunt. Universales enim † regulæ vix satisfaciunt intellectui practico, nisi quid de quolibet ulterius sit aut traditum, aut exceptum in specie exigatur, dicente Baldo & referente Argentræo *d. art. 266. c. de titul. rescis. subject. n. 15. in fi. pag. 995.* Ratio reddi potest ex Joh. Gryphiandri *tract. de Insulis cap. 20. n. 103. 104. 105.* ubi verbo insuper Angeli ait, pauperis esse Doctoris, allegare regulas generales: imo miserorum refugium, cum eodem Nevizanius statuit.

19

20

Non autem movet me, aut dubium ullum superesse potest, Molendina in † feudum concedi aut cum eo simul acquiri solere: cum quod male aut frustra ipsi Interpretes in suis scriptis feudalibus istam materiam ex professo tractassent, si eo proprie

21

prie non pertineret; tum quod consuetudines manifeste id adprobent, & de illa testimonium præter superiora exstet Heinrici Boceri, dicentis: molendina nos in fluminibus ædificata videre, & bona haberi pretiosissima, ita ut Principibus aliisq; potentioribus in more positum sit, ea in feudum concedere, *tractat. de regali. cap. 2. nu. 146. in fin. pag. 164. in princ.* adeo etiam, ut molendinum non modo magna constet impensa: Sed etiam nec aliis jam ferme cõpetat, quam feudi titulo insignitis, dicente Renato Choppino *ad leges Andium lib. 1. cap. 23. n. 1. p. 235.* Diu antea quoque idem prope obtinuisse, perspicuum feci in diplomatibus & privilegiis antiquis, quorum verba, huc spectantia excerpsi & passim inserui; idem confirmat Sächsisch Lehnrecht/*cap. 11. & 60.*

Concedebantur enim ac donabantur, perque instrumenta publica ac per investituram olim conferebantur à Principibus, tam clericis quam laicis, bona & adhærentia molendina. Sic Imp. Ludovicus dedit Johanni Regi Bohemiæ Anno 1319. in feudum das Marggraffthumb und den Kräyß Budissin/ sampt Mühlen / Qvellen und Flüssen. Quomodo etiam intelligo † Chartam vet. *in Alm. Gold. tom. 2. num. 28.* talem: *statuimus inter nos, ut venerabili Abbati & fratribus prædicti Monasterii decimam in subnotatis locis, sicut illius temporis in illorũ erat vestitura, concederemus. &c.* Alia Charta *n. 24.* ita habet: *Tam marchis, quam ædificiis curtilibus, terris, pratis, vineis, sylvis, aquis, aquarumq; decursibus, cultis & incultis, omnia ex integro, pro remedio animæ suæ nobis tradidit, in earatione, ut nos easdem res statim habeamus, & ex illis faciamus, quidquid voluerimus, & ille à nobis accipiat in beneficium in tempus vitæ suæ &c.* apud eumdem Frid. Lindenb. *in gl. antiq. leg. pag. 1471.*

22

Quale † feudum cum suis pertinentiis esse, communiter usu receptum est, Henr. Bocerus *d. clas. 5. disp. 16. th. 4. per tot.* Ioh. Niellius *disp. feud. 1. th. 6. lit. E.* Paul. Berens. *disp. feud. 1. th. 14. & 15.* quamvis alii id negent: de quo tamen jam non litigo, an feudum per jus, contractum, usumfructum vel per beneficium recte definiri debeat; de qua concertatione præter cæteros lege Helf. Ulric. Hunnium *tract. feud. c. 5. per tot.* In eo autem cardo controversiæ potissimum versatur, de quibus † molendinis id sit intelligendum, quæ in feudũ largiri quis debet aut potest. Sunt qui feudum in rebus inmobilibus tantum constitui posse, adseverant,: Sunt alii qui idem de mobilibus prædicant *sup. n. 10. q. 8. nu. 52.* Sunt etiam qui moletrinas utriusque generis rebus adcensent. Ex quo † Curtius infert *tractat. de feud. 1. part. q. 6. n. 11.* in molendinis tam quam rebus inmobilibus, feudum constitui posse, teste Ioh. Licirier *lib. 2. q. 4. fol. 56. col. 3.* Feliciano de Solis *tract. de censib. lib. 2. cap. 4. n. 37. pag. mihi 182.* Qui tres loquuntur de molis in terra, vel ad aquam in ripa exstructis, iisque firmiter adhærentibus. A quorum partibus stat etiam Iohan. Rudingerus *lib. 2. cent. feud. c. 11.* quod ipsemet allegat *cent. 3. observ. sing. 68. num. 5.* Et ita quoque ipse Choppinus superiorem suam adsertionem fortassis restringere voluit, dum alibi ait: Res soli solove cohærentes licite concedi beneficii (quod feudum esse antea dixi) nomine *lib. 1. de morib. Par. tit. 1. nu. 6. per princ. lib. 2. feud. juncta q. 8. n. 7. 9. & 13.*

23 24 25

Quid † vero dicendum de molis aliis? Molendinum sane fluitans non-bannale cũ fundo recte in feudum concedi ait Rosen-

26

thalius *d.synop.feud.c.4.concl.4.n.3.p.* 116. Atq; ita molam natantem videtur pro re inmobili accepisse, cum tamen solū substratum non habeat: Nec id alibi admittat, *sed d.c.4.concl.4.n.1.&* 2. respondeat, molendina terræ inhærentia, item πνευματικά sive ventosa & alata in feudum dari posse, fluitantia non item, nisi sint bannalia & perpetuæ servitutis jure navi inposita seu superstructa, ut ibi subditi teneantur molituram facere, vel ut in concessione feudi vasallus obstringatur sarta tecta conservare; Quibus casibus rebus soli adnumerari, post Choppinum censet Andr. Knichen *d.tract. de vestit.pactwon.part.2.c.4. nu.*46.*usq; ad n.*61. Paulo aliter Niellius *disp. feud.3.th.*1. *in princ.& th.2.post princ.* Ubi tamen rursus miror hos talem fictionem cupere obtrudere, qui similem aut legibus magis firmatam respuunt *d.mea q.*8. deinde cum ob planitiem, tum alias quoque in aquis (pacatum licet in continenti terra sit cælum) semper fere ventus spiret, uno nisi tempore fortius altero; quid dicerent de suis pneumaticis, si navibus pariter impositæ molæ fuerint? & à ventorum adflatu verterentur? cum non modo turribus inædificata molendina dixerim, *sup.qu.*5.*nu.*20. sed etiam ficulnea illorum argumenta penitus disploserim, *d.qu.8.per tot.* ex qua horum decisiones pete ac repete, pedemque mecum & manum ad cætera, promove.

QVÆSTIO XXV.
Qvomodo molendinum acqviratur statuto?

SUMMARIUM.

1. Connexio præcedentium & sequentium num.2.
2. Statuta testamentariis legibus adsimilantur.
3. Statutum quid sit?
4. Consuetudo à statuto in multis differt.
5. A quibus illud condatur, cum authorum syllabo, qui de statutis multa compilarunt.
6. Ἀνακεφαλαίωσις sive repetitio superiorum perbrevis ac summaria in materia de molendinis, cum numer. seqq,
7. De statuto molendina bannaria introducente, Ripæ, Rosenthalii & Hamelii sententia: quo dominus vult cogere subditos, ut ad molendinum suum præcise veniant.
8. Statutum tale an liget etiam Ecclesiam vel Clericos, illosque comprehendat cum num. 14.
9. Molendina construere, aquamve ex flumine publico derivare possumus, concessione Principis ac Civitatis statuto, cum num. 10.
10. Quo casu an illud facere liceat, & quidem cum alterius præiudicio, quæritur.
11. Num molendinis privatorum possit tolli ius macinandi per statutum, quod tantum quis molendina dominicalia adire & frequentare debeat, remissive.
12. Statutum Mutinense an valeat, quod omnes, qui habent molendina, teneantur facere vegetes pro transitu canalis communis, num.13.
13. Vtilitas publica multa specialia habet.
14. Ecclesiæ & clerici ad molendina, nemora, pontes, aliaq; onera extraordinaria tenentur, nu.15.16.17
18. Multa officia seculares & Ecclesiastici sibi exhibere debent.
19. Forenses ad Ecclesiæ refectionem an teneantur, & ad expensas tempore pestis faciendas?
20. Danigeldum quid & cur ab eo libera exstiterit Ecclesia Anglicana?
21. Statutum de Gabellis, ut inponatur molendinis habet locum in fructum reddentibus, cū n.22.23
22. Collecta est exigenda ratione fructuum & bonorum, non qualitate personarum.
23. Molendinū naturaliter usumfructumq; nō adfert.
24. Quæ sit ratio statutorum, quod molendina non possint fieri, nisi certo spatio interjecto remissive.

IUre scripto conceditur † molendinū exstiuendum, vel modo ędificatum, aut statuto, aut privilegio & instrumento investituræ. De duobus his actum est, alterum sequitur, de quo hoc loco. Deinceps succedet membrum aliud, successioni legitimæ & testamentariæ tributum. Idq; haut incōmode: Cum † statuta æquiparentur ultimis voluntatibus (quæ in jure quandoq; judicia vocantur, & quibus molendina in feudum concedimus vel alia via licite transferimus *inf.q.26.n.9.10.*) à Glossa & Bart. *in l.1.C.de his quibus ut indig.* Doctorib. *ad l.in cognit.D.ad Syllam.l.si filius fam.§.ult.D.ad SC.Tertilli*, ad deniq; Chopp.*lib.2.leg.Andeg.par.2.c.2.th.2.n.7.p.*157. moderante tamen

men, legem ac testatoris voluntatem æquipollere, Argentr. *d. comment. tit. 14. art. 266. c. de præscr. rer. non-alienand.* 1122. 1123. Dicendum vero prius, statutum quid † sit & à quibus condatur? Estque jus privatum sive proprium, quod quilibet sibi populus vel magistratus constituit in scriptis redigendum & per hoc à consuetudine & jure cõmuni separandum, *c. jus civile dist.* Melch. Klingius *ad tit. Instit. de I. & I. c. de jure civili n. 18. & 19.* Henric. Bocerus *clas. 1. disp. 3. th. 38. 39. & 40.*

3

4 Hæc duo enim † in multis differunt, igitur vicissitudinaria argumentatio absolute non procedit, teste Knichen *in comment. de Sax. non prov. ju. verb. jus. cap. 2. numer. 199. pag. mihi 253.*

5 Condere autem † statuta possunt civitates, & complures aliæ universitates; & sic Municipium concedere molendinum extruendi, aquamve ducendi Senatum dare potestatem dixi q. 23. *num. 9. & 12.* Quod qui planius, pleniusque cognoscere desiderat, is adeat Albericum de Rosate, Bartolum de Saxo Ferrato, Georgium Nattam, Baldum Perusinum, Albertum Brunum, Johannem Campezium & Laurum de Palatiis, qui integros de statutis tractatus scripserunt. Quibus adjungi possunt Bartolus, Iason, Butius & Dd. communiter *ad l. omnes populi 9. D. de just. & ju.* Ioh. Bertachinus *in reper. verb. statutum.* Horat. Carpanus *in prælud. ad statuta Mediol.* Iohan. Corasius *lib. seu. part. 2. de arte juris capit. 15. 16. 17.* Steph. de Phedericis *tract. de interp. leg.* Ioh. Schneidewein & Ludolph. Schraderus *ad tit. instit. de I. N. G. & C.* Dominicus Tuschus Cardin. *tom. pract. cõclus. lit. S.* Nicol. Losæus *tract. de jure universit. part. 3. c. 15.* Henr. Bruningus *in disp. de statut.* Henr. Bocerus *d. class. 1. disp. 3. th. 38. usq. ad 44.* Iohann Rudingerus *cent. 4. sing. obs. 82.* & alii citati à Marco Ant. Blanco *in præfat. ad lect. tract. de compromiss. fac. int. conjunct.* Ren. Choppino *ad leg. And. in præf.* & Ant. Heringio *in præf. ad lect. tract. sui de fidejuss.*

6 Quibus breviter delibatis, citato cursu ad † reliqua propero, adque casus particulares accedo, qui incidunt & à Dd. in præsenti materia formantur. Obiter autem repete ad accerse, quæ à me alibi dicta fuerunt: nimirum, Principem statuere posse, ut subditi æquis pretiis, prout annona exigit, frumenta vendant, *q. 11. num. 61. & 62.* statutum non valere, quo subditi coguntur ut ad certa molendina accedant; quod ampliatur *d. quæst. 11. n. 76. 77. 78. 79. 80. 81. Ripa ad d. l. quo minus numer. 31. D. de flumin.* statutum ex ordinata charitate factum, ratum esse, licet alterius præjudicium respiciat, *ead. qu. 11. num. 86.* pœnam, quæ indicitur, nisi quis molendina bannaria visitet, de jure non admitti; quod tamen sic declaratur *ibid. num. 94. 95. 96. 108.* jusque municipale molendini bannarii admissionem suadere posse *ibid. num. 136.* & statuta principalia ac provincialia, larga ista significatione, alibi produxi.

7 Quare ad † molendina sua, superiorem recognoscentes statuto nequeunt subditos suos cogere; licet hinc privatum commodum, aut publici etiam reditus augeantur: nisi tamen cum reipublicæ summa utilitate conjunctum foret, ut concludunt Ripa *d. n. 131.* Rol. à Valle *cõs. 22. n. 7. usq. ad 23. vol. 2.* Rosenthalius *d. c. 3. cõcl. ... n. 1. 2. & 5. p. 170.* & Hamelius *tit. Instit. de action. cap. 44. n. 4. 5. & seq.* Sed hoc allegata quæstione plenissime examinavi, ubi videte cum Schraderi *comment. ad §. 14. 15. 16. & 17. per tot. Instit. de rer. divis.*

8 Et si maxime † tale statutum valeret, tamen

tamen non ligare Ecclesiam vel Clericos, respondet Socinus *cons.272.vol.1.* ubi hanc opinionem dicit communem ex Iasone *ad l.quo minus 2.quæst 25.nu.156.D.de flumin.* adjunge Pet. Ancharanum *consil.155.incip. optimis rationib.* Collegium Bononiense *in consil.12.& 13. inter ejusd. Anch. consil.* & confer Renat. Choppinum *lib.1. leg. Andeg. cap.31.* & de Sacerdotum immunitate eumdem *lib.1. Francisci census Augusti.tit.14.& lib.3.sacræ polit.forens.tit.2.* Sed contrarium tenet Baldus *cons.11.inter cons. Ancharani.* eumq; Jason testatur niti ac moveri optimis fundamentis, dicitque hanc partem quoque sequutum fuisse Io.Cal. *in consil.21.posito in tit. De Consti.* ac Schraderum, cum Cravetta, priorem negativam adsertionem, multis modis restrinxisse ac declarasse, judicavi *d.q.11.nu.78.* Cæterum & præter alias rationes considera hanc, quam 9 in superiori materia Ripa dedit: quod † molendinum construere, aquamve ex flumine ducere possumus authoritate & statuto Principis, vel Senatus, per cujus territoria fluit, & qui Regalia habet vel consuetudine vel præscriptione aut privilegio *ad d.l.quominus numer.15.31.35.36.D. de flumin.* Bertrandus *cons.79.n.1. & 3. part.2. vol.1.* Schraderus *ad §.8.nu.1.2.3.cum seqq. insti.de rer.divis.* Quod itidem argumentum fusissime tractavi *q.15.16.& 17.*

Ex quibus vellem, ut quoque dirimeres 10 † Baldi Perusini quæstionem: scilicet quãdo statutum permittit super flumine fieri molendinum, an hoc facere tunc liceat, atque insuper in præjudicium tertii *d.tract. de statut.verb.molendinum n.1. Franc.Ripa d.n.131.in fin.* Sub quo tertio an laici vel clerici comprehendantur, paulo ante laudati indicant. Ego etiam præter alias declarationes, à me hinc inde congestas, & hanc adtenderem; ex qua causa, & à qua civitate illud statutum profluxerit; an forte ob benemerita alicujus & beneficia in rempublicam collata, vel num simul aut solum propter salutem ac commodum publicum? Unde quæritur † num molendinis priva- 11 torum possit tolli jus macinandi per statutum, quod nullus ad macinandum alia molendina adeat, quam civitatis aut communitatis moletrinas? Quod licet ex parte maxima à superioribus pendeat exque illis decidi possit; attamen percurre Ancharanum, Alexandrum, Bartolum, & Baldum relatos à Io. Bertachino *in repert.verb.molend.privat.n.44.* aliosque apud Schraderum *d.§.14.n.47.48.49.50.cum reliq.Inst.de rer.divis.* addentes in favorem publicæ utilitatis, aliud atque aliud esse decernendum. Ideo etiam † valere statutum Muti- 12 næ, quod omnes habentes molendina, teneantur facere vegetes (ut loquuntur, junge *qu.19.nu.3.*) pro transitu canalis communis, per canalia privata transeuntis; quia respicit utilitatem publicam (quæ multa † 13 specialia habet, ut ex inductione exemplorum liquet, quæ congessit Tuschus *tom.6. pract.conclus.960.lit.T.juncto tit. C. de navicul.non excus.inf.q.41.n.13.16.17.18.20.*) & consequenter simul privatam, licet alias sit contra jus commune: Quia qui facit canale, ut sentiat commodum, debet etiam sentire incommodum sive damnum & expensam, pro conducenda aqua per ipsum canale, *arg.l.1.deniq; ait 23.vers.ad hoc incõmodum D.de aq.plu.arcen.* dicit plene Alexander *cons.190.incip. Mature digestis. per tot.lib.2.* ubi pro utraque parte certat, & tãdem pro ista concludit; Cumulatque multa privilegia pro utilitate publica, & tollit omnia contraria *à n.8.vers.sed præmissis, usque ad fin.* teste Tuscho *d.concl.960.n.8.* qui

n.29.

14 *n.29.& 30.* subjicit: Licet alias † Ecclesiæ immunes sint, attamen propter utilitatem publicam gravari posse, & compelli ad deputandum ad molendina & nemora, usu publico & ad collectas, aliaque onera extraordinaria, propter eandem Reipublicæ salutem, juxta Angelum *cons. 206. in princ.* Franc. Duarenum *tract. de sacris eccles. minist. ac benefic. lib. 7. ca. 50.* Steph. Bertrandum *cons. 126. n. 4. & 5. part. 2. vol. 1.* Theod. Reinking *mox allegan. c. 3.* adducentem insuper Recessum Imperii de Anno 1542. §. und zu diesem Christlichen Werck / & de An. 1544. §. eod. qui eadem plane verba repetit, cum similibus. Et eam ob rationem

15 † Ecclesia quoque tenetur contribuere, pro Principis redemtione, teste Boerio *decis. 126. n. 8. & 9.* & tēpla debet concedere, ut flagitante politiæ salute incastellentur, ut dixi *in dissert. polit. hist. jurid. de jure castror. thes. 42. infr. in mantissa capit. 6.* Quæ utilitas publica conjunctam ut plurimum

16 habet † necessitatem: quæ ex licito solet facere inlicitum, ut alibi demonstro: Et quomodo Ecclesiam sive clericos ad iter vel pontem faciendum, vel muros reficiendos teneri, probabile est; si scilicet æqualiter securitatem præstet omnibus, vel de necessitate fuerit, secus si ad decorem id spectaverit, ut tradit Butrig. *in l. ad instructio. 7. C. de SS. Eccles.* Lucas de Penna *in l. fin. C. de expens. lib. 11. juncta l. 7. ibi omnes C. de oper. publ. l. 4. C. de privil. dom. Aug. lib. 11. Novel. 149. c. 3. circa fin.* Sequitur idem Nicol. Boerius *tract. de custod. clav. num. 48. 49.* Alph. Alvarez. *in specu. Roman. Pontif. c. 35. nu. 29. 31.* Pet. Greg. Tholozanus *lib. 3. syntag. ju. univ. c. 8. n. 3. & 4.* ac post Anchoranum, Baldum, Cacheranum, & Nicolaum Baldum decidit Theodorus Reinking *tract. de reg. secul. & eccl. l. 3. cl. 1. c. 3. n. 9. 10. 11*

17 Tertio requiritur etiam, si in confectione ac communi refectione † divinæ ne quidem domus & religiosæ ecclesiæ sint exemtæ, ut hæ locupletes sint, secus si solæ aut reditibus destitutæ; quod addit Gothofredus *in d. l. 7. juncta l. 18. & 28. in fin. C. de SS. Eccles. inf. n. 21.* eoque referendam esse, dicit sententiam S. Ambrosii, relatam *in c. aurum 12. q. 2.* Quæ sane præstare si detrectaverint, audient vicissim † Ecclesiæ ad refectionem forenses pariter non teneri, per

18 tradita Steph. Bertrandi *cons. 53. n. 4. 5. & 6. vol. sive lib. 1. par. 2.* quem citat Gasp. Antonius Tessaurus *in addit. ad parentis sui decis. 149.* ubi fatetur, se quidem censuisse, eosdem non teneri ad expensas, quæ fiunt in loco pestis tempore: aliis tamen placuisse contrarium, eo quod expensæ istæ concernant publicam utilitatem loci, perque eas conserventur coloni, qui fructus bonorum quoque pestis tempore colunt & percipiunt; deque eo videndum ait Joan. Gall. *q. 130. 137. 254. & 338.*

19 Et sic † mutuum officium clerici laiciq; præstare sibi debent, si alias bona sua ac civitatis curam curare velint. Provocant quoque ea liberalitate, ubi vires suppetunt, ut immunitatibus reliquis gaudeant, imo consideratis circumstantiis prorsus aut maxima ex parte ab oneribus liberentur.

20 Unde ecclesia † Anglicana à Danigeldo *h. e.* collectis ad conducendos eos, qui Danorum irruptionem reprimerent, inpositis (forte eadem terminatione, qua in jure Saxonico Werdigeldum indigitant) cur libera fuerit, seu quare nihil solverit, explicatur in ipsius legibus antiquis, hoc modo: *De hoc quoq; Danigeldo libera & quieta erat omnis Ecclesia, & etiam omnis terra quæ in proprio dominio Ecclesiæ erat ubicunque jacebat, nihil prorsus in tali redditione per-*

solvens; quia magis in Ecclesiæ confidebant orationibus, quam in armorum defensionibus, referente Guil. Cambdeno in descript. Britan. pag. mihi 76. Secundum priora demum respondetur: statutum de † Gabellis 21 molendinis inpositis, habere locum in molendinis reddentibus fructum, non de inutilibus, juxta Bald. *in c.1.§. si quis de manson. 19. in fin. De contro. invest.* Vincent. Caroc. *decis.* 106. *nu.* 7. Quod observandum in den Türcken-Stewr-Anschlägen & adhibendi, quos de collectarum jure agentes adduxi *qu.* 22. *n.* 14. *&* 15. Sicque eadem æquitate motus Alvarot. statuit, Collectam 22 † esse imponendam ratione fructuum & bonorum, non secundum qualitatem personarum, *in c. similiter num.* 3. *De cap. Cunrad. pag.* 229. *A.* post Glossam, Bartol. & 23 Baldum: Cum alias quoque † molendinum non fructificet naturaliter, sed opera molentium & instrumenta quæ deputantur una cum domo & situ molendini præbet reditum. Corn. *cons.* 289. *n.* 12. *vol.* 1.

24 Tandem quæ sit † ratio statutorum disponentium quod molendina non possint fieri, nisi dimissa certa distantia inter unum & aliud? Quærit & explicat Alexand. *cons.* 22. *in* 2. *col. lib.* 4. *cum inf. quæst.* 43. *num.* 42.

QVÆSTIO XXVI.

Qvonam beneficio nostrũ fiat molendinum Testamento seu vltima voluntate.

SUMMARIUM.

1. Ordinis ratio & alius acquirendi modus, nempe successio.
2. Eaque duplex, testamentaria & legitima: utraque non potest cumulari.
3. Autoris excusatio, cur hisce in duabus quæstionibus brevior sit & tractatio sterilior.
4. Quinam de testamentis sine ultimis voluntatibus & successionibus ab intestato seu legitimis libros evulgarunt, remissive.
5. Ant. Heringii parænesis ad suos populares, & de singularum materiarum tractatibus.
6. Cunr. Rittershusii judicium parallelum.
7. Mirum non videri, quod circa hunc passum quoq; oriantur ambiguitates; Cum ratione de liberrima testatorum voluntate.
8. Vltimarum voluntatum species variæ, quæ sub hoc nomine comprehenduntur.
9. Iisdem statuta æquiparantur.
10. Cuius rei similitudo in cognata adpellatione, observantia, tenore & interpretatione sita est.
11. Quæstionis octavæ usus & adplicatio: num molendinum rebus mobilibus adnumeretur, & cuiusnam facilior dispositio sit?
12. Servitus aquæ ducendæ ad molendinum, ultima quoque voluntate vel inter vivos constitutione haberi potest cum illatione & differentia.
13. Ius præoccupationis, num ad hæredes in hac materia sit transmissibile, ex Schradero.
14. Molendinum in fundo suo ædificare nequit hæres eius, qui alteri usumfructum molendini sui legavit, in præiudicium usufructuarii.
15. Legato instrumento pistorio, num ipsi pistores insint: item an mola fundi vel ædium instrumenta contineatur?
16. Legatum quid & an per illud molendina bonis nostris adcrescant?
17. Legato penu, num veniant molæ?
18. Supellectilis nomine an eædem comprehendantur, latius.
19. Legato molendino, num veniat stabulum?
20. Stabulum an pro prædio urbano vel rustico sit habendum, remissive.
21. Legato, donato aut vendito molendino, an lapides molares debeantur, itidem remissive.
22. Res dicitur satis demonstrata, per expressas qualitates, licet eius confinia non sint simul adsignata: quod transfertur ad legatum molendini ex Card. Parisio.
23. Quomodo & quando ex legato incerto fieri possit certum, remissive.
24. Generale axioma in cunctis hisce notandum, ex Pedio, Paulo & VVesenbecio.
25. Alterum tale: Opiniones pro matrimoniis & testamentis concludentes esse præferendas cæteris sententiis.

INter causas seu † acquisita rerum Dominia deputantur quoq; ultima testatorum 1 judicia, sive licitæ hominum de bonis suis dispositiones; quibus illa non minus obveniunt, quam vivorum donatione vel conventione. Quia vero molendina inter eadẽ numerantur, & tam cum aliis facultatibus, quam

quam rebus feudalibus accipiuntur; fit, ut post alios acquirendi modos præsenti eas, sicuti totũ feudũ successione consequamur.

2 Hæc vero † testamentaria constituitur vel legitima, ex communi Doctorum regula: secundum hanc quamdiu una adest, altera non opus est; vel prius despicitur an ex testamẽto & deinde, num ab intestato heredes fiamus ac succedamus. *l. 1. in princ. D. si tab. test. nul. exstab. l. quamdiu 89. de R. I.* Unde etiam causam testati & intestati non posse uno libello ab hæredibus cumulari, testatur Mynsing. *cent. 3. obs. 25.* adde Boceri *clas. 6. disp. 11. per tot.*

3 In quibus † duobus capitibus brevior ero, quia modos istos respectu hujus materiæ molendinariæ apud Interpretes non tam frequenter ventilatos reperi, & temporis quoque obstrepens angustia in causa est, sæculique male-sana conditio & librorum adempta vel denegata copia, quo minus singula ruminem; denique eo facilius mecum id credat lector humanissimus, quia in his casibus (maxime si molendina ventosa respexeris, *sup. q. 5. n. 17.*) tam singularia maximeque controversa non obcurrunt, sicuti in præcedentibus & subsequentibus aliis: Sed legibus testamentariis generalibus cuncta subjacent, ex quibus causarum decisiones petendæ sunt, & illis quotidie obversantibus speciatim adplicandæ.

4 Si quæ † obscura & dubia tamen in istis tractationibus se obferunt, diligenti habita deliberatione, & judicio adhibito satis maturo, facili negotio consopiri ac decidi poterunt ab his, qui multijugam eruditionem consequuti sunt, variæ lectionis viri existunt & adcurate ad animum factiq; species revocant, quæ de testamentis, codicillis & successionibus ab intestato Doctores literis publice commiserunt; quos autores longo ordine & cumulo transscripserunt Joh. del Castillo Sotomayor Hispanus *l. 4. quotidian. controv. part. 1. cap. 1. per tot. c. 3. n. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.* & Cunrad. Rittershusius Brunsw ga-Germanus *in docta ac method. expos. Novel. par. 7. c. 2. per tot.* quod hinc labori destinavit ac in aliorum gratiam studiosis consecravit: quibus novissime accessit Thomas Maulius *in tract. de ulti. volunt.* & ante eum Valent. Forsterus *tract. de success. ab intest.*

5 Adhuc enim mihi placet † Dn. parentis mei filiali memoria prosequendi monitum aut si mavis tacitum mandatum, quod ita concepit & generosissimo nostro Comiti publice quasi exhibuit: *Suscepi hoc opus, ut Sympatriotis meis, in Academiis adhuc hærentibus, aut aliquando victuris, ad simile quidpiam in decus & laudem patriæ nostræ & præclari eximiiq; nominis Generos. Tuæ prædicationem, tentandum, exemplo meo primus prairem, atque itineris hujus quasi monstrator fierem.*

Postea ad lectorem deflectens orationem suam, ita incipit: *Experientia edoctus vere adfirmare possum, cupidæ legum Juventuti, imo & juris Prolytis, nihil magis prodesse, quam si ad unamquamque materiam, specialem aliquem tractatum vel auctorem, omnia eodem spectantia, justo ordine colligentem & digerentem in manibus habeant, nec ad immensos illos Doctorum commentarios (quos utique in promptu habere, vel redimere posse, multorum non patitur curta supellex, arg. l. 1. §. sed neq; 6. l. tanta 2. §. omnibus 13. (de vet. jure enucleant) ablegentur; in quibus ut maxime omnes indices, omniaq; summaria volvant atq; revolvant, tamen raro decisionem in terminis invenient, interim deplorandũ pretiosissimi temporis jacturã facientes.* Ant. Hering. *in Epist. & præf. tract. de* fide-

ff. de juss. utique ante eum prudenter admonuit Franciscus Baldus *in proœm. d. tractat. sui de præscription.*

Nec ab hac opinione divortium facit 6 laudatus † Rittershusius, qui illum alicubi veterem suum amicum & commilitonem satis honorifice cognominat, *in notis ad Malchum*, deque eadem re tale judicium interponit: *Plurimum*, inquiens, *refert in omnibus juris partibus scire, qui nam sint celebriores scriptores, qui de eo, quod præ manibus habeas fuerint commentati, Idq; ideo, ut ad eos recurrere possis, & ab ipsis petere consilium aut decisionem, in illa quæ forte inciderit quæstione aut controversia. Nam ita comparatum est, ut nō omnes, quæ de re aliqua incidunt controversiæ possint ex jure Justinianeo decidi: Sed opus sit etiam aliis interpretibus & commentatoribus, præsertim talibus, qui usu vitæ civilis versati, & experientia optima rerum magistra edocti sensus habeant exercitatos (ut loquar cum Paulo) & observarint atq; annotarint ad suos pariter aliorumq; usus, quid potissimū nostris usibus receptum sit, & ubi maxime nodus sit vindice dignus in d. expos. Novel. meth. part. 7. c. 2. n. 1*

A quo diverticulo in viam lineamque rediens, præmitto pauca ac deinde subjungo, quæ de præsenti materia in penu meo literario adservaveram, & hucusque consignaveram. Principio non mirum esse, de † mo- 7 lendinis hic quoque sollicitudinem suscipere, eaque per ultimas voluntates ad hæredes transferri. Hoc enim testandi jus in arbitrio hominum est situm, ut de rebus suis libere disponant *l. 1. C. de SS. Eccl.* modo contra leges nil peragant, aut moliantur. Et ideo testatoris voluntas permissa habetur pro lege, non autem vetita & inlicita, *Novell. 22. §. dispon at. DD. in l. nemo potest D. de leg. 1.* Surdus *decis. 101. num. 5.* Quod Justiniani Imp. sanctione ita robur accipit, qui secundum veteris interpretis translationem inquit: Disponat unusquisque super suis ut dignum est, & sit lex ejus voluntas; sicut & antiquissima nobis lex & prima pene Reip. Roman. disponens ait, secundum antiquam & patriam linguam ita dicens: Uti legassit quisque de re sua ita jus esto, apud Rittersh. *de exposit. part. 6. cap. 1. numer. 1.*

Ultimarum vero † voluntatum appella- 8 tione omnes ultimæ voluntates veniunt, dicente Horat. Carpa. *ad statut. Mediol. vol. 1. cap. 400. n. 4.* post Curt. junior. *cons. 98. col. 2. n. 5.* quod explicant Jo. del Castillo *d. lib. 4. part. 1. c. 2. n. 3. c. 3. n. 4. & 5.* Rittersh. *d. c. 1. n. 10. per tot.* iisque † statuta æquiparantur, 9 eodem teste Carpanio *in prælud. d. vol. 1. nu. 114.* Menoch. *de arb. jud. q. 1. lib. 2. casu 185. n. 45.* & Choppino *sup. q. 25. n. 2.*

Unde hujusmodi † testationes varias in 10 jure quoque acceperunt denominationes, ut dicantur sententiæ, mentis statuta, suprema eulogia & judicia, cum similibus: Ideoque etiam pariter ac statuta ante omnia sunt adtendendæ, *Ant. Quetta cons. 17. n. 6.* & sicuti investiturarum tenorem prius diligenterque inspiciendum esse memini, *sup. qu. 24. num. 13. 14. 15.* ita quoque tabulas testamenti aperiendas fore, quotidiana exhibet consuetudo; *juncto tit. D. de tabul. exhib. & tit. D. testam. quemad. aper. inspic. describ.* Ultimasque defunctorum voluntates ad unguem observari debere, cavetur, *in l. in conditionib. 19. D. de condit. & demonst.* Carpan. *d. tract. c. 157. n. 11.* late Ant. Gomes. *tract. ult. volut. c. 5. n. 23. vers. cōfirm. praced.* & Castillo *d. lib. 4. passim.* explicans simul an latam vel strictam accipiant interpretationem *cap. 32. per tot. part. 1. & tract. de usufr. cap. 30. num. 44.* prout quoque de statu-

ſtatutorum expoſitione litigant communiter.

11 Hic ergo iterum præbet uſum † ſuperior & in ordine quæſt. 8. an ſcilicet molendinum ſit res mobilis vel inmobilis: Cum illarum diſpoſitio teſtamentaria liberior ſit, quam inmobilium *l. un. C. de impon. lucrat. deſcribit. lib.* 10. *l. jubemus* 2. *ubi Bart. C. de SS. Eccleſ.* Choppinus *li.* 1. *de civil. Pariſ. morib. tit.* 1. *nu.* 8. *pag.* 20. *& 21. juncto lib.* 2. *tit.* 3. *n.* 2. *pag.* 242.

12 Videmus inſuper † ex hominis conſtitutione inter vivos vel in ultima voluntate, & tempore legitimæ præſcriptionis habens ductum aquæ ad molendinum in fundo alterius quod poſſit dominum fundi ſervientis compellere, ut non ſolum præſtet aditum: Sed facultatem quoq; reponendi calcem & lapides & faciendi cętera neceſſaria ad aquæductus reparationem, ut expoſui *q.* 43. *n.* 34. & eo non modo reſpiciunt, quæ de præſcribtione ſupra adtuli, ſed etiam *tot. tit. D. de ſervit. legat.* Servitutes n. tam perſonales, quam reales, ultimis voluntatibus recte conſtitui, ibidem notant Weſenb. & Meierus, referens ſe *ad th.* 32. 36. 37. 38. *cum ſeqq. D. de ſervit.* multumq; intereſſe, an conſtituantur inter vivos, vel ex teſtamento obſervat Ioh. del. Caſtillo *tract. de uſufr. ſive lib.* 1. *quotid. controv. c.* 10. *nu.* 8. 9. *& 27.* referens ſe ad alios, qui id explicent, ac effectus conſiderent, nempe Coraſium *in l.* 4. *D. de ſervit. n.* 7. & Pet. Aug. Morlam. *part.* 1. *emporii tit.* 6. *de ſervit. n.* 71.

13 Pariter non una vice † de occupatione eademq; multiplici per aliquot quæſtiones ac numeros antea prolixe diſputavi, quæ huc referenda ac ad caſum transferenda: num ius præoccupationis iſtius ad hæredes quoq; transmittatur; quod poſitis rationibus adfirmat Ludolph. Schrad. quas apud cum vide *in ſæpius cit. comment. ad* §. 26. *n.* 70. *usq; ad nu.* 93. *Inſtit. de rer. diviſ.* Idem inter cauſas † prohibitionis & fallentias conclusionis principalis (cuilibet licitum ac permiſſum eſſe, molendinum in fundo ſuo, etiam in præjudicium vicini, qui in fundo ſuo aliud habet, exſtruere) & hanc ponit; quod exceptio ſit in hærede illius, qui alteri uſumfructum molendini ſui legavit: Namque is hæres neque in proprio neque in hæredario fundo molam ædificare poteſt, ſi hac exſtructa altera mola, cuius uſusfructus alii relictus eſt, penitus inutilis fieret, iuxta Schrad. *in d. cōment.* §. 12. *n.* 1. *per l. is qui binas D. de uſuf. l. binas & ibi gl. D. de ſerv. urb. præd.* Cepoll. *in tr. eod. c.* 39. *n.* 2. *fallent.* 3. *iuncto c.* 38. *n.* 4. 6. 7. Iaſon. *ad l. ex hoc jure, n.* 15. *D. de iuſt. & iur.* Hipp. de Marſiliis *ſing.* 154. & Coraſ. *l.* 3. *miſcellan. c.* 24. *n.* 6.

14

15 Cæterum veluti † legato inſtrumento piſtorio, & ipſi piſtores inſunt, ſi paterfamilias piſtrinum exercuerit, *ſup. q.* 4. *n.* 29. ita etiam an mola inſtrumento fundi cōtineatur, quæritur; quod negare videtur *l. item piſtoris* 17. *alias eſt l. cum de lanionis* 18. §. *aſinam* 2. *D. de inſtr. vel inſtrū. leg.* ubi Meier. *th.* 11. 12. 13. 15. 18. & Paulus Buſius nominatim ibi ſubjicit: num omnino non inſtrumenti nomine contineatur; Cum perſpicue contrarium arguant *l. quæſitum* 12. §. *& molas* 10. *l. dolia* 26. §. 1. *eod. tit.* ad quas reſpondet, contineri quidem inſtrumenti ædium nomine, ſed non fundi, & in lege primum obpoſita.

16 Legato autem (quod eſt † donatio quædā à defuncto relicta, ab hærede præſtanda §. 1. *ubi Ant. Matthæi, ceteriq; Dd. Inſtit. de leg.*) rebus noſtris molendina accedere, patet ex Pariſii Cardinalis *conſ. mox allegan.* & legato bonorum comprehendi ea, late conſuluit Menoch. *conſ.* 140. *vol.* ... adjunge Lexico-

graphos & citatos à Gœddæo *ad l. rei 5. n.5.l.subsignatum 39.§.bona.1. D. de verb. signif.*

17 Qua occasione ulterius dubitatur: An † legato penure veniant molæ? Quintus Mucius & Ofilius olim negaverunt, ligna ac carbones, cæteraq;, per quæ penus conficeretur, penoris legato contineri; uti etiam molas. Vlpian. vero secutus fuit adfirmativam Rutilii sententiam ea contineri, si non vendendi causa parata fuerint *in l. qui penum 3.§.ligna 9.ubi Gothof.& Meier. D. de penu leg.* Cujus opinio postrema fuit & à Triboniano inserta ac repetita à Menoch. *4.præsumt.156.n.13.* Pauli scilicet opinio, instrumentum pistrini & universa vasa coquinaria (ut Haloander legit) penu minime contineri *l.6.d.tit.* Quod an eo vel alio sensu intelligendum sit, ex laudatorum

18 scholiis collige. Sed anne † supellectilis adpellatione molæ continebuntur? Et quamvis inter veteres acriter disputatum sit, quid supellectilis voce veniat, ut videre est ex *tot.tit.D.de supel.leg.* & apud Ioh. Gœddæum *ad l.movent.93.num.1.D.de verb.signif.* attamen eo nomine molas contineri concludo, si ad patris familias destinationē prius respexerimus, molendinum an pro prædio rustico vel urbano sit habendum, proque re mobili vel inmobili, ex cæteris quæstionibus determinaverimus: demum molarum usus ac genera distinxerimus; ut sic molas manuarias quidem supellectilis, jumentarias autem (pro quibus in genere molas dixit Vlpianus, mox adjecit machinam frumentariam *in d.l. quæsit.12.§.10.*) insttumenti esse, idem Ofilius putaverit: at Labeo, Cascellius & Trebatius neutras supellectilis, sed potius instrumenti judicarunt; quod verum quoque censet Javolenus *in d.l.dolia 26.§.1. D. de instructo vel instrum.leg.* atque insuper cū Pedio Paulus dicit, propriam verborum significationem non scrutari, optimum esse; sed inprimis quid testator demonstrare voluerit, deinde in qua præsumtione sunt, quæ in quaq; regione commorantur; Idem consultus de meta molendinaria respondet, si rusticis ejus fundi operariis moleretur, eam quoque deberi ac instrumenti nomine comprehendi *d.l.cum de lanionis 18.§.2.§.item.3.§.idem 5.iuncta l.Seia 20.in fin.l.cum fund.21.l.dolia 26. D.d.tit.* ibidemque Bartol. postremo loco notavit, molas tunc venire adpellatione supellectilis, si fuerint paratæ ad usum quotidianum, ceu sunt molæ quibus faba vel farra moluntur, referente Bertach. *in repert.verb. mola an & quando n.23.*

19 Demum † Legato molendino, num veniat stabulum illi deserviens, aut cohærens & necessarium animalibus molendinariorum, ut alibi exposui? Quod licet ex inductione *d.tit.D.de instruct. vel instrum.leg.* patefiat, attamē decisio tam ex antecedentib. quam aliis peti potest, nimirum *l. prædiis 91.§.pen.& ult.D.de leg.3.iuxta Parisium cons.58.n.39.vol.3.* Neque vero tantum de molendino supra hoc modo quæsivi, sed etiam an † stabulum pariter pro

20 prædio vel rustico vel urbano sit reputandum late disputat Gœddeus ad *l. urbana 198.D.de verb.signif.* & ante eum Corasius *in prælud. ad l.1.nu.8.usq; ad 17.D.de servitut.* Præterea † legato, donato aut vendi-

21 to molendino, an lapides molares veniant, alibi enucleavi videlicet *q.49.n....* Porro hisce delibatis, ex eodem Petro Paulo Parisio Cardinale observandum est, rem †

22 inmobilem perfecte ac indubitanter dici demonstratam, quādo per aliquas qualitates ostensa est, licet ejus confinia non fuerint designata; quæ non esse necessaria idē

con-

concludendo, & postea ad præsentem materiam transferendo: Quando nonnemo testator legavit quoddam molendinum factum non ita pridem in civitate aut communi N. loco dicto in N. nulla tamen adjecta confinium designatione; respondet legatum istud satis dici certum & perfecte adsignatum, per expressionem nedum generalem, quinimo specialem regionis ac loci in quo molendinum hoc situm & constructum fuit, & in quo testator aliud non habuit. Sed quia de eo casu multa adcumulat & per LXII. numeros prolixe confirmat, ut nihil addi posse videatur; Idcirco exscribtorem nolo agere aut tædiosa repetitione lectorem detinere, verum potius eum jubeo adire ipsius Parisii allegatum *cons. 58. incip. vera iuris vol. 3. per tot.* obiterque conferre Hieron. à Laurentiis *decis.* 110.

23 Cum quibus simul lege † Menochium, qui indicat, quomodo seu quibus conjecturis, & quando ex legato incerto quis facere aut reddere certum possit, *lib. 4. præsumt.* 107. referente Ioh. del Castillo, *d. lib.*

24 *4. cap. 34. n. 14.* Postremo in his omnibus † duo necessaria axiomata observa. Unum est superius illud Pedii ac Pauli responsum: in istiusmodi legatis, non propriam verborum significationem servari; Sed inprimis, quod testator demonstrare voluerit; deinde in qua præsumtione & consuetudine sint, qui in quaque regione commorantur; quos etiam sequitur Matth. Wesenb. *in parat. ad d. tit. D. de instr. vel instrum. leg. num. 5.*

25 Alterum præter † cæteras generales considerationes est; sicuti opinio singularis pro matrimonio est præferenda communi; dicente Ant. Corseto *in singul. lit. O. voce, Opinio 2. n. 2.* ita ēt opiniones ubi sunt diversæ semper pro testamēto præsumuntur, ut ait Guido Papa *cons. 19. 3. n. 5. per l. si pars, D. de inoff. test. l. quoties D. de reb. dub.* Hæc dicta sufficiant; ad alteram successionis speciem nunc descendimus.

QUÆSTIO XXVII.

Quatenus itidem acquiratur molendinum medio successionis ab intestato?

SUMMARIUM.

1 Successionis legitimæ definitio.
2 Successores universalium vel particularium bonorum.
3. Ratio connexionis, & num causa vel modus acquirendi sit ista species,
4 Usus controversiæ, utrum molendina rebus mobilibus vel inmobilibus sint adcensenda?
5 Erbgeld quid proprie sit in foro Saxonico?
6 An in molendinis possit constitui, & num ea ad Geradam pertineant cum similibus,
7 Titulus ordinationis Saxonicæ von Baufühḥren und Baufrohnen spectet solum ad arces Nobilium, Germ. Rittersitze vel etiam ad alia ædificia, andere Rittergüter; Veluti granaria, stabula, molendina? Itemque ad operas rusticas an teneantur subditi, si fratres bona paterna divisérint & quilibet eorum separata domicilia fabricaverit ac inhabitaverit?
8 Catalogus autorum, qui de operis ac servitiis subditorum, vulgo Frondienste dictis plurima tradiderunt.
9 Locum ista habent quoque in hæreditate legitima inter frarres & cognatos: In genere quidem an molendina cedant primogenito; in specie vero quid in casibus propinquis obtineat de moribus Gallicis, remissive ad Argentræum & Saisonem.
10 Pactum negativum de non-exstruendo molendino quid operetur, & an successori singulari prosit vel obsit? remissive iterum ex Schradero.
11 Conventio inter Brunsvvicenses celebrata, de molendinis civitatis ad Duces iure hereditario pertinentibus.

1 SUccessio † legitima seu ab intestato quæ provenit, jam sequitur: quæ est hæreditas per legem defuncto intestato decedente

dente obveniens iustis sive legitimis heredibus; quod præter Rittershus. ac Forster. plenius addocent, Io. Schneidevv. Melh. Kling. *ad tit. Inst. de success. ab intest.* Henr. Bocer. *class. 3. disp. 10.* Successores vero † non tantum sunt, qui universa bona, sed etiam rem particularem, puta molendinum aut aliud velut proprium consequuntur, aut in illorum dominium succedunt *l. flumin. §. adjicit. De dam. inf. l. ult. §. 1. ad SC. Velleiam. l. 1. §. illud tenendum. D. quod legat. Tiraq. de retrac. lig. §. 12. gl. 1. n. 3.* Adeo ut quidam tria successionum genera statuant, unam ex testamento, alteram ab intestato, & tertiam iuris singularis, iuxta Bald. *in l. cum antiquioribus n. 7. C. de jure delib.* Loffredum *cons. 38. n. 10.* Wesenb. *cons. 17. n. 18.* Quod exemplis † ex parte illustravimus, & modo in terminis ulterius faciemus. Communis enim interpretum schola dichotimam amat Seb. Medices *tr. de novat. par. 1. in præf. n. 7.* seu duplicem, ut dixi, successionem: & repetunt idem in feudis (quibus unanimiter ac potissimum nostram materiam de molendinis adnumerant, hisce viis ad nos quoque venientibus) quæ acquiruntur eodem modo; inter alios relati à Liborio Hattysero *in synop. feud. c. 7. per tot.* Jo. Zabelio *in exerc. sive inst. feudal. disp. 4. 5. 6.* & Henr. Boc. *class. 5. disp. 16. th. 1. 2. 3. 4. 5. 6.* ubi de modis acquirendi ac constituendi feuda disputat; quos Dd. male confundere statuit: Similis ac negligentiæ etiam Wesenb. arguit Obertum, quod causas acquirendi temere cum investitura feudi conmisceat, quia hæc ad formam pertineat, & sic quædam realis constitutio ex aliqua causa efficiente *de feud. c. 6. pag. 79.* Et inde quoque Curt. dicit, successionem non esse proprie modum acquirendi *trac. feud. par. 1. princ. q. 4. n. 14. junge sup. q. 18. n. 2. 3. 4. cum q. 24. numer. 1. 2. 3. & 4.* Quæ tamen propter Boceri ac Hattyseri tradita, non ita simpliciter accipio; & cum multi textus feudales diversum suadeant, tum quod Zabel. *d. exerc. 4. th. 5. lit. a.* adserat, superiorem illam Boceri, quam Giphanius & Contius quoque condunt, subtilem distinctionem juri beneficiario incognitam videri; quod tam adcurate omnia ad trutinam non revocare, sed promiscue conductionem & acquisitionem sumere cum Hottomanno credit, *disp. feud. 17. &c.* Cæterum ut ad rem propius † accedamus; præcedente quæstione non modo relati autores, qui de testamentis ac successionibus ab intestato libros evulgarunt: Sed etiam simul tactum, quid referat scire, an molend. pro rebus mobilibus vel inmobilibus sint habenda. Quæ decisio hic quoque usum præbet, ut obiter indicavi *sup. q. 8. n. 60. 61. 63. 65. 68. 75. & 76.* ubi de bonis patrimonialibus, dotalibus (adde vltimum diploma, quod exscribsi *sup. q. 20. n. 5.*) pupillaribus, utensilibus ac hæreditariis verba feci.

Et sane in † provinciis saxonicis sive in judicio tam curiali, quam Scabinatibus Lipsiensi ac Witebergensi receptum est, ut Erbgeld dicatur proprie precium illud, quod heres coheredi è bonis hereditariis inmobilibus distinctis temporibus solvit; non etiam illi, quod passim ab aliis emtoribus bonorum inmobilium solvi solet auff Tagzeiten/ prout expresse testatur Daniel Mollerus *lib. 1. semest. c. 26. n. 1.* sive est, quando sine titulo venditionis alter alteri in iudicio familiæ herciscundæ, quid solvit pro residuo ejus, quod solvens ex hereditate retinet; seu bona ex successionibus quæsita, ut definit Mynsing. *dec. 14. resp. 4. n. 57.* Qua de re, nimirum Erbgeld/ Erbschulden und Tagzeiten/ plura legimus apud Hartman. Pistoris. *q. 184. lib. 1.* Matth.

Wo-

wesenbecii *cons. 51. in princ.* Matth. Colerum *de processs. executiv. part. 1. cap. 3. n. 257. & 258.* Paul. Matth. Wehnerum *pract. observ. verb.* Erbgeld/ *lit. E. pag. mihi 128.* & Ioh. Rudingerum *centu. 2. sing. observ. 28.*

6 Si igitur quorundam † obtineret opinio, molendina rebus mobilibus adnumerantium: sequeretur Erbgeld/ in illis molendinis nequaquã consistere posse quod falsum esse ibi evicimus; uti etiam per talem consequentiam eadem ad geradam pertinere. Hanc enim in rebus mobilibus saltem constitui posse, apertum est in jure foroque Saxoniæ *sup. d. q. 8. n. 75.* & utensilia esse bona, supellectilem & res domesticas ad quemcunque usum destinatas: deberi uxoribus ac filiabus post mortem maritorum vel matrum, quæ illarum proprie fuerunt, quasve in domum adtulerunt, aut illis in vita, in successione vel aliter supervenerunt: eandemque insuper geradam non constitui, per pacta inter maritum & uxorem, sed ex legis provisione deberi fœminis; sicque testamento nec dari, nec adimi posse, post alios concludunt Ruding. *d. cent. 2. observ. 67.* & Wehnerus *in observ. pract. verb.* gerade *lit. G. pag. mihi 214. & 215.* qui Klingium, Beust. Mynsing. Lagum, Schneidew. Coler. Pistor. & Rotschutzium allegant, quos suis locis perlustra.

Possem quidem hac occasione etiam alias hic pertractare quæstiones: Utrum nimirum † titulus Ordinationis Electoralis 7 vom Bauführen oder Baufrohnen / tantummodo de arcibus Nobilium, von den Gebäuden der Rittersitze / vel an etiam de aliis ædificiis von andern Gebäuden der Rittergüter (quod verbum esse speciale, & secundum communem loquendi usum adpellatione denotari solum feuda Nobilium, non autem Baronias vel alia regalem dignitatem adnexam habentia, testantur post Schrader. Wehner. *in verb.* Rittergüter/ *pag. mihi 572.* Ruding. *cent. 4. obs. 36.*) puta de granariis, deque stabulis, quæ gregibus & armentis cogendis exstrui solent, nec non de molendinis intelligi debeat: Item an rustici, Nobilibus fratribus bona paterna inter se dividentibus ac uno illorum separatam sedem figente, welcher sich an einem andern Ort setzet und daselbst etwan einen neuen Rittersitz bauet/ si ibi simul novum molendinum forte exstruere adnitatur, operas ad talem exædificationem prestare cogantur? Verum quia Elector Saxon. Augustus *in constitut. 52. part. 2.* sibi soli ac regimini suo illam determinationem reservavit, non est, ut ego illam mihi sumam; recurrat interea lector ad Danielem Moller. *in comment. ad d. constit. & lib. 2. semest. c. 31. & 32.* Jacobin. de S. Georgio *in tit. de homag. col. pen. vers. cum autem domini terrarum.* Nicol. Boerium *tract. de custod. clav. n. 46. 47.* Georg. Bechtium *de salvo condu. concl. 52.* Dn. Matth. Berlich. *pract. concl. 65 par. 2.* Caspar. Ziegler. *ad pract. sive commun. concl.* Calvoli. §. *nobil. n. 106.* qui de jure communi in negativam sententiam inclinare videntur; junge meam *q. 10. num. 32. 33. & dissert. de castris th. 11.* in terminis eumdem wehner. *pract. observ. lit. B. verb.* Bauführen *mihi pag. 50.*

8 Plura de † operis, servitiis ac germanice dictis Frondienst subditorum legere qui desiderat, is consulat Udal. Zasium *lib. 1. respons. ju. sive intellect. singul. c. 3. per tot.* And. Gailium *lib. 2. observ. 62. n. 12. & 13.* Joh. Fred. Husan. *tr. de prop. homin. c. 6. q. 4. princ. part. 1. memb. 2. nu. 52. cum multis seq.* Nob. D. Warem ab Ehrenbergk *tract. de oneribus subdit. per tot.* Andr. Knichen.

de vestit.paction.par.2.c.3. Valent. Forster. *lib.2. de jurisd.Rom. ad l. 3. Numa pag, 467.n.160.& seqq.* Pau. Wehner.*d. observ. pract.lit.D. verb.* Dignotul.*pag. mihi* 103. 104.105. Thom. Maulium *tract. de homag. sive de iurib.int.domin. & subd. tit. 4. & 5.* Ioh. Rudinger.*cent.5 sing.obser. 23.* & Iust. Meier. aliosque interpretes *ad tit. D. de operis libert. & serv.* quasdam contractu, quam legato constitui posse manifestum ex Jure civili est.

Proinde quoad † liberos, heredes, fratres & nominatim primogenitos in his causis generalis oritur dubitatio: An & quodnam molendinum cedere debeat primogenito; puta si sit domui principali, quæ illi obvenit, contiguum & adnexum in extremitate forte horti, vel parietis domus? Dic, aut est factum gratia domus, & ad molendum patrifamilias & domesticis quasi restrictum, & cedit domui, jurique primogenituræ: aut est factum principaliter causa lucri & reditus magis ad molendum pro extraneis quibuslibet quæstus causa & velut specie quadam negotiationis, quam pro usu determinato & necessitate patrisfamilias, & non est præcipuum primogenito, sed dividi debet cum reliquis rebus feudalibus. Limitatur hoc etiam, si esset situm intra ipsam mansionem, super solo ipsius mansionis principalis; tunc enim necessario includeretur adpellatione domus, tanquam eius pars, & cederet solo, secundum Caroli Molinæi decisionem *in cons. Paris. tit.1.§.8.gl.5.n.5.* Renatus Choppin. quoq; in adfirmativam sententiam ire videtur *lib. 1. de civil.Paris.morib.tit.2.n.14. pag. 70. & n.43.pag. 99.* Reliquos casus circa primogenitos, de consuetudine Gallica speciales enucleat Bertrand. d' Argentre *in d. comment.ad consuet.Britan tit.17.art.347. 348.350 351.353.per tot.* Ita primogenitus potest retinere piscarias, stagna, columbaria, garenam & furnum, iusta compensatione data fratribus, ex sententia Ioh. Saisonis *in consuet. Tur.art.4. Rub. des success. des fietz*; quod tamen non putat verum Rebuffus *in l. inter publ. in fin. De verb.signif.* nisi consuetudo hoc ei concedat ut apud Saisonem; cum nemo vendere cogatur *l. nemo emere C. de jure delib.* Proinde iterum cum ambabus † quæstionibus seu pleraq; jura hactenus allata, locum habeant potissimum in successionibus bonorum maximorum, sive universalibus hæredibus: visum fuit jam adjungere casum alium, quem Doctores formarunt de pacto negativo, seu de non-ædificãdo, & successione singulari. Puta si pactus quis fuerit, ne ipse in fũdo suo molendinũ exstruat; Anne cõventio hæc rata sit, interesse alterius contineat vel consideretur, pœnalis stipulatio adjiciatur ex eoque oriatur obligatio personalis, vel ius sive servitus realis, si causa adjecta fuerit, vel non: Postremo an pactum hoc afficiat officiatque singulari successori, ut videlicet is, cui fundus iste (in quo quis promisit, non ædificare molam) venditus, legatus, donatus vel alio titulo singulari concessus, in eodem solo molendinum exstruere, vigore pacti illius possit prohiberi, quod late atque iterum distincte discussit Ludolph. Schrad. *in d. comment. ad §. 5. n.30.usq; ad n.38. Instit.de rer.divis.* Denique vivum eius rei † exemplum libet ex antiquitate depromere, quod præsentem tractationem magis declarat. Estque conventio inter fratres Brunsvvicenses Principes obcurrens, de molendinis urbis, ad Duces jure hereditario spectantibus, reperiturq;

10

11

periturque in actis Brunsvvicensibus, sive inden Braunschw. histor. Händeln, *par. 1. memb. 1. c. 9. n. 80. pag. 115.* & quidem huius
» tenoris : *Nos Dei gratia Ioan. Dux de*
» *Brunsvv. notum facimus universis quod illustris frater noster Albertus Dux de Brunsvvick, & nos, assignavimus dilecto fratri nostro, domino Conrado Bremensis Ecclesiæ præposito, quingentarum marcarum reditus Bremensis argenti annuatim recipiendas, sine dolo, trecentas in decima Goslariæ videlicet montis Rammesberg, ducentas in telonio Tzellis & Luneborch. Si in decima dicta non haberet tantum, de molendinis Brunsvvick, & de advocatia in Asseborg habebit quinquaginta. Quando frater noster consecutus sexcentarum marcarum reditus fuerit in Ecclesiasticis beneficiis, tunc telonia dicta ad nos revertentur, & nostros heredes. Decima* Rammesberg. *molendina Brunsvvick & bona advocatiæ Asseborch omnia ad fratrem nostrum dilectum ducem Albertum, & suos posteros redibunt &c. Datum Munden, Anno Domini M. CCLXIX. in die Iohannis & Pauli.*

QVÆSTIO XXVIII.

Molendinum quatenus rebus nostris accedat per obpignerationem?

SVMMARIVM.

1 Continuatio horum & sequentium proponitur.
2 Ratio prioris & vocis cognata.
3 Pigneratitia, & non Pignoratitia an scribendum.
4 Clarigationes, arresta, repressaliæ & pignerationes late pro synonymis usurpantur.
5 Obpignerationes tales causantur lites, nec facile debent permitti, rerumque ac personarum potius discrimina institui.
6 Regula universalis de rebus quæ obpignerari possunt, &c.
7 Pignus quotuplex, an in re mobili vel inmobili constituatur, & quomodo ab hypotheca differat? omnia remissive.
8 Autoris scopus, molendina quarum rerum classi sint adscribenda, & ea possidens num satis dare teneatur.
9 Molendinorum possessionem non esse vilem aut abjectam, sed fulgere prærogativa naturæ & utilitatis.
10 Regionum diversæ consuetudines in rerum inmobilium obpigneratione hactenus servatæ.
11 Rerum obpignerandarum capiendarumve discrimen est habendum; cum inductione exemplorum & primum in Molis, Frumentis & Animalibus pistrinensibus.
12 Ratio cum parallelis, à servis, instrumentis, bovibus ac aratris rusticis depromtis; cum autorum brevi indiculo.
13 Constitutio Gallica in executione non posse capi pecora aratoria & vestimenta ad usum quotidianum destinata.
14 Autoris iudicium de recensitis, quæ ad hanc materiam diriguntur cum nu. 16. 17. 18. 19. 20.
15 Nemo ex districtu molendinensi potest capere res, pro singularis personæ debito in eodem ducatu, ex Carpano.
16 Num & quando molendina tacite videantur hypothecata: item invecta & illata in ædificia, molendina, stabula & horrea an eodem nexu domino sint obligata late nu. 18. 19. 20. & 21.
17 Supellex studiosorum excepta videtur, quo minus locatori obstringatur.
19 Servitutes & iura prædiorum an hypothecari possint, remissive.
20 Quatenus hypotheca locum habeat in molendino si pro idoneo prædio usurpetur: Nec de frumento alieno invecto intelligatur, nu. 21.
22 Domus itidem & casæ, quas molitores hodie separatim inhabitant, pro quo prædio sint habendæ cum illatione de hypotheca & censu n. 23.
25 Super molendina census constituitur quid in hypotheca etiam servandum & quid iuris, si quis illum recognoscat?
24 Emphyteusis æque illis inponitur, quid itidem circa obpignerationem observandum breviter.
25 Rebus Ecclesiasticis eadem conpetunt, & quomodo?
26 Res feudales an & quomodo alienari vel obpignerari queant? Cum inductione sumtuum, redituum, similitudinis cum feudi & emphyteusi, cum nu. seqq.
27 Obpigneratio habetur pro quadam alienatione.
28 De concessione feudi, quo titulo fere molendina hodie consequimur.
29 Regula Zasii de alienatione & feudi servitute.
30 Illationes aliorum de rebus & fructibus feudalibus, cum autorum syllabo & consuetudinum discrimine.
31 Diplomata Brunsvvicensia, arcis, molæ ac annuæ pensionis obpignerationem exhibentia.

Inter

1 INter modos titulosque † acquirendi civiles non tantum posui præscribtionem, legem seu jus certum *h.e.* scribtum vel non scribtum & successionem ; verum etiam conventionem & obligationem, quæ descendit vel ex contractu vel delicto. Delicto, respectu obligationis dum incommodum damnumve aliis adferimus , & vice versa aliquid præstare tenemur. Contractu, ratione conventionis; qui re, literis & consensu perficitur. Re, ceu est hoc loco obpigneratio: Literis, ut contractus Libellarius : Consensu autem celebrandus vel dipleuros vel monopleuros *h.e.* ex utraque obligatorius , aut ex una parte gratuitus; qui Donatio dicitur & precarium Dipleuros iterum constitui potest commutatorius vel *κοινο*practicus, voce eadem, at terminatione diversa & composita; qui in specie Societas vocatur. Commutatorius est Emtio-venditio & Locatio-conductio, eaque simplex vel Emphyteusis; quibus & contractum censualem adnumero. De singulis ordine dubia quædam proponam de primo seu obpigneratione hac ipsa quæstione, licet aliæ species contractuum realium huc commode referri possint, ceu sunt Commodatum & juxta nonnullos Precarium, de quo *q.36.* Item Depositum, si in rebus inmobilibus constitui potest, quod tamen quidam negant. Et quidem † obpigneratione rem ad nos venire , & ad tempus manere, dubium non est; sicuti etiam obpignerare, repignerare, cum similibus apud Idoneos classicosque autores reperitur: Unde nomen illud descendit, veluti simplex Pigneratio & actio Pigneratitia (quomodo † scribendum & non Pignoratia obiter ex Pontano indicat Prattæus *in lex.ju.verb.pignora pag.m.412.b.* Giphanium sic quoque pignus ab antiquo verbo Pigneo deducere, illudque significasse necto vel firmo testatur Rittershus. *mox allegan. loc.*) in jure sæpissime obcurrunt: Hinc † clarigationes, arresta & repressalias, vulgo Dd. dictas, alii Pignorationes lata significatione nuncupant ; de quibus Andreas Gail. integrum tractatum publicavit: & de iis quoque non de simplicibus obpignerationibus intelligo quæ dicit Ventura de Valentiis; eas scilicet † causari lites, nec facile permitti debere *lib.1. parthen.litig.c.13.n.34.lib.2.c.11.n.27.late Rittersh. par.3. expos. novel. c.7. adde Busium lib.1.subtilit.c.17.* Colerum *de process. execut.part.1.c.2.n.253.cum seq.* quamvis ultimum concedam in nostro quoque casu, si rerum ac personarum discrimina habuerint, id quod ex infra dicendis clarum fiet. Vnde solennis † repetitio Dd. & expositio tituli in Pandectis ac Codice Justin. obcurrentis, quæ res pignori vel hypothecæ obligari possint, vel non? Vbi latissimos eorum commentarios perlustra, & adjunge scriptores, qui de pignoribus hypothecisque libros singulares conposuerunt; ut sunt Neguzantius, Donell. Giphan. Hottom. Mudæus, Obrecht. Pacius, Balduin. Ex quibus hanc construo regulam : Pignori dari posse res omnes quæ in vel ex bonis debitoris, sive corporales sint, sive incorporales, sive mobiles sive inmobiles, aut se moventes; & generaliter, quæ emtionem-venditionemque recipiunt, etiam pignerationem recipere posse. Quod, sicuti regulariter verum est ; Ita etiam quandoq; non caret suis exceptionibus ut mox audiemus, & è contrario adparebit, quod res obpignerari nequeant, vel quia natura sua nexum non admittunt, vel quod à non idoneis, aut non idonee nectuntur; dicentibus Wesenb. *in parat. inf. n.1,* & Schneidevv.

ad §.

ad §. credit. n. 3. 4. 5. cum. seqq. Instit. quibus mod. re cont. obl. Quare etiam non multum laboro, an † pignus proprie in re mobili consistat vel inmobili: item quotuplex sit, an & qua ratione pignus ac hypotheca discriminentur? Id enim exacte investigare mei instituti nunc non est, sed interpretes fusius sua sede pertractant. Ex quorum numero præter cæteros nomino Coras. *ad l. eum qui n. 12. 13. 14. 15. D. de serv.* Id. cum Donel. & Nic. Cisne. *in §. item serv. 7. Inst. de action.* Mozzi. *tract. de contract. tit. de pign. & hyp.* Mantic. *de tacit. & ambig. cõv. li. 11. tit. 1.* Wesenb. *in para. ad tit. D. de pignor. n. 3.* Meier. *ib. th. 4. & 6.* Busi. *ad l. 1. n. 1. 2. 3. D. de pign. act.* Treutler. *vol. 2. disp. 1. th. 1.* Rittersh. *ad l. contract. 23. ca. 8. per tot. D. de reg. ju.* Bocer. *clas. 2. disp. 12.* Althus. *lib. 1. dicaolog. c. 71. & 72.* Meæ potius † scenæ serviens, huc referam quæ pro & ad materiam molendin. faciunt. Cum enim certitudinis causa pignoribus utplurimum & fidejussorib. soleamus cavere: dubium exoritur, an is qui molendina possidet cogatur satisdare; Quod explicationem iterum de rerum inmobilium prærogativa, & molendinor. differentia capit ex sępius allegata *q. 8.* præcipue autem & nuncupatim ex allegatis *n. 63.* Exinde etiam sequitur, molendinor. † possessionem non esse vilem & abjectam, etiamsi sint navalia aut ventosa: nihilq; in obpignoratione eorum & hypotheca, seu Verschreibung der Aempter oder Güter esse frequentius. Præter inmobilium sane dignitatem & certitudinem, quia molendinum plurimum est in reditu, computatur inter urbana prædia, juxta Cæpol. *tr. de serv. urb. præd. ca. 11.* Rebuff. *ad l. urb. § proinde col. 2. de verb. sign. juncta mea q. 42.* ac moletrinarum ædificia exigua in æstimatione esse, totumq; fructum consistere in utilitate, quæ de molentibus capitur, ait Argentr. *d. comm. ad consuet. Britan. tit. 17. art. 347 pag. 1500.* Ex quo principio deduco etiam † provinciarum diversas cõsuetudines. Quamvis enim antea laudati Dd. solennia in pignorib. & hypothecis, de jure civili adhibenda, digne explicent: attamen ex morib. ac statutis Saxoniæ, Phrys. Holland. & Transisulaniæ observandum est; in his regionib. pignus rei inmobilis non constitui, præterquam si id coram judice territorii sit obligatum; sive bona inmobilia non nisi coram judice loci ordinario obligari posse, quod indicavi *d. q. 8. n. 75.* & ita provisum esse, ac ibi etiamnum obtinere testatur Paul. Busius *in comment. ad d. l. 1. & tit. n. 5. l. non est mirum 26. n. 2. D. de pign. action. & ad l. contrahitur. 4. n. 3. D. de pignorib.*

Nec minus † rerum discrimen haberi in aliqua obpignoratione dixi paulo ante, & exemplis huc directis breviter illustrabo. Molam namque secundum sacra præcepta, qua quisq; triticum molat, neminem potuisse olim apud Hebræos obpignerare, docui *sup. q. 2. n....* hocque de mola ex jure Mosaico Julium Pacium *tr. de pignor. c. 6. nu. 52.* adserere, illiusque autoritate adfirmare, testatur Justus Meier. *ad d. tit. D. qua res pig. vel hyp. th. 1. nu. 8.* Pari ratione executionem minime fieri debere in animalibus ad molendum destinatis concludit Iulius-Ferrettus *in tract. de gabell. nu. 532.* per ea quæ voluit Baldus *in rub. C. qui bon. ced. possess.* & sequitur Johan. Baptista Asinius *in praxi § 31. cap. 2. limit. 37.* Ergo multo minus molendinum ipsum tali nexu tenendum; ut otiosum vacuumque sit, tam salutare ac quotidie necessarium vitæ humanæ præsidium; maxime necessitate aliqua urgente, ut alibi declaravi. Non certe hæc

te hæc sine † causa tamdiu observata. Sunt enim nonnulla apud plerasque gentes sacra, ut nec attingi illa conveniat; nec cujusquam tanta obligatio esse potest, quæ ista capi permittat. Sic Imperatores servos aratorios & boves, aut instrumenta rustica capi vetant pignori *l. executores 7. l. pignorum 8. ubi Barth. cum Auth. seq. C. quæ res pign. obl. non poss.* latissime hac de re disceptant Ioh. Franc. à Ripa *tract. de peste cap. de præserv. remed. cont. pest. nu. 219. usq. ad nu. 224.* Jacob. Menoch. *tract. de arb. jud. q. casu 378. lib. 2. cent. 4.* Horat. Carpanus, *lib. 1. lucubrat. ad statut. Mediolan. c. 232. n. 19. & c. 251. per tot.* Ren. Choppi. *tract. de privileg. rust part. 1. lib. 1. c. 7.* Herm. Latherus *tract. de censu, lib. 3. c. 6. n. 50. 60. 61. 62. 63.* & Pet Nicol. Mozzius *d. tract. tit. de pignorib. c. de reb. quæ pignorib. dari poss. n. 120. per tot.* qui addit & ex Ploto, Menoch. Ripa & Ascanio declarat: eum, qui prædictis contra fecerit, in quadruplum ablata restituere, infamiam incurrere, & nihilominus corporale supplicium non evadere; illudque insuper in pignore procedere, etiamsi colonus hoc sua sponte obferat, alia bona non adsint, in quibus executio fieri possit, nec obstante, si ea adservari velint. Præsides tamen provinciæ istius (fuit autem Mozzius natione Maceratensis ex urbe in Picena provincia primaria ut testatur Scipio Bargalius in fratris sui celsi *tract. de dolo in epist. dedicat.*) interdum istud non servare maxime quando alia bona debitores non habuerint; quod de jure quoque permissum, ait, videri, nempe quando rustici, hujusmodi rebus tūc temporis non utuntur. Hodie similiter istud non observari dicit Neguzantius apud Althus. *lib. 1. dicæol. c. 71. n. 33.* Quorum litem, de particularibus locis seu provinciis testantium, hac vice meam directo non facio; sed ex Diodoro Siculo potius refero: Græcos legumlatores Aratrum quoque prohibuisse ob fœnus addici creditori *lib. 2. c. 3.*

[12]

Exstat præterea in hanc rem † Gallica constitutio: quod similiter in executione non debeant capi pecora aratoria, nec vestimenta ad usum quotidianum, nec culcitra, nec panis, nec massa, apud Bertrand. Argentræ. *d. comm. ad consuet. Britan. tit. 13. art. 239. ubi vide alia.* Ut sic multo magis hæc obtineant in rebus, quæ ad victum amictumque simul necessariæ, cum similibus; ad quæ destinata scimus molendina farinaria, olearia, serratoria, pannaria, fullonica, pulverem pyrium & papyrum contundendo, præparantia. Sed hæc † sano sensu sunt accipienda & ita, ut molendina à debitore obpignerari hodie queant, quæ vacua stant, & eo modo si is alias res inmobiles aut mobiles pretiosas non possideat; vel si quieta non sint, aut apud creditorem ab usu non remota. Specialia enim ista, & quidem ex politia Judaica depromta Christianos tam arcte præciseque non ligant, quominus juxta libertatem suam, in his demum factis adiaphoris, licitos certosque obligandi modos introducant: Et quid Reipubl. interesset, quisnam molis utatur, aut ex justis causis certoque tempore (quamdiu nexus ille nondum solutus) solus aut cum aliis fruatur & possideat, si ita contrahentes convenerint, iique usumfructum rerum istarum constituerint, *arg. l. si is 11. §. 2. D. de pignoribus.* Treutler, *d. disp. 1. th. 5. lit. F. vol. 2.* Felic. de Solis *tract. de censib. libr. 2. c. 4. n. 4.* Ioh. del Castil. *tract. de usufr. c. 20. per tot.*

[13] [14]

Et sic viceversa concludunt alii, instrumenta rustica *h. e.* personas ac res ad agricultu-

culturam pertinentes, hypothecæ dari recte posse, cessante scilicet ratione prohibitionis; siquidem manente possessione penes debitorẽ usus agriculturæ nõ impediatur. Ita Meierus *d. th. 1. n. 8. per d. l. 7. l. 8. cũ Auth. seq. C. eod. tit. quæ res pign. oblig. poss. & Novel. 32. 33. 34.* Post Georg. Obrechtum *disputat. de pignorib. th. 328. & seqq.* Confer in terminis Carpanum *d. libr. 1. capit. 252. cap. 167. cap. 232 per tot.* Talia enim ab aliis uno loco tractata meum non est exscribere; cum animus in hoc abhorreat, quando nihil addere potest, & autor in multorum manibus versetur.

15 Ex eodem constat, neminem in † civitate vel districtu posse capere vel auferre aliquas bestias, res & bona alicuius civis Mediolanensis; pro aliquo debito alicujus burgi, loci nec in specie molendini, pro aliqua singulari persona ducatus Mediolanensis, &c. *d. lib. 1. cap. 256.* Inspice etiam Choppinum *ad leges Andium. lib. 1. cap. 14. num. 7. 8. 9. c. 15. num. 3. & 4.*

16 Ad eandem † declarationem pertinent; Num molendina aliquando tacite videantur hypothecari, & an sub generali obpigneratione conprehensa, itemque in illa invecta vel illata, utrum clam pignori data vel potius hypothecata domino censeantur, vel non? Quod juxta priores respõsiones exaudi & nunc adjice vel adplica universalem istam maximam: In obligatione generali rerum, quas quis habuit, habiturusve sit, ea non contineri, quæ verisimile est, quemquam specialiter obligaturum non fuisse; utputa supellex (cujus adpellatione an molæ veniant, dixi antea) item vestimenta & mancipia, (de quibus similiter egi *q. 4. 12. 44.*) quæ in usu quis habet quotidiano, eoque necessario, vel quæ ad affectionem ejus pertinent, per rotundam. *l. 6. cum. l. seq. D. de pignoribus junct. l. 5. C. in quib. caus. pign.* Busius *ad mox alleg. leg. n. 6.* Gailius *li. 2. obs. 25. n. 6.* In terminis vero consule Accursium, Baldum, Cæpollam & Alexandrum, quos nominatim citat Bertachinus *in reper. verb. molendinum. n. 13.* qui aliam facti speciem de molendinis communitatis alicujus suppeditat, an illa vendi vel pignorari queant? Ex qua priori quidem lege DD. ad alia † inferre etiam solent, sc. eo modo licet in prædium urbanum illata tacite pignori sint domino; attamen in Studiosorum supellectile libraria id non obtinere. *DD. in auth. habita. C. ne fil. pro pa.* Zal. *mox allegan. n. 23.* Treutl. *vol. 1. disp. 6. de pact. th. 3. lit. B.* Dissentit Quir. Kubach *cen. 3. deca. 9. q. ill. 3. pag. mihi. 879.* quamvis contra communem opinionem stringat gladium, nec in nostra materia ipsius argumenta præponderent, in qua diversitatis ratio pariter adferri potest, etiamsi in altero facilius id concederem. 17

18 Accipio igitur ipsius † axioma, quod urget: illata & invecta in domum & prædium tacite obpignerari, quod tamen plurimis modis ampliari ac limitari perhibet Hamelius *ad t. Inst. de act. c. 20. n. 50.* Atqui alibi de eo, à quo hæc dependent, plene disputo, an molendina pro domo, item pro prædio & quidem urbano vel rustico sint habenda? Prædium tamen istud communiter intelligunt urbanum, cuius respectu id clam obtinere, idque primo moris, postea juris fuisse: in prædiis rusticis contra servari, quia sufficiat in iis fructus teneri nisi voluntate, *h. e.* ex conventione aliqua jure pignoris inferantur; ait Wesenb. *in parat. ad t. D. in quib. caus. pign. n. 2.* Diss. Meier. *ibid. th. 3.* Obrecht. *d. disp. de pign. th. 69.*

th.69.& seqq. post quos nec hoc ipso casu quidem alia invecta, censeri obligata, quàm quæ ita illata sunt, ubi perpetuo ibi sint, cum similib. post Vdal. Zas. *in §. item Serviana num.22.23.24.Inst.de act.* regerit Busius ibid. *ad l.eo jure 4.n.3.per l. debitori 32.D.de pign & l.7.§p.2.D. d.t. in quibus cau. pign. juncta l. certi juris 5. D. de locat. & ipsius li.6.subtil.c.11.* qui deinde peculiariter de stabulis quæstionem efformat, quorum sup.memini, pro quib.nam prædiis sint habenda: de invectis quoque in Horreis, quorum alibi à me facta mentio, videndum pariter suadet Marcum Licklamam à Hieholt, Phrysium *lib.2.membran. c.8.*

19 Deniq; † servitutes, (quas eadem consequentia molendinis inponi ac conpetere infra dicam) urbanorum prædiorum pignori dari non posse, rusticorum vero posse, Dd. vel mille locis inculcant; ut post Ripam, Connanum, Duarenum, Cujacium, Hottomannum, Donellum, Fabrum, & alios adserunt, Mudæus *d.tr.c.quæ res pign.d.n.21.pag.mihi* 204. Treutler. *dd. ll.* & Alth. *li.1.dicæol.c.71.n.33.* Coras. *ad d. l. item Serviana 7.n.5.Inst.de act.* Sed hanc controversiam exactissime & fusissime examinabit, sæpicule citatus Joh. del Castillo Sotomayor Hisp. quem omnino vide *d.tr.de usufr.c.70.per tot.* Cui adjunge Felician. de Solis, *d.tr.lib.2.c.4.n.8.per tot.* & Paulum Busium *ad l.11.§.fin.l.sed an viæ 12.D.de pignor.& hypoth.*

20 Atque sic † juxta declarationes istorum autorum bene longas, intelligendam ac mitigandam hanc arbitror esse sententiam Veterum ac Neotericorum quorumdam Interpretum; qua adstruunt invecta & illata in molendinum conductum censeri tacite hypothecata: eatenus saltẽ veram hoc esse, quatenus ædificium molendinarium usui urbano est destinatum, sive inhabitationi commodum ac opportunum, atque etiam actualiter inhabitatur; ut nominatim præsupponunt Neguzant. *d. tr. de pignor.mem.4.secundæ part. n. 144. v.vel nisi esset.* quem retulit Mascard. *de probat.concl. 210.n.2.* & Carpanus *ad dd.statut. Mediol. part.2.c.390.n.95.* Quod firmatur Pauli responso, quo indicat quia conventiones etiam tacite valent, placere in urbanis habitationibus locandis, invecta illatave pignori esse locatori etiam si nihil nominatim convenerit. *in l.item quia 4.D.de pact. juncta toto tit.D.& C.in quib.caus.pign.tacit. cont.d.l.certi juris 5.C.de loc.* At qñ ædificium molendini conductum non solum molituræ, sed etiam extra habitationem usui rustico inseruit; tunc invecta & illata in illud non aliter hypothecata judicantur, quam si expresse convenerit inter dominum ac conductorem; ut quæ inferentem essent obligata; quomodo id resolvit Menochius *in 3.remed.adipisc. poss. n.34. & seqq.* in terminis *num.152. & 153.* ac Choppinum adde *tract.de priv.rust.lib.2.part.1. cap.3.pag.mihi 78. & 79.* Jacob Schultes. *in loc.commun.* Brunonis à Sole *verb. molendinum.num.1.* Quamquam illud ipsum clarius ex Johan. del Castillo dissertatione evadat, & Paul. Busius aperte contra nitatur, nec hoc ipso casu id verum esse, nisi ita illatæ res fuerint, ut perpetuo ibi essent; quod antea retuli, & congruunt cum illis, quæ protuli *q.8.n.40.* & quæ Zas. congessit *d.lo.* Vnde responsum est, nomina & instrumenta obligationum, licet obligari expresse queant, *l.nomen. C.quæ res pign. obl. poss.* non tamen tacite obligata censeri pro-

pensio-

pensione, cum puta causa earum dependeat à momento solutionis, Cyn. & Salicet. *in d. l. certi juris. 5. C. locat.* Faber *in §. item Serviana Inst. de act.* idemque in mercibus dicendum, illatis ideo ut venderentur, idq; communiter placere testatur Iason. *n. 5.* Zasius *ib. 21.* Schneidewein. *n. 36. ad d. §. item Serviana.* Busius *ad d. l. eo jure. 4. n. 2. 3. 4. 5.* ac similia de mancipiis legimus *in d. l. si non 5. C. de quib. caus. pig.* & de penu legato, si non vendendi causa parata fuerint, quæ sub eo contineri debent, *sup. q. 26. n. 17.* Proinde anterius quod de invectis ac illatis modo diximus, saltem de rebus † ad ipsum molitorem conducentem spectantibus, non de vicinorum & circum colentium frumento ad molendum per catabolenses aut jumenta pistrinensia à me descripta *supr. q. 4. n. 53.* in molendinum conportato & illato est intelligendum; illud namq; res tanquam aliena, eoque animo non illatum, ut ibi sint, toto conductionis tempore, nec tacite, nec per expressam conventionem locatori hypothecatum censetur, juxta commenta ejusdem Menochii *in 3. remed. adipiscen. poss. nu. 108. 109. 110.* Deinde ex iisdem † *q. 28. & 42.* fundamentis colligitur, domus illas sive casas, quas utplurimum nostro sæculo molitores molendini vento agitati aut navalis separatim inhabitant, non quidem pro ipso molendino: Sed tamen secundum ibi adducta, & pro qualitate usus vel urbani vel rustici, partim pro urbano, partim pro rustico prædio haberi debere; & consequenter à proprio fine hujus usus decisionem sumendam esse, an invecta & illata sint, tacite hypothecata, necne? Quod enim de reliquis urbanis ac rusticis prædiis statutum est, illud etiam in his ædificiis merito sibi locum vendicat,

21

22

argumento ejus quod tradit Dn. Iohan. Gœdd. *in l. urbana prædia 198. n. 4. vers. Quid ergo juris? D. de verb. signif.* Adeo ut † promittens recognoscere censum super molendinis censeatur ipsa molendina obligare & hypothecare secund. Crau. *consil. 20. n. 10.* qua de re cum de servitutibus peculiari loco acturus sum, plura & alia adcumulabo; nec inutilem operam suppeditabunt tractatus de censib. & annuis reditibus editi, quos per occasionem simul adduco. Quos adjungas velim, cum censum illis inponi sciamus, & quid eorundem respectu in hypotheca servandum sit, Felician. iste abunde post alios exhibet. Præter has ergo † recensitas species, cum quoque in molendinis, Emphyteusin, constitui posse ac crebro solere, passim dixerim, peculiarique q. sim probaturus, haut inutiliter subnectitur fundus Emphyteuticus, aut superstructum molendinum, an & quatenus ab emphyteuta pignori obligari queat? Et quamvis Aurel. Corbul. & Alv. Valas. *in tr. de ju. emphy.* plenius Iura huic conpetentia depingant, superficiarie tamen hic mentio illius rei injicienda erit. Præter quos de dominio Emphyteutæ advenienté prolixe disceptant allegati à Felic. de Solis *d. tr. in præf. & appe. n. 11. 12. & 13.* Busius *ad l. 1 §. qui in n. 2. 3. D. si ager vectig. & lib. 2. subtil. c. 13.* Quocirca licet res emphyteutica alienari sine domini consensu nequeat, pignerari tamen poterit. *l. 1. C. de ju. emph. l. tutor. 16. §. fin. D. de pign. act. l. lex. 31. de pign. l. etiam. D. qui pot. in pign. l. neq; pignus. 45. de R. I. l. fructus 72. eodem.* Estque communis sententia, quam refert Clarus *in §. emphyteus. q 18.* Corbul. *d. tra. c. 4. lim. 33.* Sichar. *in l. fin. nu. 19. & 23. D. si ag. vectig.* Moller. *3. semest. cap. 45. num. 3. cum*

23

24

seq. Borel. *in sum. decis. tit.* 33. *de emphyt. n.* 117. *& seqq.* Gail. *lib.* 2. *obs.* 25. *n.* 6. & Bocer. *class.* 2. *disp.* 14. *th.* 67. Quia tamen Emphyteuta plenum, seu ut Dd. malunt, directum dominium non habet, evenit, ut si quandoque jure suo cadat, solvatur etiam jus hypothecæ ab ipso constitutum. *l. grege.* 13. §. *& in d. l. lex vectigali* 31. ubi Busius *n.* 1. *& ad l. obligatione n.* 13. *D. de pignorib.*

25 Æque rebus † Ecclesiasticis molendina adcenseri novimus, regulares ab iis decimas capere, ac aliis iterum concedere toties ingeminavimus: quid juris ergo in hac causa, an forte diversum? Et quidem Justus Meierus *ad d. tit. D.* 3. *lib.* 20. *th.* 1. *n.* 3. infert, res Ecclesiæ inmobiles pignoris nexu minime posse adstringi, *per c.* 3. *ext. de rebus eccles. non alien.* posse tamen per generalem hypothecam obligari sine traditione, idque ex communi Dd. opinione, quam imitantur Alexander *consil.* 118. *col. pen. volum.* 5. Neguzantius *d. tract. de pign. p.* 2. *n. numer.* 3. Mozzius *d. tractat. & tit. cap. de pers. quæ pign. poss. n.* 8. Rittershusius autem clarius mihi & fundamentaliter, licet breviter rem definivisse videtur *in method. Novel. exposit. part.* 1. *c.* 8. *num.* 59. Pignerationes namque rerum Ecclesiasticarum (nisi forte distinxeris etiam inter usum rebus divinis sacrisq; destinatum, & alium in homines clericos collatum) neque simpliciter sunt prohibitæ, neque indistincte permissæ. Distinguendum enim est, inter hypothecam generalem omnium bonorum, & specialem certæ rei nominatim obligatæ. Quæ divisio alias quoque in toto jure celeberrima est, ac sæpe fit, ut etiam utriq; in eodem instrumento conjungatur: Verb. gr. Obpignero tibi domũ vel molendinum meum pro mille florenis, mutuo mihi datis; Et si contingat in illam summam non sufficere hypothecam, ut me non solvente inde possis tuum, quod desit aut absit, consequi, insuper & cætera mea bona omnia tibi obpono, ea lege, ut paratissima & expeditissima quæque persequi possis. *l.* 2. *& ibi* Accursius *C. de pign. & hypoth.* Jam de Ecclesiasticis bonis ita jus est, ut generalis quidẽ hypotheca omnium bonorum sit permissa; specialis vero prohibita. *Nov.* 7. §. *nos igitur* 1. Et quidem adeo, ut creditor, qui res speciali pignore vel hypotheca sibi obligari curaverit, vel passus fuerit, jus crediti amittat. *Auth. qui res. C. de SS. Eccl.* Ratio differentiæ, inter generalem & specialem hypothecam, cur facilius quam illa in reb. Ecclesiasticis concedatur, est: quia specialis magis obstringit & afficit rem, quam generalis. *arg. l.* 1. *in pr. D. de pig. & hyp.* unde etiam fit, ut qui specialem hypothecam habet, non ante possit persequi aliquas res ex generali, quam excusserit vires specialis hypothecæ, ut rescribserunt Imperatores *in l.* 2. *C. eod. tit.* sive sub alienatione, de qua in allegata Novella sermo, etiam hypotheca & pignorationes conprehenduntur: sicque creditor generalem hypothecam in bonis Ecclesiæ pro credito suo habere potest; non vero specialem, utputa potest omnia Ecclesiæ bona sibi habere obligata, cuius ratio est, quod propter causam necessitatis solam (de qua ratione beneficiorum seu præbendarum rerumque sacrarum & religiosarum late agit Ripa *in d. l. obligatione. n.* 44. *usq; ad n.* 55. *D. de pignorib.*) hypotheca rerum istarum concessa sit, ac creditori per speciale pignus plus juris, quam per generalem hypothecam constituatur. Vasa enim Ecclesiæ, & alia, quæ ad liturgi-

am ordinata, alienari omnino ſunt interdicta, niſi in caſum redimendi captivos Chriſtianos ab hoſtibus, quo vaſa conflari debent, ut exponit Joachimus Stephani *in expoſ. d. Novel. 7. nu. 14. cum Novel.* 120. *n. 7. & 8.*

26 Tandem quia † feudum in re inmobili ſolet poteſtque conſtitui, & pro tali ſimiliter molendinum reputetur, ut paſſim dixi: quid juris, ſi id concedatur, vel ſi pro re mobili habueris & inter alia bona feudalia tribuatur; Vaſallus (nam dominus poteſt, *arg. tit. de pigno. dat. feud. lib. 1.*) anne id alienare vel obpignerare poterit? Si de toto feudo quæſtio eſt, negatur, *per tit. 52. & tit. 55. de prohi. feudi alien. lib. 2. feud.* Quid vero de partibus una atque altera non ſucceſſive omnibus? Sane cum non ſit levis momenti, ut audivimus, ob varias utilitates & reditus habere molendinum; facere homo ligius vix poterit, quin magnum damnum domino ſeu proprietario ea ratione accerſat contra mentem concedentis & fidem accipientis feudum. Mutare tamen rem aut partem aliquam, ſuo pariter modo, & meliorem reddere poteſt, inſcio domino; non vero alienare, aut nexu aliquo duriore, neque expreſſe neque tacite obligare, in ipſius præjudicium vel agnatorum, ad quos, mortuo pignorante alias feudum devolvitur, teſte poſt Alvarottum Ioh. Franc. Ripa *in d. l. obligatione. num. 35. cum ſeqq. D. de pignoribus & hypothecis.* Paulo Buſio *ibid. n. 14. & in l. lex. vectigali. 31. n. 4. 5. & 6. D. eod.* Udalrico Zaſio, Henrico Bocero, & aliis late mox allegan. locis, *per d. tit. de prohib. feud. alienat. per Loth. & Frid.* Præter uſitatiores namque rationes magnos ſumtus in exſtructione unius aut alterius molendini dominus fecit: & ideo conductorem illud fabricare in fundo locato non poſſe, quia magno conſtet adparatu reſponſum accepimus, *quæſt. 18. num. 13.* à quo non abludunt quæ de emphyteuſi & feudo dixi *quæſt. 14. nu. 11. 12. 13. 14. 15. 17. hac quæſt. 28. n. 24.* cum à feudo ad emphyteuſin argumentari liceat, Everhar. in Top. loc. *à feud. ad emph.* niſi in utroq; diverſitatis ratio fuerit, notante Buſio *d. n. 14.* & ante eũ Andrea Gailio *l. 2. obſerv. Cameral. 25. num. 6.* pulchre Henricus Bocerus *claſſ. 5. diſp. 19. n. 65. 66. 67. &*

27 *68.* Maxime cum juxta illum † obpigneratio ſit quædam alienatio, (hæc autem in feudis prohibita) ut etiam antea Joachimus Stephani poſuit, & ante hunc Weſenbecius *in parat. D. quæ res pign. da. n. 2. confer* Alvarot. *ad §. inveſtitura 1. ſub. n. 4. per quos fiat inveſt. pag. mihi 87. B.* quæ dominium regulariter ſolet præſubponere: quẽ

28 effectum quoque in † conceſſione ſentimus, quando molendinum non modo magna conſtare impenſa; ſed etiam nec aliis jam ferme conpetere, quam feudi titulo inſignitis, dicat Choppinus *dict. lib. 1. ad leg. Andium. cap. 23. num. 1. pag. 235. juncta. q. mea 24. num. 21.* Hinc Udalricus Zaſius

29 pro † regula fundamentali ponit. Hodie omnem alienationem eſſe prohibitam, & feuda non poſſe ullo pacto alienari per vaſallos; nec in totum, nec in partem: quocunque titulo ſive pignoris, venditionis ſive in animæ ſalutem, ſeu ullo prorſus diſtractionis genere, etiam ſi ſub umbra ſeu nomine inveſtituræ vel libelli, dato pretio conventio fieret; ſecus facientes feuda iſta amittere, & ſcribam, qui inſtrumentum confecerit, infamem fieri, manusq; amiſſione puniri; ſicq; eodem feudo ſervitutem inponere non poſſe, nec oppignerare, licet Gloſ-

Gloſſa de parte ſive medietate feudi (quod Pileum quoque feciſſe Ripa carpit) contrarium ſtatuerit. Zaſius *in epit. feud. part. 9. num. 3. 4. 5. 6. & per tot.* Alvarottus *ad uſus feud. ſparſim*; ac eſſe commune placitum Interpretum noſtrorum, poſt eumdem Ripam, Neguzantium & Clarum profitetur Felicianus de Solis *d. tract. lib. 2. cap. 4. num. 19.* cum quibus confer Borcholtum *de feud. cap. 8. num. 41.* Hartman. Piſtoris. *quæſt. 37. num. 16.* Colerum *part. 1. cap. 10. num. 154. cum ſeqq.* Buſium *ad d. l. lex vectigali 31. D. de pignorib.* Iohan Niellium *diſp. feud. 6. th. 6.* & Helf. Ulric. Hunnium *tract. feud. cap. 12. pag. 348. 349.*

30 Adeo ut hos vaſallos † non modo invito Domino aut agnatis res ipſas; ſed ne fructus quidem feudales ex illis redeuntibus obpignerare poſſe, ſtatuat Dn. Hermannus Vulteius *tract. de feud. lib. 1. cap. 10. num. 58.* quamvis communis opinio contrarium velit, quam Bartolus, Iaſon, Curtius, Speculator, Weſembecius & alii ſequuntur apud Gailium *lib. 1. obſerv. 117. lib. 2. de pace publ. cap. 17. num. 16. 17. 18. 19. 21.* & Treutlerum *d. diſp. 1. th. 5. lit. H. vol. 2.* cum quibus evolve eundem Buſium *in d. l. 31. num. 5. & 6. inf. quæſt. 29. num. 12. quæſt. 30. nu. 16.* qui fuſe de bonorum feudalium obligatione, alienatione, executione pro judicatis, & ſuper hac recepta conſuetudine diſputant; utrum fieri vel domino & agnatis conſentientibus peragi debeant. Quomodo in ſuperiori etiam Luſatia hæc non obſervatur, quod conſentientibus agnatis fieri neceſſum ſit, bonorum feudalium obpignerationem, vigore privilegii à Ferdinando & Maximiliano conceſſi.

31 Poſtremo & hoc † addendum, motas, quarum ſæpe meminimus, & quas Principes Brunopolitani jure quodam ſibi vindicarunt, quandoque aliis pro certa penſione conceſſas, iterumque hanc aliis obpigneratam fuiſſe. Diſcimus namque hoc ex Actis Brunſvvicenſibus ſive auß den Braunſch. hiſtor. Händeln; *part. 1. memb. 1. cap. 9. num. 81. pag. 116. 117. ubi hæc fere reperiuntur verba*: Es haben aber folgende Hertzogen ſolche ihre Mühlen/ in der Statt Braunſchweig / umb Zins und Gülten außgethan/ auch darnach ſolchen Zinß dem Rath allda verpfändet/ wie deß Hertzogen Friederichs Pfandbrieff/ darin dem Rath zu Braunſchweig ein Viertheil deſſelben Mühlenzinſes und Gülte/ vor 410. Marck lötiges Silbers pfand- und wiederkeufflich verſchriben/ außweiſet/ welches Copey drauf alſo folget.

„ Von Goddes Gnaden/ wy Fredrick Hertzog tho Brunſchwig und Lüneborg ꝛc. Hertzögen Magnus Söhne deß Jüngern Seeligern/ bekennen in düſſem Breve/ dat we mit gudem Willen und wolbedachtem Mode/ unde narade unſer Mann hebben verkofft/ unde in öre wehre gelaten unſen leven getrüwen/ dem Rahde unde den Börgern tho Brunſchwig vor 410. Marck lödiges Sülvers/ Brunſchwickeſcher Witte und Wichte/ de uns gentzlicken unde alle betalet ſind/ unſen veerden Deel deß Möhlentins unde Gülde an allen Möhlen tho Brunſchwig/ alſe unſe Eldern uns denſelben Möhlentins unde gülde geervet hebbē/ unde wy unde unſe rechten Erven unde Nakömlinge willen unde ſchöllen unſen vörgenanten unſen leven getrüwen/ dem Rahde unde den Börgern tho Brunſchwig des vörgeſetten Möhlentinſes unde Gülde / öre rechte Heren und Wehren weſen/ unde ſe entwehren vör aller

rech-

" rechten anſpracke / unde ſe truwelicken dar-
" anne verdedingen / war unde wanne ön des
" noth ys / unde ſe dat van uns eſchen. Ock
" möge we unde unſe rechten Erven unde un-
" ſe Nakömelinge unſere verdendeel unſes
" vörgeſchreven Möhltinſes unde Gülde wed-
" der Köpen / van dem Rhade unde den Bör-
" gern umb vörgenant 410. Marck lödiges
" Sülvers der vörgenanten Witte und
" Wichte unde wanne we dat dohn wolden /
" ſo schölle we öhn dat vör verkündigen tho
" Wynachten / unde darna tho den negeſten
" Paſchen ſcholde we öhn dat ſülve Geld gentz-
" licken betalen / in der Statt tho Brunſchwig
" ahne vertoch / ꝛc. Jſt geſchehen na Gades
" Bort / 1399. Deß negſten Donnerdages
" vor Sünde Mattheus Dage / des heiligen
Apoſtels. Pari paſſu ambulant, quæ mox ſequuntur de retrovenditione, obpigneratione & refectione arcis ac molæ adjunctæ. Pauca tantum verba huc transferam, reliqua lectori conmittens:

" Van Gades Gnaden / we Frederick ꝛc.
" hebben den Erbaren / Wyſen Lüden / unſen
" leven getrüwen / dem Rhade unde den Bör-
" gern der Stadt tho Brunſchwig / vor 900:
" lödige Marck Sülvers / vörpendet und in
" öhre wehre geantwortet unſe Schlott tho
" Vechelde / mit dem Dörpe und Möhlen dar-
" ſülveſt / und mit aller Schlachten / Nütt und
" Thobehörungen / an wiſchen und weiden / an
" water und wegen / unde an unwegen / und
" mit allem dem wat dartho höret / genöhmet /
" unde ungenöhmet ꝛc. Ock mögen unſe leven
" Getrüwen / vörgenant / dat dörp tho vechel-
" de / unde de Mölen ummeleggen laten uppe
" de wiſchen by dem dam / wur und wu ön dat
" beſte düchte / dar edt dem Schlate bequemeſt
wehre ꝛc. *d. cap. 9. num. 85. pag. 122. & 123. quæ refer ad diſſertat. meam de jure caſtror.*

QVÆSTIO XXIX.

Quatenus molendina accipiamus per contractum Libellarium?

SVMMARIVM.

1. Contractus libellarius quoque ſuper molendina celebrari ſolet ac poteſt.
2. Excuſatio autoris, cum Argentræi judicio de hoc contractu, cum numer. 4. & 5.
3. Termini in omni tractatione explicandi.
4. Deſcriptio illius contractus.
5. Definitionis explicatio, & primum generis; cum ſynonymis.
6. Secundo ſcripturæ ſeu chartæ & nominis, unde deſcendat.
7. Libellarius contractus de re corporali & inmobili celebratur.
8. Præterea quomodo à venditione, locatione, emphyteuſi, feudo & cenſu differat, remiſſive.
9. Iuxta nonnullos canon tenuis & modicus indicat emphyteuſin.
10. Ius emphyteuticum & libellarium an priſcis fuerit cognitum, Choppini, ſententia ab autore temperata.
11. Libellaria an in rebus mobilibus vel inmobilibus, feudalibus, emphyteuticis & allodialibus cõſtitui poſſit?
12. Allodialia quid ſint, remiſſive: & hodie feuda ad allodialium fere naturam redacta eſſe.
13. Sed an quoque in bonis Eccleſiaſticis ius libellarium habet locum?
14. Si tamen in iis conſtitutum ſit, & ſtatutum exſtet in clericorum præiudicium, ne ad alia molendina vadant, extra territorium mandantis ſita, an tunc illud valeat?

SImilia obtinent in † contractu Libellario, quem ſuper molendina celebrari poſſe ſparſim indicavi, & huc referenda duxi, quæ circa illud genus obligationis naſcuntur. 1

Contextus † quoque eo, quod licet in terminis pene nihil quam unicum caſum adhuc apud autores formatum repererim, 2

attamen generalia, ac quæ illius contractus naturalia quasi & substantialia inferunt, obiter designanda existimaverim, plenius ab Interpretibus enucleata, quos hinc inde designo & quos hi vicissim adducunt. Accedit, quod libelli seu livelli (ut quidam volunt, sed male pronunciant, Valasco judice) descriptio ne ipsis quidem Italicis scribtoribus (à quibus tamen celebratur, & originem duxisse ab eis verisimile est, sicque inprimis decebat, ut rem seu vocabula probe distinguerent) constat, ut ostendit Iason *ad l.1.num.38. Codic. de jure emphyteut.* quidam cum emphyteusi, sunt qui alium putent; & omittamus, quando nostra nihil interest barbarum contractum nosse, inquit Argentræus *ad titul.14. consuetud. Britan. nume.24. pagin. 997.* Nobis tamen curæ ex parte nunc erit. Crebro enim illius mentionem injiciunt, & prioris disputationis consequens est hæc altera.

3 Pro cujus† cognitione, ne fallamur terminorum ignoratione, videndum est breviter quid sit libellus, unde dicatur, in quibus constituatur & differat à cæteris contractuum generibus, cum similibus.

Quibus de rebus autores non conveniunt, diversisque opinionibus sed distrahuntur. Mihi adridet hæc aliqualis † de-
4 scribtio: Libellus sive libellaria est contractus juris civilis nominatus, quo interveniente scribtura res inmobilis aut æquipollens alicui venditur certo pretio, certa insuper pensione, in singulos annos constituta, hac plerumque lege addita, ut stato condictoque tempore renovetur, denuo numerato pretio, eoque vel certo vel arbitrario. Felicianus de Solis *dicto tractat. libro primo, capite primo numero decimo septimo in fin. & libro secundo capite quarto numer.23.* Jacobus Cujacius *de feudo libro primo titul.2. quibus modis feudum amitt.* Pardulphus Prattæus *in lexic. jur. verb. libellarius pagin. mihi 313.* Heinricus Bocerus *class.2. disputat.14. thesi 93.* Cunradus Rittershusius *in expos. method.* Novel. *part.1 cap.8. nu.51.* & plerique alii.

Malui per † contractum nominatum 5 civilisque simul juris definire; æque cum genus sit congruum, ac remotum generaleque est conventio vel venditio, à qua insuper differt. Sed & restrinxi, eo sensu, quo cognatæ interpretationis esse reor, aut quo populi vel urbis placitum jus particulare aut civile dicimus: cum contractus iste apud omnes nequaquam, nedum peræque sit in usu, sed primum à Langobardis videatur excogitatus, dein ab Interpretibus utplurimum Italicis usurpatus; ut late de eo in simili disceptat idem Felicianus *d. libro primo capite primo numero decimo usque ad d. numerum decimum septimum.* In terminis vero Joachimus Stephani *in expos. Novel.7. numero tertio & quarto per tot.* qui contractum Colonarium & jus παροικικὸν quoque vocitat, ab Impp. recentioribus repertum, teste etiam Gothofredo *in l. Cōstantinopol.24. in princip. Cod. de SS. Eccles. cum inf. num.10.*

Hinc factum quoq; ut Rolandinus Rodulphinus dixerit, emphyteusin, secundum diversas terrarum consuetudines, diversis aut synonymis nuncupari nominibus, & dici precariam, libellum censum, fictumque (de quibus speciebus singulis suo loco & ordine agam) *part.1. Summa artis Notar. capite primo de cent. vend. emphyteut. proœm. pag. 177.* Lege Wehnerum *in observat. pract. verb.* Fuldischlehen *pag. mihi 186 187.*

Addidi porro † interveniente scribtura 6 quod

quod celebretur : adeo ut Hottomannus scriptum reliquerit, omnium veterum Dd. opinionem esse vulgatam & verissimam, libellarium contractum eo sic dici, quod in libello sive brevi charta præscribatur *in lib. de verb. feud.* Idem post Cujacium & Borcholtum sentit Bocerus *d. disputat. 14. th. 3. lit. B.* Felicianus itidem & Stephanus *dd. ll.*

Quamvis alii diversas conminiscantur derivationes. Libellum enim quidem existimant dictum ab eo, quod fiat sub vilissima, puta duorum denariorum pensione perpetua vel temporali, juxta Afflictum, Parisium, Conanum & Covarruviam ; quos Felicianus retulit ex parte *dict. numer. 23.* & Alvarus Valascus *tract. de jure emphyteutic. quæstio. 35. numero undecimo* Romanos autem viliorem pecuniam libellam vocasse, ex Ciceronis loco Budæus evincit, & post eum Johannes à Chockier *tractat. de re nummaria capit. 8.* Alii dein censent adpellatum à libella *hoc est* mensura tritici, quæ uno die sufficere possit ad victum, ut accipitur *in l. judices C. de episcop. aud.* Et quia hujusmodi pensio solebat pro tali contractu dari, ideo libellarius forsan nuncupatus est, quidquid alii dicant, verba sunt ejusdem Valasci *d. num. 11.*

7 Sequitur in definitione, † Rei inmobilis venditio. Joachimus Stephani generaliter, illum contractum de re corporali fieri scribsit. Hæc autem, ut norunt omnes, duplicis conditionis est, mobilis vel inmobilis : & indicavi libellariam conventionem in molendinis tanquam rebus inmobilibus, adfixis & solidis tantum constitui posse, *sup. quæst. 8. num. 56. inf. num. 11.*

8 Ex proximo deinde verbo † adparet differentia à vulgari venditione; quam constat etiam sine scriptura fieri posse : nec renovari necesse est, & quæ non habet annuam pensionem, dicente Rittershusio *d. capit. 8. numer. 52.* Cæteri hoc ita efferunt: ut quamvis plerumque ad venditionem non requiratur scriptura *l. contractus C. de fide instrument.* tamen in libello necessaria sit, notantibus Baldo *in rubric. C. de jure emphyt.* Iasone *ad d. l. 1. num. 39. C. eod.* & Feliciano de Solis *d. lib. 2. cap. 4. num. 23. post princ.*

Alii contra (ut dixi) per conventionem, alii per venditionem; reliqui per locationem & iterum alii per emphyteusin hunc contractum definiverunt. Et quidem de locatione eamdem esse quæstionem, quæ de emphyteusi, sitne venditio vel locatio, inquit Felicianus ; qua de causa usus fecit proprium contractum exemplo emphyteusis *in §. 3. Institut. de locat.* Quinimo libellum esse idem quod emphyteusin plerosque autores tradidisse, & in effectu non differre : celebre Dd. esse placitum notat idem Felicianus *d. numer. 23. cum nume. 25.* ubi deinde ex eo infert, an libellarius rem concessam, æque ac emphyteuta hypothecæ subjicere possit, de quo præcedenti capite actum fuit : similiterque his nominibus hodie nos promiscue uti, post Julium Clarum, Angelum & Tiraquellum perhibet Paulus Busius *libro 2. subtilit. capit. 13. numer. 5.* Valascus tamen addit, locationis nomine generali olim jure feudorum venisse contractum emphyteuticum & libellarium aliosque similes, quousque proprias adpellationes acceperunt; quod notat eleganter advertisse Eguinarium Baronem *in capit. 1. § donare in titul. qual. olim feud. poss. alien. pag. 12.*

Idcirco priores adsertiones cum grano salis sunt adsumendæ, neque simpliciter

admittendæ; propter multiplices differentias, quas adcumularunt, præter cæteros Iason *ad d. l. 1. num. 38. 39.* 40. Valaſcus *d. quæſt. 35.* Felicianus de Solis *d. numer. 23.* Prattæus *in lex. d. loc. & pag.* Coraſius qui nominatim moletrinæ meminit *in prælud. tit. C. de jure emphyt. num. 16.* Gothofredus *in d. l. 24. princ.* Rittershuſius *d. cap. 8. num. 53. per tot.* & alii, quos in medium profero. Ex quibus pariter fit clarum, qua ratione tam à feudo, quam cenſu, cum perſonis ſimul diſcrepet. Unde Valaſcus *numer. 9.* perſtringit Franciſcum Connanum, quod *in comment. jur. civil. lib. 7. cap. 12. ad fin.* exiſtimaverit, illum eſſe contractum, libellarium, qui & cenſualis vocatur: cuius errorem obiter ibi detegit, & una addit, hoc dũtaxat apud Gallos defendi ac ita ſecundum illorum mores per cenſum contrahi poſſe. Quomodo intelligo etiam Feliciani, nimirum poſſe libellarium in re ipſa, quam poſſidet, ex libello cenſum conſtituere *d. cap. 4. num. 24.* ac Renati Choppini interpretationem, quæ eo tendit, quod non modo antiqui ut ſupra libellam pro minimi pretii (cum inſuper nonnulli hoc emphyteuſeos ſignum eſſe ſtatuant, per quod dignoſcatur & in qua penſio exigua præſtetur, in recognitionem directi dominii, juxta Clarum *in §. emphyteuſis quæſt. 1. in fin.* qui allegat Bellonum *conſil. 21. num. 5. juncto num. 1. 6. & 8.* adde Menochium *lib. 3. præſumt. 105. num. 5. & 6.* Maſcardum *concluſ. 603. n. 25.* multoſq; alios apud Valaſcum *quæſt. 1. num. 8. 9. & 10.*) pecunia uſurpaverint, *in comment. ad leges Andium lib. 1. cap. 42. nu. 17. pag. 395.* ſed etiam Cenſuali vicinum eſſe rei libello datæ tractatum; at-10 que ut † Emphyteuſis, ita Libellariam genus eſſe commercii priſcis etiam mortalibus uſitatum *d. comment. ad lib. 2. part. 2. cap. 6. num. 1. pag. 152.* Quod tamen æque vetuſtum eſſe vix credo: ſed potius poſt Iuſtiniani & aliorum Impp. tẽpora ita denominatum voce nova aut ſingulari, facilius inducor; ut ex adductis ab ipſo teſtimoniis eluceſcit. Non etenim modo feudali jure hæc contractuum ſpecies celebris, & à Langobardis frequentata; verumetiam ſæculo eodem regii patrimonii prædia legimus, Thomati cuidam commiſſa libellario nomine, à Theodorico Gothorum Rege, ut eſt apud Aurelium Caſſiodorum *lib. 5. var. epiſt.* De eo item qui volebat poſſeſſiones ſub ſpecie libellorum tenere, locus exſtat Gregorii Magni *lib. 8. epiſt. cap. 61.* Ejuſdem libellæ ſeu libellariæ meminit Novella Leonis Auguſti *conſtit. 13.* Similia de majoribus noſtris proximis, & non remotis petita habet Prattæus, *alleg. loc.*

11 Succedit nunc † de quibus rebus & ſuper quas hic contactus libellarius celebrari debeat poſitive? Et ſupra dixi, in re ſaltem inmobili aut æquivalente libellum conſtitui ſolere: prætereaque per illum non modo rem feudalem, aut emphyteuticam à domino, vel eo conſentiente à vaſallo vendi; verumetiam bona allodialia alicui concedi poſſe, concludit poſt Connanum *d. cap. 12. numer. 12.* Bocerus *ead. diſputat. 14. theſ. 94.* quibus addo Zaſium *in epit. feud. part. 9. n. 36.* Allodialia † autem 12 quid ſint, peregrina iterum vocis ſignificatione, Lexicographi & Doctores paſſim addocent: maxime cum poſt Zaſium, Boerium & Rebuffum teſtetur Buſius, hodie feuda fere ad qualitatem allodialium redacta eſſe, *in d. comment. ad l. lex. vectigali 31. num. 6. D. de pignoribus & hypothecis.*

Quod

Quod tamen cum Zasio & Corasio cæterisque de particularibus regnorum quorumdam consuetudinibus intelligerem *infr. quæst. 30. numer. 16. supr. quæst. 28. nu. 26. 29.* Sed quid de † bonis Ecclesiasticis dicendum? Ex istis sane interpretibus recensitis intelligimus, quare res sive bona Ecclesiastica prohibeantur in libellariam concedi; sed in precariam permittantur, de qua mox sermo instituetur: cum ecclesiæ molendina habeant ac ex iis decimas colligant. Ratio autem prioris est, quia nimium Ecclesia læderetur per ejusmodi negotium; at per precariam melior & pinguior ipsius conditio redditur; cum & datum prædium (quod molendinum esse, similiter suo loco demonstravi) recuperet extincto usufructu, & insuper aliud æquivalens statim adipiscatur. Quæ lucem accipiunt ex iis, quæ congesserunt Rittershusius *in d. c. 8. n. 54. usq. ad 63.* Stephanus *ad d. Nov. 7. cum Novel.* 120. Gothofredus *in d. l. 24. & 25. C. de SS. Eccles.*

14 Si tamen id † factum fuerit, & à Pontifice vel Principe concessum ac confirmatum: an valebit statutum superioris aut inferioris, magistratus, disponens ne subditi extra territorium suum ad molendina eant in præjudicium consequenter Ecclesiarum vel ecclesiasticarum personarum? Et quinam de eo litigent, duobus locis me adnotasse nemini. In terminis vero Rudolphus Schraderus respondet; non valere statutum ejusmodi, quo specialiter cavetur, ne subditi eant ad molendina extra territorium sita, quæ Laicis ab Ecclesia in feudum, emphyteusim aut libellum concessa sunt. Namque omissis aliis inductionibus, cum lex imperialis, quæ facilius quã inferiorum ecclesiis sive ecclesiasticis personis præjudicare potest, teste Bartolo *in l. si divina domus numer. 4. C. de exact. trib. lib. 10.* Baldo *in l. placet C. de SS. Ecclesiæ Hostiensi & Dd. in c. fin. ext. de sol.* Specialiter aliquid disponens de feudo, emphyteusi sive libello ecclesiastico rata non sit, autore Abbate *in cap. in præsentia n. 28. ext. de consi.* Multo minus statuta inferiorum specialiter de illis tribus loquentia valere debent. *argum. cap. cum in cunctis 7. juncta Gloss. ext. de cle.* Deinde idem concludit, statutum generaliter prohibens, ne subditi pro molendo frumentum ad molendina extra territorium sita accedant; absque omni dubio porrigi ad ista molendina, quæ Laicis ab ecclesia sive ecclesiasticis personis in feudum, emphyteusim vel libellum concessa sunt. Namque generaliter statuta Laicorum porriguntur ad res, Laicis ab Ecclesiis vel Clericis in feudũ, emphyteusin sive libellũ cõcessas; ex traditis per Petr. de Anchar. Baldum, Abbatẽ, Decium, Alexandrum, Felinum, Barbatiam, Socinum, Paul. de Castro, Raph. Comens. & Albert. Brunum, quos citat & sequitur Schraderus *in §. 16. nume. 51. usq. ad nume. 56. Instit. de rer. divis.*

QVÆSTIO XXX.

Quomodo molendina cõsequamur Emtione-venditione.

SVMMARIVM.

1 Inter contractus consensuales refertur Emtio-venditio.
2 Vtrum emtio vel emptio sit scribendum?
3 Venditione rem consequimur, illamque dominii speciem Baldus statuit.

4 In genere venditionis verbo omnis alienatio an contineatur? vide autores allegatos.
5 Permutatio ex antiquissimis dominii titulis unus est, cui successit emtio.
6 Venditionis usus frequentia, utilitas facilitas & æquitas prædicatur.
7 Qua voce quidam alienationem, alii omnem contractum intelligunt: sicque eo referunt Dationem in solutum, Litis æstimationem, Censum & Æstimationem, cum similibus.
8 Emtionis venditionis definitio sive describtio.
9 Sub ea conprehensa heredes quoque ligant ab utraque parte.
10 Quænam personæ contrahere & quæ res emi vendique licite possint?
11 Quodnam in molendinorum venditione justum censeri pretium debeat, cum nume. 12. & 13.
12 Æstimatio castrorum quænam remissive.
13 Argentræi iudicium de moletrinarum æstimatione, fructuum inter heredes collatione & in ea re Britonum servata consuetudine, cum istorum omnium commoda probatione.
14 Annui perpetuique reditus sive census num vendi possint, & quodnam legitimum eorum sit pretium? Dd. aliquam multi recensentur.
15 De precio popularis annonæ tractatus, & de emto Comitatu in Bavaria Siechingen narratio historica Cunrad. & Andr. Dinneorum.
16 Quid de feudalium ac emphiteuticarum rerum venditione, inter quas molendina sæpe repeririuntur, sit statuendum?
17 De rebus & molendinis minorum quid dicendum, si distracta fuerint cum numer. seq.
18 Adolescens à iuvene distinguitur; cum reliquis.
19 De rebus civitatis ac communitatis alicuius molendinis distractis quid decernendum?
20 Civitas solenniter in dominium & jurisdictionem alterius translata, an intelligatur hoc factum cum istius urbis iuribus, quæ in molendinis habeat, cum alia illatione & exemplo ab urbe Brunsvvicensi petita.
21 In rebus Ecclesiasticis aliud etiam servatur.
22 Retrovenditio num in his locum inveniat, magis remissive.
23 Evictio in his quoque an præstari debeat, & speciatim in molendinorum venditione?
24 Invectiva in Iudæos, res alienas sine pretii solutione non reddentes, nec in venditione de evictione caventes, cum similibus, num. 25. 26. & 27.
25 Damhouderius rerum furtivarum emtores vocat subsidiarios fures &c.
26 Magistratuum iniquitas, res vi aut clam ablatas; item naufragio amissas veris dominis dum non restituunt, sed ærariis suis adplicant.
27 Brevis indiculus autorum, qui Iudæos perstrinxerunt, & de illorum iuribus egerunt.
28 Quænam hic ulterius consideranda? Et quidem molendinorum genera, personæ & loca; puta Princeps si nummos accipiat pro licentia aquæ ducendæ, vel exstruendæ molæ in flumine publico.
29 Vendito aut locato molendino, quid contineatur?
30 Emto pedagio fructibus molendinorum, an pretii remissio concedenda propter casus inopinatos fortuitos & insolitos; si totum aut pars eorum perierit.
31 Alexandri Immolensis laus per Mozzium decantata huiusque decisio in contrario, si molendinorum reditus aucti fuerint: vel res, cui servitus debetur, incrementum acceperit ex Cephalo.
32 Quid si socius partem suam alicui vendiderit, & emtor damnum senserit ab inopinato cataclysmo, ad quid obligatus sit?
33 Venditione autem molendini per aliquem facta, quod eo casu etiam alterius postea veniat molendini; etiamsi in venditione de ea mentio facta non fuerit.
34 Molendinum adfixum domui venditæ, an cedat venditori cum domo; cum aliis notabilibus illationibus: de prædiis & castris domibusque distractis, quænam una conprehendantur?
35 Molendina à vasallo emta an præsumantur feudalia; cum adjacentibus aliis.
36 Vendita moletrina sine expressione districtus, is tamen simul cedit emtori hoc est jus cogendi subditos venditoris ad molendum.

INter contractus seu † obligationes [1] consensu constantes, primam sedem Emtio Venditio occupat, *tot. titul. ubi Dd. Institut. de obligat. ex cons.* Quod vocabulum † eliso M. adhuc malo scribere; cum [2] analogia, exempla, ratio originis & non contemnendæ authoritates id suadeant; quominus in partes secedam Josephi Castalionis Jurisconsult. *decal.* 1. *observat. in criticos capite primo per tot.* qui argumentis suis scrupulos conceptos nondum mihi penitus ademit aut exemit, ut illis valere jussis iterum sinceriorem sequar orthographiam, & taceam quæ passim Victorinus, Resendius, Lambinus, Popma, aliiq; inter Philologos sive criticos doctissimi viri literis hoc de genere consignarunt.

Sed iis omissis † dicendum breviter: [3]

Vendi-

Venditione etiam nos rem posse ac solere acquirere, dominiumque illius aut titulum translativum consequi: quam ejusdem quoque speciem fecit Baldus *in l. in rebus columm. 2. post princip. ibi dominium. Cod. de jure dotal.* bene Corasius *ad l. quoties numero tertio & quarto Codic. de rei vindicat.* & quæ † in genere sumta, omnem alienationem continet, ex *l. statu liber 29. §. Quintus D. de statu libr. l. sicut §. venditionem D. quibus modis pignor. vel hypoth. solu.* Prattæus *libro quarto vet. jurisprud. libro tertio* Meierus *ad hoc titul. D. thesi. 2.* Busius *ibid. ad l. 1. numer. 3. 4. 5. 6.* Treutlerus *disputat. 28. thesi. 1. litera B. volum. 1.* Ante hos aperte id statuit Seneca, inquiẽs, *Venditio alienatio est, & rei suæ, jurisq; sui in alium translatio, libro quinto de benefic. capit. 10.* Ubi Lipsius; Legitima, ait, definitio & imperatoriæ illi consonans: Alienatio est omnis actus, per quem dominium transfertur. Nec ab his recedit Argentræus *ad consuetud. Britan. artic. 419. gloss. 2. numer. 1. & artic. 266. numer. 16. pagin. 995. B.* ubi insuper ait, de ea tam multa inveniri apud Fabianum de Monte S. Sabini, speciali tractatu: idemque in feudis obtinere monstravit Niellius *disputat. feud. 9. thesi. 5. cum 6.* an vero in statutis locum habeat, & propria vocis lataque significatio sit, ut venditio omnem contineat alienationem, investigat Petr. Nicol. Mozzius *tractat. de contract. titul. de emt. vend. capit. 1. numer. 26. cum seqq.* & Johan. Franc. à Ripa *in l. filiusfamilias 117. §. Divi 2. numer. 100. cum duob. seqq. D. de leg. 1.* Quo loco indicat, in sensu usitato ac in specie proprium hujus contractus nomen retinere.

Idem fassus est etiam Argentræus, citato jam loco posteriore. Postquam enim dixerat, inter antiquissimos † titulos dominii translativos, primi nominis ac usus fuisse permutationem, sicut de ipsius origine disserit Paulus *in l. 1. ubi* Wesenbec. Meierus *& D. commun. juncto titul. D. de rer. permutat. D. de contrah. emt.* Subjicit, huic successisse Emtionem-venditionem; non illam in genere sumtam, sed hanc specifici contractus adpellativam, quæ prece & merce conficitur; de quo tam in jure quam interpretum libris peculiares tractatus exstant, & qui † multo usu frequentissimus, cæteros utilitate & facilitate contrahendi superat: adde æquabilitatem, ut non inmerito eum Romani olim tanquam justissimum, omnibus fere solennibus familiarum mutationibus, translationibus ac alienationibus adhibere sint soliti, dicente Wesenbecio *in parat. D. d. titul. de contrah. emt. numer. 1.* ornate Anton. Contius *libr. 1. disput. c. 16.* & Pard. Prattæus *in lex. jur. verb. contractus.* Hunc vero contractum ex ejusdem Argentræi opinione sequuntur omnes (quamquam nonnullos † per emtionis seu venditionis vocem intelligere omnem alienationem, alios omnem contractum, notet post Mozzium Treutlerus) qui quamlibet mutatis nominibus in hunc resolvuntur aut relabuntur hoc est quotiescumq; fit, ut quidquam intercedat, quod vice mercis sit, quod item vice pretii; cujusmodi est Datio in solutum, cum pecunia cõventum est, deinde fundus pro ea datur; quod etiam agnovit Gailius *lib. 2. obs. 70. nu. 2.* Ant. Heringius *tr. de fidejuss. cap. 6. nu. 122.* Busius *tract. de annu. redit. lib. 1. cap. 11.* Ziegler *in commun. conclus. §. nobiles. concl. 1. nu. 231.* Eodem recidit & Litis æstimatio id

5

6

7

est

est cum quis condemnatus est ad restituendum valorem rei cujusquam, qui eam non restituebat. Sed & rem inmobilem in alium transtulisse Census titulo, vel permutationis (cujus in terminis exemplum adtuli ex Actis Brunsvvicensibus *supra quæst.20.num.5*) aut alio quolibet eam sonante, si ex lege & antigrapho conventum est, ut pro censu vel re permutata, pecunia tandem solveretur, vendidisse est: item quotiescunque id quod promittitur, resolvitur in obligationem pretii, qualiscumque tandem color adfingatur, aut pictura aut tectorium. Denique rei etiam inmobilis [pro qua molendinum reputari, aliquoties repetii] quocumque titulo traditæ, si æstimata traditur, fit emtio, eaque in hanc relabitur. Nec dubium quin aliæ quoque species fingi possint, quæ nominibus variantes, in hunc ipsum venditionis contractum effectu resolvuntur; de quibus idem quod de venditionibus statuendum esse, sive quoad (ut vocant) approprimenta, sive quoad dominii translationem, sive quoad laudemia, sive quoad retractus consanguineorum, aut feudales effectus, postremo & consequentias omnes, præter Tiraquellum & Molinæum fusius Argentræus persequitur. Idem fere tradit Mozzius *d.ca.seu col.1.* & Nicol. Vigelius *in meth. ju. civ. part.5. lib. 8. cap.1. memb.2. de specieb. emt pag.* 1520. *&* 1521. itemque Rittershusius *in expos.meth. Nov. part.1. cap. 8. num.* 22. *&* 23. postque eum Meierus *ad D.h.tit.th.50.*

8 Est igitur † Emtio-venditio contractus jurisgentium, nominatus, bonæ fidei & consensu contrahentium ea lege initus, ut Venditor ad tradendam rem, ejusque aut dominium transferendum, aut præstandam evictionem: Emtor contra ad dandum venditori pretium obligetur. Wesenb. *d.lo. nume.* 2. Eodem recidunt aliorum definitiones, puta DD. communiter eas consignantium *ad d.tit. D. d. contrah. emt.tit. Instit.de obligat. ex consensu.* Mozzii & Montani *dd.tract.* Boceri *class.* 2. *disput.3.th.9.* Treutleri *d.disp.28. th.* 1. *vol.* 1. Althusii *libr.1.dicæol.cap.74.numer.15.* ex quo hanc quæstionum proximarum cohærentiam ex parte desumsi. Ex his demum interpretibus jam recensitis repete, quæ ad contractus illius naturam differentias ac requisita spectant, ut non sit necesse diutius in iis hic inmorari. Tantum observetur, eadem in † definitione conprehensa, intelligi quoque in heredum 9 persona debere, ut addit Rittershusius *in comment.ad l.contractus.23.capite 7.pagin.* 97. Vnde emtio cum sit contractus bonæ fidei, extendi debet ad omnes successores, ne decipiatur emtor, qui omnibus suis heredibus prospexisse præsumitur, dicente Zasio *consil.8. num. 24. per l. pactum De probat.* Indeque Justiniani Imp. sanctio profluxit; in his negotiis, alterum alteri obligari in id, quod alterum alteri ex bono & æquo *hoc est* ex bona fide & sincera æquitate, non de eo solo, quod cautum est, præstare oportet, *versu 3. d. titul. Institut. de obligat. ex consil. ubi post Theoph. Dd. commun. juncto §. actionum. 28. ubi iterum Dd. Inst. de act. l. quia tātumdem De neg.gest. l. 2. Cod. si prop. public. pensit.*

Præter hoc † necessarium est, ut tangamus, & ad quæstionem à nobis institutam 10 transferamus: quænam personæ contrahere, aliasq; obligare, & quænam res licite emi vendique possint? Quæ membra abunde explicarunt Fabianus de Monte S Sabini & Petrus Nicolaus Mozzius *dd. tractat.* quibus iterum adjunge Wesenbecium

Becium *d. tit. num.* 7. Bocerum *d. disp.* 3. *th.* 15. 23. 24. *cum seqq.* Althusium *d. c. p.* 74. & *cap.* 75. Treutlerum *d. disput.* 28. *th.* 4. ubi refert Vulteium succinctè & eleganter hoc præstare *lib.* 1. *Jurisp. Roman. cap.* 35. qui unanimiter concludunt: Emi vendiq; intrepide posse res omnes, tam corporales, quàm incorporales, quæve in commercio & patrimonio existunt; postremo quæ haberi, possideri, persequi ac exspectari quovis tempore ac modo, cum accessionibus suis possunt; nisi leges nominatim quasdam excipiant, quod præter laudatos exprimit Melchior *Kling in enarrat. tit. Instit. de rer. divis. n.* 4.

11 Quantum ad † nostram hac quidem vice materiam attinet, notandum initio quodnam justum possit molendinorum constitui pretium, ac deinde quomodo & quænam sub venditione ista conprehendantur, liciteque per hunc contractum ad alios transferri queant? Quoad primum dicerem, non tam ex structura & rebus ipsis, quàm ex accidentibus hoc in casu justum definiri pretium debere: puta qualitate, conditione, commoditate, immunitate, privilegiis, reditibus pluribusque servitutibus; quæ molis istis vendendis conpetunt ac debentur. Item non sine causa ponderandum venit, alibi à me discussum, an molendinum pro prædio urbano, vel rustico sit habendum? quod tunc lucem accipit ex traditis Dionysii Gothofredi *ad Novell.* 7. *de non alien. reb. eccles. cap.* 3. §. 1. *vers. si vero alicujus. litt. C.* Natura loci seu regionis etiam venit in considerationem, quibusnam molendinorum generibus supra à me descriptis, magis ista conveniant, & an multi eò convolent, qui frumenta molenda adportent. Non enim mirum aut infrequens in jure vel tali taxatione, ut sæpe externum accidens & usus sive obventio præponderent; id quod multis gnosibus ac exemplis innotescit. Videmus hoc itidem in † æstimatione Castrorum, de qua Paulus Matthias Wehnerus, relatus à me *in dissert. inf. in mantis. cap.... th.* 27. *inf. quæst.* 45. *num.* 14. 15. qui post Meichsnerum huc expresse pertinere & observari inter alia oportere monet, die Mühlen / Geträid / Britter- oder Schneidmühlen / Eysenhamer / Glaßhütten / Papiermühlen / Walckmühlen / 2c. in punctis Anschlag der Güter *pract. observat. lit. A. pag. mihi* 31. Hinc sæpiuscule commendatus Bertrandus † Argentræus, non modo adfirmat, moletrinarum ædificia exigua in æstimatione esse, totumque fructum consistere in utilitate, quæ de molentibus percipitur: sed etiam in genere præmittit aliquot Brito-Gallorum de justo ac inter heredes dividendo molarum fructu sive pretio constitutiones, ubi legere potes; scilicet *in d. comment. ad consuet. Britan. tit.* 17. *art.* 347. 353. 541. & 542. ubi subjicit: Unum ex illis articulum non sequi rationem civilem. Nam cum magna pars fructuum moletrinarum, quantumcumque districtualium, (ad quæ bannalia molendina jure districtus vel territorii subditi ac vasalli num cogi possint, examinavi *sup. quæst.* 11. *per tot.*) consistat in casualibus moletrinis earum, qui aut ex vicinitate, aut commodo molant, ratio non conparet, cur talium emolumentorum (ut articulus iste de primogenito ac tali redituum divisione non facienda conceptus volebat) ratio non habeatur in collatione fructuum perceptorum, & proponi potest talis moletrina, quæ sexcenta annui reditus reddit ex casualium proventu, quæ ducenta sine his non sit redditura, si forte

12

13

paucos subjectos habeat distringibiles, & loco oportuno vicinis sita est, & raræ sint moletrinæ. Id autem dijudicari posse ex locationibus Fermes, & testimoniis vicinorum, & ipsorum molitorum, pistorum, aliisque probationibus, ait ad *d. art.* 353. *pag.* 1511.

14 Huc conferunt † quæ de annuorum aut perpetuorum & temporariorum redituum emtione, justoque eorumdem pretio anxie congesserunt, Henricus de Gandavo *Quodlib. 8. quæst.* 22. Abbas & CCtæ communiter *in cap. in civitate de usur.* quos magis communiter eam pro licita habere, & ab omni fœnus suspicione alienam testatur Ripa. *consil.* 4. *num.* 5. 6. 7. *&* 8. quavis eos non sequatur. Refert illum quoque Mozzius *d. capit. de reb. em. num.* 23. *pag.* 318. Videatur etiam Johan. Niellius *disp. feud.* 3. *th.* 2. *in princ.* Car. à Kirchberg *disc. de feu. ex pacto & provid. cap.* 4. *num.* 166. 167. 168. 169. *&* 170. diuque ante hos idem attigerunt Baldus *consil.* 154. *per tot. vol.* 5. Romanus *consil.* 302. Did. Covarruvias *lib.* 3. *var. resol. cap.* 7. Ant. Tessaurus *decis.* 154. Franc. Hottomannus 2. *obs.* 1. *& in comment. de usur.* Car. Molinæus *tract. de commerc. & usu quæst.* 62. *cum aliquot seqq.* And. Gailius *lib.* 2. *observ. Cameral.* 7. 8. 9. *&* 10. Joh. Corasius *incent. Senatusconsult.* Tolosan. *capit.* 45. *volumin.* 2. *oper.* Andreas Tiraquellus *de retract. lignag.* §. 1. *glossa sexta.* Andreas Fachinæus *lib.* 2. *controvers. cap.* 42. *&* 43. *item libro octavo, capite* 2. Borcholt. *in tract. de usur. cap.* 4. Petrus Friderus Mindanus *libro* 2. *de proces. & mandat. Cam. cap.* 72. Cunradus Rittershusius *in different. jur. civil. & cano. lib.* 4. *cap.* 12. *pagina* 316. *cum duabus sequentibus.* & cum his noviter quidem, sed exacte hoc tractantem vide Paulum Busium *de annuis redit. lib.* 1. *cap.* 8. 9. *&* 10. *per tot.* interque illos Covarruviam, Gailium & Friderum sequutus est Althusius *dicto libro primo, capite* 74. *numero* 50. *juncto capite* 34. *numero* 44. legendosque insuper suadet Soarezium *in thesau. commun. sive recept. sent. lit. V. numer.* 20. *cum sequentibus.* & Manticam *de tacit. & ambig. convent. lib.* 8. *tit.* 22. Addo nunc Albericum de Rosate, qui dubium movet: an decimæ sint æstimandæ pro quantitate redituum, an potius pro pretio agri, è quo penduntur seu exsolvuntur. *tract. de statut. lib.* 1. *quæst.* 102. *num.* 1. *&* 2.

Nec minorem operam in simili præstabit † Dominus Præceptor Andreas Dinnerus *in tractat. suo de popularis annonæ rerumque aliarum pretio*, ante sesquianum edito; & quæ ipsius pater doctissimus Cunradus Dinnerus Jurisconsultus, sub conposito translatoque ob causas in aliam linguam nomine Thrasybuli Leptæ videlicet, de emto quodam Comitatu, pretii excessu, & redituum calculo ad justam proportionem redacto, cunctis circumstantiis intertextis copiose conmemorat, ornataque dictione persequitur *in libro quarto exposit. histor. de reb. gest. illustr. Dn. Baronis Georg. Lud. à Seinsheim &c. pag.* 279. 280. 281. 282. *&* 283. ubi de fructuum qualitate, æquilibrio ac Quanti minoris, Quantive interest actionibus simul disputat cum Nicolai Boerii decisione 50. quam elegantem vocat, & quam ipsi in hac palæstra luctanti obiter adducere visum fuit. Ad nostram redeundo † materiam rerum dico ulterius discrimen esse habendum. Et quia circa molendina aliquoties in jure feudali obvenientia 15 16

dubia proposui, quæritur: An emtio-venditio in rebus hujusmodi beneficiariis locum habeat, ac firma sit? Et quidem illa non modo feudi substantiam mutare nequit, teste Zasio *in epit. feud. part. 12. numero 21.* Sed nec à vasallo vendi possunt bona feudalia, vel ab alio emphyteutica (in quorum numero sæpius molendina existere scimus) sine domini directi consensu aut voluntate, *l. fin. C. de jure emphyt. cap. 1. de prohib. feud. alien.* Mozzius *d. cap. de reb. quæ emi vel ven. poss. numero 37. pag. mihi 321.* Mejerus *ad d. tit. D. de cont. emt. th. 94.* Busius *ad leg. rem. alienam. 28. numero 2. eod. & l. lex vectigali 31. D. de pignor.* late Rolandus à Valle *consil. 57. vol. 3.* & Zasius *d. epit. part. 9.* post alios Feudistas, qui id vulgariter pertractant, & de particularibus quarumdam Provinciarum contrariis consuetudinibus exaudiunt *supra quæstio. 29. numero 12.* ac nominatim feuda ad instar patrimoniorum redacta sive iis exequata esse in regno Franciæ seu Galliæ, post Johannem Fabrum & Guidonem Papam testatur Joh. Corasius *in l. filium quem. 24. memb. 3. sive in summ. rer. numero secundo & 42. Codic. famil. hercisc.*

17 Pariter † quia minores etiam molendina possident, eaque occasione inter prædia & res inmobiles retuli *quæst. 8. numero 65. & per tot.* non inmeritò dubitatur, Annæ hæc quoque emi vendique possint, & sic quodammodo à minoribus vel ipsorum curatoribus alienari? Aperti sane juris est pupillum, seu grandioris ætatis adolescentem, (qui à † juvene distinguitur *in l. non aliter 69. in fin. D. de leg. 1. juncta l. inpuberibus 7. in pr. Dig. de suspect. tut. l. 17. §. 1. l. 24. §. 2. leg. 27. §. 1. Digest. de minor. l. 2. C. de alim. pup. præst.* Vide tamen Pauli Montani *tractatum de jure tut. & curat. cap. 37. reg. 2. num. 2. 3. & 4.*) non posse absque curatoris authoritate & judicis decreto vendere vel alienare. *l. 1. in fin. & per tot. D. d. tit. de minoribus.* Socinus *reg. 278.* Petrus à Duenna *reg. 31. in 2. concusion.* refert Mozzius *cap. de person. quæ poss. eme. numero nono.* quod in ipsis quoque curatoribus exemplificat, ac contrahendi potestatem de minorum suorum bonis inmobilibus, & quidem necessariis solennitatibus omissis aut post habitis, justis tamen limitationibus adhibitis illis denegat *cap. sequent. numer. 42. per tot. pagin. 323.* & dicam alibi *infra quæstione 50.* præstititque latissime Montanus *d. tractat. capit. 33. per tot.* & ante ipsum Decius *consil. 43. sub numero 11. & 12.* per Rolandum *consil. 33. vol. 1.* Menochium adde *de arbit. jud. quæstion. casu 171. lib. 2.* Manticam *d. tractat. libr. 4. tit. 6.* sentitque nobiscum Althusius *dict. capitul. 74. numero 47.* Bocerus *dicta. disputa. 3. th. 27.* Mejerus *in Colleg. Argent. lib. 18. tit. 1. th. 80. per tot. tit. Cod. de præd. & aliis reb. minor. non alien.* Similiter post Tobiam Nonium Peregrinus Ianninius Farnetensis IC. *in tractat. de reali citat. libr. 2. cap. 1. numero 115.* ubi ait: venditionem à pupillo sine tutoris authoritate non valere; & tamen hanc quoq; non intrinsecam, sed extrinsecam venditionis solennitatem dici.

Quid vero † de rebus civitatis, universitatis ac Reipublicæ, earumque distractione & nominatim de molendinis statuendum putas, an vendi possint? Tetigi hoc *quæst. 7. numero 8.* & Bertachinus *in dict. repert. verb. molendinum communis num. 13.* se refert, quos legendos monet, ad Glossã. 19

& DD. *in l. pacta. in fin. C. de pact. l. sed & Celsus. de contrah. emt.* Baldum *in c. 1. col. 2. de cap. qui cur. vend. & in rub. C. de cont. emt. quæst. 3.* Alexandrum *consilio 42. part. 4.* & Bartholomæum Cæpollam *ad l. inter publica 6. col. de verborum significationibus.* Aliàs res publicas vendi posse, adserit Mozzius *dicto capit. de rebus quæ emi possunt. numero 18. pagina 317.* cum temperamento tamen & debitis solennitatibus usurpatis, juxta *l. fin. C. de vendit. reb. civitat. libr. 11.* hoc est, cum expressione nominis singulorum de collegio, sive de civitate, & quod sit à majore parte factum conclusumque; de quibus late agere, ac de communi testari inquit idem Mozzius sequentes, Bartolum, Baldum, Decium, Alexandrum, Archidiaconum & Franciscum Turzanum, suis locis ibi adsignatis. Cum quibus etiam facit Mantica *dict. tract. libr. 4. titul. 8.* & Nicolaus Losæus *tractat. de jure universitat. part. 3. capite quinto, cum præcedentibus.* Mejerus *dict. colleg. Argent. h. tit. th. 77.*

20 Ex quibus aut similibus † infert Jacobus Alvarottus, disputatque post Jacobum Butrigarium: An solenniter translata civitate in dominium & jurisdictionem alterius, videantur in consequentiam translata jura molendinorum dictæ civitatis? In qua quæstione adduci hinc inde plures rationes per Baldum, perhibet cum illis, *ubi vide in d. cap. 1. numero 2. de capitan. qui ju. vend. lib. 2. feud. tit. 5.*

Ad quam materiam refero quoq; Floriani ac Bertachini decisionem: Quod communitas vendens reditum molendinorum, teneatur ad interesse, si cursum aquæ impediat *sup. q. 23. n. 29.*

Consules namque, Senatores, administratores & syndicos civitatis nomine posse valide contrahere, aliaque pro incolis peragere; apertissimi juris ac moris est. Inde tale quid à Senatu Brunopolitano in Saxonia olim celebratum fuisse, cognoscimus ex Actis Brunswicensibus. *d. part. 1. membr. 1. cap. 9. n. 82. pag. 117.* ubi hæc habetur narratio: So ist aus deß Rahts zu Braunschweig Revers zu ersehen / daß sie ein Viertheil Mühlenzinses von Hertzog Otten im Lande zu Götting Pfand- und widerkaufflich empfangen haben / laut folgender Copey:

„ Wy de Raht der Stadt Brunschwig / bekennen apenbahre in düssem Breve / van unser / unser Nakömelinge / und van unser Börger wegen / dat uns de Hochgebarne Förste / Juncker Otto Hertoge tho Brunschwig / unse leve gnädige Juncker / van syner Erven und Nakömlinge wegen verkofft / unde in unse gewehne gelahten hefft / vor 410. Marck lödiges Sülvers / Brunschwigischer Witte unde Wichte / synen veerden deel deß Möhlentinses und der Gülde / in alle den Möhlen tho Brunschwig ꝛc. So hebben wy vör ehn uthgegeven 275. Marck / der Hochgebahrnen Förstinnen Frouwen Agneten / Gräffinnen tho Zegenhagen / unser leven gnädigen Frouwen / alse van Brutschattes wegen; unde unse ehergenante gnädige Juncker / syne Erven und Nakömlinge schöllen unde willen deß vörgeschreven Möhlentinses unse rechten Herren und wehren syn / unde uns entwehren vor aller rechten Anspracke / unde uns trüweliken daran vordedingen / wor unde wann uns deß noth ist / unde wy dat van öme eschen / ꝛc. Ock mögen se ydt van uns also wedderkopen ꝛc. unde hyr hebben an unde över gewesen / de Hochgeboren Förste Juncker Harman / Langraff tho Hessen / ꝛc. Anno 1400. „

Hucusque illa, quæ antiquum stylum redo-

redolent, molæ, evictionis, revenditionis ac dominii mentionem continent: cum quibus confer *qu.28 nu.31.q.40.nu.6.q.51. num.18.* Köppen *decis.90.*

21 Denique in hoc passu † diversa etiam ratio & jus statuitur in rebus & molendinis Ecclesiasticis, quæ canonicos sive clericos tenere, ex iisque decimas colligere, iterum repetimus, & quotidiana experientia documento est: similiter ac supra diximus, venditionem quamdam esse alienationem; adeo ut illum felicem, qui emere potest, illum contra miserum, qui vendere cogitur, prædicet Libanius Sophista *declam. 8. pag. mihi 338.* Respondeo breviter, quod alia ratio in bonis rebusque sit ecclesiasticis: quarum naturam, & qualitatem esse, ut ad Ecclesiam revertantur; eamque conditionem sequi res ecclesiasticas, velut lepra leprosũ, dicit Zasius *consil. 9. n. 33. part. 6. oper. arg. tot. tit. de specul. cler. lib. 3. decretal. & l. alienatio. D. de contra. emt.* cũ Bartolo *ad l. fin. D. de nov. op. nunciat.* Sicque stare non potest talis contractus, cum Ecclesiæ res sive bona, & consequenter molendina decimis aucta emere ac vendere nemo possit, *per cap. pastoralis 28. extra. de decim. l. jubemus. C. de SS. Eccles.* ubi Baldus unà refert pœnas secus facienti præfixas. *Auth. de non alien. aut permut. reb. eccles. colum.* 1. *& tit. De reb. Eccles. non alien. in Decret. & Clemen.* Nisi forte ob priorem rationem cum pacto revenditionis, ut mox dicam; vel necessitatis & utilitatis causa, Romano præsule aut Pontifice consulto, maxime in rebus (ad quas an molendina pertineant, discussi utiq; *quæst.8.* item prædium sitne urbanum vel rusticum *quæst.42.*) mobilibus, ut declarat post alios Mozzius *d. tract. & tit. cap. de reb. quæ emi poss. num. 29. per tot. pag. 319.* quos cum suis declarationibus, solennitatibus & limitationibus adhibe, videlicet Guiliel. Redoan. *tract. de reb. eccles. non alien.* Antonium Angussiolam *cons. feud. 10.* Rebuff. *in compen. alien. rer. eccl.* Hipp. Rimin. *consil. 348. & 223.* Menoch. *de arb. jud. quæst. casu seq. 172. lib. 2.* Adi etiam Manticam *d. tract. lib. 4. tit. 7.* Duarenum *tract. de sacris eccles. minist. & benef. lib. 7. cap. 9.* Rittershusium *d. part. 1. expos. meth. Novell. cap. 8. per tot.* Joach. Stephani, aliosq; Dd. *ad Novell. 7. & 120.* novissime Theodorum Reincking. *tract. de regim. secul. & eccles. lib. 3. clas. 1. c. 3.*

Nec à Zasii axiomate abludit Hermanni Latheri consilium; qui, ubi de bonis reditibusque ecclesiasticis usurpandis, adjudicandis, & à secularibus ad alios usus transferendis diffuse egisset, tandem inter alia subjicit: Quod si tamen in extrema necessitate omnino Reipublicæ laboranti sit subveniendum, & pars rei sacrę profananda seu alienanda, studendum erit maxime, ut pactum de retrovendendo adnectatur; vel alii usurpentur modi, qui firmam & perpetuam impediunt alienationem, ac bona vendita quandoque recuperari ut queant, efficiunt, *tractat. de censu lib. 3. cap. 18. n. 66.* & ante eum Dominus Christophorus Besoldus *in discursu de Ærario, capite sexto, pagin. mihi 154.*

22 Ex quo dependet † vicinum ζήτημα: Num in his recensitis Retrovenditio locum habeat, Germanis dicta, Widerkauff oder Ablösung? Et videtur prima fronte, quod sic; *argumento l. si usufructus 9. D. de usufruct. quemad. cau.* Sed sciendum primo, (ne terminorum synonymia pariat obscuritatem) hanc retrovenditionem vocari etiam aliis nominibus, velut pactum redimendi, & reluitionis, jusque offerendi fiduciariam venditionem, (quæ Budæo est

in l. 2. ad verb. vindicias D. de orig. ju. & ita veteres pactitiam hanc remancipationem nominasse, Althusius testatur *numero 41.*) & retractatum conventionalem; qui aliàs triplex, retractus sanguinis sive gentilitius, feudalis & conventionalis. Extant de iis Andreæ Tiraquelli libri locupletissimi, & passim Argentræus meminit. Interdum quoque jus protimiseos nostro idiomate, Vorkauff / Einstand / Nahergeltung / adpellantur de quo Matthæi de Afflictis & Baldi de Ubaldis tractatus habentur.

Deinde notandum, quodnam in ea verum sit pretium, & in quibus casibus eadem admittatur; quod plane exhibuerunt Dd. laudati ab illis & Althusio *dict. libr. 1. dic. tol. cap. 75. num. 31. cum seqq. ad finem, & libr. 2. cap. 2. num. 41. usq. ad num. 48.* item Franc. Zoanetto *tract. de emt. sub pacto retrovend.* Did. Covarruvia *lib. 1. resol. cap. 9.* Fab. de Monte *d. tract. quæst. 7.* Samss. Hertzog *tract. de contract. cap. 29. quæst. 18. cum seqq.* Virgil. Pingitzer *decis. Ienens. 6.* quos cum aliis refert Joh. Rüdingerus *cent. 1. singul. obs. 4.* & ego addo Joh. del Castillo *tr. de usufruct. cap. 74.* Polyd. Ripam *tract. de noct. temp. cap. 108.* Paul. Busium *ad l. pignori 13. num. 9. D. de usurp. & plenius in tract. de annuis redit.* Mozzium *emt. num. 5. 6. 7. & cap. quib. cas. annual. num. 28. 29. 30.* Gomez. *mox citan. lo. num. 27. 28. 29.* Pet. Sanz Morquechum *tract. de divis. bonor. lib. 1. cap. 10.* Lud. Schraderum *ad tit. Inst. de vendit. num. 150. cum seqq.* Just. Mejerum *ad tit. D. de cont. emt. th. 26. 27. 28. 29. 30. 54. 67. num. 3.* ubi tractant, an retrovenditio & retractus locum, & quo tempore inveniat in annuis reditibus, decimis, permutatione, infeudatione, transactione, usufructu, & similibus; quæ omnia huc pertinent, & exemplis in specie nostra demonstravi *sup. quæst. 28 num. 31. hac quæstio. 30. num. 21.* Pariter an valeat. in datione in solutum, cum aliis quærit Corasius *libr. 3. miscellan. cap. 3. & 9.* postque illum late de iisdem disputat Bocerus *clas. 3. disputat. 22. per tot.* qui insuper alias species retractuum enumerat, scilicet præter gentilium, die Erblösung / territorialem retractum, die Marcklösung / censualem, die Zinßlösung / denique partialem die Theillösung Germanis dictum. Diversum quoque ab his videtur jus colonis partiariis conpetens, aliàs vulgato vocabulo, Landgrabe / adpellatum apud Wehnerum, *in practic. observation. verb.* Widerkauffliche Zinß. *pag. mihi 691. lit. Z. juncto verbo* Ablösung. *lit. A. pag. mihi 3. & 4.* Insigniora denique in praxi de hoc pacto revenditionis obcurrentia dictavit aliquando, idem Dn. Dinnerius *in comment. MSS. ad tit. C. de pact. int. emt. & vend.* quæ in frequenti auditorio Altorphi ante triennium calamo excepi, ubi de illius natura, formulis ac effectis late disservit, quæve relegere poterunt ii, qui tunc simul hæc acceperunt.

Sed intelligi ista nequeunt, nisi quis simul sciverit, An † Evictioni hic locus quoque sit; cujus exemplum habuimus *d. sup. quæst. 28. num. ult.* Notum enim cunctis, eam ex omnibus regulariter contractibus deberi. A quo canone nonnulli excipiunt iterum modo dictum Retractum, per quem cum res evincitur, non teneri venditorem illam præstare dicunt. An sit de substantia etiam venditionis disputant; & quid de ea consequenter circa molendinorum emtionem in feudalibus sit statuendum, videre est apud Modestinum Pistoris *consil. 22. numer. 31. cum sequentib. ad fin. volum. 1.* Reperiuntur etiam casus

23

caſus alii, de quibus quærunt circa evictionem, an neceſſaria vel non; quo de toto negotio diligenter inſpice Bart. Weſenbec. Buſium, Mejerum, & Dd. communiſſime *ad titul. D. & C. de evictìon.* Hugonem Donellum, & ante hunc Caſparum Caballinum *tractat. de evictìon. per tot.* quem præcipue ſequuntur recentiores, & quem pulcherrimum vocat Mozzius *dict. tracta. de contract. tit. de empt. cap. de natural. emt. num. 1. usq. ad 5.* Quibus adjunge Matth. de Afflictis *ad rubr. Quib. mod. feud. amitt. §. rurſus ſi fidelis. num. 16.* Georg. Nonum *in cap. ult. de emt.* Udal. Zaſium *ad l. in d. poſiti. num. 3. 4. 5. 6. & 7. D. de re judicat.* Didac. Covarruvias *lib. 3. var. reſol. cap. 17.* Anto. Gomez. *in var. reſolut. tom. 2. cap. 2. de emt. vendit. n. 33. cum ſex ſeqq.* Petrum Sanza Morquecho *tr. de diviſ. bonor. lib. 1. c. 8.* Ber. Argentræũ *ad conſuet. Britan. tit. 7. in prin. & art. 145. cum reliq. item art. 265. cap. quæ res tradi poſſ. nu. 6. & 7. juncto art. 482. nu. 7.* Hier. Treutl. *diſp. 2. th. 5. & 6. vol. 2.* Jo. Althuſ. *d. lib. 1. dicæol. c. 75. num. 21. usq. ad nu. 30.* Pau. Wehner. *in pract. obſ. verb.* **Gewehr/ Schadloßhaltung/ Gewehrſchafft/ Erwiedung.** *pag. mihi 227. 228. lit. G.* & Joh. Rudinger. *cent. 2. obſ. ſing. 75.* Ex quorum numero (qui dolendum) Treutlerus & Wehnerus repetunt: Judæos venditores † habere ſpeciale beneficium, ut de evictione non teneantur, adeoque alienam furtivamque rem ſine pretio legitimis verisque dominis reſtituere non cogantur; quod jure noſtro aperte ſecus eſſe, diſcimus, *ex tot. tit. C. de reb. alien. non alien. l. rem. alienam 28. de contrah. emt. l. 3. l. 22. Co. de rei vindicat. l. 2. C. de furt. cum ſimul.* & adnotarunt illud *ex* **Landr.** *lib. 3. c. 7.* **Weichb.** *art. fin. in gl. & addit.* Chriſt. Zobelius *diſp. ju. civ. & Saxon. 3... num. 11.* Benedict. Reinhard. *eorundem jurium diſ. 14. & 15. part. 1.* denique Colerus *diſſ. 26.* Quamvis enim rite recteq; inter Chriſtianos & Judæos celebrari poſſit. Emtionis-venditionis contractus. *Argument. l. nemo exterus. C. de Iudæ.* Hering. *tract. de fidejuſſ. capit. 8. numero 117.* attamen res aliena & maxime furtiva tunc excepta cenſetur: ſicque intelligi facilime, quid poteſt ſentiendum ſit, de hiſce privilegiis, ſtatutis ac conſuetudinibus; quæ Uſurariis ſive fœneratoribus & iſtis Judæis permittunt; ut res tales dominis vindicantibus non aliter reſtituere cogantur, niſi pretio prius recepto, quo ſe emiſſe res illas oſtendere, aut ferme fingere poſſunt; item, ne rebus alienis à ſe venditis de evictione viciſſim teneantur, quod jure provinciali Saxonico ita ordinatum audivimus. Tale ſtatutum Murilæ (hodie quæ Modula dicta urbs in Italia (quoque fuiſſe refert Abbas Panormitanus *in cap. 9. quod clerici. num. 33. ext. de foro compet.* minime quidem illud inprobans: ſed præterquam quod privilegia & ſtatuta hæc juri civili è diametro adverſantur ut multi oſtenderunt; nihil illis vel injuſtius vel turpius excogitari poteſt. Injuſtum eſt plura Judæis permittere, quàm Chriſtianis, pluraque fœneratoribus concedere, quàm aliis civibus & viris bonis, qui conventi pretium à domino repetere nequeunt.

24

Turpiſſimũ vero eſt alere in Republica furta atque rapinas, & † ſubſidiarios quaſi fures (quo nomine emtores rerum furtivarum, egregius ICtus Jodocus Damhouderius nuncupavit *in pract. crimin. c. 117. in princ.*) conſtituere; fures autem primos prædiis ſarcinisque liberatos ad furta nova perpe-

25

perpetranda expeditos dimittere: cum tamen ad furandum homines invitari non debeant, ut dicitur *in l. 5. §. 1. D. de pact. dotal.* Atqui (si verum fateri liçet, neque adulationis nequissimæ vel mendacii manifestissimi circuitione opus est? Utique, cum vera scribere periculum quidem sit; sed falsa, crimen juxta Aventinum *lib. 5. annal. Baio.*) hoc facere Principes & alios quis ambigit, qui rerum furtivarum emtores his privilegiis atque immunitate donarunt, seque ipsos tantæ turpitudinis patronos reosque propemodum constiterunt, sicut ab eodem Damhouderio liquido ostensum est.

Qui autem hæc detestantur, quod cordati faciunt sane omnes; multo magis exsecrabuntur, ipsorum † Magistratuum quorumdam avaritiam & apertam injustitiam, qui alienam calamitatem in lucrum suum, vel cum jactura bonæ mentis vertere consueverunt, dum res vi vel furto ablatas, & apud furem deprehensas, non genuinis dominis, sed fisco aut ærario suo vendicant: item hos aut illorum præfectos, immatitate prope vincit ista consuetudo, quæ Principibus sive Dominis littorū permittit, ut res naufragio amissas, spoliatis veris dominis ipsi retineant; cujusmodi naufragiorum compendia in Anglia, Sicilia, & littoribus Italiæ inter Regalia numerari, à quibusdam scribtoribus memoriæ proditum est, qui acriter in id calamos suos strinxerunt; nec satis se Phrysii olim in hoc excusarunt apud Cornelium Kempium *libro secundo de origin. Fris. capit. 12.* adjunge tradita civis mei doctissimi Domini Johannis Gryphiandri *in tractatu de Insulis. capite 31. à numero 91. usque ad numerum 135.* De his sermonem abrumpo, & saltim adpendo † syllabum brevem autorum, qui Judæos copiosius digneque exagitarunt. Consulendi sunt igitur, Marquardus de Susannis *tractat. de Iudæis, aliisque infidel.* Petr. Galatinus *in libb. de arcan. verit. Cathol.* quosque recenset Antonius Heringius *ὁμακαειτὴς in dict. tractat. suo de fidejuss. cap. 30. num. 33. usque ad num. 49.* è recentioribus autem Joh. Wolff. JC. *passim in suis lectionibus memorabilibus.* Professores Giessenses *tom. 4. disputat. theologic. 11.* Nicolaus Bellus *de Civili statu sive rer. polit. lib. 2. disc. 42. & libr. 5, discur. 88.* Everhard. Speckhan. *in disputation. de δ[illegible]. Iudæ.* Herm. Latherus *dict. tractat. de censu lib. 3. cap. 23. à numero 44. usque ad numerum 120.* Paulus Matthias Wehnerus *dd. observation. pract. select. verb.* Jüden. *pagin. mihi 301. cum sequentibus.* Johann. Rüdingerus *cent. 3. singular. observ. 13.* Theodorus Reinckingk. *tractat. de regim. secul. & eccles. lib. 2. class. 2. cap. 3.* & post Theologos, Jurisperitos ac Politicos nuperrimè de iisdem multa recensuit Dn. Daniel Schwenterus *in Orat. de Iudæ. Talmud.* Sed quia propria domesticaque testimonia omnium verissima sunt ac firmissima, consulendus de singularibus est Fridericus Brentz baptizatus ac conversus Judæus *in libell. quodam German. sub titul.* Jüdischer abgestreiffter Schlangenbalg *Anno 1614. Noribergæ excuso*, & Julius Conradus Otto Rabbi quondam inter Judæos *in præf. Grammat. Hebr.*

Ab hoc diverticulo in viam lineamque nunc redeundem erit. Et non modo † genera molendinorum esse hic considerandа, sed etiam personas, loca & adjuncta promiscua duco. Unde ratione vulgatæ opinionis, Principem jus aquæ ducendæ ac molendini in publico flumine exstruendi facultatem

con-

26 27 28

concedere; Præpositus & Alexander *in cap. 1. §. si quis de manso. de controve. investi.* innuunt, Principi vel civitati debere turpe videri, licentiam illam sordide vendere, aut pro ea pecuniam accipere, per textum ibi quem notat Bartolus *in l. ad reparationem. Co. de aquæd. libro undecimo.* Verum istud male observari, textumque illum loqui quantum ad usum bibendi, decoquendi, & similium; non quantum ad usum molendini, & loqui de aqua unius populi privata ad usum omnium incolarum deputa; sicque merito cuilibet pro usu suo gratis esse dandam hanc potestatem, regerit Johannem Franc. à Ripa *in l. quo minus numero 37. D. de flumin. juncta supr. quæst. 15.*

29 Ita de personis & locis; de † rebus ipsis præter antea resolutas dubietates (ut ICtus alicubi ait) hic movere possem: Molendino vendito aut locato, quid in specie tribuatur? Sed plenam istius cum cæteris decisionem invenies *inf. quæstio 49. numero 35. cum seqq. & alibi.*

30 Explicandum potius † alterum quod in præsenti materia oportune jam obvenit: An ementi pedagium, omnesque fructus & proventus prædiorum ac molendinorum ad certos annos, præ certo annuo pretio; remissio pretii fieri debeat de uno anno, quo propter bellum, sterilitatem, ac insolitam inundationem nihil percipere potuit? Bartolus tractat *in quæstion. suis quæst. 4.* dicendumque videtur, quod sic; postque illum alii per Baldi tradita *in l. licet. quæst. 2. C. de locat.* Ægidii Bosii, aliis Bossii *in tract. sive pract. de remiss. merced.* Alexandri *consil. 112. vol. 1.* Sebast. Medices *in tract. de casib. fortuit.* quem Moyzius virum doctissimum & eruditissimum nominat. Et si pro parte inundetur, pro parte tantum fieri remissionem, contendunt Carolus Ruinus *consil. 65. in fin. vol. 1.* Vincentius Carocius *de locat. & cond. tit. de remiss. merced. num. 29. p. 3.*

31 Sane Petrus † Nicolaus Mozzius non solum in similibus casibus hæc Ruini & Alexandri consilia adducit; sed hoc dum facit, laudat simul posteriorem illum, quem in puncto juris veriore sequitur, & dein eumdem prædicat ICtum integerrimum ac veracissimum *d. tract. de contract. tit. de locat. cap. de accidental. locat. num. 4. & 15.* Idem Mozzius *præced. num. 3. pag. mihi 415.* interrogaverat, sicuti fundus quando ob sterilitatem non potest fructus producere, & ita eos conductor non colligit, verum remissionem expetit ac consequitur de jure: an è converso propter ubertatem fieri debeat augmentum? Dicit quod non, juxta decisionem Francisci Marci *quæst. 120. tom. 2.* videndumque jubet eumdem Medicem *d. tractat. quæst. 10. part. 2. num. 36.* ubi contrarium firmat in molendino, cujus reditus auctus fuit ob casum fortuitum, idque Mozzius, ut æqualitas servetur, recte dici subjicit. Inspice etiam Doct. *in l. si merces. §. vis major. D. locat.* Bertach. *tr. de gabell. 21. q. 2.* Socinum *consil. 68. numer. 2. & 6. vol. 2.* Vivium *lib. 2. commun. opinion. concl. 59. & 60. juncta inf. quæst. 31. num. 22.* ubi meam aperui mentem. Pariter ac Cephalus tractat, si res cui debetur servitus, amplietur, an etiam pro tali incremento eadem servitus debeatur? quod adfirmat *consil. 273. lib. 2.* cum ob alias rationes, tum per *l. si servitus imposita. D. de servit. urb. præd.*

32 Verum † sociius unius molendini si vendit partem fructuū alteri cum pacto, quod emtor teneatur, omnibus suis sumtibus manutenere clusam, & dictum molendinum:

num; at diluvium insolitum supervenit, quod moletrinam destruxit, dubitatur, an emtor ille ad aliquid teneatur? Vide in terminis Petrum de Ubaldis, qui dicit quod non, per multa fundamenta posita *in tract. de duob. fratrib. 8. p. princ. num. 29.* Evolve ista, & partem quoq; laboris in te suscipe, lector benevole. Meum enim est hac vice ista tangere, & manum continere ab exscribtione, modo in plerisque gratiam istam tibi exhibeam, ut loca adsignem, in quibus plenius talia decisa & occupata invenies.

33 Pergo igitur ad cætera. Et quidem † molendinum si vendatur, intelligitur etiam vendita alia posta novo molendino; emta per venditorem jam diu ad hunc finẽ, ne alius emeret illam postam, ut sic noceret suo molendino: & hoc, si pretii quantitas apta sit, aliàs secus, ex opinione Joh. Bertachini *in d. repert. verb. molend. si vend. nu 33.* Sed summariter hoc ita definit: ideoq; nos ad Bartholomæum Cæpollam recte ablegat, ex quo illa depromsit. Sic autem ille apertius statum controversiæ fingit: Quidam habebat in flumine N. unum molendinum magni pretii; & quia in illo flumine prope erat alius locus pro molendino faciendo; ut aliquis non haberet causam, ibi aliud exstruendi, & (quomodo loquitur) damnificandi suam molam, emit istum locum seu postam tantum illius molendini, ut remaneret vacua; ne damnificaretur quoque solum molendinum, vendidit hoc? Judicavit, quod in illa venditione veniret etiam ista posta, *per l. testatrix. §. 1. D. si serv. ven.* & faciunt alia, quæ ab ipso dicta sunt. Intelligit tamen ea, nisi quantitas pretii suaderet contrarium; puta quia illud cõveniret tantum molendino, ac ipsius postæ: quia utrumque multo plus valeret. Ita loquitur *in tract. de servit. rust. præd. cap. de serv. ju. pascen. 9. n. 9. arg. l. 1. cum ibi nota. D. ad Treb. Gloss. not. in l. semper in stipulat. ibi: iter, actus, intellige etiam actum ratione rei. D. de reg. ju.* cum propinquis, ibi de jure pascendi, aut ipsius servitute quæ prolixe adcumulat. Unde pretii magnitudinem arguere unionem rei; cum multis cohærentibus & ad hanc materiam directo respicientibus, in terminis itidemque ad amussim demonstrat Bertrandus Argentræus *in d. comment. ad consuet. Britan. tit. 14. art. 265. cap. quæ res tradi poss. pag. 943. cum seqq.*

Ex quo simul plenius intelliges † vicinam quæstionem: An molendinum adfixum domui venditæ, cedat venditori cum domo? Bertachinus quidem *d. repert. verb. molend. affix. num. 29.* adfirmativam sententiam tenet cum Mariano Socino *in consil. incip. Omnipotens Deus adsit? Quæritur, utrum in legato domus,* & in simili per Alexandrum *ad d. l. 3. in princip. De acqui. poss.* Quo digitum intendunt expositiones Matthæi Wesenbecii, quid scilicet intelligatur venditum: An ita distracto prædio, pisces, ligna, animalia, columbaria (de quibus fuse Choppinus & Argentræus in operibus suis) molendina, munitiones, jurisdictiones & thesauri, cum similibus vendita censeantur? *in parat. ad d. tit. D. de contrah. emt. num. 8.* Et quidem præter ibi citatos, de piscibus ita nonnulli distinguunt: Si custodiæ tantum causa sint positi in piscina, non esse partem fundi, *arg. l. lines, 13. cum duab. seqq. D. de action emt.* Sin vero collocati, ut crescant, & multiplicentur, volunt ipsius soli portionem esse, *arg. l. 3. §. item feras 14. D. de acq. poss.* Zasius *de feud. part. 4. n. 3.* Sed hæc distinctio in foro Saxonico facile labefactari potest ex

34

iis,

iis, quæ tradunt Hartm. Pistoris, *part.1. quæstio.24. nu.63. cum seqq.* Matthi. Colerus *de process. execut. part.2. cap.3. num.388.* ubi eadem opera tradunt, An pisces pertineant ad heredes allodiales vel feudales, & quomodo eorum divisio fieri debeat? Cæterum de lignis, An vendito prato, venditæ videantur arbores in eo stantes, vide *l. Quintus Mutius D. de action. emt.* Pet. Rebuffum *in l. pratum 31. D. de verb. signif.* qui concludit quod sic, *per l. fin. §. fructus D. quæ in fraud. cred.* Ratione autem Munitionum plerique adfirmativam conclusionem amplectuntur: quod concesso castro, concessæ etiam videantur munitiones & tormenta bellica, autoribus Bart. Ang. & Dd. *in l. si quando C. de bon. vacant.* Joh. Saisone *in consuet. Turonens. titul. 21. art. 4.* quemadmodum quoque legato castro, ceduntarma & munitiones, quæ ibi erant ad perpetuam castri defensionem, juxta Oldradum de Ponte *consil. 132.* Martin Garatum Laudensem *in tract. de castellan. quæst. 4.* Alph. Alvaretz *in speculo Pontif. Roman. cap. 47. num. 31.* & Jos. Mascardum *conclus. 14. num. 9.* plura ego aut similia *in dissert. de jure castr.* vom Burgrecht *sparsim.* Communiter ex altera parte concluditur, quod castro vendito (sicuti de concessione & legato dictum, deque donatione infra proferam) cum omnibus juribus & pertinentiis, venire etiam molendina. Baldus & Alvarottus, *in d. cap. 1. De Capitan. qui cu. vend.* Montanus *tract. finium regund. cap. 80. numer. 3.* & Cephalus *consil. 3. num. 45. lib. 1.* quosque allegat Johan. Schonerus *disp. feud. 3. th. 37. 38. 39. lib. 1.* in quam tamen adsertionem exactius alibi inquiram. Juvat huc accersere Pauli Busii responsa parallela *ex comment. ad l. prædiis 95. §. qui domum D. de leg. 3.* Domo legata scilicet, una & hortum illius gratia conparatum venire. Unde etiam probabilibus dici autumat: legato prætorio sive castro cum adjunctis sive pertinentiis, prædia minora, cæteraque bona, quæ testator ibi possedit, una legata censeri; si pater familias bonis ibi possessis tamquam adnexis fuerit usus. Universum enim id à domini destinatione dependere addit, ut hic & *in l. quod in rerum 24. D. de leg. 1. l. Gaius 86. §. 1. de leg. 2.* Idem esse existimat, si pariter uno pretio sint conparatæ, & pensiones similiter accepto latas constet, ut in *d. l. prædiis 95. §. fin. de leg. 3.* Quæ tamen singula paulo curiosius examino alibi, & laudatus Argentræus perfecte præstitit.

Ex cognatis principiis † cogita de hoc 35 problemate ambiguo: Molendina si à vasallo in feudali territorio vel juxta feudum sint emta, num feudalia vel de feudi pertinentiis præsumantur? Et, modo de acquisitionis titulo constet, negative concludit Henricus à Rosenthal *de feud. cap. 10. conclus. 43. num. 8. pag. 318.* confer Mod. Pistoris *d. consil. 22. vol. 1.* ubi disceptat, bona unde censeantur esse feudalia. Ita quod concesso castro cum juribus & pertinentiis, prædia & molendina possessa per investitos, non præsumantur feudalia, nisi id per alias probationes adpareat, tradit M. Anton. Natta plures citans *consil. 313. Nisus col. 2.*

Tandem hisce finem inponat † quæstio 36 vexatissima: An vendita moletrina sine expressione districtus, veniat quoque ipse districtus *id est* jus cogendi subditos venditoris ad molendum? Nam videri posset non venire ex rationibus, quas iterum Argentræus colligit *ad art. 329. titul. 10.* de dismembratione seu divisione feudi, quæ creditur per hoc accidere. Verumtamen præ-

libatis aut collatis hisce, quæ supra allegato loco utiliter protulit, & quæ de districtu ac territorio fuse Felinus, Montanus aliique prodiderunt: haut male ab eodem determinatum existimo, illum venire, & cum moletrina ipsa intelligi districtum super subjectos moletrinæ transire, *in d. consuet. Britan. ad tit. 17. in princip. pagin. 1499. & d. art. 329. numer. 12. pagin. 1441.* ex Molinæo *in consil. Paris.* §. 2. *gloss. 4. quæstio. 6. &* §. 35. *quæstio ult.* Simplex quippe rei adpellatio etiam nullo alio expresso, pertinentias rei accessorias, & dependentes continet; quod ex jam dictis perspicue probatur, *& supr. quæstio. 19. numer.* 1. *cum l. si aquæductus* 47. *& duab. seqq. juncta l. fistulas 78. in princip. D. de contrah. emt. l. qui fundum* 40. §. 1. *eod.* Vendito jure aquæducendæ canales quoque ac fistulas accedere; imo & castellum (*id est* aquæ receptaculum, German. die Wasserstube) ex quo aqua deducitur etiamsi de his expresse nil cautum sit. Sed in nostro casu hoc magis; quia moletrinæ per se non subsistunt, nec ut ædificia secundum Argentræum (directo & proprie si intellexeris, juxta expositiones alibi à me late communicatas) aut urbana aut rustica habentur, aut in habitatione sunt: Sed in hoc habentur, ut molant, non simpliciter domino (quod alias exigui esset momenti) verum subjectis, à quibus proventus capitur, & hic solus aut simul fructus talium, & subjecti ad hoc, ex lege feudi, & dispositione consuetudinis, & benigna interpretatione obligationis; quæ bonæ fidei est, ex æquo descendens & ad hujusmodi devinciens, quæque cum pretii promissi aut persoluti quantitate contrahentium mentem litemque facile discernit. Unde præterea frustra moletrinæ habentur, nisi districtus adjiciantur, veluti agens in suum subjectum *supr. quæstio. 10. numer. 23. juncta quæstio. 19. numer. 1.* atque ideo subjecti in parte moletrinæ, & juris dependentis habentur non contingibiliter, sed necessario, ex usu rei adpropriato & connexo; sicque antecedens qui voluit, consequens etiam una concedat necesse est, aut pereunte ista, ipsa quoque venditio in totum, vel parte maxima corrueret, secundum allegata *d. quæstio. 10. num. 3.* & tradita de legato vel vendito fundo, an pascua in eo contineantur, & posta vicini molendini, à Cæpolla *d. cap. 9. numer. 7. & 9.*

Quod vero de feudi dismembratione objicitur, nil est; aut, ut lenius proferam, parum obstat. Neque enim hic plures domini intelliguntur, cum in subjectione nil mutetur, & sine ulla alteratione vasalli eidem moletrinæ subjiciantur, nec ad plus aut diversum, sed idem & respectu ejusdem rei obligentur; ut docte resolvit Argentræus, insuperq; cum Molinæo consuetudine patria corroborat, ut hæc ratio jam huic non possit obsistere.

Id tamen interesse fatetur, quod tali casu emtor moletrinæ, quæ vendita est abstracte à jurisdictione (qua de re priori loco plenius agit) non poterit eos cogere jurisdictionaliter, cum alius nimirum in eos jurisdictionem reservatam (unde alibi observandum esse notat, quod districtius sive jus cogendi molentes & jurisdictio sint separabilia, nec semper connexa; nec ad positionem districtus sequatur statim positionem jurisdictionis, sed posita hac & subjectione feudali, tunc districtus reputetur pro consequente; utpote fieri possit lege aut conventione, *ad articul. 351. pagin. 1508. juncto articul. 10. pagin. 31.*) sed

per

per actionem duntaxat, injectionem manus in frumenta & fruges molendas. Quare sic denique concludit, subditos tam esse partes subjectas juris moletrinæ, quam homines, & vasallos esse partes feudi dominantis, & tam venire vendito molendino in venditionem, quam vendito castro ipsa molendina veniunt; quod tamen post Bald. Alvarottum, Jacobum & Molinæum ipse paulo clarius explicat alibi, nec ego huic officio deero, ubi commoda occasio se facilem præbuerit. Et quidem hæc de titulo oneroso, interveniente scilicet pretio, dicta sufficiant: an idem in titulo lucrativo, puta concessione, donatione vel legato obtineat, alterius altiorisque indaginis est.

QUÆSTIO XXXI.

Qua ratione molendina, consequamur Locatione Conductione?

SUMMARIUM.

1. Continuatio præcedentium cum sequentibus.
2. Locatio unde sit dicta, cum num. 3. & 5.
3. Quid locare & conducere significent, cum num. 9.
4. Locatio-conductio an & cur recte disiunctim vel conjunctim scribatur?
5. Vocabula sunt ante omnia interpretanda, eorumque origines & significationes indagandæ; quod pluribus exornatur.
6. Interpretes tam in definitione nominali quam reali mire discrepant: quædam sufficiens tamen visa cum autorum syllabo proponitur & num. seq. 7.
7. Propter multivarias controversias celebriores pro more adducuntur, qui de locatione conductione scribserunt, hic per occasionem adhibendi.
8. Marci Anton. Delrionis & Iohan. del Castillo Hispanorum nimis ambitiosæ jactationes taxantur; cum Ioach. Hopperi Phrysii encomio remissive.
9. Locator & conductor quinam sint?
10. Molendina quoque locantur & conducuntur, cum num. 11. 12. 13. & seqq.
11. Quinam locare, quæve locari licite possint, remissive cum propinquis inductionibus.
12. Pistrina olim fuerunt publica vel privata; eaque habebant suos exercitores; in quorum locum & iura hodie successerunt molendina cum suis molitoribus, operariis, conductoribus ac possessoribus.
13. Ipsa molendini ædificatio redimi potest.
14. Non tantum hic molendinum unius vel plurium: sed etiam locationis forma, canonis diversitas, casuum fortuitorum præstatio, mercedis remissio recte considerantur & in seqq. exemplis illustrantur.
15. Molendina universitatis an locentur, & num invecta in molendinum quoq; privatum censeantur tacite hypothecata, remissive.
16. De molendinis furnisque bannariis aliquid etiam repetendum. Num ergo, cui à principe istorum exstructio concessa est cum hac clausula, Ne alteri usum eorumdem permittat; ædas locare possit alicui sine fraude legis vel istius cautionis?
17. Molendinum conducens quatuor constans rotis, & hac forma, ut pro qualibet tot vel tot aureas solvat: & is postea aliam rotam de novo addiderit, an pensio augeri debeat? cum illatione alia, de pace concessa, num ad cætera noviter acquisita extendatur.
18. Conductor molendini spondens locatori, se quotannis certam frumenti quantitatem soluturum, de frumento proprio moliturarum istius molendini; an ipse vel post mortem & accedentem sterilitatem heredes aliud præstare cogantur, quam quod ex prædicto molendino perceptum fuit? ubi obiter & remissive de fructuum mentione, nummorumque æstimatione taxata vel demonstrata.
19. Remissio mercedis ob casus fortuitos crebro peti solet & potest, cum num. seqq.
20. Cui incumbat onus probandi, & quidem in hac nostra specie?
21. Molendini conductor si illum probare poterit, pensio in totum aut pro occasione ex parte remittetur, ex vulgata Dd. sententia.
22. Verum in hoc cautio aliqua adhibenda erit.
23. Textus in l. fistulas §. frumenta D. de contrah. emt. quomodo sit intelligenda?
24. An quandoque duplicatus canon peti possit? cum autoris querela, levique invectiva, & Dn. Eberharti à VVeihe testimonio de Iurisconsultis aulicis.
25. In molendinorum communium locatione, venditione, refectione, societate & dissensu quid statuendum, remissive.

1 Contractus† quos nudo consensu sive voluntate ac conventione perfici jam dixi, sunt duplices: scilicet δίπλευροι hoc est sua natura obligatorii ab initio, & utriusque partis gratia initi; vel ab altera nominati μονόπλευροι, ab initio quidem sed dispariter sua natura obligantes. Priores rursus sunt vel commutatorii, vel græca voce usurpata & retenta κοινοπρακτικοί. Commutatorii sunt, in quibus res certæ, contrahentium consensu & pretio definito inter debitorem & creditorem commutantur; ita ut hi donationis causa facti, nullius momenti esse dicantur. Horum species duæ constituuntur: Emtio-Venditio & Locatio conductio; quarum illa dominium rei plenum, hæc vero usum illius, pretio dato conmutat, æstimat & conpensat, dicente Johan. Althusio *lib. 1. dicæol. cap. 74. num. 3. 4. & 14.* De priori itidem hactenus, posterior succedit † Locatio & conductio, sic dicta ac ducta à loco;

2

3 siquidem † Locare in genere est locum quasi alteri in suo dare, concedere, conlocare vel proprie in loco ponere, autore Varrone *lib. 4. de LL.* Wesenbecio *in parat. D. h. tit. num. 2.* & Pet. Greg. Tholozano *lib. 27. syntag. ju. univ. cap. 1. num. 2.* Conducere autem est quasi secum ducere. Res enim locata ductum conductoris sequitur, dicente eodem Wesenbecio *ad princip. h. t. Donello lib. 13. comment. ju. civ. cap. 6. in princ.*

4 Unde ratio reddi potest, quare † locationis-cōductionis verba conjunctim ponantur pro uno hoc contractu, quem designant *l. 20. D. de act. emti. vend. l. contractus 23. D. de reg. ju.* nimirum quia sunt conrelativa, quorum non possit esse unum natura, quin sit alterum; sed uno posito vel sublato, necesse sit continuo & alterum poni vel tolli *arg. l. 1. D. de accept. juncta l. 1. C. de cupress. ex lu.* Daphn. Rittersh. *ad d. l. contractus 23. cap. 9. in princ.* & verbum, quo contractus alias generalius uno nomine exprimi posset, deficiat teste Gæddæo *ad l. 5. §. 1. num. 1. & 2. D. de verb. signif.* Recte vero etiam disiunctim scribuntur, quoad distinctionem personarum, quibus diversis diversæ actiones conpetunt; locatori Locati, conductori Conducti, *l. si quis 9. §. si colonus D. h. t.* Mozzius *hic colum. 1. numer. 8. 9. & 10.* Vulteius *hic num. 5.* Treutlerus *disp. 29. th. 1. lit. a. th. 6. vol. 1.* & exemplo emtionis-venditionis, *arg. l. 1. & 2. l. 22. inf. D. h. tit. princ. Instit. eod. l. 19. d. l. 20. D. de act. emt.* Tholozanus *d. cap. 1. num. 1.* Donellus *d. lib. 13. cap. 1. & ibi Hilliger lit. C.* Atque hæc initio breviter de † vocabulis; quoniam teste Ulpiano è re est, de his initio admonere *l. 1. D. de reb. cred. l. 1. in pr. D. de just. & ju.* Pet. Faber *2. semest. cap. 2.* Dn. Warem. ab Ehrenberg *lib. 1. medit. pro fæderib. cap. 3. num. 6. & seq.* Montanus *tract. de jure tut. & curat. c. 1. num. 2.* Heringius late *tr. de fidejuss. c. 2. nu. 1. usque ad n. 12.* Videatur quoque Johan. Wowerius *de polymath. cap. 19. pag. 178.* Claud. Verder. *in censur. auctor. fol. 120.* Unde & Socrates dicere solebat: Principium eruditionis esse, intelligentiam vocabulorum. De quo philosopho scribit Xenophon, inchoare consuevisse disputationes suas à definitione vocularum, qua intelligeretur, quid quæque significarent. Quod & Arrianus laudat *lib. 1. dissertat. Epicteti cap. 17.* & Antistium Labeonem Gellius, quod omnia fere argumenta ex nominis duxerit notatione *lib. 13. noct. Att. cap. 10.* Ex cujus ignorantia quid boni sperandum sit, docet non modo totus de V. S. titulus; sed etiam Accursii glossatoris perantiqui

5

tiqui exemplum, quem pro arbore, quadrupem: pro gemma, piscem: pro oppido, fruticem intellexisse: sphæristeria, pro locis amæna herbis, & Prætoris album existimasse parietem esse dealbatam, nec eum herciscere verbum an græcum vel latinum sit, satis percepisse. Quorum prætextu, una cum congeneribus, è sublimi illum vel pueri derident, & cum Prisciano vapulante concinne producunt in scenam, mordacique perfundunt aceto. Post quem frustra haut inmerito illi laborant, qui cum *Baldo* exclamant: Jurisconsultum rebus magis quam verbibus (dignum potius ferula & verberibus) debere curam adhibere; legesque Prisciano non subjacere, *ad l. quoniam Cod. de testam.* Becman. *in præfat. de orig. lat. ling.* Quos graviter taxat Innocentius IV. in epistola quadam, cujus mentionem facit ex alio Belgarum doctissimus Lipsius *cent. 5. epist. miscellan. 83. pag. mihi* 83.

Atque hoc in præsenti quoque materia Pardulphus Prattæus agnovit, dum Accursium & *Bartolum* carpit aut sæculi injuriæ culpam tribuit, quod circa voces Locatoris & Conductoris hallucinati fuerint, alioqui juris peritissimi, *in lexi. ju. verb. locator pagin. mihi* 320. Stoici contra rectius præcipiebant, definitionem nominis debere rei definitionem præcedere. Ea enim est vera juris docendi discendique ratio, quæ ab etymologia incipit; quia rei propositæ vim aperit, & non mediocriter illustrat; usumque habet necessarium, quoties interpretatione res de qua quæritur, eget, autore Quintiliano *libro primo Institut. orat. Corasio add. l. 1. numer. 1. & 2. D. de just. & ju.* adeo ut dicat idem Quintilianus, quæ Jurisconsultorum responsionis explicantur, aut in verborum interpretatione, aut in recti pravique discrimine posita esse, *libr. 12. Instit. cap. 3. pag. mihi 794.* Adjunge Johan. Tinnuli Perusini *virid. philosoph. & supr. quæstio. 3. numer. 2. & 3. cum quæstio. 8. numer. 1. 2. 3.* Sed de eo satis: veniamus ad proxima.

6 Et quamvis † Interpretes æque in nominis determinatione, ac in ipsa definitione mire dissentiant: attamen commode ita describi poterit; quod Locatio conductio sit contractus juris gentium, cōmutatoribus, nominatus & consensu initus, in quo personarum seu operarum & rerum fungibilium vel fructus, pro certa aliqua mercede illico constituitur & alicui conceditur. Desumta sunt hæc & tamquam necessaria inserta, communiterque recepta membra ex Azone *in summa titul. Cod. locat.* Mozzio *tract. de contract. dict. colum. numer. 12. pagin. mihi 389.* Wesenbecio *in parat. d. lo. numer. 13.* Vulteio *lib. 1. Jurisp. cap. 36.* Corasio *libr. 2. miscellan. cap. 11.* Bocero *clas. 2. disputat. 4. th. 1.* Treutlero *d. th. 1.* Althusio *libr. 1. dicæol. cap. 76. num. 1.* novissime etiam ea tangit Hunnius *var. resolut. ju. civ. libr. 3. tract. 7. part. 2. quæstio. 1. & 2.* anteque ipsum hanc definitionem explicat Schraderus *in comment. ad tit. Instit. de locat. num. 2. cum seqq.*

7 Verum totum † illud negotium quia non caret suis difficultatibus; ideoque litem non facio meam, sed qui locationis-conductionis materiam necessario spectātia digne cognoscere cupit, is adeat *Bartol. Bald.* Ang. Salic. Fulg. Wesenbecium, *Busium*, Mejerum & Dd. omnes *ad titul. D. C. & Instit. de locat.* Anton. Gomezium *var. resolut. tom. 2. capite tertio per tot.* Johan. *Bertachinum in repert. verb. locatio.* Alv. Valascum *tract. de jure emphyteut. quæst. 29. per tot.*

per tot. Vinc. Carocium *d. tract. de locat. cód.* Johan. del Castillo Sotomayorem Hispanum *part. 3. quotidian. controv. capite tertio per tot.* quosque hi præter alios citant: iterum Dd. antiquos cum recentioribus, Joannem Igneum, Hugonem, Cynum, Campanum, Contium, Bocerum, Giphanium, Delrionem & Rittershusium *ad d. l. contractus 23. D. de reg. ju.* qui non sine causa ægre fert, quod iste † Delrio sive Del-Rio ibi glorietur, à nemine ante se hanc legem satis idoneè fuisse explicatam; se vero novam interpretandi methodum illi adhibuisse. In eo namque satis jactabunde illum se gerere, idem dicit, nihil alienum facientem à more gentis suæ, Hispanus enim est.

8

Illam tamen ingenue notam in eodem prædicat, quod fateatur, à quibus fuerit adjutus; nempe in methodo à Joach. Hoppero Phrysio, quem mire celebrat Cornel. Kempius *lib. 2. de orig. Fris. cap. 3. pag.* 114. in rebus autem ipsis, ab aliis commentatoribus.

In eodem genere non tam ovum ovo simile, quam suo populari est idem Castillo; vir quidem multivariæ lectionis ac eruditionis, sed eadem gente oriundus, & immane quantum suæ industriæ labori, diligentiæ & nescio cui, ad nauseam usque tribuens, ut ex ipsius evulgatis scribtis in aprico est.

Omissis hisce ambagibus, communi propemodum † consensu receptum est: illum dici Locatorem, qui aliquid in locatione sub mercede certa alicui utendum vel fruendum dat, *e. g.* der einem ein Hauß / Mühle oder Acker verleihet / einthuet / hinlässet und vermiethet. Conductorem vero dici, qui illud tali conditione accipit, der ein Hauß / Mühle oder Acker miethet / bestehet / annimt:

9

ut colligi potest *ex l. 9. in pr. §. & ult. cum l. seq. 10. l.* 13. *§.* 1. *& seqq. l. 15. in princ. l.* 19. *§. si domus 9. l. 22. §. 1. & 2. 24. in pr. & §. si colonus. l. 25. §. 7. l. 26. l. 33. & 38. ubi* Mejerus *th.* 4. *D. locat.* confer Busium *libr. 2. subtil. cap. 16.* quamvis non excludam operas, cæteraque in superiori describtione conprehensa.

In specie autem nostra † locari & conduci quoque solere ac posse molendina, satis perspicuum inde est, & usu quotidiano conprobatum: quod res omnes in commercio positas, locatione concedere permissum sit; tam mobiles, quam inmobiles, cum similibus veluti fundum, prædium, agrum vectigalem, domum, hospitium, locum, horreum, ergasterium, castrum, ædificium, navem, mulas, dolia; servum item stabularium, fullonem politorem, pistrinarium & pistrinum ipsum sive molendinum; de quo id cum Gailio nominatim effert Justus Mejerus ad d tit. D. *locat. th. 5. & 9. juncta supr. quæstio. 7. numer. 9. 10. 11. 12. quæst. 30. num. 29. & 31.*

10

Ubi leges adducit, & post alios explicat † quinam locare, quæ locari possint: & ego non modo suo loco aperui, an molendinum pro prædio domoque sit habendum, numne cum castro veniat, quomodo inter se ratione partium ac specierum differat, quanam instrumenta & operarios necessario ad usum requirat; sed etiam quid in his ratione emphyteuseos, hypothecæ sive obpignerationis, feudi, libelli, census & decimarum sit statuendum ubique dixi; quidve post venditionem in locatione de jure obtineat nunc breviter demonstrabo; quamvis laudati autores plenissime generalia huc pertinentia adcumulaverint.

11

Ego namque cramben bis coctam non adponam, sed quæ directo illuc spectare videntur, juxta institutum meum conportabo. Quid multis? Superiorem juvat adsertionem, quod † pistrina olim fuerint publica vel privata, in quorum locum & jus hodie molendina ex parte successerunt, ut supra docui & nominatim de moletrinis universitatis *dict. quæstio. 7. num. 9. 10. 11. & 12.* Unde Romæ privato pistrino præerat exercitor, *dict. quæstio. 7. numero primo* ad quem omnes obventiones & reditus illius pertinebant; sive is Dominus esset, sive à domino pro certa mercede conduxisset, ut dicitur *in leg. 1. §. 15. D. de exercit. action.* quod congruit cum istis, quæ alibi de navigiis ac moletrinis navalibus differui. De reliquis jam videbimus.

12

13 Non enim † molendina tantum perfecta locari, operæque conduci possunt: sed etiam ipsam molendini ædificationem eo sensu redimere valemus; **kan verdinget werden**: ut patet ex iis, quæ luculenter in terminis talis locationis-conductionis scribit Cavalcanius *decisio. 26. part. 2. per tot.*

14 Proinde † pleraque respiciunt molendina unius vel plurium dominorum aut possessorum: item locationis canonisque diversitas, casuum fortuitorum præstatio & mercedis remissio hic in considerationem veniunt, cum similibus jam ulterius exemplis à me illustrandis.

15 Unde non tantum de † molendinis præter cætera universitatis dixi: Sed etiam de molis privatis ac ipsis rebus illatis disputavi, an invecta in molendinum conductum tacite locatori sint hypothecata, *supr. quæstio. 28. num. 16. 17. 18. 19. 20.*

16 Quomodo multa etiam de † molendinis bannariis congessi atque digessi: quæ hic quoque usum præbent. Nam si furnarii banni (quod cum molendinario Dd. plerumque confundunt, aut iisdem limitibus circumscribunt, ut ibidem monui) Dominus subdito privatum domesticumque furnum permittat hac lege, ne quidquam alii ejus usum adcommodet: dubitatur, num censeatur hic, totius domus suæ locatione posteriori, fraudem fecisse dominicæ cautioni & exceptioni prædictæ? Nequaquam, cum externus furni solius usus, manente domi subdito, prohibitus videatur, non universarum ædium locatio.

Multa enim cum universitate transeunt, quæ sola, singula & separata alienari non possent *leg. in modicis D. de contrah. emt. l. quadam D. de acquirend. rer. domin.* Et alioqui iniquum esset, subdito penitus bonis interdici prætextu bannariæ servitutis odiosæ, ut censuit Renatus Choppinus sæpius adducto *libr. 1. leg. Andium cap. 23. numer. 7. pag. 239.*

17 Quid si vero † molendinum conducens cum quatuor rotis convenit aut pepigit cum locatore, ut decem aureos vel modios frumenti pro qualibet rota præstet; si postea conductor aliam rotam construxerit, an fructus vel pensio crescere debet seu num tenetur pro illa nova rota solvere decem alios aureos vel frumenti modios? Plerique negative respondent, veluti Bertachinus *dict. tract. de gabell. p. 2. num. 40.* Carocius *decisio. 71. numero secundo* Franc. Marcus *decisio 210. part. 2.* Jo. Bapt. Costa *tract. de ratione ratæ quæstio. 7. num. 9. & 10.* Cæpolla *de servit. urban. præd. capit. 50. num. 9.* qui cum Jasone ita Parmæ JUDICATUM refert, & determinatum ab Alberico de Rosate *in l. Rutilia Polla 69. D. de contrahent. emt.* postque illum Jason Maynus *ad l. jus autem civile num. 22. D. de just. & ju. pag. 12.*

 sibi

sibi & Alberico quodamodo contradicens *in leg. quo minus quæstion. 23. D. de flumin.* quod obligetur scilicet conductor ratione quintæ rotæ de novo constructæ, verum possit repetere expensas à Domino, *per l. colonus 61. D. locat.*

Sed vide quoque Ludolphum Schraderum *ad §. 8. num. 24. cum seqq. usque ad fin. juncta supr. quæstio. 20. numer. 15. cum reliq.* & confer non modo Alberici (quem similes quæstiones ibidem adducere, Cæpolla & Gothofredus testantur) tradita: verum etiam Nicolaum Boerium *decisio. au. 213. numero decimo per tot.* qui illam contradictionem ita conciliare tentat. Quia si loquamur de conductore ad tempus, Jasonis opinionem putat esse veram; & si Dominus expensas non solverit, nec alterum aliquid de novo præstare debere, *per textum d. l. colonus 61.*

Si vero de emphyteuta & conductore perpetuo sit sermo, tunc Alberici sententiã subsistere existimat; quia utilis Dominus constituitur. Et similem deinde Jasonis ipsius distinctionem in casu alio promit, & pro illa alteram Andreæ ac Speculatoris facere decisionem, quam ibidem vide. Ego jam talem addo: Si pax cum civitate & castellis ejus facta fuerit, non expenditur ad castella postmodum de novo acquisita; si fides adhibenda erit Baldo *in titul. De pace Constant. §. nos Romanorum colum. 2. not. in l. uxori D. de leg. 3.* quem refert Jacobus de Novel. *in practic. & theor. caus. crimin. versicul. quoniam ut docet numer* 102. *pag.* 129. *à in fin.*

18 Præterea † conductor molendini promittens singulis annis dare locatori certam frumenti quantitatem in molendino, de frumento proprio moliturarum ejusdem molendini; aliud frumentum præstare, & ultra quam fuerit perceptum ex molendino non tenetur. Ratio est, quia mentio sic est facta de fructibus molendini, per modum taxationis & non demonstrationis (de quibus in numorum æstimatione adjecta acriter quoque Dd. digladiantur, ut præter alios videre est apud Dn. Andr. Diunerum *dict. tract. de mutat. monetæ part. 2. quæstio.* 14 15. *& 16.* Dn. Matthi Berlichium *part. 2. conclusio. practic. 36. numer. 34. cum seqq.* Ern. Cothmannum *respon. 34. numer. 205. cum reliq.* & Anton. Fabrum *in tract. de var. numer. deb. solut.* Cui adjunge Marci Lycklamæ à Nieholt Phrysii *tract. de ineun. rei deb. æstimat.*) juxta notata per Bartolum *in l. inter stipulantem §. sacramenta D. de verb. obligat.* Paulum de Castro *in consil. 327. lib. 1. alias est consil. 51. incip. Quia except.* Felinum *in cap. ad audientiam el. 2. colum. 7. De rescript. & in cap. super litteris versicul. quarto limita eod. titulo* Rotam *decisio. 869. in antiq.* Et ideo pro annis præteritis, in quibus fuit sterilitas, non obligati sunt heredes conductoris præstare aliud frumentum quam quod ex molendino perceptum fuit; si modicum, utique illud modicum; si nihil, utique etiam nihil ex mente ejusdem Felini *d. lo.* & Augustini Beroi *consil. 13. numer. 13. vol. 1.*

19 Qua occasione ductus, haut inutiliter † adjicio paucula de remissione mercedis, de qua supra allegati autores latissime chartas coplent. Et quidem receptum apud omnes est, quod ob casus fortuitos illa fieri debeat; ut fusissime inprimis docuerunt Sebastianus Medices, Vincentius Caroricus, Petrus Nicolaus Mozzius & Johannes del Castillo *dd. llo.*

20 In terminis autem † quod remitti nonnihil pensio debeat, non modo hoc firmavi *supr. quæstio. præcedent. 30. numer. 30. &*

31. sed

31. sed etiam cui incumbat onus probandi casum fortuitum, facilis responsio est. Medices namque post alios regulam hanc ponit, quod allegans id facere sit obstrictus: exemplumque in eo mox subnectit, qui conduxit molendinum pro certâ annuaque pensione, voluitque fieri remissionem illius ob causam, quia refert se fuisse impeditum propter bellum seu vim fluminis; ad ipsum certe spectare allegantem casuum istiusmodi probationem, dicit *dict. tractat. de casib. fortuit. part. 1. quæstio. 14. numer. 2.* post Philippum Decium *consil. 252. numero septimo.*

21 Quam rationem si † conductor probaverit, non teneri eum ad pensionem, aperte iterum in terminis voluerunt Baldus *in l. licet Cod. locat.* Bartolus ante eum ibidem, quem sequitur & vocat judiciosissimum Mozzius *d. tract. titul. de locat. cap. de accident. locat. numer. 15. pag. 417. juncto numer. 3. pag. 415.* idem judicarunt Boerius *dict. decisio. 213. numer. 16. alias 18. per tot.* Menochius *casu* 442. Gailius *libr. 2. observ. 23. numer. 8. per tot.* Panzhmannus *libr. 1. quæstio. 1. 2. 3. 4. 5.* Bertachinus *d. tract. de gabell. pagin. 2. numer. 27. remissive tantum in repert. suo verb. molend. numer. 4. juncta supr. d. quæstio. 30. numer. 30. & 31. cum infr. quæstio.* 52. 53. & 54. in qua locum habebit Marci Antonii Nattæ decisio similis: quod conductori molendinario, quando flumen mutavit alveum ob maximas pluvias, fieri debeat remissio; ut consuluit *in consil. 449. volum. 2. per tot.*

22 Verum sicuti in aliis: ita in † hoc quoque passu cautio quædam erit adhibenda, ne Paulo iniquiores, & ab altera parte nimis benigni videamur. Præter laudatorum namque autorum limitationes, tale obvenit dubium. Pone, molendinum conduxi in loco & flumine periculoso, ita ut sciverim vel debuerim aut facile potuerim ejus naturam; si impetu aquarum cadat, teneborne ad pensionem? Quidam arbitrantur, quod non; quia chasina illud sit quasi de substantia rei conductæ, & pro qua non est, pro ea quoque non præstari pensionem. Ita Baldus *in d. l. licet. numer. 5.* ad quem se solum remittit Bertachinus *in repert. d. num. 4.* Consentiunt Jason *in d. l. quominus. num. 150.* D. *de flumin.* Carocius *d. tract. p. 3. tit. de expens. num. 5. 6. & 7.* Petrus de Ubaldis *dict. tract. de duob. frat. 8. p. princip. num. 35.* & Guido Pancirolus *consil. 147. num. 12.* Sed ego simpliciter hoc non admitterem; uti nec alterum, in rebus quibusdam aliis propter sterilitatem ac ubertatem remitti & augeri pensionem, at non è converso in molendinis, eorumque fructibus auctis per talem casum, *sup. d. quæst. 30. num. 30. & 31.* pulchre post alios Busius *ad l. ex conducto 15. §. 2. num. 4. 5. & 6. D. locat. idem lib. 5. subtilitat. cap. 13. per tot.* junge Rulandi *quæst. Cameral. 60. pag. 56.* & Augustini Morlæ *empor. juris part. 1. tit. 10. de locat. qu. 1. num. 21. pag. 469.* Taceo quod in casuum fortuitorum, incogitatorum & insolitorum vera determinatione miris adhuc modis Dd. varient: & quæ ad istos constituendos necessaria sint, ante laudatos prolixe inculcet Petrus Surdus *consil. 34. ex numer. 4. usq; ad numer. 22. lib. 1.* Non urgeo, quod remissio non fiat, si ex vitio rei, vel debilitate fundi, aut consueto modo aliquid accidat: idque conductor præsentiscat, aut facile indagare vel videre possit: quomodo superiorem de remissione

pensionis regulam magistraliter Azonem, & communiter Dd. declarare testatur idem Mozzius *d. cap. num. 9 31. 32. & 33.* similiter-
23 que supra † adductum textum, de inmoderato casu, deque natura temporis, vel qualitate regionis, (quod patria mea & aliæ mari vicinæ partes abunde commonefaciũt) loquentem *in d. l. fistulas 78. §. frumenta. D. de contrah. emt.* optime inducit Castillo *d. cap. 3. num. 83. per tot.* & istum paragraphum male à plerisque acceptum esse, testatur ibi Paulus Busius, eoque nomine Bartolum istius interpretationis autorem perstringit, *in d. l. 78. §. frumenta. D. d. cont. emt. & l. ex conducto 15. §. 1. num. 6. & 7. D. locat.*

24 Ex iisdem juris principiis ac autorib. † alterum profluit: An dans molendinum cũ insula, pro certo canone quolibet anno solvendo; si ab accipiente novum construatur, possitne ille duplicatum canonem petere? Hoc ita format, & per rationes aliquot firmat declaratque Pileus *in aur. quæst. 72. per tot.* ubi vide. Hinc, ni veritas hoc inprimis tempore odium incurreret, & verba quandoque per jugulum redirent, quærere quis non incommodè posset: Principes num rectè faciant, majoris quæstûs aucupandi gratia molendina sua aliis, & quidem pluris licitantibus elocantes? Unde sæpenumero idiotarum: ac Centauriorum voces exaudiuntur: Wer das meiste gibt / der gehet damit: Quæ ratio militat in publicanis, eadem quoque obtinet in molitoribus. Decisio tamen aliqua peti potest ex his, quæ à me supra sparsim sunt inculcata de magnatum potestate & gnatonum detestabili conatu. Manum ergo de tabula moveo: contentus judicio magnifici viri, Dn. Duri de Pascolo sive vero nomine Everharti à Weihe; quem digne laudavit & præceptorem amicumque habuit parens meus *in tract. suo de fidejuss. cap. 24. nu. 150. pag. 584. edit. post.* Is itaque in hunc modum inter alia fatur: Aulici ICti in proba jurisprudentia versati, in aula non sunt negligendi. Sed videmus multos infectos aulico fumo inmoderatos animi affectus nimium laxare, perniciose sibi imperare, omnia assentari ad Principum non modo voluntatem, sed etiam vultum & nutum; nihil eloqui, quod sit è re aut dignitate imperii, cujuscunque rei (ut aulicorum Coryphæus loquitur) sermo inciderit; aut si de jure quæritur, historias & leges præter rem adducunt, & ad Dominorum sensum interpretantur; aut cum pugnant, pigmento & fuco molliunt, & quærunt cibum ex flamma, *h. e.* injustis rebus ementita juris suffragia. Raro enim conservantur diu, " continentia in Muliere: calor in Pane: sa- " por in Vino, & fides in Advocato. Quibus " non tantum hoc malum adscribimus, sed " ferè omnibus in aula versantibus. Emolumenti enim falsa species, honestis consiliis sæpius tam in publicis, quam privatis præponderat. Ita ille in *aulico polit. reg. 608. & 609. pag. 142. post. edit.*

Denique † molendina non modo publica sunt & privata: sed socii etiam communia habent; in quorum locatione ac venditione quid juris sit, plene discussit Johannes Francisc. à Ripa *in dict. leg. quominus. numero 137. cum 6. sequentib. Digest. de flumin. ubi vide.* & confer quæ mox quæstione peculiari sum prolaturus, de societate contracta & refectione necessaria, deque dissensu in locatione ab alterutra parte contendente celebranda. 25

QVÆ-

QUÆSTIO XXXII.

Molendinum quomodo acquiratur, superque eo constituatur Emphyteusis?

SUMMARIUM.

1 Emphyteusis materia utilis, pulchra, frequens & subtilis.
2 Ratio cur contractibus præcedentibus subjiciatur, cum num. seqq.
3 Cum quibus magnam habet cognationem: & vicissim ab iisdem & aliis differt.
4 Rolandi Rodulphini definitio rejicitur.
5 Infinitæ difficultates in hac materia obcurrunt: ideoque more consueto catalogus quorundam Dd. additur.
6 Autoris describtio, ex iis desumta: & quoad ultimum membrum illustrata.
7 Emphyteusis habetur pro titulo & modo acquirendi; sed non semper pro perpetuo & temporario.
8 Quotuplex ea, quibus rebus inponi, & à quibus personis constitui possit, remissivè.
9 Consuetudo, passim obtinet, in fluminibus publicis non licere promiscue piscari, & molendina ædificare; nisi quis hanc potestatem à Principibus hodie per investituram feudi aut Emphyteusis consequatur.
10 Emphyteusin & feudum in molendinis solere ac posse constitui.
11 Quettæ comparatio de locatione & emphyteusi molendinaria.
12 Emphyteuta an amittat emphyteusin, si removerit unam macinam de molendino, cum numer. 14.
13 Macina, Matten/ & machina quid?
14 Ratio superioris generalis, cum similibus: de Sphalmate in Ripa latente; & num Emphyteuta in re concessa aliquid mutare, vel eamdem alienare licite possit?
15 Quænam feudi cum emphyteusi convenientia ac differentia, remissivè.
16 Emphyteuta, si molendinum duorum dominorum alienaverit, vel emphyteusin diviserit.
17 Ex iis si unus velit laudare, alter præferti, quid statuendum?
18 Agmen celeberrimum Dd. qui multa de Laudemiis sive laudemiis & releviis scribserunt.

EMphyteuseωs † materia cum seipsam [1] satis ostendat, ut alterius commendatione non egeat; sitque investigatione perpulchra, ad disputandum admodum subtilis & acuta; exercitatione autem facti quotidie per omnium manus versatilis, & longe magis, quam alia, quæ juris corpore clauditur, dicente Jasone Mayno *ad rubricam Codicis de jure emphyteutic.* non frustra † ulterius indagatio instituitur: an & quo- [2] modo molendinum Emphyteusi acquiratur? Ratio ordinis per se patet, & causa quæstionis facile elucescit ex cognatione non modo ipsius contractus, sed etiam ex aliis à me hic adducendis. Post absolutam namque Emtionis-venditionis & locationis-conductionis materiam, recte subjeci hanc de emphyteusi tractationem: utpote quæ † illis duobus proxime accedat, adeo ut [3] vix à se invicem distingui olim potuerint, teste Justiniano Imperatore *in* §. *adeo* 3. *Institution de location.* & genere, non specie differre dicat Paulus Busius *libro secundo subtilitat. capite decimo tertio, numero primo.* sicque eam à simplici locatione distinguat Johannes Althusius *dicto libro primo dicaol. capite septuagesimo sexto, numero decimo.* cum differentiis quibusdam, quas præter infra laudandos adducit Rittershusius *in comment. ad dict. leg. contractus. 23. capite nono. Digest. de regulis juris.*

Emphyteutam quoque similem esse Usufructuario, dicit Jason *dict. titul. numero octavo.* Baldus apud Kirchbergium mox allegan. loc. qui tamen dissentit, & Johannes del Castillo discrimen quoque passim adfert *in tractatu suo de usufructu.* itidemque à Censu differt, licet antiquitus confusi ac conjuncti fuerint, ut alibi ex Schurpffio & Lehmanno indicavi: pariterque e-

usidem à Feudo distingui plerique notant; adeo ut argumentum ab emphyteusi ad feudum non detur, juxta Alexandrum *consilio trigesimo, numero decimo sexto, libro primo.* quem refert Paulus Fuscus *sing.* 84. *lit. A. pagina mihi* 25. de qua re tamen præter cæteros lege adlegatos à Francisco Vivio *libro primo communium opinionum* 73. sicuti etiam vulgariter ab eadem distinguunt contractum libellarium, quamvis alii promiscue nos hodie iis vocabulis uti contendunt, teste iterum Busio *dicto capite decimo tertio, numero quinto.* adeo, ut Rolandinus Rodulphinus subjiciat; hunc contractum, juxta diversas terrarum consuetudines diversis nominibus nuncupari, & dici emphyteusin, precariam, libellum, censum, fictum, aliisque nominibus, à quibus tamen in multis vicissim differt, *parte prima, summa artis Notariæ, capite primo, de emption. vendition. emphyteutic. procem. pagi.* 177. (adjunge Wehneri *practicar. observation. verb.* Fuldisch Lehen. *mihi pagin.* 186. 187.

4 Ubi proponit quoque † talem definitionem, quæ varie obpugnari potest: Emphyteusis est contractus meliorationis, propriam ex lege Zenoniana, tenens naturam, neque ad venditionem neque ad locationem inclinans; sed suis pactionibus fulcienda, licet habere cum utroque istorum contractuum affinitatem aliquam videatur. Vel: est possessionis inmobilis rei ad certum tempus alteri facta concessio; dominio & proprietate retenta, sub conditione annuæ pensionis & renovationis, finito concessionis tempore finiendæ.

5 Verum hæc † non modo valde ambigua sunt, sed etiam uno ictu dissolvi nequeunt innumeræ istæ difficultates, quas Interpretes de jure emphyteutico movent, ac acerrime quæque pars suas opiniones propugnat. Quæ omnia à me cum hac occasione digne explicari nec debeant, nec possint? Idcirco ut cumulum habeat & campum longissimum, ablego benevolum lectorem ad Bartolum, Jasonem, Ferrarium Montanum, Guidonem de Suzariis, Sichardum, Corasium, Wesenbecium, Leoninum, Mejerum, & consules alios *ad titulum Digest. si ager vectig. petat. tit. Codic de jure emphyteutic. dict. §. adeo* 3. *Institution. de location.* quo priori loco Busius etiam singularem tractatum spondet quæstionum feudalium & emphyteuticarum. Legendi sunt insuper Speculator *titul. de location. in §. nunc aliqua. qui est §. final.* inprimis vero, uberrimeque controversias omnes adduxerunt Martinus de Fano, Aurelius Corbulus, & Alvarus Valascus *tractat. de jure emphyteutic.* Multa quoque congesserunt Johannes Petrus de Ferrariis Jurisconsultus Papiensis *in pract. au. in for. libell. quo agitur ad ficti præstat.* Julius Clarus *in §. emphyteusis.* Mascardus *conclusion.* 601. *cum aliquot sequentibus.* Borcholt. *de feudis capit. tertio.* Prattæus & Calvinus *in lexic. juris. verb. emphyteusis.* Bocerus *classe secund. disputatione decima quarta, thesi tertia usque ad* 29. Petrus Sanz Morquechus *tractat. de vicisss. bonorum. libro primo, capite sexto.* Treutlerus *disputation.* 29. *thesi* 9. *cum* 4 *sequentibus, volum. primo.* Johann. del Castillo *tractat. de testam. & constit. ultim. voluntat sive controv. quotid lib.* 4. *cap.* 13. *part.* 1. Althusius *d. lib.* 1. *dicæol. cap.* 77. Casp. Zieglerus *ad prax. Calvoli. §. nobiles. conclus.* 1. *num.* 186. *cum multis seqq.* & Ca-

& Carolus à *Kirchberg. disc. de feudo ex pacto & provid. cap. 4. num. 138. usq; ad num. 155.*

6 Aliique infiniti, quos brevitatis gratia nunc silentio prætereo. Ne tamen sterilis plane † hæc sit tractatio, aut sine capite proponatur: placuit in tanta Dd. dissensione talem conbinare describtionem: Emphyteusis est contractus commutatorius, nominatus, bonæque fidei, consensu & quandoque scribtura constans: quo quis rei suæ corporalis & mobilis aut inmobilis, vel solo cohærentis dominium alicui sub annua pensione, & lege meliorationis, in proprietatis cujusdam recognitionem præstanda in perpetuum vel ad tempus certum concedit.

Cujus definitionis vel describtionis membra ex iisdem autoribus fiunt manifestiora: præsertim an emphyteusis in perpetuum, vel longum aut modicum tempus concedi debeat, positive? In qua lite mihi placet Antonii Matthæi traditio, qui existimat tempus non facere emphyteusin, sed conventionem: atque ideo videndum esse suadet, quid concessum sit conductori, quidve negatum, ut ex eo jus emphyteuticum colligatur; quod vel ex scribtura intelligitur vel ex pensionis quantitate, aliisque circumstantiis colligitur, *in notis ad d. §. adeo 3. Instit. de locat. pag. 265.* Atque ideo etiam magnæ dubitationes de hoc inter Dd. ortæ, adeo ut † emphyteusis etiam titulus jure veteri sit traditus, & à me inter acquirendi modos relatus: verum non semper pro perpetui dominii translativo habeatur; quia frequenter etiam ad aliquod breve tempus detur, interdum perpetua emphyteusis, sed juxta nonnullos cum pacto, de renovando, ut *B*aldus, Angelus & Zasius dixerunt *in l. 1. D. si ag. vect. pet.* postque illos Argentræus *ad consuet. Britan. d. tit. 14. art. 266. verb. par quel tiltre. numero 23.* Quidquid † horum omnium sit, ex iisdem tamen Doctoribus ad amussim constat, quænam non modo res in emphyteusin dari; sed etiam quotuplex sit, & quales personæ eamdem licite constituere possint; & eò refero, quæ de rebus ecclesiæ, minorum, universitatis, aliorum.que hinc inde proposui. Adeo ut multis in † locis obtinere testetur *B*usius, ne in fluminibus quoque publicis liceat piscari, (in quibus an & quomodo molendina concessum sit exstruere, plene discussi supra) præterquam ex feudo, emphyteusi aut conductione à Principibus locorum accepta, *in comment. ad l. 3. num. 6. D. de aq. rer. domin.* In terminis vero de † molendinis similia antea proposui, & in iis tamquam rebus inmobilibus feudum ac emphyteusin constitui posse, inquiunt nominatim Vasascus *d. tr. quæst. 12. num. 9.* Felician. de Solis *d. tract. de consu. lib. 2. cap. 4. nu. 37. pag. mihi 181.* & eò tendunt omnia argumenta, à me in unum conjecta fasciculum *sup. d. quæst. 8. per tot. juncta quæst. 39. & 42.* Nec multum abit comparatio † Antonii Quettæ, contractum emphyteuticum, (ut Dd. barbare loquuntur) adsimilari locationi; & ad similatum regulari secundum naturam ejus, cui adsimilatur; nuncupatim de emphyteuta molendini dicentis *consil. 91. num. 1.*

Emphyteusis † argumenta consentanea hic habuimus: dissentanea quoque ex parte jā vidimus; inter quæ privantia numerari scimus. Dubitatur ergo, An emphyteuta privetur emphyteusi ex eo, quod removerit unam macinam de molendino? Et in specie hac

(marginal numbers: 7, 8, 9, 10, 11, 12)

hac negative respondet Aurelius Corbulus *d. tract. de jure emphyt.*

13 Videtur autem mihi † Macinam non pro molitura aut potius ejus mercede posuisse; uti aliàs Germanique nostri **Matten** vocant, & de cujuslibet frumenti portiuncula, pro molituræ labore detracta exaudiunt: sed potius pro mola aut ipsius rota, qua de re alibi. Divinare enim talia ex vulgatis decet Dd. scribtis, horridiusculè superioribus seculis conpositis, ut novo lexico prope nos indigere in illorum lectione, supra in simili de clusa dixerim, *quæst. 29. num.* 3. Putarem itaque corruptum esse verbum tali sensu, & genuinam originem monstrare vocem *Machina*, quæ Ulpiano dicitur structura loco altiori, & manu juncta; seu pro instrumento, quo commodius moles impellitur, aut in altitudinem adtollitur, inque ea servum commodatum operari legimus in *leg. si ut certo* 5. §. *sed interdum.* 7. *D. commod. juncta leg.* 1. §. *ædificium* 8. *Digest. de mort. inf.* Videntur olim & machinæ quædam fuisse, quibus servi in ergastulo, aut alibi continerentur & coercerentur, ut ex Plinio probat Prattæus *in lex. jur. pag. mihi* 323. Quod non modo cum iis convenit, quæ de servis pistrinensibus fuse protuli *sup. quæst.* 4. sed etiam quæ ibidem de machinario asino & machina frumentaria adduxi, deque machinario fabro simile exaudit simul, quem vide, Prattæus *dict. lexic. verb. machinarius. pag.* 324. Verum hæc obiter.

14 Cæterum † jura adducere, quibus Corbulus fuit motus, nimis operosum hic foret: & existimo decisionem per universum jus emphyteuticum esse sparsam, indeque petendam esse, an & quatenus emphyteuta in re concessa quid mutare vel alienare possit? qua de causa præter antea citatos (inprimis Valascum & Corbulum) adhibe Iohannem Franciscum à Ripa *in l. qui Romæ* 122. §. *duo fratres. numero* 86. & 87. *Digest. de verborum obligat.* (ubi tamen pro Reprobata, lege, Approbata; & pro Sexagesimo, constitue, Sexto) *item ad capitulum cum Mart. Ferrariensis* 9. *numer.* 80. *extra de constit. & respons.* 137. *num.* 7. 8. & 10. Confer Lud. Schraderi tradita *ad leg. admonendi. num.* 47. *D. de jurejuran.* Eò spectant quoque à me allata *supr. quæstion.* 14. *numero* 11. 12. 13. 14. & 17. ubi Stephani Bertrandi testimonium loco notato recensui, quo hac de materia agens ita inter alia infit infertque Emphyteuta habet dominium saltem utile in re emphyteuticaria; quo fit, ut videatur de ea posse disponere, prout vult; nisi quatenus faceret eam deteriorem, quoad proprietatem, vel nisi quatenus legem conventionis offenderet, *dicto consilio.* 279. *numero* 1. *part.* 2. *volumine* 3. confer † Henrici Boceri *dictam disputationem.* 14. & *class.* 5. *disputat.* 19. *thesin.* 65. & 66. *juncto supra numero tertio*, *cum quæstione vigesima octava*, *numero vigesimo quarto & vigesimo sexto.* Pauli Busii *comment. ad leg. obligatione* 7. *numero* 13. 14. *l. lex. vectigali.* 31. *Digest. de pignoribus.* inprimis Eberhardum *in top. loc. à feudo ad emphyt.* & Valascum *dict. tract. quæst.* 39. *cum sequentib.* ubi de feudi ac emphyteuseωs natura, convenientia ac differentia plene agunt. 15

16 Ex iisdem nunc quæro, quid dicendum sit, si forte † emphyteuta inscio vel invito domino uno vel pluribus, *exempli gratia*, duorum dominorum molendinum alienaverit? Dicendum breviter, eum jure suo cadere, ac illud amittere; cum quod alienatio sit prohibita, tum alias non unus, sed plures domini ac proprietarii fuerint; per

jura

jura notissima & repetita à Gothofredo, alijsque Doctoribus *in leg. final. Codic. de jure emphyteutic.* Rolando à Valle *consilio tertio, num.* 85. *volumine primo.* Inspice etiam de emphyteusis divisione, quam Gothofredus adeo plene non tangit, Petrum Sanz à Marquecho, *dict. pract. quotid. sive tract. de divisione bonorum, libro primo, capite sexto, per tot.*

17 Sed quid si † hi duo habentes directum (ut vulgo vocant, quamvis de ea distinctione magna lis moveatur) dominium molendini istius, quod emphyteuta alienavit, dissenserint; & unus velit laudare, alter jure prælationis retinere, dubitatur quid hac in re sit statuendum? Johannes Franciscus à Ripa, concomitantibus alijs illationibus, ita concludit *in notat. ad leg. quo minus. num.* 142. *D. de flumin.* præferendum esse illum, qui vult retinere; cum aliter non potuerit ipsi præjudicare, in jure isto præferendi, *argumento l. hæredes. §. si incerto. Digest. famil. herciscund.* per quem textum ita determinat Albericus de Rosate *in leg. per fundum. vers. ultimo facit ad aliam. Digest. de servitutibus urbanorum prædiorum.* idem tenent in simili Baldus & Alvarottus *in cap. imperialem. in princip. de prohibit. feud. alienat. per Frid.* Et si dixeris, sicut volens laudare, non potest præjudicare volenti retinere: non etiam contra, volens retinere, debet præjudicare volenti laudare; Ripa censet, judicem debere partes suas interponere, per ea quæ dixit.

Respondet autem, quod volens retinere, teneatur ad solutionem laudemij sive relevij (ut iterum barbare vocant) pro parte condomini: & sic salvum semper est iuxta illum ius domini volentis laudare.

Ut vero lectorem hoc onere sublevem, 18 isque plenissime † Laudemiorum sive laudimiorum materiam percipiat, consulendi tandem sunt, Speculator *dict. titul. de locat. §. sextu. vers. centesimo. cum sequentibus.* Amadeus de Ponte *in quæstion. laudemial.* ante annos aliquot à Forstero recusis: item Bertrandus d' Argentre *tract. de landim. & comment. ad consvetud. Britann. titul. secund. articul.* 59. *cum sequentibus.* Sichardus, Corasius & Doctores plurimi *ad dict. leg. tertiam. Codic. de jure emphyteutic.* Nicolaus Boerius *in consvetudin. Biturig. passim.* Pyrrhus Anglebermæus *in consvetud. Aurelianens. rubric. de laudemijs.* Hartmannus Pistoris *part.* 1. Julius Clarus *dict. §. emphyteusis. quæstion. trigesima tertia.* Paulus Matthias Wehnerus *in practic. observation. verbis* Lehenwahr und Handlohn. Dominus Caspar Zieglerus *ad pract. Caluoli. §. nobiles. conclusion.* 1. *num.* 203. *cum multis sequentibus.* Johannes Rudingerus *centur.* 3. *singul. observation.* 42. Transultorie quoq; id tangunt Ferrarius *in dict. pract. form. libel. pro hered. vel re singul. divid. gloss. domum unam. numero* 5. ubi Zilettus & Johannes Antonius Masuerius *in addition. pagina mihi* 526. Petrus Sanz *dict. lib.* 1. *cap.* 6. *numero* 64. *cum tribus sequentibus.* Alvarottus Valascus *dict. tract. quæst.* 29. *num.* 16. *juncta quæst.* 32. *num.* 32. & Johann. Althusius *dict. cap.* 77. *num.* 14.

QVÆSTIO XXXIII.

Molendinum qua ratione acquiratur, inq; eo Census constituatur?

SUMMARIUM.

1 Ratio ordinis à propinquitate materiæ & inpositi utrisque census, cum num. 12. 13. 14. & 25. cum reliquis.

2 Autores adhibendi, qui recensentur & de censu multa adcumularunt.
3 Ex quibus de hujus contractus homonymia, naturalibus, essentialibus ac differentijs constat.
4 Cujus discriminis indagationem subtilem vocat Schurpffius: etiamsi cum alijs promiscue voces usurpari, nec ideo contractus vim debilitari adfirmet.
5 Census quia non ejusdem generis ac significationis est: ideoque difficillime hic definiri poterit. Vide tamen quorumdam describtionem num. 9.
6 Gaudent brevitate moderni, quod exornatur aliorum testimonijs.
7 Digressio quando & qualis amplectenda; semperque ad libri titulum sit respiciendum.
8 Facile tamen ista cognosci poterunt, ad exemplum ferme cujusdam qui ex motu labiorum animi sensa aut forte surdus prolata dignovit.
9 Communiori sensu quomodo nonnulli hunc contractum censualem definiant?
10 Census & pensio an, quo modove differant?
11 Census Germanis Zinß dicitur: à quo etiam descendit, & eò in terminis constitutio quædam Saxonica adfertur.
12 Molendinis posse ac solere censum inponi, probatur, cum num. seqq.
13 Generalis hæc tractatio an recte hoc ordine sit instituta, quæritur & demonstratur.
14 Hujus contractus censualis in universa Europa utilitas ac frequentia deregitur.
15 Qui tamen fit, ut nihilominus Principum aliorumque æraria deficiant? Causa exponitur.
16 Tuschi Cardinalis axioma refellitur ex præmissis: ob molendinorum mobilitatem ac periculum, fructus minus æstimari.
17 Nobilis si molendinum feudi sui in censum dederit, huncque vendat molitori, recto dominio non reservato, an tanquam feudale postmodum inter heredes emtoris sit dividendum? Deque feudo allodio, nobili & ignobili.
18 Dominus si agat adversus aliquem, qui censum debet solvere, nec id facere possit, & nihilominus habeat molendinum censuale, vel in tali fundo exstructum; quid in tali casu agendum sit, ex Molinæo autor refert, cum num. 19 & 20.
19 Si vero in censum fuerit datum jus molendini bannalis an possit dominus adprehensione uti adversus subditos, cum numero 18. & 20.
20 Unde pro censu debito an dominis tribuatur manus injectio, plene ab Argentræo discussum notatur.
21 Quid autem de contractu Superficiario dicendum videatur, pluribus autor significat, & digitum ad alios intendit.
22 Ecclesiam quoque cum aliis molendina possidere, ex iisque censum ac decimas colligere dicitur.
23 Ecclesiasticos omnia fere ad suum imperium & molendinum traxisse, ex Baldo, Gailio, Fachinæo & Winthero perhibet autor.
24 Prolepsis eiusdem, cum eleganti loco Wolculni Abbatis, de canone ac pensione clericis sive canonicis præstanda.
25 Exempla huius contractus censualis ac emphyteutici ex antiquitatum monumentis, in Chronico Spirensi à Christophoro Lehmanno adservatis, adducuntur, cum num. seq. usque ad fin.
26 De Germaniæ consvetudine in oneribus ac operis à rusticis, Principibus, Nobilibus, aliisque exhibendis. Vbi de caponibus, Rauchhun/ & similibus rariora consignantur.
27 Secunda }
28 Tertia } hujus contractus formulæ, ex eodem Lehmanno.
29 Quarta }

His recensitis haut incommode † Censualis contractus adjicitur; non tam quod in nonnullis proxime accedat ad emphyteusin: sed quia super molendina sæpenumero census constituatur, ut mox sumus audituri, postquam generalia, simulq; specialia ad adfinia in medium adduximus. Ac sane † more consveto evoluendi sunt omnino, quos jam adduco, scilicet Canonistæ *ad tit. extr. de consil. & ad cap. constitutus 6. De relig. demib.* Alvarus Valascus *d. tractat. de jure emphyt. quæst. 32. per tot.* Felicianus de Solis ex Mantua Carpentana oriundus *d. tract. de censib.* Pet. Follerius *in praxi censual.* Benedict. Bonius Cortonensis *tract. de censib. & censuar. contract.* Paul. Busius Zwollanus *tractat. de annuis reditib.* Carolus à Kirchberg. *d. discurs. de feudo ex pact. & provid. cap. 4. num. 109. cum multis seqq. usq; ad n. 137. & iterum num. 156. usq; ad nu. 174.* quibus adjungo Bert. Argentræum cum alibi tum *in d. com. ad consvet. Britan. art. 73. nota 2. pag. 311. & 312.* ac novissime Hermannum Latherum *in tract. eleg. de censu.* relatosque alios à me *sup. quæst. 30. num. 14.* qui ad amussim non modo docent, † contractus illius quæ sint naturalia ac essentialia: sed etiam quàm variè vox ista usurpetur, & quænam inter censum, feudum, emphyteusin, aliaq; sint differentiæ; quod etiam tangit Jason *ad l. jus emphyt. num. 45. 48. 49.*

4 48. 49. *C. d. t. de ju. emph.* Quam † subtilem vocat indagationem, quæ sc. sit fundamentalis differentia inter contractum bonaque censitica & emphyteutica, Hieron. Schurpff. *cent.* 1. *cons.* 58. *num.* 1. qui tamen addit, plerumque sive generaliter & promiscue Dd. uti istis vocabulis, nec ob ejusmodi inproprietatem vitiari contractum: adeo ut nonnulli ea pro uno eodemque usurpari velint. *ex d. c. constitutus. ubi gl. ext. de relig. domib.* exemplumque Lehmannus alicubi suppeditat, ita antiquitus peractum: & quoque contractum emphyteuticum diversis nominib. pro locorum diversa consvetudine, libellarium ac censualem dici perhibet Rolan. Rodulphin. ut alibi memini, & simile præstitit Wehner. *in pract. obs. verb.* Fuldisch Lehen. *mihi pag.* 186. 187.

Sed an hæc tam facile sint concedenda, & multæ obscuritates in jure & contractib. numne sint vitandæ, plenius ex allegatis scribtoribus addisces. Mihi ad illos digitum intendisse sufficiat; ea perquirens, quæ ad præsentem hanc materiam necessariò spectant, & innumeros istos perplexitatum scopulos prævernavigant.

5 Unde quia † census non ejusdem generis est ac dicitur: idcirco nec uniformis hac vice à me adjici vel præmitti potest definitio; nisi latum excursum amarem, quo integre hanc rem exponerem, & cujusque speciei delineationem exhiberem. Sed hoc 6 † nimis laboriosum ac tædiosum esset: & aliàs gaudent brevitate moderni, ut inquit Glossa prima *in lege prima, Digest. quod metus causa. Glossa penultim. in capit. omnia* 12. *diff. itemq; Glossa in cap. tales* 23. *distinct.* reprehendit allegantes multa: quique hoc faciunt, dicuntur pati fluxum legum, ut communiter Doctores efferunt de ipsa glossa *in lege prima*, §. *denique Marcellus. Dig. de aqu. pluv. arcen. ref.* Matag. de Matagonibus *in monit. advers. Ita logall. Matharelli in princ.*

Digressione quidem † aliqua uti licuisset: 7 sed eam nimiam, fore videbam, & unà respiciebam ad opellæ titulum; quod faciendum esse post Plinium suadet, sibique in memoriam revocat parens νῦν ἐν ἁγίοις Antonius Heringius *tractat. de fidejussorib. cap.* 5. *num.* 239. *juncto cap.* 6. *num.* 128. in superque non tam exactius, quam † facilius 8 ex commemoratis autoribus talia lectorem haurire atque cognoscere posse credebam; ut sic similis fere sit doctori Nello de Gabriellibus, qui intelligebat ad motum labiorum, ut dicit Bartolus *in leg. prima, numero septimo. Digest. de verborum obligationibus.* & ex eo idem Matago *dicto loco.* Præter recensitos tamen alij † contractum hunc 9 censualem communiori sensuita definiverunt: quod sit, cum quis jus omnimodum, quod in re habet, (sive directum sive utile dominium vocitent) concedit vel alienat prorsus in alium, pro certa pecunia, constituto præterea & tantummodo hoc annuo censu sibi reservato. Ita Prattæus *in lexico juris. verb. censualis. m. p.* 102. Mantic. *libro vigesimo secundo Vatican. lucubrationib. titulo tertio, numero nono.* Corasius *in præl. dict. titul. Codic. de jure emphyteutic. numero* 15. Althusius *lib.* 1. *Dicæol. cap.* 38. *num.* 16. Kirchberg. *dict. cap.* 4. *numero* 163. Treutlerus *dicta disputat.* 29. *thes.* 9. *lit. F. volum.* 1. Zieglerus *d.* §. *nobiles, numero* 189. & ideo † proprie Censum vocari illud, quod ex 10 contractu censuali deque re nostra solvitur. Pensionem, quod ex contractu emphyteutico & de re aliena, testis est Daniel Mollerus *ad constitut. Elect. Saxon.* 39. *par.* 2. *numero* 6. quamvis iterum nos promiscue his vocabulis uti, post Glossam, Abbatem, &

Hartmannum dicat Rüdingerus *cent. 5. observation. 55. num. primo.* ubi censum † germanice Zinß / vocari recte adfirmat; idque à latino descendere arbitror, quasi Cens absorbto V. vel postmodum mutata litera duriore Zenß / ac tandem facto Zinß: de quo cum hîc, tum alibi nonnulla congessi, & eò pertinet manifeste constitutio provincialis Saxonica Landrecht *lib. 2. artic. 58.* Wann Zinß der auff der Mühlen stehet / vertaget sey / und man jhn geben müsse; junge Lehenrecht *cap. 60.* ibique additionatores, *infra quæstione 43. numero 20.*

11

Posse autem ac solere † molendinis censum inponi, per hactenus allata, obscurum esse nequit, & in terminis mecum id adstruit Felicianus de Solis *dict. tractat. libr. 2. capite tertio, numero 37. juncta mea quæst. 8. numero 57.* qua demonstravi, molendinum haberi pro re inmobili, & antea dixi, Universitatis molendina quoque pro quadam exactione seu canone locare posse, *quæst. 7. num. 8. & 10.* in emphyteusin ac feudum, *quæst. 34. & 32.* Roland. à Valle *consilio primo, numero 106. volumine secundo.* jusque molendini bannalis in censum dari solere, itidem monui *quæstione undecima, numero 144.*

12

13 Quam generalem seu † principalem quæstionem non modo recte: sed etiam hac serie & loco commode proponi, patet cum ex superioribus, tum quod census quoque pro modo acquirendi habeatur, ac titulus sit, dominij translatibus; cum fundus aut fundo cohærens res inmobilis datur pro isto annuo reditu, super ea præstando, ut dixi, & testis est locuples Argentræus *d. titul. 14. consvet. Britan. art. 266. verb. quel. tiltre que cesoit num. 22. & plenius d. art. 73.*

14 Movet me quoque hunc † contractum quo minus omittam, ipsius utilitas ac frequentia. Quod vere dictum esse, cuivis est expositum. Quoniam scilicet tam in urbe, quam agro Romano, ne vix quidem gleba terræ possideatur, cui antiqua census servitus inposita non sit: & ita in Italia, totaque propemodum Europa ij census inter illustres, optimates, principes, cives, infimosque plebejos; insuper basiliscas, universitates & respublicas inducti fuere, in multisque alijs provincijs, renis & nationibus pervagati dominantur, quæ sub Romanæ linguæ ditionem conciderunt, inquit idem Bonius *d. tract. in epist. dedicat.* Post quem in terminis vicissim acutissimis vir Paulus Busius ita loquitur, & de rei istius utilitate, simulque pro modo tractandi novitate hoc adfert testimonium: Hac juris parte nulla est in forensi usu frequentior; quæ domus, quis fundus, quæ casa, quæ piscina, quod molendinum, quæ denique ulla res soli à reditibus annuis hodie est libera? *in epist. dedicat. d. tract. de annu. redit.*

Quo circa quærere tamen libet, qui fiat, ut nihilominus † æraria & reditus isti non sufficiant; tot inpositis oneribus tributis, exactionibus, magnoque censu obvenientе? Qua de re integrum istum Latheri tractatum consulere juvat. Causam istius mali explicavit quoque Petrus Friderus Mindanus *lib. 2. de mand. jud. cap. 11. num. 3.* referente Ventura de Valentijs *lib. 1. Parthen. litig. cap. 13. numero 21.* his verbis versibusque:

15

Qui fit quod Principes, & Comites
Tenentes urbes, castra, territoria
Vicos, palatia, agros, & tentoria
Cum fructibus, reditibus
Magnis simul cum censibus,
Minus tamen redundent sospites?
Non viget aulis observantia

Divini numinis, justitia, æquitas,
Hinc cum pietate, morum & vitæ puritas.
Versantes in ex exilio
Raro adsunt in consilio:
Hinc omnis diffluit substantia.
Tum luxus, & pomposa ambitio,
Juges epulæ, & potatio theatrica
Mollis incuria, & voluptas lubrica,
Cuncta consumunt turpiter
Et fit nihil frugaliter,
Præceps hinc cuncta fert perditio.
O nobile mortalium genus
Natum imperare, cur patrias imagines,
Clarasque stemmatis tui propagines,
Clarasque stemmatis tui propagines,
Dedecorosis moribus
Et modis laxioribus
Censuque exhausto enervas hactenus?
Non hæc virtutum, aut laudum semita;
Cordi primum Dei tibi sit gloria
Felicem ut te evehat dives victoria:
Nec major datis censibus
Te perdat luxus sumptibus:
Hac te beatum reddes orbita.

Nec abludunt isti elegiaci Michaelis Piccarti *lib. 1. epigram. 12.*

Ingentes miramur opes quandoque Potentum
Consumi subito pauperiemque sequi.
Et precia, & numerum potius miremur Equorum,
Quique in aves sumtus sumitur, inque Canes,
Servorumque greges, exstructa palatia, Regum
Æmula, vel precio nobiliora suo:
Tum toties iterata etiam Convivia, latas
Inmenso precio deque alio orbe Dapes:
Hæc animo subducentes mirabimur, omnes
Orbis opes tantis sumtibus esse pares.

Hisce prælibatis, & generali regula constituta, molendino velut rei inmobili censum inponi licere: corruit ac lubrica evadit † malaque hypothesi nititur Dominici Tuschi Cardinalis sententia, dum inquit; Propter pericula reditus molendinorum minus æstimari solere, quam alij reditus stabilium *tom. 5. pract. conclus. 303. num. 9. lit. M.* Cæterum in specie † huc spectat: Si nobilis in censum dederit molendinum feudi sui, & postea censum vendat molitori, nullo sibi reservato in illud recto directoque dominio; molendinum dehinc, ut feudale, dividetur inter emtoris nepotes. Qvum enim primitus in feudum teneretur ante census constitutionem, restituitur potius in antiqvum feudi statum, quam ut redemptione censualis oneris dicatur allodium (ut denuo vocant barbare) ignobile, æqualiter herciscendum. Ita decidit per *l. ex sextante §. Latinus D. d. de excep. rei jud.* Renatus Choppinus *lib. 2. leg. Andeg. tit. 4. num. 5. pag. 220.* Argumenta alia & plura peti possunt ex Petri Sanz laudato antea tractatu *de divis. bonor.*

16

17

Præterea † si dominus agat adversus aliquem qui sibi debet censum solvere; is vero non possit solvere: tunc si habuerit molendinum censuale vel in prædio censuali constructum, Dominus non quidem ipsam molituram (frumentum conmolitum, aut ideo advectum, der Mahlgäste gemahltes oder ungemahltes Korn) propter utilitatem circumcolentium; sed mercedes (puta pecuniariam, vel frumentariam macinam, die gesetzte oder gebührliche Matten) molituræ impedire aut arrestare poterit, deputatis ad id aliquibus, qui loco molitoris illas recipiant, ex sententia Caroli Molinæi *in consuet. Paris. tit. 2. § 52. glo. 1. num. 47. juncto num. 48.* ubi simul dicit, quod meta sit inferior, at catillus superior mola molendini, de quo negotio supra me quædam adnotasse recordor.

18

19 Is vero † cui in censum est datum jus molendini bannalis, an possit prehensione uti adversus subditos, si in aliena molendina farinam deferant, arrestando eam maxime dubitatur? Et vide meam *d. quæst.* 11. *num.* 143. 144. 145. quid ex Argentræo, Choppino & Molinæo adferam, *ex d.* §. 52. *gl.* 1. *num.* 193. *sive fin.* quem idem Argentræus cum alijs & consvetudine Gallo-Britannica non modo adducit *d. tit.* 17. *art.* 366. Sed etiam contra illum plenius clariusque examinat, an † pro censu debito, dominis censuarijs tribuatur manus injectio, *d. consvet. Britan. tit.* 13. *art.* 230. *per tot. pag.* 790. *cum* 4. *seqq.*

20

21 Sed quid dicendum putas de † contractu Superficiario? Idem fere, quod de censu & emphyteusi; observatis tamen differentijs, solennitatibus contractus illius naturalibus ac substantialibus, de quo plene DD. communiter *ad tit. D. de superficieb.* Zasius *ad l. in provinciali* §. *si ego D. de novi op. nunciat ad l. Prætor. ait* §. *quæsitum num.* 2. 3. 4. 7. 8. *D. de damno inf. & ad l. interdictorum num.* 4. *D. de interd. seu ext. act.* Menochius *de retinen. possess. remed.* 4. *à num.* 7. *usq; ad numer.* 35. Corasius *ad l. servitutes* 2. *D. de servit.* Valascus *dict. tract. de jure emphyt. quæst.* 33. *per tot.* Felicianus *d. tract. libr.* 2. *cap.* 4. *numer.* 11. 12. 13. obiter quoque hæc tangunt Prattæus *in lex. ju. verb. superficies pagin. mihi* 546. *&* 547. Althusius *lib.* 1. *dicæol. cap.* 18. *num.* 44. *&* 45. Bocerus denique *d. clas.* 2. *disp.* 14. *th.* 4. *lit. b. & d.* Adjunxi autem hunc contractum, non solum quod cognationem quamdam cum reliquis fovet; unde eadem pene solennia & actiones parit: Sed etiam quia molendinum pariter à nonnullis pro domo seu prædio urbano & rustico habetur; idemque modus titulusque acquirendi & superficiaria ista conventio, ut dicit Argentræus *d. tit.* 14. *consvet. Britan. art.* 266. *ad verb. par. quel. tiltre que ce soit. num.* 26. *pag.* 997. Et quidem in specie nostra Corasius alio loco interque alia sic loquitur: Huc quoque pertinere videtur superficiarius contractus, quo sub certa plerumque (quod ideo ipsum addidisse patet, quia ad illius substantiam non est necessum, ut semper aliqua pensio annua præstetur: nam emtione, legato & donatione quoque constitui potest, absque annui alicujus solutione, ut ipse statim subjicit, & post eum cæterosque tradit Felicianus *d. num.* 12. *mihi pag.* 188.) pensione domum, moletrinam aut aliam soli nostri superficiem concedimus, *in d. prælud. tit. C. de jure emphyt. num.* 16. Idem cum alijs firmat in terminis, ubi lector videre potest, quia autor omnium manibus territur, Nicol. Everhardus à Middelburg *in Topic. lo. à feudo ad emphyt. num.* 49. *per tot.*

22 Atque sic non modo de † molendinis minorum, universitatis, nobilium & aliorum, illisque inposito censu sparsim nunc disserui: sed notum quoque est ex quotidiana consvetudine ac jure canonico Ecclesias sive clericos similiter possidere molendina, ex ijsque decimas accipere, cumque alijs pensionibus canonem suum apud Pontificios augere; adeo ut † Ecclesiastici pedetentim omnia ad suum molendinum trahere ceperint; quam in casu sensu que alio querelam ex Baldo repetit Gailius *lib.* 1. *observ. Cameral.* 25. *num.* 3. Fachinæus *lib.* 3. *controvers. cap.* 13. & Vent. de Valentiis *d. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 12.

23

24 Quare prolixius ea de re † non discepto, quo jure, quave injuria, modo vel incuria aliorum ista omnia habeant vel consequuti sint: sed juvat obiter inspicere locum, qui invenitur apud Wolcuinum Abbatem. Ita

autem

autem ille: *Rara avis in terris hodie, Canonicus à Canone vitæ. Vnde ergo. Audi unde. Et namque canon vitæ, ut dictum est, & est canon pecuniæ, videlicet alicujus pensionis certæ. Vnde solet dici: Solve mihi canonem meum id est pensionem meam. Eja ergo, ô Canonice, inveniamus canonem tuum, a quo derivaris hoc est à canone pecuniæ, non à canone vitæ id est à canone Regionis, non à canone Religionis.* Ita ille *in homil. de Zizan.* referente Thoma Lansio *in amicit. monum. sive orat. funeb. Hafenreff. pag.* 28. Similia invenies, aut sane grandiora apud Bernh. Morlanensem *in lib. de contemtu mundi.* Georg. Cassandrum *in judicio de Augustana confess.* & Alvarum Pelagium Pontificios *lib. 2. de planctu Ecclesiæ. cap.* 26.

25 Tandem † exempla istius rei, ut alibi similiter servari, hic ex antiquitate & majorum nostrorum monumentis maxima ex parte integra proferam; quæ illam declarare poterunt, & species constituere sive formulas, olim observatas in hujusmodi contractu censuali, emphyteutico aut concessione simili.

Ne tamen ordinem turbarent, ad calcem quæstionis rejeci, ut viva effigie illam illustrare posset. Sententia ergo seu testimonium (quod Vidimus vulgo nuncupant) Senatus Spirensis Anno M. CC. XCI. prolatum hujus fuit tenoris: *Nos judices, Magistri ut Consules, nec non universi cives Spirenses scire volumus universos præsentium inspectores, quod coram nobis etiam Burchardo dicto Erunt Sculteto nostræ civitatis prælibatæ in publico constitutus Marquardus dictus Giebeler noster concivis honestus pure propter Deum, & in suæ suorumque progeniorum animarum remedium ac salutem, curiam suam sitam in villa Geigenheim, & omnia bona sua, quæ habet in eadem villa & terminis ejusdem in agris, pratis & bonis aliis quibuscunque pauperibus sancti Spiritus de Spira & eorum procuratoribus subnotatis, nomine eorumdem pauperum donavit & tradidit, & se donasse & tradidisse donatione inter vivos publice est confessus, pure, simpliciter, irrevocabiliter & in totum. Facta igitur hujusmodi donatione & solenniter expedita, Cunradus ad Columbam & Guntranus,* in der Hertgassen / *dilecti nostri concives dictorum pauperum procuratores curiam & bona prahabita universa dictorum pauperum nomine, Sifrido Merbottonis de Geigenheim & suis heredibus locaverunt & concesserunt, & se locasse & concessisse in emphyteosin sive jure hereditario publice fatebantur, annua pensione seu censu triginta octo modiorum siliginis boni & duorum Capponum danda annis singulis & solvenda in festo nativitatis beatæ virginis Mariæ, ad præsentanda in civitatem Spirensem super domum quamcunq; dicti procuratores, vel qui pro tempore fuerint ad hoc deputaverint, ipsius Sifridi & suorum heredum periculo, laboribus & expensis, non obstante etiam grandine, exercitu, sterilitate seu alio casu fortuito qualicunque: Dicti autem Caponari debent in festo Sancti Martini annuatim, ut subscribtum est: Ita tamen, quod ipse Sifridus, quoad vixerit, & post mortem ejus si sine prole decesserit, pater ejus si vixerit prædictus, sin autem fratres ejus, vel alius unus hæres proximiorum ex patre patris aut matris, alter post mortem alterius successive, juxta consvetudinem nostræ civitatis Spirensis, curiam & bona eadem habere debet pro indiviso, ita quod integra permaneant & nullo modo dividantur. Quæ quidem curia & bona, in curiam Dominorum Franckenstein, sitam in dicta villa Geigenheim dictam* der Hupjoff *sunt censualia in quindecim uncias* halle-

„ *hallerorum & quinque virintzal Silignis &*
„ *duobus capponibus, his terminis dandu &*
„ *solvendis annis singulis, videlicet in nativita-*
„ *te Domini quinque unc haller. item in festo*
„ *Paschæ etiam quinque unc. haller. item in na-*
„ *tivitate beatæ virginis Mariæ quinque unc.*
„ *haller. & quinque virintzal siliginis, Cappo-*
„ *nes autem Martini. Censum autem eun-*
„ *dem dicti pauperes & eorum procuratores de-*
„ *bent annuatim dare & solvere curiæ Huphot*
„ *prænotatæ. Ipsum vero censum quolibet ter-*
„ *mino dictus Sifridus, vel ille heres, qui dicta*
„ *bona possidebit, annis singulis in civitate Spi-*
„ *rensi petere debet & recipere à dictis pauperi-*
„ *bus vel eorum procuratoribus, & recepto*
„ *ipsum in curiam dare & in ea expedire suis*
„ *expensis, laboribus, ipsorum pauperum nomi-*
„ *ne, & eorum procuratorem totaliter atque*
„ *damnis. Cappones autem prædictos, dictus*
„ *Sifridus, vel dictus heres nomine eorundem*
„ *pauperum dare debet in dictam curiam dicto*
„ *termino annuatim in recompensam cappo-*
„ *num duorum pensionis seu census nomine de*
„ *dictis bonis dictis pauperibus debitorum,*
„ *quemadmodum est præscriptum. Quem*
„ *quidem censum si dicti pauperes vel eorum*
„ *procuratores, quod tempore constitui tunc non*
„ *darent, eidem sit petenti eum ex tunc damna,*
„ *quæ ex hoc incurrerent, si ipsis habere debent.*
„ *Si autem dictus Sifridus vel ejus heres dicta*
„ *bona habens & possidens censum quolibet*
„ *tempore & anno Spiræ non peteret à dictis*
„ *pauperibus vel eorum procuratoribus non re-*
„ *ciperet satis tempestive, & non expediret in*
„ *dicta curia ut præscribtum est, vel eo petito ac*
„ *recepto fraudulenter in curiam non daret, ex*
„ *tunc quæcunque damna dicti pauperes, vel*
„ *eorum procuratores ex hoc incurrerent, illa*
„ *dictus Sifridus vel ejus heres debet refundere*
„ *& integraliter resarcire, contradictione qua-*
„ *libet non obstante, &c.*

Ubi circa † Cappones observa, quæ ex 26 recentioribus & Germaniæ consvetudine firmata consignavit Matth. Stephani *tract. de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 7. mem. 2. numero* 208. *&* 209. anteque ipsum Johan. Fridericus Husanus *tract. de proprijs hominibus cap. 6. num. 63. &* 64. qui tradit, hos instar libertorum non alias operas domino aut patrono debere præstare vel onera subire; quam quæ sunt consveta, quæve ipse tacite vel expresse tempore traditionis prędij in se suscepit: veluti libertus, rusticus aut proprius homo si paciscatur, ut singulis annis, hoc vel illo mense solvat par gallorum gallinacearum, quod nostri vocant **das Rauchhun.** Nam, addit, quia gallinæ illæ in altum evolant, ibique nidificant, aut noctu requiescunt, propterea quoque altitudinem juris significare & in dubio merum imperium denotare putat. Quem sequitur Johan. Rudingerus *cent. 4. singul. obser.* 23. & confer quæ adnotat Wehnerus *pract. observ. in verb.* **Dingknottel** / Mejero **Dinckrodel** dicitur *ad titul. D. de statu hom. th.* 18. Ubi inter alia quoque recenset **Herbst- und Fastnachthüner.** Item, **Kappaunen** sive **Kaphanen** adjungit Daniel Mollerus *ad d. constit. Elect. Saxon. 39. part. 2. in addit. post num.* 7. quo loco refert Additionator sententiam Lipsens. de Anno M. D. XL VIII. **daß die Güter / welche Kaphanen Zinsen/nicht Manlehen/sondern Erbzinßlehen seyn.** Quod tamen in præfectura Weissenfeldensi aliter se habere dicitur; ubi fundi omnes, ex quibus annuatim Capones solvuntur, habentur **vor Manlehen**/ & mortuo rustico absque masculo successore ad Dominum revertuntur: nisi juxta Capones pecuniaria quoque pensio, etiam in paucis nummis præstetur, teste Dn. Casparo Zieglero *in commun. conclus. ad prax.*

prax. au. Caluoli 8. *nobiles conclus.* 1. *num.* 184.

27 Revertor nunc ad † alteram literarum copiam, in sequenti anno MCCXCIV. concessarum, quæ sic se habent: *Nos judices, Consules & universi cives Spirenses cunctis præsentium inspectoribus volumus esse notum, Quod coram nobis & Knolzone dicto Zolner concive nostro electo in Scultetum a partibus subscriptis ad subscripta expedienda, quia Spirensis civitas Schulteto caret in præsenti, in publico constitutus Bernhogus M. Orlegiorum concivis noster vendidit & confessus est se vendidisse & tradidisse Ludæ relictæ quondam Friderici de Gandach concivæ nostræ reditus unius lib. haller. super domo dicta* zum Dumen/ *sita in vico Beati Jacobi, & una domo eidem contigua & attinenti, quam faber inhabitat, dandos annis singulis solvendos in festo beati Georgij, post censum 13. denariorum, quem Ecclesia S. Guidonis lit. super ijsdem, & post censum 2. lib. hall. quem dicta VVormenn in etiam habet super eis, quos census sequi debet dicti reditus unius lib. & solvi debent pauperibus & personis S. Spiritus in Spira, juxta jus & consvetudinem civitatis Spirensis. Quibus dicta relicta eosdem donavit atq; cessit in ipsius quondam mariti animæ remedium atq; salutem. Et confessus est se ob hanc confessionem à dicta relicta 20. lib. haller. recepisse, & in utilitatem hujus convertisse, integraliter & complete, constituens se VVarandum redituum eorundem super domibus, prælibatis per annum & diem, juxta jus & consvetudinem civitatis Spirensis.*

28 Iterum † tertia contractus censualis species apud eumdem mox laudandum autorem integra reperitur: Sed nolo eam exscribere, potius Senatus Spirensis confirmationem (*quam vulgo Vidimus, ut dixi, adpellant*) sive testimonium publicum huc adcersere cupio, quod rectius rem declarat, estque de anno M. CCCXVI. hujusmodi: *Visa hac litera & fideliter perlecta, unaminiter pronunciamus, præfatam Dominam Juddam relictam quondam Heylonis apud novam portam, ex quo idem Heylo ex nunc est mortuus, cum dictis bonis virtute dictæ donationis posse facere, quicquid placet. Qua inquam pronunciatione facta, præfata Domina Judda nec non Heintzelinus dictus Syde filius dicti Syde, ac Cunradus Rutzscheln, cui idem Heintzelinus dixit locum dictum,* der Hohengrundt/ *antea dedisse, coram nobis & Gotschalco dicto Scheffeln fratre dicto Burkenbach Sculteto nostræ civitatis in publico constituti manibus coadunatis & pari voto, vendiderunt & tradiderunt, & se vendisse & tradidisse præsentibus recognoscunt, Gotschalco dicto Schaf* zu der Ecken/ *concivi nostro & suis heredibus dictum locum,* den Hohengrundt/ *cum domib⁹, piscarijs, hortis, pascuis, pratis, rubis, sylvis & aquis sibi attinentibus & alijs suis pertinentiis quibuscunq; ab omnibus censibus & juribus absolutis, exceptis censibus infra scriptis, pro certo pretio per eumdem Schaf expedito totaliter & soluto, & constituunt se VVarandos ejusdem* Hohengrundt *cum suis pertinentijs universis per annum & diem, & ultra, quod nullus census amplior cedit de iisdem quā subscribtus, juxta jus & consvetudinem nostræ civitatis, qui census is est, septem libræ hallerorū cedunt Ecclesiæ Spirensi, & una lib. haller. eidem Ecclesiæ pro decima, & quinque lib. haller. Johanni de Nydo Cyconiæ, quem censum ipse Schaf & sui hæredes & nullum plus dare debent.*

29 Postremo † aliam formulam, antiquitus conceptam hucque respicientem idem autor suppeditat. Præcedens charta Anno MCCCIV. fuit celebrata, dein ad notato

tempore à Senatu firmata. Hanc vero inſequenti anno MCCCVIII. in hunc modum ibi latam inveni:

„ *Nos judices, Conſules, & univerſi cives Spirenſes, ſcire volumus univerſos præſentiū inſpectores, quod coram nobis & Bertoldo dicto Fuchs Sculteto noſtræ civitatis in publico conſtitutus Magiſter Marcius, Scholaſticus Eccleſiæ S. Germani extra muros Spirenſes, curiam quæ quondam erat Iohannis de Ceiſincken concivis noſtri ſitam Spiræ in vico S. Iohannis, juxta curiam Iohannis dicti Fuchs noſtri concivis, cenſualem Margaretæ Reſube quondam Cunradi filij Herbundi de Landovve in ſeptem lib. haller. ut ſubtus melius eſt diſtinctū, cum omnibus ſuis attinentiis, locavit ac conceſſit, ac locaſſe & conceſſiſſe in emphiteoſin præſentibus recognoſcit, dicto* Kauffman *Carpentario concivi noſtro & ſuis hæredibus pro perpetuo cenſu emphiteotico, decem lib. haller. de quo cenſu Kauffmannus & ſui hæredes ſeptem lib. haller. legalium prædictas ſolvere debent Spiræ prædictæ Margaretæ, & ſuis hæredibus ac eorum certo nuncio Spiræ hoc requirenti, ſingulis annis in perpetuum terminis ſubnotatis, ſcilicet medietatem in feſto beati Iohannis Evangeliſtæ, & reliqvum medietatem in feſto Iohannis Baptiſtæ, ſub hac pœna, ſi in ſolutione eorumdem cenſuum aliquo termino prædictorum forent negligentes, ut prædictum eſt, & eandem negligentiā infra ſex ſeptimanas immediate poſt terminum neglectum ſubſequentes non purgarunt, id eſt, quod cenſum non ſolverent, ut eſt dictum, ex tunc ceſſantibus jure & conſvetudine civitatis Spirenſis dicta curia libere devolvetur ad dictam Margaretam ſeu ejus hæredes, contradictione qualibet non obſtante. Reliquas autem tres liberas ipſe Kauffmannus & ejus hæredes ſolvent præfato Magiſtro Marcio vel ejus ſucceſſoribus his terminis annuatim, ſcilicet medietatem Dominica Reminiſcere & reliquam medietatem Dominica proxima poſt feſtum quatuor temporū veniens poſt exaltationem Sanctæ crucis, ſub pœna dupli, juxta jus & conſvetudinem Civitatis Spirenſis: ſub hoc pacto, quod ſi contingeret plures fieri ejusdem curiæ inhabitatores, ſeu ipſam pervenire ad plures hæredes, nihilominus tamen per unum eorumdē prædictus cenſus colligetur & dabitur ſuis terminis, quemadmodum eſt præſcriptum. Et ſic dictus Magiſter Marcius pro debita & conſveta VVarandia dictæ curiæ cum ſuis attinentiis, quod vulgariter dicitur* Werſchafft/ *facienda, prædicto Kauffmanno, & ſuis hæredibus eisdem hos dedit & conſtituit in ſolidum fidejuſſores, videlicet Nycholaum ad Auream Ovem, concivem noſtrum, & Herbundum de Neckerovve conſangvineum ſuum, coram nobis & dicto Sculteto conſtitutos, quorum uno decedente, alius idoneus debet ſubrogari. Præfatus autem Kauffmannus coram nobis & dicto Sculteto ſimiliter conſtitutus confeſſus eſt, ſe dictā curiam cum ſuis attinentijs ſibi & ſuis hæredibus & certo locatu emphiteotico recepiſſe à Magiſtro Marcio prælibato pro dicto cenſu ſolvendo in omnem modum prædictum, ſub pœnis, pactis & conditionibus prælibatis, & ſe contentum eſſe de locatione hujusmodi. Et ad majorem certitudinem præmiſſorum omnium & ſingulorum, prædictus Kaufmannus, Nycholaus & Iohannes duo ſui filij concives noſtri etiam coram nobis & dicto Sculteto conſtituti, caverunt & promiſerunt, quod quando ponent ſub pignora valentia ſexaginta libras haller. ſecundum æſtimationem Engelmanni de* Böbingen *& Nycholai ad Aureā Ovem prædicti, quæ tamdiu erunt obnoxia, quousque dicta curia in ædificiis taliter fuerit meliorata, quod iidem duo cives æſtiment, eam ultra primum cenſum ſeptem librarum haller.*

„ *haller. fore ad valorem census perpetui trium*
„ *librarum haller. sufficienter emendatum.*
„ *Quorum si quis decesserit, ex tunc dictus*
„ *Magister Marcius, vel ejus successores alium*
„ *subrogabunt.*

Quæ omnia habentur in Christophori Lehmanni Chronico Spirensi, multis notabilibus referto; ex quo hæc conpilavi & in lectoris gratiam, quæstionisque majorem fidem decerpsi, scilicet *ex lib. 4. istius chron. cap. 21. pag. 346. cum seqq.*

QVÆSTIO XXXIV.

Molendinum quomodo acquiratur legitime in Societate seu communione?

SUMMARIUM.

1 Seqvuntur jam post conmutatorios contractus κοινοpractici.
2 Quid illi sint, ex Althusio.
3 Societas quid sit, cur & quamdiu coalescat.
4 De quibus rebus licite contrahatur, cum num. 5.
5 Tam in re principali, quam in fructibus.
6 Societatem esse multiplicem, relative.
7 In ea jus adcrescendi valere, & generaliter quandoque pro communione accipi.
8 Per eandem dominium transferri.
9 In certo casu esse modum acquirendi dominij.
10 Illatio ad quæstionem generalem: An, quomodo & quando molendinum in societate vel per eandem nobis acquiratur.
11 Regulæ societatis sunt observandæ.
12 Quæstio specialior: Qualenam jus in molendinorum communium divisione, locatione, venditione & refectione obtineat, cum num. seqq.
13 Justiniani Imper. rescribtum, huc directo respiciens.
14 Bartolus, Iason, Ripa & Mozzius multa circa hanc rem speciatim cumularunt, cum num. seq. 15.
16 Regula; Socium non posse locare rem communem.
17 Et an plurium quoque sociorum factum in re communi, noceat alteri socio.
18 Exceptio istius: Prima, si socius postea consenserit, ratumque habuerit, firmum manet prius.
19 Secunda, juxta nonnullos: Si utiliter id fecerit domusque fuerit indivisa:
20 Quod tertio verum, nisi socius cum causa idonea contradicat.
21 Declarantur hæc exemplis: Et primo de duobus fratribus, in locatione dissentientibus.
22 Alterum vicissim de duobus fratribus vel socijs, uno agrum communem esse colendum volente altero rixoso nolente ut pars sua seminetur; & postea tamen ab altero id fiat, quid juris?
23 Quid vero si altero peregre abeunti, socius locaverit ædes communes homini malæ famæ vel notæ; cum vicinis quæstionibus remissive.
24 Quarta limitatio, socium posse æque idoneum substituere quod ibi de gabellis reditibusque lacuum, & de studiosorum musæis illustratur tractatione accersita num. 25.
26 Vniversalis illatio, an eadem Dd. de molendinis dixerint.
27 Factum namque in communi molendino non nocere alteri dicunt & exaudiunt aliqui de rei abusu, prohibentis jure ac sociorum paritate.
28 Bertachinus vacillans quintam quasi limitationem suppeditat, socium posse non locare partem suam, si reliquorum molendina hujusmodi habentium locatio non impediatur.
29 Alij æquitatem considerantes, sextam speciem constituunt, pauloque aliter litem definiunt, quisnam in tali discordia præferendus.
30 Septima velut exceptio in refectione sequenti: Molendinum scilicet an transeat ad reficientem socium, si alter pro parte sua aut in totum reficere non curet, vel intra quatuor menses sumtus refundere recuset aut scienter malitioseque negligat? Plene num. 33. 34. 35. 36. 37.
31 Molendinarij si contraxerint societatem, & mola vi fluminis tollatur, an teneantur ad pensionem solvendam, ex Medice & Baldo.
32 De emptione fructuum per socium celebrata cum pacto, ut alter molam & ipsius clusam sumtibus suis sartam tectamque conservet; & insolitum diluvium, casusque fortuitus evenerit, num emtor ad aliquid teneatur?
35 Iura vigilantibus sunt scribta, & non dormientibus.
36 An negligentia unius alteri nocere debeat vel possit.
37 Sumtus an, quomodo & quando fructibus compensentur?
38 Sed quid si mola, puteus, furnus vel porticus toti competat viciniæ, & ex ea aliqui rebus iisdem cedere velint, ad vitandum necessariæ instaurationis sumtum, an sint audiendi?
39 Lex Attica de puteo fodiendo, cum num. 40. 41. 42.
40 Hippicum quid eo in loco.
41 Phratriæ quid apud Aristotelem.
42 Temporis quænam consideratio, in fodiendis puteis observanda.
43 Limitationes axiomatis num 9. 30. & 33. & quidem prima, valere remedium contra socium, non contra ipsius heredem.

44 Secunda, valere id in refectione necessaria.
45 Tertia, secus si penitus fuerit ædificium vel molendinum destructum.
46 Quarta si socius communi nomine reficiat & non proprio, cum restrictionibus alijs, num. seq. 47.

1 SATIS supra dictum fuit † de contractibus commutatorijs: Sequitur de *κοινο* practicis ut pauca dicam.

2 Sunt vero † in quibus communio quædam inducitur, & juris consortium contrahitur, quamvis non in perpetuum, autore Johan. Althusio *lib. 1. dicæol. cap. 78. num. 1. per leg. 70. leg. 52. §. 9. l. 1. D. pro socio.*

3 Ex illorum numero † Societas constituitur, quæ est duorum pluriumve honeste ad tempus contracta conventio, ob commodiorem usum, & uberiorem quæstum inita; ut inquit Azo & diu ante eum Cicero, idque vehementer probat Mozzius *d. lib. de contract. titul. de societat. cap. 1. num. 4.*

4 Qua definitione retenta, sequitur † societatem cadere in omnibus rebus licitis & honestis, *arg. l. nec prætermittendum D. d.* 5 *titul.* itemque in † retam principali, quam in fructibus, ut idem Mozzius declarat, post Decium *in l. si paciscenda C. de pact.*

6 Præterea cum † societas multiplex sit, ut 7 Dd. fusissime exponunt: in eadem jus † adcrescendi locum quandoque inveniat: verbum illud societatis interdum generaliter de rerum quoque communione usurpetur, ut observat Rittershus. *ad d. l. 23. cap. 13. in* 8 *princ. D. de reg. ju.* ex ejusdem † natura esse videatur, possessionem & dominium transire ac transferri pro rata parte, autore iterum Mozzio *colum. 4. seu cap. de natural. societat. num. 22. & 23. pag. mihi* 476. & denique.

9 Justus Mejerus expresse † inter modos acquirendi hunc referat, si socio cessante, alter socius commune ædificium restituerit; cessans vero (de qua specie deinceps agam, & ita in terminis de ea loquitur Johan. Baptist. Costa *tract. de ratione ratæ quæstio. 7. num. primo.*) intra quatuor menses, impensam socio ædificanti non restituat, *in colleg. Argentorat. volum. 2. lib. 41. titul. 1. sive ad titul. D. de acquir. rer. domin. thes. 8. num. 2. pag. 839.* idcirco † haut male 10 me egisse arbitror, quod non modo ista sequentibus adplicaverim, simulque prioribus titulis & hunc adnumeraverim: sed etiam in specie generalem istam quæstionem efformaverim, An, quomodo & quando molendinum in societate vel per eamdem, aut non primario, sed per accidens nobis acquiratur? Restant namque alij modi, qui sub incudem quasi revocandi & peculiaria circa materiam nostram veniunt ponderanda.

Nec † id sine causa. Regulæ autem so- 11 cietatis quocumq; modo, licito tamen initæ hic sunt adtendendæ, *tot. tit. D. de pact. d. tit. D. pro socio. cum siml.*

Et ideo † qualenam jus in molendino- 12 rum quoque communium divisione, locatione, venditione & refectione obtineat, utiliter quæritur. Ac quamvis mire Dd. in hoc passu varient, attamen singula membra ad sua capita ordine & distincte reducam.

Primum locum † de priori specie occu- 13 pet aperta Justiniani Imper. Sanctio, quæ talis: Ἐὰν μεμερισθείσης τῆς τοῦ χωρίου γῆς εὕρῃ τις ἐν τῷ ἐπιλαχόντι αὐτῷ μέρει, τόπον ἐπιτήδειον εἰς ἐργαστήριον μυλῶνος, καὶ ἐπιμελήσηται αὐτοῦ, οὐκ ἔχουσιν ἄδειαν οἱ τῶν ἄλλων μερίδων γεωργοὶ λέγειν τι περὶ τοῦ τοιούτου μύλωνος, *hoc est.* Si divisa ruris tellure, unius portio nacta sit locum exstruendæ molæ idoneum, eamque ipse exstrui curarit, non est quod alij rustici alias partes nacti, quidquam de mola cavillentur. *in LL. rust.*

sive

sive georgi. leg. 7. titul. 10. Huc refer, quæ de societate & vicina divisione passim latissimeque nobis reliquit Petrus Sanz à Morquecho *d. tract. de divis. bonorum.*

14 Reliqua † membra etiamsi Johan. Franciscus à Ripa copiose in terminis per tractavit, ad quem me supra remisisse memini, *in not. ad d. l. quo minus numer.* 137. *cum* 7. *seqq. & cognatis D. de fluminibus.* ibidemq; Bartolus & Jason nonnulla memoriæ prodiderunt: nihilominus ex meo quoque penu similia adferam, quæ ad condecorandam hanc rem adprime facere videbuntur.

15 Præmissis ac † prælibatis etiam ijs, quæ præter alios in hujusmodi casibus docte resoluit Mozzius *d. tractat. tit. de locat. cap. de substant. locat. sive colum.* 3. *num.* 1. *cum* 7. *seqq.* in terminis & magis adposite Costa *d. tract. quæst.* 7. *num.* 3. *usque ad* 9. lucem accipiunt hæ sequentes Dd. conclusiones, quæ per ea in ordinem non nihil sunt redigendæ.

16 Nempe † socium non posse locare rem communem, juxta alios & Cæpollam. *in l. inter publica colum pen. De verb. signif.* adeo ut si † plures quoque essent socij, & major pars velit quid facere in re communi ad usum destinatum, non possit hoc fieri, inuito socio, dicente Felino *in capit. cum unus num.* 22. *&* 23. *De constitut.* ibique Decius *lect.* 1. *num.* 5. *& lect.* 2. *num.* 3.

17

Felinus quidem inquit: Quod si essent mille, factum illorum non noceret socio unico, per Oldradum *consil.* 34. *arg. l. heredes §. merito D. famil. hercisc.*

18 Sed illud non tantum † limitant cæteri, ut cessaret, quando in vitus amplius non est socius, & postmodum per ratihabitionem consentit, quo acta per socium subsistant, ut in pignore exaudit Mozzius *d. colum.* 4. *nu.* 16. *pagin.* 474. verum etiam dicunt, posse † socium locare domum (pro qua molendinum quoque haberi non una vice memini) vel fundum communem, inuito insuper socio, si utiliter id faciat, & domus sit pro indivisa, juxta Bertachinum *in repert. verb. socius num.* 87. *pag. mihi* 108. *per l. & hac distinctio §. fin. ubi Bart. & Castrens. D. locat.*

19

20 Quod verum † rursus adpellat, nisi socius cum causa contradicat: ut quia habeat uxorem, vel filias pulchras & suspectas de corruptione pudicitiæ; conductorque ipse sit persona suspecta, per Baldum *in l.* 1. *colum.* 2. *in vers. ultimo quæro* & ibi Paulus de Castro (*qui testam fac. poss.*

21 Juvat hæc † pluribus tangere & similibus exemplis illustrare. Inter quæ jam obvenit istud: Duo fratres sunt, domum communem habentes, quæ consvevit, locari; unus vult locare, alter non; quæritur quid juris? Præter Ripam dicit iterum Baldus, quod præferatur is, qui vult locare, re ad usum revocata, ad quem destinata fuit, per *l. arboribus §. usufructuarius, & ibi Glos. D. de usufr.* Videantur etiam Alciatus *de præsumt. reg.* 3. *præs.* 23. *num.* 3. Joh. de Arnono *in dial.* 90. Baldus vero id alio loco vicissim limitat: si esset discordia inter fratres quia unus vult inhabitare donum, alter vero vult, quod locetur; præferetur isto casu, qui vult inhabitare, *in l. Sabinus D. commu. divid.* & sequitur Johan. Saison sive Saixon in consvet. *Turonen. titul.* 22. *art.* 2. Pro qua sententia vide etiam argumentum *in Novel.* 38. *cap.* 1. *in fin. vers. Quod si quidam voluerint, & cap. seq. vers. quod si manu miserit.*

22 Item † duo sunt fratres vel socij, qui habent fundum communem, unus vult quod colatur & seminetur, prout debet; alter vero qui est rixosus dicit, quod non velit, ut pars sua colatur vel seminetur. Quinetiam

addit, fratrique vel socio injungit, ut propriam partem excolat, suamque incultam relinquat. Evenit tamen, quod is qui volebat seminare, totum fundum excoluerit? Respondet verbis suis Salicetus, quod is, qui seminavit, non teneatur aliquo modo alteri consocio de fructibus respondere *in l. jubemus la. 2. C. de SS. Eccles.* Seqvuntur illum Saison *d. tit. 22. art. 2.* Vincent. Carocius *in tract. de locat. & conduct. tit. com. ib. numer. 6. pag. 1. mihi pag. 53.* & lege quæstionem similem apud Jacobum de Arena *in tract. de sequest. num. 23. & seq.* qui habetur *in 5. volum. tractatuum.*

23 Ad priorem † vero speciem magis pertinet altera: Sunt iterum duo fratres socij, habentes domum communem indivisam; unus discedit & locat partem suam homini malæ famæ vel notæ; alter non vult admittere ratione honoris familiæ suæ; quid hic agendum? Secundum præcedentia utique non teneor admittere, nisi æque idoneum ponat; idque adprobat Glossa *in l. non aliter, D. de usu & habit.* Cynus *in l. viam veritatis C. locat.* hancque communem esse opinionem testatur Jason *in l. 1. num. 24. C. d. t. qui test. fac. poss.* & sequitur Carocius *ubi supr. numer. 7.* Adhibe omnino Jacob. Wern. Kyllingerum, qui in alijs casibus ex cognatis principijs aliquoties disputat *in tract. de ganerb. castror. sive de arcium plurib. commun. condomin.* & propinqua de socijs fratribus, molendina habentibus vel exstruentibus adfert Stephan. Bertrandus *consil. 279. num. 8. volum. 3. part. post.*

24 Antecedentem ergo † propositionem sic quarto nonnulli limitant, socium posse nimirum alium æque idoneum loco sui substituere in societate, inuitis etiam socijs; utpote si plures emerunt gabellas vel reditum lacus, dicente Baldo *in d. l. 1. colum. ult. fol. in societate autem C. qui test. fac. poss.* ubi simul addit: quod ille non erit socius, nec unquam à socijs aliquid petere possit, qui ipsum admittere noluerint.

25 De † Studioso similiter, inuito suo socio alteri æque idoneo musæum vel ipsius portionem locanti; memini me legisse apud Zasium, qui id valere existimat: sed locus mihi jam non subcurrit. In facti specie propinqua tamen ipsum evolue *in leg. si stipulatus fuero §. si stipulat. fu. per te numero 4. 5. 6. & 7. D. de verb. obligat. tom. 3. oper. pagin. 697.* declara ex eodem ad *l. stipulationum §. ex his numer. vigesimo tertio, pag. 473. d. titul. & ad §. fuerat numer. 2. & 3. Instit. de actione.*

26 Videamus ergo an † eadem Dd. de molendinis dixerint, ad eaque talia enunciata transtulerint. Quod sane factum esse, jam ex Bertrandi, Ripæ, Bartoli & Jasonis traditionibus audivimus moxque percipiemus; quibus adjunge tradita Costæ *d. quæst. 7. num. 3. usq. ad 9.*

27 Dicunt namque in † communi molendino quod factum plurium sociorum, uni non incommodet; idque accipiendum esse de rei abusu, ad quem ea non fuit ordinata; ubi melior sit prohibentis unius conditio, quam reliquorum omnium contra facientium, inquit Wesenbecius *consil. 18. num. trigesimo tertio, part. 1. per* Oldr. *d. consil. 34.* Gloss. *in d. l. Sabinus verb. constat in fin. versic. si ad illum usum est D. commun. divid.* & quia pares in parem non habeant imperium *l. 4. D. de recept. arbit. cum simil.* hocque in re vel jure communi testantur etiam Baldus *in leg. 2. columm. secunda, C. de lib. & eo. lib.* Dynus *ad caput in re communi De reg. ju. in 6.*

28 Johan Bertachinus vero in † specie quidem

dem illud tangit *in repert. verb. molendinum numer. vigesimo septimo.* Sed superficiarie, seque vacillantem & ambigentem ad alia loca remittit; in quibus tamen singularia non inveni, aut sane perquam levia nisi quod dicat ac quintam quasi limitationem subministret, *in eod. repert. verb. socius numer. 116. pag. mihi 109.*

Socium molendini non teneri stare pretio locationis factæ per alios socios, sed possit ipse non locare partem suam, si locatio sociorum impediatur, juxta Baldum *in cap. 1. §. si quis de manso in fi. col. in vers. extra quaro De controvers. invest.*

29 Nonnulli tamen in † præcedenti axiomate æquitatem magis considerant, & sic sexta velut declaratione rigori juris temperamentum adferre conantur. Si enim plures unius molendini domini in locando sint discordes, quærunt nominatim quis sit præferendus? Et distinguunt superiori fere modo: Aut unus vult locare partem suam, & alter suam cupit retinere, idque potest; quia cadere potest retentio emolumentorum pro parte: Aut unus vult locare uni, & alter alteri, quod potest; æqvum tamen esset, ut si conductor aliarum vult conducere, quod sibi ex humanitate saltem indulgeantur, ut inquiunt Socinus *consil. 58. lib. 3.* Castrensis *in d. l. hæc distinctio D. locat.* & Carocius *d. lo. num. 2. mihi pag. 52.*

30 Posset quis etiam † discrimen constituere ac septimæ instar limitationis ponere, quod in hac societate diversum à regula sit, si socius in refectione molendini aut rei alicujus cessaverit, aut intra certum tempus socio pecuniam in refectionem erogatam non restituerit; quo casu illi majus jus adcrescit, & reliquarum partium eo modo medioq; fit particeps, ut mox clarius indicabo, hanc facti speciē ad calcem rejiciens.

Casus quoque † fortuiti hic difficultatem 31 pariunt. Molendinarij enim si contraxerint societatem conducendo molendinum, quod fluminis impetu ipsis fuit sublatum, profecto illos non teneri ad pensionem solvendam ait Sebastianus Medices *d. tract. de fortuitis casib. part. 2. quæstio. 10. numer. 10. pag. mihi 249. in fin.* per notata *in l. 1. D. de migran. l. habitatores D. locat.* Baldus *in d. l. licet C. eodem.*

Quod si promiserint reaptare, tenentur semel tantum; adeo ut si iterum ruat, amplius non teneantur, ex ejusdem Medicæi mente, post Baldum *in l. fideicommissa §. si quis ita D. de leg. 3.* Et quamvis de eo supra pauca adnotaverim, plura tamen diligentiori adparatu infra suo loco comportabo.

Quo respicit aperte † alter casus à me de 32 venditione antea etiam motus: Socius unius molendini si vendiderit partem fructuum alteri cum pacto, quod emtor teneatur omnibus suis sumtibus manutenere clusam & dictum molendinum; in solitum diluvium evenerit, quod illud destruxit, num emtor ad aliquid teneatur? Et dixi Petrum de Ubaldis, in negativa hærere sententia, eamque aliquot fundamentis conroborare *in d. tract. de duob. fratrib. 8. p. princip. numer. 29.* adde Nattam *consil. 449. numer. 16.* Costam. *d. quæstion. 7. num. 11. & 12.*

Tandem in eadem † locationis disquisi- 33 tione succedit axioma *supr. num. 9. & 30.* ruditer propositum: Si duo pluresve socij rem aliquam communem habuerint, quæ necessario refici debeat, & unus proprijs expensis eam reficiat; quia alter noluit id facere, nec quoque intra spacium quatuor mensium partem suam istorum sumtuum obtulit, an privetur jure & portione sua? Mozzius nihil concludit, sed

ſed ſe ad alios remittit *in d. colum. 4. numer. decimoquarto, pag. mihi* 474.

Veritas tamen eſt, eum cadere: hancq; doctrinam notabilem & menti tenendam vocat Zaſius *in l. creditor num.* 10. *D. ſi cert. pet.* ubi de actione & prælatione mutuantis pecuniam ad talem refectionem diſquirit. Unde etiam à Mozzio adductus Ripa inveſtigat *in d. l. quo minus num.* 119.

34. Si molendinum † commune plurium dominorum, impetu aquæ vel aliter ſit deſtructum, quo remedio conſulatur reficienti vel reficere volenti: Bartolum reſpondere ait tribus remedijs, ſi fuerint Socij: duobus, ſi ſocij non fuerint, *l. ſi fratres parentum* §. *idem reſpondit, ſocius qui ceſſantis D. pro ſocio l. ſi ut proponis C. de ædif. priv.* quæ jura Franciſcum Cremenſem notare, multumque laudare addit.

Inſpexi autorem, quem inſigniter hoc tradere ait Coſta *d. quæſt. 7. num.* 1. & qui caſum hunc ita formavit: Quidam habebat molendinum commune cum altero ſocio; illud egebat refectione, & alter ſocius fuit requiſitus ut contribueret in refectione, fuitque contumax: unde alter in totum id reficit ſuis expenſis, & poſtea erant labſi quatuor menſes, quid juris? Cremenſis *ſingul.* 98. inquit, ſeque in civitate Lucenſi hanc cauſam pulchram ita decidiſſe teſtatur: dictum molendinũ tranſijſſe in ſocium reficientem; cum ob prænominatos textus, tum quia is non ſolverat ut ſocius partem ſuam, neque id intra quatuor menſes fecerat; & alias quoque ſocius impendens pecuniam ad refectionem domus (pro qua molendinum accipi & reputari toties dixi) uſuram centeſimam conſequatur; ut ſic ob moram iſtasque cauſas eo magis id obtineat vel pœnam talem negligentiæ incurrat *arg. l* 52. §. 10. *D. d. t. per ſoc.* Hottomannus *de uſuris cap. 9. in fin.* CL. Dn. cognatus Ilico Ummius JC. *in proceſſ. judicia. diſputat.* 21. *theſ. 7. num. quadrageſimo primo, pag.* 860. ubi Molinæum & *d. l. ſi ut proponis* 4. *allegat.* Unde in terminis Bertrandus Argentræus inter alia dicit: Si ſocius aut conſors pecuniam in reſtitutionem rei communis prærogarit, quatuor menſes præfiniuntur refundendæ ſummæ prærogatæ, cum uſuris centeſimis.

Quod ſi non factum ſit, ſolidi vindicatio tribuitur, *in conſvet. Britan. titul. 17. art. 349. pagin.* 1505. quem in hac controverſia omnino adhibe: Cremenſis igitur ſe allegaſſe adfirmat citatum textum *d. l. ſi fratres al. incipit: cum duobus* 52. §. *idem reſpondit* 10. *D. pro ſoc.* quem credidit eſſe ſingularem: ſed poſtea ſe reperiſſe addit conſimilem *in d. l. ſi ut proponis 4. cum leg. 5. & 6. C. de ædif. privat.* Ad quas leges adnotarunt quædam Cynus, Gothofredus & alij, hic cum quibus collationem inſtitue. Idem tenuit Angelus Aretinus *in* §. *ſequens alia 16. num. 13. Inſtit. de action.* quem ſimiliter inſpice, ubi addit: hos duos textus ſingulariſſime contra ſocium, rem communem reficere negligentem, nontandos eſſe; idque repetit *in l. quidam Iberus colum. 2. D. de ſerv. urb. præd.* & per eosdem Johan. Althuſius concludit: ſocium ceſſantem reficere ædes communes, & ſocio reficienti intra quatuor menſes impenſas pro parte cum uſuris perſolvere recuſantem, amittere jus ædium *lib. 2. dicæol. cap. 6. num.* 21.

Poſt Bartolum, Jaſonem & Ripam per anteriores iſtos nominatis locis, adſtipulatur quoque Bartolom. Cæpolla *in tracta. de ſervitut. titul. de ſerv. urb. præd. cap. 59. num. 8. & in cautela ſua 84. incip. ſæpe contingit.* Rebuffus *in ſuis comment. tracta. de contumac. in præfat. num.* 43. Chaſſanæus

ſup.

sup. consuet. Burgund. titul. Des Foresl rubr. 13. §. 1. *gloss.* 1. *num.* 17. Costa *d. num.* 1. & 2. *idem in tract. de facti scient. & ignor. dist.* 29. *num.* 6. *cum seqq.* (ubi se aliquot requisita hujus casus adnotasse meminit) *cent.* 1. *tom.* 1. Natta *consil.* 303. Johan. Hieronym. Albanus Cardinal. (qui quoad Cremens. & Cæpol. in numeris tantum discrepat) *in lucubrat. ad Bartol. ad l. in fundo num.* 7. *D. de rei vindicat. & ad l.* 1. *num.* 3. *& de adopt.* anteque ipsum Gulielmus de Ludo *singul.* 17. qui hoc ita effert: Lex est, quod si sint duo homines habentes unam domum, vel aliam rem in communi, & unus illorum sit requisitus per alium socium, ut repararent rem illam communem, & requisitus malitiose tardat reficere; quod si alius (socius puta, non peregrinus extra illam communionem) rem ædificet, habebit totam rem in solidum jure dominij *per leg. allegat.*

Quibuscum sentit etiam Renatus Choppinus, harumque constitutionum æquitatem ita prædicat; quo videamus unum non modo præ altero paulo aliter sed etiam gravioribus elegantioribusq; verbis hoc proferre: ut nimirum qui in communis fulturam ædificij pecunias conferre cunctatus esset quadrimestri spacio, privaretur non tantum medij temporis fructibus; sed suæ etiam partis dominio, idque ad diligentiorem socium transferretur, *ad leges Andium lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 1. *pag.* 225.

35 Jura enim † vigilantibus esse scribta & non dormientibus, respondet JC. Scævola *in l. pupillus* 24. *in fi. D. quæ in fraud. credit.* Prateus *lib.* 5. *Regul. ju. tit.* 7. *per tot. lat.*

36 Et quamvis † negligentia unius alteri nocere non debeat, juxta eundem *libr.* 1. *titul.* 6. *cap.* 5. attamen ipse hoc restringit, nec in hoc passu locum invenit, uti nec eadem consequentia in Usucapione admittitur, prout novimus & Interpretes nostri prolixe demonstrarunt.

37 Unde haut aliter sumptus † fructibus pensantur, qvum is, qui in pistrinum commune fulciendum numos impendit, socium prius non interpellarit, ut eam in rem simul argentum erogaret. Præmonito autem socio, nec aliquid (ut dixi) conferente in reparationem molæ frumentariæ, fructus interea percepti non deducuntur in solutione expensarum talis refectionis. Id quod diserte odio cunctatoris socij moratorisque introductum est: contra vulgatam juris regulam, ut admissa fructuum pensatione, superfluum sumtuum (meliore prædio facto) restituere dominus compellatur, *per l. sumtus D. de rei vindicat. l. insulam §. fructus D. solut. matrim.* Choppinus *d. cap.* 20. *n.* 3.

Jure quidem communi fructus compensantur cum sumtibus, quando illi percepti sunt à bonæ fidei possessore ex re simpliciter aliena: sed si res esset proprie restitutioni subjecta, tunc fructus cum sumtibus non computantur, ex traditione Glossæ & Baldi *in l. emtor. D. de rei vind. idem Baldi in d. l. insulam §. fructus D. sol. matrim.* Confer tamen quæ Argentræus de fructuum perceptione, deminutione & amissione, deque consvetudine Britannica notabiliter observavit *in d. art.* 349. & quæ obiter inspersit Althusius *lib.* 1. *dicæol. cap.* 38. *num.* 5. *cum seqq.* deque molis versatilibus ac frumentarijs nominatim Johan. Garsias *tract. de expens. & meliorat. cap.* 24. *numer.* 1. *pag. mihi* 494.

38 Quod si vero † Mola, puteus, furnus vel porticus toti competat viciniæ, & ex ea nonnulli rebus iisdem cedere parati, ad vitandum necessariæ instaurationis sumtum, suntne audiendi? Censeas prima fronte, vicinum ejus renuntiationis prætextu minime

nime eximi communi impendiorum onere, *arg. l. ad reparationem C. de aquaeduct. lib.* 11. *& l. ad portus C. de oper. publ.* Quam in sententiam propensior est Guilielmus Durandus *in specul. tit. de censib.* §. 1. *vers. item pone, quaedam vicinia.* Albericus Rosates *in tract. statutorum part.* 1. *cap.* 35. Florianus & Baldus *in l. cum fructuarius D. de usufr.* Sed distinctionem hanc de eo tenete: Aut mola, puteus vel furnus refectionem postulat, præteriti usus ratione vel futuri; priori casu vicinus cogitur omnimodo numos, cum cæteris eam in causam impendere, ex qua cœperit rei emolumentum.

Posteriore vocandus non est in contributionem vicinus, qui ex vicinia ipsa commigret in aliam, sicque usui cedat; secus, si retento eodem domicilio profiteatur, se mola, puteo, furnove communi nolle uti, quia scilicet ipsi alteruter privatus sit domi. Atque ita ante Choppinum fuit Cæpollæ visum *in d. tract. de servit. urb. præd. cap.* 47. *De puteo, cisterna & lavello.*

Porro occasione jam data adjicio, Attica † Solonis lege statutum fuisse, ut quia multi Atheniensibus putei suppeterent manufacti, ubicunque puteus publicus foret, eo intra † ὑπ' ἱππικὸν (est autem Hippicum 4. stadiorum distantia) uterentur: quia vero abessent longius, propriam sibi aquam exquirerent.

39

40

Quod si effodientes decem palmarum profunditatem, non invenissent aquam, tunc accipere à vicino liceret sex hydrias, bis diebus singulis, autore Plutarcho *in Solone.*

41 Exin † Phratriæ quoque apud Aristotelem *in polit.* conventus hominum, aut etiam conventicula quasi pagi, propria sibi sacra peculiarisq; communiter habentium; ab eo dicta Phratriæ, quod ex communi puteo aquam haurire soleant; quum puteus græce φρέαρ adpelletur.

Alias præter locum & ipsius distantiam, tempus quoque † oportunum hic venit in considerationem. Ut ergo certam perennitatis puteus habeat fidem, tum demum effodiendus est, cum Sol ultimas partes Virginis obtinebit, *id est*, mense Septembri ante æquinoctium autumnale. Siquidem tunc maxime explorantur vires fontium, cum ex longa siccitate æstatis terra caret humore pluviali, teste Columella *lib.* 11. *de re rust. cap.* 3.

42

Atque hæc de regula ista in genere & specie dicta sufficiant. Omissis prioribus † hæc ipsa vicissim quatuor modis per Jasonem & Angelum limitari perhibet Ripa *in d. l. quo minus num.* 120. *D. de flumin.* Circa primam restrictionem, quod tria ista remedia non competat contra heredem socij, per textum *in l. socium qui,* 60. *in princ. D. pro soc.* intelligendum monet quantum ad actionem pro socio, quæ fuit exstincta morte socij §. *finitur Institut. de societat.* secus quantum ad actionem communi dividundo, quæ datur in hæredem, *l. item quamvis D. com. divid.* item secus quantum ad rei vindicationem, quæ sequitur rem, ut antea dixi & firmat *l.* 1. *C. de alien. jud. mut. cau.* denique intellige propter contumaciam heredis, secus Ripa putat, si propter contumaciam defuncti socius refecerit; quia tunc exstinguitur *l. actione* §. *morte vers. item dolus & culpa D. d. t. pro socio, juncta ead. leg. socium* 60. *ibi: ex facto heredis faciendum D. eodem.*

43

Circa † secundam limitationem, ut procedat in refectione necessaria, secus inutili, per textum *in l. si ædes communes D. commun. divid. juncta l. parietem, ubi Alb. Bald. Angel.*

44

gel. Pau. Flor. & Castrens. D. de serv. urb. præd. Ripa quidem nihil notabile proponit, nisi quod illud æqvum & rationabile esse pronunciet; punctumq; esse, quænam necessariæ refectionis nomen mereatur, quod declarare censet *leg.* 1. §. *si ædificium D. de inpens. in reb. dot. fact.*

Sed prolixior est hæc tractatio, quam ut una lege sopiri possit; præsertim cum adhuc dubia sit, dum nempe vocantur ibi impensæ necessariæ, quæ in pristinum, horreumque dotale collatę; & nihilominus mox *in l. veluti 6. ubi Busius eod.* dicuntur inpensę utiles, si in domo pistrinum aut taberna facta sit: insuperq; necessariæ inpensæ nominentur quandoque utiles, eo quod utile est domino rem ejus his inpensis servari, ut inter alia observat Bocerus *clas.* 5. *disp.* 6. *th.* 9. Consulendi igitur de inpensis sumtibusq; necessarijs, utilibus & voluptuarijs, itemq; quinam possessores quarum nomine actionem habeant, vel minus; Glossa, Bartolus, Baldus, Angelus & alij *ad leg. in fundo D. de rei vind.* Nicol. Boërius in longa tractatione *decis.* 44. Johan. Gœddæus & alii *ad l. impensæ* 79. *D. de verb. signif.* Paulus Busius *ad l. sumtus* 48. *D. d. t. de rei vind. l. si in area* 33. *D. de condict. indeb.* & Johan. Althusius *d. lib.* 1. *dicæol. cap.* 2. *num.* 22. 23. *& cap.* 40. *per tot.*

Profluunt hæc tamen pleraque ex illo principio (alias similitudo vel paritas nunquam daretur) an molendinum pro domo & prædio tam rustico quam urbano sit habendum? Id quod alibi ad amussim monstravi; quibuscum transeunt, quæ de pistrinis horreisque sparsim tradidi, quæque de iis in jure nostro obcurrunt, an commode ad hodiernas moletrinas transferri queant. Non obstante altera ista opinione eorum, qui nec passim nec omnimodo refectionē non admittunt, scilicet ad obligandum consortem; sed ita demum, cum necessaria est, *hoc est*, res aliter peritura aut deterior futura erat, juxta *d. l. impensæ* 79. *in princip.*

Nec enim attritas molas licere eximere, ut meliores reponantur, nec communem parietem destruere, ut firmior restituatur; quod volunt Baldus, Angelus & Castrensis *in d. l. parietem.* Jason, *in d. l. quo minus, num.* 109. *aliis* 209. *D. de flumin.* & illum textum *d. l. si ut proponis* 4. intelligunt, cum res aliter servari nequit, quod Cæpolla notat. *de serv. urban. præd. cap.* 58. *&* 59.

Sed prævijs alijs circumstantijs, simulq; adhibitis declarationibus & vera sectantib• indubie placebit Argentræi opinio: rem arbitrio judicis æstimandam esse; ut neque non-necessarij sumtus imponantur à pannoso & inopi tali prætextu, nec rursum recusatio admittatur valde utilis sumtus, prætextu seu colore tenacitatis, *argum. l. colonus in princ. D. locat. l. domus* §. 1. *eod.* Socinus *d. consilio.* 58. *volum.* 3. *aliis* 4. Marsilius *singul.* 360. ipse Jason. *in d. l. quo minus num.* 158. nec videtur dissentire Busius *in d. leg. sumptus* 48. *num.* 7.

Circa † tertiam fallentiam, ut non procedant, quando ædificium esset penitus destructum, juxta Glossam *in l. in singularum C. de ædif. priv.* Ripa existimat illam non adparare veram, ob textum *in d. l. si fratres* 52. §. *idem respondit* 10. *in verb. Restituerit, hoc est,* quod sublatum est reposuerit, ex ipsius & Pard. Prattæi interpretatione *per l.* 2. §. *prætor ait* §. *restituas, D. ne quid in lo. publ.* hicque illud non intelligi de instauratione aut reparatione simpliciter; sed etiam de refectione operis destructi, ademta mola, ita ut moli non possit, nuncupatim tenet Argentræus *d. art.* 349. *lit. C. pag.* 1504.

Unde secundum eundem Ripam licet

Glossa ibi neget, socium posse cogi ad novarum ædium exstructionem: non tamen sequitur, quod velit eum non posse cogi diruptas reædificare aut iterum facere, à quo verbum illud Reficere descendit seu idem designat. Et contrarium videtur probari posse ex *l. ad curatoris D. de dam. inf.* Nam si favore publico potest quis cogi diruptas ædes reædificare; certe favore publico juncto cum privato cogi etiam poterit, ex Ripæ argumentatione: ubi tamen fallentiam istam tunc sicque admittit, quando socius vult conlabsas ædes reædificare; secus si ruinosas velit demoliri, easque reponere, per *d. l. si ædes.* & ita Bartolum sentire subjicit *ad l. in parietis D. d. t. de damno infect.*

46 Quarta † limitatio ut procedat, si nimirum socius communi nomine reficiat, secus si proprio *argument. leg. si is contra quem C. de ædif. privat.*

Ripa iterum sic exaudit, si nempe sciens, communem rem esse, refecerit; secus si ignorans, quod tunc repetat inpensas per retentionem, vel utili actione communi dividundo *leg. in hoc judicium D. commun. dividun.* vide Gœddæum, Argentræum & Busium *dd. ll.*

47 Quamvis † hanc distinctionem parum roboris continere, quis haud male cogitaret. Uti etiam Britannica ista consvetudo paulo diversa & à jure Romano aliena posset allegari: pariter ac cæteri antea contumaciam, malitiosam cessationem ac socij interpellationem præter alia lugebant, itidemque Argentræus & Choppinus circa fructuum amissionem nonnihil variabant, cum similibus. Et sic salvari fortasse potest Ripæ distinctio, si non de reficiente, sed de altero socio ignorante loqueretur: Atque ita rei perditionem aut necessariam refectionem cum debita justaque denunciatione præsupponeret.

Quod svadere videntur verba *d. l. si ut proponis 4.* quæ innuunt, socium ab altero ob hanc causam fuisse interpellatum & requisitum: licet id verum quoque cum Argentræo existimem, idemque jus fore & manere in tali per cessationem molendini acquisitione, etiamsi non denunciaverit; cum sæpe tam præcipitatæ sint necessitates, ut denunciare non liceat *d. art. 349. lit. D. pag.* 1504. modo alter postea per interpellationem seu alia occasione resciscat, vel prævidere potuerit, & demum in retribuendis inpensis, addendisque pro portione sua usuris moram contraxerit, vel intra definitum à legibus spacium reddere sumtus negaverit, propter rotundam istam *l. si ut proponis 4. D. de æd. priv. juncta l. cum duobus 52. al. incip. si fratres 52. §. idem respondit, socius 10. D. pro socio.* De quibus omnibus hucusque allatis egregie quoque differentem lege Johan. Garsiam Gallecum *tract. de expens. & meliorat. cap. 19. per tot. juncta infr. quæst. 48. num. 37.*

QVÆSTIO XXXV.

Molendinum an & qua via consequamur Donatione?

SUMMARIUM.

1. Continuatio cum explicatione quid & quinam sint contractus monopleuri.
2. Ratio ordinis ulterius detegitur: num olim & jam donatio sit modus acquirendi vel contractus, cum num. 3. seq.
3. Dare est dominium transferre, & donare quibusdam dicitur perdere.
4. Donatio proprie ex liberalitate oritur.
5. Quid illa sit seu quomodo describatur?

6 Dona-

6 Donatio ſimplex, propria & pura raro invenitur.
7 Variis ex cauſis deſcendit: quod declaratur antiqua donatione Willisvvindæ & Cancronis, de molendinis rebusque aliis facta.
8 Henrici Imper. donatio, iterum molendina ac ſimul adhærentia comprehendens.
9 Plenior intellectus ex privilegiis Archiecclesiæ Hammaburgenſis cæterisque ſæpe conceſſis, quæ referuntur ac conferuntur, molendinorumque expreſſam & limitatam mentionem faciunt, cum num. 10. 11. 12. 13. 14.
15 Molæ hic & alibi à molendinis diſtinguuntur, brevisque diplomatum iſtorũ declaratio additur.
16 Quæſtio principalis de pertinentiis, acceſſionibus & appendiciis ejusmodi proponitur, juncto num. 20. & reliq.
17 Caſtrum adprehendens, omnes pertinentias adpræhendiſſe cenſetur.
18 Pertinentiarum & acceſſionum nomine Regalia an veniant?
19 Pertinentiæ quomodo & quando fiant?
20 Pertinere eſt verbum generale & quænam comprehendant?
21 Variis nominibus eas acceſſiones indigitant.
22 Adfirmativa quorundam reſponſio: molendina iſtarum appellatione contineri.
23 Quidam diſtinguunt, inter pertinentia proxima & remota.
24 Ripæ aliorumque diſtinctio paulo diverſa.
25 Alvarotti deciſio ſubjungitur cum reſolutione perbrevi.
26 Reliquorum ſententia, reſpicientium rerum uſum eumque inprimis perpetuum, qui in jure ut plurimum attenditur: quod legum & exemplorum (donationis legati, emptionis in pretio ac reditu) confirmatur.
27 Autoris declaratio uberior, cæteris adjungenda, cum ſyllabo aliorum, qui hanc litem movent.

1 TANTUM quoque de † contractibus dipleuris: ſequitur de monopleuris, qui alterius ſolum gratia principaliter fiunt & celebrantur ab initio, quamvis ex poſt facto etiam accipientem obſtringant, *hoc eſt*, ubi unus tantum contrahentium, qui initium facit, obligatur; alter vero non niſi reipſa, *id eſt*, quando negotium eſt inceptum & integrum eſſe deſinit, *argum. l. 1. l. 23. & 8. C. de rev. donat. l. 31. De reb. credit.* Cujacius *ad leg. 1. De verb. oblig.* Althuſius *libr. primo, dicæol. capit. 82. num. 1.* Ejusmodi contractus μονόπλευροι ſunt gratuiti, vel minus. Gratuiti ſunt donatio & mandatum: non gratuitum ponit idem eſſe conſtitutum. De priori ſpecie commode hic tractamus, eamque reliquis ſubnectimus.

2 Quamvis enim hucusque † mire diſceptarint, num donatio ſit genus ſeu modus acquirendi, quo rem aliquam conſequimur, ut perhibet Weſenbecius *in parat. D. de donat. numer. primo, argumen. titul. eod. Inſtit. & per l. 3. D. de verbo oblig. juncta l. 32. §. 1. de donat. int. vir. & uxor.* Fortun. Garcias *in leg. 7. num. 25. De pact.* Mudæus *in l. ſocietas 6. donationis numer. 4. D. pro ſoc.*

3 Cujacius *in Novell. 38.* vel acquiſitionis cauſa, ex qua cum ſequitur traditio acquiritur dominium (unde † dare & conſequenter donare eſt dominium transferre, teſte Petro Sanz Morquecho *tractat. de bonor. diviſ. libr. 3. cap. 2. num. 17. per §. ſic itaque Inſtit. de action. juncta l. 1. ubi* Weſenbec. *num. 2. & 6. D. h. t.* adeo ut dubium exoriatur an donare ſit perdere apud Argentræum *in commentar. conſvet. Britan. pag. 632.* & Piccartum *in obſerv. hiſt. polit.*) ut declarat idem Cujacius *libr. 10. obſ. cap. 28.* aut contractus, ad quem donationem refert idem Weſenbec. *d. lo. num. 2.* Paul. Buſius *ad rubr. num. 2. 3. 4. D. eod.* pluresque alij citati ab Althuſio *d. libr. primo, cap. 28. num. ſecundo*, attamen ex alterutra opinione ordo perſpicitur & ſeries tractationis præſentis ſatis defenditur vel excuſationem meretur.

4 Ante omnia itaque, ut quod in tractatione eſt intelligatur, admonendi ſumus † Donationis materiam & proprium ſubjectum talis contractus ex beneficientia proficiſci, quæ gratuita & ſpontanea liberalitas eſt, quæ (ut Ethologi loqvuntur) cum una ſit de virtutibus Ethicis ſeipſa contenta eſt, nec aliud ſpectat, quam benefacere;

ut quæ beneficium conferat, non fœneret.

5 Hæc † proprie donatio est, expers alieni finis aut reposcentis antidotum; quam JCtis definiunt esse, cum nullo cogente jure aut necessitate quisquam alteri benefacit, *in l.* 1. *l. hoc jure* 19. *l. donari* 29. *D. h. t.* Schurpffius *centur.* 2. *consilio.* 23. *numer. primo.* (quamvis paulo aliter pleniusque eandem describant, supra relati authores) ut videre est apud Senecam uberrime *in lib. de benef.* & eruditissimum Bertrandum d'Argentre *in d. consvet. Britan. tit.* 12. *in præf.* ubi pulchre de rebus variis differit.

6 Sed quia † raro accidit, ut quidquam ejus, quod donationis titulo confertur, non in extrema quædam devergat, aut perturbationibus adspergatur; rarum est etiam sine vitij cujuspiam illabsu, aut saltem ex varijs causis fieri donationes.

His enim multi adducti liberales sunt, ut alibi sæpius innui, exemplis docui, & patet ex concessionibus principum à me passim, infertis, ad quæ refer argumenta Rolandi à Valle *consil.* 1. *volu.* 2. & Friderici Pruckmanni *consil.* 13.

7 Qualis † donatio facta à Williswinda matre & Cancrone filio *supr. quæstio.* 3. *num. undecimo, juncta quæstio.* 4. *numero quarto*, ubi cum similibus pauca ex tenore seu diplomate donationis decerpsi, quæ nominatim farinariorum seu molendinorum dationem inferunt.

8 Tale etiam est † diploma Heinrici Imper. apud Lazium: *Vnum regalem mansum* (dictum à manendo, quod integrum sit maneatque XII. jugeribus, German. Hoube oder Huve Landes/) *cum omnibus suis pertinentiis, & utriusque sexus mancipiis, terris cultis & incultis, areis, ædificiis, pratis, pascuis, molendinis, aquis aquarumque decursibus, piscationibus, sylvis, venationibus, saginationibus, cum omni utilitate, quæ aut scribi aut nominari potest, in proprium tradiderunt, &c.* ref. Frid. Lindenbrogio *in glos. antiq. leg. pag.* 1431.

Cujusmodi concessiones ac donationes sæpe etiam obviæ in † privilegijs Archiecclesiæ Hammaburgensis, quæ Erpoldus Lindenbrogius inseruit *Scriptor. rerum. German. Septent.*

9

Exempli gratia in terminis unum alterumque transcribere lubido est; ea tamen tantumq; verba, quæ huc directo spectant, & in cujusmodi donationum diplomatibus frustra aliquid non ponitur.

10 Otto rex † in sua bonorum confirmatione his utitur: *In proprium damus, quicquid proprietatis hucusque habere visi sumus, in terris cultis & incultis, agris, pratis, pascuis, molendinis, piscationibus, aquis, aquarum decursibus, viis, quæsitis & inquirendis, omnibusque ad præfata loca jure legitimeque pertinentibus, firmiter in proprietatem donavimus &c. pag.* 149.

11 Idem † de libertate Ripesholte hæc verba adhibet: *Cum omnibus suis pertinentiis, ædificiis, terris cultis & incultis, mancipiis utriusque sexus, areis, campis, pratis, pascuis, sylvis, venationibus, piscationibus, aucupiis, aquis, aquarumve decursibus, molendinis mobilibus & inmobilibus, viis & inviis, exitibus & reditibus, cunctisque aliis appendiciis, quæ adhuc dici aliquo modo aut nominari possunt, dimisit*; apud eumdem *pag.* 153.

12 Otto III. Imper. de † Curia Stipenlo ita fatur: *Quam cum omnibus utilitatibus, areis, ædificiis, utriusque sexus mancipiis, terris cultis & incultis, pratis, campis, pascuis, sylvis, venationibus, aquis, aquarum decursibus, piscationibus, molendinis, viis & inviis, exitibus sive reditibus, tam quæsitis quàm inqui-*

„ *inquirendis, sibi in proprium tradidimus;*
„ *eo tenore ut idem de eodem prædio liberam ha-*
„ *beat faciendi quod velit potestatem, sive illud*
„ *tradere, commutare, vendere, seu magis sibi*
„ *obtinere voluerit &c. pag.* 154.

13 Henricus Imperat. † Adalberto quoque supplicanti, de traditione Liesmunde & Paludibus, ita rescribsit: *Prænominatam cur-*
„ *tem cum universis appendiciis, hoc est, utri-*
„ *usque sexus mancipiis, areis, ædificiis, agris,*
„ *pratis, pascuis, terris cultis & incultis, aquis,*
„ *aquarumque decursibus, molis, molendinis,*
„ *piscationibus, venationibus, exitibus & re-*
„ *ditibus, quæsitis & inquirendis, monetis, the-*
„ *loneis, nostrique banni districtum, super o-*
„ *mnes ipsam terram inhabitantes, &c. pa-*
„ *gin.* 161.

Idem Paulo post de † Comitatu in pago
14 Emisgoa, Westfala & Angeri: *Quem cum*
„ *universis appendiciis ejusdem Comitis benefi-*
„ *cia respicientibus, hoc est, utriusque sexus*
„ *mancipiis, areis, ædificiis, agris, pratis, pascu-*
„ *is, terris cultis & incultis, aquis aquarum de-*
„ *cursibus, molis, molendinis, piscationibus, exi-*
„ *tibus & reditibus, viis & inviis &c. iis tan-*
„ *tum venationibus exceptis, &c. pag.*162.

Eadem vere autor iste repetit de comitatu Stadensi *pag. seq.* 163. deque prædio in villa Winethe *pag.* 164. & Abbatia Eltena ac Fretena *pag.* 166. 167. *juncta pag.* 168. 169. 183. 190.

15 In quibus non tantum † molæ distinguuntur à molendinis, ut supra monui *quæst.* 3. *num. undecim. quæst.* 8. *num.* 7. Sed etiam posterioribus duobus locis Impp. semetipsos explicant, quousque & quantum concedere donareve nominatim voluerint, ne alij mentem invertant, vel latius extendant, quam par est; sicque etiam hic Regaliorum mentionem non injiciant, quæ si concessa esse intelligerentur, nominatim disertisque verbis id fieri oportuisse nonnulli Interpretes volunt.

Principes quoque ipsi in prioribus exemplis partim omiserunt quædam studio vel fortuito, partim generalem donationem simul declararunt, & tamquam pro certa formula usurparunt; quod ex Marculpho & anteriore repetitione innotescit, adeo ut Liemarus in diplomate quodam dicat: *Morem talem esse*, ut hæc concedantur, intelligantur, præsumantur, *pag.* 169. *juncta d. quæst.* 20. *num.* 5.

Sed dextre hæc & adfinia non percipiuntur, nisi † principalis quæstio paulo clarius ex jure resolvatur, quæ de pertinentiis istis à Dd. communiter moveri adsolet, & maximis perplexisque difficultatibus scatet: Num videlicet (ubi earum specierum expressa mentio non est facta, sed pertinentiarum, mit aller Zubehör und Gerechtigkeiten/ nomen generaliter positum) molendina appellatione pertinentiarum veniant? Quod tetigi *quæstio. decim. non num. primo, quæstio. vigesim tert. numer. trigesim. quin. quæst.* 30. *num.* 34. 35. 36. quos huc accerse, & sequentia confer. 16

Hinc nostri Dd. suas confinxerunt conclusiones: Ut qui † præcipuum prædium v. g. castrum possidet aut adprehendit, is omnes quoque partes ejus, ac, ut loqvuntur appertinentias simul possidere & nanscisci intelligatur. Baldus *in capit. primo, numer.* 7. 8. *cum seq. de capit. qui cur. vend.* Zasius *in epit. feud. part.* 6. *numero vigesimo nono.* & Tiraquellus *de retractu proxim.* §. 36. *gloss.* 3. *num.* 3. quos refert Wesenbecius *consilio.* 129. *num. octuages. quar. part. tert.* adde Carol. Tapiam *in commen. ad l. pen. D. de constitut. princip. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 17

numer. 6. usque ad 26. & Johan. Griphiandrum *tract. de Insulis cap.* 21. *num.* 95. *juncto cap.* 26. *per discurs.*

18 Sic † pertinentiarum, emolumentorum, accessionumque nomine non venire regalia, ut nec simplici infeudatione, post Alciatum contendit And. Knichen *tract. de subl. territ. ju. cap. prim. numer.* 278. cum quo confer, quæ alibi suo loco de regalibus ac investitura adduxi.

19 Et ita disputant non modo de † nomine isto, concessioni inserto, sed etiam si res antea tales pertinentias non habuerit, quando quomodove tales fiant, accedant, proque ijs habeantur? Videlicet per XXX. annos attinentias fieri, acquiri & esse desinere, juxta eumdem Wesenbecium *d. consilio* 129. *numer.* 61. *volum.* 3. *per* §. *si quis per trigen. ann. ubi Afflict. Si de feu. defun.* Balbum *tract. de præscribt. part.* 4. *partis quartæ princ. quæstio. prim.* Brunum *consil.* 67. *numer.* 8. & 9. Decium denique *consil.* 144. *num.* 3. *ac.* 4.

Deinde fieri per destinationem, usumque rei pridem in hoc continuatum, ut res sit alterius pars, magisque hanc facere & inducere appertinentias, quàm jurisdictionem vel homagium, per allegata à Wesenbec. *cons.* 4. *num.* 88. *part.* 1. Tiraq. *de ret. prox.* §. 36. *glos.* 3. *num.* 4.

20 Sed ad † nostram quæstionem redeundo, præmitto: Pertinere verbum non solum esse generale, latissimeq; patere; quod cunctis notum est ex responso Pomponij *in l. verbum* 181. *ubi Gœdd. D. de verb. signific.* ibique Gothofredus notat, videndum esse Socinum, qui explicet, pertinentiarum appellatione quænam contineantur, *regul. fall. feud.* 295.

21 Sed etiam † has pertinentias nominare quosdam Pertinentia, alios Attinentias, Appertinentias, Appendicia; quæ Althusius vocat accessiones, & Busius nuncupat Accidentia: alij Accessoria, augmenta, incrementa, additamenta & portiones apud Gryphiand. *d. tract. de Insulis cap.* 26. *num.* 6. 7. 8. insuperque aliam esse quæstionem de rebus necessarijs & quasi essentialibus, quæ ad molarum partiumque structuram integram pertinent, de quibus alibi satis multa adtuli.

Ad ζήτημα igitur † alterum nonnulli in 22 genere sine circuitu respondent adfirmative: molendina nimirum appellatione pertinentiarum venire, ut videre est cum apud alios, tum adductos *d. quæstio.* 19. *num.* 1. & *quæstio.* 30. *num.* 34. Baldum apud Ripam *mox allegan. lo.*

Alij tamen † cautius agendo (quod fieri 23 debebat utique in re magni præjudicij) non simpliciter id concedunt, sed distinctionis fœdere litem dissolvere student. Unde quidam statuunt, pertinentia alia esse proxima, sine quibus res principalis vix subsistere potest; alia remota, sine quibus inutilis foret: & horum nomine venire molendina uti autor est Menochius *consil.* 401. *numer.* 149. *libr. quint.* & *libr. quar. de præsumt.* 154. *num.* 21. *confer consil.* 140. *lib.* 1. Inspice etiam Cravettam *consilio.* 701. *num.* 45. & *seq.* Quettam *consil. quint. num. septi.* & Tuschum *tom.* 1. *pract. conclusion.* 116. *numer. tertio.* & *concl.* 122. *num.* 52. *lit. C.* Nec ab hac opinione alieni sunt Argentræus & Knichen *mox citan. lo.*

Proinde † Johan. Franc. à Ripa aliter 24 hoc dubium solvit, & Baldi, Jasonisque responsiones simplices (scilicet vendito castro cum pertinentijs, censeri vendita etiam molendina) ita declarat *in repet. leg. quo minus secun. num.* 130. *D. de flumin.* Quod si molendina pertinerent ad venditorem ratio-

ratione castri, veram esse decisionem istam adfirmativam: si autem jure privato ad eum spectarent, non fuisse conprehensa in venditione, secundum ipsum & Alexandrum *in leg. 3. princip. D. de acq. poss.* hocque firmare dicit Jasonem *in leg. fin. colum. prima, & seq. De constitut. Princip.* & ad hanc quæstionem videndum suadet Corneum *consilio 321. In hac, colum. penult. libr. quart. juncto consilio. 63.* & Socinum *in consilio. 47. in princip. colum. 3. libr. 1.*

25 Ab hac responsione paulo deflectit † Jacobus Alvarottus, nec ad rhombum solide directoque respondet *in commentar. ad capit. .... pag.* 245. cujus præmissus casus & subjuncta decisio ex asse non videntur congruere.

Priori enim fere modo quærit, si Imperator concesserit alicui castrum cum suis pertinentiis, an videatur molendina tribuisse, quæ in aqua istius castri exstant? Et in responsione deflectit ad aliud, videndumque jubet, quod aut concesserit solam jurisdictionem (ergo non castrum vel aliquot pertinentias; deque ea sic quæstio concepta non fuit, uti nec de certis personis in specie; cum alias Principis donatio largius, quam alterius liberalitas sit interpretanda *argum. leg. secund. C. de bon. vacant d. leg. penult. D. de constitut. princip.*) & tunc non venire molendina, *per leg. sed & Celsus 6. cum ibi notat. D. de contrahent. emtiõ.* aut concesserit castrum cum pertinentiis suis ad illud spectantibus, & tunc ea venire accessorie, nisi essent molendina privatorum *argum. leg. si adopta vero 16. D. de precar. cum not. ad l. inter publica D. de verb. signif.* quia non sit verisimile (imo certis modis juxta leges inpossibile, subditorum jura bonaque auferre) quod Imperator voluerit transferre jus privatorum *l. Publicum* §. 1. *D. de condit. & demonst. adhibe quæst.* 10. & 11. *per discurs.*

Reliqui † ea molendina esse de pertinentiis statuunt, quando ad civitatis castrique usum destinata sunt: qui si perpetuus erit, obtinebit eo magis. 26

Hic enim in jure plurima operatur, veluti constat *ex num. decimo nono. tot. titul. D. de inst. vel instrument. legat.* maxime *l. quæsitum* 12. §. Trebatius 5. §. & *molas* 10. §. *si domus* 16. §. *fistulæ vigesima quarta*, §. *sed si fundus vigesima septima. cum seqq. leg. Seiæ. vigesim.* §. *Tyrannæ septim. juncta l. doliæ vigesim. sext.* §. *molas* 1. *item l. malum* 242. §. *fin. D. de verb. significat. leg. fundi* 17. §. Labeo 7. *D. de act. emtion. l. qui saltum sexagesim. septim. in fin. D. de legat.* 3. *leg. ex facto trigesim. quint.* §. *rerum.* 3. *D. de hæred. institut. cum similib.* adeo ut per concessionem perpetuam jurisdictionem omnimodam, jus confiscandi & singularia multa conferri, quidam existimaverint, quod ex Rolando, Peregrino & Guazzino retuli *in dissert. de jure castror. sive burgor. th.* 24.

Sic domo legata una & hortus illius gratia conparatus venit, ut *in l. prædiis nonagesim. quint.* §. *qui domum D. de legat. terti.* ubi *Busius* putat, probabilius dici, legato prætorio seu castro cum adjunctis sive pertinentiis prædia minora, cæteraque bona, quæ testator ibi possedit, una legata censeri; si paterfamilias bonis ibi possessis, tamquam adnexis sit usus.

Universum enim id à domini destinatione dependet *d. l. 65.* §. *penult. l. quod in rerum vigesim. quart. D. de legat. prim. l.* Gaius 86. §. *prim. D. de leg. 2. supr. quæstio* 8. *non procul. à princip.*

Idem judicat, si pariter uno pretio sint

conparatæ, & pensiones similiter accepto latas constet, *per d. l. 95. §. fin.*

27 Ego vero † ulterius in ista controversia progredior, & non modo hæc, sed & alia consideranda esse tutius adfirmo. Ante omnia tenor literarum seu concessionis & donationis, ejusque causæ diligenter investigandæ & inspiciendæ; vel hæ si defuerint, præsumtiones efficaces adtendendæ, de voluntate contrahentium vel conparantium: modus itidem loquendi, consuetudo mosque regionis cujuslibet; personæ etiam ac formulæ consuetæ: item de titulo, an locationis-conductionis, feudi emptionis-venditionis, privilegii, donationis constare debet.

Ab & in his namque diversa jura oriuntur, quod multarum legum & rationum inductione demonstrare possem, factumque in singulis est suo loco, cum sparsim in hoc tractatu, tum in ipsius *quæstio. 35. numer. 7. usque ad numer. 16. juncta disput. de castris.* ubi donatores suas concessiones ipsimet satis declararunt.

Et quod de personis dixi, id ita exaudiendum reor, discrimenq; inter illas faciendum: si forte cognatæ vel extraneæ, item principales vel miserabiles (quales sunt scholares pupilli, viduæ, & alii, *arg. rub. C. quan. Imp. int. pup. vid. al. mis. pers. cogn.* Johan. Bapt. Magonius *in cynosura advocat. capit. 59. per tot.*) fuerint personæ, quibus aliquid remittendum vel conferendum; & à quarum numero Ecclesiarum favorem non excludo, siquid hisce donatum aut legatum exstiterit, quod sua accessoria, emolumenta & pertinentias secum ducit & infert.

Hisce non ultimo addenda sunt, quæ de tota lite copiose congesserunt Bert. Argentræus *comment. ad cõsuet. Britan. artic. 265. capit. qua res tradi poss. pagin. 943. cum seqq. juncta pagin. 951. numer. vigesimo primo, & 1051. in princ.* Andr. Knichen *part. 2. de vestit. paction. cap. 4. numer. 1. cum multis seqq.*

QÆSTIO XXXVI.

Precarium quomodo molendina efficiat, ut nostra fiant?

SUMMARIUM.

1 Continuatio, eiusque ratio.
2 Excusatio autoris, cur præsens quæstio sterilis existat.
3 Precarii, precariæ ac precariarum discrimina & origines.
4 De quibus discrepantes sententiæ, nomina & res ipsas non distinguunt.
5 Precarium proprie & in genere quid sit?
6 Catalogus auctorum, qui hanc materiam de precario fuse exposuerunt.
7 Inductiones breves, materiam de molendinis attingentes, cum num. seqq.
8 Ecclesiastica molendina in emphyteusin & precariam data.
9 Precarii & precariæ differentia repetitur per describtionem.
10 Herrengnad & Landsiedeley quid Germanis sit.

Precarium sequitur † quod pro gratuito Dd. communiter agnoscunt; & pro titulo habet idem Argentræus *mox adducen. lo.* similiterque obligatio μονόπλευρα *hoc est* ab una tantum parte obligatoria dicitur à Cujacio & Althusio *inf. citan. numer. 6.* Quia vero me † antea excusavi, cur hic brevior sim, præsensque tractatio sterilior evadat *sup. quæstio. 26. num.*

num. 3. idcirco classem tantum designabo, ad quam unusquisque referre poterit, quæ in hac materia inter legendum obcurrunt. Nondum enim reperi talia, quæ arduam in hac causa considerationem desiderarent, & non potius à cæteris dependerent.

3 Præter † alias rationes accedit, quod licet precarii nomen in jure civili usitatissimum sit; precarii item, precariæ ac precariarum discrimina habeantur *in cap. 1. & ult. extr. de precar.* originem tamen posteriores illi duo contractus à Langobardis ducunt, ignoti cæteris, nisi ad quos ab his manarunt, si credimus laudato sæpius Bertrando de Argentre *ad consuet. Britan. titul. 14. verb. par quel tiltre numer. 25. pag. 997.* A quo non recedere videntur Rittershusius ac Valascus, statim citandis locis, præterque hos Joachimus Stephani *in expos. Novel. 7. num. 3. & 4.* Ille prior quidem testatur, crebrius adhiberi numero singulari, Precarium; ab eoque discernenda esse reliqua duo nomina, Precaria & Precariæ, genere fæminino; at illud quidem æque singulari, hoc autem numero multitudinis; illaq; à juris canonici Doctoribus excogitata & recepta in mores esse, ac juxta eosdem differre. Quod tamen Glossam & Abbatem nolle concedere, ait Valascus; notans insuper Hostiensem per versiculos quosdam male concinnatos docuisse differentiam inter hæc tria; quam doctrinam Cynus abusionem dixit.

4 Unde cum in † nominibus non conveniant, mirum videri minime debet, eosdem neque in re ipsa consentire, quod cum ex Rolandino Rodulphino constet *supr. quæstio 29. num. 5.* dicente, secundum diversas terrarum consuetudines, synonymis fere vocibus nuncupari emphyteusin & precariam: tum ex variis Interpretum opinionibus illud fit manifestum; quorum aliquos jam enumerabo. Contra ac Felicianus de Solis perhibet, in effectu emphyteusin conparari precario; nisi quod circumstantiis quibusdam plusculum discrepent, ut post Bart. Oldendorp. & Mynsing. censuit Wehnerus *mox citan. lo.* Imo Valascus iterum cum quibusdam infert, hos contractus in omnibus & per omnia esse ejusdem naturæ; indeque evenire, ut tam in regionibus homines, quam Dd. in consiliis & lecturis eosdem pro synonymis nominibus usurpent *inf. allegan. lo. num. 16.*

5 Precarium quidem † ex jure civili quomodo definiri possit, certum est: quamvis de genere litigant, an per contractum jurisgentium, civilem, nominatum; deinde an per conventionem, vel per liberalitatem id fieri debeat? Mihi placet verba legum retinere: quod Precarium sit liberalitas, qua quis alii precibus petenti, rem gratis utendam concedit nullo utendi vel fine vel modo præscribto *l. 1. l. 3. §. 2. D. de precar.*

6 Reliqua hic † non tango, cum proprie hujus loci non sit, singula excutere: Sed qui illorum omnium definitiones, differentias, genera, personas, res ac præstationes cum similibus exacte cognoscere cupit, is consulat latissime concertantes Canonistas *ad dict. titul. extr. de precar.* Legistas *ad titul. D. eumd.* Lexicographos *in verb. eod.* Jasonem *ad leg. jus emphyteut. nu. 41. & 2. Codic. de jure emphyteut.* Joh. Franc. à Ripa *ad leg. mutuum 2. num. 18. 19. 20. 21. D. si cert. pet.* Johan. Bertachinum *in repert. verb. precarium.* Vergin. de Boccatiis *tractat. de manutent. in possess. capite secundo numer. 7. 8. 9. 10. 11. & 12.* Didac. Covarruviam *libro tertio resolut.*

capite decimoquinto Alv. Valascum *tractat. de jure emphyteut. quæstio. 34. per tot.* Felic. de Solis *tractat. de censibus libro primo capite primo numero decimoseptimo in fin. & libro secundo capite quarto numer. 26. & 27.* Johan. Schneidewein *ad §. item is cui 14. numero quarto Institut. de action.* Matthæ. Wesenbecium & Just. Mejerum *ad titul. D. de precar.* Henric. Bocerum *clas. 2. disputat. 9. th. 33. cum seqq.* Cunrad. Rittershusium *in part. feudal. libro primo capite secundo quæst. 9. & in comment. ad leg. contractus 23. capite quarto per tot. D. de reg. ju.* Hug. Donellum *libr. 14. comment. cap. 34.* Hieron. Treutlerum *volum. 1. disputat. 24. th. 5.* Petr. Nicol. Mozzium *tractat. d. contract. titul. de commod. capit. de substan. seu essen. com. numero nono cum seqq. mihi pagin. 132. 133. 134.* Johan. Althusium *libro primo dicæol. capit. 69. numero undecimo cum reliq.* Pau. Matthi. Wehnerum *pract. observ. lit. H. verb.* Herrengnad/ *mihi pagin.* 288. & quos hi vicissim magno numero & cumulo alios adducunt.

7 Ex quibus data occasione collige † quæ ad materiam de molendinis pertractandam pertinent. Dixisse enim me recordor, precarium, ut & libellarium ac censualem contractum, in rebus inmobilibus solere ac debere constitui, *quæstio. 8. num. 17.* Treutler. *dict. disput. 24. th. 5. lit. E.* quamquam si usitatiorem & juri civili competentem precarii vocem usurpaveris, precarium quoque tam in rebus mobilibus, quam inmobilibus, & in corporalibus æque ac incorporalibus consistere posse, dicat Mejerus *ad dict. titul. D. de precar. th. 6.* Ubi usum vides iterum illius superioris decisionis, quibusnam rebus molendina sint adcensenda.

Neque ex alibi à me † dictis obscurum esse potest, Ecclesiasticas personas molendina etiam habere ac possidere, ex iisque decimas & fructus capere, simulque in iis censum, emphyteusin & precariam constitui posse. Unde etiam multi Ecclesiasticam talem tam emphyteusin, quam precariam à cæteris contractibus privatis sive secularibus distinguunt, ut cum Corbulo & Valasco *tractat. de jure emphyteut.* faciunt Klingius *ad titul. Institut. de locat. numero undecimo* Treutler. *d. disputat. 24. th. 5. lit. b.* Wesenb. *in parat. D. de preca. numer. 6.* Cujac. *libro quarto observ. 7.* Mynsing. *dec. 3. consil. 28. numer. 17. & 18.* Rittershus. *in expos. meth. Novel. part. 1. capite octavo numer. 50.* ubi plenius vide, quæ huc spectare videntur, quique insuper quid sit, & talem precariam Germanis vulgo dici ein Herrengnad testantur; quibus cum sentit Wehnerus *in pract. observ. hoc verb. pag. mihi 288. lit. H.* 8

9 Utriusque enim † differentia tam ex supra laudatis auctoribus, quã hac colligitur describtione: Precaria est, quando res Ecclesiæ alicui datur utenda fruenda, vel ad vitam, vel ad certum tempus; idque aut gratis, aut certa mercede constituta: ea tamen lege, ut accipiens vicissim det Ecclesiæ rem aliam ex bonis suis, quę si ejusdem pretii, in qua sibi retineat usumfructum vel ad vitam, vel ad certum tempus; quo finito, utriusque prædii plena proprietas ad Ecclesiam revertitur. Rittersh. *dd. ll.*

10 Et sic ultimo notandum † Wehnerum in his verbis probare, non modo apud Germanos Lanſiedeley significare emphyteusin: sed etiam Herrengnad esse precariam seu jus precarium, non id quod in Digestis, verum quod in Decretis ac Decretalibus præscribitur. Juxta quem est species emphy-

emphyteuseos & nihil aliud, quam concessio quædam ad usum, utilitatem & culturam rei concessæ, efficiens utile dominium, ita ut dominio proprietatis annua pensio persolvatur, salvaque sit rei substantia; veluti cum fundus datur in aliquot annos, quibus elabsis ad precariam postulationem coloni Dominus vel heres tenetur, talem contractum semper deinde renovare, nec licentia eis conceditur, emphyteutam, donec debitum solitumque canonem solvat, expellere. Wehnerus *d.pag.* 288.

QUÆSTIO XXXVII.

De

Furto ac Incendio molendinario: cum aliquali discursu excursuq; de Majorum nostrorum legibus seu constitutionibus.

SUMMARIUM.

1 Ordo superiorum repetitur.
2 Furtum quid, in qua re fiat, & unde datur vulgatum est.
3 Furtum molendinarium quoque illius species; de quo majorum leges exstant, pæna qualis & cognitio cujusnam sit?
4 Illud sua natura turpe, & graviter lædit.
5 Furtum est triplex ex qualitate graduum delicti.
6 Ad secundam vel tertiam speciem refertur furtum molendinarium, cum ulteriore inductione hic & num.14 cum reliq.
7 Abigei seu animalium abactores cur gravius puniti? remissive cum num.11.
8 Instrumenta rustica eo quoque Cicero retulit.
9 Abigei possunt fures stabularii nominari.
10 Hispani pro acerrimis auctoribus habiti.
12 Balnearii fures etiam gravius plecti, & cur?
13 Agriculturæ favor, & instrumentorum ad rem rusticam & molitoriam spectantium quænam securitas?
14 Illatio ad fures molendinarios.
15 Sequuntur ordine leges de furtis damnisque molendinis illatis, à majoribus nostris sancitæ, Inter quas prima lex Langobardorum, de effractoribus molendinariis.
16 Alia VVisigothorum proponitur, de instrumentis molendini furto ablatis.
17 Quædam ex Salica de servo molinario rapto: item alia de furto in molendinis perpetrato.
18 Karuli Magni & Ludovici Impp. constitutiones de domo effracta à servo aut libero homine.
19 Francorum eorumdem leges de furibus molendinariis.
20 Bojorum statutum, cum emendatione aut conjectura autoris.
21 Saxonum constitutio circa furta olim frequentata juncto num.23.
22 Quid vox Screona sive Schreunia ibi designet.
24 Friderici Imp. constitutio de furto involuntario, quod molendina concernit: cum aliorum dubiorum appendice num.25.
26 Discursus iste de legibus recensitis, aut de earumdem authoritate hic incipit, juncto num.35.
27 Molendinum, mola, μύλη, Möle ac Mühle/ quibusnam gentibus usitata vocabula?
28 Aliquot urbes in Germania sunt à molis dictæ.
29 Molæ urbibus initia dederunt, cum Erfurti etymo.
30 Origo horum pertexitur, cognataque vocabula adjunguntur.
31 Molendini vocabulum an sit latinum, & penultimam producat vel corripiat?
32 Bert. Argentræi judicium de origine molendinorum ac jurium ipsis competentium.
33 Leges istarum gentium adprobatæ seu confirmatæ in jure Pontificio, Saxonico, Cæsareis constitutionibus & Autoribus plerisque num 34. & seqq.
34 Sacci, Molinæi & Cujacii hac de re testimonia, iuncto num.41.
35 Consuetudo eas etiam recepit magna ex parte, cum similibus illationibus, num. seqq. ad thesin propositam antea num.26.
36 Goldasti & Lindenbrogii de Republica literaria benemerita.
37 Manet legum correctarum vel abrogatarum ratio, quæ allegari potest.
38 Lex non dicitur sublata per non-usum, cum num. seq. 39. nec populus viam publicam nonutendo amittit.
40 Karuli Magni & aliorum Impp. rescribtum de iisdem legibus perpetuo valituris &c.
42 Conclusio autoris, brevi constans repetitione.
43 Cum adnexa singulari Heroldi contestatione, de superioribus legibus prolata.
44 Iterumque alia quadam autoris protestatione adpensa.

1 OBligatio † ex delicto jam succedit, per quod alicujus rei dominium verum nobis proprie, nec diu acquirimus: sed incommodum adferimus aliis, sicque obstringimur ratione usus ac possessionis, vel utriusque simul, *supr. quæstio. 28. nu. 1. Dd. ad titul. Instit. de oblig. quæ ex delict.* Althus. *d. lib. 1. cap. 135. num. 1.* Ubi consideratur furtum & violentia, tam expulsiva quam offensiva, eaque turbans vel impediens & lædens per varia damna, de quibus singulis suo loco videbimus.

2 Hic de † furto agemus, quod quid sit, in qua re mobili an in inmobili fiat, & unde dicatur, cum multis similibus, cunctis obvium est. Mirum tamen inter tot definitiones ac illius species nominatim Dd. non

3 retulisse † furtum molendinarium, de quo majorum nostrorum leges expressas habemus, adeo ut fures molendinarios gravius adhuc, quam alios esse puniendos dixerim *quæstio 39. n. 11.* & delicti hujus notio sive cognitio, si de pœna violati aut spoliati molendini quæritur, ad centenam (de qua Knichen *tract. de subl. territ. capite quarto*) vel superiorem jurisdictionem spectet, eique in terra Saxonica nuncupatur, juxta *Constitut. Provinc. 21. antiq. & 26. Vinar.* ref. Joach. Scheplitz *part. 4. consuet. March. Brand. titul. 23. §. 1. num. 6. in fin. juncta infra quæst. 45. num. 36.*

4 Ac sane cum † furtum sua natura turpe sit *l. probrum 42. ubi Gedd. aliique D. de verb. signif.* & crimen alias sit graviter rem privatam ac consequenter publicam lædens maxime si molendina ad magistratum

5 spectaverint? atque insuper † tripliciter furtum dicatur, scilicet inprobum, inprobius & inprobissimum: illud simplex furtum illud, expilatio hæreditatis, & hoc rapina sive robaria stratæ, secundum Glossam *ad leg. si te expilat Cod. de infam. l. transire Codic. de transact.* Baldum Perusinum *tractat. de Statut. verb. concordia numero decimo duodecimo* & Dionys. Gothofredum *in l. 1. §. expilatores 1. D. de effract.*

6 Haut inmerito † furtum molendinarium, ad mediam vel ultimam quis referret speciem, graviusque propter sequentia argumenta puniendum esse censeret. Aufertur enim hominibus aliquid, præ cæteris qui summa securitate gaudere debebant: adimitur frumentum, quod rerum omnium est pretiosissimum & maxime necessarium *argum. l. 3. §. effracturæ 2. D. de offic. præf. vigil. juncta supr. quæstio 1. num. 25. 26. & quæstio. 8. numer. 44. usque ad numer. 48. Ian. Langlæus libro octavo semest. capite tertio* effrangitur denique domus, cujuslibet tutum quæ oportebat esse domicilium *infr. quæstio 39. per tot.* P. H. O. *artic. 159. 160. cum l. si quid fur. D. de furt. tot. titul. D. de effract.* & tollitur res, quæ nec molendinarios proprie nec solum dominos habet, sed & alios; sicque isti furum ac effractorum nomine infames, & duplici crimine, legibus severissime prohibito. Accedit, quod committatur hoc delictum utplurimum nocte, *argum. l. 1. in pr. D. de furt. §. 1. Instit. de obligat. ex delict.* (quæ alias pœnam adgravat, ut fuse docuit Polyd. Ripa *tractat. eleg. de noctur. temp. capit. 24. adde Dn. Remum in Nemesi Karul. capit. 150. lit. f.* hinc etiam atrociores sunt nocturni effractores, graviusque puniendi *l. 2. D. d. t. de effract.* Cujac. *libro sexto observ. 8.* Polyd. *Ripa d. tract. de noct. temp. cap. 20. 21. 149.*) & molitores post laborem privatum, imo publicum pro omnibus civibus exantlatum, somno ac quieti sese tradiderunt, veluti *in*

leg.

leg.2.Codic.quan.lic.unicuique sine judic. se vind.

Quare quid interest, agros depopulari, & fruges inde provenientes auferre, molendinumque nocturno tempore aperire, intrare, resque proprias & alienas, quibus humana societas summopere indiget, vi & clam, veris dominis insciis ac invitis malitiose tollere, pacemque frangere? *per l.1. C.d.t.P.H.O. art.167.*

7 Pari modo ac ratione cur † Abigei (qui pecora ex pascuis vel armentis subtrahunt, vel animalia domita è stabulo abigunt, humanæ vitæ admodum necessaria) graviore supplicio, quàm cæteri fures adficiantur, copiose exponit idem Langlæus *lib. 8. semest. c. 1. per tot.* Ren. Choppinus *lib. 2. de privileg. rustic. part. 2. cap. 4.*

8 Instrumenta † etiam addidit Cicero, dum inquit: Omne instrumentum diripuit, familiam abduxit, pecus abegit. 5. *in Verr.*

9 Et ideo in genere † fures stabularios quis nuncupare posset ex Virgilii *lib. 3. Georg.*

> ——— *Nunquam custodibus illis*
> *Nocturnum stabulis furem, incursusque luporum*
> *Aut impacatos à tergo horrebis Iberos.*

10 In quem locum, quod obiter nota, scribit Servius: Hispanos † omnes acerrimos esse abactores; & sane exinde patet, eos olim hoc scelere cumprimis nobilitatos fuisse, ac confer Thomæ Lansii *consultat. de princ. Europ. in orat. contra Hispan.*

11 Cæterum si quis † rationem postulet istius, sunt qui credant gravius supplicium legibus nostris in abigeos, quàm in alios fures idcirco constitui, quod hos ædibus nostris possumus excludere: pascua autem majora sunt, quàm quæ muro cingi possint. Unde cum ab illis caveri non nisi maxima cum difficultate possit, non immeritò severiore pœna coercentur. Nam ex Cicerone liquet, peccata ea maxime animadvertenda esse, quæ difficilime præcaventur. Quapropter apud Scythas, cum nullas ædes aut tecta ipsi habeant, sed armenta & pecora semper pascentes, per occultas solitudines errare soleant, scribit Justinus nullum scelus furto gravius haberi: quippe sine tecto, munimentoque pecora habentibus, quid salvum esset, si furari liceret? *lib. 2. histor.* Inde & apud Æthiopes, fures omnes capite ideo plectuntur, quod ædes eorum januis careant, sintque omnia illis in propatulo; quæ etiamsi in viis jaceãt, nemo tamen furatur, teste eodem Langlæo *d.c.1. lib.8.*

12 Eadem quoque ratione legibus nostris † Balnearios fures gravius, quàm cæteros coerceri. *l.3. §. fin. ubi gloss. D. de off. præf. vigil. tot. tit. D. de furib. baln.* monstrat iterum Langlæus *cap. seq. 2. juncto c. 3. & 4.* Cujus rei causas ex Aristotele plures reddit Andr. Alciatus *lib. 2. παρέργ. cap. 8. aliis 38.* Pet. Victorinus *7. varior. 17. aliis 18.* & illam inprimis, quia in domibus res nostras melius custodire possumus. Ex Apulei etiam loco quodam colligere licet, fures balnearios facta nequaquam insignia protiosaque conficere (cum lavandi causa illuc euntes, ea non adportent) sed furtim rituque servili calceos, vestimenta, & id genus vilia subducere: quod & alibi Apulejus idem apertius indicat *in asin. au. lib. 4.* ac nihilominus tam graviter eos fuisse punitos legimus, eorumque factum & furtum par extitisse sacrilegio. Etenim apud veteres ἱερὰ θερμὰ λουτρὰ *h. e.* sacra erant balnea calida, ut loquitur Aristoteles *in problem. part. 18. seu sect. 24. numer. 19.* Romæ pœna duplionis hujusmo-

jus modi furibus ſtatuta, Athenis mors, Demoſthene teſte apud Victorium *d. loc. in* 13 *orat. Timocrat.* Novimus præterea † quænam in favorem ac ſecuritatem Agriculturæ à gentibus ſunt introducta, cujus dona bonaque præparant ac continent molendina, quæ variis partibus conſtant, multisque inſtrumentis inſtructa reperiuntur. Adeo ut lege Attica aratorios boves mactari vetitos ſcribat Ælianus: atque olim Populi Romani judicio mulctatum exilio dicant eum, qui bovem aratorium occidiſſet, referente Plinio *lib. 8.* Scimus etiam ex abundanti, quib. privilegiis inſtrumenta ruſtica, molitoria ac humanis neceſſitatibus inſervientia gaudeant, tam in obpigneratione, quàm alia ſecuritate. *ſup. quæſt.* 28. *numero* 11. 12. 13. 14. In tantum, ut Langobardi talem legem promulgare noti fuerint: „Si quis ploum (duas rotas habens, quod „inter vomerum genera refero, de quibus „Plinius *dict. libr. 8. capit.* 18. Saxonice Plog/ „vel Myſnice Pflug/) *aut aratrum alienum* „*iniquo animo ſcapellaverit*, (*id eſt*, fregerit „ſeu ruperit) *componat ſolidos quatuor*; *& ſi* „*furatus fuerit, componat in octogild.* (*h. e.* „duplum) *lib. 1. leg. Longob. tit. 16. l. 6.*

In legibus quoque georgicis Juſtiniani, Salicis & Wiſigothorum pœnæ ſtatuuntur in eos, qui quidquam ex rebus ruſticis, ad agriculturam vel paſtum pecoris pertinentibus; ut ligonem, falcem, ſecurim, tintinnabulum, aratrum, vomerem, juga, vel ſimile quid furto abſtuliſſent: ut videre eſt apud Petrum Gregorium Tholozanum *lib. 37. ſyntag. ju. univ. cap. 4.*

Quid ergo præter † rationes reliquas, 14 ſparſim in cujusque membri inductione repetitas, de furibus iterum Molendinariis erit dicendum? Qui vilia ſimul & magna tollunt, nec diſcrimen molarum in urbibus, aut in ſuburbiis, vel extra utrumque locum à magiſtratu vel privato aliquo extructarum habent, aut in iis, quæ publicis in fluminibus ædificatæ, nec inhabitatæ, ſed reſeratæ ſolum in loco publico cum frumentis ac inſtrumentis ſunt relictæ (donec die adveniente operarii ad labores redeant) tale facinus committunt: ut non modo eadem maneat, verum gravior pene ſuboriatur malitia, culpa, ratio; resq; tam molitoribus ipſis, quàm cibum pauperibus æque ac divitibus, nulla obſtante immunitate vel ſecuritate, peſſimo ſcandalo doloſe violenterque ſubtrahunt. Præſertim cum molæ antiquitus in ſumma fuerint veneratione ac religione, ut pluribus docui *ſup. quæſt. 1. numer.* 19. 20. 24. 25. 30. 32. *quæſt. 2. num.* 19. 36. 44. *quæſt. 3. numer.* 14. *& quæſt. 4. num.* 7. 8. *&* 16. Cur ergo furibus molendinariis, pro rei quantitate & qualitate, delictive conditione, graviorem pœnam eſſe inponendam, quis non ſtatueret? maxime cum majorum noſtrorum tot diverſis in Germaniæ regionib. magno conſilio repetitæ ſanctiones pro ea quoque ſententia militent, de quarum tenore ac vigore deinceps ſermonem inſtituam. Habemus namque de † effractorib. molen- 15 dinariis legem Langobardorum (à quib. feudorum ac molendinorum nomina excogitata fuiſſe, quæ etiam molina eos nuncupaſſe alibi monui) quam talis: *Si quis molinum alterius ſcapellaverit, aut clauſu-* „ *ram ruperit ſine authoritate, judicis, compo-* „ *nat ſolidos*, (de quib. præter alios vide Fr. „ Lindenb. in gl.) XII. *illi cujus molinum eſ-* „ *ſe invenitur. Et ſi judicem interpellaverit,* „ *& judex dilataverit ipſam cauſam delibera-* „ *re, aut licentiam dederit adverſæ partei i-* „ *pſum molinum evertendi, cõponat ſolid. XX.* „ *in palatio Regis diſtrictus ob ſteliZaZ d. lib. 1.* „

leg.

„ *leg. Longob. ti. 19. l. 5.* Stolizaz *h. e.* misso à „ Rege, seu qui ipsius loco in judicio præsi- „ det; unde Germanis Stol sella, & sessio „ Satz dicitur.

16 De Juribus autem † Wisigothorum lex superest, quam Lindenbrogio iterum debemus, & in specie de instrumentis molini sive molendini furto ablatis lata est: *Si quis de molinis aliquid involaverit*, (*id est*, fura- „ tus fuerit, & intra volam quasi tenuerit, vi- „ de Wehneri observ. practic. *verb.* Instell. „ *lit. I. mihi pag. 298.*) *quod furatum est, re-* „ *stituat, & insuper componat, sicut de aliis* „ *furtis lege tenetur, & extra hoc centum fla-* „ *gella suscipiat, lib. 7. tit. 12. apud Frid. Lin-* „ *denbrog. in codice antiq. leg. pag. 145.* Flagella sive verbera, ictus & percussiones flagellis factas.

17 Quia vero † servi etiam vendebantur, & rebus adcensebantur, molendinisque mancipia erant adjuncta, (ut de veterum pistrinis & ex antiquis donationum diplomatib. unde constat) placet tale de servo molinario rapto, lege Salica statutam proferre: *Si* „ *quis servum aut ancillam valentem sol. XV.* „ *aut XXV. furaverit, aut vendiderit, seu por-* „ *carium, aut fabrum, sive vinctorem, vel mo-* „ *linarium, aut carpentarium, sive venato-* „ *rem, aut quemcunque artificem IIDCCC.* „ *den. qui faciunt sol. LXX. culp. judic. exc. cap.* „ *& dil. Leg. Sal. tit. 11. cap. 5.* apud Lindenb. „ *pag. 271.*

„ Exstat & lex Salica hujusmodi *tit. 5. de* „ *fur. in molend. commiss. §. 1.* *Qui alienam* „ *annonam in molendino seu pistrino furatus* „ *fuerit, molinario seu polintori 600. denariis,* „ *qui faciunt solid. 15. & ei cujus erat, totidem* „ *culpabilis indicetur, excepto & delatura.* „ Quam legem refert Petrus Greg. Tholo- „ zanus *in syntagm. jur. univ. lib. 37. cap. 13.* 18 *num. 6.* De eo similiter † qui domum (sub cujus adpellatione molendini structuram contineri latius alibi probavi) alienam cujuslibet (quod iterum nota; ergo & molitoris) infregerit, legem hanc Karulus Magnus & Ludovicus Impp. tulerunt: *Si quis domum alienam cujuslibet infrege-* „ *rit, quicquid exinde per vim abstulerit aut* „ *rapuerit, vel furaverit, secundum legem &* „ *evvam* (hoc est, fœdus seu Jus: unde Lan- „ devva, Landrecht) *illi, cui domus fuerit in-* „ *fracta & spoliata, in triplum componat, &* „ *insuper bannum dominicum solvat. Si* „ *servus hoc fecerit, sententiam superiorem* „ *accipiat: & insuper secundum legem suam* „ *compositionem faciat. Si quis liber homo a-* „ *liquod tale damnum cujuslibet fecerit, pro* „ *quo plenam compositionem facere non valeat,* „ *semetipsum in Waido* (*hoc est*, pignore „ seu fidejussore substituto) *pro servo dare* „ *studeat, usq; dum plenam compositionem adimpleat. libro tertio, capitulo sexagesimo quinto, juncto cap. 66.* Idem porro Lindenbrogius *in dict. Codic. antiq. leg. pagin. 324.* & Dn. Goldastus *tom. 3. constitut. Imperial. pag. 6.* leges hac de re eorumdem † Fran- 19 corum conservarunt, quæ sunt ejusmodi: *Si quis* (quæ verba Tholozanus paulò ali- „ ter retulit) *ingenuus in molino alieno anno-* „ *nam furaverit, ei cui molinus est, DC. den.* „ *qui faciunt sol. XV. culpabilis judicetur. Ei* „ *vero cujus annona est similiter DC. den. qui* „ *faciunt sol. XV. culpabilis judicetur, excepta* „ *culpabili & dilatura.* Puta rem ipsam in „ capite, seu pretium rei æstimatæ, quæ furto ablata vel alio modo perierat. Et mox: *Si quis ferramentum de molino alieno fura-* „ *verit, IDCCC. den. qui faciunt sol. XLV.* „ *culp. jud. excepto cap. & dil.* Item: *Si quis* „ *sclusam* (Germanis Schluse oder Schleuse „ interpositiones) *de farinario* (idem quod „ molinum sive molendinum, *sup. quæst. 3.* „

,, *num.* 10.11.) *alieno ruperit, DC. den. qui faciunt solid. XV. culpabilis judicetur. L. Salica. tit.* 24. *l.* 1. 2. *&* 3. Adeo severe vindicatum fuit, † ut leges Bojorum hoc factum inter furta retulerint, adjunxerintque Ecclesiæ, & iis quæ in publico fiunt, hisce ,, verbis: *Et si in Ecclesia vel infra curtem Ducis, vel infra basilicam* (MSS. habent, In fabrica) *vel in mulino aliquid furaverit, trinjungeldo componat, hoc est, ter novem reddat: quia istæ quatuor domus casæ publicæ sunt, & semper patentes. Et si negare voluerit, secundum qualitatem pecuniæ juret. tit.* 7. *cap.* 2. *l.* 1. *&* 2. *pag.* 417. Pecuniæ forte ablatæ, non respectu facultatum, quas alias possidet. Vel genuina foret lectio, Personæ: ut ejus consideratio instituatur; quum insuper dubitare queamus, in templis, ædibus; & quidem molendinis patentibus numos recondere, num moris, aut tutum fuerit.

21 Gravem verò pœnam † Saxones nostri circa furtum olim constituerunt, quæ hujus ,, fuit tenoris: *Qui noctu domum* (quam esse quoque molendinum infra probatum ivi) *alterius effodiens vel effringens intraverit, & duorum solidorum pretium abstulerit, capite puniatur. si ibi occisus fuerit, non solvatur.* (puta Werigeldum, de quo passim) *cap.* 4. *le.* 3. *pag. mihi* 476. Apertius autem legislator hoc expressit hisce: *Qui intra screonam aliquid furaverit, capite puniatur. Imo qui in re qualicunque, vel interdiu vel noctu trium solidorum pretium furto abstulerit, capite puniatur d. cap.* 4. *leg.* 4. *&* 6.

22 † Screonam *h. e.* casam, cameram demersam in humum, interdum cum clave, interdum sine clausura, uti antea etiam mulinum patentem legebamus, MSS. hic repræsentant Schreunias, hodie Schéunen/Saxon. Schüeren / ut Lindenbrogius denuo observat *in d. gl.* & conveniunt cum molendinis, granariis, horreisque defossis & adfixis *sup. d. q.* 8. *n.* 44. *usq. ad n.* 48. De eo similiter qui aliquid ex † molendino rapuerit, 23 nominatim in jure provinciali seu Speculo Saxonico aliam adhuc invenimus sanctionem, quæ ita se habet, hocque continet; quod furto aliquid subducens ex molendino, rota contundi debeat. Landr. *art.* 59. *in fi. lib.* 2. Et hactenus de furto factoque doloso, malitioso, violento & voluntario disseruimus: postremo de † furto in- 24 voluntario, (ut ita loquamur) talem in terminis tulit legem Fridericus I. Stouffensis Imp. *Qui alterius gladium, vestimenta, peluim, rasorium, aut quid aliud pro simili opinative de balneo seu alio loco abstulerit; vel de molendino saccum plenum aut vacuum, &c. ea intentione & opinione, quod res hujusmodi sua sit, ceperit, exportaverit, & suam rem ibi dimiserit, hoc itemq; non celando tenuerit, suamq; rem esse opinatus sit, si innocentiam in eo suam sacramento affirmet, alter quidem rem suam civiliter poterit vindicare: criminaliter autem si pro hujusmodi accusetur, suo absolvatur sacramento; dummodo ipsam rem se non occultando tenuisse testibus poterit conprobare, nec etiam tunc de manuali facto poterit incusari.* Quæ constitutio exstat apud Ampliss. Dn. Melch. Goldastum *tom.* 3. *constit. Imperial. pag.* 330. Similiter dicitur in Jure Saxonico: Wer deß andern Korn in der Mühlen nimmt vor das seine / und hält es offenbahr / den mag man keiner Dieberey daran gezeihen. Landr. *libr.* 3. *artic.* 89. Boxtorff. *in addit. margin. ad gloss.* Landr. *lib.* 2. *art.* 70.

Possem quidem & † alias huc transferre 25 quæstiones; nimirum quid decernendum

sit,

ſit, ſi plures furentur, ut apud Antonium Teſſaurum *deciſ.* 254. Quomodo ob frumentum molitori vel ipſius famulo datum, ſi illud ſubtrahant, non poſſe eos ſuſpendi, niſi furtum ſit inmodicum, & ita practicari per textum Landr. *d.lib.2.art.29.in fin.* notat ibi Zobelus *in gloſſ.lit.D.* Item an tam gravibus pœnis ſit ſubjiciendus, qui modicum frumenti (cum de jure civili ſeu Romano, rei minimæ etiam fiat furtum) tempore ſummæ neceſſitatis vel caritatis intenſæ intenſæque abſtuliſſet? Sed ea hujus loci proprie non eſſe, facile concedo, & à Dd. hinc inde agitata, video, ut ulteriore diſceptatione facile carere, tempusque aliis rebus non ita obviis terere queam.

Ita hæc de furibus molendinariis dicta ſufficiant: ad quos refero etiam ipſos molitores, ſi in fraude, in poſtura ac furto deprehenſi vel convicti fuerint; & ſic eos ſine longis ambagibus condemnari, ac pœnis condignis adſtringi debere ſtatuo, ob rationes hinc inde palantes, *juncta quæſt.* 1. *num.* 32. 33. 66. *quæſt.* 45. *num.* 37. 38. Langlæ. *d.lib.* 8. *cap.*14.

26 Reſtat ut tandem adjiciam † diſcurſum excurſumque meum de legibus iſtis diverſis à populis prolatis, quæ crebro à me adducuntur, & de quibus aut earum vigore autores non ſine cauſa etiamnum digladiantur; quid ſcilicet de iis ſit judicandum, vel quousque his in negotiorum conpo-27 ſitionibus ſtandum? Ac ſane † piſtorum, collegii & piſtrini mentio ſæpe obcurrit in legibus civilibus: ad molarum vel earum juris rariſſimæ, niſi uno alterove loco.

Hæc enim noſtra molendina apud Romanos non in tanto nec tali fuiſſe uſu: ſed nomen ac mores accepiſſe à Longobardis, & illis Germanis, quibus per manus quaſi hæ conſuetudines traditæ, ſæpius dixi. Molendini vocabulum ſi recentius habuimus, nec priſcis Latinis eo ſenſu uſurpatum, qui molam & moletrinam dicebant: accepto vocabulo à Græcis μύλη & μύλλειν, *i.e.* mola & molere. Inde porro, ut multa alia in Germanicum idioma translatum; ita ut ſuperiorum regionum incolæ græcam Mülen ſive Mühlen / inferiores latinam dialectum Mölen ſeu Möhlen imitentur.

In quam terminationem † multæ urbes 28 Germaniæ deſinunt, ut Molyperga ſeu Mulperga Myſniæ, Mulhauſum Thuringiæ, quaſi molaris domus, teſte Dreſſero *de urb. Germa.* item Sueviæ, de quo Munſterus *lib.3. coſmograph.* & Mulhemum ad Rhenum. Quas à † mola aliqua, cui homi-29 nes ſe adglomerarant, initium cœpiſſe, veriſimile eſt. Ita enim de Erfurdia Thuringiæ metropoli fertur, eam à molitore quodam Erfo in molendino noctu lucernam ſuſpenſam habente, ne viatores vadum tranſituri aberrarent, nomen accepiſſe, ut tradit Petrus Bertius *lib.* 3. *comment. rer. German.*

Interrumpentibus autem † in Italiam 30 Gothis, Langobardis, aliisque Germaniæ originis populis, non ſolum puritas linguæ Latinæ corruptæ: ſed etiam Germanicis vocabulis, retenta vel addita duntaxat termitione Romana contaminata eſt.

Hinc deſcendere pluribus ſupra monſtravi vocabula iſta: Molinarius & molendinarius, Molinus, molinum, mulinum, molendinum & molendina, utroque genere; vocemque Saxonicam Molendyck Langobardis in molendinum convertiſſe, hancque adpellationem ad molam aquaticam reſtrinxiſſe, ex multis antiquitatum monumentis patet; itidemq; hinc natum Franci-

cum Moulin, probabile est, ut suis locis plenius planiusque monstravi.

31 Quare haut male censui † molendini vocabulum non esse latinum; quia à mola derivatum adjectivum foret, pro eo quod ad molam pertinet, non substantivum: Quomodo metam molendariam usurpat ICtus *in l. 18. §. 5. D. de fun. inst. leg.* item asinam molendariam, *in d. l. 18. §. 2.*

Sed & (accedente analogia in verbis, Compendium Perendinus, &, ut quidam pronunciant, Clandestinum,) penultimam corriperet, cum Feudistæ eam vulgariter producant, moti fortassis testimonio vel exemplo, ob versum ita usurpato, Guntheri poetæ, (cui insuper hominum generi quid libet audendi semper fuisse potestatem, Horatius inquit) *in Ligur. lib. 8. v. 572. sup. quæst. 9. n. 63. quæst. 16. num. 24.*

32 Quæ omnia firmat † Argentræi istius censura, de origine molendinorum ac juriumipsis competentium, quàm hic integre repetere malui: De moletrinarum scilicet jure nihil esse veteri Jurisprudentia cautũ, quando feudorum usu nondum conperto, sibi quisque privatim ac familiæ moluit; nunc magnas esse de talibus cautiones, ac earum jure, nec ullam ferè provinciarum consuetudinem de his non aliquid statuere, *supra quæstione nona, numero sexagesimo sexto.*

33 Quocirca facile † ad illam inclino sententiam, observare nos debere, quæ Feudales, Salicæ seu Francorum, Langobardorum, Alemannorum, Bojorum, Saxonum, Phrysiorum, aliorumque consuetudines continent, à me passim insertæ, quasque in lege redactas Principes ac Imperatores suis confirmarunt rescribtis.

Sic in jure Canonico legimus adprobatas Langobardorum leges, *in capite primo de juramento calumniæ in decretal. Gregorii IX. Papæ, libr. 2. titul. 7.* quæ decisio est Henrici Quinti Imperator. *in lege prima, titulo 47. libro secundo leg. Longobardor.* Allegatur etiam Lombarda (*ut vulgo loquuntur*) & probatur velut authentica à Glossa Juris Saxonici provincialis, *in Specul. Saxonic. libr. 2. articul. ultim.* Landrecht. *juncta Glossa posterior. libr. 3. art. 82.* ubi vocatur Jus Lombardicum.

Autores quoque non unius ordinis laudarunt eas, & in causarum decisionibus (nisi apertum fuerit, aliud in jure communi, consuetudinario, patrio ac imperii constitutionibus novis esse mutatum, diversisque in casibus observatum) adhibendas esse censuerunt.

34 Bernardus † Saccus de Luitprando Rege Langobardorum ita scribit: *Possem alias etiam addere præfationes, quibus ipse Rex humili semper sermone DEO invocato scriptiones legum suarum instituit. Diversus penitus à Iustiniani jactatione, cujus dicendi vanitatem imperiti admirantur, eo loco: Imperatoriam Majestatem, &c.* (in proœm. Institution. adde Erasmum in adag. *cent. 2. prov. 1.*) *& se Gothicum, Alanicum &c. inscribens, in sui ipsius glorificatione evanuit, lib. 9. histor. Ticinens. cap. 5.*

Adstipulatur hisce Galliæ lumen Carolus Molinæus, dum *in consuetudin. Paris. titul. 1. numero 37.* Sic earum meminit: *In ea Italia regnaverunt Reges Longobardi longe diutius, quàm Gothi, sed longe humanius & civilius, èditis etiam quibusdam legibus, quæ habentur in Longobarda; quam non legem, sed fecem appellandam esse, tanquam barbaram & irrationabilem, vult Lucas de Penna in l. un. col. 1. C. de gladiat. libr. 11.*

Quamvis Andreas de Isernia passim super Feud. eam ab æquitate commendet, & in

in Regno Siciliæ ex statuto servari dicat. Idem prædicat Jacobus Cujacius *libro 2. titul. 11. de feud.* inquiens : *Gotthorum sive VVisigotthorum Reges, qui Hispaniam & Galliciam Toleto sede Regia tenuerunt, ediderunt XII. Constitutionum libros, æmulatione Codicis Iustiniani; quorum authoritate utimur libenter, quod sint in eis omnia fere petita ex jure civili,* (cum quo eas sæpe confert in notis suis Gothofredus, & tacite innuit Cassiodorus lib. 8. epist. 3.) *& sermone Latino conscripta &c. non illo insulso cæterarum gentium &c.*

35 Atque sic eas quoque † consuetudines magna ex parte recepimus, juris feudistici membra fecimus; nec istæ leges abrogatæ per eum, qui potestatem hanc habet; sed vi potius pristina vigorem suum in casibus liquidis & ab alio jure non expressis, maxime in regionibus primis obtinuerunt; quæ quod ab his diversum fuit, barbarie obduxerunt, inculto sæculo & armis aliquandiu plus dedito, quàm literis & legibus.

36 Strenuam tamen † ea in re promovenda, & ex tenebris eruenda navarunt operam, magnamque inde consequuti laudem, & de Germania benemeriti sunt lumina philologorum, Dominus Goldastus & Lindenbrogius, velut uti iusque præfationes ac testimonia, libris supra adductis præfixa, abunde condocefaciunt: hic, quod majorum nostrorum elaborata miraque prudentia sancitas leges; ille, quod Imperatorum Principumque simul aliorum constitutiones, & multa alia de jure publico in memoriam revocarunt & lucem. Non igitur video, cum jus certum scribtumque in terminis sæpe habeamus, cur id recipi vel in usum reduci à posteris nequeat, liceat, debeat: vel cur Doctorum potius opiniones frivolas interdum & dissentientes, aut probabili ratione & authoritate constantes magis in foro adtendere debeamus: denique cur iis stare non valeamus, quæ nominatim sublata vel abrogata non sunt; & si † id factum fuisset, tamen ipsarum ratio cum mánserit, quæ allegari potest, ut voluerunt Boerius *in præf. leg. Longob.* Baldus *in c. translato sacerdotio, de constitut.* & ex hujusmodi legibus abrogatis aut correctis supersit, ratio, juxta *Bartolum ad l. 1. D. de conjung. cum emancip. lib.* Salicetum *ad legem primam, Cod. l. de lat. lib. toll.* & Goldastum *tractat. de majoratu, capite decimo sexto, num. 9.*

37

Istud ergo cum in multis hactenus factũ nõ sit, viderint Romani juris Antecessores, dum sola Principum conniventia Germanicarum legum rite confirmatarum usus aliquantum cessat, an earum authoritas adeo sit inminuta, ut plane nulla amplius putetur: cum † lex nõ dicatur sublata per non-usum, sed per contrarium ei legi usum, juxta Baldũ & Doctores *in leg. de quibus. De legibus* Cynum *ad legem secundam, Codic. quæ sit long. consuetud.* Bertrandum *consilio centesimo nõnagesimo quinto, numero 1. & 2. libro primo.* Choppinum *libro 2. de moribus Parisiorum, titulo octavo, numero primo, pagina* 403. *in margin.* Unde etiam Populus viam publicam non-utendo amittere potest, *lege secunda; ubi VVesemb. num 4. Digest. de via publica & itin.*

38

39 Quemadmodum ergo † legis receptæ virtus frangitur, in desuetudinem si forsan per contrarium usum abit: sic etiam cujus contrarius usus non ostenditur, ea utique perpetim manere putatur; ut quandocunq; casus evenerit, recte ea quis uti possit, etiam post mille annos, ut notat Domin. *in capit. ut animarum. §. statuto. De constitut. lib. 6. ref. Lindenbrog. in proleg. d. C. leg. antiq. juncta sup. q. 1. num. 43. in princ.*

40 Maxime hisce cum legibus † authoritatem perpetuo valituram, per generalem ac publicam sanctionem concesserit Europæ Atlas in Karulus Magnus, cujus apud Goldastum & Lindenbrogium ea de re constitutio ab Imp. Friderico I. (qui eadem conditione & comminatione Studiosis amplissima tribuit Privilegia, *in Authen. Habita. C. ne fil. pro pat.*) & II. confirmata exstat, in qua hæc verba leguntur:

» *Prout cunctis placuit prudentioribus Regni nostri, legem Saxonum Noricorum, Suevorum, Francorum, Ribuariorum, Salicorum, sicut mos ac potestas Imperatorum est, & omnium Antecessorum meorum semper fuit, distinxi, distinctam, sub authoritate Regia & Imperatoria stabilivi, non ex mea adinventione vel corde prolatam, sed communi consilio à me renovatam & auctam in melius, sicut patres & prædecessores mei fecisse perhibentur, &c.*

41 Quanti iterum † Langobardicarum legum librum majores nostri semper fecerint, præter superiora testimonia satis abundeque viri docti, Carolus Cottus, Andreas de Barulo, Nicolaus Boerius & Johannes Baptista Nenna, indicio sunt; quos non pœnituit, tot in illum scholia & glossas scribsisse, juncta ejusdem Karuli distinctione, quæ sequentem illationem tacite suppeditat, *in lib. 2. leg. Longobard. tit. 56.*

42 Additis enim antea præmissis declarationibus verissime nunc † ita concludo: Leges hasce, quatenus id ratio suadet, & temporũ regionumque (à quibus nomen & initium sortitæ) conditio, & facti species permittũt; non tantum vel simul pro casus qualitate, aut differentia apud Germanos in judiciis utiliter præferri, sed juri quoque Romano, pro statu Provinciarum (quum de una non scribserim, nec statuta universalia adtulerim) recte præferri posse, quod facta istâ nominatim non continet, nec pistrinorum multo minus molarum jura anxie perquirit.

43 Tandem isti parti accedit † Johannes Basilius Heroldus, cui hęc adtribuuntur verba: *Cum sanctissimi Senis VVolffgangi Principis Fuldensis pietate in manus mihi devenerint Leges Salicæ, quibus dignitas Germanici nominis ac veræ Francicæ libertatis majestas asseritur. Eas cum longe ante Iustinianeas illas sancitas constet à majoribus nostris tam augustas, tam sacrosanctas habitas fuisse, gravissimorum authorum testimonio exploratum habeo; ut cætera potius jura omnia & divina & humana, dissimulari abrogariq;, quam ipsas violare perferrent tolerabilius. Optima sane ratione. Ex iis etenim non solum conjunctarum Legum omnium fontes & capita defluxerunt, verum etiam, quanta priscis illis erga DEUM immortalem pietas, quanta erga HOMINES æquitas insita fuit, elucescit. Quanta adversus gentes exteras omnes æterna illa nostrorum fuerit authoritas, imperiiq; amplitudo; quod maximum fuisse argumento est, cum Romanos ipsos rerum scilicet dominos, gentemq; togatam, Legibus severioribus nostris coercitã, Franco conditione, statu seu jure in omnibus inferiorem habitam tunc, declarant.* Hæc præclara ille *in præf. orig. ac German. antiquit.*

44 Atque hæc etiam † pro ista parte in medium adduxisse benevolo lectori sit curæ, cordique: quamquam & ita dicta velim, ut sincerum cuique de iisdem relinquam judicium; & sententia probabilis sit lata, ut juxta priscorum formulam & ex L. Valeria provocatio cuilibet libera ad populum seu collegium & consilium doctorum remaneat.

QVÆ-

QUÆSTIO XXXVIII.
DE
Manutentione ac violentia expulsiva, ratione molendinorum?

SUMMARIUM.

1 Cohærentia propositorum, cum numero 9. & 10.
2 Vis possessoria quid?
3 Remedia varia, ab autoribus enucleata.
4 Manutentio quid, cum nu. 21. & vis quotuplicis significationis?
5 Vis quotuplex divisione.
6 Expulsiva quid & in quibus consistat?
7 Turbativa ac molestatio quid & quotuplex?
8 Inquietativa quid sit & contineat, quibusve competat?
9 Ordinem sequentium juxta hanc seriem instituendum cum n. 10. ac in utraque illarum specie dolum versari.
10 Brevis inductio quæ circa hanc materiam ex aliis à me tractatis quæstionibus obcurrunt.
11 Quis, quomodo & contra quos de his & interdictorum beneficio homines agant?
12 Notorium & sententia æquiparantur.
13 Notorium vulgata significatione prisci juris non est: sed insuper non unius generis facti nimirum permanentis & momentanei: unde plura ad aliud requiruntur, de quibus autores quidam consignati.
14 Duobus se possidere contendentibus, quid judex ratione possessionis ac manutentionis suscipere debeat?
15 Spoliatus ante omnia est restituendus, & cujusque possessio sarta tecta conservanda.
16 Friderici II. Imp. præscribtum, de protectione ac manutentione Germ. Schutz und Schirm halten/ cum similibus ad VVehnerum.
17 Ottonis III. Imp. constitutio in terminis de manutentione ac possessione molendinorum, rerum aliarum, speciali privilegio Venetis concessa, imo universis Alemaniæ ac Lombardiæ civitatibus, in diplomate Friderici & Henrici Impp.
18 De quibus constitutionibus & personis quid dicendum, remissive.
19 Molendina antiqua possidentes, non sunt molestandi.
20 Aliàs officium judicis imploratur, quod inter cætera remedia frequentissimum ac tutissimum est.
21 Manutentionis alia significatio, pro rei integritate ac conservatione.
22 Introducta ab rudioris ævi Doctoribus: præstatio autem ipsa conventione sive pacto, contractu & stipulatione inducta.
23 Si quis manutenere molendinum promiserit, secundum arbitrium meum: & ego illud cessero alii, an simul arbitrium ad emtorem videatur translatum, remissive ad Iasonem.
24 Conductor obligatus ad manutenendum, quomodo, ubi & quando aliquid præstare debeat, ne in mora fuisse, vel juri suo cessisse videatur, obiter ex Beroo.
25 Clusam molendini promittens manutenere, in quo se omne periculum suscipiens, num teneatur ob impetum aquarum, si nesciverit, vel scire potuerit aut debuerit, ni inopinatus fuerit & insolitus?
26 Sed si quis molam destructam hoc pacto conduxerit, ut reædificaret, reficeret, ac manuteneret: isque hoc semel fecerit, & postea iterum collabsa fuerit, an denuo eamdem restaurare cogatur?

SEcundum antea† propositam continuationem audivimus, illatum damnum in usu & possessione simul, præter furtum esse aut concipi posse violentiam possessoriam, argumento eorum quæ tradit Althusius *lib. 1. dicæol. c. 116. num. 1. cum seqq. cap. 134. in princ. & cap. 136. num. 1. & 2.* 1

Vis autem† possessoria ita generaliter accipi potest, quod sit liberi usus & possessionis ademptio, spoliatio, privatio, turbatio, molestatio, inquietatio, vel impedimentum ab alio creatum; ob quod possessor re sua uti nequit, vel minus commode eove modo, quo jure potest. Quo de negotio exacte agunt sparsim ab Althusio adducti, & qui de Possessionibus, aliisq; similibus argumentis integros tractatus divulgarunt. Quare† cum parum prosit possessiones rerũ acquirere vel recuperare, nisi retineantur & conserventur: ob id multa legumlatorum exstant beneficia, & haut pauca prudentum responsa; quæ mandatũ de manutenendo (aliâs in jure civili est interdictum Uti Possidetis) 2 3

ſidetis) ſuppeditant, ſive remedia conſervandæ aut retinendæ & recuperandæ poſſeſſionis; de quibus præter cæteros eximios legum peritos, pulchre egit Baldus de Ubaldis Peruſinus (quem nihil ignoraſſe Jaſon teſtatur) *in diſp. ſubtil. Accuſatus de vi turbativa. nuncup.* quam Joh. Drezelerus auxit, & obſervationibus illuſtravit. Jac. Menochius item (quem ille omnium interpretum in hac interdictorum, univerſiq; propemodum juris materia principem facit. *ad d. diſp.* § 2. *num.* 5.) *in tract. de retin. & recup. poſſ. remed.* Sebaſt. Medices *tract. de acquiren. conſervan. & amitten. poſſeſſ.* Johan. Borcholt. *eod. tract.* Verginius de Boccatiis à Cingulo *tract. de manutent. in poſſeſſ.* Conſtantius Rogerius *in libel. de remed. poſſeſſ.* & qui non? ex recentioribus præter Althuſium Henricus Bocerus *claſſ.* 4. *diſput.* 5. *per tot.* Henr. Giltermannus *tractat. de interdict.* & DD. communiter *ad titul. D. de vi & vi arm. tit. uti poſſid. & tit. quod vi aut clam.*

4 Sicque facile ex † his cognoſcitur, quid vulgariter frequentatum Manutentionis vocabulum deſignet. De violentia autem tribus ſeparatis quæſtionibus agam, quæ non ejuſdem eſt generis, uti nec eadem vocis primitivæ ſignificatio. Multa enim dictio vis ſignificat, teſte Bartolo *in tractat. de flumin. lib.* 1. *ſup. verb. quod ſi vis n.* 1. & 2. quibus oſtendit: Vim in ſingulari numero accipi pro potentia, violentia, neceſſitate, ac etiam pro poteſtate: Vires autem in plurali denotare effectum, efficaciam ac potentiam corporis. Adjunge Prattæi & Calvini *lex. jurid. verb. vis.* Quotuplex autem ſit, non conveniunt Dd. uti etiam an vis, violentia & actus violentus differant, apud Polyd. Ripam. *tract. de noctur. temp. cap.* 22. *num.* 1. *cum* 13. *ſeqq.* Nonnulli † quinq; ejus ſpecies enumerant: Vim 5 expulſivam, ablativam, conpulſivam, turbativam & inquietativam, juxta Gloſſam *in l. exſtat D. quod met. cauſ. & in cap. ad audientiam extr. eod.* Prattæum *d. verb. pag. mihi* 592. & Gailium *lib.* 1. *de pace publ. cap.* 3. *num.* 4. qui ſuadet Bartolum omnino videndum eſſe *in d. l. exſtat.* Sed ridet hanc diviſionem Obertus Giphanius, & dicit omnem vim aut eſſe juſtam aut injuſtam; hanc vel publicam vel privatam, *in ſuo comment. de diviſ. juris th.* 103. Bocerus contra quatuor ſpecies cum aliis admittere videtur: vim ſcilicet expulſivam, turbativam, inquietativam & conpulſivam, *d. claſ.* 4. *diſp.* 5. *th.* 3. 40. 88. & *diſp. ſeq.* 6. *th.* 1. Idem ante eum fecit Melchior Klingius, niſi quod vim ablativam inſerat, & ſecundam ac tertiam ex iſtis quinque pro ſynonymis habeat, *in tit. Inſtit. de interdict. cap. de interd. utrub. num.* 3. *pag.* 467. Ego vero trimembrem diviſionem, non modo vulgatiori Interpretum ſententiæ: ſed etiam huic tractationi magis convenire arbitror; qua vim conſtituo expulſivam, turbativam & inquietativam ſeu offenſivam, impedientem ac lædentem; juxta Alciatum, Menoch. Gregor. Donell. & Frid. apud Althuſium *d. lib.* 1. *cap.* 136. *num.* 2. Unde de ſingulis ordine quoque agi peculiaribus in titulis teſtatur Juſtus Mejerus *in colleg. Argent. ſive paratit. Pandect. libr.* 43. *tit.* 16. 17. & 24. *th.* 1. Expulſivam † definiunt violen- 6 tiam, qua poſſeſſio acquiſita in re ſcilicet inmobili, omnimodo & in ſolidum amittitur per occupationem & ſpoliationem alterius violenti invaſoris, poſſeſſoris ac ſpoliatoris. Menochius *in prælud. recup. poſſ. numer.* 38. *cum ſeqq.* Althuſius *d. cap.* 136. *num.* 7. & Bocerus *d. diſp.* 5. *th.* 3. qui deinde exponit, violentam ac atrocem hanc

hanc dejectionem in tribus positam esse, in persona dejecti, in re, unde quis dejicitur & in ipsis dejiciendi modis.

7 Vis porro † turbativa est, qua ex parte tantum utendi, fruendi, possidendive libertas & facultas jure concessa molestatur (quod verbum indicare possessorium, post Glossam ait Zasius *consil.* 11. *num.* 27.) testibus Menochio & Alciato apud eumdem Althusium *d. lib.* 1. *cap.* 137. *num.* 1. *&* 2. *cap.* 138. *num.* 1. 2. 3. & Bocerum *d. disp.* 5. *th.* 40. ex quorum numero ille iterum duplicem facit turbationem, generalem & specialem *d. cap.* 137. *&* 138.

8 Vis inquietativa denique † seu impeditiva vel impediens, offensiva & lædens est, qua nobis facultas seu jus possidendi, sive possessionis delatæ, vel jure ad nos pertinentis (quam antea nunquam habuimus) adprehendendæ & adquirendæ præcipitur. Althus. *post alios c.* 139. *n.* 1. Bocerus *d. disp.* 5. *th.* 88. qui subjicit: ex duplici inspectione circa hanc vim incurrere causam interdicti pro illa conpetentis; hancque in quatuor rebus consistere, ut opus aliquod sit factum, ut illud factum sit in solo, vi aut clam, & denique factum noceat; quæ subinde per inductionem post cæteros citatos clarius explicat. De singulis quoque speciebus † ordine postmodum capita distincta constituam. Et quia in cunctis tribus dolus apertus intervenit, ut videre est apud Celsum Bargalium *tract. de dolo lib.* 2. *cap.* 2. *divis.* 1. *n.* 56. 57. *&* 58. And. Gailium *lib.* 1. *de pace publ. cap.* 7. *num.* 10. 11. 13. 14. 16. quem sequitur Drezelerus *d. disp.* Bald. §. 10. *num.* 16. idcirco in quolibet casu aliquid peculiare à reo præstatur, quod fusius isti exponunt: insuperque investigant, quid

9

10 circa † precarium, feuda & annuos reditus in hac causa sit statuendum, cum similibus. Unde postquam de locis publicis, deque interdictis Respublicas tuentibus supra egimus: transitum non male fecimus ad remedia, quæ ad res singulorum sive privatorum pertinent. Versantur autem circa triplicem istam violentiam: & in qualibet usum præbent cæteræ à me ventilatæ disquisitiones, num & pro quali prædio, item in causis civilibus vel criminalibus utrum pro domo molendinum sit habendum, ac rebus anne mobilibus aut inmobilibus commode adnumeretur? Quorum omnium in hisce diversis interdictis differentias Wesenbecius, Borcholten, Althusius, Bocerus, Mejerus & alii præter veteres abunde docuerunt.

11 Cuncta † judice requisito obtinentur, quæ in accusationem deducuntur: vel si magistratus & domini superiores fuerint, tunc unus contra alium vel iisdem aut peculiaribus Imperio notis remediis agere poterit; vel à subditis pænam contumaciæ sumere, ac illorum malitiam coercere atque reprimere fas est, servatis tamen legitimis modis & circumstantiis. Hinc Principes in Germania possunt se in jure suo *id est* quod putant esse suum, propria authoritate manutenere; si nimirum id justum, æquum, certum ac notorium sit; quam defensionem vocant ein gewöhnliche Handhab / testibus Gylmanno *lib.* 1. *decis. Cameral.* 46. *numer.* 144. *cum seqq.* Wehnero *in pract. observ. verb.* Handhab *pagin. mihi* 274.

12 Maxime cum † notorium & sententia æquiparentur, juxta Quintilianum Mandosium *tract. de inhibition. quæst.* 91. *num.* 2. §. 1. *per l. emtorem D. de act. emt. l. si vero pro* §. 1. *D. qui satisd. cog. cap. ult. De cohabit. cleri. & mulie.* Vide Zasium *in l. is cui bonis nu.* 16. *D. de verb. oblig.* Sitque ac dicatur illud, quod ita evidens est, ut nec latere, nec tergiver-

iatione celari possit, cujusque testis populus perhibetur ab Hieronymo Montano *tract. fin. regund. cap. 55. num. 5.* vel quod à decem testibus deponitur, secundum Corneum & Baldum apud eumdem *cap. seq. 56. n. 12.* itemque Zasium *d. cons. 11. n. 10.*

13 Verum quia † notorium isto quidem in significatu priscis latini sermonis scriptoribus, quod meminerim, in usu non fuit; sed inclinantis imperii sæcula frequenter usurparunt, pro eo quod publice notum est; ejusque species duas faciunt, facti scilicet permanentis seu successivi & momentanei, ut inquit egrt. Argentræus *in Comment. ad consuet. Britan. art. 266. cap. de præscribt. rer. quæ alien. nō poss. in verbo. Notoirement pag.* 1125. consentientes habens Alciatum *in lib. de verb. sing. 1.* & Corasium *mox allegan. capit. num. 6.* ideoque hæc non ita simpliciter sunt intelligenda sed diligenter ruminanda, quæ de notorio pluribus inculcant Lud. Carerius *in pract. caus. criminal. tractat. de appellat. in crimin. vers. secundus erit num. 3. cum seqq. usque ad fin. pag. mihi 10. & reliq.* Polydorus Ripa *in tract de nocturno temp. cap. 68. per tot.* Menochius *libr. 2. arbit. jud. quæstio. casu. 166.* Mascardus *de probation. conclus.* 1102. 1103. *1105. &* 1106. *cum seqq.* Sigism. Scaccia *tract. eleg. de judiciis lib. 1. cap. 76. & 77. item lib. 2. cap. 8. & 9.* Corasius *libr. 1. miscellan. cap.* 16. Farinacius *libr.* 1. *quæst.* 21. & Althusius *lib. 3. dicæol. cap. 37. num.* 16. *usq. ad num. 25.*

Quo pertinent ejusdem enunciata: Notorietatem causæ habere paratam executionem *d. lib. 3. cap. 54. num. 6. plenius cap. 48. nu. 16. usq. ad 26.* notorium tollere omnes nullitates *d. lib. 3. cap. 57. num. 61. Vantius tract. de nullit. tit. quot & quibus mod. num.* 126. quibus adjunge Zasium, qui juxta priorem distinctionem & post Franc. Curtium, Baldum ac Salicetum indicat, an notorium ab onere probandi quem revelet? *cons. 5. n. 110. tom. 6. oper.* num in notoriis opus sit sententia declaratoria? quod Gailium *lib. 2. de pace publ. cap. 3.* pulchre deducere ait Dn. parens Ant. Heringius *tract. de fidejuss. cap. 25. num. 105.* (addo Johan. Drezelerum *in observ. ad Baldi d. disp. §. 10. nu. 48. & 49.*) qui alibi monstrat, quomodo notorietas illa debitorem non esse solvendo, sit probanda, *cap. 27. part. 1. num.* 200. 201. 203.

14 Atque sic in † lite etiam præsente: duobus de possessione contendentibus, judex quid agere debeat, an & cui inhibere possit? Mandosius respondet; ipsi de hoc negotio aut constare, vel constare posse, quis vere inter illos possideat; & tunc decernere eum debere mandatum de manutenendo in possessione istum, quem in possessione esse noverit; deque eo apertum testimoniū habere Guidonem Papam, testatur *d. tract. de inhibition. quæst. 118. n. 2. & seqq.* cum similibus declarationibus, pro hac causa ibidem exhibitis, ubi lege post Paul. Castrensem *consil. 3. in causa poss. lib. 2.* & adde Bocerum *d. disp. 5. th. 60.* Althusium *d. lib. 1. cap. 137. num. 11. & 12.*

15 Neque hæc recensita inmerito. Nō enim tantum † spoliatus ante omnia restitui: sed etiam quilibet securus in sua possessione manere, vel amissam aut labefactatam quantocyus recuperare debet, per jura notissima, apud Phil. Matthæi *in comment. ad l. qui cum alio 19. §. 1. n. 8. 9. 10. D. de reg. ju.* Henr. Gilterman. *tr. de interdict. & actionib. extraord.* Sigism. Scacciā *d. tr. de jud. lib. 2. c. 7. & 8.* Unde rescribit cuidam † Fridericus II. 16 Imp. ut manuteneat seu defendat illos quos & quorum bona super protectione Imperiali

riali susceperat, apud Petrum de Vineis Cancellarium Cæsareum *lib. 5. epist. 19.* Germani vocant Schutz unnd Schirm halten: qui itidem de vastatione & ablatione per violentiam tractat *epist. 6. 7. 10. 120. ac 121.* Inde eodem sensu Schutz- und Schirmbrieff dicuntur privilegia protectionis & salvaguardia, ab Imperatore vel alio privatis etiam personis interdum dari solita, daß sie nebst ihren Kindern und Gütern in der Keys. May. und deß H. Röm. Reichs Schutz und Schirm seyn sollen *hoc est* quod ipsi, eorum liberi ac bona sub Cæsareæ Majestatis ac S. R. Imperii defensione & advocatia esse debeant; qua de re plura aliaque adcumularunt And. Gailius *lib. 2. observ.* 54. & Paul. Matthi. Wehnerus *in observ. pract. pag. mihi 592. 593. 598. 650. 651. cum seqq.* exemplumque de Philippo Palatino Comite & Spirensi civitate habet Christoph. Lehmannus *lib. 7. chron. cap. 119.*

17 Quo † in terminis pertinet Ottonis III. Imp. constitutio, de Venetorum privilegiis sic lata: Otto Dei favente clementia Rex. Ob petitionem & interventum honorandæ nostræ aviæ, Adeleidæ Augustæ & pro statu ac incolumitate sacri Imperii, concessimus; Ne in riparum legibus & transitibus aliquid novi statueretur; ut servi capti redderentur, ut bona Ecclesiæ Gradensis, & aliarum itemque Monasteriorum posita in regno, atque illis in urbibus, castris, montibus, campis, nemoribus, aquis, aquarum ductibus, molendinis, piscationibus, & venationibus, à Venetis ante triginta annos possessa, quiete tenerēt & amissa recuperarent. Ut nullus Princeps aliquem Venetorū coercere, aut fodrum exigere; aut banno mulctare posset. Lauretum quousque aqua salsa pertineret, in eorum potestate maneret. Datum 14. Kal. August. Indict. 5. Anno Domini *992.* Anno vero regni nostri *9.* apud nob. & claris. virum, Dn. Melch. Goldastum ab Haiminsfeld. de antiquitatib. Germaniæ, deq; jure publico ac privato optime meritum, *in constitut. Imperial. tom. 3. pag. mihi 311.* Imo universis Alemanniæ, Marchiæ & Lombardiæ incolis ac civitatibus hoc videtur ab Imp. Friderico I. & ipsius filio Henrico *in lib. de pace Constant. sive in extravag. ista lib. 5. feud.* ubi Doctorum lege commentarios. Verba ipsius diplomatis inter cætera fere hæc sunt: Concedimus vobis civitatibus, locis & personis societatis regalia & consuetudines nostras tam intra civitatem, quam extra civitatem, in perpetuum; videlicet ut in ipsa urbe omnia habeatis sicut hactenus habuistis vel habetis. Extra vero omnes consuetudines sine contradictione nostra exerceatis, quas ab antiquo exercuistis, vel exercetis tam in foro vel in nemoribus, pascuis & pontibus, aquis & molendinis, sicut ab antiquo habere consuevistis vel habetis &c. *d. lib. 5. feud. tit. un.*

18 De quibus † constitutionibus quid statuendū sit hodie, aperui non modo antea: sed etiam hoc manifestum est, istiusmodi possessionum adsecurationes dari quoque postulantibus actous, tam privatis à magistratibus inferioribus, quā personis aliis superiorem Principem adeuntibus, ut sparsim adducti Doctores pleniusq; addocent.

19 Hinc dicitur, quod † vetusta molendina (non respectu structuræ vel materiæ, sed adjuncti temporis) possidentes, non sint molestandi in sua possessione & ideo judicis officiū audacter inplorare possint, censentibus nominatim Cæpolla *in tract. serv. rust. præd. c. 4. de aquæductu n. 44. in fin.* Wesenbecio *cons. 34. num. 10. &* 12. *per l. 2. §. merito D. ne quid in lo. publ. cum simul.*

20 Illud enim inter † omnia remedia possessionis recuperandæ, præstantissimum esse & sic longe commodius aliquem hoc experiri, quam aliis interdictis, post Menochium existimat Joh. Drezlerus *ad Baldi d. disp.* §. *10. n. 66.* idemque judicat Henningus Hamelius *ad tit. Instit. de action. cap. 12. num. 4.*

21 Proinde † manutentionis vocem cæteri ex vetustoribus tam late usurparunt, ut non modo protectionem, defensionem ac juris possessionisque securitatem: Sed etiam id conprehenderet, quo rem ipsam, puta molendinum antiqua formula & forma sartum tectum conservandi promissionem ac præstationem contineri censuerunt *idest* ab omni incommodo, detrimento molestia, damnoque sincerum ac integrum; velut in sequentibus apertius patebit, & exemplum dedi *quæstio. 8. num. 31.*

22 Idque † pacto plerumque contractu & stipulatione inducitur, sicuti alia fieri ac celebrari inter homines consueverunt, & iterum laudati interpretes ad amussim tradiderunt: ut taceam seculorum anteriorum barbariem, inque iis degentium Jurisconsultorum licentiam aut potius priscorum temeritatem, qui ejusmodi verba multa confinxerunt, cæterorumque usitatas significationes ac terminationes mire inflexerunt, vel innovarunt aut prorsus è medio contraria usurpatione sustulerunt.

23 Unde † si quis mihi promisit manutenere clusam molendini arbitrio meo: ego cedo postea molendinum, an tale arbitrium transeat ad emtorem? Jason quidem *in l. quo minus in 36. col. D. de flumin.* pro & contra *(ceu loquuntur)* disputat, sed nihil firmare videtur.

24 Pariter † conductor obligatus ad manutenendum unum molendinum, pro certarum personarum commodo, & ad solvendũ quid locatori in loco certo; item ad solvendũ quædam onera extraordinaria, quæ essent incerta & non liquida; si aliud molendinum in locum alterius subrogando de cõsensu & conventione illorum ad quorum commodum illud primum manutenere debeat, manutenuit; non potest dici in mora constitutus, aut à juribus suis cecidisse, si tam illud certum, quam dicta onera extraordinaria obferat, se paratum solvere; ut loquitur & fuse probat, ad quem nunc lectorem remisisse sufficiat, Augustinus Berous *consil. 151. vol. 1. per tot.*

25 Item † molendi clusam promittens manutenere, si susceperit in se (ut iterum loquuntur) omne risichum & periculum, non tenetur de ruina contingente vi fluminis, & aquarum insolita exundatione, juxta æquitati consonam decisionem *Baldi in consil. suo incip. Verba debebant.* & Socini. jun. *consil. 123. numer. 10. volum. 2.* Quid si vero sciverit, aut scire potuerit vel debuerit fluminis impetum? De eo agam *quæstio. 52.* ubi invenies.

26 Ultimo pone † conduxit aliquis molendinum destructum, cum pacto ut reædificaret; semel instauravit, & iterum destructum est, numquid secunda vice & loco tenebitur reficere? Dicit iterum *Baldus in l. licet n. 6. Cod. locat.* quod non, quia de prima vice id tantum intelligitur, *per l. fideicommissa §. si quis decem, de leg. 3.* Sequitur Alexander *consil. 16. numer. 8. lib. 4.* Bertachinus *tract. de gabell. p. 2. quæst. 25.* Tiraquellus *in repetit. §. hoc sermone in princip. regulæ numer. 100.* ubi etiam Rebuffus *l. boves D. de verb. signif.* reputat pro singulari quæstione Cremensis *singul. decidi semel 146.* & plures eam sententiam sequuntur, relati à Vincẽtio Carocio *in tract. de locat. conduct. p. 2. titul. de reb. dub. num. 1. & 2.*

& 2. Fallit tamen, si quis promisit reficere atque etiam manutenere: tunc enim semper tenetur conductor, si denuo credimus Baldo *in d. l. licet num.* 7. Jasoni *in d. l. quo minus num.* 152. *D. de flumin.* & Carocio *d. lo. num.* 3. Reliqua in hoc passu & circo militantia, suo loco sumus exposituri, ubi benevolus lector inveniet, quando de pacto, refectione, damno, destructione, & contractu locationis-conductione agimus.

QVÆSTIO XXXIX.

De

Violentia offensiva circa molendina, & quidem de Turbatione. Ubi primario discutitur; An molendinum in causis civilibus & criminalibus pro domo habeatur? cum illationibus aliis.

SUMMARIUM.

1 Post expulsivam, incipit tractatio de vi turbativa.
2 Vtraque quid & quotuplex sit, in quibus rebus consistat & quot modis fiat, cum similibus remissive ad superiores Dd.
3 Bocatii & Putei casus, de turbato in itinere ad molendum frumentum, quod ipsi Interdictum uti possidetis competat.
4 Turbatio in quibus consistat rebus?
5 Althusii labsus, Interdictum uti Possidetis cum utrubi confundentis, aut nimium extendentis.
6 Molendinum pro quali prædio sit habendum?
7 Turbatio plerumque in ædibus fit & possessionibus. Hinc Germ. Hauß-oder Burgfrieden halten oder brechen.
8 Molendinum an in negotiis tam criminalibus quam civilibus pro domo, sit reputandum? quæstio simplex proponitur, ac dein examen illius instituitur.
9 Prolepsis, cur huius quæstionis, & an magna habeatur ratio?
10 Brevis expositio: quando molendinum pro domo in generis utriusque causis sit habendum?
11 Ratio istius dicti redditur.
12 Adplicatio eius ad præsentem materiam, & varias molarum species.
13 Domus quid proprie & per interpretationem?
14 Molendinum similiter eo trahitur, & Dd quorumdam opinio adprobatur: In causis tam criminalibus quam civilibus, sive in statutis & pænalibus illud pro domo reputari debere?
15 Illatio prima: Molendinum instar domus cuique tutissimam esse mansionem: neque molitorem de eo extrahi debere.
16 Secunda illatio: Legem Corneliam quoque de iniuriis locum habere in moletrinis.
17 Tertia: Legem Iuliam de stupro & adulteriis ibi etiam considerari.
18 Quarta: Molendinum pariter vel iure servitutis antichreseos inhabitari posse, remissive ad quæst 43.
19 Quinta: Constitutionem Caruli V. criminalem art. 157. sibi etiam locum hic vendicare: de furibus & incendiariis, cum Pontificum, Phrysiorum, Saxonum & Langobardorum hac de re latis legibus.
20 Sexta & ultima: Pænam denique confiscationis & demolitionis quoq; in molendinis exequutioni mandandam esse, ex causis solitis suadere, remissive ad quæst. 53.

PRæcedenti quæstione † actum fuit de [1] vi expulsiva, & adducti aliquot celebriores in jure Doctores: jam instat agendum de violentia turbativa. Utraque † [2] quid & quotuplex sit, quibus in rebus consistat, quot modis committatur, cum similibus adcurate præter Baldum, Menochiũ, Boccatium, Medicem, Bocerum, Borcholtum, Althusium, Drezelerum, Mejerum & alios manifestavit Wesenbecius, cum dictis locis, tum *consil.* 126. *volum.* 3.

Ex quorum numero † Verginium de [3] *Boccatiis* reperi facti speciem adducere, quam in terminis conceptam hic inserere libet *ex dict. tract. de manutent. in possess. cap.* 8. *num.* 10. *pag.* 76. ubi turbato eunti

ad molendinum in moletrina alicujus, interdictum uti Possidetis dari ita fere concludit: Soliti erant furnarii ire ad macinandum in molendino Titii, sito extra Civitatem; postea emanavit proclama vigore literarum Apostolicarum, prohibens furnariis ne vadant ad frumentum conminuendum in molendino Titii; tandem fuit mota lis inter hunc Titium ex una parte, & Civitatem ex altera, super literarum istarum subreptione: Titius probata quasi possessione molendini furnariis, petit manuteneri in eo statu, in quo erat, quando fuit ceptus turbari per illud proclama prohibitorium; quia in hoc interdicto adtenditur tempus turbationis & litis contestatæ, *l.1.§.hoc interdictum D. utrubi. juncto* §. *retinendæ* 4.*vers.nam uti possidetis* 3.*cum.*§ *hodie* 4. *Instit. de interdict.* & Puteus *decis.* 496.*lib.* 2. dicit Titium esse manutenendum, quia quando ex facto alicujus furnarii non veniunt ad molendinum, potest cogi impediens interdicto uti Possidetis, ne molestet vel impediat furnarios ire ad macinandum in Titii molendino, autore Bartolo *in l.* 1. *§. hujus autem interdicti D. uti possid.* ad hoc, ut impedimentum illud præstitum furnariis tollatur, super quo impedimento lis pendet, & petitorium erat in illo casu suspensum, istaque turbatio fuerat interim removenda, juxta Bartolum *d. lo.* & Puteum *decis.* 500.*lib.*2. ubi etiam pro manutentione dicit esse removendas quasdam obligationes ac instrumenta furnariorum, facta in favorem Civitatis, non accedendi ad aliqua molendina extra civitatem; quæ nihil faciunt ad mandatum de manutenendo eundi ad macinandum in Titii moletrina, sed ut ipsi possent convenire furnarios si contra faciunt; pro quibus præmissis facit textus, ut vicinus fallat nimirum tectoria de muro meo, *in l.* 3.§.*si vicinus* 9. *D. uti possid.* ubi Gothofredus, post Harmenopolum, libros Basilicos & Cujacium: omniaque hæc lucem accipiunt ab iis, quæ supra de molendinis bannariis exhibui.

Cæterum post modos ab illis autoribus copiose recensitos † turbatio hæc non tantum in rebus incorporalibus: sed etiam in rebus corporalibus, iisque inmobilibus sive æquipollentibus locum invenit, ut exposui integra ferme *quæstio.* 8. *numer.* 66. & nominatim de interdicto Unde vi, deque remedio Utrubi in rebus mobilibus Bocerus *dict. disputat.* 5.*th.* 41. *cum.* 61. de singulis autem Dd. Bartolus, Wesenbecius, Mejerus & alii *ad titul. D. de vi & de vi arm. titul. uti possid. titul. quod vi aut clam titul. utrubi, & titul. Codic. unde vi.*

Unde Johannis † Althusii labsus obiter detegitur, qui non bene se extricat, dum ista de rebus mobilibus & inmobilibus solennia remedia, sive uti possidetis & Utrubi interdicta hodie per omnia exæquata esse censet *d. lib.* 1. *dicæol. cap.* 137. *num.* 8. Taceo enim quod eadem prope sit loquutio, ac altera est, legata per omnia & in omnibus esse fideicommissis adsimilata, seu ad ipsorum naturam & requisita translata, *in l.* 1. *D. de leg.* 1. omitto quod de his in jure civili peculiares tituli ac diversa interdicta separatis locis sint prodita: quod pleraque in iis conveniant, excepta rerum differentia mobilium & inmobilium Boccat. Bocer. Wesenb. Mejerus *dd. ll.* Klingius *add. tit. Instit. de interd. cap. de int. utrub. numer.* 1. *pag.* 467. utriusque autem interdicti potestas hodie nō per omnia: sed quoad possessionem exæquata rotunde dicantur ab Imp. Justiniano *in d. §. retinendæ* 4. ex quo apparet olim id non obtinuisse; sicuti etiā ex Paulo 5.*sent.* 6. §.1. notat Gothofredus ad

ad Ulpiani *d. l.* 1. §. 1. *D. utrub.* quam idcirco per Tribonianum interpolatam esse, recte observat Rittershusius *ad d.* §. 4. *pag.* 178. cum Ulpiani hæc viguerit differentia, & is Pauli σύγχρονος sive coætaneus extiterit. Præter Cujacium *lib.* 5. *obs.* 22. idem propugnat Mejerus *ad d. tit. D. utrubi th.* 2.

6 Præterea nonnihil † superiora ista illustrantur ex quæstione altera, à me alibi examinata: An molendinum pro prædio, & quidem rustico vel urbano sit habendum? *inf. quæstio.* 42. Restat ut hoc loco id 7 quoq; explicem (quum alias † turbatio sive molestatio crebro in prædiis ac ædificiis fiat, & vi domum alicujus intrans injuriarum teneatur; multo magis tumultum excitans aut possessionem intervertens: Unde Germani dicunt, den Haus-unnd Burgfried halten oder brechen / ut posui in χειραγραφ. *injur. th.* 25. *& in dissert. de jure castror. th.* 25. *sive infr. in mantis cap.* 6. 8 *th.* 52.) an scilicet † molendinum in causis sive negotiis tam criminalibus quam civilibus pro domo sit reputandum? cum cohærentibus aliis & quibusdam exinde deductis illationibus, de quibus nunc discursum, propitio DEO, instituam. Acquam-9 quam prima fronte † nonnullis vel admodum exilis, vel etiam plane inutilis videbitur hæc quæstio: si tamen exactius perpendam, quod casu sic forte emergente, ejus in praxi non exiguus possit esse usus, diversum proculdubio sentire cogerentur. Ne autem, benevole lector,

—— circuitu pariam tibi tædia longo,
Dum sequor ambages, & verba & tempora perdens

simpliciter hanc conclusionem subjicio: 10 Quotiescunque † molendinum formam ædificii aut domus habet, item inhabitatio- 17 ni perpetuæ, vel etiam diurnæ aut momentaneæ saltem commorationi inservit, toties etiam tam in criminalibus, quam civilibus pro domo habendum esse. Jason & Socinus *in l. plerique*, *De in jus voc.* prolixe ex aliis, ut solet, Tuschus *tom.* 2. *conclus. pract.* 619. *lit. D.*

Domus enim † cujusque ea censetur, ubi 11 larem, sedes & tabulas habet, suarum rerum constitutionem fecit, etiamsi sit taberna, vel fundus restructus, domus conducta, propria vel aliena, precaria vel gratuita quam inhabitamus, & in qua familiam alimus *l. censoria* 203. *& ibi elegantissime* Joan. Goddæus *ff. de verbor. significat. l. Lex Cornelia* §. *domum D. de injur.* §. *sed & Lex Cornelia, Instit. eod. titul.* Menoch. *de arbit. jud. quæst. casu.* 86. Dn. Ilico Umius JC. clarissimus *in proces. judic. disput.* 4. *th.* 1. *n.* 6. *per tot.*

Cum igitur † molendina ad præterlaben- 12 tem aliquem rivum, vel in ripis aut margine fluminum exstructa, tam internam quam externã formam ædificiorum habeant, utpote quę non minus ex fundamentis, tecto, lapidibus, calce, lignis, tegulis, & cæteris partibus constant, quam aliæ domus tam urbanæ, quam rusticæ; de his ne quidem dubitandũ est, an interpretatione juris pro domibus sint habenda. Sed & molendina Navalia, Ventis agitata, Jumentaria, Olearia, Politoria, Serratoria, Pulverifica, Fullonica, Contusoria, Chartaria, pari passu cum illis ambulabunt: cũ nõ solũ partim ædificia sint, parietibus, tecto, januis, fenestris, constantia; ad inhabitandum & tutelam refugiumque si non principaliter, attamen secundario idonea: verum etiam interdiu & fere quotidie à molitoribus & opificibus visitẽtur, qui ibidem suarum rerum constitutionem

nem fecerunt, suaque instrumenta ad laborandum idonea adservant, & post se obscura relinquunt; ita ut ad illa nulli peregrino pateat aditus absque fractura, ut in simili considerat Castrensis *consil. 221. incip. Viso puncto lib. 1.*

13 Si enim † domus proprie est secundum legistas, *in l. eum qui ædes D. de usucap.* quæ consistit ex solo & superficie, hoc est, fundamento, tecto & parietibus, juxta dialecticos: dicente Jasone *l. si grege numer. 9. D. de leg 1. l. si domus numer. 9. l. si fundum sub 9. di. §. qui fundum num. 1. & 2. D. de leg. 1.* Ludovico Romano *in l. 1. §. domini D. de SC. Syllaniano.* Cæpolla *de servit. urb.* pulchre Bertazzolus *tractat. clausf. instrument. clausula 19. glossa. 3. præd. cap. 11. num. 7.* Item quæ nobis receptaculum ac refugium præbet *d. l. plerique.* Si etiam (ut Itali loquuntur) cassina, cappana, minima domuncula, vilissimum tuguriolum, casa pastoralis; quam pastorale tectum vocat Mantuanus *Ecloga 3.* item navis, pro domo reputantur, ut patet ex Mynsing. *cent. 4. observ. 69.* Anton. Gabriello Roman. *lib. 7. conclus. 10.* Horatio Carpano *ad statut. Mediolan. part. 2. cap. 65. num. 6. & seqq.* Menochio *in 3. remed. adipisc. poss. num. 15.* Petro Peckio *de jure sistendi cap. 6. numer. 3.* item porticus, ostium ex quadam extensione domus appellatione comprehendantur, Jason. *in l. cætera §. hoc senatusconf. num. 6. 7. 9. D. de leg. 1.* ita ut dicatur: annon domus & fundus quoad legatum æquiparentur, Jason. *in l. si domus num. 22. cum seqq. D. eod.*

14 Quidni etiam † supradicta molendina his adgregaremus, quando quidem eorum maxima pars solo ac superficie, hoc est, tecto ac parietibus constat; hoc amplius & partim aquam, super qua natant, pro solo habet, & æque refugium præstare potest, ac alia domuncula vel casa? Atque ideo non possum non sentire cum Alberico de Rosate *in l. penult. §. ult. D. de iis qui dejec. vel effuder. & ju. 2. part. statutor. quæst. 35.* Nicol. Intrigliol. *de feudis quæst. 9. num. 73.* & Tiraquello *de retract. lignag. §. 1. gloss. 7. num. 92. ad fin.* adserentibus, Molendinum etiam in statutis & pœnalibus domui æquiparandum esse, contra Corneum *in consil. 63. incip. Licet de pluribus num. 5. vol. 2.* qui causæ suæ inserviens ibi scribsit, molendinum non venire adpellatione terrarum, possessionum vel domuum: quin enim regulariter in contrarium sit veritas, satis constat ex prædictis: & confirmatur ulterius ex eo, quod appellatione domus non solum contineantur facta ex lapidibus, calce & cæmentis; sed etiam domus ex lignis (veluti molendinum navale & sim.) *facta l. 1. §. plane si quis 8. de vi & vi arm. ubi dicitur*: Plane si quis de ligneis ædibus dejectus fuerit, nemo ambigit interdicto locum fore; quia quale quale sit, quod solo cohæreat, *Boerius decisio. 177. numer. 7. & supr. quæstio. 8. numer. 67.*

15 Hinc porro & † primo infertur: quod veluti domus sua cuique tutissimum est refugium *l. plerique D. de in jus vocan. l. nemo de domo 103. D. de reg. ju. l. 1. Cod. de præt. libr. 12.* Jason *ad l. domus num. 9. D. de leg. 1.* Johan. Ordelaphus *ad l. fin. num. 236. D. de rei vindicat.* in qua omnibus pax habenda est, ut ait Detmarus *in Chronic. libro sexto mihi pagin. 86. juncto supr. numer. 7.* ita ut inde regulariter nemo extrahi debeat Decius & Cagnolus *in dict. leg. nemo de domo 103.* Costalius, Socinus, Busius ac alii Dd. *in dict. leg. plerique.* Quintilianus *libro septimo Institut. orat. capite octavo.* Ita etiam molitor tutus ac securus

curus esse debeat, & de molendino etiamsi navale fuerit, quod inhabitat, proque receptaculo suo habet, extrahi nequeat, dicit iterum Jason *in dict. leg. pleriq.* Johan. Franc. à Ripa *in leg. quo minus n.* 125. *de fluminib.* Anton. Gabriel Roman. *dict. conclusio.* 10. *numer.* 10. Horat. Carpan. *dict. cap.* 65. *num.* 12. Peckius *d capit.* 6. *numer.* 3. Capella *in tractat. cautel.* 51. nedum ut vi intrare eam habitationem quis impune debeat *l.* 5. *in pr. cum* §. 2. 3. 4. *l.* 23. ibique Gothofred. *D. de inju.* §. 8. *Instit. eod. argum. l.* 1. § 9. *D. de his qui effud.* Mynsinger. *consil.* 27. *numer.* 12. 13. Landr. *lib.* 2. *art.* 66. *ibi gloss. lib.* 3. *art.* 78. & tacite innuit Horatius Carpanus *lib.* 1. *cap.* 251. *num.* 3. 4. *cap.* 252. *per tot.*

16 Secundo † hinc infertur: quod legis Corneliæ de Injuriis (à Cornelio Sylla, ut auctor est Cicero *in Bruto, late,* eique competentis, qui injuriarum agere vult ob eam rem, quod domum suam vi introitam esse dicat, *juxta l. Lex Cornelia* §. *domum. D. de injuriis.* Schurpffius *cent.* 2. *consil.* 57. *numer.* 5. 6. 7. ita ut domus partem sufficiat tantum tangere adhoc, ut aliquid factum dicatur in domo, Jason *ad d. l. catera* §. *hoc senatuscon. num.* 10. *D. de leg.* 1.) auxilium etiam illi non sit denegandum, qui molendinum suum vel inhabitatum, vel in quo quotidie conversatur ac laborat, vi introitum seseque pulsatum ac verberatum esse conqueritur. Ubi enim eadem est ratio, ibi quoque diversum jus neutiquam est statuendum; *inf. passim quæst.* 41. Pet. Sanz, à Morquecho *tract. de divis. bonor. lib.* 1. *cap.* 6. *nu.* 54. *cum seqq.* alioquin inventa esset ratio, qua audacissimus quisque molitores impune injuria afficeret, aut verberibus ad mortem usque mulctaret vel exciperet, contra *l. in fundo D. de rer. vindic.* quod favori molendinorum, qui publicus est, repugnat *quæst.* 1. *& quæst.* 41. Horat. Carpanus *ad statut. Mediolan. part.* 2. *cap.* 241. *in princ.*

17 Tertio exinde † infertur: quod non minus hæc ipsa molendina ut adulterium stuprumve cum aliena matrefamilias committatur, quam aliæ domus præberi possunt; ideo etiam illa ipsa molendina, ut & molitorem præbentem, dispositionem ac pœnam *in l. qui domum cum l. seq. D. ad l. Jul. de adulteriis, & in l. auxilium* §. 1. *D. de minoribus.* Sancitum incurrere atque hunc quasi-adulterum puniendum esse: adeo ut etiam pœna conscendentis domum (cui & molendinum adnumerandum, ut supra dixi) alicujus, causa violandi virginem vel mulierem honestam, sit capitalis, juxta Menochium *casu* 575. Polyd. Ripam *d. tract. de nocturno tempore cap.* 21. *num.* 44.

18 Quartò hinc † infertur: Quod sicut domus aliena, non solum jure servitutis, verum etiam jure ἀντιχρήσεως inhabitari potest; ita quoque molendinum iisdem juribus possit, per tradita *inf. quæst.* 43. *per discurs.*

19 Quinto loco ex prædictis † colligitur: dispositionem *ordin. crimin. Karulinæ artic.* 157. *in verb.* Gestiegen oder gebrochen hatte / *& artic.* 159. *in verb.* Seine Behausung oder Behaltung. *item artic.* 160. *in verb.* Zu solchem Diebstal gestiegen oder gebrochen: etiam in moletrinis ad instar ædificiorum se habentibus, locum sibi vendicare; in tantum ut fur, qui nocturno tempore vel interdiu molendinum furandi animo effregit, suffodit, aut se in illud direxit, non minus ordinariam suspendii pœnam incurrat, ac is, qui Eurybatum imitando, de quo Erasmus in Adagiis, *Chiliad.* 1. *cent.* 2. *adag.* 86. domum aut granarium alicujus conscendit, effregit, irruit

& expilavit. *arg. Ordin. Kar.* 167. Etsi enim Expilatorum, Vecticulariorum, Directariorum & Saccularium olim extraordinaria saltem fuerit coercitio; tamen hodie eam in talem esse pœnam conversam, experientia testis est, *l. saccularii. D. de extraord. Criminib.* Menoch. *de arbit. jud. quæst. casu* 299. Guido Papæ *quæst.* 422. Nicol. Boer. *decision.* 173. *num.* 4. Et quia Menochius *d. loco. num.* 5. affirmare non est subveritus: Statutum Papiæ in criminalibus de pœna frangentis domum habere etiam locum in domuncula; quid causæ erit, cur non & ego prædictos articulos Constitutionis Imperatoriæ de moletrinarum domunculis accipiam; cum utrobique eadem ratio militet, & nominatim Papiæ Mediolanique statutum, hac in specie burgi, cassinæ (*sup. q. hac* 39. *numer.* 13.) molendini ac territorii mentionem faciat, ceu videre est apud Polydorum Ripam *d. tract. de nocturn. temp. c.* 27. *numer.* 1. *junctis seqq.* Imo hos ipsos fures molendinarios adhuc gravius puniendos esse, quàm alios, enucleavi *sup. quæst.* 37. Hoc amplius, si molitor istiusmodi furatrinam subodoretur, atque ob id nocturno furi offendiculum irremeabile ponat, quo ille forsan nocte recordatus surgens, pavidusque per umbras dum graditur, ruat in foveam; imo lethaliter lædatur, ac tandem moriatur, gratulantem proculdubio exaudiens prius exclamationem Mantuani,

Est caper in vinclis, puer est in carcere:

nullo modo eum pœnæ Legis Corneliæ subjiciendum, sed absolvendum esse censeo, *argumento l. qui foveas* 28. *cum l. seq. D. ad l. aquil. textus Exodi* 22. *vers.* 2. pulchre Alexand. *consil.* 149. *volum.* 2. *juncta l.* 1. *in C. quando liceat unicuiq; sine jud. se vind.* Prædicta autem suadere simul videntur, quia is, qui domum alterius dolo malo & data opera incendit, hodie (abrogata veteri pœna olim apud Suevos & Francos usitata, de qua Cujacius *lib.* 11. *obser. cap.* 22. Lindenbrogius *in Codice antiq. legum tit.* 18. *L. Salic.* 1. 2. 3. *pag.* 322.) vivus exurendus venit. *Constit. pœnali Karuli V. artic.* 125. ubi in not. Ampliss. Dn. Georgius Remus. Landr. *libr.* 2. *art.* 13. *Constit. noviss.* 17. *pag.* 4. Andr. Gail. *lib.* 2 *obs.* 22. *num.* 6. Menoch. *de arb. jud. quæstion. casu* 390. quod & ille, qui molendinum alterius ἐκ προαιρέσεως, boßhafftiger Weiß / ut innuit *d. articulus* 125. incendit, inque fumum ac cineres vertit, eidem ignis punitioni obnoxius fieri debeat, per textum *in l. illud* 32. *D. ad L. Aquil. juncta l. qui ædes* 9. *ubi Gothofr. D. de incend. rui. naufrag.* Adhibe Nattam *cons.* 42. *& seq.* Althusium *lib.* 1. *dicæol. cap.* 140. *num.* 18. & utilissimum Iohann. Lubleri *tractat. de Incendio.* adeo ut incendiarii juste à quovis occidi possint, juxta Farinacium *quæst.* 125. *num.* 204. *& seqq.* Althusium *d. lib.* 1. *cap.* 129. *n.* 15. quod potius tamen exaudiendum esse putarem de iis, quos vulgariter famosos & Mordbrenner vocamus; de quibus etiam Constit. Elect. Saxon. & late Petrus Theodoricus *in Colleg. crimin disp.* 7. *th.* 8. *lit. D.* illamque pessimam & depopulatricem, horrendamque incendiariorum malitiam adpellare possumus cum Pontifice *in cap. pessimam.* 23. *quæst.* 8. Confer ex jure Canonico loca alia, videl. *c. si quis domum.* 6. *extr. de injur. can. si quis membror.* 23. *d. q.* 8. & constitutionem Friderici Imp. de Incendiariis & pacis violatorib. *libr.* 5. *feud.* Huc quoque refero per hactenus allata, Frisiorũ sive (ut alii & forte rectius malũt) Phrysiorum legem generaliter de domo sic „ loquentem: *Si quis domum alterius incen-* „ *derit, ipsam domum & quicquid in ea con-* „ *crematum est in duplo conponat. tit.* 1. *cap.* 7.

l. 1.

" *l.1.pag.mihi* 494. Severior autem Saxo-
" num priscorum lex fuit talis: *Qui domum
" alterius vel noctu vel interdiu suo tantum
" consilio volens incenderit, capite puniatur,
" cap.5.leg.2.pag.mihi* 476. Huc denique pertinent Langobardorum (à quibus molendina & res feudales tale nomen & jura habent, qua de re alibi) leges ita promulgatæ: *Si quis casam* (de qua antea) *alienam
" esto* (sive sub dolo, astuto ac versuto) *ani-
" mo, quod est voluntarie, incenderit; in triplo
eam, quod est sibi tertia sub æstimatione pre-
" tii cum omnibus, quæ ibi cremata fuerint,
" secundum quod vicini homines bonæ fidei ap-
pretiaverint, restauret. Et si aliqua de hoc
" quod intrinsecus concrematum est, orta fue-
" rit intentio, tunc ille qui damnum pertulit,
juratus dicat, quantum in eadem casa perdi-
" dit, & omnia, ut dictum est in triplo restitu-
" entur ab alio, qui hoc malum voluntarie per-
" petraverit.lib.1.leg.Longob.tit.19.leg.1.pag.
mihi* 547. Expressa vero & ad rem magis
" altera eorumdem constitutio, quæ incipit: *Si quis molinum* (hoc est molendinum) ut alibi indicavi plurib.) *alterius asto animo
" incenderit, id est, voluntarie in triplum eum
" restituat, sub æstimatione pretii, cum omni-
" bus quæ intus cremata sunt.d.tit.19.leg.4.* De quibus non modo legibus quid sentiendum sit, supra aperui: sed etiam Langobardos scriptorum nobilissimorum suffragio Suevos fuisse, ait Henricus Bebelius *in epit.laud.Suev.pag.mihi.*38.

20 Sexto & ultimo loco demum † infertur: Quandoquidem consuetudo valet, ut ob enormia quædam delicta, delinquentis bona devastentur; nominatim vero domus, in qua delictum seu crimen commissum est, vel confiscetur, vel diruatur, ac solo æquetur: an illud in ædificiis quoque moletrinarum obtineat, & quibus in casibus hujusmodi pœnæ inrogentur? Summo digito indicabo, *quæst.* 83. *num*......

QVÆSTIO XL.

De Violentia inqvietativa ratione molendinorum; & qvidem de impediente, simulqve lædente ac de damnis variis?

SUMMARIUM.

1 Violentia impediens inquietativa & lædens tertia species est.
2 Ea ex variis non modo causis oritur, & multis occasionibus committitur: sed etiam in genere omne lucrum & damnum conprehendit.
3 De lucro cessante & damno emergente agentes celebrioresque autores ubi inveniendi.
4 DAMNUM quomodo describatur, seu quid sit?
5 Id in nostra quoq; materia multis fit modis, cũ n.6.
6 De eo tamen litigant Dd. ut ibi plene cum seqq. ubi de Iurium diversitate, & nominatim ex libro Gothico, junctis num.seqq. item Actis Brunswicensibus.
7 Damnum & injuria non tantum in plerisque considerantur: sed etiam in hac ipsa tractatione molendinaria de lucro quiescente & intercepto intelliguntur.
8 Lucrum cessans & illud Rebuffo dicitur, quod pendet ex alterius, & quidẽ boni viri judicio.
9 Idem censet l.2. D.de flumin. spectare ad lucrum cessans vel æstimabile, & non ad petibile voluntarium.
10 Perdere lucrum per diuturnum tempus quæsitum & acceptum, est damnum pati.
11 An, quomodo, quove in loco, & à quibus molendina quis cum vel sine alterius damno ædificare possit? remissive ad quæstiones superiores & VVesenbecium.
12 An licitum sit prohibere vel nunciare, ne quis molam exstruat, seu aquam ducat, relative iterum, cum num.seqq.
13 IUSTINIANI Imp. sanctio de damno à molis aut aqua dato, juri civili quæ non contradicit.
14 Francorum, Alemannorum & Phrysiorum leges parallelæ.
15 Impeditus quid & quo remedio agere debeat, magis remissive.
16 Si quis opus nunciaverit, & is non paruerit, quid tunc incipiendum?

17 Si damnum ex restagnatione aquæ ortum fuerit, dolo, culpa vel casu fortuito, num. 18. 19. & 20.
18 An is qui molendinum habet & promisit salvam incorruptamque tenere causam, obstrictus sit ad aliquid præstandum, si aqua nimia superveniens aggeres rumpat, & circumhabitantes damno afficiat? ubi de dolo, culpa, casibus fortuitis, inundationibus, aquarum impetu, ac nubium ruptura, cum num. 19 & 20.
19 Ripas, littora, fossas, lacus, stagna, aggeresque exstruere ac reficere, publice interest. Ubi additur, quomodo & à quibus reficiantur, cum legibus, consuetudinibus, & personis diversis.
20 Argentræi decisio & lex Gallo-Britannica de isto casu: cum similibus ulterius de aggeribus, casibus fortuitis, aquarum emissariis ac eorum magistris, German. Siel-und Teichgeschwornen.
21 Ille qui tenetur ad expensas reficiendi molendinum, si supervenerit inundatio insolita, an teneatur?
22 Si ob ingentem pluviam & aquarum multitudinem ligna vel res aliæ quorumdam auferantur, deferanturque ad aliorum molendina iisque noceant, ad quale utriusque materiæ domini jus habeant: cum encomio Iacobi de Beluiso.
23 Res vi fluminis ablatæ num fiant occupantis?
24 Hic non tantum damna & molarum diversa genera, utpote navalia, ripatica & ventosa: sed etiam personas, res & animalia, detrimentum adferentia in considerationem veni.e, deque iis lites oriri. Quod ex anterioribus & in sequentibus exemplis patefit.
25 De damnis ab hominibus, quadrupede & rebus aliis illatis multas quoque oriri rixas, ac non leviorem curam efflagitant.
26 Quid dicendum, si equus damnum intulerit, ut ala molæ confringatur; cum consuetudine Gallica.
27 Si quis de ablatione sui frumenti, aut damno in moletrina accepto conqueratur, quid agendum? Argentræi altus casus, & cum lege patria definitio ex jure communi.

1 TErtiam † speciem supra constitui ac descripsi violentiam impedientem seu 2 inquietativam: quæ non tantum ex † variis causis oritur, multisque modis committitur; sed etiam late sumta quodvis interesse, utilitatem, lucrum, & è contrario impedimentum, damnum ac detrimentum insuper continet, ut ibidem laudati Dd. fusius addocent, præterq; illos Bertachinus *part. 2.* 3 *repert. verb. damnum. lit. D.* & de † lucro cessante & damno emergente, quos magno numero adcumulavit Joh. del Castillo *part. 2. quotidian. controvers. cap. 1. per tot.* & ante ipsum Andr. Gailius *lib. 2. obs. 6.* in quibus integra istius materiæ elaboratio reperitur, ex iisque necessaria repeti possunt. Hic summa saltim sequar fastigia rerum, & quæ expresse huc facere videntur, fideliter adsignabo.

Damnum quidem † communiter sic de- 4 finiunt, quod sit deminutio aut ademtio patrimonii, Polyd. Ripa *tract. de noct. temp. c. 36. n. 39. per l. 3. ubi* Bart. Ripa, *Zas.* Coras. Gothof. & Dd. alii *D. de dam. inf.* Schneidewein. Klingius, cæteriq; *ad tit. Inst. de L. Aquil.* sive damnum est, quod de suo cuiquam abest aut perit, juxta Argentræum *ad dd. consuetud. Britann. articul. 38. num. 4. p. 143. articul. 184. glossa tertia, in princip. pag. 586.* & Bargalium *dict. tractat. de dolo. lib. 2. cap. 2. numero 28.* aut deniq; est incommodum, quod alicujus facto vel injuria, cum propria, tum aliena sentimus, ut per nonnullos textus mavult Johannes Gæddæus *ad leg. aliud est. 71. §. hæc verba 1. numero quarto. Digest. de verborum significatione.*

Quod multis † modis & in hac ipsa no- 5 stra materia fieri perspicuum est. Aut enim commodum recedit vel impeditur, quo minus adveniat, per prohibitionem, sive denunciationem, restagnationem, inundationem, incendium, destructionem, lucri interversionem, præclusionē, & per quodlibet detrimentum, rebus molendinisque nostris adveniens. Unde de † damno Dd. 6 non consentire hoc in loco, supra me dixisse memini: an de lucro decedente per aliud fabricatum molendinum; vel de raritate hominum, der Mahlgäste/ non ita crebro prius illud adeuntium sit intelligendum; vel interdictis locus esse debeat, si

aqua

aqua aliter fluat, ipsiusque fluxus naturalis per molem istam deterior fiat; vel si cursus aliò penitus derivetur; vel cum eo simul usus molendini & aquæ, per talem ædificationem auferatur, ut ex casu formato patet à Petro Fridero *lib. de Interdict. tit. 6. num. 63. cum seqq. & tract. de [illegible]dat. cap. 38. nu. 2. 3. & 6.* quem post Bartolum adducit & sequitur Justus Mejerus in terminis *ad tit. Pandect. ne quid in flum. publ. thesi 7. per tot. pag.* 1186. junctis per discursum, quæ antea de locis, fluminibusque publicis & privatis latissime conpilavi, & quæ mox proferam. Discrimen potest quoque constitui molarum, ut iterum supra suo loco demonstravi, tum in jurium ac legum diversitate vis aliqua latet, quibus damna commensurantur, & satisfactio retribuitur; itidemque in genere an molæ exstructio prohiberi possit, cum à Principibus, tum Magistratibus ac subditis inferioribus, quod dependet *ex quæst. 7. 9. 10. 14. 15. 16. 17. & 18. per tot.*

Illud vero cum ex subsequentibus diversorum legibus & consuetudinibus, tum nominatim ex libro Iuris Gothici, vulgo das Jütische Lowbuch dicto, liquido apparet; secundum quod in Ducatu Schleswicensi, vi conpactatorum Anni 1573. judicatur, & à parente Ant. Heringio in causis aliis similiter adducitur *in tract. de fideiuss.* Ita autem ibi legitur: Jdt mach nemant van nyes up Möhlen buwen / he hebbe den den Dam und die Damstade. Doch so dat datwater nicht fleten up eines andern Wische oder Acker / und verhindere mit siner stouwinge neue andere Möhlengenge / de van oldings her gewesen sin. Wert nu ein solck Möhle gebouwet und ferdich gemacket / und blifft unbeklagtiget / (dat de jenne / de se gebuwet hefft / sein Lawhaffd / *id est*, dryjahrigen besitt unbeklaget darinne erlanget) § So magh he nemen twölffe syner negsten angebarne Frunde / und beschweren de tho flot und Water lop / Dam und Damstede / und des Dammes grund und bodden.

§ Lawhaffd is de rowlide drier Jahre besitt: klaget oder sprickt jemant up de Moele ter se fardich gebuwet is / So schal man dar Ehrliche Lüde thonömen / tho snenes lüden / de dar besehen und betügen / effte up sinen egen edder up anderer Lude grund gestowet sy / wente nemant mach stouwen / graven edder hußbawen up eines andern Mannes grunde und bodden / ane sinen Willen. Lowbuch *libr. 1. cap. 57.*

Pariter superiora patefiunt ex relatione germanica, quam illustrissimus Princeps Henricus-Iulius inserit Actis Brunswicensibus, hisce verbis: *Anno 1318. die Martini* hat Hertzog Otto / mit dem Zunamen der Milde / die Mühlen in Braunschweig noch eingehabt. Dann als bey Lebzeiten S. F. G. Herrn Vattern / Hertzogen Alberti / eine neue Mühle zu Herwardessen erbawet / und der Fürst im selbigen Jahr mit Todte abgangen war / haben bey hochgedachten Hertzogen Otten die benachbarte Müller inständig angehalten / gedachte neue Mühlen zu Herwardessen abzuschaffen; auß Ursachen / weil dieselbe jhnen an jhrer Nahrung mercklichen Schaden thäte. Hierumb hat hochermeldter Fürst Otto / nicht allein S. F. G. ansehenliche Rähte und Hofdiener als Heinrichen und Ludolffen von Wenden / Jordan von Wenthausen / Rudolff von Garsenbüttel / alle Ritter / sondern auch neben diesen den Gogreffen zu Saltzdahlem / dem Voigt zu Wolffenbüttel / und S. F. G. eigene Müller in Braunschweig / als bey Namen Hildebrant den Müller zu S. Egidien

dien/Herman/den Müller in der Dammühlen / und Herman auß der Sutmühlen/gen Herwar dessen abgefertigt/deß Orts Gelegenheit zu besichtigen. Diese Personen / nach fleissiger Beschawung beyde Wasser und Mühlen / haben Richterlich gesprochen/daß die Mühle zu Herwerdessen/weder an Wasser noch Weyde / jennigem schädlich wäre. Ist also von hochgedachten Fürsten die Mühle befreyet/ und bestättiget. *part.* 1. der Braunschw. Histor. Händel.*membr.*1.*capite nono, numero octuagesimo,pagina* 116. *juncta supra quæstione vigesima tertia, numero decimo quinto, decimo sexto,quæstione vigesima septima, numero undecimo,infra quæstione* 45. *numero* 26.36.38.

7 Atque sic † damnum & injuria (quæ duo in multis adtenduntur) etiam lucrum ac utilitatem pariter, cessantem vel interversam conprehendit; non modo aliàs. *lege* 3.§.*final.ubi gloss.D.de eo quod certo loco. l.si commissa.D.rem.rat.hab.* pulchre Althusius de toto hoc argumento *libro* 1. *dicæol.cap.*34.*numero* 36.*usque ad* 45.*cap.* 116. *cap.*137.*cum tribus sequentibus fere per tot.* sed etiam proprie in præsenti de molendinis & aquis quæstione; ad quam transfert Wesenbecius *consil.*34.*num.* 14.*part.*1.*l.* 2. §.*merito Digest.ne quid in loco publ.l.* 2. & 3. *Digest.de rivis.l.manifeste. Codic.de ser-*

8 *vit.& aqu.* Lucrum vero † cessans & illud,quod pendet ex alterius arbitrio, vocat Petrus Rebuffus *in repetit leg. un. Cod. de sentent.quæ pro eo quod int. in glossa prima, numero* 24.*& in gloss.ult.numero* 15.quibus

9 in locis per varia † etiam exempla declarat, sæpius in hac tractatione nostra allegatam, *l.quo minus* 2.*D.de flumin.* respicere ad lucrum cessans, vel ad interesse æstimabile, non petibile; quod est justa alicujus utilitas,ut Althusius ibidem docuit.

10 Similiter post alias inductiones huc spectantes,perdere † lucrum per diutinum tempus quæsitum seu irradicatum & incorporatum,esse damnum quoque pati, secundum glossam, Bartolum, Baldum, Angelum, Alexandrum, Jasonem, Rebuffum, & Tiraquellum, testatur Wesenbecius *dict.consil.*34.*numero* 3.*part.*1. *& consil.* 67. *numero* 7. *per tot. part.* 2. Quibus addo nunc plenius istud cum similibus tangentes Romanum & Ripam *in d. l. damnum* 3. *D.de damn. infect.* postque illos Iohannem Corasium *in comment ad l.si finita* 15. *in prælud eodem titul.vol.*1.*oper.juncto lib.*2. *miscellan. cap.*12.*numero* 6. *vol.* 2. Ante illos vero alii id ita limitarunt,ut damnum non censeatur, amittere id quod erat quæsitum,si revertatur ad eum res à quo processit,juxta glossam & Dd.*in l. ea quæ* 57.*D.de donat.int.vir.& ux.* Pinellum *l.*1.*pag.*3.*numer.*52.*pag.*306.*C. de bon. matern.juncto num.*58.*eod. tit.* Quocirca ad-

11 ductis à me † quæstionibus fuse exposui: An,quomodo,ubi & à quibus molendina licite exstrui possint; numque sic cum vicinorum aut aliorum damno ut id fiat,permissum sit, præter ibi adducta declarat Wesenbecius *d.consil.*34.*& consil.*67. *per tot.* Argentræus *ad consuetu. Brita.tit.*17. *art.*374. Quibus omnibus diligenter consideratis facilis responsio est ad ζήτημα

12 generale: An † concessum sit interdicere vel prohibere, ne quis molam novam vel cum evidenti alterius damno ædificet? Decisio in terminis peti potest ex jure Canonico. *cap. cum olim.*32. *extr. de offic. de leg.* & Franc. Marco *quæstion.*106.*pag.*2. inque facti specie simili Argentræus quædam

dam habet *dict. tit. 17. art. 371. juncta q. 17. numer. 29.* adjunctis etiam his, quæ Bartolus, Ripa, Zasius, Wesenbecius, Busius, Meierus, & Doctores communiter ac singulariter notarunt *ad tit. D. & C. de novi oper. nuncia. juncto tit. de damno inf.* Akhusius *d. lib. 1. c. 137. n. 22. cum seqq.* Henr. Bocerus *class. 4. disp. 18. per tot.* idem Bartolus, Iason & Ripa *ad tit. D. de flumin.* utrumque de operis novi nunciatione plene Wesenbecius *consil. 136. per tot. part. 5. juncto consilio 197. numero 32. 39. 40. 43. 44. part. 4.* & an quis possit destruere opus, in suo fundo vel flumine quod exstructum reperit *tract. cons. 298. part. 6.* Videre id quoque licet † ex Imp. Iustiniani legibus georgicis sive rusticis, ubi ita legimus: Ἐὰν τὸ ὕδωρ ἐρημοῖ χωράφια, ἢ ἀμπελῶνας τὸ ἀπὸ τοῦ μύλωνος κατερχόμενον, τὸ ἀβλαβὲς τούτων ποιείτω ὁ κύριος τοῦ μύλωνος. εἰ δὲ μὴ, ἀργείτω. Ἐὰν οἱ δεσπόται τῶν χωραφίων, οὐκ ἐθέλωσιν ἵνα διέρχηται τὸ ὕδωρ δι᾽ αὐτῶν, τοῦτο ἄδειαν ἐχέτωσαν. *H. e.* Si aqua ex mola defluens, vel vineas disparit, vel agros sationales devastarit, damnum sarcito molæ dominus, alioquin mola cessato. Si agrorum domini noluerint aquam per eorum agros fluere, integrum iis esto id prohibere, *tit.* περὶ μυλώνων. *de molis 10. l. 8. & 9.* eademque à jure comm. non dissentire, ex qq. meis liquet, & nominatim illud probavit idem Wesenb. *d. cons. 67. num. 24. & 25. juncta num. 26. 44. 50. 51. 52. 60. cum seq.* Pariter Francorum † lege Salica ita cautum fuit: *Si quis viam, quæ ad farinarium (hoc est,* molendinum, in quo farinæ præparatio) *ducit, clauserit, DC. denar. qui faciunt solid. XV. culpabilis judicetur,* referente Dn. Goldasto *tom. 3. Const. Imperial. tit. 33. l. 3 pag. 9.* Eodem pertinent Alemannor. ac Phrysior. leges *sup. q. 15. n. 35. & 36.* Impeditus ergo † juris civilis beneficio quid agere debeat, qvo minus aquam fluminis ad usum molendini ducere vel ea uti, aut molam ibi fabricare queat, dixi cum citatis qq. tum de clusis aperte evolvendi sunt autores. *qu. 19. n. 16.* obiterque id tangit Berta. h. *in repe. verb. molend. n. 38.* & dicam, quando de mandatis, interdictis & actionibus erit locus agendi. Quid vero dicendum, si † is, qui damnum patitur, denunciet alteri, ut clusam suam tollat, neq; id fiat? Ex iisdem Interpretibus meisq; qq. resolve, & nunc adjunge Pileum *in q. suis aureis, q. 10. & 11. per tot.* quarum contenta ponam, ubi de actionibus contra damnum inferentes, aut possessionem turbantes competentibus agere incepero. Ab iisdem pendent vicinæ quæstiones: Nimirum de † damno dato à defluente aqua ex mola, sive ex restagnatione aquæ, wegen Aufschwellung des Wassers/ *d. qu. 19. nu. 16.* Wesenb. *d. cons. 67. n. 24. & 25.* Licet enim de jure civili cuivis in suo sive proprio solo & flumine privato molentrinam ædificare, ita ne alteri noceat, aut aquæ commodum alteri eripiat, aut alter us incommodo fiat, qui anterius aut inferius habeat molendinum: nihil enim horum licere posterius ædificanti, ut nec submergere proximos fundos, aut uligine replere, dicit Argentræus *d. tit. 17. consuet. Britan. art. 374.* illamque Doctorum esse tractationem addit *in d. l. quo minus. D. de flumin.* Boerii *decis. 125. & cons. 24.* cui adjungo Mod. Pistoris *d. cons. 19. vol. 1.* Hæcque tam respectu molendini proprii, vicini seu superioris & inferioris, quàm ratione molæ noviter exstructæ, aut communiter uno vel duobus pluribusve locis possessæ interpretor, quod alii membrum ita declararunt: Si duo habent & possident licite in eodem flumine duo mo-

molendina, & is qui habet in superiori parte, tempore siccitatis æstivæ, vult aquam fluminis colligere, & restagnare, das Wasserschützen/ut per hanc aquæ collectionem mola sua fortius molat; an possit hoc facere invito alio, qui habet molam inferiorem? Memini me id alibi tetigisse; & Bartolus quidem *in l. quo minus. n. 17. D. de flum.* distinguit: Aut inter superiorem & inferiorem litigantes ea de re convenit, & tunc pactum est servandum, *arg. l. 1. §. si quis hoc cesserit de aq. quotid. l. qui retiario de pign. act. l. 1. §. 1. ne quid in flum. publ.* eodemque modo servanda est consuetudo regionis. *l. 1. §. fin. l. 2. in princ. D. de aq. & aq. pluv. l. 5. C. de agric. & cens. lib. 11. juncta l. semper. 34. D. de reg. ju.* Aut superior vel inferior prius molendinum construxit; tunc si superior prius ædificaverit, potest restagnare aquam, modo id non faciat principaliter hoc animo, ut noceat alteri, sed ut sibi prosit, neve obsit, *d. l. 1. §. fin. l. in summa. 2. §. idem Labeo aut si vicinus 9. D. de aq. plu. arcen. l. Proculus. D. de dam. infect.* si inferior prius construxit, tunc superior non potest hoc in ipsius præjudicium facere, juxta practicam Ferrariensem *in form. libell. action. confess. sup. verb. servitus aquæductus numero 9.* Joh: Schneidew. *in tract. de feud. p. 2. numero 52.* & Iohann. Saison *in consuet. Turonens. rub. des droictz de basse justice art. 4.*

18 Ideoque etiam tam ratione molendini, quàm clusæ disceptant. An enim is qui † molendinum habet, & promisit salvam & incorruptam tenere clusam, den Mühlenkolck/*sup. quæst. 19. numero 3.* teneatur, si aqua nimia superveniens (quo de negotio & fluminis violentia adcommodatissimæ loquutiones habentur *in leg. 2. §. vis flum. 7. §. seq. 8. vers. cum tamen. D. si quis caution. in jud. sist. l. 20. §. 1. D. de serv. rust. præd. 8. D. fin. regundorum.*) aggeres rumpat, & circumhabitantes damno afficiat, late disputat Baldus *consil. 119. volum. 1.* ubi eleganter explicat, & adhuc melius *in consil. 145. numero 1. & passim in 3. volum.* Vide etiam *consil. 36.* inter consilia Claudii Cantiunculæ, quod de hac quæstione tractat, & ad hanc rem *l. fluminum. §. Servius. D. de damno inf. l. damni. 43. in pr. D. eod. tit. l. contractus. 23. in fin. D. de reg. ju. juncta l. fistulas. §. frumenta. D. de cont. emt. Gloss.* Lehenrecht. *cap. 1. item l. si cui aqua. 1. in princ. & §. hæc autem. 1. D. de aq. plu. arcen.* Nec minori cum fructu adhiberi possunt, quæ de dolo, culpa & casu fortuitu in terminis fere integris libris sparsim adcumularunt Sebastianus Medices *tractat. de fort. casib.* Ccl. Bargalius *tractat. de dolo.* Argentræus *titul. 24. consuetud. Britan. art. 599. & articul. 596.* Rittershusius *ad dict. l. contractus. 23. in protheo. cap. 4. 5. 6. & ad ips. leg. c. 18. p. 40. & 246.* ubi præter recensitas species casibus fortuitis adcenset aquarum magnitudines sive inundationes & cataclysmos, sive diluvia, quibus homines & jumenta aliaque pecora abripiuntur & suffocantur, adeoque etiam tota ædificia, casæ & similiter molæ deteriorantur vel diruuntur, ac subvertuntur.

Quo etiam pertinet vis ista fluminis, & altera, quam vocant Germani Wolckenbrüch/quasi dicas nubium rupturam, quæ irruentem quasi aquarum copiam cœlo demittit. Quæ omnia historiæ & quotidiana exempla abunde commonefaciunt, in Phrysia aliisque in regionibus, ubi molendina & animalia satis multa habentur. Confer Cornelii Kempii *libr. 1. de orig. Frisc. cap. 3.*

Si quid igitur hujusmodi prædictorum acci-

acciderit, ſciendum eſt ex hac regula, non eſſe id ab aliquo vel in ullo bonæ fidei judicio præſtandum. Sed recte hic quoque valere monent exceptionem illam, Niſi culpa alicujus intervenerit ſive præceſſerit: quod accidit, ſi cum inundationi aquarum tempeſtive obcurri potuiſſet, eaque vis averti, obpoſitis aggeribus ſive molibus, & munita ripa vel littore, id facere quis neglexerit: Item, ſi quis moras nectere, & diverticula in itinere quærere, quàm rectà progredi maluerit; atque ita deinde cum rebus penes ſe habentibus, culpa ac mora ſua inciderit in impedimenta propter aquarum impetum & eluvionem. Videatur Antonius Delrio *in fine cap. 27. ad eamd. l. 23. per l. 1. Cod. de alluvion. & l. un. D. de ripa munien. cum ſimil.* Ubi rectiſſime Weſenbecius ex Ulpiano 19 ſubnectit: Ripas † fluminum publicorum refici ac muniri, utiliſſimum eſſe, ne damnum agris ex curſu aquarum detur. Quod de maris quoque littoribus intelligerem: quandoquidem citato titulo in fine idem Ulpianus, hoc de lacuum, foſſarum & ſtagnorum munitione exaudit, etiamſi in edicto iſto Prætoris expreſſe nil cautum fuerit. Quare aggeres maritimos, aut fluminum ripas rumpentes, non tantum dixi *ſup. q. 15. num. 31.* Sed etiam nunc ſubpleo, quod de Jure Provinciali ſive Saxo. ad riparum munitionem vicini teneantur, Landr. *lib. 2. ar. 56.* de qua re uti & de loco ac ſitu ipſo, deque aliis lis oritur *in l. 1. §. fin. l. 2. & fere per tot. tit. D. de aq. pl. arcen* ac diverſas in patria mea & vicinis partibus ſive regionibus exſtare conſuetudines probe adhuc memini, & fatetur etiam Dn. Gryph. *mox alleg. c. 28. n. 43. 60. 61. tr. de inſulis.* Vnde per Bithyniam quoque & cæteras provincias (quod in genere de reliquis Imperio Rom. ſubjectis locis maritimis exaudiendum, cum non ſpeciale mandatum, ſed de iſtis regionibus conſulti Impp. tale reſcriptum emiſerint, quod cum aliis in Codice & jure civili obcurrentibus conſtitutionibus ad ſimilia Dd. transferunt, de quibus ipſi Auguſti ſanctiones eaſdem poſuiſſent, ſi de facto homines ipſorum oracula adiiſſent) poſſeſſores in reparatione publici aggeris, & cæteris hujuſmodi muneribus pro jugerum (nobis Juck quaſi Jug oder Joch dictorum; veluti aggeres quoque Teiche / Saxo. Dihke ſive Dieke quaſi Dicke / vel craſſa & congeſta moles; & per alluvionem adjectam ac quaſi vallis ita munitam incluſamque terram, ein geteichtes Land vocant) numero vel capitum, quæ poſſidere noſcuntur, dare coguntur *ex l. 2. C. de immunit. nemini conced. lib. 10.* ubi Bartolus & Jacobus Rebuffus id notant, refici fluminum ripas debere, habita ratione expenſarum pro modo patrimonii: idque poſt hunc & Corſetum de riparum, viarum & aggerum reparatione, cum quotidie obcurrere poſſit, eò magis obſervandum eſſe ſuadet Gothofredus *in d. l. 2. addito tit. C. ſumtus injunct. mun. ad omnes coll. pert. cum rub. Cod. de ſumt. recup.* Ita ut etiam clerici poſſint cogi ad contributionem; propter communem timorem & periculum inundationis, teſte Alphonſo Alvarez *in Speculo Roman. Pontif. c. 35. num. 30. juncto d. tit. de immunit. nemi. conced. lib. 10. tit. de navib. non excuſar. lib. 11. l. ad inſtructiones. 7. ubi Dd. C. de SS. Eccleſ. l. ad portus 7. C. de operib. public. Novel. 149. c. 3. juncta ſup. qu. 25. n. 13. cum 7. ſeqq.*

Quod cum rubricis hiſce ac legibus optime convenit, nec multum recedit iterũ

patria consuetudo; qua Ministri Ecclesiæ ratione fundorum patrimonialium, sive per hereditatem acceptorum, suis sumtibus, operariis ac jumentis aggeres istos reficere aut instaurare tenentur; si tamen penitus aut maxima ex parte aquarum impetu ablati fuerint, vel ad agros parochiales isti aggeres pertinuerint sumtibus vel auxiliis suis subditi eosdem reparare solent; daß er seine Erb- und eygenthumbliche Teiche sonst selbst erhalte / die auch zur Pfarr oder den Kirchengütern gehören/ und welche durch Gewalt deß grossen Wassers von Haupt ab am Grund weggerissen/ pflegen die Pfarrkinder/ oder so in demselben Kirchspiel seß- oder wonhafftig/ nach jedes Vermögen und guten Willen/ auch nach seinem Wohlverhalten mit gesampter Hülff/ oder gantz wiederumb mit jhren Wägen/ Pferden und Knechten auffzuhelffen und zu verfertigen. In quo propter gratitudinem, commiserationem & labores pro ipsis exantlatos, aut immunitatem à Principe concessã, laudandum est eorundem studium; quod etiam officialibus ac præfectis suis, vulgatiori nomine Vogte dictis; haut gravatim exhibere consueverunt. Confer ista *cum q. seq. 41. arg. l. 2. ibi: quos esse sibi detractos reip. membra non queruntur. C. de apparit. procon. lib.* 11. Gryph. *d. c. 28. per discur.* Bart. *& Dd. ad l. ab omnib. D. de leg.* 1. Natta *cons.* 431. *n. 12. lib.* 1. Losæo *tr. de ju. univ. par. 3. c.* 10. Althusio *lib. 2. dicæol. c. 3. n. 60. 61. 62. p.* 534. & Maulio *tr. de homag. t. 9. sparsim fere per tot.* Cæterum ad priora redeundo totam illam controversiam ab † Argentræo denuo breviterque rotunda dictione decisum esse judico. Præmittit enim hanc Britonum legem, Gallicis verbis conceptam, & ita Latine redditam: "*Si per moletrinas aut res similes damnum detur alicui, domini dictarum moletrinarum, aut aliarum rerum, non tenentur, nisi eorum culpa versetur, d. art. 596.*" Quem casum nonnunquam accidere, nemo inficias ibit. Nimirum prælibatis suis superioribus expositionibus cum subitis imbribus aucti lacus & stagna incubuere validius, & superatos aggeres proruere, tum ingenti vi torrentes per acclive & angustum abrepti obvia queq; sternunt & perturbant inferiorum molendinorum dominos, cum superiorum domino vel pluribus agunt, & quod illius aut istorum facto acciderit damni, restitui sibi unus aut simul petunt. Ubi sane casus sedulo sunt distinguendi, nec confundendi, etiam amplius quàm præfatæ leges & consuetudines disponant. Nam si molendinum juste habetur, & suo jure ædificatum, ab antiquo habet dominus superior, si quid inde accidat, inter casus fortuitos habendum est; qui à nullo præstantur, late Medices *d. tr. de casib. fort. Doctores in l. quæ fortuitis C. de pignorat. act. Prattaus lib. 3. regul. ju. tit. 9. Ripa tract. de peste cap. de privil. cont. cau. pest. 1. passim* Zasius *ad l. si quis nec causam n. 15. D. si cert. pet.* Heringius *tr. de fidejuss. cap. 20. §. 27. n. 16. c. 24. n. 210. c. 26. n. 48. & 52.* inter quos nimia quoque pluvia connumeratur, *in d. l. fistulas §. frumenta D. de contrah. emt.* Baldus *cons. 175. n. 4. vol. 4.* Excipe tamen priori modo, si culpa præcesserit casum: Juxta eosdem namque culpæ genus est, male-firmos aut perfossos vel diruptos aggeres tenuisse, schlimme/ verfallene/ zerbrochene und löcherhaffte Teiche oder Dämme haben: qui propterea aquam continere non potuerint, retenturi si sarti fuissent; vel cum aquarum emissaria (portas alii vocant sive januas, tempore fluxus

&

20

& refluxus marini apertas vel clauſas, ac pro ratione agrorum nimiam ſuperfluamque aquam emittentes, vel recentem deferentes per foſſas manufactas, noſtratibus ſimpliciter Sieldeepe aut deepe vel Siele oder Schleuſſe und Thüren / ſo zur Zeit Ebbe und Fluht auff- und zugehen / oder dadurch man das übrige Waſſer vom Land ab oder nach Gelegenheit friſches wieder hinein lauffen läſſet Gryphian. *mox cit. cap.* 28. *n.* 56. quibus etiam, ut ideo curam earum gerant, mulctamque de aggeribus male-firmis negligentiæ repetant, certi ac jurati præficiuntur viri, vulgo dicti die Teich- und Sielgeſchworen / Phryſiis conciſius dick- und Sielſchwaren: pariter ac molendinorum magiſtri, die Mühlmeiſter *inf. q.* 45. *n.* 21. 31. confer Gryphiand. *d. tr. & cap.* 28. (parſim hæc tangentem) in magna eluviæ non ſunt aperta, vel pro occaſione tempeſtatis clauſa, aut piſcariæ altius quam debuerunt ſtructæ, & aqua in aggerem graviori mole ita incubuit, ut inpelleret, & ſi ſolito more non eſt permiſſa decurrere: nam quod quis inculpabiliter facit, ſi inde nocitum ſit, vicino ab faciente præſtatur, qui caſus eſt, *l. qui occidit* 30. §. *in hac* 3. ubi Gothofr. *D. ad L. Aquil.* Quod ſi de novo molendinum eſt ſtructum, ſi non jure factum eſt, omnimodo præſtandum eſt à faciente, quocumque modo occaſionem damni dederit, *arg. ſup. q.* 15. *nu.* 56. 57. 58. 59. 60. Sin jure habuit, videndum an vitio infirmi operis, an alia culpa acciderit. Ab opere ut ſibi caveant prudentes patresfamilias ſibi cautionibus conſulere ſolent aut certe debent, pleriſque cognito & perutili uſu *ex d. l.* 1. *ubi Dd. D. de Ripa munien.* quod ex opere damni intra decem proximos ſequentes annos contingat, vel damni infecti. Sin cautum non ſit, omnino L. Aquilia agendum, ex eo quod ab opere vel culpa nocitum ſit, *d. l. uń. ad fin.* Althuſius *d. lib.* 1. *dicæol. c.* 116. 137. 138. & 139. Cætera quæ ſine vitio operis aut culpa domini contingunt in fortuitis habenda eſſe, idque diſcere Advocatos debere jubet idem Argentræus *d. lo. pag.* 2049.

His vicinum eſt dubium: Ad molendini in † reficiendi expenſas qui tenetur, an obligetur ad damnum ex immodica datum inundatione? Ad quod licet præviis multis illationibus reſponderi poſſit, tamen illæ apud alios plene reperiuntur; ac non teneri ipſum infert Sebaſtianus Medices *in d. tract. de caſibus fortuit. part.* 1. *quæſt.* 15. *num.* 5. *pag. mihi* 142. & ante eum in terminis M. Ant. Natta *conſil.* 256. *vol.* 2. 21

Si vero † propter magnam pluviam & inundationem, flumen auferat trabes & ligna particularium perſonarum, & illa irruant in molendinum, illudque damnificent (ceu dicunt quæruntve) ac devaſtent, quid tunc juris? Si iterum culpa aliqua dominis poteſt adſcribi, ex ſuperioribus autoribus late videndum, quid veniat præſtandum, aut non: ſin ſecus *hoc eſt* culpa probari nequit, ligna poterunt retineri à dominis molendinorum (quod tamen ſine temperamento non ita unde concederem) pro eorum damno, & nulla fienda erit reſtitutio dominis lignorum, niſi damnum emendent; ſi credimus nonnullis, qui moventur *l. quintus & l. fin. D. ad L. Aquil. l. juris D. de incend.* Jacobus de Bello viſu (quem octies librum feudorum perlegiſſe, & textus feudales perfecte intellexiſſe dicunt; ita ut merito illi parti in dubio adhærendum, cui Belviſus adſtipulatur, dicente And. Scheffero *part.* 1. *pract. quæſt.* 33. *numer.* 9. & 10.) *in pract. crimin.* 22

tit. de furtis verſ. aut illa res vacat num. 52. Pract. Papienſ. *in for. lib. confeſ. gl. verb. ſervitus la. 2. aquaductus numer.* 14. Franc. Marcus *deciſ.* 889. *num.* 26. *p.* 1. Corneus *conſil.* 282. *col.* 2. & 3. *vol.* 4. Stracha *in tractat. de mercat. tit. de navibus numer.* 22. Cavalcanus *deciſ.* 27. *numer.* 59. *part.* 2. *mihi fol.* 176.

23 Et ſic etiam intelligenda † doctrina Federici de Senis *quaſt.* 107. *numer.* 1. & 3. ubi concludit, quod ligamina & aliæ res, quas fluminis impetus abſtulit, & alio deduxit, non efficiantur occupantis. Quare 24 videmus † hic non modo de variis damnis, deque rebus ac molarum diverſis generibus ſeu differentiis: ſed etiam de perſonis ipſis & animalibus, aliisque de cauſis con-25 troverſias acerrimas oriri; quas † plerumq; ad rixas & cædes, uſque incandeſcere, fatetur iterum Argentræus *ad d. conſuet. Britan. titul.* 18. *in princ. pagin.* 1532.

Quamvis enim poſterior hæc cognitio tenuis vulgo habeatur, neceſſaria tamen viſa ſemper fuit ſummis legumlatoribus, atque ipſi Deo *Exod. cap.* 21. Nec erubuit aliquando Modeſtinus Juriſconſultus, ex ultima etiam Dalmatia Ulpianum de ea re conſulere, *argum. l. ſi quis uxori §. ſi quis aſinum D. de furt.* Et fuiſſe Romæ crebras hujus generis quæſtiones innuit quadantenus poeta Venuſinus *lib.* 2. *epiſt.* Quibuscum confer Dd. tradita communia *ad tot. tit. D. ſi quadrup. paup. fec. cum ſimil.* Poſt Argentræum lege quoque Renatum Choppinum *cap.* 4. *lib.* 1. *de LL. Andeg.* ubi de pauperie & damno ab animalibus dato copioſe diſſerit. Ex iiſque deſumere poteris rei hujus deciſionem: 26 Quid dicendum ſit, ſi forte † equus cauſam det, ut ala moletrinæ ventoſæ ſive pneumaticæ aut (quod idem eſt) vento circumactæ corrumpatur & frangatur? Unde inter alia alibique idem Argentræus talem Britanniæ articulum proponit & exponit: „*Si equi aut carruca, aut aliæ res damnum dediſſent, damni reſtitutio fieret ſecundum rei valorem, & eo caſu quo equorum dominus, carrucæ aut aliarum rerum noxæ dedere ad damni reſtitutionem nollet, damnum ſarcire judicis arbitrio compelletur, art.* 595. *pagin.* 2046. & 2047." ubi lege; & quod talis caſus accidere viceverſa poſſit, ut ala molæ eqvum aut jumentum percutiat, videre exinde eſt, quod ſaccos cum frumento ad hujuſmodi molendina deferre iſta animalia ſoleant, ſicque damnum dare vel incurrere facile poſſint.

Poſtremo circa † perſonas hanc Argen- 27 træus movet loco alio facti ſpeciem & talem Gallo-Britannicam promit conſuetudinem, hujusque tenoris: „*Si quis de ablatione ſui tritici, aut damno in moletrina dato conqueratur, præſtito jure jurando ei fides adhiberi debet; niſi molitor antea denunciaſſet, ut triticum ſuum demetiretur: nec tamen ideo propter molentis jusjurandum debet molitor infamiæ macula aſpergi, dict. titul.* 17. *articul.* 364. *pagin.* 15. 18." Nec jus commune ab ea videtur recedere. Iſtud namque periculum inponitur ratione ſuſceptæ cuſtodiæ ut nautis, cauponibus & ſtabulariis; quod tamen non habet locum, ſi dominus tritici cuſtodem adpoſuerit, aut ſi denunciatum, ut ſervaret ſuum. Adfert *l. quærendum §.* 1. (*fortaſſis erit l. quarundam* 51.) *D. de acq. poſſeſ. Buſius ad l. quemadmodum* 8. *num.* 3. *eod.* Deinde æqvum ſane eſt, moram in admetiendo periculum in molentem transferre, non in molitorem, *arg. l.* 1. *§. ſed & cuſtodiam D. de peric. & com. rei vend. Buſſius ad l. id quod* 7, *num.* 6. *eod.*

Ter-

Tertium denique articuli iſtius membrum confirmatur; quia regulare eſt, quoties probatio fit per ſacramentum, ne tum reus extraordinarie aut criminaliter aut pœnaliter coerceri poſſit: eſt enim hæc privilegiaria probatio, quæ ad damni æſtimationem tantum valet; non etiam ad id, ut infamia veluti re plene probata, irrogetur; de quo lata tractatio Jaſonis *in l. admonendi num. 274. D. de jurejur.* Boerii *titul. de jurisd. §. 25.* Maſuerii *tit. de expenſ. §. 15.* & Chaſſanæi *tit. des justices §. 7. verb. ſuffiſamment prouue.* Atque ſic huic quoque parti pro temporis ac ætatis ratione iterum ſatisfecimus: pedem ad cætera pari induſtria jam promoveamus, donec portum aliquantisper conſpicientes, ultimam opellæ manum feliciter tandem imponamus.

QVÆSTIO XLI.

Molitores an, qvi, qvoties, qvando & qvibus ab oneribus ſive ſervitiis immunes eſſe debeant?

SUMMARIUM.

1 Summaria præcedentium repetitio, ac cum ſuccedentibus aperta conbinatio.
2 Subjungitur generalis controverſiæ ſtatus.
3 Initium deciſionis deſumitur inde; quod certis quibuſdam in Republic. hominibus, ob cauſas privilegia ac immunitates non raro nec immerito conceſſas eſſe deprehendamus.
4 Declaratur hoc deinceps exemplis parallelis; quorum ratio valet, & objectio quædam rejicitur.
5 Exemplum quid ſit, quidve Simile, & qualem efficaciam in jure habeant?
6 Ad molitores anne transferri poſſit, ſup. num. 2. & inf. num. 24. obiter indicatur, ac poſtea pluribus declaratur. Scilicet immunes eſſe qui Reipublicæ utiliter ac continuo inſerviunt.
7 Deinde, excuſationem quamlibet horum reſpectu facilime adtendi.
8 Demum, inſolita ſervitia in jure omnino prohibita eſſe: nec illa eſſe extendenda.
9 Adducuntur iſti, qui immunitate aliqua gaudent, ut ſunt: Negotiatores frumentarii, hic & nu. 12. 16. 22.
10 Cornicularii.
11 Cohortales.
12 Ruſticani.
13 Metallarii.
14 Navicularii cum num. 17. & 22.
15 Inſtitutores puerorum.
16 Portitores frumenti, cum num. 9. & 22.
17 Nautæ Tyberini.
18 Porcinarii.
19 Piſtores ac ſuarii.
20 Figuli publici.
21 Coqui, Barbitonſores & in Curiæ ſervitiis degentes.
22 Advectores annonæ ſup. num. 9. 12. 14. 16.
23 Fabri & artifices alii.
24 Molitores & furnarii ergo cur non? quinam? ab inductione figulorum & paritate rationis num. 20. & 23.
25 Imo majori ex cauſa & fructu: cum inductione à neceſſitate, ſubrogatione, æquitate & veriſimilitudine.
26 Concluſio præcedentis utilitatis, cum exemplis directis.
27 Vnde molitorum adprime neceſſarius uſus, quemlibet ad talem benignitatem provocare potius debet, quam avocare: & quod de bonis probisq; id intelligatur, qui manus ſervant continentes, aut ad bonam frugem redeunt; cum vicinis de bonis ac malis illationibus
28 Paupertas illis amica aut ſocia, nonnihil etiam relevaret: cujus indulgentia multa remittuntur, cum num. 30. 31. 32.
29 Quis vere pauper dici poſſit? remiſſive.
30 Iterum hoc in multis molitoribus obtinere, cum num. 28. 31.
31 Quid ſi culpa propria ad inopiam delapſi fuerint, vel celaverint facultates, aut ad eas poſtea redierint, illasque legitime auxerint?
32 Privatos ſeu cives etiam labore ſuo excitarent ut onera & ſervitia pro ipſis unanimiter ſuſciperent
33 Argumentum aliud à facili & ſimul utili: privilegia item quomodo interpretanda, & modica non eſſe curanda.
34 Vltimum ab onerum ſeu laborum multiplici numero, quo nullus etiam reliquorum eſt gravandus.
35 Vnde id de molitoribus patefiat: & ſecus eſſe ſi ipſi conſenſerint, eaque ſua ſponte aut tandem vocati ſuſceperint actu uno atque altero, vel diu ſæpiusque dominis eadem exhibuerint, & conſuetudo eſſet inveterata.
36 Concluſio brevis iſtius quæſtionis, deque autoris & lectoris mutuo officio: item de moletrinis ad monaſteria & religioſas perſonas devolutis.

1 MOlendinis igitur † legitime acquisitis & quiete possessis, transitum ad propinqua facio. Possessionem namque & dominium dixi novimusque esse vel acquirens vel amittens. Acquirendis consideranda veniunt membra & dependentia. Membra præcipua, seu plurimas acquirendi vias non modo exposui: sed etiam antea ab aliis nondum ita exposita vel ex professo enucleata pro modulo meo pertractavi; videlicet de rebus diversimode egi & molitoria arte ipsa, origine ejusdem, definitione, partibus, differentiis variis, rerum qualitate discriminata; de juribus item magistratibus & subditis ratione multiplici & circa separata conpetentibus, cum similib⁹ acquisitionum, contractuum & delictorum speciebus: nunc instat, ut de dependẽtibus à dominio disquisitiones instituam; ad quas refero libertatem seu immunitatẽ, servitutem, potestatem ac refectionem, pleraq; in præfixa tabula quæ adsignantur, concernentes; per ea quæ tradit Joh. Althusius *libro primo dicæol. cap.22.n.14.c.24. num.1.* Demum sequetur dominii vel possessionis amissio multivaria: tandemq; juris & tractatus nostri objectum ultimum, puta Actiones cum suis speciebus ac formulis agmen claudent. Quæ omnia & singula hac serie serio, σὺν θεῷ καὶ νῷ, pextexenda restant.

Principio haut frustra † quæritur: An 2 etiam molitoribus, quibus nam, quoties, quando & quibus ab operis seu oneribus conpetat aliqua immunitas seu relaxatio? cum mox dicturus sim, quod nimiis interdum servitiis prægraventur, servosque insuper ac operarios iidem alere & moleste conducere teneantur, ilico sim probaturus.

3 Qui hercle † Respublicas bene instituunt & gubernant, quique modum constituendi & administrandi præscribunt, inque istis degunt: moverunt, certis quibusdam hominibus privilegia nonnulla & immunitates variis ex causis haut inmerito dari atque conpetere; ut videre est apud *Dd. innotat. ad titul. D. de vacat. & excusat. muner. titul. D. de jure immunitat. cum similibus.* Georg. Acac. Enenckelium Baron. Hohheneim. N. Zanchum & Mart. Laudensem *in tractat. de Privileg.* Renat. Choppinum *tractat. de Privileg. rusticor.* Rebuffum, Lucium, Hunnium & cæteros *libb. de privileg. scholar. seu studiosor.* de Doctorum privilegiis P. Lenander, Jacob. Benius, Catelli, Cotta, Christ, Lancfranchinus scripserunt; denique Ferd. Paz. *de immunitat. libero. à muner. public.* adjũge Althusium *libro secundo dicæolog. capite tertio numer. 59. cum seqq. & in politicis cap. 15.* Losæum *tractat. de jure universitat. part. 3. cap. 10.* conpluresque alios.

Et quidem contingit (ut dixi) illud non personis omnibus, neque omni tempore, nec omni ex causa. Generalis tamen occasio immunitatis, ad quam omnes intermediæ tendunt, est COMMODUM & SALUS REIPUBLICÆ; cujus interest differentiam quamdam constituere, id quod laudati autores copiosius addocent.

Ego tantum pro suscepti instituti ratione † exempla adducam, quibus illud ipsum 4 illustrem ac deinde meæ scenæ inserviam non obstante conficto aut tam nude & taxative vel exclusive intellecto à quibusdam brocardico: In privilegiis non fieri de similibus personis ad similes extensionem, ut voluit Antonius Corsetus *in singul. voce: extensio 1. num. 3.*

Taceo enim, quod ad hoc varie sufficienterque alii respondeant: non urgeo, pri-

privilegia in ſpecie dicta differre ab immunitate & onerum relaxatione : nec regero contrarium cæterorum axioma, de perſona ad perſonam optimam fieri poſſe extenſionem, per ea quæ tradunt Hieronymus Gratus *conſil.5.numer.44.cum ſeqq. libr.2.* Jaſon.*conſil.154.libr.2.* & Paulus Montanus *tractat.de jure tutel. cap.12. numer.9.* nec objicio diſcrimen, ſi tale aliquid non tam perſonæ quam cauſæ, & utilitatis ſingularis ratione indultum fuerit, in quo caſu etiam Pontificios perſtringit Robertus Abbot *in exercit.de ſuprem. poteſt. reg. prælect.11.juncta l.16.D.de legibus* vel quod immunitas etiam quandoque proſit nonimmuni, qua de re agit Polydorus Ripa *in tractat.de noctur.temp. capit.40. numer. 70.71.74.101.102.* poſt Georgium Nattam *ſuper ſtatut.excludent.fœmin. quæſtio. 3.num.76.* & Gloſſam Accurſii *in l. fin. Cod.de muner.& honor. non contin. libr.10.* vel lex non reperiatur, qua cautum ſit, hoc vel illud quoſdam præſtare; cum (ut noſtræ quæſtioni id tribuam) molitores hodierni eorundemque ſtatus veteribus in plurimis fuerit incognitus. Ubi autem lex nulla vetans eſt, ſtatur regulis juris communis generalibꝰ & ſimilium imitanda ſunt caſuum exempla; & nova emergentia novo vel ſimili remedio & auxilio indigent *l.de ætate §.ex cauſa D.de interrog. act.text.& gloſ.in cap. cæterum, de juram. calum.Hering.tr.de fidejuſſ.c.13.num.18.*

5 Exemplum namque † argumenti genus eſt, quo particulari aliquo, vel majori, vel pari, vel minori, in ſimilitudinem ab identitate (ut ſic dicam) rationis adſumto, idipſum de quo diſceptatur, probamus, definitore Rudolpho Agricola Phryſio *de invent. libr.1. capit.5.*

Eſtque pene eadem hæc argumentatio cum loco à ſimili; à quo eo duntaxat nomine differt, quod exemplum ſit argumentatio: ac ratiocinatio à ſimili, locus argumentationis. Sed utrumque genus (quod hic conjungere ſeu confundere placet) Juriſconſultis veteribus ac recentioribus tam frequens exiſtit, ut nulla crebrior in jure obcurrat argumentatio. *arg. l. non ſolum §. qui primipilum D. de excuſat. tut. l. argumento D. de auro leg.l. ſi pater in fin.de ſolut.l. his ſolis C. de revor. donat.* cum aliis. Imo veteres id, quod exemplo fieret, jure fieri exiſtimaſſe, teſtis eſt Claudius Pratæus *libr. 7. regul. jur. titul. prim.in proleg.pag.914.*

Cum enim non poſſint caſus omnes, qui quandoque inciderint; nec artificia cuncta, quæ indies creſcunt, *l.legatis 65. D. de leg.3.* certis conſtitutionibus conprehendi: ex ſimilibus *hoc eſt*, parem rationem habentibus, deciſionem peti conveniens eſt, *l.neq; leges 10.l.& ideo 11. l.nam ut ait 13.D.de legib.* Coraſius *de arte juris part.4.cap.8.11.13.* Gæddæus *ad l.nominis 6.§.verbum 1.per tot.de V.S.* Inde recte dictum eſſe à prædeceſſoribus ſuis inquit Juſtinianus Imp.& ante omnes à Iuliano ſapientiſſimo: Nullam legem in Republica Romanorum, videri ad omnia ſufficienter ab initio promulgatam; ſed multa indigere correctione ac interpretatione, ut ad urbis utilitatem & naturæ varietatem, ejuſque machinationes ſufficiat, *Novel.74.in princ.* Atque ita quod de uno reſponſum eſt, de cæteris ſimilibus capitulis expreſſum intelligatur *l.fin.C.de conſtitut.pecun.l.his ſolus d.l.non ſolum §. qui primipilum*, & ita lex ſuppleatur, plenioremq; recipiat admittatq; interpretationē *l.oratio.D.de ſponſal.l.lex Julia D.de fun.dot. juncta l.ſcire leges 17.l.benigniꝰ 18.D.de leg.*

Nul-

Nulla enim juris ratio aut æquitatis benignitas patitur; ut quæ salubriter pro utilitate hominum introducuntur, eas nos duriore interpretatione, contra ipsorum commodum producamus ad severitatem, ut satis modeste respondet Modestinus *in l. nulla 25. d. t.* Ideo quia antiquiores leges ad posteriores trahi necesse est, & semper quasi hoc legibus inesse credi oportet, ut ad eas quoque personas, & eas res pertinerent, quæ quandoque similes sunt eruntve *l. ideo 26. D. d. tit. de legib.* adeo ut leges priores, quamvis abolitæ, in posterioribus interpretandis adhiberi possint, *capit. fuerunt §. paulatim dist. 7. juncta supr. quæst. 37. numer. 37. 38. 39.* & interpretatio semper in moliorem partem sit facienda *capit. cum tu de test.* Sicque fieri debeat, ut prosit, non ut obsit *c. in his, de privil.* non frustra nec sine ratione me quærere arbitror, nec in jurium parallelorum collata explicatione oleum operamque perdere existimo: Annon, ut dixi † quibusdam immunitatibus ac levamine aliquo gaudeant molitores, & quinam, quoties quando & quibus in causis? Inferiori namque interpretandi privilegii via non adimitur, adminiculante probabili causa: Brunus *consil. 133. in fin.* Knichen *in commentar. de Sax. non prov. ju. verb. lit. provocat. cap. 4. num. 76. 77.* quam nostro in casu claram & prægnantem esse, ex alibi deductis apparet, moxque adducendis.

6

Ut plurimum scilicet immunitas & ἀλειτȣργησία conceditur benemeritis, & Reipublicæ suis virtutibus aut viribus artificiisque utiliter ac continuo inservientibus: nec otiosi, nec solitarii pro civium membris habendi; multo minus digni, ut ab oneribus sustinendis liberentur vel colore aliquo excusentur.

Tenendum deinde firmiter: istorum ratione † omnem excusationem sua niti æquitate *l. 1. in princ. D. de vacat. mun.* & ubicumq; hæc suadet, subveniendum *arg. l. Divus D. de in integr. rest.*

7

Sciendum insuper: insolita † servitia in jure omnino prohibita esse *inf. num. 34. 35. sup. q. 9. num. 29. quæst. 10. n. 28.* late Dn. Caspar. Ziegler us *in commun. concl. Calvoli §. nobiles concl. 1. n. 107. cum aliquot seqq.* istamque manere adhuc juris dispositionem: servitia non esse extendenda vel amplianda, sed intra suos fines cohibenda *c. dilecto extr. de offic. archid.* Husanus *tract. de serv. & prop. homin. cap. 6. nu. 67.* Thom. Maulius *tract. de homag. tit. 4. num. 11.* Joach. Steplitz *ad consuet. March. Brandeburg. part. 4. tit. 11. §. 2. n. 3. 4. cum seq.* nec quisquam nostrum severiorem esse debere ipsis legibus *d. leg. nulla 25. de legat.* cum novitates ac servitutes alias sint odiosæ *Alberic. de Rosate tract. de statut. libr. 2. quæstio. 23. numer. 4.* quæ restringendæ & favores ampliandi, *c. odia extr. de reg. ju.* eaque possimus, quæ cum jure & honestate exiguntur, *l. nepos Proculo D. de V. S. Ant. Quetta consilio. 13. num. 10.*

8

Videbimus ordine singula, & penes lectorem judicemque tunc stet arbitrium, utrum istis favere personis debeant, nec ne?

Sic † negotiatoribus frumentariis privilegium fuit concessum *l. eos qui 9. §. 1. D. de vocat. & excus. mun. juncta l. semper 5. §. negotiatores, infr. num. 12. 16. 22.*

9

† Cornicularii pariter & alii per ordinem obsequiis militiæ terminatis, desideratam laborum requiem sortiuntur; & pro multis erga Rempublicam sudoribus ab omnibus indictionibus semper habentur immunes *l. fin. C. de apparit. præf. præt. juncta*

10

junctal.4.C.de apparit.magist.milit. Quod ſane beneficium eſt ſplendidisſimum.

11 Solita proinde † Cohortales privilegia retinent; ac jubent Cæſares eos non ad aliam, quam antea ſuſtinent, curam vel ſollicitudinem baſtagæ (quod munus erat ferendi res neceſſarias ad exercitum) neque ad functionem aliorum devocandos: ſed peracto labore & competenti ſedulitate recuſationis prærogativam obferunt, *in l. ſolita 3. junctal. 9. C. de cohort. princ. libr. 12.*

12 Sancitum quoque novimus, ne quis ex † Ruſticana plebe, quæ extra muros poſita capitationem ſuam detulit, & annonam congruā præſtat, ad ullum aliud obſequiū devocetur: neque à rationali Principis mularum fiſcalium vel equorum miniſterium ſubire cogatur *l.1.l.2.C.ne ruſt.ad ull. obſeq. devoc.lib.11.vide Renat. Choppin. d. tract. de privileg.ruſticor.lib.1.cap.1.2.3.11.part.1.* Diſertis verbis idem repetitur alibi: Numquam ſationibus vel colligendis frugibus (cur non etiam molendis ſeu conminuendis?) inſiſtentes agricolæ ad extraordinaria onera trahantur; cum providentiæ ſit, oportuno tempore his neceſſitatibus ſatisfacere *l.1.C.de agric.& cenſ.lib.11.* adeo ut colonos numquam fiſcalium nomine debitorum, ullius exactoris pulſet intentio: quos ita glebis inhærere præcipiunt Impp. ut nec puncto quidem temporis debeant amoveri *l.15. C. eod. Renat. Chopp. d. lo. ſup. q.1.num.31.32.q.8.n.22.Paulus in epiſt. 2.ad Timoth.c.2.verſ.6.*

13 Valentinianus ac Valens Impp. quoque perpenſa deliberatione duxerunt ſtatuendum: ut quicumque † Metallorum exercitium velit adfluere, is labore proprio & ſibi & reipublicæ commodo comparet, *l.1.C.de metall.lib.11.juncta l. 18.ibi: & domino & agricolis utilius eſt C. de agricol. & cenſit.eod.lib.11.*

14 Similiter his, qui † Naves marinas fabricarunt & annonæ præfuerunt, vel (ut altera lectio præfert) eam præbuerunt, aliquid indultum eſt. *l.3.D. de vacat. & excuſat.mun.junctad.l.ſemper 5. §.3. D.de jure immun.*

15 Quinimo † Alphabetarii (ut ſic loquar) ſeu qui pueros primas literas, *ideſt*, pingere ac legere docent, ultra vires non onerantur; id quod ad Præſidis religionem pertinet *l.2.§.fin.D.d.t.de vacat.mun.*

Tantum effecit prima inſtitutio & educatio; quæ ſi recta fuerit, non opus fore legibus, ſaniores ſenioresque omnes credunt. Quod poſtea agnoſcens Juſtinianus Imperator (ut joco iſtos refellam, in errore adeo craſſo) non inmerito hiſce viris tale indulſit beneficium, ſuoque juris corpori inſerendum juſſit: quem inliteratum & quovis ἀναλφαβήτῳ rudiorem fuiſſe, Suidas & alii hunc ſequuti clamitant, *contra §.pen.procem.Inſtit.§.2.verſ.3.de legat.l.tanta 2.in princ.ibi: noſtra quoq; majeſtas C.de vet.jure enuclean. Novel. 8. in princ.Platina in vita P.Bonifacii 2.*

Et hoc ſane eſt, apud Romanus conſul Cicero alicubi libere prodidit: Nullum munus Reipublicæ adferre majus meliusque nos poſſe, quam ſi doceamus atque erudiamus juventutem; iis præſertim moribus atque temporibus, quibus ita prolapſa eſt, ut omnium opibus refrænanda ſit atq; coercenda, de finibus. Confer quæ ipſe Rex Athalaricus reſcribit Senatui urbis Romæ, apud Caſſiodorum *lib.9.var. epiſt.21.*

16 Præterea Arcadius & Honorius Auguſti ſanxerunt: ne quis † oneri publico ſar-

sarcinam privatam inponat, & audeat Portitores (uti hic molitores) frumenti ad suscipiendum aliud onus aliqua necessitate compellere, *l.un.C.ne quid on. publ. imp. d. lib.11. Anton.Hering.d.tract.cap.5.n.313.*

17 Similiter † Nautæ Tyberini onus Reipublicæ necessarium habentes, conpetentibus & solitis tantum obsequiis mancipantur, *l.un.C.de naut.Tyberin.eod.lib.11.*

Quin etiam promulgarunt alii Cæsares: 18 ut † Porcinarii, cum pervigilem laborem populi Romani commodis exhibeant, sordidis muneribus liberentur *l.1.C.de suar.& cat.susce.d.lib.11.*

Eadem sollicitudo tenuit Imper. Justi- 19 nianum, ut † Leonis mandatum ac titulum inseruerit suo *Cod. de Pistorib.* Inde apud eumdem Aurelium Cassiodorum hæc legimus de Præfecto annonæ: Ne quis autem putet abjectis te hominibus imperare, dignitati quoque tuæ pistorum jura famulata sunt, quæ per diversas mundi partes possessione latissima tendebantur; ne inopia faciente vel ficeret, quod Romanæ copiæ laudabili famulatione serviret: Suarii quoque Romanæ copiæ causa reperti &c. *lib.6.var.epist.18.*

20 Hinc etiam † oneribus superfluis non gravantur, qui sunt utilitatis publicæ servitiis occupati, rescripsit Theodoricus Rex; & de Figulis Principum, aut regia authoritate datis, in ea concessione hoc exaudit iterum apud Cassiodorum *lib.2. epist.* 23. & innuit Constantinus Imp. *in l.1.ibi: figuli C.de excusa. artific.lib.* 10.

21 Huc pariter † Coquos pertinere quis diceret, *sup.d.quæst.1.nu. 2.20.24. quæst.2. nu.54.quæst.4.num.33.72.* si in Principum aulis fuerint; quibus singularis hæc quoque prærogativa ob similem rationem vel concurrentem aliam attributa esset; cum omne officium quantumcunque vile dicatur alias dignitas, quando fit Principe mandante *l.nemo 5.in fi.C. de dignit. lib.12. junctal.1.C.de mandat.princ.l.1.C. de præpos.labor.libr.12. Lucas de Penna in l.universos 2.colum.C.de decurio.libr.11. Nicol. Boerius decis.Parlam.222.* & de Barbitonsore æque id perhibeat, qui Principi adest, Joh.Franc. *à Ripa respon.lib. 2. c.26. col.2. Angel.& Jason ad l.omnium C. de testam. num.1.Henr.Salmuth in not. ad Pancirol. lib.1.cap.de fibul.in fi.* deque Principis Coco idem statuat Ludov. Romanus *sing. 655. n.2.ibiq; Nicol.Pignolat.in addit.sup.q.1.d. n.2.* adeo ut Judæus non possit Principis esse coquus, quia dignitatum portæ illi sunt clausæ, & officia publica interdicta, inducente Marquardo de Susannis *tract. de Judæis & aliis infidel.par.2.c.6. n.1.c.7.n.12.*

Unde qui in servitiis Curiæ seu Principis conmorantur, habentur pro iis qui Reipublicæ causa absunt; atque ideo in familia seu rebus suis nullatenus debent molestari, ut à Friderico II. sancitum legimus apud Petrum de Vineis *lib.5.epist.40.* 45.

Proinde † Negotiatores, qui annonam 22 urbis adjuvant: item Navicularii, qui annonæ urbis serviunt immunitatem consequuntur, quamdiu in ejusmodi actu sunt. Nam remuneranda pericula eorum, quinetiam & hortanda præmiis, merito placuit: ut qui peregre muneribus, & quidem publicis, cum periculo & labore funguntur, à domesticis vexationibus & sumtibus liberentur, cum non sit alienum dicere, etiam hoc Reipublicæ causa, dum annonæ urbis serviunt, abesse; (& molitores reliquosque eodem cum fructu adesse) ut notabiliter respondet Callistratus IC. *in d.l. semper 5.§.negotiatores 3. D. de jure immunitat.sup.numer.9.14.17.18.*

Mani-

23 Manifestius autem † hoc inde liquet: quod quibusdam Collegiis (inter quæ etiam Pistorum refertur consortium & propria jura; *sup. num.* 19. *& quæst.* 4. *num.* 34. 35. quorum γνήσιοι & subrogati successores sunt hodierni Molitores, *sup. d. quæst.* 1. *an ars molit. sit hon. num.* 20. 23. 24. 25. 30. 32. 33. 34. 35. *& quæst.* 4. *num.* 5. 6. 7.) immunitas tribuatur; scilicet eis, in quibus artificii sui causa quisque adsumitur: ut fabrorum corpus est, & si qua eamdem (magis ergo, si majorem, ut in specie nostra *d. quæst.* 1.) rationem originis habent, *id est*, idcirco instituta sunt, ut necessariam operam publicis utilitatibus exhiberent &c. sive, ut eo commodius solita opera vel ordinaria publicæ saluti exhibeant, dicente eodem Callistrato *in d. l. semper* 5. §. *quibusdam* 12. *juncta l.* 6. *per tot. ubi Gothof. D. de jure immunit. tot. titul. C. de excusat. artific. libr.* 10. Adhibe omnino Faustini Egesippi Burdegalensis *tract. de Collegiis.*

24 Eadem † ergo censerem, aut ad minimum paulo minora locum in furnariis ac Molitoribus nostris, personis utpote favorabilibus, habere; & præcipue illis immunitates competere, qui molendina inhabitant dominicalia, de quibus supra suo loco actum fuit: nonnihil quoque privatorum molitoribus remittendum seu indulgendum reor, si continuo labore reliquis civibus aut incolis inserviant; nec privato solum commodo studeant, sed simul publico, per legum argumenta hactenus per inductionem allata. Sicuti etiam iis olim, qui continuo in opere suo, versabantur, sine intermissione recte quoque datum fuit privilegium 1. *Chronic. capit.* 9. *vers.* 33. ceu existimat Althusius *polit. d. cap.* 15. *num.* 10. *in fin.*

Probavi insuper alibi, molendina partim prædiis urbanis, partim rusticis, pro diversa consideratione commode adnumerari posse: atque sic pariter figlinæ seu figulinæ (de quibus *n.* 20) hoc est, figulorum officinæ ponuntur *sub tit. D. de servitut. præd. rustico. in l. veluti* 6. & figlinum opus *id est*, arte figuli perfectum *sub tit. D. de servitut. præd. urban. in l. fistulam* 19. §. *juxta* 1. & ita constat, has in locis quoque privatorum exstitisse, eoque jus eorum privatum spectasse *arg. l. fundi instrumento* 25. §. *quidam* 1. *D. de inst. leg.* uti etiam Salinæ olim, nunc ad Principes & alios pertinentes *sup. quæst.* 10. *num.* 20.

Cum quibus omnibus & singulis conferantur, quæ in medium produxi *sup. quæst.* 1. 2. 4. 7. 9. 10. & videbunt lectores benevoli, annon † eadem aut major pro nostra causa militet ratio. Quam enim sit ad humani convictus rationem necessaria molendi ratio, nemo est qui ignoret, ait Fr. Balduinus *in scholiis ad leg. rust. Iustin. Imp. tit.* 10. & ipsemet fusius ivi probatum *d. quæst.* 1. *juncto proœm. numer.* 5. & non aliam ob causam de asino dixit Ulysses Aldrovandus: eum præcipue machinæ maxime omnium necessariæ in pistrino æternum servire *sup. quæst.* 4. *num.* 53. & cum quæritur: quæ aquæ sint optimæ? Molarum, quæ ad victum quotidianum magnum habent commodum, respondet Ioh. Heidfeldius *in sphing. philos. cap.* 10. *p. m.* ... *al.* 265.

25

Ubi ergo hæc eadem ratio, cur non & ibidem jus idem? *d. quæst.* 1. *numer.* 23. *& num. ult. l. illud* 32. *D. ad L. Aquil. l. fin. C. de nat. libr. Romanus singul.* 198. *num.* 6. Althusius *lib.* 1. *dicæol. capit.* 16. *num.* 30. & cur non subrogatum sequeretur naturam ejus, in cujus locum fuit substitutum *sup. num.* 23. *& d. quæst.* 1. *num.* 23.

Unde eadem æquitatis (quæ inprimis observanda, & in omnibus late Prateus *lib. 1. regul. tit. 1. juncto sup. num.* 5. 7.) ratio diversas actionis species excludere nullo modo debet *l. fin. C. de constit. pecu. Prateus libr. 2. titul. 5. cap. 2.* sed merito fit extensio, *Scipio Ianuarius regul. 13. Prattæus lib. 6. tit. 1. cap.* 3. & omnis in hac immunitate excusatio sua æquitate nititur *supr. d. num.* 7.

Nam cum jura non potuerint omnibus articulis providere, necesse est; ut quando in aliquibus causis sententia legis manifesta desideratur, judex ad similia rationes paritate procedat, quasi hoc legibus insit *sup. num.* 4. 5. *fuse Coras. in l. post aditam num. 11. C. de impub.* Steph. de Phederic. *in tr. de interpret. leg.* Interpretatio namque semper inest dispositioni de necessitate, ex verisimilitudine aut ipsius rei natura, & dicitur interpretatio spiritus scripturæ: estque duplex, una necessaria, quæ fit per punctum rationis; altera probabilis, quæ fit per viam æquitatis, Cravet. *cons. 3. n. 23.* quæ ubique viget, Cicero *in lib. de repub. Car. Molinæus cons. 9. n. 28.*

Quis ergo ad eas nunc non veniret cogitationes: ob paritatem † imo rationum pondus longe gravius, aliquam immunitatem molitoribus in genere, vel saltem dominicis, aut aliorum quoque perpetuo tamen frumenta populi comminuentibus esse retribuendam? præsertim cum publicum inde resultet commodum, Reique publicæ intersit (adeo ut diebus festis etiam molere liceat, *sup. d. quæst. 1. num. 27. 28. 29. quæst. 11. n. 149. 150. 151. 152. inf. quæst. 44. num. 18.* quod reliquis artificibus non concessum) in tali opere ordinario, continuo, semelque injuncto non feriari: & cunctis etiam majorem isti molitores præstant utilitatem, quam figuli, fabri, cornicularii, porcinarii, aliique; licet Principum sint ministri, quos potius molitorum necessarius usus ad talem benignitatem ac immunitatis cujusdam concessionem provocare debeat. Unde in terminis supra habuimus, Karulum IV. Imp. & regem Bohemiæ molitoribus aliisque mechanicarum artium peritis peculiaria dedisse privilegia, *d. quæst. 1. num. 63.* iisdem gaudere publicos seu ordinarios in Gallia pistores, dixi *supr. quæst. 4. numer. 20.* imo in Portugalia fœminis pistricibus concessa esse *d. quæst. 4. numer. 27.* sicuti ipsis molendinis competere privilegia ac immunitates, sæpius demonstravi.

26

De bonis hæc omnia sunt exaudienda † molitoribus probisque, curæ nobis tantum qui sunt: minime vero improbi, ut nec furfuracei isti, sed optimi potius tritici hordeique fures in æstimationem veniunt: & alias peccata paucorum non sunt ejus ordinis hominibus universis adscribenda *d. quæstio. 1. numer. 56. 67. cum seqq.* nec utile debet vitiari per inutile *cap. utile 37. de R. I. in 6.* Johan. del Castillo *libr. 2. controvers. quotid. cap. 7. numer. 27. 28. 29. 30. allegans Alciatum ad l. prima §. sed si mihi num. 30. cum seqq. D. de verb. obligat. Signorolum consil. 114. Sarmientum libr. 6. selectar. cap. 5. Gailium lib. 2. observ. 4. num. 6. & seqq.* imo utile mixtum cum inutili, ipsum inutile etiam utile facit *argum. l. 1. §. sed Pomponius D. quod fal. tut. Hering. d. tr. de fidejuss. cap. 11. numer. 173.* nec usus tollitur per abusum *cap. neque enim 14. q. 5.* nec odio alieno alter oportet ut prægravetur *cap. non debet. 21......*

17

Quid ergo reliquum esset, quod jure adsusares, si ad bonam quoque frugem hi mali molitores redirent, manusque continerent? Aliud sane æquitas tunc censeret,

ceret, suaderetque publica utilitas: quam utroque respectu inplerent, secundum distinctionem Mynsingeri *consil. 32. numer. 10.* Quem laudat idem Anton. Heringius sæpius citato *tract. cap. 1. num. 252. juncta sup. quæst. 11. numer. 125.* adeo ut dubium suboriatur: qui de malo bonus est factus, an is qui semper bonus exstitit, in electione sit præferendus? apud Ludovicum Romanum *singul. 731. ibique addit. Nicol. Pignol.* cum quilibet tamdiu etiam præsumatur bonus, donec ab alio contrarium probetur *l. merito 51. D. pro socio, cum simil. lib.* & sufficiat ad illam præsumtionem excitandam, quod uno alterove actu seu exercitio bonum se præstiterit, juxta Anton. Corsetum *in singul. lit. P. voce, Præsumtio 2. juncta leg. athletis C. de athlet. libr. 10.* nec denique perpetuo, nec in omnibus obtineat regula talis: quod qui semel malus, semper quoque talis præsumatur: adeo ut malis prodesse propter bonos satius sit, quam bonis deesse propter malos. *Seneca libr. 4. de benefic. capit. 28. Dn. Hering. d. tract. & cap. 1. numer. 43.*

28 Movet ulterius, quod † veros probosque molitores (quos ea comitari adsolet, simanus à porcnta aut frumento abstinuerint purasque servaverint) paupertas có facilius excusare possit, si non in totum ab oneribus reliquis liberare: cum illius instinctu multa remittantur; imo privilegia quædam concedantur, quæ apud Dd. passim reperiuntur. Benincass. *in tract. de paupert.* Pistoris *lib. 1. quæst. 20.* Speckhan. *cent. 1. quæst. 37.* Adeo ut pauperi sive bono sive malo subveniendum sit de jure canonico, *c. quiescamus 42. dist. Ioh. Andreæ & Felinus apud Ant. Hering. d. tract. cap. 5. nu. 109.* quamvis de jure civili pauperes effecti propter sua maleficia non habeant aut retineant beneficia paupertati concessa, secundum Jasonem *in Auth. res quæ n. 22. C. commun. de leg.*

Facit insuper, si hæc ad molitores, nostros transferre voluerimus, ut sub ejusmodi personis comprehendantur, quod lis inter Doctores adhuc sit, quis vere † Pauper dici possit, ut videre est in collatione apud eumdem Jasonem *in l. constante numer.* 124. 125. 126. *solut. matrim.* Ang. Aretinum *ad §. licet autem numer. 2. in fin. Institut. quib. ex cau. manum. non lic. & ad §. sed & propter numer. 1. de excus. tut. ubi in addit. Franc. Purpurat. p. m. 52.* And. Gailium *lib. 2. observ. 65. numer. 19.* Dn. Ant. Heringium *d. tr. de fidejuss. cap. 8. nu. 68.* Ioh. Nielliium *disp. Instit. 2. th. 6.* Ioh. Rudingerum *cent. 1. singul. observ. 33. n. 1.* Paul. Matthi. Wehnerum *pract. observ. lit. A. verb.* Armuht *mihi pag. 36. a.* & Venturam de Valentiis sive Jurga-Valentinum Winther *lib. 1. parthen. litig. c. 11. nu. 32.* atque sic multos † Molitores ab isto beneficio excludi posse censeam ac judicem. Unde pauperes, qui sibi victum industria sua (cura, diligentia ac labore, eoq; inprimis publico & continuo, ut isti molitores) quærunt, non debent conferre ad opus impositæ collectæ per Principem vel Communionem, testibus Angelo *d. lo.* Jasone *ad l. avus neptis n. 13. D. de pact.* qui alibi scribit: pauperes dici posse, qui vivunt ex proprio artificio *d. n. 126. solu. matrim.* (ut itidem molitores *supr. nu. 23. 24. & d. quæst. an ars molit. sit hon. 1. per tot.*) postq; Gloss. Bart. Bald. Abbat. Petrus Gerardus de Petrasancta *singul. 73. num. 1.* quod repetit *singul. 100. num. 14.* Cum ergo pauperi collecta tributumve remittatur, cur non præter consuetas aliæ operæ, quod facilius minusque Respublica censet? *l. illicitas. §. fin.*

fin. D. de offic. præs. l. fin. C. de mod. mulct. Accurs. ad l. omnes C. de anno. & trib. lib. 10. Coras. de arte juris part. 4. cap. 19. & excusetur, ne possessori inpensas dominus reddere teneatur *l. in fundo D. de rei vend. juncta l. in rebus* 18. §. *possunt* 2. *D. commod.* & superiora recensita pleraque aut plura in molitoribus locum inveniant: quis adeo iniquus, invidus aut rigorosus servitiorum, nedum onerum insolitorum exactor esset; qui illis præ cæteris, commiseratione vel utilitate ductus, non qualem-qualem daret prærogativam?

31 Sed quid si mentiantur † callidæ paupertatis ingenia, ut *in l. quisquis 2. C. de censit. & censit. libr. 11. juncta l. palam* 43. §. *non est* 5. *D. de ritu nubt.* vel facultates deinde legitime auxerint, seu ad eas redierint, ut servitiis postea melius vacare possint, aliosque conducere, quorum opera peragere ista queant, & nihilominus molendinario actu se exercere & vacare?

Tunc licet mulcta ob paupertatem remissa non possit exigi, si ad pinguiorem fortunam quis veniat, *Boerius decis.* 349. *num.* 4. attamen servitia ac reliqua possunt, & locum habere censeo illud, paulo temperatum Ulpiani responsum: Deficientium facultatibus, ad munera vel honores, qui indicuntur, excusatio non perpetua, sed temporalis est. Nam si ex voto honestis rationibus patrimonium acceperit incrementum: suo tempore, an idoneus sit aliquis ad ea, quæ creatus fuerit, æstimabitur. Inopes onera patrimonii ipsa non habendi necessitate non sustinent: corpori autem indicta obsequia solvunt *l. cura exstruendi 4. §. 1. & 2. D. de muner. & honor. juncta l. semper 5. §. negotiatio 8. § eos, qui 13. D. de jure immunit. & sup. d. q. 1. per discurs.* Zieglerus *d. §. nobiles conclus. 1. n.* 89. 90. 91. 92. 97. 98.

Adverte tamen an de hujusmodi in specie loquatur officiis, artificiis, vel ad utilitatem publicam semper destinatis, qualia molitoribus injuncta? Et quod servitia oneraque graviora excipiat, *arg. l. fin. in pr. d. t. de jure immunit.* quodque insolita excludat, superflua, nova, crebriora *sup. num.* 8. 11. 12. 16. 17. 20. 23. *juncta l. si manifeste 7. C. de servitut. & aq. l. cum satis 23. vers. caveant autem C. de agricol. & censit. lib.* 11. *l. 1. l. 2. in fin. C. in quib. caus. colo.*

Adscribam, quia obcurrit, Longi Sophistæ lepidissimi locum, ubi Megaclen ita loquentem introducit: ἦν ὀλίγος μοι βίος τὸν πρότερον χρόνον. ὃν γὰρ εἶχον, εἰς χορηγίαν καὶ τριηραρχίαν ἐξεδαπάνησα. ὅτε ταῦτα ἦν, γίνεταί μοι θυγάτριον. τοῦτο τρέφειν ὀκνήσας ἐν πενίᾳ, τούτοις τοῖς γνωρίσμασι κοσμήσας ἐξέθηκα, εἰδὼς ὅτι πολλοὶ καὶ οὕτω σπουδάζουσι πατέρες γενέσθαι. Quæ pari propemodum elegantia Gothofredus Jungermannus in hunc modum latina reddidit: Erant prioribus annis facultates mihi tenues.

Quæ enim mihi fuerant, has in ludos publicos triremesque publicas erogando absumseram. Qvum in tali statu res meæ essent, nascitur filiola. Hanc quo modo alerem desperans ob egestatem, hisce ipsis crepundiis ornatam exposui; minime ignarus, multos & isto modo studere patres fieri *&c. lib. 4. pastoral. pag.* 187.

Nec tantum Principes molitoribus aliquid indulgere: sed † privati etiam seu cives subditique ipsi onus hoc inter se distribuere ac pro cujuslibet portione unanimiter & haut gravatim sustinere debebant. Si enim molitores & ἀρτοποιοὶ sive panifici probæ fuerint notæ, laboriosi, pauperes, pro communi quasi victu solliciti, solita & ordinaria in molendinis servitia præstantes; quis non ad istam magis magisque incli- 32

cli-

destinaret partem, illi licet non semper, nec necessitatis tempore, vel paucitate hominum præsente, & bonis adfluentibus, nec in levioribus, rarioribusque excusentur oneribus; tamen eosdem esse liberatos à gravioribus, insolitis, superfluis, crebrioribus, realibus, vel ex parte patrimonialibus & extraordinariis, adjunctisque durioribus personalibus: neque etiam eos avocari debere æquum est à publico labore, quem pro civiũ victu statuq; perferunt; in reliquis autem communes juris regulas esse sequendas, fit verisimile. Choppinum confer *d. lib. 1. de privil. rustico. cap.* 1. 2. 3. 11. *part. 1. juncta sup. quæst.* 40. *numer.* 19. Hujusmodi enim onera vel servitia cæteris adcrescere merito debent, & dominis exhibenda sunt à ditioribus, qui lucro magis dediti, quorumve copia est *arg. l.* 3. *l.* 1. *C. quemad. civ. mun. undic. lib.* 10. potioresque sunt *tot. tit. C. de potior. ad mun. nom. eod.* & alios conducere ad ea peragenda melius, diutius ciuusque possunt, *arg. l. semper* 5. *post princ. D. de jure immunit. sup. quæst.* 10. *num.* 35. *in fin.*

Cum dives etiam alias pauperi sumtus ad litigandum subministrare teneatur, juxta Nevizan. Ioh. Lupum. Ioh. Bapt. Magon. Par. de Puteo & Colerum apud Vent. de Valentiis *lib. 2. parthen. litig. cap. 9. num. 18. addita l. 2. ibi: rebus interdum utatur alienis C. de Carbon. edict.* vide sis *Jacobi Marchiselli quæst. 26. cum 27. Joh. Ruding. d. cent. 1. sing. obs. 33. num.* 18. & majus onus deferatur diviti ceu potiori, quam pauperi, quocumque etiam modo ac via injungatur *l. ad subeunda* 46. *C. de decurion. l. un. ubi Gothof. C. de potiorib. ad munera nominand. libr.* 10. Ang. Aretinus *ad d. §. licet. autem nu.* 2. Alb. de Rosate *tract. de statut. lib.* 2. *quæst.* 2. *num.* 41.

Atque insuper † possunt quoque subditi vel cives reliqui eo facilius ac tolerabilius partem istam oneratam parvam sustinere, interque se dividere, & ab ea molitores liberare: quo majus commodum omnesq; recipiunt, & illorum molitorum in republica numerus adeo magnus non sit, ut evidens accessio vel decessio sentiatur. Civitas enim, ne dicam regionem, paucis contenta est ac esse potest moletrinis, iisq; capacioribus: ni hominum adfuerit frequentia maxima, ut sic etiam artifices in iis degentes majores curas suscipiant, singulorum frumenta molendo; & isti vicissim tunc commodius pro iisdem sustinere & debita officia communibus sumtibus exantlare possint. Adeo ut ipsius privilegii (quod majus est, si stricte accipiatur ac speciale aliquod concessum fuerit, quam immunitas seu leve ejusmodi levamen & subsidium) interpretatio late sumatur, si non tendit contra jus & prægrande incommodum reliquorum, teste Andrea Knichen *in commentar. de Saxon. non prov. jur. verb. lit. provocat. nesc. cap. 1. num.* 173. Natta *consil.* 464. *numer.* 17. Raudensi *de analog. cap.* 15. *num.* 59.

Cum ergo minima non curet prætor seu magistratus, *Angel. ad rubr. de plus petit. Corsetus in singul. verb. effusio num. 2. Janninius tract. de reali citat. lib. 2. cap. 1. num.* 95. *plene Pratæus lib. 2. regul. ju. tit.* 10. *cap.* 3. neque idem facere debent tot cives vel subditi, & de iis considerationem sollicitam habere, *argum. l. si quis conduxerit D. locat. l. omnino D. de impens. in reb. dot. l. si oleum §. fin. cum 2. ll. seqq. D. de dol. cap. un. vers. nostra tamen, de censib. Boerius decis.* 349. *n.* 9. Inprimis cum nihil & parum æquiparentur, *Bald. in Auth. præterea C. unde vir. & ux.* etiam in immunitatibus, teste post ali-

alios Paulo Montano *tractat. de jure tutel. cap. 26. num. 56. 57. 58.* & æqua petenti facile sit adsentiendum, *l. 2. D. de his qui sunt sui. l. & Attilicinus D. de servit. præd. rust.* quodque nemini aut parum nocet, & alicui prodest, pari facilitate concedendum *l. 2. §. 1. D. de aq. pluv. arcen. l. rescripta C. de prec. Imp. off. Cassiodorus lib. 1. epist. 14. in princ.* Hinc rustici immunitatem si alicui (quod factum esse præsupponit) concesserint fabro (*juncta supr num. 23.*) ipsos teneri pro eo solvere respondet Iason *in d. l. avus neptis n. 10. D. de pact.*

34 Postremo † cum simili passu molitores sua habeant ac præbeant ministeria, eaque principaliter Reipublicæ in usum convertantur, deinde pro labore aliquid recipiant: quis etiam ad exemplum supra relatorum æque immunitatem quamdam illis haut gravatim concederet? Sed potius duplici vel triplici adhuc onere alioque eosdem gravaret, contra *dd. ll. & leg. navis onustæ §. cum autem D. ad l. Rhod. de jact. l. Titia §. qui invita D. de leg. 2. l. ex facto 34. §. Julianus D. de vulg. & pup. subst.* Cephalus *consil. 154. num. 8. & 9. lib. 2.* Iacob de S. Georgio *tract. de homag. num. 36. & 41.* Mynsingerus *consil. 64. num. 34.* Knichen *comm. de Saxon. non prov. ju. verb. jus cap. 5. num. 88. juncta sup. quæst. 10. num. 28.* cum contra quandoque utilitas privata præferenda sit modicæ utilitati publicæ, ex sententia Hieronymi Schurffii *cent. 1. consil. 100 num. ult.*

35 Quod vero † sua onera alias habeant molitores, ex hoc tractatu satis adparet: quodque plurima molendina sua officia singularesque, sustineant servitutes, ut auctuario aliquo non egeant; quodve decimas solvere interdum cogantur, passim indicavi. Quamquam istæ servitutes vel per accidens, non ex adhærente seu necessario debito, aut alia ex causa proveniant & molendinis adhæreant, vel per tacitum & quandoque coactum consensum maxima ex parte descendant. Idcirco debent futura mala caveri, & non iniquis consuetudinibus foveri, Innocentius inquit *in cap. inquisitioni, de sent. excom.* Zasius *consil. 5. num. 67. lib. 1.* & Heringius *d. tract. cap. 5. numer. 113.*

Notissimum enim est ac usitatissimum, quod si acquieverint in dominorum sollicitatione, & sponte sua onera susceperint, eaque sæpius fecerint, diutius etiam ferre cogantur, nec de injuria quærelam movere possint; sed cum hac simul immunitatem negligant aut semel consequutam amittant, *argum. tot. titul. C. de his qui sponte publ. mun. susc. d leg. 1. C. de metall. l. litibus 20. in princip. ibi: eos tamen dicimus, qui non ex longo &c. l. cum scimus 22. in fin. C. de agric. & cens. lib. 11* Iust. Meierus *in colleg. Argentorat. tit. de vacat. & excusat. mun. thes. 13. num. 4. lib. 50. Pandect. tit. 6.* Confer Ziegleri *d. §. nobiles concl. 1. n. 50. cũ seqq. multis, juncta sup. quæst. 7. 9. 10. & 11.*

36 Atque sic † me persolvisse & absolvisse video, quod in frontispicio hujus quæstionis promiseram. Tu lector benevole hæc perlustra, atque illustra, & quæ sparsim à me sunt congesta, suo tempore ad caput unum seu membra singula, redige, selige, elige. Viam primus monstravi & propugnavi, an digne vel sufficienter, tuum nunc esto æquum judicium; postquam intellexisti: Molitores an, qui, quoties, quando & quibus ab oneribus seu servitiis immunes esse, inque suis moletrinis secure vivere debeant *h. quæst. 41. & supr. quæst. 39.*

Ut enim superiori quæstione primâ eorum in me suscepi patrocinium; ita nec hic eos deserere potui suadentibus id tot rationibus ac utilitate publica suo quasi jure ac præmio efflagitante; quo hujusmodi homines excitare & ad diligentiam ac fidelitatem inflammare potius debet, quam aliquo onere aut ulteriori servitute gravare, & ab ordinario, continuo & maxime omnium necessario ministerio devocare. Quid etiam dicerent, si molendina ad personas Ecclesiasticas spectarent, & monasterijs per fundationem Principum relicta cum omnibus juribus essent? Qualia in specie libera & exemta certo in loco voluit ac reddidit Dn. Albertus Dux Brunswicensis, in diplomate relato *supr. quæstio. 20. num. 5. juncta quæstio. 23. numer. 18.*

QUÆSTIO XLII.

An Molendinum pro prædio rustico vel urbano haberi debeat? Ex qua deinde in genere, qualisnam servitus in eo constituatur, infertur.

SUMMARIUM.

1. Molendinis ac molitoribus tam immunitates, quam servitutes injunguntur: unde ordinis ratio elucescit.
2. Quæstionis principalis forma: Molendinum an pro prædio urbano vel rustico sit habendum?
3. Autoris querela, quod Dd. adeo obscure, nec de certa molendinorum specie hactenus loquuti sint.
4. Sollicitudo ipsius, ne eumdem erret errorem.
5. Prædia urbana & rustica quænam?
6. Opinio istorum, qui voluerunt, Molendinum potius prædium rusticum esse, quam urbanum. Sed vide num. 11.
7. Contra alij, illud pro prædio urbano reputant d. num. 11.
8. Argentræus vero censuit, moletrinas per se non subsistere, nec alterutro modo æstimari posse.
9. Autoris denique succedit temperata seu mixta sententia: Molendinum nec pure pro rustico, nec itidem pure urbano prædio habendum esse.
10. Rationes ad eam stabiliandam in medium adducuntur.
11. Conciliatio primæ & secundæ opinionis, in parte una: in altera deductio ad absurdum.
12. Solutio objectionis ex l. urbana vers. plane D. de verb. signif. petitæ.
13. Nec majorum virium est argumentum ex l. cum de lanionis §. item consultus D. de instrum. leg.
14. Illationes aliquot ex præmissis, magis remissive: quarum prima est, Quatenus obtineat Dd. traditio; invecta & illata in molendinum conductum censeri tacite hypothecata?
15. Secunda: Domus itidem sive casæ, quas molitores hodie separatim inhabitant, pro quo prædio sint habendæ, & illata quomodo obpignerata?
16. Tertia: Molitores intra muros urbis molas inhabitantes, an veniant Civium adpellatione? Quod plene discutitur.
17. Quarta: Merces sive pensio conducti molendini quo tempore sit solvenda, iterum relative.
18. Quinta: Quænam ergo hac ratione molendini sint servitutes? Lectorem ad aliam quæstionem ablego.
19. Sexta: Menochium in casu quodam pessime sensisse.
20. Occasione ista de alijs etiam hic tractari posse quæstionibus, subnectitur.

OBTENTA libertate † quandoque [1] tamen molitores, ipsaque molendina quasi prægravantur. Unde commode nunc de inpositis vel adnexijs servitutibus agendi locus se obfert. Quas considero vel in genere, vel in specie. In specie realis vel personalis constitui potest: in genere vero nominari solet rustica vel urbana.

Hanc obtinere vel discernere nequimus, ni prius dispexerimus: Molendinum † pro [2] prædio utrum urbano vel rustico haberi debeat? Ex cujus quæstionis decisione postmodum colligimus, qualisnam servitus licite ac quomodo molendinis & molitoribus inponatur.

Hujus ergo loci erit, intricati istius problematis resolutio. Quotiescumque enim

3 † subit animum cogitatio, quot Doctores hanc quæstionem moverint, ex eaque multas dein confinxerint illationes: toties admiratio me capit, quod nullus fere eorum vel extremo digito firmiter attigerit, de quibus molendinis illud ipsum à sese formatum τὸ ζήτημα intelligi vellent; quod tamen necessario fieri debere vel lippus videt.

Adeo ut Renatus Choppinus *libr. 1. de civil. Paris. morib. titul. 1. num.* 14. *pag.* 27. testetur, permagni interesse, urbanumve prædium, an rusticum definias genus vectigalis pistrini frumentarij, quod publico amni inhæreat, suburbana civitatis in regiuncula; ac insuper notet, Tiraquellum hujusce quæstionis nodum, quem agitat, non aperte solvere *in tract. retractus linearis* §. 1. *glos.* 7. *num.* 92.

Si enim omnia molendina superius in præcedentibus quæstionibus descripta pro prædijs vel urbanis vel rusticis venditaverimus, certe mea opinione errorem haut ferendum errabimus. Quam enim, sodes, similitudinem habent molendina in aquis natantia, ventis agitata & similia, cum prædio urbano aut rustico?

4 Nec igitur & nos † ad lapidem hujus offensionis inpingamus, principio statuendum est: præmissæ modo quæstioni non aliter locum dari, quam si sermo instituatur de Molendinis, instar ædificiorum in terra ad præterlabentem aliquem rivum, vel in ripis aut margine fluminum vel intra vel extra urbem exstructis, quæ describsi supra *quæst.* 5. *num.* 23.

5 Præsubponendo jam † Prædia urbana esse ædificia, gratia inhabitandi facta, & hominum usui ac habitationi destinata, sive in oppido seu urbe, extra urbem ruri vel in villa posita sint: Rustica vero prædia esse ipsos agros vel fundos, item ædificia, quæ sunt structa pro rebus, quæ in rei rusticæ fructu sunt, & quæ pecorum vel fructuum percipiendorum & reponendorum gratia facta sunt, sive sint in urbe, sive extra urbem; siquidem urbana rusticaque prædia non locus, sed materia facit, ut convincit textus *in l. urbana* 198. *D de verb. signif. junct. a l. si prædium* 16. *in pr. C. de præd. minor. l. urbana* 166. *ubi Gœdd. d. t. de V. S.* & eleganter demonstratum à Schneidewino *tit. Instit. de serv. rustic. & urba. præd. n.* 7. Wesenbecio *in parat. D. de servit. urb. præd. in princip.* Horatio Carpano *ad statuta Mediolanens. part.* 1. *cap.* 433. *num.* 20.

Sive ut succinctius cum Johan. Gœddæo *in d. l. urbana prædia* 198. *num.* 7. dicam, Urbana prædia esse, quæ urbanum habent usum, ejusq; causa habentur: Rustica, quæ rusticum usum, etiamsi in urbe sint, vel urbano ædificio cohæreant; haut difficulter resolutionem sæpedictæ quæstionis nostræ inveniemus.

6 Etsi enim † Baldus *in l. certi juris quæstio.* 4. *C. de locat.* Jason *in l. quo minus* 2. *quæstio.* 19. *in fin. D. de flumin.* Franc. à Ripa *ibid. num.* 125. & 138. Bertachinus *in repert. verb. molendinum.* Philip. Decius *consil.* 262. Molinæus ad Decium *in l. nemo de domo lit. E. de reg. ju.* Barthol. Cæpolla *tract. de servit. urb. præd.* (qui tamen de molendinis agit quoque in altera parte *tract. de servit. rust. præd.*) *cap.* 11. *num.* 8. Curtius *de feudis part.* 1. *quæst.* 6. *num.* 11. Anton. Gabriel. Rom. *in commun. conclus. lib.* 7. *tit. de Maleficiis conclus.* 10. *num.* 10. Sebast. Hornmoldus *in repertorio sententiarum lit. M. mihi pag.* 865. voluerunt molendinum esse potius prædium rusticum, quam urbanum; cum quibus simpliciter & remissive transiverunt Tiraquellus *de retractu lignag. d.* §. 1. *glos.* 7.

num. 92. Neguzantius *tract. de pignoribus memb.* 4. *secundæ partis num.* 144. Menochius *in* 3. *remed. adipisc. poss. num.* 153. Petrus Peckius *de jure sistendi cap.* 6. *num.* 3. Horat. Carpanus *ad stat. Mediol. part.* 2. *cap.* 390. *num.* 96. Mascardus *de probat. conclus.* 210. *num.* 3. Ren. Choppinus *de privileg. rusticor. lib.* 2. *part.* 1. *cap.* 4. *ad fin.* (quamvis dubitare videatur *in legib. Andium lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 3. *in princ. & libr.* 1. *de morib. Paris. tit.* 1. *num.* 14. *pag.* 27.) Nicol. Intrigliolus *de feudis quæst.* 9. *num.* 70.

7 E contrario vero † Fortunius Garzias *in l. item quia, colum.* 4. *versic. ex his inferri D. de pact.* Albericus Rosates *part.* 2. *statutor. quæstio.* 35. *& ad l. pen. §. ult. D. qui dejec.* Choppinus *d. tit.* 1. *num.* 14. *pag.* 27. Felicianus de Solis *comment. de Censib. libr.* 2. *cap.* 4. *num.* 37. *pag.* 181. Petrus Rebuffus *in l. urbana §. proinde* 2. *colum. D. de verb. signif.* illud ipsum pro prædio urbano reputarunt.

8 Bertrandus denique † Argentræus *ad consuet. Britan. tit.* 17. *des Moulins*, censuit, Moletrinas per se non subsistere, nec ut ædificia aut urbana vel rustica haberi, aut in habitatione esse; ac mihi quidem Milo nullus adhuc visus est, qui inseruisset manum inter hiantes has rimas: Ego tamen

9 veritate ipsa subnexus † existimaverim, Molendinum nec pure pro prædio rustico neq; itidem pure pro prædio urbano habendum esse; quod quoad navalia molendina tacite innuit ac olfecit Boërius *sup. q.* 8. *n.* 39. & post eum Choppinus *d. tit.* 1. *n.* 14. *p.* 27.

10 Qvum enim † hæc ipsa, de quibus in præsentiarum agimus, molendina instar domuum sive urbanorum ædificiorum sint exstructa; imo eorum sæpenumero æmula sive materiam sive artificium, sive symmetriam spectes, juxta casum relatum ab Hieronymo de Laurentijs *decis. Avenion.* 127. *in princ.* ac præterea à molitoribus utplurimum ruri præsertim inhabitentur, qui etiam eo fructus ex adjacentibus molendinoque adsignatis aut alias conductis prædijs collectos quotannis convehunt, pecora ibi alunt, & cætera exercent, quibus alij vicini rustici sive villici intenti sunt: quis inficias ibit, talia molendina quoque respectu inhabitationis ac usus urbani non minus pro prædijs urbanis; respectu vero perceptionis ac collectionis fructuum, pecorumque pascendorum ac usus rustici pro prædijs rusticis agnoscenda esse, ac ædificata in urbibus ad usum urbanum pro urbanis; constructa vero ruri ad usum rusticum pro rusticis prædijs ac villis reputamus? juxta Wesenbecium *d. lo. in princ.* Choppinum *d. tit.* 1. *num.* 14. *pag.* 27.

Ex quo consequenter infertur, Si molendinum habitationi hominum nec opportunum nec destinatum sit, illud etiam pro prædio urbano haberi non posse, quocumque tandem loco sit situm, etiam in meditullio ipsius urbis *d. l. si prædium* 16. *C. de præd. minor.* Et viceversa, si molendinum non sit aptum colligendis ac reponendis fructibus, aut stabulandis pecoribus ac jumentis, illud etiam respuere adpellationem rustici prædij, quocumque tandem loco sit constructum: cum talis qualitas (quæ & genus à JC. Pomponio adpellatur) *hoc est*, usus ac finis talis, in qua forma est, tam huic, quam illi semper inesse debeat, ut ab invicem secernantur *d. l. si prædium* 16. *C. de præd. min. l. urbana familia ac d. l. urbana prædia* 198. *ibique Dd. de V. S.* præsertim Gœddæus.

Neque enim qualitatem prædij ab utendi modo distinguendum esse censeo, quid-

quid etiam in contrarium placuerit Joan. Cephalo *in consilio.169. num.9. volum.2.*

11 Dum igitur † præfati Doctores, nimirum Baldus, Ripa, Tiraquellus, Neguzantius, Peckius, Carpanus, Mascardus ac Choppinus largiuntur, molendinum respectu molitoris inhabitantis non pro rustico, sed pro urbano haberi debere; fatendum est, eos recte sentire per jura supra adducta: At quatenus ijdem adstruunt, propterea molendinum esse prædium rusticum, quia est in reditu, toto cœlo aberrant; ea enim ratione, omnia molendina, quocumq; tandem nomine insigniantur; imo & ipsa urbana ædificia, pro rusticis prædijs essent reputanda, si quidem sunt in reditu, ac patrimonium domini sui abunde & sæpenumero ditius, quam molendinum aliquod farinarium, adaugent; quod tamen neutiquam est admittendum, cum omnia & quævis prædia possint quotannis aliquid præstare.

Unde etiam recte secundum Varronem à præstando dicuntur, & præterea non reditus prædij, sed usus vel urbanus vel rusticus illud urbanum vel rusticum faciat, *d. l. urbana prædia 198. D. de verb. signif.*

12 Nec patrocinium præstat † *d. l. urbana vers. plane D. de verb. signif.* ubi horti propterea, quod plurimum in reditu sunt, non urbana prædia *h. e.* rustica dicuntur: eo ipso enim quod JC. Ulpianus de olitorijs ac vinarijs hortis, ex quibus vinum, olus, legumina, fabas & id genus alia (non pharmaca, herbas medicas ac florum odoriferum varia genera) per sationem, occationem, plantationem & similes rusticas operas colligimus loquitur, magis ad usum rusticum, quam ad voluptatem amœnitatemque urbanam respicit, & consequenter non tam in ipso percepto reditu, quam in modo ac fine eamdem percipiendi vim ponit, ac ob id hortos tales prædiorum rusticorum catalogo adcenset; quod etiam sensisse opinor Dn. Gœddæum *in d. l. urbana prædia num. 6. D. de verb. signif.*

Nihilominus † prædicto Doctorum errori succurrit *l. cum de lanionis §. idem consultus D. de inst. vel instrum. leg.* Largiamur enim, Jurisconsultum ibi dicere, si alicujus fundi operarij rustici molant, ob id metam molendinariam deberi; non ideo tamen ex ipso molendino statim prædium rusticum fabricabimus. 13

Novimus namque aliud esse ipsum prædium rusticum, aliud instrumenta ejus prædij sive fundi; & hoc amplius molas, molitores, pistores, nec non mulieres panificas in fundi legati instrumento esse: sed tamen non aliter, quam si familiæ rusticæ causa, aut ad usum rusticum hæc omnia parata sint, *l. quæsitum §. Trebatius §. & molas D. de instruct. vel instrum. leg.* Quid? quod apud veteres ipsæ molæ manuariæ sive asinariæ non ipsum prædium rusticum constituebant, sed saltem in prædio rustico, imo & in prædio urbano, ac fere domesticatim erant, ut pluribus demonstravi *supr. quæst. 5. num. 6. ac seqq. cum quæstio. 7. num. 2.* Sic de mola manuaria ac à rustico possessa, vel in prædio rustico existente est intelligendus iste Architrenij versus:

Quam volvente manu mola rustica fregit.

Ex † præmissis jam facili quoque negotio colligitur, illa Interpretum veterum ac neotericorum traditio, qua adstruunt, invecta & illata in molendinum velut prædium conductum censeri tacite hypothecata, quomodo sit genuine intelligenda? quam resolvi *sup. q. 28. num. 17. 18. 19. 20. 21.* 14

Secundo † ex ijsdem principijs deducitur, domus illæ sive casæ, quas utplurimum nostro sæculo molendini vento agitati aut nava- 15

navalis separatim inhabitant, an pro ipso molendino, vel pro prædio urbano aut rustico sint habenda, & illata quomodo obpignerata censeantur? *Eadem quæst.* 28. *num.* 22. & 23.

16 Tertio † exinde infertur, hicque commode exponitur, in molitoribus inhabitantibus molendina, intra muros urbis, non posse subsistere doctrinam Johannis Cephali *in consil.* 69. *num.* 3. & 4. dum indistincte adfirmat, Molendinarios non venire adpellatione Civium, & ad hoc allegat Franc. à Ripa *in tract. de peste Rubr. de remediis præservat. contra pest. num.* 209.

Etsi enim Civem esse, non est actus naturalis, sed civilis; ita ut (non quidem ex eo solo, quod uxorem aliquis ex civitate ducat, ut frustra nonnulli collegerunt ex Vincentio de Franchis *decis.* 516. *num.* 15. quos ipse contextus refutat, sed vel origine, vel manumissione, vel adlectione, vel adoptione cives fiant, *l. cives, & ibi Cujaci. C. de incolis lib.* 10. §. *libertinorum Institut. de libertinor. l. penult. & ult. C. de bon. libert.* quia tamen certum est, molendina oppidi esse de accessorijs oppidi; imo contineri sub nomine civitatis, ut ex Jacobo Butrigario & Baldo refert Menochius *consilio.* 140. *num.* 6. ac molitores non minus, quam alios urbis inhabitatores, cum concivibus suis in unum cætum coire, & sub legibus vivere politicis, prout Cicero civem depingit; imo non minus quoque quam alios cives habere sua privilegia, suas societates & tribus, ut supra demonstratum *quæst. seu cap.* 1. & 41. qua fronte eos ex numero civium exterminabimus?

Ut enim Civitas juxta Aristotelem 1. *Oeconom. cap.* 1. & 3. *Polit. cap.* 1. & 2. est totum quoddam adgregatum ex pluribus familijs sive domibus; vel nihil aliud, quam hominum aut civium multitudo, vinculo societatis conglutinata, testibus Augustino *libr. de quarta feria*, ac Isidoro *lib.* 15. *etymol.* & ad jure vivendum collecta, ut ait Azo *in princip. summæ suæ*, pro quo facit textus *in leg.* 2. *D. de nundin.*

Ita & civium adpellatione omnino continentur ij, qui utuntur communi jure, legibus, privilegijs & similibus actibus civitatis; quod (teste Plutarcho) ex ætate, sexu, statu & conditione cujusque metiendum. Alciat. *in l.* 2. *D. de verb. signif.* Johan. Gerhard. *in quæstio. polit.* 9 *dec.* 9. Alexand. de Imola *in rubr. D. solut. matrim.* quorum molitores incapaces esse hactenus fando non est auditum.

Atque ideo recte consuluit Bartolus *in consilio.* 62. eum vere & proprie esse civem, quicumque recipitur, ut munera subeat. Imo scribit Mascardus *concl.* 295. *num.* 1. civem esse præsumi, qui saltem in civitate reperitur, nisi probetur alienigena. Qui vero intelligit, quantam prærogativam in plerisque habeant cives præ peregrinis vel alienigenis, is facile cogitando adsequi potest, non parum interesse, quo loco molitores vel in urbe vel in continentibus habitantes reputentur; Quod hic latius persequi, mei non est instituti. Vide etiam de his, quæ hactenus à me allata sunt, Boërium *decis.* 13. & 260. Alberic. de Rosate *tract. de statutis lib.* 2. *cap.* 177. Baldum Perusinum *tract. eod. verb. cives m. p.* 831. 832. Horat. Carpanum *d. libr.* 1. *cap.* 256. *num.* 1. & 2.

17 Quarto † tenendum est ex ijs, merces & pensio molendini instar prædij conducti quando sit solvenda? Cum ratione temporis ac prædiorum isto respectu aliud atque aliud decernendum esse leges velint, quod alio loco indicavi.

18 Quintæ † illationis vice observari debet, quia

quia secundum antedicta molendinum modo pro urbano, modo pro rustico prædio usurpatur: ideo quoque ei non minus, quam alij prædio suas servitutes deberi & conpetere posse; quas ea ratione rusticas vel urbanas, item reales vel personales esse dixi, & mox peculiarij loco exponam.

19 Hic denique † sexto infertur ex recensitis, haut recte sensisse Jacobum Menochium, virum alias undiquaque doctissimum, *in d. consilio.* 140. *num.* 7. existimantem, Molendina esse prædia urbana, si in solo ædificata sunt: si vero conpactis tabulis sint confecta, & flumini inposita, dici rustica.

Sicut enim Tiraquellus in loco perperam allegato de hoc verbum nullum scribsit: ita quoque per fundamenta post exordium hujus quæstionis adducta refutatur atque revertitur.

20 Eadem occasione posse † alias hic declarari quæstiones; ceu de servitijs ac operis, sive Fröhnen & Bawführen/ titulus in Ordinatione Saxonica, an hæc exstructio & constitutio solum de Arcibus Nobilium, vel num etiam de alijs ædificijs, puta de granarijs, stabulis & molendinis intelligi debeat? Sed attigi ista *quæst.* 27. *n.* 7. *&* 8. ubi authorum syllabum adtexui, ex quibus dubiorum istorum resolutiones sunt petendæ.

QVÆSTIO XLIII.
DE
Servitutibus ac oneribus molendinorum in specie; & quidem de realibus.

SUMMARIUM.

1 Quæstionis hujus usus frequens.
2 Servitus duplex, personarum & rerum.
3 Rerum itidem, urbana vel rustica.
4 Ejus conditionis est prædium servitutis subjectum: juraque vulgaria simpliciter allegare sufficit.
5 In utriusque servitutis definitionibus ac significationibus variant autores.
6 Autor quæ directo huc spectant cupit adducere.
7 Molendina quædam libere, quædam servientia, bannaria & anniversaria.
8 Res quælibet libera præsumitur, & non serva.
9 Idem in molendinis obtinet.
10 Nisi causa servitutis intervenerit.
11 Per pactionem, stipulationem, præscriptionem, modosque alios obtingentis.
12 Molendina priora ut prius habent esse, ita etiam habere debent frui.
13 Molendinum serviens dici potest, de quo census & decimæ solvuntur, cum num. 16. & 19. ubi id illustratur.
14 Censum præstare tessera est subjectionis, dominij, servitutis, cum similibus late apud Dd. ibi recensitos & num. seq.
15 Vota ac præjudicia Spirensia.
17 Non aliter ac de piscibus & piscinis decimæ solvuntur.
18 Quod tamen alij Dd. restringunt, si de consvetudine id obtineat & obtingat, quæ tam in molendinis, quam decimis observatur.
20 Talis census quando, ubi, & per quem solvendus de jure Saxonico.
21 Emphyteuta tenetur suis sumtibus canonem deferre ad ædes domini.
22 Numine etiam non interpellatus talis colonus? Vbi de causa minorum & negligentia in solutione.
23 Jus molendini bannarij an & qualis sit servitus, cum num. 27. 33.
24 Molendini servitus quænam?
25 Quibusnam adsignanda molis?
26 In Gallia exemtus ab onere bannariæ molæ, in suum & egenorum duntaxat usum molere potest.
28 Servitures molendini personales & reales an ad heredes & emtores transeant, cum illationibus propinquis num. 29.30.31.
32 Molendini facultas sine præstatione tributi concessa, qualis servitus dicenda? Personalis, juncto num. 33.
33 Pro licentia aquæ ducendæ numos accipere Principem, num turpe vel inlicitum, ex Ripa.
34 Habens aquæductum ad molendinum in fundum alterius, potest hunc dominum fundi servientis conpellere, ut aditum & necessaria permittat.
35 Aquæductus est servitus quoque prædiorum.
36 Quatenus aqua ducatur, breviter.
37 Bartoli collectio falsa, ex mente Ripæ: aquam duco per fundum vicini ipso permittente; Ergo habeo talem servitutem.
38 Si duo molam possideant, an à superiore domino aqua possit averti, quando servitus non debetur?
39 Is per cujus præ[illegible]ia ducitur aqua ad loca inferiora, an & à quibus in suo prædio molam ædificari possit?

40 Ius

40 Ius aquæ ducendę pro uno molendino qui habet, num etiam aliud fabricare, circumscriptam loco servitutem mutare, & usum rei ad alium transferre debeat?
41 Rustica servitus iterum duplex: acquirens & retinens; quod declaratur.
42 Viæ latitudo, forma & distantia ædificorum, insulæ, balnei, camini, fornacis, officinæ & moletrinæ, cum similibus late.
43 Servitus venti non intercludendi qualis?
44 Eadem in molendinis locum invenit.
45 Philippus Melanchthon discrimen fecit inter φόρ☉ & τέλ☉.
46 Adplicatio ratione molendinorum, pro quibus decimas, gabellas & collectas solvimus, aliaque onera sustinemus.
47 Scheffelschatz & Mühlenschatz quid, obiter.
48 Haut exigua servitutis species, alteri immunem molituram deberi, Einem sein Korn frey ohne Matten mahlen müssen.
49 Omnium servitutum gravissima, quæ hisce temporibus circa molendina servatur, in eorum extructione, reparatione, aditione & similibus.
50 Insigniores de Magistratibus & Rusticis sive subditis, adtexuntur fuse jura, querelæ, adhortationes, &c.

1 QUOTIDIE † cum cæteris obcurrit hujus capitis tractatio sive praxis: ut dubium esse nequeat in foro luceque hominum versantibus, an molendina habeant vel habere possint servitutes suas, aut alia jura & onera?

2 Istæ duplicis sunt † aut constitui solent generis, puta personales & reales *l. 1. D. de servit. Bocerus clas. 5. disp. 8. th. 4. Althusius lib. dicæol. 1. cap. 22. num. 16.*

Ego prætermissa personarum (quas non modo habitationem, usum & usumfructum nomino: Sed etiam operariorum servitia & subditorum onera, sicque cum Jurisperitis ubique adcurate non loquor, adstipulante Paulo Busio *ad d. l. 1. D. de servit.*) de realibus servitutibus nunc sermonem instituam, quæ competunt † prædijs urbanis vel rusticis, unde & nomen sortiuntur. 3 Nam sine corpore esse nequit, utpote res incorporalis & in jure consistens,

Subjectum igitur est † tale prædium; 4 quod qui non habet, nec is servitutem acquirit, nec quisquam debet per jura notissima, quæ hoc modo simpliciter allegare suscit, juxta notata à Francisc. Ripa *in l. eadem 4. §. Cato prim. num. septim. pag. 262. D. de verb. obligatio.*

Et quamvis in † definitionibus utriusque servitutis *Dd.* mire varient, uti etiam in realis & personalis significationibus, ceu videre est apud Barthol. Cœpollam *tract. de servitut.* Doctores *ad d. titul. D. de servitut. tit. de servitut. rustic. & urban. præd.* Bocerum *d. class. quint. disputat.* 8. Vultejum *libr. 1. Jurisp. Rom. c.* 63. & Althusium *d. libr. 1. dicæol. cap.* 22. 23. 24. 5

Attamen † hic summa sequar rerum fastigia, nec ab ovo quod dicitur, omnia repetam: sed præsuppositis istis ad hanc rem necessarijs, magis quæ causas ipsas concernunt, & in terminis reperi apud autores, breviter conportabo. 6

Unde quædam † Molendina hac ratione 7 sunt libera, quædam servientia & bannaria, in quibus & non alibi molere quis cogitur, *supr. quæstio. undecim. quæstio. trigesim. non. numere decim. octav.* ad quæ etiam refero Anniversaria, quibus certis & recurrentibus tantum anni temporibus uti licet.

Cum enim † quælibet res, vel libera, vel 8 servituti obnoxia judicetur; talis vero statim non præsumatur *l. altius l. si in ædibus C. de servitut. & aq.* Sig. Scaccia *tract. de judic. libr. secund. cap. non. numer.* 1345. Roland. à Valle *consil. octuages. secun. num. sext. libr. secund. & consilio. prim. sub. numer. sexages. septim. libr. prim.* Andr. Knichen *in velitat. apolog. num. 26. cum seqq.* pulchre & adposite, multasque autorit... cumulans Menochius *de præsumt.* ... 3. *præs. 89. num. 1. & 2.*

Myn-

Mynsingerus *consilio*.81.*num*.9. non mirum est (9) † eamdem libertatem etiam in molendinis (10) † præsumi; nisi † causa servitutis & oneris alicujus, aut præscripta, aut inposita demonstretur, *§. fin. Institut. de servitut. præd. supr. quæstio*. 11. *numer*. 44. Pulchre Hartwig. *Dassel, consilio*.9.*num*.18. *&* 19. *lib*.1. Andr. Gail. *libr. secund. observ. cap*. (11) 69. *num*. 2. *&* 3. quod per † pactiones, stipulationes, contractus & alios modos varie contingere posse, inde discimus, & probavit optime Joh. del Castillo *tract. de usufructu seu part*. 1. *quotid. controv. cap*. 10.

Quamdiu igitur servitus vel onus aliquod molendino ita inpositum aut per præscriptionem acquisitum non probatur, tamdiu non alteri, quam Domino suo subest, nec servitutem aut onera (ut ita dicam *ex l*. 3. *C. de serv. & acq*. à quibus libera & exemta esse possunt, juxta diploma Dn. Alberti Ducis Brunswicensis, relatum *supr. quæst*.20.*numer*.5.) debet, *argum. l. traditio* 20. §. 1. *D. de acq. rer. dom. l. non tantum* 169. *D. de verb. signif*. tradit Jason *ad l. quo minus in* 37. *colum. D. de fluminibus*.

Sed potius tamquam prædium dominans sibi servitutes prædiales à prædio serviente acquirere valet, per ea quæ laudati *Dd*. fuse tradiderunt, & ex sequentibus observationibusque illucescit.

(12) Ea enim ratione † molendina priora ut primo habent esse, ita & debent habere frui; cum vulgatum juris axioma sit, ut qui prior est tempore, sit quoque jure prior dicente Wesenbecio *cons*. 34. *num*. 11. *cons*. 67. *num*. 3. *sup. quæst*. 18. *num*. 15.

Hinc sane dicitur: si duo habent molendinum juxta flumen, & in tempore aqua non sufficiat, illud quod est prius constitutum in tempore, esse prius in jure; si autem eodem tempore, tunc illud, quod est alterius sive superius habere primam utilitatem. Jason. *in l. quo minus colum* 12. *D. de flumin*. allegans Baldum *in l. si plures* 1. *quæst. C. de cond. infert*.

(13) Et præterea † molendinum serviens dici potest, de quo decimæ sunt solvendæ; siquidem titulum, (14) seu † censum præstare regulariter est signum dominij *argum. cap. tua nobis ext. de decim*. species servitutis ac tessera subjectionis, *cap. omnis anima ext. de censibus cap. cum olim De offic. deleg. l*. 3. *vers. quod si, ubi Bald & Gothof. C. de nat. libr. l*. 4. §. 2. *D. de cens. juncta Novel*. 89. *cap*. 2. *vers. si quis igitur secund*. Panormitanus *ad d. capit. omnis & consilio*. 102. Wesenbecius *consilio*. 78. *numer*. 10. pulchre Surdus *decision*. 31. *num*. 5. Abbas *consilio*. 102. *in causa libr. prim*. Mascardus *conclus*. 259. Martin. Monterus *in decision. regni Aragon. decision*. 26. *num*. 16. Hieronym. de Monte Brixiano *tract. fin. regund. cap*. 57. *num*. 7. Domin. Card. Tuschus *tom*. 1. *conclus. pract*. 190. *lit. C*. & denique Henning. Hamelius *ad titul. Instit. de action. capit*. 52. *num*. 27. interque istos Salicetus dixit: Ex eo, quod quis soluit censum, præsumi dominum utilem, recipientemq; argui dominum directum, *in l. proprietatis C. de probation*.

(15) Idque objecit quoque olim † Spiræ Dn. Referens tunc temporis voto suo in causa Bürgermeister / Raht und Gemeinde beyder Flecken Ober- und Nieder Ingelheim Appellanten / contra Herrn Friedrichen / folgendes Herrn Ludwigen Churfürsten / und Herrn Reicharten / allen Pfaltzgrafen bey Rhein / Hertzogen in Beyern / und Ihr Churfürstl. Gn. Ambtman zu Stromberg Johan Valtin von Schonberg Appellaten Anno 1581. *die* 3. *July*.

Plu-

Pluribus idem tractatum, & exagitatum legi in causa quadam Mayntz contra Erffurdt; quando à partibus Archi Episcopi Referens contra civitatem tunc exaggerabat: Dominij probationem confirmari ex multijuga censuum præstatione seu solutione, non solum per Senatum, sed & Cives in receptione, nec non de multis varijsque rebus ac bonis, quæ possidentur in civitate, ut de foro salis, inque multis alijs locis, à domibus proprijs, item publicis & privatis.

Ac licet ac dissimili causa hujusmodi census plerumq; solvi soleant, nimirum ratione proprietatis, protectionis, subjectionis, libertatis acceptę; ideoq; ex simpliciter solutis censibus non concludatur ad certã probationem & hanc ob causam Felinus æquivocam solutionem dici adserit *in cap. cum Bartholdus n.26. De re jud. cap. ad audientiã De præscribt. n.21.* & propterea ex circumstantijs de causa colligendum dicat idem Panormitanus *in cap. fin. n.4. de cau. possess. & proprietat. & d. consil. 102. n.2. part.1. c.2. de censib. in fin.* Socinus *consil. 74. col. 5. in princ.* etiã signũ confęderationis tantũ significare posse & plura de hoc Decius *in c. recipimus De privil. in princ.* Boerius *in consvet. Bitur. tit. de feud. §.17.* Calderinus *cons. 5 de privil.*

Tamen ex vocabulo ibi adjuncto in quibusdam rebus, scilicet Freyzinß vel Freypfenninge / non videri idem Referens putabat colligi posse signum libertatis naturalis seu propriæ: sed magis intelligendum in signum subjectionis & dominij solvi census & Freypfenning seu receptæ libertatis; ut in simili Abbas, Hostiensis, Afflictus & Gylmannus apud Paul. Matthi. Wehnerum *pract. observat. lit. F. verb.* Freygüter *pag. mihi* 174.

Decimas ergo (ut ad thema nostrum redeam) nonnunquam † de molendinis solvendas esse; sive illa sint aquatica, sive vento agitata, textus sunt expressi *in cap. pervenit. cap. ex transmissa, cap. pastoralis cap. tua c. non est ext. de decim.* & scribit Boerius *in consvet. Bituric. Rubr. des costumes prædiales §. 12.* Rebuffus *tracta. de decim. quæstio. 8. num. 6. pag. 77.* 16

Sic in donatione pensionum, ab Anshelmo Abbate Laureshamensi facta, leguntur hæc verba; "*Hobarij solvunt villico præpositi VI. uncias, & de molendinis solvuntur VI. uncia, &c. sed VIII.* Malder *tritici in Cilosvesheim dedimus in concambium pro molendino in Serizesheim, quod pertinebat ad* Aldenmünster/ *&c.* Et paulo post inter alia sequitur: *Molendinum in VVisgoz solvens duos solidos, cum huba sua, quæ solvit XV. denarios, item Molendinum in* Barenbach *solvens XXXIII. denarios, & de molendino in Furden. V. uncias solvere debet.* apud Marq. Freherum *in append. part. 1. de orig. Palat. pag mihi 38. 39. adde sup. quæst. 27. num. 31.*

Cui utique consonans est, quod & de † Piscinis & piscibus decimæ sunt solvendæ *d. cap. pervenit, & d. cap. ex transmissa cap. ex parte cap. nuncios ext. de decim.* Joan. Saixon *in consvet. Turon. tit. 34. art. 9. vers. quinta conclus.* Anton. Capycius *decision. 20.* (veluti Regem Israëlitarum vineas & semina decimis oneraturum prædixerat Samuel *libr. 1. capit. 8. vers. 15. & 17. infr. num. 50.*) 17

Quamquam illud prius ab alijs † non aliter admittitur, quam si consvetudine ita sit introductum, Covarruv. *in c. peccatum 2. part. relect. cap. 8. num. 12. De reg. ju. in 6.* Seb. Medices *in tract. de venat. & piscat. part. 1. qu. 21.* & alias in molendinis *supr. qu. 22.* *inq;* decimis solvendis consvetudo ad probata servatur *cap. cum sint ext. de decim.* 18

19 Idem, quod modo dixi, etiam de † præstatione census ex molendino statuendum esse, suadet prædicta Panormitani & aliorum ratio; idque in tantum est verum, ut promittens recognoscere censum super molendinis, censeatur ipsa molendina obligare & hypothecare, autore Cravetta *in consilio. 20. num. 10. lib. 1.*

20 Interim talis † census de jure Saxonico non prius est solvendus, quam dies venit & cessit, qui solutioni est destinatus, *supr. quæst. 33. num. 11. & 12.* Landtr. *lib. 2. art. 58.* §. Zins von Mühlen: & tunc ad domum domini est portandus, maxime si ambo sint ejusdem territorij, nisi in contrarium sit consvetudo, *arg. l. mediterraneæ l. pro locis C. de annon. & tribut.* Baldus *in l. acceptam C. de usur.* Pet. de Ubaldis *in tract. de duob. fratribus 6. part. princ. numer. 15.* Text. & Glos. *in ca. revertimini 16. quæst. 1.* cui tamen contradicit textus Landtrecht *lib. 1. art. 54.* ubi legitur: Der Mann ist nicht pflichtig seinen Zinß ausser seinem Hause zu geben.

21 Prius tamen † in simili quidam conprobant, Emphyteutam scilicet teneri canonem ad domum Domini suisque sumtibus deferre, teste Aur. Corbulo *tract. de jure emphyt. cap. 15. ampl. 14. numer. 1. & 2. pag. 439.* Rutg. Rulando *in decis. q. controv. 67.*

22 Quinimo neminem † conductorum oportet conventionem vel admonitionem exspectare, sed ultro sese offerre, & debitum spontanea voluntate persolvere; inprimis si id promiserit, ex regula generali *l. 2. C. de jure emphyt.* & causa minoris agatur, cujus favore reipsa & solo tempore moram sine interpellatione contrahi testatur Bartolus *ad l. in minorum 3. num. 1. C. in quib. caus. restitut.* cum alias quoque negligentia solutionis præsumatur, nisi contrarium *h. e.* factum eam esse manifeste pleneque probetur, *l. fin. C. de solut. & lib. d. l. 2. C. de jure emphyt. Pract. Ferrar. in for. libr. quo ag. ad fict. præstat. in verb. solvere neglexit num. 1. pag. 387.* quia solutio est facti, & juxta communem juris rationem ea, quæ sunt facti non præsumuntur.

23 Porro de † bannarijs istis molendinis quid dicendum aliud, quam quod fuse demonstravi *d. quæst. 11. num. 41. usque ad 48.* scilicet jus illud, quo mediante quis talem molam adire conpellitur, esse servitutem quamdam: & quidem realem seu prædialem, pactis vel alijs modis constitutam, aut certe obligationem personalem *inf. nu. 27.*

24 Nobiscum sic sentiunt alij, esse nimirum † molendi quoque servitutem, qua molendino fundi mei alius frumenta sua molenda & conminuenda obferre tenetur. De ea Wesenbecium *cons. 34. & cons. 67.* Covarruviam *part. 2. §. 4. in capit. possess. De reg. ju. in 6.* legendos suadet Johan. Althusius *d. libr. 1. dicæol. capit. 22. num. 26.* ubi ex alijs addit, hac servitute non constituta, cuilibet liberum in flumine & fundo molendinum ædificare; quod tamen membrum alibi exactius ventilavi.

25 Pariter ac quærit Renatus Choppinus istius † bannariæ molæ servitus, quibusnam videatur adplicanda pistrinis? Qua voce pro molendino passim utitur, quod semel simulque monere sufficiat. Et in illam sententiam inclinat, tam his, quæ terreno in solo defixis, vento moveantur, ejusque impetu triticum molant, quam aquarijs, cæterisque aptari posse, *in comment. ad leges Andium libr. 1. cap. 16. num. 2. pag. 213. & 214.*

26 Idem de contraria libertate alibi testatur, in quibusdam † Galliæ provincijs, qui exemtus hujusmodi proscribta seu bannaria mo-

ria molæ frumentariæ servitute, valere in suum dumtaxat, piæve in egenos largitatis usum, frumenta molere, *lib. 3. de domanio Franciæ tit. 22. §. 6. pag. 639.*

27 Eamdem † bannariam servitutem iterum is putat personalem esse verius, personisque injunctam, quam fundis *d. libr. 1. ad leg. And. cap. 27. num. 6.* Unde quamquam rusticæ servitutes, prædij magis quam personæ censeantur: si tamen lex, testatorve personam demonstrarit, cui vel à qua servitutem præstare voluerit, personalis fit usus,

28 neque ad hæredem † transmittitur, multo minus ad emptorem *l. pecoris 4. & pen. D. de serv. rust. præd. l. Mela ait §. ult. D. de alim. & cib. leg. l. pen. D. de servit. legat.*

Quamquam circa hoc dici possit: si molendinum, cui servitus aliqua realis debetur, vendatur seu alienetur, quod transeat quoq; ipsa servitus in emtorem, cum sit cohærens rei *l. partem l. si via §. si fundus D. de serv. rust. præd. l. si aquæductus D. de contrah. emt.* Pract. Papiens. *in for. lib. in act. confess. verb. servitus aquæductus ipsi molendino, in princip. num. 8.* accedentibus his enunciatis: molendinum † modo pro urbano, modo pro rustico æstimari, *supr. quæst. 42.* servitutem realem semper esse in re inmobili, semperq; rei inmobilis, unde prædiale nomen meruit *§. ideo autem Institut. de servit. l. 1. D. commun. præd. Vultej. d. cap. 63. nu. 39.* molendinum an pro mobili vel inmobili reputandum sit, decisum *in quæstio. 8.*

29

30 Servitutes † rusticas posse etiam ad usum personæ principaliter constitui, quo casu, ex re dominante, recte personales dici; secus quando ad usum prædij dominantis constituuntur, per allegata ab Althusio *d. cap. 22. num. 58.* Menochio *de retin. possess. remed. 6. quæst. 2. num. 39. cum seqq.* Gailio *libr. 2. obs. 66. &* Friderico *libr. 2. de mandat. capit. 41.* denique † servitutum realium & personalium magnam esse adfinitatem *infr. quæstio. 44. num. 1.* adeo ut servitutem realem modo personalem esse vel fieri, fateatur ipse Choppinus *lib. 2. de civil. Paris. morib. tit. 8. num. 1. pag. 409.* 31

Unde † molendini facultas alicui si concessa fuerit, absque præstatione alicujus tributi (quamvis † pro ea concessione molæ ædificandæ & aquæ ducendæ pecuniam accipere Principem vel Civitatem, turpe existiment Præpositus, Alexand. & Bart. apud Ripam, ab his tamen dissidentem *in d. leg. quo minus num. 37. D. de flumin.*) pro ipsa molitione, an & quando dicatur servitus usus, quoad effectum scilicet molendi, disceptat Stephanus Bertrandus *consil. 289. num. 1. 4. & 5. part. 2. vol. 3.* 32 33

Sic etiam ex † hominis constitutione inter vivos vel in ultima voluntate, & tempore legitimæ præscribtionis (juxta tradita per Pract. Papiens. *d. lo. num. 3. & 4.*) habens ductum aquæ ad molendinum in fundo alterius, potest dominum fundi servientis conpellere, ut non solum præstet aditum, sed facultatem quoque reponendi calcem & lapides, & faciendi cætera necessaria ad reparationem aquæductus sive clusæ, *text. & gloss. in l. refectionis D. commun. præd.* Jason & Ripa *num. 68. in d. l. quo minus D. de fluminibus juncta l. 6. l. 7. C. de servit. & aq. sup. quæstio. 26. num. 12.* 34

Et quidem tale jus † aquæductum patiendi servitutem esse rusticam omnibus est notissimum, ut legum inductione non sit opus. Aquæductus enim est servitus rustici prædij, sive jus aquæ ducendæ per fundum alienum, quod vel canalibus ac digitis, item clusa vel etiam ducta fossa fieri 35

adsolet, *supr. quæst.* 19. Althusius *d. libr.* 1. *cap.* 22. *num.* 47. *per tot.*

36 Eatenus autem per agrum servientem † ducitur, quatenus fundo dominanti opus est: atque ducitur ex aqua publica vel privata. Ex flumine publico nihil impedit, quo minus quisq; ad suum agrum irrigandum vel ad molendinum circumagendum ducere queat; nisi aqua publica fuerit, *hoc est*, in usu publico exstiterit, vel ab eo qui jus prohibendi habet, id interdictum sit. Ex privato autem flumine aut aqua idem non licet, nisi is, cujus interest, consentiat: pariter ut nec ex flumine publico eam ducere permissum, si illud navigabile fuerit; quod cum suis ampliationibus & limitationibus plenius discussi supra, idemque indicant Wesenbecius *in parat. D. de servit. rustic. præd. numero* 2. Vultejus *d. libr.* 1. *cap.* 63. *numer.* 73. *&* 74. Cæpolla *d. tract. de servitut. cap. quart. & alibi.*

Hinc Johan. Franc. à Ripa *admonet in d. l. quo minus numer.* 88. *D. de flumin.* veram non esse † Bartoli consequentiam, quam ita facit: Duco aquam per fundum vicini, ipso permittente; Ergo habeo servitutem aquæducendæ. Collectio enim ista in canones Logicos impingit (quos mire dilaudat inter Jurisperitos Christophorus Besoldus *differt. de usu jurispr.* Bartol. Musculus *tractat. sive conclusio. civil. de success. anomal. clas.* 1. *membr.* 1. *conclus.* 2. *lit. B. num.* 39. *pagin.* 27.) nec actus tales id inducunt, *argum. leg.* 1. §. 6. *ibi*: *quamvis id frequenter fecit D. de itin. action. priv.* Mynsing. *d. respons.* 81. *numer.* 9. 11. 12. & potuit illud fieri, vicinusque concessisse jure familiaritatis seu amicitiæ: quo casu mihi non etiam acquiritur servitus vel possessio, ut alibi dixi, & innuit *l. qui jure familiaritatis, ubi Dd. de acq. possess.*

Sed esto quoque, vicinus quod passus fuerit me ducere aquam jure meo; non tamen illico ex uno actu ductuve constituitur, aut pluribus consequitur talis servitus aquæ ducendæ; verum requiritur quod ego duxero per decennium *l. si quis diuturno D. si serv. vendit. Baldus in l.* 2. *C. de servit. & aq.* quamvis alij de hoc longo tempore diffideant an sit 10. 20. 30. imo quandoque centum annorum, prout in terminis videre est apud Vincent. de Franchis *decision.* 183. *numer.* 13. 14. 15. 17. & adhuc dubium remansit in præscribtione servitutis continuæ, vel discontinuæ, dividuæ vel individuæ, realis & personalis, apud Wesenbecium *in parat. D. de servitut. num.* 5. *per tot.* Schurfium *consilio.* 7. *num.* 7. *&* 8. *p.* 1. Johannem Robertum *libr.* 4. *sentent. capit.* 8. Koppen *in decision. quæstion.* 57. *num.* 74. & Althusium *libr.* 1. *dicæol. cap.* 42. *num.* 7. 8. 9. 10. ubi addit nominatim, jus in molendino molendi, vel in furno coquendi panes, à tempore prohibitionis, in qua alius adquievit, posse præscribi, *juncta quæstio. mea* 11. Existimat ergo Ripa Bartoli opinionem procedere duobus concurrentibus: primo, quod ego duxerim jure meo, item per legitimum tempus dicor id facere aut ducere jure servitutis, quando ego credo jure meo ducere eam aquam, licet errem, *leg.* 1. *§. sed si jure aqua debeat D. de aq. quotid. & æstiv. ubi Bart. & in l.* 1. §. *hoc interdicto* 2. *D. de itin. act. priv.* idque eo ipso probari, quod opere manufacto in fundo vicini ipsam aquam duco, *d. l.* 1. *§. Julianus* 5. *cum §.* 2. *ubi Bart. D. de itin. priv. Panormit. in c. bonæ, de postu. præl.*

Secus si naturali cursu absque ullo meo facto in vicini agro aqua defluxerit in fundum meum inferiorem, *l.* 1. *§. denique l. fluminum §. item videamus D. de aq. pluv.* arcen.

arcen. Capol. in d. tr. cap. de aquæd. in 7. qu. princip.

Ex quibus, similibusque problematibus & autoribus elucescit, quid statuendum sit de altera quæstione: Quod si † duo suum singuli molendinum habeant, aquam unius posse diverti quocumque à domino molendini, & denegari alteri molendino inferius posito, licet deducatur ex publico flumine, nisi servitus debeatur, dicentibus Baldo *in l. aquam C. de servitut. & aq.* Choppino *ad legat. Andium d. libr. 1. cap. 20. numer. 4. in marg. juncta l. is qui duo 29. D. de serv. rustic. præd. supr. q. 19. numer. 9. 12. 13.* Mod. Pistoris *consilio. 22. volumin. 1.*

38

39 Item † eum, per cujus prædia ducitur aqua ad loca inferiora, posse in suo prædio ædificare molendinum; modo non impediat aquæ cursum. Ita censent Curtius senior *cons. 33. incip. potens nobilis* Menochius *casu 462. num. 14.* & probatur *in consultat. constit. Saxon. part. 5. casu 5.*

40 Cæterum potestas, servitus ac aquæ cursus hic non modo consideratur: sed etiam † is, qui habet jus aquæ ducendæ pro uno molendino, non potest aliud novum exstruere, ex decisione Angeli *in l. qui duas D. commun. præd.* Bertachin. *in repert. verb. molendin. num. 31.*

Forma enim data punctualiter servanda est, Decius post Bartolum & alios *in consilio. 244. in quæstio. propos. colum. 1. volum. 1.* Parisius *consilio. 116. numer. 6. volum. 1.* & non ad plures permissio extendenda est moletrinas, nisi quis respectu concedentis discrimen in Principe facere vellet, cujus verba benigne lateque interpretanda esse, Dd. altera fere pagina inculcat.

Quamvis hoc idem Brocardicum multas patiatur exceptiones; & priori sensu in simili statuatur: circumscribtam loco servitutem, ad aliam minime produci *leg. 1. §. hac stipulatio D. usuf. quem cau. l. si mihi 20. cum 2. seqq. C. de serv. rust. præd. leg. divus §. ult. D. de usuf. & hab. l. non modus C. de serv. cap. cum Capo!la, De privil.* Choppinus *d. libr. 1. leg. Andeg. capit. 14. num. 19. pag. 209.* Ubi regiam Errici II. constitutionem, de aquis & sylvis Anno 1548. latam, producit: Usuarius sylvarum pro certa sua domo, in aliam usuaria ligna transferre prohibetur, *art. 47.*

Item si aqua ad agros irrigandos concessa fuerit, hanc non ad alium majorisque damni & præjudicij usum, veluti ad molendinum vertendum esse derivandam, *sup. qu. 22. num. 27.* æque dubium oriri, num molæ antea concessæ mutatio vel translatio ad alium modum, locumque sit toleranda *inf. quæstio. 55.* Quæ penultima tamen sano intellectu erunt metienda, argumento istius, quod dicitur: superioribus in jure positis interdictis aquam non modo contineri, quæ ad agrum irrigandum pertinet, sed utique omnem usum & commodum nostrum respicientem; quo jure nos uti respondet Ulpianus, & ob id, si in urbana istiusmodi prædia quis aquam ducere velit, hoc interdictum de ea locum habere, *in l. 1. §. illud quæritur 11. l. hoc jure 3. in pr. D. aq. quotid. & æstiv.*

41 Verum indigent ista alio quoque auctario, quod † rustica servitus sit iterum duplex; constituta scilicet ad utilitatem veterem prædij, quam habemus, retinendam & conservandam, vel novam illi adipiscendam. Hac nunc omissa ad priorem conservandam inseruit jus accedendi ad fundum nostrum, & facultas removendi impedimenta quibus fundus noster dominans incommodior redditur. Ad rejiciendum obsta-

obstacula fundi constituta rustica servitus est, qua licet amovere omnes remoras, quæ impediunt, quo minus liberius & commodius re nostra utamur: cujus generis sunt servitus fructus colligendi, posita habendi, exsiccandi, venti non intercludendi. Accedendi vero seu adeundi jus ad fundum prædiumve est servitus itineris, actus vel viæ, autore Donello *libr.* 11. *comment. ju. civ. cap.* 6. Althusio *d. lib.* 1. *dicæol. cap.* 22. *num.* 32. *usq. ad* 44.

42 Unde sicuti de † forma ædificiorum & spatio legitimo distantiæ à vicina insula, balneo, camino, fornacei, officina, domo agitur *in l.* 13. *l.* 14. *De serv. urb. præd. tit. C. de ædif. priv.* apud Harmenopulum *libr.* 2. *cap.* 4. *tit.* 5. *cap.* 10. Petr. Greg. Tholozan. *libr.* 18. *syntag. cap.* 22. late Cæpollam *in d. tracta. de serv. urb. & rustic. præd.* item de viæ istius latitudine variant, an ex voluntate constituentis determinata sit vel ex XII. Tabb. legitimum nomen & modum sortiri debeat, inque porrectum octo pedes, in anfractum *h. e.* curvum & fluxum sedecim habeat, *arg. l.* 8. *l.* 13. §. 2. *l.* 23. *De serv. rust. præd. Cujac. lib.* 22. *obs. cap.* 35. *Robert. lib.* 4. *sent. c.* 5. *Bocerus d. clas.* 5. *disp.* 8. *th.* 21. ita etiam molendinum (quod pro ædificio seu domo, prædioque rustico & urbano partim sumi, pluribus supra docui) quantum ab altero distare debeat, ex ijsdem juris fontibus profluit, *supr. quæstion.* 19. *num.* 17. & 18. Wesenbec. *d. consil.* 67. *num.* 15. & 16. & argumentum de piscatorijs remoris, deque legitimo inter illas interstitio desumere possumus ex Leonis Imper. *Nov.* 57. 102. 103 & 104. maxime cum æque istud hic necessarium sit, multas contentiones exsuscitet, loci quandoque spatium patiatur, tam laici quam clerici molas possideant, ejusque generis pleræque nondum innotuerint, quo tempore leges istæ sancitæ; ut sic in specie nomothetæ de iis cogitare non potuerint, posteri autem ex simili juris ratione eamdem dispositionem ad hodierna molendina recte transferant, quæ præsentis ævi hominibus bona videntur. Pariter ac reperiuntur jam constitutæ moletrinæ bannariæ, in quibus certi homines molere coguntur: qua occasione Choppinus investigat & explicat, quæ ad Gallorum mores spectant, de leucis & dimensionibus distantiæ molendini Dominici à lare seu domicilio subditi, *d. lib.* 1. *leg. Andeg. passim & inprimis cap.* 22.

Ita si statuto cautum esset, molendinum ædificari non posse prope aliud per spacium perticarum centum, quomodo fieri debeat mensuratio; an per aërem vel aquam? Posterius adfirmat Felinus *in capit. olim verb. unde stante statuto numer.* 6. *de except.* quem allegat Johan. Hieron. Cardin. Albanus *in lucubrat. ad Bart. d. l. quo minus numer.* 3. *D. de flumin. adjunge* Alexandrum *consilio.* 22. *in* 2. *colum. libr.* 4. & Henn. Hamelium *in repet. tit. Instit. de action. cap. ult. in fi.*

Quid vero si concedatur jus fabricandi molendini juxta canalem, Wie weit es zugelassen vom Bach zu bawen? Videtur quod per duos, vel tres pedes tantum à canali recedere debeat, juxta notata per Bartol. *in l. quidam Hiberus & in l. fistulam D. de servitut. urb. præd.* vel ad summum per decem aut quindecim pedes à dicto rivo, *arg. l. fin. D. fin. regund.*

Dictio enim JUXTA hoc in effectu inportat, teste eodem Alexandro *consilio* 120. *volum.* 2. Ergo non poterit per spacium aliquot perticarum à rivo recedere, ex mente Augustini Beroi, qui in terminis ita concludit *consil.* 144. *num.* 16. *volum.* 3.

Quo-

Quomodo etiam Meischnerus casum format de particula An / num sit exclusiva vel inclusiva, *tom. 2. libr. 1. decis. 10. numer. 3. & 4. fol. 491.* ubi inter alia scribit: Si dictũ est, das Bahnwasser gehet an der Brücken an/biß in die Unterbrück; quod istæ dictiones An/ An/ utrinque sint exclusivæ pontis & molendini, quas non aliter accipit, ac si dictum fuisset, flumen illud bannale incipere AD seu JUXTA pontẽ, an der Brücken an; adeoque pontem controversum specifice datum fuisse pro termino à quo; cum dictio An/ *h. e.* ad sive juxta, posita sit exclusive denotans propinquitatem, non vero intrinsecitatem *&c.* referente Wehnero *obser. pract. verb.* An / *mihi pagin. 25. lit. A.*

43 Jus deinde † obstacula removendi, ut servitute nobis acquisita utamur, dixi consistere inter alia in servitute venti non intercludendi; qua impedimenta ventum spirantem intercludentia, remorantia aut avertentia, vicinus amovere cogitur, quo in area mea ventum necessarium ad triturationem & purgationem frumenti mei, aut ad alium usum (sub quo etiam molarum circumagendarum libertatem conprehendo) habere possim, *l. ult. §. 1. C. de serv.* ubi conculcationem pro trituratione hodie sumi, perhibet iterum Althusius *d. libr. 1. capit. 22. num. 4.*

44 Quia enim secundum † supradicta molendinum modo pro urbano, modo pro rustico prædio, respectu nimirum proprii finis habetur & usurpatur; ideo ei quoque non minus, quam alij talis conditionis prædio suas servitutes deberi, & conpetere posse, æquum est. Hinc fit, quod in molendinis etiam locum habeat servitus altius non tollendi, ita ut ventus à vicino ex æmulatione ad domini molendini injuriam impediri nequeat, sicut probat Petrus Gregorius *d. syntag. ju. univ. lib. 4. cap. 10. num. 7.* confer Paulum Busium *ad l. 2. D. de serv. urb. præd.*

Ex quo fundamento etiam ante aliquot annos, villici alicujus proceras salices, in horto contiguo stantes, quibus ventus à molendino dominico arcebatur, intercisas memini, adnexa inhibitione, ne inposterum ullæ ibi rursum plantarentur, pro quo facit *l. si arborem 17. in princ. juncta leg. 12. & utrobique Gothofr. D. de serv. urb. præd. leg. 2. in pr. D. fin. regund.* textumque singularem reperi *in l. fin. vers. sancimus ultim. ubi Cynus, Bart. Bald. & Alber. C. de servitut. & aq.*

Idem non modo de Vento, sed & Sole ibidem Gothofredus dicit, & videndum monet Iohan. Ancharanum *2. quæstion. 23.* qui notat, in prædio rustico non posse ædificari in damnum vicini, propter fructuum ipsorum utilitatem. Nicol. Boerius *decis. 320. numer. 14. decis. 322. numer. 12.* Franc. Vivius *libr. 1. sylv. commun. opin. 69. per tot.*

Sed & quia alibi ad amussim monstravi, molendina pro prædiis, domibus ac rebus inmobilibus haberi: idcirco nota viri de bonis literis optime meriti † Philippi 45 Melanchthonis hac in causa discrimen. Reditus imperiorũ is fecit duplices, φόρος & τέλος. φόρος est tributum certum, quod ex rebus inmobilibus penditur, ex agris, prædiis, domibus: τέλος est vectigal, quod datur de rebus mobilibus seu mercibus *&c. in postil. part. 2. hist. de Zachæo pag. 2.*

46 Similiter de † molendinis decimas, collectas (daß von allem gemahlenen Korn muß impost gegeben werden) & gabellas solvimus, aliasque servitutes & onera sustinemus, de quibus hactenus ista protuli,

jun-

*juncta quæstio.11. numer.*94.95.96.141.142. *quæst.*22. *numer.* 14. & *quæstio.* 25. *num.*21. 22.23. inspice etiam Herman. Latheri *tract. de censu libr.*1. *capit.* 6. *num.* 23. 25.26. Gabellam vero hanc non solvimus, quando vicini necessitate coacti veniunt ad vicina molendina *d. quæstio.*11. *num.* 138. 139. 140. Dn. Warde Ehrenberg *in verisimil. theol. sive tr. de onerib. subditor.*...... *pag.* 153. ex 47 quo simul discimus, quid statuendum sit † de Scheffel-Schatz & Mühlen-Schatz/ de singulis modijs quando certum aliquod penditur; pari analogia, qua dicimus Wildbahn/ Muhlenbahn/ *d. quæstio.*11. *numer.*4. Fürstrecht/ Wasserrecht/ Landtrecht/ Lehenrecht/ und Mühlenrecht *supr. in proæm. num.* 17.

48 Verum enimvero post recensita † non exiguam servitutis speciem esse censeo, si dominus molendini vicino suo ejusque toti familiæ ex conventione, aut aliam ob caussam immunem molituram debeat, daß er jhme und seinem gantzen Hause sein Korn frey und ohne Matten muß mahlen lassen; cujus rei exempla mihi sunt nota. Nam alias regulariter pro officio molituræ merces sive macina est præstanda, ut dixi *quæst.*7. *numer.* 24. 25. *quæstio.* 33. *num.* 18. & *quæst.* 49. *per tot.*

Ex gravissimis vero causis Princeps in concessione hoc ex parte, vel in totum, certumque ad tempus vel in perpetuum sibi reservare potest; vel alijs privilegium tale immunis molituræ tribuere, quale dedit Julius II. Pont. Max. Bononiensium Trib. pleb. tabel. ac mercatoribus, cæterorum nec non opificum Collegijs; ut adhuc videre licet Bononiæ, ubi illa verba majuscula in D. Petronij templi lapide admodum magno, inaurato & parieti infixo leguntur: FRUMENTA OMNE GENUS A XIV. CAL. JAN. M.D.X. USQUE AD CAL. JAN. M. D. XI. IMMUNIS MOLITO. ULTRA VERO ILLUD TEMPUS SINGULIS CORBIBUS LIBRARUM CXL. PRETIUM DUORUM SOLIDUM ARGENTEORUM MANETO, referente Nathane Chytræo *in var. delit. Europ. pag. mihi* 183. & 184. *inf. qu.* 46. *num.* 8.

Omnium denique † servitutum, quæ 49 molendinis deberi possunt, hac nostra ætate proculdubio superlativa ea est servitus, qua multis in locis subditi non solum ad moletrinarum dominicarum exstructionem ad manutentionem, in convehendis lignis & alijs materialibus quotidianas operas præstare: sed & necessaria ligna, absque ulla refusione pretij, ipsimet exhibere; nonnunquam etiam fabris lignarijs victum & mercedem exædificationis vicatim ac viritim solvere coguntur: cum tamen omnis eorundem molendinorum reditus in bursam Domini abdatur, ad illos vero nulla alia utilitas redundet, quam ut pro exsoluto canone molituræ forsan frumentum suum illis molere liceat; id quod etiam peregrinis integrum est, qui numquam manum operi admoverunt.

Certe quin ab initio † subditi ad id directo cogi non potuerint, minime dubito, 50 ex ijs fundamentis, quæ supra ad longum sunt deducta *quæst.* 7.9.10. & 11.

At si Domini terrarum per investituram legitime à summo Principe consequutam, vel per præscriptionem istiusmodi servitutem jam adquisiverint, suffragante inprimis & quasi efflagitante, utilitate publica, subditorumque interveniente patientia & diuturna præfatione, poterit ea fortassis aliquo modo tolerari ac nonnullo colore juris palliari, juxta Anton. Peregrinum *in consilio.* 13.

lio. 13. *numer*. 13. & 14. Guid. Papam *decis*. 217. & *decis*. 472. *num*. 2. *adde supr. quæst*. 11. *num*. 24. *cum seqq*.

Sed tutius est nihilominus, ut in istiusmodi inpositionibus novis, insolitis ac gravibus etiam atque etiam Principes, Duces, Comites, ac alij Domini videant, ne conscientia, pietasque lædatur; ut considerent, quid suis subditis promiserint, & quid illi vicissim jurarint; ut hoc jus ita usurpent, quo magis à subditis permissum, quam vendicatum ab ipsis videatur; ut denique meminerint, aliquando summo ταξιάρχῃ de hisce & similibus rationem reddendam esse. Potentes enim aliquando potenter tormenta patientur, alicubi inquit sacra ac divinitus inspirata scribtura.

Et fatetur potentissimorum literatissimus Jacobus VI. Angliæ Rex: DEI vindictam acerbiorem, certioremque esse, quam si hominibus committeretur, *in oper. reg. pag*. 194. Contra tales quoque graviter insurgit Caroli & Ludovici Impp. sequens edictum: *Admonendi sunt domini subditorum, ut circa suos pie & misericorditer agant, nec eos qualibet injusta occasione condemnent, nec vi opprimant, nec illorum substantiolas injuste tollant, nec ipsa debita, quæ à subditis reddenda sunt, impie ac crudeliter exigantur, libr*. 2. *cap*. 44.

Veniat igitur ipsis in mentem, utcumque in gravaminibus talibus inponendis servanda sit loci consvetudo; tamen subditos contra jura aperta & ultra solitum, debitum, consvetumque gravandos non esse, intrepide pronuncio cum Speculatore *titul. de feud*. §. *quoniam quæstio*. 17. Baldo *in capit*. 1. §. *similiter vers. videbimus De capit. Conrad*. Calderino *consilio* 1. Beroo *consilio*. 81. *numer*. 15. 16. *volumin*. 1. & Bernhard. Gravæo *conclusion. pract. ad Gail*. 27. *cum consilio*. 1. *per tot*. Ita ex *libr*. 1. *Samuel. cap*. 8. aliquot loca adduxi alibi, & ad præsentem materiam transtuli.

Ibidem cum de jure regio aut tyrannide exercenda (ut quidam volunt; inter se namque diffident, uti notum) egisset, & inter alia dixisset, Saulum aut alium successorem, Judæorum filias facturum coquinarias ac pistrices, servos itidem ancillasque illorum rapturum; subjicit demum alterum: וְזַרְעֵיכֶם וְכַרְמֵיכֶם יַעְשֹׂר Hoc est, ex versione Ariæ Montani, Et semina vestra & vineas vestras decimabit; sive de seminibus vestris & vineis vestris capiet decimas *d. cap*. 8. *versic*. 15. & 16. B. Lutherus easdem voces retinuit & patria lingua expressit: Von ewer Saat und weinberge wird er den Zehenden nehmen.

Quod ad præcedentia directo respicit, & ea in re quam enormiter à nonnullis etiam Christi nomen profitentibus peccetur, testis est non solum Samuel *d. lo*. Jacobus *cap*. 24. *ut retuliq*. 6. *num*. 3. Frid. Balduinus *sup. q*. 11. *num*. 106. Rol. à Valle, Pacianus & alij *q*. 10. *num*. 30. Hermannus Latherus *d. tractat. d. censu leg*. 1. *cap*. 12. *num*. 6. 7. 8. verum etiam idem iterumque Augustinus Berous, inquiens: *Quod hodiernis temporibus Principes & Domini ita excorient subditos, præsertim Rusticos, ut vix spiritum illis dimittant, d. consilio*. 81. *numer*. 27. *post* Glossam *in l. ager*. §. 1. *D. de verbor. signific*. Testis etiam locuples est Johannes Aubanus, qui de Germanorum rusticis loquens: *Dominis, inquit, crebro per annum serviunt, rus colunt & semine conspergunt, fructus metunt & horreis inportant, ligna secant, domos ædificant, fossas effodiunt. Nihil est quod servilis & misera gens ipsis debere non dicatur, nihil etiam quod jussa facere, absq; periculo*

„ *recusare audeat, delinquens graviter mul-* „ *ctatur lib. 3. de moribus omn. gent. cap. 12. in fin.*

Sed quid ego ad has querelas; Constat per se, quodcumque præter rationem fit, id vitium esse, dicente Scaligero *exercit.* 307. *sectio 3.* & ab utraque sæpius parte illud committi, *supr. quæstio.* 10. *numer.* 23. *&* 25. *quæstio.* 11. *numer.* 32. *&* 34. Hinc Baldus scribit: Princeps olim respiciebat autoritatem & publicæ rei utilitatem; nunc vero non est eadem fides in principe, nec in subditis, *ad l.* 1. *sub numer.* 5. *De rer. divis. ref.* Knichen *de vest. pact. par.* 2. *capit.* 5. *numer.* 193. adeo ut Bartolus dicat: qui emit possessionem aliquam ab aliquo Rustico, non tenetur ad Collectas, ad quas tenebatur ille Maledictus Rusticus, nisi pro illa possessione, non alijs, *ad leg.* 2. *al.* 1. *C. quan. lic. ab emt. disced. leg.* 2. *§. sine censib. vel reliq. adde Hippol. de Bonacos. tract. de servit. & famul. quæstion.* 140. *numer.* 3. *pagin. octuages. quart.* Plura aliaque de Rusticis, qui legere cupit, is adeat And. Knichen *d. part.* 2. *cap.* 3. *numer.* 50. *cum seqq.* Roderic. Zamorens. *in specu. omn. statu. libr.* 1. *cap.* 22. Ren. Choppinum *tract. de privileg. rustic. lib.* 1. *capit.* 6. *part.* 2. Vent. de Valentijs *libr.* 1. *parthen. litiga. capit.* 11. *num.* 27. quosque adducit Dn. Antonius Heringius *tract. de fidejuss. cap.* 8. *num.* 111. Exstat namque vulgatus adhuc versiculus:

Rustica gens est optima flens, & pessima gaudens,
Vngentem pungit, pungentem rusticus ungit.

A quo non recedit invectiva sua Bernhardus Morlanensis, ante An. CCCCLXX. versificator, qui hujusmodi ruricolas nec DEO, nec Principi, Sacerdoti aut Proximo se gratos exhibentes ita perstringit, *lib.* 2. *de contemtu mundi pag.* 52.

Est maleperfidus, ambulat inuidus agricolator,
Sæpius novalia proxima propria jurat arator,
Jurat ut auferat, & cito peierat atque scienter,
Inde frequentia mutuo jurgia, causa frequenter,
Rusticus hordea mittit in horrea, farra recondit,
Horrea grandia, vasa capacia, multaque condit,
Nec pecus aut sata, dante DEO data, vult decimare:
Nec sacra portio, nec decimatio redditur aræ.
Prava stat actio, quæque professio, gens, gradus, ætas.
Quæque nefaria patrat, habet via sobria metas,
Omne bonum perit, omnis homo gerit alteritatem.
Pugnat inertia solvere fortia, fraus pietatem
Nunc premit omnia sola pecunia, res dominatur.
Mammona conditur, ad fora curritur, ad lucra statur.
Stat modo Mammona, sunt oneri bona, crimen honori.
Opprobrio via justitiæ, pia facta pudori.

Atque sic nemo ab omni parte beatus, qui ad alterutram non se flectat aut exorbitet; ut non solum Iliacos vel Teutonicos, sed omnes intra muros peccetur & extra. Quare neuter illorum graviter molesteque increpationem promeritam ferat; indignetur potius & se quilibet propriæ conditionis for-

nis fortunæque autorem credat, quominus Princeps subditis, & hi vicissim dominis, utrisque vero DEUS exoptata semper non largiatur. Antiqvus enim rythmus est:

Thäten wir was wir solten/
So thät man was wir wolten.

Et in hunc modum denuo Bartolus respondet: sicut raro reperitur unus homo sanus per omnia, quin in corpore aliquos patiatur defectus; ita raro reperitur aliquod regimen, in quo simpliciter ad bonum publicum attendatur, & in quo aliquid tyrannidis non sit. Magis enim divinum esset, quam humanum, si illi qui principantur, nullo modo proprium commodum, sed comunem utilitatem respicerent. Illud tamen dicimus etiam Bonum regimen & non Tyrannicum, in quo plus prævalet communis utilitas & publica, quam propria regentium; Illud vero Tyrannicum, in quo propria utilitas attenditur; quæ verba habentur *in ipsius tract. de Tyran. num.* 43. *&* 44. junctis his quæ tradunt, meque satis in hoc passu excusant Erasmus *d. quæst.* 10. *num.* 23. & Grevæus *d. decis.* 17. *consid.* 1.

Quibus si tandem adjungerem Gasparinum Pergamensem, ante multos annos oratorem clarissimum, haut male agerem. Is enim de hac lite ad amicum sic scribsit & „ conquestus fuit: *Non de vulgari ac negli-* „ *gentia, sed publicis de commodis ad te scribo.* „ *Pudet enim me horum temporum & nostræ* „ *Reipublicæ miseret: quæ cum olim consilio eo-* „ *rum hominum regeretur, quibus ipsam se* „ *commiserat, nunc ad paucorum manus per-* „ *venit, qui illam omnino tenent oppressam.* „ *Nihil enim in consilio afferebatur, nisi quod* „ *ad omnium utilitatem pertineret: nemo erat,* „ *qui non liberè diceret, quidquid Reipublicæ* „ *conducere arbitraretur: nec erat grave, nec molestum his qui intra illos parietes versa-* „ *bantur audire orationes eorum, qui contra se* „ *dicerent, & qui majorem haberent locum &* „ *patriæ rationem in dicendo quam rei priva-* „ *tæ. Si qui hodie sunt, quibus indigna vide-* „ *antur ea, quæ quotidie neque more majorum,* „ *neque legibus fiunt, nullum habent locum &* „ *patriæ rationem in judicando.* „

Ex quo fit, ut alij quod rectè sentiunt, in „ *consultationibus non dicere audeant. Alij* „ *vero quasi omnia in potestate eorum censeant,* „ *de nulla re volunt deliberationem haberi, nisi* „ *illa cum suis privatis rebus consentiat. Quare* „ *nihil mirum, si omnia confusa sunt, aut si re-* „ *bus pacis & belli nihil à nobis his annis satis* „ *considerate vel dictum vel factum fuit. Unde* „ *vero hæc tanta incommoda Reipublicæ acci-* „ *derint, aliud non judico, nisi quod unum ali-* „ *quod non habemus caput, aut Principem, qui* „ *de nostra bene Republica sentiat & quod sen-* „ *tit, ad communem utilitatem referat; neque* „ *aut gratia alicujus impediatur, aut franga-* „ *tur metu, ne omnia audeat, quæ sibi bona &* „ *honesta videantur. Sed nullus est, qui se velit* „ *laboribus & periculis pro patria offerre: om-* „ *nes patiuntur rempublicam esse desertam,* „ *ne in aliquod discrimen rerum suarum veni-* „ *ant. Tu vero etsi gubernatione & jura ejus* „ *odio malorum discesseris, tamen prospicies* „ *quid ad tuam virtutem pertineat. Illud au-* „ *tem moneo, atq; etiam hortor, ut potius velis,* „ *si respublica requirat pro illa perire, quam* „ *cum ea omnem dignitatem tuam & existi-* „ *mationem tuam amittere. Vale.* „

Hactenus ille, non procul à principio libri sui Epistolarum, in cujus monitis nunc finio & acquiesco; mecumque indubie omnes boni, quibus cordi & curæ est ipsum bonum, & quæ tot splendidis celebratur titulis, SALUS POPULI.

QVÆSTIO XLIV.
DE
Servitutibus personalibus; seu potius de servis & operarijs, von den Müller-Knechten und Arbeitsleuten / in molendinis, deque ministerio eorum ac mercede.

SUMMARIUM.

1 Servitutes personales sequuntur, quæ & dominij species & cum realibus magnam habent adfinitatem.
2 Servitus ministerij seu operarum num sit realis vel personalis, aut talis obligatio?
3 Autoris tractatio latius patet & concepta de operarijs ac ministris molendinorum von Müller-Knechten: vel de omnibus, qui in iis servitia exhibent.
4 Ratio ex Politicis desumta de statu civili & œconomico.
5 Varia artificia & opificia inventu usuque necessaria.
6 Inter has artifices mechanici & molitores celebres.
7 Ratio horum ab hypothesi ad thesin translata.
8 Æliani de Pittaco dictum, molam inde laudante, quod multi ibidem se exercere possint.
9 Romani in molis servos & ancillas alebant.
10 Iumenta & instrumenta etiam varia ad molas necessaria.
11 Interque illos præcipue Operarij; cum adplicatione dicti Apostolici & adagij Erasmiani.
12 Generalis partitio: A quibus, quorum, quando & qua mercede frumentum alterius sit molendū?
13 In quorum gratiam hoc opus perficiendum, ubi incidenter de molitorum fraudibus, furtis & mendacijs.
14 Quemlibet artificem mentiri, ex Palea juris Pontificij.
15 Operarij, artifices, molitores & alij inter se pacisci non possunt, & alijs facultatem adimere, vel intervertere, quominus rem alteri conficiendam tradant; quod de Monopolijs addocetur.
16 Quonam tempore sit molendum, breviter: cum num. 17. & 18.
17 Operæ diurnæ ac nocturnæ hic non, aut raro discernendæ.
18 Die sabbathi vel feriato an mola quoque debeat requiescere, cum similibus.
19 Præventionem in molitura, rebusque aliis locum habere, num. 20.21.22.23.24.
25 Mercede quanam sit illud præstandum: quæ duplex, molitorum & operariorum.
26 Nemo gratis vel inuitus molere tenetur, cum n. 28.
27 Discrimen est inter antiqui & recentis seculi operarios; cum inductione brevi, rerum huc directo spectantium.
29 Servorum mansiones Ergastula & Statio panificantium vocabatur.
30 Servorum ac libertorum; item hominum propriorum ac libertate gaudentium differentia hodie inducta.
31 Quæritur, an qui servitia debent, suis sumptibus ea exhibere teneantur? cum num. seqq. 32.33. 34.35.
36 Vera servitus in Christianorum cervicibus exspiravit.
37 Subditi æque non sunt ad faciendum aliquid obstricti ac vasalli.
38 Operas ab ingenuis exigere vetitum est.
39 Discrimen operariorum quoque publicorum & privatorum, quibus magistratus vel subditis macinæ modum præscribit.
40 Operarius quilibet dignus est mercede sua.
41 Transfertur illuc constitutio Karulina, à Divo Rudolpho Cæsare repetita.
42 Magistratus est officium, decernere operarijs mercedem, pro laborum ac regionum qualitate; quod illustratur constitutione Marchica.
43 Ministri vel Famuli privatorum, an juxta illam Marchiæ & Saxoniæ ordinationem debeant, possintve loco mercedis frumentum accipere, vel sementem facere & demetere?
44 Statuta particularia nec ipsi pontifici nota.
45 Merces operarijs non certa, sed ab alijs varie soluta, quomodo sit exhibenda?
46 Domini autem si solutionem mercedis suspendant, vel prorsus eam denegent; an servis concessum, propria autoritate satisfactionem quærere?

EXpositis servitutibus realibus succedunt † personales, quæ & ipsæ Dominij 1 species vocantur, per tradita ab Althusio *l. 1. dicæol. c. 24. num. 1. juncto c. 22. nu. 1. & 4.* & utriusque servitutis magna in jure nostro est adfinitas, ita ut ab una quandoque ad alteram recte ducatur argumentum, teste Everhardo à Middelburg *in top. lo. à pers. ad res* Matthæo Wesenbecio *cons. 39. num. 1. juncto nu. 2. & 3. item cons. 69. num. 1. & 2.* Et quamvis adhuc valde sit ambiguum, num † operæ & ministeria servorum de ju- 2 re civili habeantur personarum vel rerum

servi-

ſervitutes ſeu perſonales obligationes quod plene diſcurſum à Barthol. Cæpolla *tract. de ſervitut. lib.* 1. *c.* 7. Joh. del Caſtillo *tract. de uſufructu, ſive part.* 1. *quotid. controverſ. c.* 50. *per tot.* attamen † ἀκριβῶς iſta jam non tango, ſed docendi gratia priorem ordinem ſecutus, de ſervis potius ſive operarijs in moletrinis degentibus, deque miniſterio ac mercede eorum hic loquar; eadem quoque analogia, qua ruſticis in fundo & moletrina operarij, *ſup. quæſt.* 26. *n.* 18. *inf. hac quæſt.* 44. *n.* 27. Saxonibus dicuntur Müller- Bäcker- und Brawerknecht/ *arg. q.* 1. *n.* 30. 33. *d. q.* 10. *n.* 20. *q.* 12. *n.* 19. *q.* 41. *n.* 19. 24. 25. *q.* 43. *nu.* 47. Poſtquam enim † Reſpublica optime eſt inſtituta, familiæq; conſtitutæ, neceſſum eſt varias hominum fieri ſocietates, quas Politici pro more copioſius recenſent. Varia etiam artificia & miniſteria in iiſdem ſunt neceſſaria: quorum tam arcta eſt conjunctio, ut nullum abſq; alterius ope & opera efficere quidquam poſſit. Docemur namq; ex Andreæ Oſiandri obſervatione *ad Exod. c.* 3. *verſ.* 2. artes mechanicas Deo probari, nec eſſe hominum inventa: Sed Dei dona, quæ grata mente agnoſci, & ad uſum vitæ humanæ recte transferri debeant. Quod ergo inliberales dicuntur, non earum contemtu & deſpectione, ſed de ipſarum cum liberalibus collatione intelligi debet. Elegans iſta de re Cyri Theodori *in amicitia exulante* carmen, de neceſſaria artium tam liberalium, quam illiberalium conjunctione, ſuaviſſimaque harmonia:

Homines ſociantur per me artibus ſuis,
Nam quærit ecce fullo calcearium,
Equitum magiſtro gratus eſt freni faber;
Agrum colenti Mechanicus conjungitur,
Breviter habeto: qualibet ars cuilibet,
Piſcator omnis indiget re ruſtica;
Eget piſcatore rura qui colit,
Ille panes dans ipſe piſces accipit;
Sic omnis opifex quærit alterius opem,
Hic denique modus civitatem promovet.

Maxime igitur utiles erunt artifices † mechanici, & una cum illis molitores quoque (quos omiſit, aut ſub generali vocabulo comprehendit) & Operarij, ſerviq; in ſocietate œconomica ac politica neceſſario adhibendi & admittendi, inque molendinis publicis ſeu dominicis, quæ magiſtratus habet: in domeſticis vero ac privatis, quæ reliqui cives aut incolæ pro familia, vel ſimul ad aliorum uſum tenent, certiſq; mercenarijs aut molitoribus indigent. Cum enim Conjuges, † & ſic multo magis Principes in ſtatu civili, propter certas cauſas in domeſtico opere, & in hac vitæ humanæ ſtatione ſufficientes ſibi ſemper eſſe nequeant; non unius, ſed diverſæ conditionis homines Natura prudenter creavit, ita ut alter alterius ope, & ſervitio uti poſſet: atq; adeo hic ſervi & obſequentis, ille domini & præcipientis rationem haberet; Ille inſtrumenti, hic vero utentis. Laborandum namque eſt, & manibus victus quærendus, aut ingenio, pro perſonarum qualitate ac differentia, ut paſſim inculcat Regum ſapientiſſimus Salomon, *proverb. c.* 6. *verſ.* 9. 10. 11. *c.* 10. *verſ.* 4. *c.* 12. *verſ.* 11. *c.* 13. *verſ.* 4. *c.* 19. *verſ.* 15. *c.* 20. *verſ.* 4. *c.* 28. *verſ.* 19. & ſingulis in locis Dn. Georgius Remus JC. *in ſpicileg.* Omnium abunde, & ſtylo ſatis eleganti hæc iterum expoſuit Chriſtophorus Mylæus, qui in ſpecie ſeu (ut loquimur) terminis inter alia ita ſcribit: Plenum horreum frugibus, frumento, tritico, hordeo, ſibigine, avena ac varijs leguminibus. Hæc ipſa ſingulari Agricolæ parci, frugi ac providi vigilantia atque diligentia prudenter adminiſtrantur; cum actionum omnium idonea anni totius tempora deliguntur, cum apta ad diverſos uſus inſtrumenta com-

comparantur, cumque servorum munera convenienter distinguuntur, &c. Hæc Mylius seu Mullerus, juxta tradita *sup. qu.* 1. *num.* 3. *in tract. de scribenda universitatis rerum historia lib.* 2. *pag. mihi* 115. & quæ in sequentibus copiosius diffundit, sedulo sunt pervolvenda. Ob quam quoque causam † Ælianus scribit, Pittacum magnis laudibus Molam evexisse: idque ejus Encomium decantasse, quod in exiguo loco multi sese exercere possent.

8

Exstat cantilena, quæ ideo Epimylion dicitur. Jocabatur ille quidem, quod pistrinæ veterum ad corrigendos sontes plurimum valere viderentur. Revera tamen mola ipsa vitæ hominum perutilis existit, *libr.* 7. *var. hist. referente Ren. Choppino ad LL. Andium lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 4. *pag.* 215. *in marg.* Quia ergo † Romani in suis pistrinarijs molis & servos, & ancillas, utriusque sexus mancipia habebant, idcirco Plautus dixit in Mercatore *act.* 4. *sc.* 3.

9

Nil opus nobis ancilla, nisi quæ taxat, quæ molat,
Lignum cædat pensum faciat, ædes verrat,
Quæq; habeat quotidianum familiæ coctum cibum.

Huc refero versus quoque Lucretij *ex lib.* 5. *de nat. rerum circa fin.*

Et facere ante viros lanam natura coegit,
Quam muliebre genus, nam longe præstat in arte,
Et sollertius est multo genus omne virile:
Agricolæ donec vitio vertêre severi,
Vt muliebribus id manibus concedere vellent;
Atque ipsi potius durum sufferre laborem:
Atque opere in duro durarent membra, manusque.

10

Retuli etiam alibi † animalia bruta, seu jumenta pistrinensia, quæ pro molarum ac loci diversitate cum asinis adhibentur, de quorum natura, sensu, loco, cibo, potu, partu, adfectu, educatione & cura insigniter disseruit Ulysses Aldrovandius Patricius Bononiensis *dict. libro primo de quadruped. solidiped.* adde Caspari Dornavi *amphitheat. rer. minutiss.* & mea *quæst.* 4. & 5. Instrumenta partiter ac requisita alia ibidem recensui, unde lectores petere possunt. Major tamen sollicitudo haut inmerito de † servis ac operarijs suscipitur; quos solent domini præficere, quique necessario sunt adhibendi ob varia ministeria, & eadem quoque cum molitoribus gaudent in moletrinis securitate, qua alij in domibus, ut supra probatum ivi: Discrimen vero istorum, diversæ functiones ac usus varius nonnihil patent ex præcedentibus, præsertim *ex quæst.* 4. *juncto titul. D. de operis liber.* & *tit. D. de operis serv.* Aul. Gellij *lib.* 17. *noct. Attic. cap.* 6. Laur. Pignorij *tract. de servis eorumque minister.* Johan. Frid. Husani *tract. de prop. hominib.* Alex. ab Alexandro *lib.* 3. *genial. dier. cap.* 15. Johannis Corasij *lib.* 5. *varior. cap.* 20. Petri Pithæi *lib.* 2. *advers. cap.* 9. Par. Prattæi & Johan. Calvini *lex. jurid. verb. servus.* Johan. Colerus *in sua Oeconomia.*

11

Clarius a. eorumdem officia hodie ipsa αὐτοψία spectantibus exhibet, ac singulorum jura quarumlibet provinciarum consvetudines ostendunt, penitusque ea norunt omnia molendinorum magistri ac præfecti. Huc igitur traho Apostoli dictum: Qui non laborat, non manducabit. 2. *Thess.* 3. *versic.* 10. & alterum illud communi tritum sermone proverbium: Qui fugit molam, fugit farinam, de quo *num. sup. quæst.* 2. *num.* 24. & Erasmus *in adag.* Item, ni & purges & molas, non comedes, *quæst.* 4. *num.* 63.

Circa quam † præsentem tractationem non-

12

nonnulla supersunt consideranda, quę dilucidiorem multis præbent intellectum. Sunt vero inter alia hujusmodi, quæ huc, ceu ad certam classem referri poterunt: Scilicet à quibus, quorum, quando & qua mercede in molendinis frumentum sit comminuendum? Et quidem primo Domini servis seu operarijs suis hoc officium demandant, ut dixi & per se patet.

13 Deinde † quibusnam hic labor exhibendus, aut in quorum gratiam sustinendus? Omnibus, qui macinam legitime solvunt aut offerunt, quive frumentum ad moletrinam istam deferre à magistratu ex incidenti causa non sunt prohibiti. Quamvis circa priores sæpe fraudem molitores committant, sortem ordinariam egrediantur, qualis quærela sæpe observatur *supr. quæst. 1. num. 66. 67. quæst. 37. num. 25. & quæst. seq. 54. num. 36.*

Unde nec promissis stare solent, sed aut negligentia, vel invidia, aut avaritia seducti nummos ab ijs, qui molas adeunt, extorquent, ac eorum victum, votumque falsis sponsionibus suspendunt, aut prorsus eludunt adeo, ut jus Canonicum universaliter

14 dicat, † omnes artifices (quibus etiam molitores recte accenseo, & alias vox Omnis hos non excludit) mentiri, nominatim sutores, ac agricolas, ceu habetur in Palea *cap. quoniam 12. distinct. 88.*

15 Unde pariter † Operarij inter se pacisci non possunt, ut quod unus ædificare cepit, alter non perficiat; nec opificum valet statutum, was einer angefangen oder zugeschnitten / soll der ander nicht außmachen / per textum expressum *in l. un. ubi Azo in sum. & alij Dd. C. de monopol. & conv. negot. illicit. nec artific. Ergo laborum prohib. paction. libr. 4. juncta l. 12. §. ult. C. de ædif. priv.* Rebuffus *ad constit. Galliæ lib. 2. tract. de magistr. artific. 4. gloss. 2. num. 18. & seq.* Dan. Mollerus *2. semest. 15.* Johannes Nicilius *disp. Instit. 1. th. 12.* Paulus Berens *disp. Instit. lib. 4. disp. 13. corol. 2.* Ita etiam, vel multo minus molendinorum dominos, vel constitutos ab iis operarios aliquid tale tentare debent; neque molitores tam intentare debent; neque molitores tam inquam rem expetere, ad gratiam divitis aliquam rem expetere, ad gratiam divitis alicujus citius, vel in odium alterius aliquanto tardius molere ullo modo possunt, ut tempore necessitatis vel damni eorum molendina quis adire teneatur, vel illatum frumentum, reb. ita dictantibus, alio devehere nequeat: daß wann sie das eingebrachte Korn / auff der Leuthe Bitte oder einfallende Noth nicht zeitlich mahlen wollen oder können / sie nicht befugt wären / dasselbe ohne Schaden oder Straffe nach andern Mühlen zu bringen / daß es allda eher / oder besser alsbald außgemahlen würde. *arg. d. quæst. 7. num. 22. 23. 24. quæst. 10. num. 14. 15. 16. 20. 21. quæst. 11. num. 138. 139. cum seqq. junct. inf. quæst. 45. numer. 43. non procul à fine.* cum insuper æque hic de operarijs, artificibus & evidentiori ratione controvertatur: & maxime ob generalia, emphatica, hucque pertinentia istius constitutionis verba idem sancitum censeatur: *Cujuslibet alterius ad victum, vel ad quemcunq; usum pertinentis speciei, vel cujuslibet materiæ, pro sua autoritate, &c. juncto vers. ædificiorum quoq; C. de monop. d. tit.* Quod firmatur argumento Recessus Imperij de Anno 1548. ubi ea subjiciuntur, quæ posui *quæst. 1. num. 39.* & præmittuntur de artificibus ac opificibus in genere hæc verba: Und nachdem die Handwercker / 2c. *pag. mihi 60.* quod repetijt Rudolphus II. Cæsar gloriosissimus, in der gebesserten Policey - Ordnung zu Franckfurt de Anno 1577. tit. 37. Von den Handwerckern in gemein. Accedit & constat,

ſtat, varia monopoliorum eſſe genera, ut illis hæc pars rectiſſime accenſeri queat, per tradita à laudatis *d.q.10.nu.16.* ſeu multiplices exiſtere eorumdem fraudes & ſpecies; nec quidquam intereſſe, directò an oblique monopolium indicatur & exerceatur, dicente Hen. Bruningio *diſſert. de var. univer. ſpec. th. 54. per cap. cum quid in una. de reg. ju.*
16 *in 6.* Tertio † ratione temporis quæritur initio & pari reſpectu deciditur: Omni tempore licite quem proximi ſui frumentum comminuere poſſe ac debere. Adeo ut licet
17 inter operas quoq; nocturnas & † diurnas, *arg. q.5.n.16. in pr.* in pleriſq; diſcrimen ac diſtincta conſtituatur, habeaturq; ratio, attamen eam in molitorum adjunctis miniſtris non facile agnoſcerem, imo neceſſitatis tempore (cum tale opus ad victum pertineat, & rem omnium utiliſſimã contineat) vix ac ne vix ſecus facientes excuſarem, & à culpa liberarem, *per d. quaſt. 11. num. 149. usq; ad num. 152.* Quapropter huc non incommode transferri poſſunt, quæ alibi in
18 medium adtuli; quo † ſcilicet tempore, quibusve diebus molere liceat? *cit. q.1. nu.27. 28.29.* Ubi caſum neceſſitatis excepi, deque Sabbatho, ac ejusdem fere nominis fluvio nonnulla adduxi. Quibus adjicienda cenſui, quæ poſtea in literis privatis pro humanitate ſua nihil communicavit vir doctiſſimus & amicus meus Dn. Daniel Schwenterus. Et quidem hac de re ibi congeſta breviter ſuum adpoſuerat judicium tale. De fluvio סַבַּטְיוֹן vel סַבַּטוֹן hæc habeto. Etymon quod attinet, deſcendit à radice שָׁבַת quievit; mutato ש in ס & ת in ט juxta Arabum dialectum: diciturque ſic à שַׁבָּת Sabbatho, quod die Sabbathi moveri ceſſet. De quo Joſephus ita ſcribit: Fluvius inter Arcas & Raphanæas Ægrippæ regni civitates, habet quoddam peculiare miraculum. Nam, cum ſit, quando fluit, plurimus, neque meatu ſegnis; tamen interpoſitis ſex diebus; à fontibus deficiens, ſiccum exhibet locum videre. Deinde quaſi nulla mutatione facta, ſeptimo die ſimilis exoritur. Tantum ille *de bello Juda. lib. 2. cap. 24.* De eodem porro fluvio alia habentur in Judæorum commentis. Hi negant hodie, ſe eſſe ſine ſceptro omnes: exiſtere namque Judæos, quos Rufos dicunt, trans fluvium Sambhation, qui merum adhuc habeant imperium, adfirmant. Si quæſiveris ulterius ex Judæis, cur & ipſi loca iſthæc non adeant, ſceptroque Judaico non fruantur: Reſpondent, ſibi non licere propter impetum τȣ̃ Sambbation eò venire. Si objicitur die Sabbathi quietum eſſe fluvium, regerunt: die Sabbathi iter facere ſibi non eſſe conceſſum; cum tamen in Scriptura Sacra & Talmudica neceſſitatis caſus ſemper ſit exceptus. Biblica autem teſtimonia ibi à me ſunt allegata; qui Rabinica intelligit vel deſiderat, is inſpiciat librum Talmudicum Moed, *fol.* 11. ubi legitur, Rabbinum Abba die Sabbathi, tempore neceſſitatis integrum bovem ſale condiiſſe; peccatum hodie Judæis mortale. In libro deinde Talm. Schabbath. *fol.* 46. Rabbi Abchu, die Sabbathi aut tetigit, Candelas aut non tetigit, prout in loco alio atque alio, *in libro Jebhamoth fol. 14.* docetur, Judæos Sabbathi die ligni tantam copiam ſidiſſe, ut carbones inde confecerint, ad liquefaciendum ferrum ſufficientes. Hodie illis nec candelam tangere, nec incendere, nec denique emungere licet. Interim genio die iſto indulgent, potant; choreas movent, Veneri operam

dant,

dant, legunt scripta obscœna & turpia, indigna sim prostibulis, ubi omnis pudor profligatus est, jactarentur. Inquiunt etiam, Rabbinum magnum futurum puerum, qui Sabbathi die concipiatur. Hinc *in Mekorchaijim fol. 45. scribit* R. Ammai (qui vixit 300. annos post adventum Messiæ nostri in carnem) si penes nos esset potestas, admitterem, ut quoque die Sabbathi esset laborandum: Sabbathum namq; cum institutum sit, ut sacra Deo fiant, actionibus turpibus & lascivis profanantur. Plura diligens lector ex scrinio Talmudico promere poterit. Sed relictis his & tempus adhuc terens, oportune subjicitur: in omnibus tamen istis, sicut & in aliis causis † præventionem locum invenire, nisi quis suo quasi jure cedens aut ad tempus renuncians, illudque differens, plena conditionis alicujus conmiseratione, vel necessitatis evidentia ductus, libenter alteri prioritatem concedat, molitorque ipsius grana conterat. Etenim non modo Gallorum, qui dicunt,

19

Qui premier arrive au moulin,
Le premier doit moudre son grain;

Sed & Germanorum est frequens dicterium, & ad res varias translatum: **Wer erst zur Mühlen kompt / der mahlet erst**; quod in hujus materiæ casu alio urget Wesenbecius *dict. consil. 34. numero 10. & 26.* Argentræus *ad consuetud. Britann. titul.... art...... pagina 1520.* Indubie autem istud (ut qui prius annonam molendino præsentaverit, extra priorem casum prius molere debeat; **daß wer allererst mit seinem Korn in eine Mühle kompt/ dessen Getreydigt sol man auch zum ersten mahlen**) ex jure Saxonico habet suam originem, vel ex moribus in scripturam jus redactum est; quod exstat **Landrecht** *libr. 2. artic. 79. in fin. Glossa* **Lehenrecht** *capit. 11. numero 9. in princip. inf. dict. quæst. 45. numer. 43. non procul à fine.* Unde vulgatum etiam istud axioma profluxit: Qui prior est tempore, potior est jure. Adposite hac de re Dn. Gryphiander *tractat. de insulis. cap. 21. num. 26. cum sex sequentibus, juncta supra quæstion. 13. numero 20.* Versiculum exinde talem fabricarunt:

Tempore qui prior est, est quoque jure prior.

Sic locus † est tempori seu præventioni in cadavere occisi deportando. Variant namque Doctores, num iste magistratus illud tollere possit, in cujus territorio vel caput, vel cor aut pedes reclinant, ceu videre est apud Iohannem Niellium *disputation. feud. 11. in coroll.* Alii & mea quidem opinione recte statuunt, in dubio præventionem commodius totam finire litem. Quomodo † etiam in jurisdictionibus concurrentibus, præventioni locum dari, asserit Vent. de Valentiis *libro primo parthen. litig. capit. 16. numero 24.* Sic de regia † fori præventione & exemplis jurisdictione procerum agit Renatus Choppinus *libro 2. de doman. Franc. titulo octavo.* Ita † præventione ligantur manus Ordinarii, ut nec coloratum titulum tribuere possit, teste Nicol. Boerio *decision. 24. numero 4. & 5.*

20

21

22

23

In † genere autem de præventionis exceptionibus disputat Zangerus *eleg. tract. suo de exception.* de materia præventionis, & quot modis ea fiat, habet nonnulla Aymon. Publicius *in consuetud. Arverniæ titul. 23. articul. 18. per tot.* & quomodo eadem de jure communi indicatur, quisve sit illius effectus, item quando locum habeat, docet Andreas Gailius *libro primo observation. 29. numero 5. cum sequentibus usque ad finem.* Prout de præventionis mate-

24

materia, præsertim in criminalibus, agit Prosper Farinacius *lib.1. prax. crimin. tit.1. quæst.7. num.52. cum sequentib. ad finem*, quem adducit Joachimus Scheplitz *ad consuet. March. Brandeb. part.1. titul.1. quæst. 20. numero tertio, pag.28.*

25 Quartò † qua denique mercede aut conpensatione grana sint molis conminuenda? cum hic de mercede operariorum, infra de mercede molituræ seu de macina dominis ipsis vel molitoribus conpetente sermonem instituturus sim, *quæstion.7. numero 13.14.15. juncta quæstion. seqq. 45. & 46.* pariter hic aliud de subditis, publicaque potestate est statuendum: aliud de 26 privata & herili. Quis enim † gratis servire vellet, vel teneretur pro alio curam & laborem suscipere, nulla conpensatione facta: pariter nemo ad servitia cogi, sed mer-27 cede conduci debet. Notum est namque † discrimen servorum aut operariorum pristini & hodierni sæculi, *ex dicta quæstione 4. junctis titul. D. de operis serv. ac libert.* Anton. Faber *in Jurispr. Papin. tit.5. princ. 2. illat.12. usque ad illat.19.* quorum crebrior in jure & apertior fit mentio. Sic de meta molendinaria, si rusticis ejus fundi operariis, moleretur, exstat *leg. cum de Lanionis. 18. §. idem consultus. 5. Digest. de inst. leg.* deque instrumento rustico & urbano & mancipiis, *dicta lege decima octava. §. nono, eod. supra quæstione decima quarta, numero quinto, eod.* ac servis arte fabrica peritis, quique annuam mercedem præstabant. *leg. si mancipia. 19. §.1. dict. titul.* item figulorum opera rustica exprimitur, *in leg. fundi. 25. §. primo, eod. supr. quæst. quadragesima prima, numero 20.23.24.33.* molitores denique ad usum rusticum paratos legimus *in lege duodecima, §. Trebatius. 5. Digest. dict. titul. de inst. leg.* & molendinum an prædio rustico vel urbano sit adcensendum, integre discursum, *supra quæstione quadragesima secunda.*

28 Atque ideo improbatur factum † Mancipiorum in urbe Roma, qui multos occasionis oportunitate, seu calliditate primum prævenientes, postea vi ad molendum coegerunt.

Historiam enim, quæ Theodosii tempore accidit, pertexit Eutropius, *libro decimoquinto rerum Romanarum.* eamdemque hoc modo describit Socrates: *Erant Romæ*, inquiens, *ædes peramplæ & vastæ antiquitus exstructæ, in quibus panis, qui suppeditabatur civitati, confectus fuit. His præfuerunt, quos Romani patrio sermone mancipes adpellant, qui tempore progrediente ædes illas furum latibula effecerunt. Nam quia pistrina ad ædes spectantia in profundo sita essent, & ad latera singularum ædium ædificatæ caupona, inque illis meretrices habitarent, complures illic, vel cibi capiendi, vel libidinis causa intrantes per insidias despoliati fuerunt. Nam machina quadam factum est, ut ex caupona in pistrinum præcipitarentur. His dolis delusi erant, inprimis peregrini Romam venientes, qui cum irretiti tenerentur, coacti fuerunt in pistrinis molere, ac complures non exire permissi, ibi vitam ad summam senectutem traduxerunt, suisque attulerunt opinionem, quod mortem oppetiverant.*

In hunc laqueum unus ex Imperatoris Theodosii militibus forte incurrit, qui cum in pistrinum conclusus exeundi potestatem non haberet, districto quem habebat pugione, eos qui eum egredi prohibebant, trucidavit, reliqui rei gestæ metu perterriti militem dimiserunt. Imperator re intellecta, mancipes gravi supplicio affici, ædesque latronum, quæ erant perfugia, penitus disturbari jubet.

Hæc

Hæc ille *libro quinto historiarum Ecclesiasticarum decimo octavo.*

Quæ lucem capiunt ab iis, quæ attuli alibi de pistrinis atque servis: quorum † mansiones Ergastula dicebantur: Item Ἐργαστηρεῖα ἀρτοποιητικά. *Novel.* 80. *cap.* 5. *idest*, statio panificantium: quæ Budæus interpretatur locum, in quo mancipia deteriora in vinculis opus facere cogebantur. Quamquam ergastula latius patebant, atque etiam in agris erant, de quibus late quos laudavi *d. quæst.* 4. *num.* 55. *post princ.* Donec Hadrianus Imperator ea tolleret, teste Spartiano *in ipsius vita.* Nihilominus denuo surrepserunt, & quidem (ut audivimus) subterranea, quoad Theodosius Cæsar ea radicitus exstirparet; cujus rei rationem præfati historici retulerunt. Sed & † differentiam servorum ac libertorum, olim observatam, ediscimus ex citatis titulis de eorum operis: pariter ac hodie vasallos, propriosque homines, à liberis subditis discernere æquum est, prout quoque feci *d. quæst.* 11. *numer.* 137. de quorum distinctis officiis ac servitiis rusticorum fuse egerunt illi, quos alibi laudavi. Hinc in jure feudali suborta est celebris illa quæstio: Cliens, † qui domino suo ob beneficium istud servitia præstare tenetur, suisne propriis, vel cujusnam sumtibus patrono servire debeat? Suo sumtu ea exhibere vasallum debere visum Guilielmo Durando, quem vulgo Speculatorem vocant, *in* §. *quoniam. v.* 22. *de feud.* Baldo *in cap.* 1. *vers. alia quæstio formatur. de capitan. qui cur. vend.* Regulariter ego id fieri non debere dixi, *argu. quæst.* 7. *numer.* 25. *quæst.* 10. *nu.* 26. 29. *d. quæst.* 11. *num.* 7. 12. 37. 38. adjunge Martin. Colerum *lib.* 1. *de aliment. cap.* 13. *num.* 90. And. Gailium *libro singular. de Arrest. cap.* 10. *numer.* 6. Ioach. Scheplitz *d. lib. part.* 4. *tit.* 11. §. 1. Bert. Argentræum *d. com. tit.* 1. *art.* 22. *nu.* 2. *cum* 3. & Ioh. Frid. Husanum *tract. d. prop. hominib. cap.* 6. *num.* 52. *cum aliquot seqq.* nisi eadem non de publicis, sed de privatorum molis intelligeres, qui communiter cibum & instrumenta operariis præbere debent. Vel cum illis quoque sub certis conditionibus rem distingue; nisi diversum scilicet consuetudo, pactio, paupertas, & nimia loci distantia postulet, ut clientes suis impensis patronum comitentur; vel domini has vasallis restituant, teste eodem Scheplitz *d. lo. num.* 2. *arg. l. quod nisi* 20. *cum l.* 21. *D. de oper. liber.* post eundem Baldum *ad l. liberti. Codic. eodem.* Clarius de istis Choppinus in hunc modum disquirit, & credit: explorandam inprimis de eo beneficiariæ pactionis formulam, nec à præscriptis isthic conditionibus recedendum, *lib.* 2. *leg. Andeg. tit.* 4. *num.* 5. *pagin.* 137. Qua deficiente cautione, videndum suadet, lauda sit, nec ne, an tenuis res beneficiaria, de qua vasallus opus onusque præstare cogitur. Nam isto casu rectius est, locupletem clientem suis impendiis operas domino præbere: hoc vero inopem vasallum tali sumtu exonerari, nec adflicto addendam esse adflictionem. Germanica tamen † consuetudine clientes suo victu & impensa adire Dominicam Curiam pro jure dicundo, testatur idem Choppinus *d. lo.* post Zasium *part.* 7. *feudisticæ epitomes.* At porro si † patronus in longinqua loca proficisceretur extra territorium, cliens propriis sumtibus eum sequi non obligatur, autore iterum Baldo *in d. cap.* 1. *de c. qui cur. vend. & in ca. ad hæc. de pace juram. firman.* Præposito *in c.* 1. *de nova forma fid. & in* §. *similiter de capit. Conrad. in feud. libr.* 2. Sic

Margin: 29, 30, 31, 32, 33

de militari subditorum obsequio extra provinciam non extendendo, late etiam scripsit idem Choppinus *lib. 1. de doman. Fran. tit. 13. art. 17. ac lib. 1. leg. Andeg. cap. 7. art. 2.* Quinimo in † Chronico Spirensi de propriis hominibus hæc reperi verba: Welche Leibeigene nebst andern Beschwerden / auch ehmals diese auff sich gehabt / Wann ein Käyserlicher oder Bischofflicher Beampter / Gesandter oder Diener gereyßt / sie Macht gehabt / von Metzgern / Beckern / und (forte molitoribus) andren / was sie zur Nohturfft bedürfft / vergebens zu nehmen / Pferd / Wagen / Schiff / und Geschirr zu forderen; und haben die Handwercker (quibus Impp. adcensent etiam molitores. *d. quæst. 1. numer. 39.*) Schiff-Fuhr- und Ackerleute alle Dienst zu Frohn thun müssen / und † hat Frohnen geheissen / was die Leibeygene jhrer Herrschafft auß Schuldigkeit dienen. Vadianus *fol. 67.* Frohnen dicitur de servis, quando communes & debitas operas Dominis præstant, referente Christophoro Lehman in der Speyrischen Chronick *libr. 4. capit. 14.* Vbi alia, interque illa subjiciente, Henricum V. Imp. cum Imperii Principibus, ex hujusmodi servis liberos effecisse, reliquisque exadæquasse. Talia etiam † ab usu & cervice Germanorum jam in totum vel maxima ex parte recessisse, quis hodie non novit vel gaudet;. Ut eadem servitia duris variisque modis Princeps Christianus suis subditis, salva conscientia ac libertate injungere vel inponere haut queat. Secus si fecerit, tum verissime regenerare possum, quæ cum alibi, tum adduxi *quæst. 6. num. 3. quæst. 10. numer. 24. cum seqq. & quæst. 43. numer. 49. usque ad finem.* ubi de maxima ista servitute personali, vel (ut aliis placet) reali disceptavi, adferre scilicet præcise frumentum ad dominorum molendina, in iis sine refusione mercedis operas exhibere, ligna advehere, aliaque ad ædificationem instructionem vel refectionem & reparationem moletrinarum necessaria procurare. Ista ergo omnia recensitis modis veniunt limitanda, & pleraque de propriis hominibus, vel de iis, qui clientelari nomine molendina possident, intelligenda: Cum præter illa † subditi in specie sic dicti, non tam arctis vinculis domino obstricti reperiantur, quam feuda habentes vasalli, ex communi Dd. traditione *in usib. & tractat. feud.* Thomas Maulius *tr. de homag.* & aliàs † ab ingenuis hominibus operas exigere, quoquo modo sit vetitum, teste Dn. parente Anton. Hering. *tractat. de fidejuss. capit. 5. num. 290. inf. quæst. 47. num. 3.* multo minus si servitia fuerint quotidiana, continua, insolita & similia, quorum certam moderationem jura introduxerunt, ut separatis locis sæpius indicavi. Unde nec inmerito † separavi subditorum conditionem magistratusque publicam potestatem, in constituenda mercede ac macina molendinaria, distinctam scilicet ab herili, quam privatus quilibet in suos exercet, ac iis servis vel ministris laborantibus certum quid adsignat. *supra numero 25. & 31. post princip.* Quilibet enim † operarius est dignus mercede sua, ipso Apostolo teste *1. Timoth. 5. vers. 18.* deque laborum mercede retributa consule Petro Gregorio Tholozano *libr. 27. syntagm. ju. univ. cap. 2.* Johann. Vaudum *variar. quæstion. libr. 1. quæst. 7.* Jacob. Schultes *in addit. ad Matth. Coleri decision. German. 201.* Et ibi etiam locum habere putarem iterato adductam † constitutionem Imperialem, quam Divus Karulus V. cum Princi-

pum

34 35 36 37 38 39 40 41

pum reliquorum unanimi consensu in Augustanis Comitiis tulit, cujusve particula huc respiciens reperitur *dict. Recess. de Anno* 1548. zu Augspurg. §. Wollen auch. *mihi. pag. 61. b.* quæ verba repetuntur à Rudolpho II. Augusto in der gebesserten Policeyordnung zu Franckfurt *de Anno* 1577. *tit.* 38. *pag.* 38. Idem & eodem anno, inque iisdem Comitiis Augustanis cavit *sub tit.* von reysigen Knechten und Dienstbotten. quod quilibet † Magistratus debeat provisionem & ordinationem facere, quoad pretia laborum ac ministrorum salaria, quibus molitores aut ejusmodi officiis deditos recte & ante omnia adnumero, uti operarum qualitas ac cujusque regionis conditio id fert & patitur. Quod postea in Marchia Brandeburgensi fecit illustrissimus Elector Joachimus II. ordinatione sub dato die Veneris post Michael. *Anno* 1549. hac forma: Also mügen auch die Städte von Gesinde und Arbeitslohn/und Kosten / nach jeder Stadt Gelegenheit ordnen/ und Uns übergeben/ wollen Wir auch gnädiglich bestättigen. Joach. Scheplitz *ad d. consuet. March. part.* 4. *tit.* 10. §. 1. *num.* 2. Sed cum dominos macinam accipere, partemque illius molitores quoque conductores consequi sciamus, dubitatur adhuc, anne ergo † Ministris etiam vel à privatis ad molendum destinatis, operariis concessum sit, numos accipere, aut frumenti conmoliti pariter aliquam particulam pro labore recipere; vel in specie famulis alterius generis, loco mercedis, num sementem facere vel id fieri debeat? Quod ultimum (& eadem forte ratione vel consuetudine idem in servis molendinariis ibi obtineret) prohibet ejusdem Principis constitutio, quæ talis: Niemand sol seinem Dienstbotten an seinem Dienstlohn Habern oder Korn seen/ besondern wer Knechte und Dienste bedarff/sol denen mit Gelde oder in andre Wege lohnen / und solchen Habern den Knechten an jhren Lohn zu seen nicht gegönnet werden. Revers de Anno 1534. 38. 72. & Anno 1602. Concordat promulgatio Electoris Saxoniæ Augusti, in Recessu publicato post conventum Torgensem *sub tit.* Den Dienstbotten kein Getreydig lassen zu seen. *ref. eod.* Scheplitz *numer.* 1. *&* 4. Quid in aliis † ditionibus particularibus usu receptum, vel ad molitores simili respectu translatum sit, mihi non constat: Cum nec ipsi Pontifici statuta particularia sint nota, qui tamen dicitur omnia jura in scrinio pectoris sui habere, *cap. 1. de constit. in 6. Vent. de Valent. d. lib.* 1. *c.* 11. *num.* 10. *juncto numer.* 20. *&* 21.

Et ideo † penultimo adjicitur, quod si operariis sit promissa merces, non certa, sed prout solvetur ab aliis: si varie solutum sit, debeatur id quod est minus, secundum Dynum *in l. qui concubinam. §. cum ita legatum. la.* 1. *de leg.* 3. Guid. Papam *quæst.* 252. *facit textus in l. semper in obscuris.* 9. *cum l. semper in stipulationibus.* 34. *ubi Dd. de reg. ju.* M. Anton. Natta etiam id probat *consil.* 229. *numer.* 2. Sed quid si † domini negarent vel differrent solutionem, operarii vel ministri num ipsimet propria authoritate, & quacunque occasione, eam vel æquivalens aliquid capere inpune possint? Non secus ac Judæos ex DEI instinctu, aut permissione Ægyptios defraudasse, eaque via promeritam mercedem sibiipsis tribuisse legimus, *Exod.* 11. *&* 12. De posteriori Theologos consule, & de altero vide quæ tradunt Argentræus *d. com. art.* 243. Bonacossa *tr. de serv. & famul. quæst.* 114. ubi, licet

licet principio pro adfirmativa concludat: istud tamen dictum suum deinceps restringit, & in effectu benignius accidit, illum, hæc conantem, non pœna quidem ordinaria, sed arbitraria puniri, notante eodem Scheplitz *d. consuet. March. tit. 10. quæst. 2. n. 4.* quem tamen lege *num. seq. 5.* Georg. Beatum *in publ. sentent. definit. Sax. p. 4. tit. 4. sent. 2.* Ludov. Gilhausen *in arb. cri. cap. 2. tit. 27. num. 41.* & Iul. Clarum *lib. 5. recept. sent. §. furtum. num. 20.*

QVÆSTIO XLV.

De Potestate Magistratus, diligentem molendinorum curam habentis; deque artificibus inspectoribus ac iis, quas vulgo **Wasser und Mühlenmeister** adpellant.

SUMMARIUM.

1 Series præcedens continuatur.
2 Cuilibet in sua arte fides adhibenda.
3 Ratio istius ex natura petita redditur.
4 Exempla docent & volunt homines.
5 Rusticorum judicia admittuntur, cum similibus numer. 7.
6 Olitor, parum sapientes, imo stulti quandoque rem acu tangunt.
8 Nec fœminæ in certis causis & capitibus excluduntur.
9 Obstetrices ac Medici, Chirurgique etiam à judicibus adhibentur.
10 Paries an sit communis, vel non, per Murarios probatur.
11 Geometræ, Censitores & Agrimensores sæpe adhibentur.
12 Cloacarum curatores olim Romæ constituti.
13 Taxatores popularis annonæ perquam necessarii.
14 Castrorum seu burgorum indices, die Saalbücher/ & æstimatores probi sunt architecti.
15 Arborum ac bonorum æstimatores num inter illa sita sint molendina considerant.
16 Hortorum taxatores Hortulani & Summarii habentur.
17 Quinimo rerum omnium veri & sinceri Æstimatores debent constitui & adhiberi.
18 Horreis ac granariis olim præfecti comites, curatores, inspectores & similes.
19 Pistorum & pecorum quoque magistri extiterunt.
20 Scholarchæ dicuntur, qui scholarum & Academiarum curam gerunt.
21 Res monetaria suos etiam habent Wardinos, Zygostatas, (Germ. Wagemeister) probatores, æstimatores & censores.
22 Certa debent esse mensuræ, macinæ ac ponderis genera
23 Similia in molendinorum visitatione, inspectione ac cura obtinent, cum num. 35. 36. 42. 43.
24 Magistri vox apud Latinos & Germanos ad varia officia & artificia est translata; quod multis illustratur exemplis, cum num. 30.
25 Eadem analogia inventa extant nomina de pecorum, pistorum, monetariorumque magistris.
26 Müntzmeister und Haußgenossen quinam, remissive.
27 Dorffmeister/ aliàs dicitur Gograff.
28 Forstmeister est is, qui jus forestale habet, vel saltuarios constituere potest.
29 Bawmeister & castellanus opificibus & architectis præpositi.
31 Teich- und Sielgeschworne apud nos quinam?
32 Kirchgeschworne oder Vorsteher/ Ecclesiarum visitatores, curatoresque similiter.
33 Ampt- und Gildemeister seu magistri opificum certi ordinantur.
34 Mediolanenses singularum aquarum judicem & stratarum officialem, qua de causa, quibusve requisitis constitutum teneant.
35 Wasser- und Mühlmeister/ etiam eadem figura dicuntur, qui probant, & quorum peritiæ dubium negotium, diligensque inspectio committitur; cum officiis aliis, num. seq. 36. ibidemque dicitur, ad quamnam jurisdictionem pertineant?
37 Nulli ferme in re concredita negligentius, vel malitiosius versantur, quam Molitores.
38 Quibus remediis hæc mala conpescantur.
39 In genere curam hanc Casp. Jugelius proponit.
40 Adstipulatur magis Glossator Iuris Saxonici.
41 Hæcque de peritis & magistris artis cujuslibet exaudiri debent. Aliàs ad probandum molendinum fuisse bene instructum, non sufficit molendinarii testimonium adhibere.
42 In specie & magis adposite de singulis membris Seb. Mullerus disseruit, quæ integre exscribuntur.
43 Prolixius omnia in terminis absolvit Ioh. Colerus, quæ iterum exscribuntur, & modos continent rerum prædictarum, von mannigerley Mühlenordnung.
44 Ad particularia ista spectat etiam lex quædam Andico-Gallica.
45 Æquitas hujus legis ex communi ratione.
46 Consuetudo Hispanica in simili invaluit.

47 Ius Romanum quid ſtatuat in præſtatione facti alieni? quod ad molitores traducitur.
48 Iuridica poteſtate exuitur, quisquis ſubditis dicundo juri minime advigilat.
49 Mutuus debet inter Dominum & Subditum eſſe nexus.
50 Baldi conſilium, quid contra Papam ſua poteſtate abutentem, ſit ſuſcipiendum?
51 Principis exemplum quid & quantum apud populum valeat? Audoeni verſus adducuntur.

1 QVæſtionis † præcedentis ſeries, deſiderat ulterius dilucidiorem de Magiſtratuum vigilantia, ac molendinorum inſpectione conſiderationem; quibus illi certos magiſtros ſolent præficere; ut mox pluribus ediſſeremus. Generaliter enim 2 † in omnibus obtinet illud axioma: Artifici in arte ſua qualicunque eſſe credendum, teſtibus Socino, *fallent. regul. 294.* Felino *in cap. propoſuiſti. num. 6. ad fin. de probat.* Everhardo *in Top. lo. ab autorit.* & Rittershuſio *part. 3. expoſ. Novel. cap. 14. num. 3.* Hinc Philoſophorum ſummus Ariſtoteles: Ἕκαστος, inquit, κρίνει καλῶς ἃ γινώσκει καὶ τούτων ἐστὶν ἀγαθὸς κριτής. *hoc eſt*, quæ quisque novit, ex iis verè judicat, eorumque æquus eſt æſtimator, *libro primo Ethicorum tertio.*

Quod mihi Apellis celeberrimi pictoris factum in memoriam revocat; qui Alexandro Magno in officina multa de pictura inperite diſſerenti comiter ſuaſit ſilentium; admonens, illum rideri à pueris, qui colores terebant, teſte Plinio *libro trigeſimo quinto, capite decimo.* & Anton. Maſſa Galleſio *libro ſecundo de exercit. jurisperit. numero decimo.*

3 Natura enim † parens omnia, dum mortalibus multas dabat artes, ipſa etiam diſtinxit ingenia, ut cui quiſque eſſet aptisſimus, illi inſiſteret; & ideo ſtultum ac inglorium perhibetur, cum alio, non in tua, ſed illius arte contendere, judice Fr. Petrarcha *de remed. ut fort. libr. 1. dial. 57.* Nam ſuæ artis unumquemque & autorem & diſputatorem eſſe, ne dubitemus, inquit Val. Maximus *libr. 8. cap. 13.* Cum autem 4 via † brevior ſit per exempla, dicente Seneca; quæ etiam homines malunt, autore Lactantio: age rem ſelectioribus illuſtremus & confirmabimus, Magiſtratum hanc ob cauſam æque ex judiciis ac extra illa rerum peritos & artifices conſtituere, adhibere & præferre. Adeo ut nec † Ruſti- 5 corum teſtimonia vel judicia rejiciantur. *in leg. ſi chorus. 79. §. 1. D. de leg. 1.* Jan. Langlæus *lib. 5. ſemeſt. cap. 3. & 4.* in terminis Weſenbecius *d. conſil. 34. num. 52. & 53.* Choppinus *tract. de privil. ruſt. lib. 3. part. 3. cap. 1. & 2.* Ubi de Germanorum Schultetis ſive Ruſticorum Magiſtris mentionem injicit.

Unde manifeſtum eſt, nec ipſos † Iu- 6 risconſultos repudiare hujusmodi remedia, ad indagandam veritatem, ac ſtabiliendam naturalem æquitatem ſæpe utilia & adcommoda. Quo faciunt, quæ voluerunt Gloſſa & Doctores *in cap. ad noſtram. de conſuetud.* ubi ſedes vulgati iſtius dicti, olitorem quoque interdum valde oportune eſſe locutum: & ibidem Abbas ac Iohannes Andreæ fidem nobis faciunt, quod quandoque parum ſapientes in jure, habeant certa in re elevatum intellectum ac ingenium; acutiusque ſciant diſcutere & decidere caſum, quàm omnes ſapientes, referente Alex. Stiatico *cap. 22. pract. obſerv. n. 3.* Quin imo de ſtultis hoc recenſet Antonius Corſetus *in ſing. ſuis. verb. teſtamentum. n. 1. & 2. pag. mihi. 214.* Nevizanius † inſuper indicat, cum quibus reſpective ſit de cauſis conferendum, *in ſyl. nupt. ubi vide.* Idemque Stiaticus ſimilia

præ

prædicat de Andrea Siculo, alias Barbatia nuncupato, (quem excellentiſſimum ac famoſiſſimum Iuris utriuſque Doctorem vocat: quemque patrum memoria hæreticum in jure fuiſſe adpellatum, eò quod ſæpius communibus Dd. opinionibus contradixerit, teſtatur Montanus *tr. de jure tutel. in præf.*) ſcilicet quando proponebatur aliquis caſus, qui non reperiebatur deciſus per leges, ſicque erat decidendus per rationem naturalem, tunc illum eamdem facti ſpeciem enarraſſe aliquibus ruſticis, habitantibus in partibus montanis, qui ſunt ex natura regionis acutiſſimi ingenii; cumque illis contuliſſe hinc inde concurrentes rationes, & ita ſæpe eum veritatem inveniſſe. Paria referunt de excellentiſſimo Barthol. Socino; quod idem factitârit, & caſus obcurrentes Bononiæ cum nonnullis Hebræis*, amicis ſuis contulerit: quorum magna tunc copia in civitate iſta habitabat, quique experientia teſte, regulariter naturam & ingenium habent acutiſſimum, refer eodem Stiatico *dict. cap. 23. num. 5.* Fecit denique hoc ipſum Rutgerus Rulant, qui de muto ac ſurdo ſingulare à mercatore quodam ſuppeditatum ſibi exemplum recenſet *in addit. ad tract. de commiſſion. part. 2. libr. 2. capit. 16. num. 5. pagin. 67.* & alibi, quem mox quoque ſequar, citat civis cujuſdam Regiomontani, nomine Sebaldi Mulleri librum de panificio. Sed ut in priori exemplo maneamus: ſolebant veteres illi Iuris civilis ſapientiæ profeſſores, ſi quæ controverſiæ ad rem agrariam pertinentes emergerent, Ruſticorum etiam (quos hujus rei nec rudes, nec ignaros eſſe compertum habebant) conſilium nonnunquam exquirere: atque ſæpius ſecundum eorum ſententiam pronunciare. Quod utique mirum videri cuiquam non debet. Quoties enim nobis aliqua incidit dubitatio, eos potiſſimum conſulere debemus, qui rerum uſu ſpectati ſint, huicque uni rei, qua de agitur, maxime intenti; ut per hactenus deducta conſtat, idque conprobat. Langlæus *dicto libro 5. capite tertio & quarto.*

Quin imo Matago de Matagonibus (quem Franc. Hottomannum eſſe, quidam exiſtimant) *in Italogall. pag. mihi 213.* adfirmat, nequaquam inficiendum aut dubitandum eſſe, quin † Mulieres conſilium dare poſſint: quandoquidem referat Ioh. Calderinus Canoniſta famoſiſſimus, quod ſemel conſuluerit uxorem ſuam, an convivator teneatur hora prandii mittere ad convivas, ut veniant? quam ſapienter & velut alteram Sybillam reſpondiſſe ait, ad fœminas & extraneos eſſe mittendum, qui ſe facile non ingerunt; ſed non ad alios, niſi eſſent graves perſonæ. Ita Iohan. Calderia *in cap. ultim. de renunt.* & poſt eum Ægid. Bell. *in cap. quidam colum. 3. verſicul. tertio quæro, eod. tit.* Panormitan. *in cap. cum inter univerſas, in fin. de elect.* & de hoc etiam per Collect. *in cap. à crapula Ext. de vit. & hon. cleric.* item Baldus *in proœm.* Gregor. *colum. 5. verſicul. quæro, quidam ſcholaris.* Sed & ipſe Imperator. Iuſtinianus non una vice teſtatur, ſe conjugem ſuam ſæpius in conſilium adhibuiſſe: & Iohan. Andreas iterum aliquot locis uxorem ſuam Milantiam nominat, dicitque ſe multa ex ipſa didiciſſe: & notanter, quod ſi nomina in foro venderentur, deberent parentes pulcerrima emere, quæ filiis inponerent. *And. in cap. cum ſecundum colum. 1. extr. de præbend. Tob. Nonius in repet. titul. Inſtitut...* & alibi prior ille ſcribit, ſe illam, utpote doc-

8

jam consulisse *in cap. qui prior, colum. pen. de R.I.in 6.* Unde Philippus Decius quoque singulariter voluit, quod quamvis fœmina prohibeatur in camera consulere & scripturas facere, *in l.2. vers. tertio postulans D. de reg. ju.* Sic etiam † Obstetrices admittuntur in causis variis, ut discimus *ex tot. titul. D. de inspiciend. ventre & custod. partu. cum similibus* pariter ac Medicos & Chirurgos sæpe in vulnerum ac rerum aliarum inspectione Judices prudentes consulunt, & eorum peritiæ, debitoque ordine peractis stant adsertionibus. *P. H. O. art. 149.* Nicol. Boerius *decis. 323. per tot.* Pet. de Ancha. *consil. 283. colum. 2.* Bonifa. *in titul. de insultu & percuss. num. 13. & 32.* Baldus *consil. 328. volum. 2.* Thom. Grammaticus *voto 24.* & late præter illos Ludov. Carerius *in pract. caus. criminal. tract. de homicid. versic. undecimo igitur mihi pag. 412. cum seqq.*

9

10 Sic † paries vel murus an sit communis, inter alia indicia cognoscitur, & intelligi potest per peritos in arte, puta Murarios, quibus credendum esse dicit Cæpolla *tract. de serv. urb. præd. cap. 40. num. 14. argum. Auth. de non alie. §. quod artem dictum est, col. 2.* & notat Glossa *in §. præterea per alluv. Inst. de rer. divis.* De quorum negligentia & socordia Johannes Colerus hos rythmos inter alias observationes ponit: *in sua œconom. part. 1. lib. 9. cap. 26. p. m. 310. juncta inf. quæst. 46. num. 22.)*

Die Zimmerleut und Maurer
Das seynd rechte Laurer:
Eh sie essen/messen/stehen und sich besinnen/
So ist der Tag von hinnen.

11 Sic in † principatibus, regnis, sylvis, agris & similibus dividendis utimur Geometris (quam artem discere, docere & exercere, publice interest, *l. 2. C. de malef. & mathem.*) ac dimensionem artificibus. Hinc descendunt in causis litigiosis adhibiti Censitores & Agrimensores; de quibus late Bapt. Aymus *tract. de alluvion. lib. 1. cap. 16.* Rutg. Rulandus *d. tract. de comm. miss. part. 1. lib. 4. cap. 20. & part. 2. lib. 6. cap. 13.* ornate Cassiodorus *lib. 3. var. epist. 52.* Choppinus *lib. 3. de doman. Franc. tit. 22. numer. 3. plenius in leg. And. lib. 1. cap. 40.*

12 Magis ad institutum nostrum faciunt † sequentia exempla, quæ sollicitam his de rebus à Magistratu suscipiendam esse curam indicant: adeo ut etiam Cloacarum curatores olim Romani constituerint, probabili valde ratione, apud eumdem Aurel. Cassiodorum *lib. 8. var. epist. 29. & 30.* nostrosque Jurisconsultos *in tot. tit. D. de cloac.* Heinr. Bocerum *class. 4. disp. 5. th. 82. usque ad th. 87.* Just. Meierum *in colleg. Argent. lib. 43. tit. 23.* Similiter in taxanda

13 † populari annona certos viros novimus esse constitutos, & posse etiam constitui tales & debere probavit Dn. præc. Andreas Dinnerus *tract. de pretio pop. annon. junge meam q. 11. num. 61.* & adhibe Bertr. Argentræum *d. com. ad consuetud. Britan. de execut. æstimation. seu vero valore fundorum ineundo tit. 13.* Petrum Sanz. Morquechum *tract. de divis. bonor. libr. 1. cap. 4.*

14 In † castris emendis vendendisque consulimus æque libros antiquos, die uhrbar Register oder Saalbücher/ ac architectos, ceu æstimatores gnaros & legitimos, *Argent. d. lo. ego disser. de jure burg. sive cast. th. 27. in fin. sup. q. 30. n. 12.* qui in statutis Wormatiensibus vocantur Anlaitmeister: coram quibus causæ ædificiorum, & novi operis nunciationes agitari solent, teste Wehnero *pract. observ. lit. A. verb. Anlait/ mihi p. 27. B.* Prout de arborum æstimatione

videndus est Bursatus *consil.70. lib.1.* & in Bonorum æstimatione probi taxatores diligenter circumspiciunt, num inter ea vel in propinquo diversi generis Molendina reperiantur, quæ rerum pretia merito augent, vel minuunt, si non exstiterint. Monuit hoc præter alia Pau. Matthi. Wehnerus, de molis chartariis, frumentariis, aliisque verba faciens *in obs. pra. verb.* Anschlag der Güter *mihi pagin.30.31.* Consentit inter novitios Casp. Jugelius *in Oeconom. sua pagin.16.c.* Was in Besichtigung und Anschlag eines Gutes wahrgenommen und wohlerkundiget werden sol *num.11.& 12.* nemlich/do eine Mühle vorhanden/ob solche zum Sacke wohl gelegen/und nicht leichtlich Verhinderung der Widerwoge halben habe/ und allezeit Mühlwasser gnug sey/und ob das Weher schwer zu halten sey oder leichtlichen Schaden nehme? Wann es keine Mühle hat / sol man sich erkundigen/wie weit es in die Mühlen zu fahren sey/ und was er für Wege habe?

15 Sic cur † in conductionibus hortorum, æstimatores adhibeantur Hortulani, alia causa non est, quia ipsi talium rerum sunt periti, ut fatetur Cunrad. Rittershusius *d. expos. Novell. part.3. cap.14. numer.3.* Ratio † autem juris novissimi, quare illis adjungi debeant alii (qui non sunt hortulani, & Smmarii dicti, quæve jurisdictio ad Præfectum urbis spectat, dicente ibidem Ioach. Stephani) eam detegit idem Rittersh. *d. cap.14. num.2.& 4.* Imo vero † in universum veri ac sinceri rerum omnium constituuntur & adhibentur Æstimatores, de quibus videre licet Horat. Carpanum *in lucubr. ad stat. Mediolan. capit. 169.170.171.* Iohannem Garsiam Gallecum *tract. de expens. & meliorat. cap. ult. seu 24. per tot.* Rutg. Rulant *d. part.1. libr. 4. cap.24.* Wehnerum *pract. observ. verb.* Anschlag der Güter *p.m.29. cū seqq.* & quales viros graves prudentesque requirit Fridericus Imp. *lib.2. feud. ibi: circa natale Mariæ &c.* Quibus utinam illa promta, seu (ut barbari hodie loquuntur) resoluta cognitio & memoria esset, quam Seneca in Hortensio prædicat, qui à Sisenna provocatus in auctione persedit diem totum, & omnes res, & pretia, ac emtores ordine suo recensuit argentariis recognoscentibus, ita ut in nullo falleretur *in proœm. libr. 1. controvers.* Sic legimus etiam fuisse † Comites horreorum, eorumque conductores *sup. quæst.8. num.46. juncta l. C. de frumen. Alexand. lib.11.* granariis præfectos, inspectores, curatores, visitatores & annonæ erogatores *tot. tit. C. de condit. in horre. lib.12.* Genes. *cap.41. vers.33. & seqq.* Franc. Ripa *tract. de peste cap.4.* *Scip.* Amirates *lib.12. discurs.3.30.* quos laudat Iohann. Althusius *cap.32. polit. nu.30.* & Philipp. Hænonius *Disput. Pol.6. th.7. pag.312.* Item † pistrinorum curatores fuisse scimus ex *quæst.4. num.8.* pistorum ac pecorum magistros, pincernarumque principes, *Genes.40. vers.16.29. cap.42. vers.6.* Sic etiam † Scholarum & Academiarum curam Magistratus omnino suscipere, & Scholarchas, ceu vocant, constituere debet; qui sint viri graves, fideles ac periti, inspectores ac defensores æqui, de quorum officiis tractat post Otton: Casmannum & Wilhel. Zepperum Hænonius *disput. polit.5. th.29. & seqq.*

16 17 18 19 20

21 Denique in re † Monetaria & nummis probandis, miscendisque, publica lege ordinatos videmus & habemus (ut vulgo nominant) Wardinos; qui veteribus dicti Zygostatæ *in l.2. C. de ponderat. lib.10.* Habemus, inquam, sic magistros monetales

&

& operarios monetarios; ut & hunc Zygostatam, qui aliter *δοκιμάςης*, æstimator, censor, probator, germanice Wardin/ Wagemeister oder Gewichtschauer adpellatur: quos omnes Magistratus habere debet fideles ac peritos, monente eodem Henonio *d. disp. 5. th. 81.* Quorum Zygostatarum officium tam generalium, quam specialium, modumque horum probandi ex constitutionibus Imperii (quæ sæpicule mentionem faciunt der Wardinen und Müntzmeister) nervose docteque explicat Reinerus Budelius *tractat. de monetis libr. 1. cap. 26.* ubi addit, istum probandi modum antiquitus ante multa sæcula usu receptum fuisse, *num. 13. juncto d. tit. C. de ponderat. & au. illat.* Plinius *libr. 33. cap. 9.* Unde haut inmerito ante hæc dixi, certam

22 debere esse † mensuram, macinamque, id quod postea pluribus ostendam. Hinc ponderum dijudicatio ac diligens probatio præcipue Magistratui incumbit, teste Ioh. à Chokier *tract. de re numar. pag. 13.* & adhibe quæ de mensuario jure congessit Choppinus *de doman. Franciæ lib. 3. titul. 22.* Guil. Budæus *in eleg. scripto de Asse.* Ioh. Kaynaudus *tractat. de mensura*, obiter Rittershusius tangit *in d. expos. Nov. part. 3. cap. 15.* Ita solebat, ut ille ait, Romæ

——— de mensura jus dicere, vasa minora
Frangere pannosus vacui Ædilis Ulubris.

23 Similia quis non † in molendinorum visitationibus attenderet, vel iis magistros tales non præficeret; quorum fidei ac peritiæ incidens aliquod negotium commit-

24 teretur definiendum? Vox enim † Magistri apud Latinos & Germanos ad varia pace belloque est translata officia seu munera. Hinc magistri inter agentes magistri admissionum, libellorum, equitum (veluti adhuc inter præcipuas dignitates recensent Magistrum ordinis Theuthonici, den Teutschen Meister/ cum similibus apud Goldastum *lib. 2. de majoratu cap. 6. num. 4.*) memoriæ, auctionum, officiorum, scriniorum, universitatis, curiæ, societatis, census, populi, æris, rei privatæ, navis, vestium &c. quod antiquitatibus dediti non ignorant. In bello maxime id nomen invaluit, & magistros militum & magisterium militare vocat *l. 8. Cod. de modo mult. l. 2. C. de off. præf. præt. l. 25. C. de procurat.* ac de honore magisteriæ dignitatis lege Cassiodorum *libr. 6. var. epist. 6.* Silius Italicus in hunc sensum *lib. 3. bel. civil.*

Turpe Duci totam somno consumere noctem,
O Rector Libyæ, vigili stant bella magistro.

Idem *lib. 8.*

Tunc icti specie ruere acri in bella magistro.

Et iterum *lib. 15.*

Et me disce novũ Martem tentare magistro.

Quam ob causam vulgatum Horatii versiculum *libr. 1. epist.*

Nullius addictus jurare in verba magistri,

per translationem ad gladiatores & doctores ductum existimat Ioh. Bapt. Hanfenius *lib. de juram. vet. cap. 19.* Nec incommode; cum magister doctorem & præceptorem significet, tam in genere, quam in specie ita dictum. Homeri interpres *22. Iliad.*

Sed neq; me nuptæ didicerunt furta magistro.

Marcellus Palingenius *lib. 3. zod. vit.* de sene institutore:

Talia barbati postquã mihi verba magistri
Haut parvam fecêre fidem ———

Sed & Pastorem vel custodem significat Aurelio Prudentio *ibi:*

Compellat juvenem pecoris tunc forte magistrum.

Breviter: Magistrare est regere, temporare, moderari, curare ac dijudicare, magis-

gisque arte, peritia & facultate pollere, vi *l.cui præcipua 57.ubi Gadd. de V.S.* Et tali 25 † formula vel analogia videmus multa conficta esse vocabula, quæ huc recte transferuntur. Sic pistorum ac pecorum magistros diximus antea *num.19.* monetarum magistros *num.21.* & peculiari usur-26 patione die † Müntzmeister und Haußgenossen apud Christianum Lehmannum *lib.* 27 *4.chron.Spirens.c.* 14.*pag.321.* Ita † Gograff oder Gehegraff judex causarum ac criminum, celerem vindictam efflagitantium, alio nomine Dorffmeister fuit dictus, teste Glossa Landr.*art.64.lit.F. lib.3.* Colero *decis.161.num.* 3. Knichen *de ju. sup. territ.cap.* 4.*num.* 104.*&* 105. *juncto num.* 28 5. † Forstmeister oder Waldmeister alius dicitur, qui jus forestale habet, vel saltuarios constituere potest, Ruland.*d. tract.& p. 1.l.4.cap.20.lit.a.* Wehnerus *in obser.verb.* Bauwarten *pag.49. & verb.* Förstrecht *pag.149.cum seqq.*

29 Bawmeister † & castellanum opificibus seu ædificiorum structoribus & curatoribus fuisse præfectum credo, cum Wern:Kyllingero *disc. de ganerb. castror.* 30 *pag.42.num.162.* Ejusdem † originis sunt: Amptmeister/ Zunfftmeister/ Burgermeister/ Schulmeister/ Hoffmeister/ Dantzmeister/ Capellmeister/ Fechtmeister/ Jägermeister/ Bottenmeister (in Camera Spirensi apud Wehnerum *obs.pract.pag.mihi 76.96. 97.*) Kuchenmeister/ Kellermeister/ Weinmeister/ de quo Ioh. Colerus *in sua Oeconom. part.1.lib. 4.cap.4.* Præsertim in militia usitata sunt hæc officiis & artificiis certis tributa nómina: Büchsenmeister/ Wachtmeister/ Quartiermeister/ Proviantmeister/ Pfenningmeister/ Rottmeister/ Zahlmeister/ Schantzmeister/ Geschirrmeister/ Wagenmeister/ Brückenmeister/ apud eumdem Hænonium *disp.polit.7. th.55.56.* & Nicol.Bellum *de statu civili disc.15. lib.5.* Non aliter ac apud nos in Phrysia habemus 31 † aggerum, ut sic loquar, Magistros curatores seu hydrophylacas; qui curam aggerum maritimorum ac aliorum emissariorum, canaliumque inspectionem & refectionem sustinent, vulgo Dieck- sive Teich- und Sielgeschworne dicti, *sup. quæst.* 40.*num.*20. Dn. Gryphiander inter alia pulchre *d. tr. de Insulis cap.28. num.20.33. 38.39.41.42.43.44.& 56.* Quomodo de 32 † visitatoribus Ecclesiarum, earundemque curatoribus & administratoribus, den Kirchgeschwornen oder Vorstehern/ agit Alph. Alvaretz Guerrerus *in specu. Rom. Pontif.cap.11.* Theod.Reincking *tract.de regim.secul.& Eccl.lib.3.clas.1.cap.7.* Imo 33 de magistris † opificum, forte den Ampt- und Gildemeistern/ & monopoliis Petrum Rebuffum integrum locum conplevisse patet *ex sup.quæst.44. num.15.* Horatius 34 Carpanus † denique testatur, peculiarem olim Mediolanenses constituisse Judicem stratarum *d.lucub.ad statut.Mediol.ca.279. vol 2.* Officiarium aquarum esse ibidem judicem stratarum *c.309.* In quibus locis addit etiam, istum debere esse jurisperitum, oportere eum jurare, satisdare, prospicere, & providere, ut aquæ fluant continue, nec alio deriventur, *juncto c.294.& c.297.* Ubi de pœna istius judicis, qui negligens est vel aliter deliquit, durante etiam officio quod condemnetur, per quem & quomodo? I-35 dem Carpanus *d.vol.2.c.140.* † diserte facit mentionem illorum, ut comprehensa sub tali molendinario statuto relicta sint judicio peritorum & architectorum: quos pari dictionis libertate Magistros aquarum & moletrinarum nominamus, die Wasser- und Mühlenmeister; quorum expresse meminit

nit Glossator juris Saxonici Lehenr. *cap. 11. num. in pr.* & quos ceu artifices & peritos probare ait Iohan. Gryphiander *dict. tract. de Insulis cap. 12. numer. 30. & 36.* Hinc molendinorum antiquitus etiam certos exstitisse curatores, gubernatores, administratores & procuratores, liquet cum ex legibus, tum ex historiis Francicis *sup. quæst. 1. n. 11. & 30. juncta h. quæst. 45. n. 17.*

Et ex Cassiodoro discimus, molitorum curam ad præfectum annonæ, dem Proviantmeister spectasse, cujus verba inseruit Dn. Goldastus *tom. 3. constit. Imperial. pag. 78.* 36 Cum enim † molitoria sit ars, & quidem honesta, ejusque artifices consortium licitum, liberumque habere possint, per hactenus probata: consequitur quod & hi certos admittant, vel constitutos agnoscant viros, qui consideratis antea requisitis, juxta suum quoque arbitrium lites seu disputationes subortas tamquam periti dijudicant ac finiant: vera in molendinorum locatione-conductione, emtione-venditione pretia decernant: legitimi mercedis, macinæ, fructuumque existant æstimatores & taxatores: eorumdem administrationem velut rigorosi censores examinent: & tandem diligenti inspectione procurent, ut molendis frumentis cuique satisfiat, & farina justo modo ac tempore reddatur, cum similibus. Quam potestatem Principibus ac Magistratibus merito concessam agnoscimus; & ad centenariam seu supremam legimus jurisdictionem, merumque imperium, zur Zent und Obergericht: vel ad bassam seu simplicem jurisdictionem & mixtum imperium, zum Untergericht oder zur Voigteylichen Obrig- und Bottmässigkeit; aut pro diversitate locorum ad utramque judicii speciem hæc sequentia pertinere, inspectionem molarum, die Besichtigung der Mühlen; coercitionem falsarum & violatarum mensurarum, falsche Gewicht Maaß und Metzen bey den Wirthen/Beckern und Müllern; pœnam violati spoliative molendini, Pflug und Mühlenraub / cum similibus apud Knichenum *mox. citan. lo.* Wehnerum *in pract. observation. tit. V. verb.* Voigthey/ *pagin. mihi 660. numer. 7. pagin. 664. lat. 2. & lit. Z. verb.* Zent. *pagin. 704. lat. 1. pag. 706. lat. 2. juncta pag. 715. lat. 1. sup. quæst. 37. numer. 3.* 37 Cùm enim † nulli fermè in re concredita negligentius & malitiosius versentur ac molitores supra *quæst. 1. num. 66. 67. quæst. 44. numer. 13. & 14.* 38 † publica utilitas dictat, quo huic caveatur adcuratâ & crebra inspectione, & jurgia à peritis & adhoc addictis istis artificibus dijudicentur, eoque nomine constituantur mulctæ numariæ; quod passim obtinet, testibus Ren. Choppino *de LL. Andeg. lib. 1. cap. 24. per tot.* ubi vide, quem sequutus est And. Knichen, *tract. de ju. sup. ternit. d. cap. 4. num. 313. seu 245. cum seq. & numer. 252. 253. alleg.* Joach. Scheplitz *ad d. consuet. March. Brandeb. part. 4. tit. 23. §. 1. n. 6.* Exemplum aliud de ducatu Brunsvicensi, & damnis per molnndinarios viros æstimandis, retuli *supra quæst. 40. num. 6. adde Coleri Oeconom. part. 1. lib. 2. cap. 3. in princ.* 39 In † genere hoc malum quoque vidit & tetigit Casparus Jugelius, qui nuperrimè eamdem cautionem hisce verbis tradidit: Daß auch die Oehlmüller / Hoffmeistelster und andere mit den Sachen recht umbgehen/und ihren Pacht gebührlichen nachsetzen achtung zu haben/*in d. sua œconom.* oder Unterricht von Haußhalten/*pag. mihi* 108. Adstipulatur † 40 Glossa Iuris Saxonico-feudalis ista: Dieses ist gesetzet zu den gemeinen " Nutz - und Frommen. Das sollet"

" jhr wissen / Mühl-Recht ist gleich zu ver-
" nehmen / als das Müntzen / dann der
" Mühlmeister sol halten seine Metzen
" gleich/das ist/seine Metze sol seyn unterm
" halben Viertheile. Gloss. Lehnr. *d. cap. 11. numer. 9. in princ.*

41 Et quidem rectè ista † de artificibus, magistris & peritis proferuntur: non de molitoribus vel operariis, aut rei quæsitæ integram cognitionem, extra artem suam non habentibus. Unde ad probandum molendinum benè fuisse instructum, non sufficit adhibere testimonium molendinarii: nam licet ipse sit aliqualiter intelligens, tamen non est magister murandi, vel ædificandi, quæ duo sunt distincta. Ita censent & loquuntur Franc. Aretinus *in consil. 83. incip. quia multa vers. præterea licet sit molendinarius, col. antepen. in fin.* Fulv. Pacianus *de probat. lib. 1. capit. 47. numer. 141. allegans text. in §. quod autem dictum est, Auth. de non alien.* In specie

42 autem † & magis adpositè de toto nostro negotio idem Sebaldus Mullerus, inter alia in hunc modum, fuseque disseruit: Dem Müller muß (ehe und wann das Korn in die Mühle gebracht) angezeiget / und mit Ernst anbefohlen und aufferlegt werden/ daß/ehe er die Mühle zurichte / den Stein mit allem Fleiß hauwe / denselben nicht mit Kleyen/sondern mit seinem eygenen oder anderst guten Korn / wie sichs gebühret/ recht wohl bemahle/und den Stein vollständig speyse / das Korn nach der Becker Art mit allem Fleiß mahle/damit sich das Mehl im Backen wohl könne erheben/ das Brodt fein möge gebacken werden / dann wo das Mehl kiesig oder sonsten verdorben/wird das Brod gantz unehse / und kan derwegen die Prob / demnach die Substantz in pejus transferiret / secundum qualitatem nicht bestehen. Weiter / nach dem in Verkundigung gebracht / daß dem Mehl im Mahlen an einem pondere nichts abgehet / sondern vielmehr einen Zuwachs bekompt / der nichts (weil er gar geringe) zu achten: Derowegen ist constituiret / daß der Müller die behörliche und völlige Gewicht auß der Mühlen lieffern sol und muß: und also besteht die Prob im mahlen secundum quantitatem mensuræ atque ponderis. Woferne aber das Korn oder der Weitzen mit Wasser besprenget oder genetzet / muß der Zugang deß Wassers am Gewicht wieder auß der Mühlen geliefert werden. Es stehet aber der Obrigkeit alleine zu / wie viel Pfundt Kleyen die Müller den jenigen / so das Brod auff den Kauff backen / von einem Maaß oder Scheffel Korn abbeuteln sollen / anzuordnen und zu constituiren. Daher wil sich auch gebühren / das gebackene Brod/wann es erkaltet/ auffzuschneiden/ und ob es fein ehse sey/mit allem Fleiß zu besichtigen/wofern aber Mangel gespüret/ daß der Müller (welches in Prob-backen gar offt pflegt zu geschehen) ein Stück oder Vortheil gebraucht/so/ daß der Müller das Mehl übel und dermassen zugerichtet und gemahlen/ daß die feine und ehse des Brods nicht hat können erreichet werden; Diesem zu begegnen ist durch vielfaltige Mühe/ Fleiß und Arbeit in Erkundigung gebracht/daß kein besserer / leichterer und gewisserer Weg sey/die quantitatem & qualitatem, secundùm substantiam & materiam des Mehls zu erreichen / quàm modos quos ibidem recenset, ubi vide.

Endlichen fället nach gehaltenem Prob-backen diese Frage für / wie es dann auch zu allen und jeden Zeiten nicht wenig disputirens gegeben; Wañ durch Vorsehen

oder

oder mit Fleiß eine Unrichtigkeit von denen/ die an statt der Obrigkeit dem Wercke zusehen/ im Augenschein bald könne eingenommen/ gesehen und gespühret werden? Darauff sage ich ja; Aber nicht von allen / sondern von den jenigen nur / so das Müller- und Beckerhandwerck gelernet / vor der andern Augen seynd die errata und Unrichtigkeiten (welche sonsten Arcana genennet werden) verborgen: Derwegen wann Proben gebacken werden/ müssen etliche die das Müller und Beckerhandwerck auff- oder übergeben haben / und durch andere ehrliche Handthierung jhr Brodt erwerben/ wo man derselben haben kan/ darzu genommen werden; Jn manglung dessen müssen unverdächtige Becker / oder die da kein Brod auffm Kauff machen/ darzu gebraucht werden/ durch welche dann auch die Proben können verrichtet werden; wie auß der Stadt Nürnberg Brod-Ordnung zu ersehen; Und das fürnemlich darumb/ dieweil die Becker in jhren eygenen Sachen ohne Verdacht nicht wohl Richter seyn können/ davon in der Pfaltzgräfischen Mühl- und Becker-Ordnung in Ober- und Unter-Bäyern mit mehrerm zu lesen / &c. Diesen aber bey jhren Pflichten aufferlegt werden sol/ so offt es nöhtig geacht/ die Anzahl Weitzen und Korn / so sauber und Kauffmans Gut/ in jhrer aller Beysenn mit Fleiß durch einen geschwornen Meister abmessen / fürder an einer wohl zugerichteten Mühl/ nach Abzug gewöhnliches Multers (Matters) oder Metz treulich und sauber abmahlen / folgends die gedachten Becker das gemahlen Mehl alles zu Weckbrod/ wie solches Orts gebräuchlich / mit Fleiß abbacken; Alsdann solch gebacken Brod oder Weck/ wieviel deren jedes gewogen/ treulich abzehlen / wiegen und verzeichnen lassen/ fürder den Werth / so auß solchem Gebacken sampt darzu gehörigen Kleyen gelöst und gebracht worden; Dargegen auch das Geld/ so der Zeit solche gebackene Früchte gelten/ beneben den Unkosten ungefährlich und der Billigkeit wegen hiervon zu geben alles zusammen legen / alsdann durch richtige Rechnung zu ergründen/ wie schwer selbigen Orts Gelegenheit nach jederzeit Frucht Kauffs ein jeder Gattung Brods oder Wecks zu backen/ und am Gewicht zu halten/ sich gebühren wolle / dasselbe in offene Taffel zeichnen / und darob bey Straffen halten. Hactenus Mullerus sæpiùs citato *tractat. de Panificio*, oder Bericht vom Brodbacken *part.* 1. *numer.* 4. 5. 6. 11. 13. *pagin.* 15. 16. 19. 23. 24. 25. *&* 26.

43 Sed nemo † exactius hæc prosequutus fuit, majorique cum diligentiâ adnotavit, quam Johannes Colerus; cujus observationes, quia huc directò spectant, plenè describere & his inserere non sine causâ volui. Verba autem sunt Teuthonica & certarum provinciarum constitutiones continentia: Die Mühlen-Nützung ist einer Herrschafft gar ein feiner gerühlicher Nutz/ darumb auch der Prophet Zephanias cap. 1. die Stadt Jerusalem einer Mühlen vergleichet.

Müller mit was Bedingung sie auff den Mühlen wohnen in Meissen.

Es sitzen aber im Land zu Meissen die Müller gemeiniglich umb die vierdte Metzen an allem harten Gedreyde: Deßgleichen den vierden Theil an der Schweinmastung/ und den vierten Theil an den Maltzen. Dar-

Dargegen müssen sie den vierdten Pfenning geben/zu den Steinen und Beuteln. Das Unßlet müssen sie allein behalten. Die Schmiedekost müssen sie zum halben Theil halten; Doch bey dem Schmiede / der das Ampt oder Verwalter der Forwerge verordnet / alle Arbeit machen lassen. Die Wagenknechte müssen sie an der Kost halten. Man muß dem Wagenknecht Wöchentlich ein halben Scheffel Kleyen geben. Alle Arbeit so einem Müller gebührt/muß er machen/und wird jhm darzu das Holtz ohne Bezahlung geschaffet. Da aber neue Räder müssen gemacht werden / so gibt der Müller/wo er sie anders selbst nicht machen kan/den vierdten Pfenning darzu. Die Mühlgänge muß er ganghafftig erhalten. Jährlich wird jhm ein paar Schleußbäume ohne Bezahlung angeweist.

Wie es mit den Dresischen Müllern beschaffen?

IN den Mühlen aber / so umb Dreßden gelegen / und der Herrschafft gehören / wirds also gehalten. Dem Müller wird ein Genanntes vor alles gegeben. Dem Herren gehört die zwantzigste Metze. Alles was einem Müller zu machen gebühret / muß er umbsonst machen. Auff seinen Kosten muß er besolden / beköstigen und unterhalten / drey Helfferknechte / zween Mühlenknechte / drey Jungen und drey Fuhrknechte. Muß beyde Mühlen in Tach und Fach in bawlichen Würden erhalten. Muß sechtzig oder achtzig Schweine mit seinem Gesinde / doch mit deß Herren Staubmehl mesten. Mühlsteine und alles Holtz schaffet der Herr / deßgleichen auch alle Bretter / Wellenhöltzer / Item / die Schmiedenkost über alle Nutzung / hält der Herr auch / darüber das Brennholtz / so er in der Mühlen bedarff.

Mühl-Ordnung im Lande zu Meissen.

UNd damit man sich desto besser darein zurichten / so ist nachfolgende Mühl-Ordnung gestellet. Erstlich sol verzeichnet werden / in welche Mühlen ein jeder Dorffschafft oder Stadt geordnet. Dieselbe nun sollen in keine andere Mühlen fahren noch mahlen / bey Verlust des Korns / so der Herrschafft heimgefallen seyn sol / und eines halben Gülden Pfandgeldes / deme / der sie beschlägt oder umbtreibet: und damit sich niemand der Unwissenheit zu endschuldigen / sol solches den Bauren und Unterthanen angekündigt werden / darnach sich männiglich zurichten. Die Einwohner jedes Orts / wann sie in der Mühlen daselbst nicht köndten gefördert werden / es sey an was Gedreydig es wolle / sollen auch in keine andere Mühle / dann zu N. zu fahren und zu mahlen schuldig seyn.

Wie sich der Müller mit dem Metzen verhalten sol?

ES sol dem Müller ein gleicher Scheffel mit darauff gebrandten Wapen / der damit dem N. Kornscheffel gestrichen / übereinkompt / in die Mühle gegeben werden / und darzu ein gerechte Metzen mit auffgebrandten Wapen / deren N einen solchen gestrichenen Scheffel außtragen / zugestellet werden / damit der Müller allerley Gedreyde / ausserhalb das Maltzmessen / und von einem jeden Scheffel / eine solche gestrichene Metze nehmen sol.

Das Maltz anlangend / sol dem Müller glei-

gleicher Gestalt ein gerechte gestrichene Maltz-scheffel / auch mit auffgebrandten Wapen/neben einer gerichten und gezeichneten Maltzmetzen/ deren N. auff einen solchen gestrichenen Maltzscheffel gehen/ auch in die Mühle überantwortet werden/ damit er auch auß Metzen/und von einem jedern Scheffel Maltz/eine solche gestrichene Metze mit Maltz nehmen sol. Der Müller sol auch über solche vorgemeldte außmetzung bey Vermeydung unserer Straff/ niemand weiter beschweren. Es sol auch in den Mühlen unterschiedliche Metzkasten / darin ein jedes Gedreyd insonderheit geschütt werden sol/als einer zum Weitzen / einer zum Korn/einer zum Maltz/ einer zum Schrot/ einer zum Heydekorn/und dergleichen/ auch einer zum Staubmehl gemacht werden; Welche alle und ein jeder insonderheit verschlossen seyn/ und niemand anders / dann der Befehlhaber/welcher auch bey dem Außmetzen mit zu seyn verordnet / die Schlüssel darzu haben sol.

Die Wöchentliche Außmetzung.

ERstlich sol der Befehlhaber neben dem N. alle Sonnabend die Kerbhöltzer / so wohl auch den langen Stock vom Müller fordern/dieselben wie viel er von den Bawren und Beckern/an Weitzen/Korn/Maltz/ Steinos/Metzes/ Heydekorn / und dergleichen Metzen die Wochen eingeschüttet/ besichtigen und zehlen / und wo der letzte Kerb auff dem Kerbholtze wendet / mit einem schwartzen Dintenstrich zeichnen/ auff daß sie die andere Wochen wissen mögen / wo sie anzehlen sollen/und was sie nun/ vermöge der Kerbhöltzer und Zeichen/so die Wochen gemahlen/ und den Tag außgemetzet wird/recht befinden/ sol durch den Befehlhaber in Rechnung gebracht werden. Befindet sich auch im Außmetzen mehr / dann der Müller angeschnitten/oder Zeichen hätte/oder aber auff dem langen Kerbholtze angeschnitten/ so sol alle mal solches unter seinem Tittel (Zugäng daß mehr im Kasten befunden / dann der Müller angeschnitten oder Zeichen gehabt) eingeschrieben werden/und solcher Zugang sol der Herrschafft allein folgen.

Würde aber im Außmetzen befunden/ daß mehr angeschnitten und Zeichen verhanden/dann der Müller im Kasten hätte/ so sol der Müller solchen Mangel von dem seinen erfüllen/und jhme daran auch nichts zukommen: welches der Befehlhaber auch Wochentlich unter dem Tittel (Straff deß Müllers/daß weniger im Kasten befunden/ dann angeschnitten worden / und Zeichen vorhanden gewesen) einschreiben sol.

Unser Befehlhaber sol auch über alles das/so Wöchẽtlich/und also das gantze Jahr über außgemetzet wird / sonderlich Gegen-Registerlein halten/das zur Zeit der Jahrrechnunge schliessen / und mit übergeben/ auch dem N. dessen wöchentliche Zettel/ die er gleicher Gestalt bey der Rechnung aufflegen sol/zustellen.

Unser Befehlhaber sol die Verordnung thun/ daß ein jeder Richter in Dörffern mit einem jeden Bawren / wie sie nach der Reyen wohnen ein Kerbholtz halte / und so offt der Bawer zur Mühlen fahren wird/sol er jedes mal zuvorn mit dem Richter/wie viel er Gedreydichts zur Mühlen führet / auschneiden: Also sol auch der Müller mit einem jeden Bawren ein sonders Kerbholtz halten / auch eines jeden

Dorffs beſondern Anreyen / und keinem zu mahlen aufſchütten / er habe dann zuvor / wie vieler Scheffel mahlen laſſen wolte / mit jhme angeſchnitten / und alsdann die Metze davon nehmen / und in Gegenwart ſein oder ſeines Knechtes / in den Metzkaſten ſchütten.

Gleicher Geſtalt ſol es mit den Richtern ſelbſt auch gehalten werden.

Kämen aber ſonſten andere Frembde / ſo ſol der Müller darzu ein beſonder langes Kerbholtz halten / darauff er ſo wohl auch als ſeine Knechte bey jhren Pflichten / was die mahlen laſſen wolten / ehe dann ſie es auff- ſchütten lieſſen / anſchneiden ſollen / welches auch im Außmetzen und auff die Quartal ſol mit beſichtiget werden.

Der Befehlhaber und N. ſollen neben dem N. alle Qvartal / der Richter / Bauren / und der Becken Stöcke neben deß Müllers / und in ſeiner Gegenwart / gegen einander zehlen und überſehen. Würde nun befunden / daß von den Bauren oder Beckern / ſo in unſer Mühlen verordnet / ſich einer unterſtehen würde / in die Mühle zufahren / und daß er zuvor mit dem Richter oder Schultzen nicht angeſchnitten hatte / und auch die andern Zeichen nehmen würden: So offt ſich nun das alſo zutrüge / ſo ſol allemal die Perſon / an dero der Mangel befunden / vier Groſchen zur Straff der Herrſchafft verfallen ſeyn. Würde aber der Müller auſſer dieſer geſetzten Ordnung mit anſchneiden / auch der Zeichen und andern / jemande etwas überſehen / und der Ordnung alſo zu wider / aufſchütten laſſen / ſo offt nun ſolches befunden / ſol der Müller von einer jeden Perſon ſechs Groſchen zur Straffe verfallen ſeyn.

Deß Müllers Belohnung / und wie er ſitzen ſol?

DEr Müller ſol alles Gedreydicht / ſo zur Hoffhaltung alhier / und auff Unſerm Hauß oder Forwerg / rc. verbraucht / es ſey an Weitzen / Rocken / Maltz / Schrot / Heydekorn / oder dergleichen / ohn einige Metze oder Belohnung zu mahlen ſchuldig ſeyn. Sonſten aber ſol jhm von allem Gedreyde / auſſerhalb des Maltzes / als von Weitzen / Rocken / Schrot / Heydekorn / und dergleichen / de fünffte Scheffel / oder die fünffte Metze folgen. Von dem Maltz aber ſol er den achten Scheffel / oder die achte Metze haben.

Was aber das Staubmehl anlanget / ſollen von ſolchem etliche Schwein Jährlich zweymal bey der Mühlen auffgelegt und gemeſtet werden / die der Müller dann ſelbſt ſol warten laſſen; An welchen Schweinen der Müller den fünfften Theil zulegen und bezahlen ſol / und wann die Schwein gemäſtet / ſol jhm hinwiederumb von fünff Schweinen eins gegeben werden.

Was dem Müller zur Belohnung über die Metze von Maltz und ander Gedreydig zukompt?

DEr Müller ſol von einen jeden gantzem Maltz / als von 36. Scheffel ſo in die Mühle zu mahlen gebracht wird / nicht mehr dann N. nehmen oder fordern.

Von einem jeden Scheffel Weitzen / Rocken / Schrot / Heydekorn / oder dergleichen / auſſer dem Maltz / ſol der Müller nicht mehr dann von einem jeden Scheffel / den er oder ſein Knecht ſelbſt auff- und abtragen und mahlen ein Pfenning / und von denen ſo jhr Ge-

Gedreyde selbst auf- und abtragen und mahlen/ sol von 2. Scheffel 1. Pfen. nehmen/ und drüber weiter niemands beschweren. Wolte aber jemand gebeutelt Mehl haben/ und daß er dasselbe in Unser Mühlen beuteln ließe/ der sol allemal von einem jeden Scheffel 1. Pf. Beutelgeld geben. Und solch Beutelgeld sol jedesmal der Müller oder seine Knechte in eine darzu verordnete und verschlossene Büchse stecken.

Solchs sol also zu halten und zu erfolgen/ beydes dem Müller und den Knechten bey ihren Pflichten ernstlich eingebunden uñ auferlegt werden/ zu welcher Büchsen der Befehlhaber einen/ und der Müller den andern Schlüssel haben sol: und wañ außgemeßet/ sol der Amptschreiber die Büchse öffnen/ das Geld herauß nehmen und zehlen/ und wie viel er finde/ in seine Einnahm Wöchentlich schreiben/ und den fünfften Pfenn. welchen er hinwiederumb in Außgabe bringen sol/ darvon zustellen. Weiter nach dem der Müller/ wie vor gesetzt/ allendhalben/ ausserhalb des Maltzes/ auff das fünffte sitzet; so sol er auch an allem/ es sey an Mühlsteine/ Eysenwerck/ Unschlet/ Beutel/ oder was man zur Nohtdurfft der Mühlen erkauffen würde/ oder man anwenden müste/ den fünfften Gülden/ Groschen oder Pfenning erlegen. Item/ wann man neue Gebäude an der Mühlen anrichten würde/ so sol der Müller allemal die fünffte Person halten/ und darneben für seine Person/ selbst als der Meister mit arbeiten. Was aber die tägliche Erhaltung der Mühlen/ und das Stickwerck/ es sey an Kampffraden/ Getrieben/ Wasserrädern/ Wellen/ Flutbetten/ Fretonen/ Kasten/ und dergleichen anlangt/ solches sol der Müller auff sein selbst Unkosten zu erhalten und fertig zu machen/ oder das in Vorraht zu haben/ schuldig seyn; Jedoch daß man ihme das Holtz zur Stette schaffe. Item/ der Müller/ so wohl auch seine Knechte/ sollen bey ihren Pflichten gut und fleißig uffsehen in der Mühle haben/ damit niemand von den seinen/ so jhm vertrauet/ und in der Mühlen gelassen/ kein Schade geschehe/ oder davon etwas entwandt werde. So es sich aber zutrüge/ daß einem oder mehr am Mahlen Schaden geschehe/ oder das seine in der Mühlen verlohren würde/ dasselbe sol der Müller wieder zu schaffen/ oder solches zu bezahlen/ schuldig seyn. Der Müller sol auch daran seyn/ daß der Mahlgästen jhr Gedreyde zu gut gemacht und gemahlen/ auch daß keiner umb Gifft/ Gaben/ oder Geschenck willen für dem andern gefördert; und daß niemand über die Gebühr/ Unserer Verordnung nach/ wie vorgesetzt/ beschweret werde. So offt nun durch den Müller oder die seinen/ diese Ordnung überschritten/ daß sie einen nicht/ wie den andern fördern/ sondern einem vor den andern nach Gunst/ oder umbs Geschenck willen thäten; Item/ daß die Leute weiter beschweret und übersetzet würden/ dann in dieser Unserer Ordnung zugelassen: So offt nun solches geklagt/ und sie überwiesen würden/ sol der Müller allemal einen halben Gülden zur Straffe der Herrschafft zu geben verfallen seyn. Darauff sol der Befehlhaber den Müller sammt seinen Knechten vereyden/ daß sie sich dieser Ordnung gemäß/ mit Vermeßung/ und sonsten allendhalben/ getreulichen und fleißig verhalten/ Unsers bestes wissen/ und Nachtheil vorkommen sollen/ auch keinen vor den andern fördern/ noch Geschencke oder anders/ über diese Ordnung nehmen/ wollen und sollen/ sondern einem jeden/ er sey Arm oder Reich/ Frembd oder Einländisch/ der zum ersten komme/ auffschütten/

mahlen und fördern; auch mit der Vormeſzung getreulichen umbgehen/ daß nichts beygeſchütt/beygeſetzt / oder anders wohin gewandt werde/ dann in die verordnete Metzkaſten. Item/daß der Müller neben den ſeinen die Mühl in gutem bäwlichen Weſen/wie vorgeſetzt/und es einem Müller gebühret/erhalte / auch niemands in ſolche Mühl ſo darinnen nicht zu mahlen oder zu thun/geſtatten ſollen/damit alſo aller Schaden und Nachtheil verhütet werde. Hucuſque Colerus prolixè hanc conſtitutionem retulit,& obiter pauca ſubjecit, quæ lege,de molis bannariis *in ipſius Oeconom. part.1.libr.2.cap.3.pa.mihi 15.16.17.18.juncto cap.15.pag.35.36.37.38.39.* ubi quædam huc pertinentia tangit, was vor ein Mühlen-Braw-und Bierordnung im Chur-Fürſtenthumb Brandenburg vorhanden/ interque alia molitorum ponit tale juramentum.

Der Müller und jhrer Knechte Eyd im Chur-Fürſtenthumb Brandenburg.

JCh ſchwere/ daß ich / vermöge meines gnädigſten Herrn deß Churfürſten zu Brandenburg jetzo auffgerichten Braw- und Zieſe-Ordnung den Brauern in Städten oder den Bauren auff dem Lande kein Maltz mahlen wil/ſie bringen mir dann von den verordneten deß Rahts zu N. ein Zeichen oder einen gedruckten Zettel / und ſo bald ich denſelben empfangen / ſo wil ich den in jhrer Gegenwart in die eiſerne Büchſe ſtecken/ und jhnen nach Außweiſung deſſelben zu einem gantzen Brauen nicht mehr dann 36.und zu einẽ halben Brau 18.Scheffel/ und in einem Maltzſack 6. Maltz mahlen/und mich in deme / nach den Maltzſäcken/ und gerechten Rümpffen eigentlich richten/auch das Maltz in dem darzu verordneten Kübel umbmeſſen wil. Jch wil den Bauren auff dem Lande kein Maltz auſſerhalb des Jahrs zu dreyen unterſchiedlichen malen/ einem Huffner 4. Scheffel / und Coſſaten 2. Scheffel/wie der gedruckte Zettel außweiſet / wann ſie mir den von obgemeldten verordneten des Rahts überantworten/mahlen/und alle die Zeichen / ſo ich von jhnen bekomme/in jhrer Gegenwart/in eine ſonderlich darzu verordnete Büchſe ſtecken/und dieſelbe Büchſen gedachten verordneten des Rahts und Zeiſemeiſters zu gebührlicher Zeit alle Qvartal auffs Rahthauß / inhalts der Churfürſtlichen Ordnung/überantworten/die Zeichen und Zettel mit den Regiſtern zuvergleichen / auch da Unrichtigkeit im Maltz befinde / ſolches den Verordneten und Zeiſemeiſtern daneben berichten/und mich alſo allenthalben / der Ordnung getreulich und fleißig verhalten/ als mir Gott helffe/durch Chriſtum Jeſum.

Cæterum † Choppinus quidem hanc Andegavenſium profert legem particularem latino ſermone ita redditam: Molitor & furnarius à Domino Juridico damnandi ſunt,cogendique indemnem præſtare eum,qui frumenta molat, panesve coquat, ad quinum uſque aſſem, ex trinâ moliturâ, vel coctura noviſſimè præcedenti,dummodò integræ frontis ſubditus juratus (quali de juramento, quod alterutra litigantium pars præſtat, vide ſis ipſum autorem *mox citant.cap.24.n.3.cum* 4. & prudens judex adtendat perſonarum qualitatem, fidem, famamque) adfirmet hoc ſibi damnum illatum. Majorem quoque is allegare poteſt rei ſuæ jacturam, quam legitimis teſtimoniis adprobet jus dicendi. Et hoc quidem caſu audietur molitor ſeu furnarius, con-

44

tra-

trarias citans facti defensiones, quas evidentissimis probationibus ostendere sit paratus. Utpote si minus frumenti farinæve à subdito allatum intenderit. Quod si nolit, aut cunctetur Dominus Iuridicus damnum sarcire jubere, subditi denuo non tenentur furnum adire, aut molam dominicam; quoad illa his damni dati nomine jus reddiderit, *d.lib.1.leg. And. cap.24.n.1.* circa postremum lege etiam *quæst. meam* 45 *11.n.132.133.138.& 139.* Cujus legis † causam nemo non justissimam esse confitebitur. Cùm enim (præter adductam rationem de infidelitate, seu fluxa molitorum fide *h.q.45.n.37.*) fallere in quovis commercio grave est, *lib.1. ubi Duaren. D. de pact.* & fides in omnibus necessariò requiritur, autore Pratæo *lib.5.reg.ju.tit.5.cap.2.* tum mandatis operas quisque gesserit malitiosius sui commodi gratiâ, vel negligentius, cum homines magnum admisisse dedecus, semper existimarunt. Itaque etiam Mandati fiduciævè sancitum est judicium, non min9 turpe quàm Furti *tot. tit. D. mand.* Hinc Cicero alicubi inquit: Quid recipis mandatum, si neglecturus es, vel ad tuum commodum conversurus? Cur mihi te offers, ac meis commodis officio simulato officis & obstas? Recede de medio, per alium 46 transigam. Ob id quoque † vetus invaluit Badagiæ Hispanorum urbi consuetudo, ut si molitor civem decepisset, nec suas cuiq; farinas protinus reddidisset ex frumento molâ contuso, certo ære multaretur, teste Ant. de Guevara chronographo Caroli V. Imp. *lib.3 epist. juncto sup. n.38.* Iure Ro- 47 mano † autem præstamus factum liberi hominis, qui eo in negotio, cui à nobis præfectus sit, gravius deliquerit: in servo nostro mitius nobiscum agitur, velut in domestico malo, si eumdem noxæ dedere parati sumus, ex Vlpiani *lib.38. ad edict. l.un. D. furti adv. naut.* Nec aliter Domini (ut idẽ Choppinus pronunciat, quamvis aliâ non adductâ ratione) molæ furnique bannarii tenentur exhibere damnum passis, vel judicio castigare furnarios suos seu molitores, qvi perfidè versati sint in panũ cocturâ publicâ, vel frumenti subditorum moliturâ. Alioquin, ut ille censet, privantur Domini molendinaria istâ, vel furnariâ in subditos potestate. Confer *d quæst. 11. nu.100. 132.133.138.139.140.152. & quæst. cum, 8.* Nimirum per quæ quis peccat, per eadem puniatur ac torqueatur, necesse æquumque est, *Sapient. cap.11.v.17. cap.14.v.10.* quod aliò traduxit Mich. Piccardus *dec.9. observ. hist. polit. cap.4. pag.151.* Nec omnis quidem Dominica potestas Patronis aufertur, torpentibus in hoc rei furnariæ vel molendinariæ judicio: ad temporarium exercitium furni, molæque communis, vel donec damnum compensetur aut restituatur.

48 Sic etiam † juridica potestate exuitur, ejusve saltem usu, quisquis subditis dicundo juri minimè advigilet, *§. ult. de forma fidelit. in feud.* & ibi Bald. Raynald. *ad cap. imperialem. §. præterea. v. unum non omitto tit. de prob. feud. alienat. per Frid. arg. cap.1. item qui domino. tit. quæ fuit pri. caus. benef. amitt.*

49 Mutuus est enim vel potius esse debet † officiorum nexus obligatioque reciproca Dominorum ac subditorum: ut illis munus suum deferentibus, hi vicissim obsequio non obstringantur; quod fusius Politici declarant, & memini id me quoque alibi tangere.

50 Adeò ut † idem Baldus singulariter dicat: quod contra Papam (multò magis ergò adversus secularem inferioremque Principem, ex Pontificiorum sententia) suâ

uã potestate abutentem, primò utendum sit verbis; secundò herbis; tertiò lapidibus: & quod ubi non sufficit virtutis ingenium, ibi valeat armorum præsidium, *in cap. olim Ext. de resc.* referente Matag. de Matagonibus *in strigil. Pap. Massoni pag. mihi 284.* Rectè igitur † alter ille Martialis Ioh. Owenus seu Audoenus Cambro-Britannus exclamat, Regemque suum Jacobum ita adloquitur *lib. singul. epigr. ad heroin. Stuartam nu. 113.* 51

O quãta exempli generoso in Principe vis est?
Tu vitando vetas, tu faciendo jubes.
Princeps principium Motûs; Rex regula vitæ:
Circumfert cœlum sydera; Rex populum.

Unde duplicem quoque pœnam peccandi Principi inponendam suadet *in monost. eth. ac polit. 13.*

Si proceres ecquam, si peccavêre Parentes,
Exemplo & sceleri pœna paranda duplex:
Sæpè patris mores imitatur filius infans,
Qualis erat mater, filia talis erit.
Casta refert castæ genitricis filia mores,
Lasciva nunquam filia casta fuit.
Et verbis & facto par vis sic regula natis
Optima sitq; omni tempore norma Pater.
Altera natura est habitus: quam junior artẽ
Perdisces: tollet nulla senecta tibi.

QVÆSTIO XLVI.

De Potestate molendinum possidentis, circa mercedem, macinam, ac pensionem constituendam.

SUMMARIUM.

1 Mercedis, macinæ ac pensionis seu Mattens huc quoque pertinet consideratio.
2 Moribus verò & legib. gentium ea non uniformis.
3 Molendini fructus dicitur emolumentum.
4 Molendinum minimè fructificat naturaliter.
5 Pro molitura regulariter & semper macina debetur
6 Pro molendino solvitur interdum pensio.
7 Gabellæ & decimæ de eodem præstantur.
8 Immunis tamen quandoque molitura fuit reperta, ubi & ob quas causas, remissivè.
9 Et hujusmodi à regulâ istâ excipiuntur.
10 Molituram Cravetta & Ripa vocant multurã, n. 12.
11 Macina Germanis est Matten / Multer und Metzen.
12 Transactionibus & pactionibus quoque certa molituræ merces constituitur; cum illationibus parallelis, de molis bannariis.
13 Macina & merces debet esse ordinaria, certa ac moderata, à quovis exsolvenda.
14 Glossa juris Saxonico feudalis modum huic rei præscribit.
15 Diversitas molendinorum aliud in molis olivariis decernit.
16 Tempore caro num macinam augere liceat?
17 In quibus rebus macina consistat, num semper & perpetuò in frumento; vel interdum in pecuniâ?
18 Molendinarius mutuans, ut ad ipsius molam frumentum deportetur, usuram & peccatum committit.
19 Pro mercede si detur Mattenkorn / an jure Saxonico tunc veniat Mußtheil?
20 De mercede locationis molendinariæ variæ quæstiones obcurrunt apud Ripam.
21 Quid juris, si primus conductor minoris molat in præjudicium secundi?
22 Molitoris manus & mens hâc in re cohibendæ, cum vulgari, lepidoque Germanorum proverbio.

Ad eamdem † considerationem pertinet, modum præscribere molendina possidentem mercedi, macinæ ac pensioni. Quod membrũ hoc separato loco nonnihil excolere animus fuit; parcius tamen & brevius, cùm pleraque in regionum diversitate, locorumque & temporum discriminibus sint posita, quæ quotidiana experientia uberius & exactius addocet. Hinc quamvis † pro regionum diversitate diversa sit ordinatio, æqua tamen utrobique esse potest. Non enim una eademque est molituræ merces, aut coctura panum, moribus gentium, aut legibus præstituta: sed pro cujuslibet ditionis consuetudine variatur ac subsistit, uti ipsa molendina *supr. qu. 13. num. 12.* & exemplis inducit Choppinus *dict. com. ad leg. Ambd. lib. 1. cap. 25.* 1 2

Et

3 Et quidem in genere † non modo molendini fructus dicitur emolumentum, teste Bertachino *in repert. verb. molend. num.* 4 48. Borello *controv. 3.* illudque † minime fructificat naturaliter, verum opera molentium, & instrumenta, quæ deputantur una cum domo & situ molendini præbent reditum, juxta Corneum *cons. 289. num. 12. vol.* 5 *1. sup. quæst. 25. nu. 23.* Sed ideo etiam † pro molitura regulariter ab omnibus dari debet macina, de quo passu lege Prosp. Pasethum 6 *cons. 190. per discurs.* pro † molendino solvitur pensio, de qua incidenter Medices *tract. de casibus fortuit.......... num. 36. pag.* 7 255. itidem † Gabellæ & decimæ præstantur *supr. quæst. 25. num. 21. quæst. 43. num.* 8 16. Interdum quidem † immunis molitura deprehenditur: sed tunc certi homines vel familiæ privilegio quodam exemtæ sunt; quales olim Bononienses fuisse dixi *sup. d. quæstio. 43. num.* 48. & Coloniæ ejusmodi statutum obtinuisse, in casu quodam consuluit Joh. Oldendorpius *cons. 5. inter cons. Marpurg. Acad. vol. 1.* ubi conclusit, propter multitudinem cleri, quotidie crescentem, immunitatem molituræ contrahi posse. Immunis etiam ratione πολυτεκνίας seu XII. liberorum, ut in casu Bursati *cons.* 9 *161.* Quæ excipiuntur † ab istius regulæ æquitate generali, cui per species quandoque derogatur, quod pro molituræ officio macina sive merces sit porrigenda. *sup. nu. 5. juncta quæst. 7. num. 8. 9. 10. 11. 12. 16. 24. quæst. 44. num. 25. 26. quæst. 51. num.* 10 17. quam † molituram vocat Multuram 11 Cravetta........ *pag. 512.* Macinam † vero Matten/Multer oder Metzen Sebaldus Mullerus *sup. quæst. 45. num. 42. circa fin. & num. 43.*

12 Præterea non modo † legibus & moribus: sed etiam transactione potest statui certa molituræ merces. Hinc Joh. Franc. à Ripa præmissis aliis decidit in repet. *l. quo minus 2. n. 134. & 135. D. de flumin.* tam præscribtione & subsequuta patientia subditorum, quam pacto & transactione, dominos adquirere jus prohibendi illis, ne aliud molendinum faciant vel adeant *arg. §. fi. Instit. de serv. rust. præd.* Super quibus transactionibus sæpe disceptatur: ideo quærit insuper ibidem, si non adpareat de prohibitione, sed constet de transactione, qua cautum, quod subditi teneantur dare Domino vicesimam pro multura; an vigore hujusmodi placiti mutui possent subditi cogi molere in dominorum molendino, seu bannarias istas moletrinas visitare? Et recte respondet, quod non: quia jure facultatis subditi ad istorum molendina adcesserunt, quam mandato vel præscriptione coercere, jure est inpossibile, ut pluribus alibi docui. Neque etiam ob transactionem tale quid inducitur. Malæ enim consequentiæ vitio laborat ista collectio: subditi tenentur solvere multuram ad rationem vicesimæ; ergo tenentur accedere ad molendum in dominorum molendinis. Quam quoque hæc instantia subvertit: Transeuntes per pontem *e. g.* Rhodani tenentur solvere solidum pro pedagio; Non sequitur: ergo tenentur accedere: sed melius inde construitur, quod si accesserint, possint cogi solvere tantum pro multura, veluti Ripa loquitur *d. lo. juncta q. 11. num.* 13 *117.* Universaliter autem † verum est, & recte rationi consonum; Macinam, mercedem, molituram & mensuram debere esse certam, ordinariam, moderatam & non iniquam vel modum & morem antiqvum sine gravi causa excedentem: quem facile subditi transgrederentur, si quilibet pro arbitrio suo molam ædificare & habere pos-

possset, *sup. quæst. 10. num.* 8. *in fin.* Præsertim cum ipse DEUS omnia in mensura, numero ac pondere certo disposuerit *Sapient. cap.* 11. *v.* 21. quod versiculo includitur: (*cit.*
Pondere, mensura, numero Deus omnia fe-

14 Qualis modus † expresse in molendinis definitus est à Glossatore *juris Saxonico-feudalis*, cujus verba descripsi. *sup. quæst.* 45. *num.* 40. *juncto num.* 42. *& seqq.* Ita pro

15 † diversitate molendinorum aliud etiam atque aliud constitui potest: veluti nuclei & octava pars olei datur in molis olivariis, teste Borello *d. controv.* 3. *num.* 2. *&* 3.

16 Neque insuper † à quibus & quantum: verum etiam quousque aliquid sit præstandum & exspectandum, controvertitur. A quo dependet quæsitum cujus frumentum pro solita macina vel mercede oblata prius sit molendum *l sup. quæst.* 54. *num.* 19. & an tempore caristiæ (quomodo Dd. vulgo rerum seu annonæ caritatem nominant) liceat mercedem & macinam, pinguiorem sumere ob man zur theuren Zeit grössere Matten nehmen möge? Salute publica inspecta, multo minus id concessum videtur: & alias vix à me admittitur, nisi major etiam fiat tunc inpensa, per juris ac æquitatis rationes manifestas. Sed & de eo con-

17 trovertitur, in quibusnam † rebus consistat macina, an in solo frumento vel pecunia; & num illa non modo augeri, sed etiam mutari in aliud mercedis genus, vel ejus loco diversum solvi possit, *dict. quæst.* 44. *num.* 44. quamvis locorum, temporum acpersonarum circumstantiis probe consideratis, quid hac in parte dicendum sit, prudentes causarum indagatores facile

18 perspiciant. Et ideo de † datione pecuniæ ad usuram Dd. quærunt, num usuram committam, si pecuniam eo nomine accipiam, ut pro usuris molam? Molendinarium sane mutuantem numos, ut ad ejus molendinum deferatur frumentum, & molatur, peccare volunt Abbas *in cap. fin. De usuris colum. pen. in fin.* Sylvester Prieras *verb. usura la.* 1. *num.* 7. Iacob. Marchisellus *quæstio* 36. *num.* 7. & Mola *in Empor. ju...... pag.* 375. *in princ. colum.* 2. Guil. de Bonde *tract. de usur. num.* 33. Modest. Pistoris *consil.* 47. *num.* 18. & ante eum Guido Papa *tract. de usur. num.* 14. subjungens, quod etiam ille, qui cogit sua potentia molere in suo molendino homines, qui propinquius & minori cum perditione temporis possunt alibi grana frangere seu molere, quod scilicet teneatur ad restitutionem tamquam usurarius, *sup. quæst.* 11. *nu.* 17. Prius tamen illud quia hîc nimirum nullum sit mutuum, negant Ioh. Andr. *in cap. peccatum, in fi. vers. ad undecimum quæro.* Laurent. de Rudolph. *in cap. consuluit quæst.* 41. *De usur.* Præterea si detur pro

19 † mercede Mattenkorn/ut vocant communiter: venientne hoc nomine Muesstheils in jure & foro Saxonico? Lege Menochium *casu* 210. *numer.* 24. Incidit item alia in specie mota quæstio, circa non modo

20 † mercedem locationis, in hoc contractu intervenientem, de qua multa habet idem Ripa *in d. l. quo minus nume.* 137. *cum seqq. D. de flumin.* Sed etiam quid juris digladiantur, si

21 † primus conductor minoris molat, in præjudicium secundi? Tangit hoc obiter Bertachinus *in dict. repert. verb. molend. num.* 35. & concludit, molendini conductorem non posse in fine temporis ad præjudicium futuri successoris molere pro minore gabella, cum Floriano *in l. si absente §. sylvam De usuf.* & Baldo *in l.* 3. *in fin. C. de naut. fæn.* Deniq; in molendinis

22 ea cura adhibenda † est, & fraudulenti molitoris manus sunt animadvertendæ, ne plus justo de frumento sumant aut dolose in officio se gerant, betrieglich oder vortheilhafftig mit den Mahlgesten umbgehen / quod alias communiter probe norunt. Hinc de ejusdem fere farinæ viris natum inter homines diverbium:

Ein Amptmann / der seins Ampts nicht geneust/
Ein Förster/der im Holtze erfreust/
Ein Müller/den deß Metzens verdreust/
Und ein Wirth nicht anschreibt sein Bier/
Das seyn verdorbene Männer vier.

vel ut alibi reperi:

Ein Amptmann der da nicht geneust/
Ein Waldförster der da erfreust/
Ein Müller dem das Metzen verdreust.
Ein Kretzner der ein Faßbier/
Auf der Taffel nicht schreibt zwier/
Welche verdorbene Menschen seyn die vier?

QUÆSTIO XLVII.

De

Potestate privata Dominorum in molentes servos, ministros & operarios.

SUMMARIUM.

1 Potestas in nostro negotio duplex est: Publica, de qua antea; & Privata, circa molentes servos & operarios.
2 Poetæ olim Romæ furnos conduxisse ac præ nimia paupertate in iis panes coxisse.
3 Quod a liberali ac ingenuo ingenio alienum.
4 Nomonem quoque Athenienses ideo puniverunt, quod ingenuum puerum in pistrino habuisset.
5 Similis historia & vindicta ab Imp. Theodosio desumta, remissive.
6 Propositum auctoris hac in parte quodnam.
7 Dura ista veterum servitus nobis incognita, & moderatior facta.
8 Germanorum liberti qualesnam olim fuerint?
9 Etymologia servi, à serviendo vel servando.
10 Mancipia unde dicta?
11 Servus vel officii vel conditionis.
12 Sicque definitur aliquantisper.
13 Ex traditione Fulgosii dominus in ancillam jus habet plenissimum.
14 Servi interdum conjunguntur, sæpius hodie à mercenariis ac operariis distinguuntur.
15 Horum omnium tamen officia considerantur, vel ratione partium, vel respectu causarum, quæ adnectuntur.
16 Apelles graphice servum ac famulum describit.
17 Dominorum vigilantia & proprium exemplum maxime movet.
18 Ratione partium officia servorum quænam, secundum membra & mandata.
19 Relata inter dominum & servum sunt: quare nec herus pro libitu agere poterit, cum n. seq. 21.
20 Familia nulla, nulla mola aut structura iis carere potest.
22 Julius Cæsar domesticam disciplinam exemplo quodam severe correxit, pistorem suum compedibus vincientem.
23 Potestas in hujusmodi personas jure merito nobis tributa, cum similibus ex hinc surgentibus.
24 Quomodo ergo servi, operarii, ministri ac famuli tales sint regendi ac corrigendi.

Potestatem † circa molendina & molitores feci duplicem: publicam & privatam: De illa hactenus; altera versatur jam & conpetit Dominis in molentes servos, ministros ac operarios, in molendinis tam publicis quàm privatis adhibitos, & adhuc alendos. Unde licet † poetas Romæ aliquando furnos conduxisse, pistoriamque rem exercere coactos fuisse, dixerim; velut alii paupertate premente molam vetere *qu. 1. n. 61. 62 q. 4. n. 59. 90.* attamen † male egerunt coegeruntq; eos: & non decuit hujusmodi servitia liberalis ingenuiq; ingenii homines præstare, & illud vili, duroq; labore obtundere, ne surgat, in dias auras *d. q. 1. n. 40.* imo hos ad operas conpellere grave, & legibus vetitum censetur; *sup. q. 44. n. 38.* neminemque famulantium ad eas cogi hisce temporibus posse, ut gratis vel mercede inter-

veniente molant, aut inviti laborent, præsens eorum libertas præcipit. Idcirco olim
4 quoque † Nemonem molitorem Athenienses prudentissimi occidendum esse pronunciarunt, quod Pellenæum puerum (cujus & status, & ætas ipsa à proposito eum deterrere omnino debuerat) ingenuum, sciens dolo malo in pistrino ac vinculis habuisset, referente Petro Ærodio ex Dinarcho *lib. 2. decret. titul. 20. ad L. Fab. de plagiar.* Simi-
5 lis † historia & vindicta huc quadrat, quæ tempore Theodosii Augusti accidit, quamque Eutropius ac Socrates describserunt,
6 *sup. q. 44. n. 28.* Cæterum † non hîc scrupulose de servis ac ministris tractationem instituam: sed præcedentibus velut epimetrium adjiciens, quæ præsenti negotio conveniunt, quæve eorum officia ac Dominorum in eosdem potestas sit, paucis iterum
7 discutiam. Dura enim ista † servitus, veteribus ad tempus cognita, è medio Christianorum sublata aut temperata est, qua de Jurisconsulti, Politici & universa tractat antiquitas. Inspice, si lubet, Larentii Pignorii *tract. de servis eorumq; minist.* Hippol. Bonocossæ & Joh. Frid. Husani *tr. de servis, famulis & prop. hominib.* Joh. Althusium *lib. 1.*
8 *dicæol. c. 27. per tot.* Neque † servos etiam tales (dum olim quoq; apud majores nostros Germanos liberti parum distabant à servis, nec illis, nisi raro, alicujus momenti quidquam nec in domo, numquam in civitate, committebatur, Tacito autore *lib. de morib. Germ.*) patria nostra istis conditionibus amplius agnoscit, sed accensa luce Evangelica tolerabilius ac magis Christianum ministerium refulsit. Generaliter autem sciendum est, ut ad propositum descen-
9 dam: dici † servum à serviendo, quod videlicet domino suo inserviat: vel à servando *id est* custodiendo, quod omnia custodire & adservare debeat, *arg. Genes. cap. 24. vers. 2. cap. 31. vers. 38.* Specialiter vero antiquitus à servando nuncupatus fuit, propterea quod illi, qui rure belli ab hostibus manu capiebantur (unde † Mancipia etiam dicta fuere) potuerint occidi, nî à victoribus gratia concederetur & servarentur §. 3. *ubi Dd. Inst. de jure pers. l. 3. §. 4. D. de statu hom. Augustinus lib. 19. de civit. Dei c. 15.* Sic rex Poloniæ Jagello A. C. *1430.* publicis in comitiis constituit, ut captus capientis servus esset, teste Gromero, *lib. 19.* Unde dicebat Pyrrhus apud Ciceronem: Quorum virtuti belli fortuna pepercit, & nos parcere æquum est *lib. 1. offic.* Horatius pariter in hunc alicubi sensum: 10

Vendere cum possis captivum occidere noli,
Serviet utiliter. ——— ———

Priori igitur † modo, qui hujus loci est, 11
servus habetur officii: posteriori autem conditionis servus. Isto, est † persona quæ 12
certis ex causis domini potestati subjecta est, vitamq; suam ad nutum & arbitrium vel imperium ejus componere cogitur. Vide sis Barthol. Keckermanni *curs. philos. disp. pract. 28. probl. 3.* adeo ut Raphael Fulgosius reliquerit scribtum: Dominum in † an- 13
cillam suam (& servum, quos promiscue olim in pistrinis fuisse, supra suo loco probavi) jus habere plenissimum & amplissimam potestatem, vinculorum etiam, & carceris, *cons. posth. 22. n. 13.* Quamquam † hoc non 14
ita simpliciter statuerem: & interdum laxius hodie vocabulum servorum sumamus, ac quandoq; vicissim in certis casib. eos à mercenariis ac operariis temporariis conductisque nonihil segregemus; cujus distinctionis usus mox adparebit. Eorum vero † 15
officia considerantur vel respectu causarum vel partium. Causarum, ob quas servi ministeria dominis probe ac fideliter exhibere debent:

debent: requirentibus id mandatis divinis ac humanis, exemplis sacris ac profanis; quæ omnibus nota sunt, ut longiori inductione non indigeamus. Habent deinde certissima suæ fidei & obedientiæ heris præstitæ: apud Deum ac Homines præmia. *Ephes. 6. vers. 5. & 8.* habent & pænas, si secus fecerint. *Colos. 3. vers. 22. & 23. tot. tit. C. de emend. servor.* Typica & hieroglyphica etiam eos movere debent. Ap-16 pelles enim † graphice sic servũ delineavit, ut scilicet ei adtribuerit Aures asininas, per quas tarditas in audiendo consilio: Nares porcinas, per eas velocitas in olfaciendo herili commodo & mandato: Manus instrumentis plenas, quibus voluntas promtissima & paratissima ad omnia opera subeunda: Humeros patulos, per quos robur ad cuncta sustinenda onera: Ventrem macilentum, per quem vitæ frugalitas: Pedes ceruinos, quibus corporis agilitas: Labia denique duabus seris clausa sive obserata, per quæ animi fidelitas, taciturnitas ac custodia intelligebatur. Casus *ad c. 3. lib. 1. polit. adde Eccl. c. 33. vers....* Quæ suo loco à me declarata sunt, & copiosius respectu istorum animalium reperiuntur apud Ulyssem Aldrovandum, laudato sæpius *lib. 1. de qua-*17 *druped. cap. 2.* Quinimo sicut † optimus in agro fimus sunt Domini vestigia; & equum saginat potissimum heri oculus, Joh. Heidfeld. *in sphing. c.... pag. mihi 143.* ita etiam rerum domesticarum curam ipsemet non abjiciat; sed manus cum familia admoveat proprias, & diligens pro personarum statu existat inspector. Viam inter cætera monstravit ac aperuit Christophorus Mylæus *lib. 2. histor. de prudentia in p. 135.* Germani nostri idem sic efferunt:

Der Herr muß selber seyn der Knecht/
Will ers im Hause schaffen recht:
Die Frau muß selber seyn die Magd/
Will sie im Hause schaffen Rath.
Gesinde nimmermehr betracht/
Was Nutz oder Schad im Hause bracht
Es ist ihn nichts gelegen daran/
Dieweil sie es nicht für Augen han.

Sensit idem Juvenalis, & dominorum vitam servis vivum quasi exemplum esse, dum de patre familias ita inquit *saty. 9.*

Vivendum est recte, tam propter plurima, tum his
Præcipue causis, ut linguas mancipiorum
Contemnas: nã lingua mali pars pessima servi.

Ratione deinde † partium consistunt servorum ac ministrorum officia, in reverentia 18 erga dominum, obedientia, fidelitate, adsiduo labore & solicita cura de heri rebus, ut videlicet ipsius bona conservent, nec damna illis adferant, vel patiantur, alii ut malum inferant: inprimis autem bene de ipso sentiant, loquantur, & imminente occasione legitimo modo eum vel excusent vel defendant, nec deserant ipsum, aut prodant. Ideo enim servi sunt, & posset hoc infinitis sacrarum ac profanarum literarum testimoniis demonstrari. Instar omnium sit D. Petrus Apostolus, hos adloquens: Servi estote subditi in omni timore Dominis; non tantum bonis & modestis, sed etiam dyscolis. *1. Pet. 2. vers. 18.* B. Paulus de iisdem similiter: *Servos dominis suis subditos esse, in omnibus placentes, non contradicentes, non fraudantes, sed in omnibus fidem bonam ostendentes. epist. ad Tit. cap. 2. v. 9. & 10.* Juxta Euripidem namque *in Bacchid. v. 1027.*

Χρηστοῖσι δούλοις συμφορὰ τὰ δεσποτῶν,
Bonis servis calamitas est, adversa fortuna dominorum.

Atque apud eundem *in Helena vers. 732.*

Κακὸς γὰρ, ὅς τις μὴ σέβει τὰ δεσποτῶν,
καὶ ξυγγέγηθε καὶ ξυνωδίνει κακοῖς.

Inprobus enim est, qui non colit res dominorum,
Nec latis eorum rebus congratulatur, nec adversis condolet.

19 Cum verò † ab utraque parte debita sint præstanda munera, & societas sit δεσποτικὴ: idcirco Dominis etiam non semper licet, quod libet; verum inter alia hæc norma præscribta legitur: *Non lædas servum in veritate operantem, nec Mercenarium, dantem animam suam Eccles. 7. v.....* Paulus iterum ait: *Domini, quod justum & æquum est, servis præstate, scientes quoniam & vos dominum habetis in cœlo, Colos. 4. vers.....* Numerius quod inclusit Antonius Mancinellus *in speculo morum & officiorum:*

Ancillis servisq; tuis da quidquid oportet.
Vivito cum servis clementer, vive benignè.
Servi sunt homines & eodem semine, quo tu,
Contubernales sunt servi, humiles & amici.

20 Hisce ergo † familia nulla, nedum civitas aut publicum, privatumq; aliquod molendinum diu carere potest, ut de usu necessario per se patet. Quo pacto Juliani Imp. factum imitari haut politiæ cum fructu liceret. Is enim cũ eunuchis & coquis servos etiam ex palatio ejecit; rogatus vero, cur id faceret? Ait, his non opus esse, cum minori sumptu vivere posset. Erasmus *lib. 8. Apoph.*

21 In genere igitur † Dominorum officia sunt: præstare servis opus, cibum, animadversionem; nam cibus sine opere facit servum porcum, opus sine cibo asinum, castigatio sine utroque canem. In specie autem servorum humana sit tractatio. §. 2. *Inst. de his qui sunt sui vel al. ju. d. tit. C. de emendat. serv. junctis tit. de oper. serv. & libert.* Aristoteles *in OEconom.* Nõ adigant eos ad inhonesta, inmoderata aut inpossibilia servitia. Qua de re consulendi sunt Politici & autores cæteri, quorum syllabum sparsim premisi: adjungatur illis Keckermannus *d. disp. pract. 28. probl. 10. & disp. 28. prob. 31. cũ seqq.* Non enim in omnibus debet servus Domino suo parere, *l. sed si unius. §. prætor ait. D. de iniu. juncta l. ad ea. 157. ubi Dd. de R. I.* Gellius *lib. 2. noct. Attica. cap. 7.* Et ita debemus obedientiam præstare superioribus, in his, quæ juste fuerint imperata. *cau. 1. dist. 99.*

Quò respexit Seneca, cum de antiqua etiam servitute diceret: De injuriis Dominorum in servos, qui audiat positus est, qui & sævitiam & libidinem, & in præbendis ad victum necessariis avaritiam conpescat, *libr. 3. de benef. cap. 33.* Athenæus *lib. 6. cap. 7 adde l. 1. §. 8. D. de offic. præf. urbi l. 24. §. 5. D. solut. matrim.*

22 Cajus Julius Cæsar sane † domesticam disciplinam in parvis ac majoribus rebus, diligenter adeo severeque rexit, ut pistorem, alium quàm sibi panem convivis subjicientem, compedibus vinxerit. Sueton. *in ipsius vita cap. 48.*

23 Atque † sic hoc capite de potestate potissimum ista dominica & privata ago, postquam de publica *quæst. præced.* & de servis operariisque multa congessi *quæst. 44.* de molendinis itidem publicis ac privatis nonnulla conportavi antea *quæst. 7.* Unde potestatem quamdam in has personas enumeratas jure-meritò conpetere vel tribuendam esse, ratio dictitat, civilis aut œconomica hæc gubernatio postulat; ac concessum id semper fuisse, indicat vetustissimum Servitii nomen, à Noe usque temporibus deductum, *Genes. 9. vers.... August. dict. lib. 19. cap. 5.* Expressit hoc eleganter Alcimus Avitus poeta Antiquus *lib. 4.*

———— primum inde repertum
Servitii nomen: cuncti nam semine ab uno
Prodiimus, patremq; omnis sibi vendicat unum

Posteritas: deque ingenuo mala & crimina
servum
Efficiunt.———

Et aliàs universaliter verum est: Contemtum præcepti, præcipientis injuriam esse; quàm vindicare licet. Tiraquell. *de pœnis cau.* 44.*num.*19. Et contumacia, quæ proprie in obediendo intelligitur, graviter punitur, *can. quanto à nobis* 2. *q.*5. *can. decernimus.* ibique Gloss. 3. *q.*9.*c.petimus.*11. *q.*1. *c. ne illicita.in fi.cap. de excommunicationis* 24.*q.*3.*cap.*1.*in fin.de appell.in* 6.*c.venerabilibus.* §.*porro.de sent.excom.in* 6.

Nihil enim prodesset obedientia humilibus, si contemptus contumacibus non obesset. *cap.* 1. *de potest.præl. juncta l.*1. *§.*1. *de just.& ju.* Cl. Prattæus *lib.* 4.*reg.ju.tit.* 17.*cap.*5.

Ridiculum aut nimis quoque molestum esset, semper ad magistratum currere; parum ex domini autoritate, apud eum cum servis litigare, ut is de lite judicet, ac pœnam imponat: cum tamen omnibus temporibus ac moribus Dominis in hujusmodi personas certa quædam potestas fuerit concessa.

24 Quomodo igitur † regendi & corrigendi sint servi tam naturales, quam conductitii & alii, in opere, victu, & habitu, & secundum animum, antea recensiti autores produnt, & plene prudenterque id docuit Javell. *tract.* 5. *Oeconom. Christ. cap.* 3. *cum duob. seqq.*

Breviter autem id expono, caputque præsens obsigno sententia πολιτικοτάτυ. Johannis Bodini, qui ita ferè his de personis scribit, sentitque: Quamvis ratione dominicæ potestatis Domino majus imperiũ conpetat in ministrum, liberum hominem bonaq; fide sibi servientem, quam in alium quem quis mercede conduxit ad operas extra familiam, in quem nullum omnino imperium habet; attamen (cum servi isti seu operarii potius de familia molitorum existant, proque ea & universitate frumenta conterant) non minus hic, quàm alter à nobis coerceri potest, dum id cum causa & modice fiat, Bodinus *lib.*1.*de republ.c.*5.*mihi.fol.*51. ref. Scheplitz *d.part.* 4. *consuet. March. Brandeb. tit.* 10.*§.*2.*n.ult.*

QVÆSTIO XLVIII.
De
Refectione Molendinorum, & quæ circa eam contingunt.

SUMMARIUM.

1 Refectio ad dependentia dominii refertur?
2 Reficere verbum quot habeat significationes?
3 Quæstio generalis præmittitur: An is dicatur novum opus facere, qui vetus ædificium instaurat?
4 Adfirmativa opinio paucis proponitur.
5 Negativa suis etiam adducitur cum argumentis.
6 Longe aliud est reficere, & facere, cum exemplis *n.*8.9.10.& 11.
7 Beroi & Menochii consensus in terminis reficiendi molendini.
8 Iudæi veteres Synagogas reficere; non autem novas fabricare debent, ac de jure possunt.
12 Distinguens & autoris super hac lite sententia cum inductione subjungitur.
13 Responsio ad objectam *l.* 20. §. 2. *D. de servit. urb. præd.*
14 Afflicti & Mantuæ decisiones in casibus adfinibus, quomodo juxta antegressa sint intelligendæ?
15 Solutio dubii, si ædificium dirutum fuerit, at ex iisdem cæmentis postea refectum? cum conciliatione legum contrariarum. n.7.
16 Menochii sententia parallela, in terminis novi molendini in locum antiqui repositi.
17 Conciliatio autoris antedicta difficilimæ *l. inter stipulantem.* 83.§.*sacram.* 5.*vers. nam etsi navem.* D. *de verb. oblig.* & *l.quid tamen* 10. §. *in navis* 1. D. *de quib. mod. usuf. amitt. cum simil.*
18 Conclusio ex præmissis: Vtrum ei novum opus nunciari possit, qui vetus ædificium solum restaurat?
19 Domum suam reficere quilibet impune potest.
20 Dolo facere non præsumitur nec dicitur, qui jure suo utitur.
21 Casus specialis primus: An prohibitio novum

 molen-

molendinum facere, prohibeatur etiam vetus reficere?

22 Prohibitus sc. justa nunciatione vel statuto.

23 Ex mente Baldi per statutum prohibens fieri novæ molæ, vel clusæ ædificationem in flumine non repelli reparationem antiquæ structuræ, ibi jam existentis.

24 Flumina autem non sunt ejusdem generis. Vnde quæritur, in quonam licitum sit molam extruere vel reparare; ex eoque aquam impune ducere? Ripæ & Bartoli sententia aperitur, cum illationibus similibus.

25 An possit quis pro refectione sumere lapides & ligna, eaque fundis vicinorum imponere?

26 An & quo privilegio gaudeat, qui mutuo dedit pecuniam ad refectionem ædificii, navis aut molæ? remissive.

27 Regula, quod credens nummos ad reparationem rei obligatæ, cæteris præferatur.

28 Molendina tam privata, quam feudalia, publica, communia & bannalia refectione egent, & ad eam certi homines coguntur.

29 Molendini conducti reparatio ad quem spectet? *cum similib. n. 30. & 31.*

32 Molendini communis refectio ad quem pertineat? magis remissive.

33 Si socius invito altero quid reposuerit? an ad sumptus is teneatur? Breviter ex Bertachino, prolixius ex Choppino & aliis: sc. si ad plures pistrinum pertineat, quid impetu aquæ vel aliter destructum est, & unus vult reficere, alter non vult vel differt, an & qualiter subcurratur volenti reparare? *cum num. seqq. usq. ad* 37.

34 Paria de pariete communi.

35 Nemini fit injuria, dum res ad pristinum suum statum reducitur.

36 Quid si in refectionem domini consenserint, sed de modo litigent?

37 De superioribus Argentræi judicium: si quoque socius reficere cessaverit, intraq; tempus quadrimestre iustas impensas non solverit?

38 Epimetrum seu supplementum: Num molendinū inchoatum & exædificatum, haberi debeat pro perfecto? *cum numero* 48.

39 Ruta & cæsa quænam? *cum similib. huc spectantibus.*

40 Cuiusque rei potissima pars est bonū principium: cum inductione de molendini initio. *num.* 41.

42 Melior est finis rei, quàm eius principium.

1 AD dependentia† deinde dominii haut incommode Refectionem refero; de qua quamplurimæ etiam circa molendina 2 oriri solent controversiæ; & cujus† significationes reperi apud autores diversas. Reficere namque idem dicitur, quod corruptum, aut ex parte consumptum est, denuo instaurare, in pristinum statum reducere, tegere, substruere, sarcire, ædificare, advehere, & adportare, quæ ad eam rem utilia sunt, *per leg. 1. §. Deinde Digest. de riu. leg. 1. Digest. de via publ. leg. 3. in princip. & §. reficere. 13.* ubi Glossa & Bartolus *Digest. de itin. actuque priu. l. si quis ædificium.* (*alias leg. 1. §.* 13.) ubi Bartolus, Ancharan. Alexand. Alb. Jason. Castrens. *D. de op. nov. nunciat. l. 1. §. 8. cum penultim.* ubi iterum Bartol. & Ang. *Digest. de mort. inf. leg. 11. Digest. com. præd.* Doctores *ad leg. si creditor. Dig. de rebus creditis.* Nicolaus Boerius *decision. 44. num. 1. 2. & 3.* Petrus Gregorius Tholozanus *libro quarto syntagmat. juris univers. capite vigesimo septimo, numero tertio, per totum.* quem omnino vide. Hinc etiam (in interdicto de via reficienda) reficere viam, est aperire, purgare, ad pristinam formam & modum rovocare, *argument. leg. 1. Digest. de via public. lib. 4. §. si quis mihi itineris. Digest. si serv. vind.* Sed & Reficere est redigere. *in l. 81. D. ad L. Falcid.* Unde refecta pecunia dicitur, *i. e.* ex re quapiam redacta. *lib. 1. §. si frater. D. de coll. bon. l. 3. §. ult. D. de usur.* & Refectus pro reditu seu proventu ponitur *in l. 78. §. 10. D. ad SC. Trebell.*

Cicero ita: Numquam eris dives, antequam tibi ex tuis possessionibus tantum reficiatur, ut ex eo tueri sex legiones possis, *in Paradox.* Denique reficere significat & in Anglo-Gallica quadam Constitutione intelligitur, nō de instauratione, vel reparatione simpliciter, sed de refectione operis destructi, adempta mola, ita ut moli non possit, dicente Bertrando d' Argentre *in comment. ad consuet. Britan. art. 349. pag. 1504.* Quo ergo sensu lites ejusmodi hic sint dirimendæ, aut qualis refectio concessa videatur, pluribus indagabimus.

Priusquam tamen ad alia descendamus, eaque dextre intelligamus: agite & mecum

cum ducite lectores necessarium, præmittere 3 † generalem istam quæstionem, à qua cæteræ adfines dependent, & sine cujus declaratione vix percipiuntur: An nimirum is dicatur novum opus facere, qui vetus ædificium instaurat? Est namque inter ICtos nostros controversum, an novi operis nunciatio etiam adversus illum habeat locum, qui quidem novum ædificium non exstruit, sed vetus tantum instaurat: & quidem in utramque partem suppetunt argumenta, quibus tam adfirmativam, quam negativam sententiam defendas; prout rationes dubitandi ac decidendi Tholozanus obiter tangit, *d. loc.* 4 Nam hoc † principiò certum, eum facere novum opus, qui aut ædificando, aut detrahendo aliquid; pristinam operis faciem inmutat. *l. 1. §. opus novum. D. de nov. op. nunciat.* Corasius *lib. 5. miscell. c. 25.* Cujacius *lib. 16. observ. cap. 3. in fin.* Cacheranus *decis. 23. num. 25.* At qui vetus ædificium instaurat, certe pristinam operis faciem mutat: adjectio enim vel detractio rem novã efficit. *l. jus civile. 6 ubi Dd. D. de just. & ju. l. cum in plures. § lege dicta. D. locat. l. 1. § si quis simpliciter. vers. cum adjicit. de verb. oblig. l. ult. C. de novat.* Tiraquellus *de retractu lignag. §. 4. gl. 18. num. 55.* Unde & is faciem loci convertere perhibetur, qui ex arbore arbustum, ex sylva novale facit, aut vetere oliveto succiso novellum reponit. *l. ult. §. ult. de term. mot. l. 8. de fun. dot.* Et quid aliud, quæso, est instaurare, quàm reficere? Ut enim ICtus ait *in d. l. 1. §. deinde ait Prætor. D. de riu.* reficere est, quod corruptũ est in pristinum statum restituere ac restaurare; ideoque verbo (*ut dictum*) Reficiendi, tegere, substruere, sarcire, ædificare, item advehere, adportareque ea, quæ ad eamdem rem opus essent, continentur. Vel ut alibi: Reficere dicuntur, qui aperiunt, purgant, & omnes omnino, qui in pristinum statum reducunt. *d. l. 1. §. 1. vers. reficit. D. de via publ. & itin. refic.* Ita etiam quod is, qui vult reficere, aliquid novi faciat Vlpianus duobus in locis confirmat, primum *in d. l. 3. §. hoc autem 13. in fin. D. de itin. act. priv.* deinde *in d. l. 1. §. ædificare. 8. & 9. D. de mort. inf.* Sed (omissis † 5 replicis, quod hæc ex diversis casibus, legibus ac significationibus verbi Reficere oriantur) viceversa eum qui ædificium vetus instaurat, non tamen propterea novum fecisse opus, dicendum esse, sequentia suadere videntur. Primo enim idem Ulpianus *in d. l. 3. § reficere. D. de itin. actuq; priv.* adstruit, quod † longe aliud sit facere de novo, & aliud reficere: 6 quia reficere inportat, quod opus sub eadem forma, altitudine, latitudine & longitudine fieri debeat, & prout antea erat constructum; sive qui reficit, pristinam formam non inmutat, *h. e.* neque dilatat, neque producit, neque deprimit, neque exaggerat: qui verò novum facit, pristinam operis formam mutat. *l. 1. §. opus novum. D. de nov. op. nunc. l. 1. §. quod autem. D. ne quid in flum. publ. d. l. 3. §. pen. D. de itin. act. priv.*

7 Augustinus Berous † in terminis reficiendi molendini *consil. 144. n. 15. vol. 3.* à quo non longè etiam recedit Menochius *mox. citan. lo.* Deinde in multis juris nostri locis inter novam fabricam & veteris ædificii instaurationem aperte distinguitur: quod sane non fieret, si res eodem jure dijudicaretur, & non potius jus ædificandi à jure reficiendi seu restaurandi distaret, per ea quæ congerit Philippus Matthæi *in comment. ad l. domum suam. 61. D. de reg. ju.* Sic namq; 8 † Judæis veteres synagogas suas fulcire, atque paulisper reficere; nõ verò novas ædificare licet, *l. ultim. § 1. C. de Iudæis. c. Iudæi.*

dai.& capit.consuluit.extra.eod. Sebastian. Medices *tract.de novat.& deleg.part.1.quæstione duodecima, numero nono.*

Eodem modo distinguunt & sanciunt alibi Imperatores, † quod intra urbem Romam veterem ac novam, *hoc est*, Constantinopolin nullus judicum publico sumtu novum opus informare debeat, quoties Imperatoriæ serenitatis arbitria cessabunt; nisi ex suis pecuniis hujusmodi opus construere voluerit: interim instaurandi ea, quæ jam de formibus ruinis intercidisse dicantur, universis licentiam datam esse, *leg. intra urbem.Codic.de oper.publ.* Huc etiam spectat † altera & propinqua lex, in qua inter reparare & ædificare differentia constituitur, *leg. singularum* 8. *Codic. de ædif. privat.* Item *leg. Minicius 61.de rei vind.* Hinc traditum est † ab Interpretibus, quod statutum loquens de faciente, non comprehendat reficientem, testibus Jasone *in dicta lege prima, §.si quis ædificium.Digest.de nov. oper.nunciat.* Roland. à Valle *consil. 69. numero 9. &* 10. *vol. 3.* Satis igitur ambiguum ex his fit, utrum ædificium instauratum, *hoc est*, ad instar prioris & veteris refectum & reparatum, pro novo haberi debeat?

Cæterum † ut meam quoque sententiam libere exponam, arbitror distinguendum esse inter totalem, & inter particularem refectionem, sive restaurationem ædificii; quod molendinum similiter esse, non una vice dixi. Si quis enim demolitis ædibus alias novas restituerit, certe novæ erunt ædes; quia verè hic mutata est rei forma pristina: at si per partes reficiat, vel ita particulatim, ut nihil ex pristina materia supersit, nihilominus eædem ædes manent. *leg.quidquid tamen 10.§.1.Digest.quibus modis usuf. amitt. leg.quod in rerum.24.§. ulti.leg.si ita. 65.§.ultim.de leg.1.leg.7.Digest.de offic.præs. leg.proponebatur.76.Digest.de judic.leg.Julianus 9.§.sed si quis.3.Digest.ad exhib.* Sebastian. Medices *d.tracta. & quæst.12.num.8.*

Multo autem magis hoc locum habet, quando quis unum aut alterum cæmentum ædibus suis inponit: is enim nec faciem pristinam mutat, nec novum opus facere videtur. *leg.stipulatio 21.§.opus.Digest.de nov. oper.nunciat.*

Nec obstat † *leg.servitutes* 20. *§.si sublatum 2.de servitutibus urbanorum prædiorũ.* ubi ædificium penitus sublatum, ut eadem specie ex qualitate reponatur, idem, *hoc est*, vetus nihilominus intelligitur ædificium: quia utilitas exigit, ut idem intelligatur, ne is, cui stillicidii servitus semel cõstituta est, absq; suo facto jus servitutis amittat. Nam si strictius id interpretari vellemus, tum certe aliud esset ædificium, quod secundo vel sequenti loco ponitur, quam quod ab initio positum, vel postea sublatum fuit. *leg.& eadem 14.in princip. Digest.de except. rei jud. juncta leg. qui usumfructum 36. in princip.Digest.de usufruct.*

Et juxta prædicta † percipio, quod scribit Afflictus *decision. Neapol.392.num.* 12. fundamenta scilicet vetera antiquam domum facere, etiamsi super ipsis nova ædificentur: & quod est apud M. Mantuam *libro primo observationum legalium 2.* nimirum domum depositam & restauratam non esse eamdem; pro quo etiam præter allegatas leges facit ac militat Fr. Hottomannus *in quæst.illust.8.*

Quid autem dicemus, si † ædificium sit quidem sublatum; sed postea tamen ex iisdem cæmentis rursus restauratum conspiciatur: eritne novum; an vetus? Sane videntur hac in re fuisse opiniones, at discrepantes. Nam Paulus *in leg. inter stipulantem*

Ss.5.

83. §. *sacram.* 5. *vers. nam & si navem. Digest. de verborum obligationibus.* recitat quorumdam sententiam, qui voluerunt eamdem esse navem, quam dominus dissolvit, & ex iisdem postea tabulis conpingit; idemque statuere videtur ipse iterum Paulus *in dicta leg. servitutes* 20. §. *sublatum* 2. *Digest. de serv. urb. prædiorum. juncta leg. & an eadem. D. de except. rei jud.* nec dissentit Alfenus *in dict. leg. proponebatur* 76. *vers. itemque navem. Digest. de judic.* dum inquit: navem, si adeo sæpe refecta esset, ut nulla tabula eadem remaneret, quæ non nova fuisset: nihilominus eandem esse censebitur, si ex iisdem tabulis tota conpingatur. At ab illis divortium facere videtur Ulpianus *in dict. leg. quod tamen* 10. §. *in navis quoque.* 1. *Digest. quibus modis usuf. amitt.* statuens, si navis dissoluta sit, quamvis iisdem tabulis (nulla alia præterea adjecta) restaurata, nihilominus aliam esse: & domum dirutam, licet ex iisdem cæmentis tignisque fuerit restituta, attamen aliam fieri. Cum quo transire videtur Africanus *in dicta lege qui usumfructum* 36. *Digest. de usufruct.* Siquidem adserit, legatum ususfructus scyphorum exstingui, si ex scyphis massa fiat, & iterum ex massa scyphi: licet enim pistrina qualitas scyphorum restituta sit, non tamen illos esse, quorum ususfructus sit legatus. Et hanc † sententiam veriorem pronunciat idem Ulpianus *in dicta lege* 10. §. 1. quam in terminis seu casu molendini in locum veteris, & penitus destructi, sed repositi ac fabricati, sequutus est Jacobus Menochius. *consilio* 741. *numero undecimo & duodecimo.* cum insuper molendinum non modo pro domo, sed & mola navalis pro navi à quibusdam habeatur, ut alibi prolixius docui.

16

Quid igitur † in hac controversia statuendum? Dicam & hic ego, quod sentio: arbitrorque, eam ita tollendam esse. Aut navis hac mente resolvitur, ut tabulæ in alium usum (quod innuere etiam videtur Dionysius Gothofredus *in notis addictam legem octuagesimam tertiam.* §. 5.) destinentur; sed postea mutato consilio rursus ex iisdem tabulis ea conpingitur & reficitur; quo casu prior navis perempta est, & propterea alia est dicenda: Aut vero navis reficiendæ causa omnes tabulæ refiguntur; sed statim rursus conpinguntur, & hoc casu nondum navis prior incidisse videtur, sed conpositis denuo tabulis eadem esse incipit. Idem juris est in ædibus. Si enim de ædibus tigna sint deposita, ut reponantur, ædium sunt & eædem ædes manent: sed si ad aream usque deposita sint, ut in alios usus convertantur, licet eadem materia restituatur, tamen (considerata insuper forma & fine) alia jam erit materia, aliæ item ædes. Quæ omnia probantur *in dicta lege inter stipulantem* 83. §. *sacram.* 5. *per tot. D. de verb. oblig. l. qui res suas.* 98. §. *aream* 8. *D. de solution!*

17

Nec obstant recensita Ulpiani & Africani responsa: quia aut per hanc distinctionem sunt emolliendα, aut dicendum, eos jus strictum & pingue sequi, non communem utilitatem, *in dd. ll.* quum uterque de usufructu sit loquutus, qui rei mutatione interire solet, *l. repeti* 5. §. *rei* 2. *Dig. quib. mod. usuf. amitt.*

Videamus nunc igitur † manantem ex his conclusionem: Utrum opus novum nunciari queat ei, qui vetus ædificium tantum instaurat? Et certe, si ita reficiat & instauret, ut pristinam formam dilatando, producendo, deprimendo vel exaggerando

18

non inmutet, neutiquam novi operis nunciatio locum habebit. Domum † namque suam reficere unicuique licet. *dict. leg. domum*. 61. ubi Matthæ. *de regulis juris*. nec propterea † dicendus est dolo facere, cum jure suo utatur. *leg. nullus* 55. ubi Gothofredus & alii Dd. *eodem tit. l. Proculus. Dig. dam. inf. l. 9. Digest. de servitut. prædior. urbanor. l. altius. Codic. de servit.* At si ita reficiat, ut officiat, *hoc est*, ut soli & cœli mensuram non servet *arg. jam. dd. ll. juncta l. opus* 51. §. *in opere. Digest. quod vi aut clam.* (quo casu vere novum opus facit, licet maxime reficiat. *dict. leg. 1. §. opus Digest. de novi operis nunciation. dict. leg. 3. §. hoc autem. in fin. Digest. de itin. actuque privat.*) non est dubium, quin novi operis nunciatio eum teneat: neque enim reficiendo officere vicino invito licet, in quo jus non habet, adprobante Gothofredo *in dd. ll.*

19 20

21 Ex his † demum profluxerunt Doctorum in casibus directis formatæ de molendinorum jure quæstiones magis speciales. An videlicet prohibitus novum molendinū facere, prohibeatur etiam vetus reficere? Quod præter laudatos Beroum & Menochium, indicant supra adductæ rationes, si probe inducantur.

22 Prohibitus intellige † legitima alterius Denunciatione, vel si ita statuto cautum fuerit; qua de re omnino in terminis lege Ludolphum Schraderum *in comment. ad Instit. titul. de rerum divisiôn. §. octavo, numero quinto, sexto, septimo, octavo, vigesimo quinto, vigesimo sexto, vigesimo septimo.*

23 Unde si † statutum exstet, quod in flumine fieri non debeat molendinum vel nova clusa; & aliquis vult tantum reparare: quæritur, an statuto tali reficere prohibeatur? Quod ζήτημα format firmatque Baldus *in dict. leg. jus civile 6. de I. & I. & in tract. statut. verb. clusa.* ubi concludit, quod non prohibeatur.

24 Quoniam vero supra suo loco uberius docui, flumina † non ejusdem esse generis, sed diversi; ita ut publica & privata itemq; navigabilia & non-navigabilia habeantur: magis adposite vicinam quæstionem ex Bartolo Johannes Franciscus à Ripa in hunc fere modum proponit & dissolvit; *in repetit. leg. quo minus. 2. numero decimo sexto, Digest. de flumin.*

Valde enim dubitatur, num mola in hujusmodi flumine exstrui inpune possit, vel aqua ex eodem duci? Pone quod flumen aliquod non-navigabile intret aliquod magnum vastumque flumen, puta Rhodanum vel aliud, quod constat esse navigabile, an liceat ex eo aquam deducere ad molarum vel alium usum? Et videtur quod non, cum aliàs Rhodanus sit navigabilis, nec hoc modo talem faciat; ceu dicit *Bartolus* de flumine ingrediente mare, & confirmatur per textum *in lege prima, §. ex incendio.* (in dictione, Ex eo, quæ denotat causam inmediatam;) *Digest. de incend. rui. nauf. capit. inter dilectos. de fide instrument.*

In contrarium facere addit, quod Rhodanus per hoc magis reddatur navigabilis, si collectis & restagnatis aquis augeatur, ac increscat, quamvis sit navigabilis: hocque confirmat, quia satisfacit, qui magisfacit, & qui ampliat, dicitur secundum antea proposita de novo facere. *argument. dict. leg. sexta, de I. & I.* ubi Baldus ita istud prius limitat, quod prohibitione existente, in flumine novam clusam, quem facere non debere, censeatur quoque veteris structuræ interdicta non reparatio, sed ampliatio: quum qui addit, de novo faciat, *capit. licet in corrigendis. cap. grave, de officiis ordinand. lege prima, §. si*

quis

quis simpliciter, Digest. de Verborum Obligationibus.

25 Ex iisdem fundamentis † nonnulli determinant ac statuunt, molendinarium pro reparanda clusa molendini, posse inponere lapides & ligna in fundis vicinorum, inuitis eorum dominis, Florianus *in l. refectionis. D. com. pred.*

Sed secus esse in novi molendi constructione, Bartolus iterum vult *in repet. dict. leg. quominus 2. in quinta quæstione.* Bartholomæus Cæpolla *tractat. de servitutibus urbanorum prædiorum, capite quinquagesimo septimo, de ripa, versu decimo septimo,* quos citat & sequitur Bertachinus *in repert. verb. molend. numero 20.*

26 Sed præter hæc † ipsarum molarum discrimina veniunt consideranda. Novimus namque molendina quædam pro rebus inmobilibus, mobilibusque reputari, & molas navales, Germanis Schiffmühlen existere, eodemque cum ipsius navibus jure secundum nonnullos censeri, ut suo loco plenissime exhibui.

Hinc agitatæ quæstiones: An & quale creditorum sit privilegium, qui in emtionem domus, navis & consequenter molendini pecuniam mutuo dedit ac credidit?

Qua de re legite præter cæteros Rauckbarum *part. 1. quæst. 5.* Hermannum Meyrerum JC. & Consulem Embdanum *in tract. de præferentiis creditorum. lib. 2. tit. 9.*

27 *& 10. per tot.* cum † certa sit regula, quod mutuo dans nummos ad rei obligatæ reparationem, cæteris creditoribus meritò præferatur; quàm tangit Andreas Gailius *libro secundo observatio. 12. numero quarto, observatio. 25. numero septimo.* Joachimus Mynsingerus *centuria 1. observatio. 60.* & Hartmannus *titulo 27. observation. 8. num. 7.* Doctoresque magis communiter *in leg. creditor. D. si cert. pet.*

28 Sed & dixi alibi sæpius, molendina † non tantum existere & haberi propria, feudalia, communia: sed etiam publica, bannalia, & ad Principes Civitatesq; pertinentia; ad quorum refectionem certo modo ac medio quem cogi posse, etiamsi dixerit, se iis nolle amplius uti, prolatum. *sup quæst. 7. n. 28. juncta quæst. 10. n. 33. quæst. 11. num. 24. cum sequentibus, & quæstion. 43. numero 49. usque ad finem.*

29 Ita ad quem † molendini conducti reparatio spectet, dubium exoritur: & anne conductor de suo illud reficere teneatur? Alexander sane vult, molendinorum conductores esse obstrictos ad onus reficiendæ, (*ut loquitur*) vegetis vel clusæ molendini, *consilio 189. part. 2.* referente Johanne Bertachino *dict. loc. num. 27.* Adjunge Bartholom. Brixiens. *in quæstion. dominical. 71.* cum traditis Roffred. *Benevent. in quæstion. sabbathin. 41.* ubi investigant, molendini destructi dominus, qui super eo pensionem habet, num teneatur ad refectionem?

30 Ita alibi tetigi: quod si † quis conduxerit molendinum destructum, cum pacto ut reædificaret, illudque semel instauraverit, & iterum destructum sit; numquid secunda vice seu loco teneatur reficere, *nempe quæstion. 38. numero vigesimo sexto per totum.*

31 Quid si vero † molendinum destruatur post conductionem? Certe si egeat magna impensa, spectat opus onusque ad locatorem; & si conductor faciat aut reficiat, eam repetere potest, ex mente Bartolini *in leg. cæteri. §. qui maximos 7. quæstio. princip. Digest. de publ. & vectig. leg. colonus. leg. côductio, Digest. loca. leg. impensæ. Digest. de impens.*

in rebus dot.fact. Carocii *tractat.de locatione & cōductione.part.2.titul.de rebus dubiis. numero* 4. *& in titul. de refectione rei locat. numero primo & tertio.* ubi pro eo allegat Nattam *consilio decimotertio, & consilio* 449. *volumin.*2. Idem Carocius *part.*3.*tit. de expens. numero* 10. vide etiam Petrum de Ubaldis *tractat. de duobus fratribus.* 8. *p. princ.num* 36.

Verum enimvero nec minorem desiderat sollicitudinem, ad quem aliàs † pertineat molendini communis refectio? Inspiciatur *Bartolus in leg.quo minus* 2. *quæstion.* 17.*Digest. de flumin.* Glossa Juris Saxonici sive Landrecht *libro secundo, articul.* 54. Argentræus *dict. comment. ad consuetud. Britann. articul.* 349. & adde Bertachinum, qui breviter dicit, molendini † socium non posse cogi ad sumtus factos pro mola meliori per alterum socium; qui primam molam bonam amovit, & meliorem socio invito adjecit, *dicto loco, numero* 25. Bartolus & Doctores *in leg.parietē.de serv. urb. præd.* Cæpolla *eod. tractat. capit.* 58. ubi vide & subjunge quæ antea de societate attuli, *quæstion.* 34. Quid si enim communi pistrino, seu (ut hodie loqui consuevimus) molendino velit alter molas inponi meliores, pretioque clariores, alter vero nolit, utrius voluntati parendum? In eo quidem, reor cum Renato Choppino *ad leges Andium libro primo, capite vigesimo, numero quarto, pagina* 227. potiorem fore prohibentis conditionem; aut certe nullas ab ipso refectionis hujusmodi impensas repeti posse. Nec diversum Cæpollæ placuit *dict. tractat. capitul. de tigno, juncto* 58. *ipsi* 57.

Cui adstipulatur Baldi opinio de pariete † communi, quem si forte ex dominis unus demoliri cupiat, ut jactis iterum fundamentis, reddat firmiorem, vetante socio cogitur ab incæpto desistere, *in dicta lege parietem.*

Hoc tamen ita est intelligendum, nisi paries iste minaretur ruinam, vel molendinum fultura quadam necessaria indigeret, juxta Bartolum *ad l. in communis l.damni* §. *cum parietem D.de dam.inf.arg. l.si ædes communes D.com.divid.* Tunc enim non prævalet socii prohibitio in re communi, cum hæc ad eum aptetur usum, cui initio fuerit destinata Ælii Marciani *l.in tantum* §.*in communi D.de rer.divis.l. arboribus.*§.*navis D. de usuf.* Sicque † nemini fiat injuria cum res ad pristinum suum statum reducitur, dicente Sixtino *cons.* 10. *num.* 39. ex aliis Dd. & Cravetta *cons.*132. Speciatim unde in opere aliquo dissentientibus dominis, probabilius votum est rem in pristinum statum reducere cupientis, non in alium, quamvis forte commodiorem, ut sensit Ulpianus *in dict. l.*3.§.*reficere D. de itin. act. priv.* Cæpolla *ubi sup. cap.* 59. *de refectione num.* 5. in terminis Wesenbecius *cons.* 18. *n.* 33.*part.*1.*& cons.*67.*n.*8.*cum num.*26.*part.*2. Quod si uterque † opus desideret instaurari, servata vetere forma, sed diversis modis; tunc secundum eum, qui magis idoneè resarcire velit, est pronunciandum, Pomponiana lege *in l. in reficiendo D.de dam.inf.* ac ibi Dyn. cum Bart. Angelus *in l. quidam Hiberus D. de serv. urb. præd.* & Choppinus *d.cap.*20.*n.*4. Atque ita † isti censuerunt: Argentræus autem de superioribus paulo aliter judicat. Testatur enim nec passim Dd. aut omnimodo quosdam refectionem talem admittere, & rei fructuumque amissionem, cujus casum proposui de socio in refectione, vel intra tempus quadrimestre sumtuum ab altero erogatorum refusione debita cessante *d.quæst.*38.*n.*33.*cum seqq.* Sed

ita

Ita demum, cum necessaria utilisque est inpensa, Bart. *& alii ad l. in fundo D. de rei vind.* id est, res aliter peritura erat: nec enim attritas molas licere eximere, ut meliores reponantur, nec communem parietem destruere, ut firmior reficiatur, idem Baldus, Angelus & Castrensis putant *in d. l. pariete.* Jason *ad d. l. quo minus 2. num.* 109. *al.* 208. *D. de flumin. juncta l. Sabinus D. com. divid.* qui simul solennem & hac in lite frequenter adductam istam *l. si ut proponis 4. C. de ædif. priv.* intelligunt, cum res aliter servare nequit, quod Cæpolla iterum notat *c. 59. & 58.* cui nunc adjungo Joh. Baptistã Costam *in tract. de quota & rata, sive de congrua in jure rerũ partitione & ratione qu. 7. n. 1. & 2.* Petrum Gregoriũ *lib. 4. syntag. ju. univ. cap. 7. n. 30.* omnino autem legendus Johan. Garsias ex Gallecia Hispanus *tract. de expens. & meliorat. c. 19. per tot.* Sed vera & æqua sectantibus, res arbitrio judicis æstimanda est; ut neque non necassarii sumtus imponantur, à pannoso & inopitali prætextu; neque rursum recusatio admittatur valde utilis sumtus, colore tenacitatis, *arg. l. colonus 61. in pr. D. locat. l. domus §. 1. eod. tit.* Socinus *cons. 58. vol. 4.* Marsilius *sing.* 360. Jason *d. lo. num.* 158. Argentræus *d. art.* 349. *pag.* 1506. & Garsias *passim d. cap. 19.*

38 Postremo † mantissæ seu auctarii loco adjicere ac quærere visum fuit: Num molendinum cæptum & non exædificatum, habeatur pro perfecto? Inspice Vincent. Carocium *decis.* 107. *juncta sup. quæst. 18. num.* 17. Ego à me alibi in medium prolata hîc esse consideranda autumo; ut pro alia atque alia ratione utrumq; locum habere possit. Sic

39 Mutii sententia obtinuit suum robur, ne † ruta cæsaque (Ruta, quasi eruta denuo dicuntur, ut arena, creta, & similia: Cæsa, ut arbores, carbones, aliaque id genus, teste Choppino *lib. 3. leg. Andeg. tit. 2. num. 9. pag.* 509. deque eorum jure lege Fr. Connanum *lib. 7. comment. ju. civ. cap. 7. nu. 7.*) ædium fundive esse censeantur, nisi id scribtum sit, *l. in vendendo D. de contrah. emt.* Huc redeunt, quæ Julius Paulus adnotavit: Tegulam & tignum domus causa paratum instrumento contineri; si ad hujusmodi causam testator habeat tigna parata, ad alios usus deservientia *l. cætera §. ult. D. de leg. 1. l. quæsitum §. tegulam autẽ D. de inst. vel instrum. leg.* Ita illa, quæ ex ædificio detracta, ut reponantur, ædificii esse ait Ulpianus *in l. fundi. §. ult. l. seq. §. tegulæ D. de act. emt.* Rursus infecti argenti adpellatio rudem materiam complectitur *id est* non factam: at si cæptũ sit argentum fabricari, nondum tamen perfectum, facti vocabulo continebitur *l. cum aurum 19. §. infecti 11. l. Quintus 27. §. cui 4. versicul. si factum D. de aur. & argum. leg.* Per hunc modum cæpisse opus ita accipimus cum eodem Ulpiano, si fundamenta quis jecit, vel locum purgavit: Sed & si locus illi petenti destinatus fuerit, magis est, ut cæpisse videatur *l. 1. §. cæpisse D. de pollicit. juncto supr. n. 4.* Itaque cæpta jam ædiũ instauratione & in operis perfectionem adornatis reliquis, putat Choppinus hæc, ædium instar, rebus soli adscribi debere, *d. tit. 2. num. 10.* juxta adagium græcum:

Ἀρχὴ, ἥμισυ παντός hoc est

Principium est dimidium totius.

Hinc versus:

Dimidium facti, qui bene cæpit habet.

40 Adeo ut priori sensu † *μέγιστον ἀρχὴ παντός* sit Aristoteli *in elench.* & cujusq; rei potissima pars principiũ Cajo *in l. 1. D. de orig. ju.* Illudq; optimum & ab eo omnia, quodve totius dimidium, vel totum, autore Platone apud Dionys. Halicarnass. *in præcept. Rhetor. de orat. natalit. pag. mihi 83.* Atqui

41 idem prima fronte † quis diceret de molendino: & sic satis esse, si usui esse possit *argum. l. ædificia 139. §. perfecisse 1. D. de verb. signif.* & incæptum magnaque parte factum, licet non absolutum *l. 15. in pr. D. de divers. temp. præs.* confer Dn. Joh. Gryphiandri *tract. de Insulis cap. 20. num. 5. 26. 27. 35. 36.* Sed quia idem Cajus in omnibus rebus animadvertit, id perfectum esse, quod ex omnibus suis partibus constaret, *d. l. 1.* ubi Gothof. & Ulpianus non dicat, ædificium, cui aliqua pars deest, perfectum esse: sed videri (quæ vox signum inproprietatis) si ita consummaverit, ut jam in usu esse possit, quem plenum & non aliqualem facere debemus *l. 5. §. 1. d. l. 139.*
42 *§. 1. de V. S.* cum alias quoque † melior sit finis rei, quam principium ejus *Eccles. ca. 6. vers. 9.* & res quælibet à forma sua perfecta nomen sortiatur: ideoque ni secus sentientes effugium in vocibus ac circumstantiis, quæsiverint, facilius quis ad alteram partem inclinaret, per tradita à me *quæst. seq 49. nu....* Joh. Gæddæo *ad d. l. 5. §. opere 1.* ubi ad contraria simul respondet. Confer Pet. Gregorium *d. numer. 3.* Joh. Suevii *comment. ad eumd. tit. de verb. signif. lib. 2. pag. 349. 350. 534.* & Lud. Schraderum *ad §. 7. num. 11. usque ad numer. 43. sive fin. Inst. de rer. divis.*

QUÆSTIO XLIX.

Quomodo dominium, istud cum re, seu molendinum ipsũ amittamus spontanea alienatione; & quidem ex modis cõtrariis per Nos ipsos?

SUMMARIUM.

1 Ius dominii est vel acquirens vel amittens.
2 Illud consequimur per nos aut per alios.
3 Hoc, quo idem amittimus per modos contrarios.
4 Alienatio autem vel spontanea vel necessaria est, in ædium ac molendinorum translatione
5 Alienationis genera, exempla ac species hic recensendæ veniunt.
6 Acquirendi modos sequuntur media amittendi.
7 Privatio præsubponit habitum.
8 Alienationis verbum latissime patet; & quomodo accipiatur? num n. 9. 10. & seqq. usque ad fin.
11 Lex XII. Tabb. alienationis verbo omnem alienationem intelligebat.
12 Largo isto sensu, alienatio usucapionem ac pignoris dationem conplectitur.
13 Prohibitus alienare, is nec obpignerare valide potest.
14 Præscribtionis num usus aliquis in molendinorum refectione, acquisitione & amissione? ita ut molendino loci superioris destructo, quis amisisse jus aquæ ducendæ videatur.
15 Feudo solent molendina vasalli per investituram accipere.
16 Quarum rerum inmobilium ac feudalium alienatio prohibita censetur. Sed an ubique & semper? remissive cum num. seqq. 17.
18 Alienandi facultas semel data in feudis, facit feudum alienabile, juxta Menochium.
19 Imo ea non tributa, num & quando prosit vasallo alienanti protestatio, debere domini jus salvum remanere & exceptum esse? inmixto nu seq. 19.
20 Alienatio à traditione robur accipit, alias dicitur pactum de alienando.
21 Alienatione generaliter concessâ, testandi etiam facultas sub ea intelligitur.
22 Feudum quando testator alienare potest, nequit tamen id facere, quando nulla spe prolis existente.

stente, istud beneficium ad successores alias devolvitur.

23 Alienationem feudi factam per vasallum, in casu quantumvis licito, non nocere tamen ipsius descendentibus; cum simili ex Menochio.

24 Testamento facta alienatio, est favorabilior, quam quæ fit contractu.

25 Legato vel vendito molendino ac pistrino, quid veniat? magis remissive.

26 Fasciculus cognatarum quæstionum, antea ordine secundum membra sua pertractatarum.

27 Alienatio emphyteusis in potentiorem an licita? cum num. 28.

29 Castrum commune possidentes, si unus fratrum vel sociorum partem suam in potentiorem transferre velit, alienationem licitam reputare vel adsequi nequeunt.

30 Cum castris molendina conferuntur, proque rebus pretiosis hodie habentur.

31 Molendina pariter in dotem dari, sicque alienari solent.

32 Res dotales an, quando, quomodo & à quibus alienari possint? remissive.

1 IUS domini † distinxi supra in acquirens 2 & amittens. Illud † consequimur per nosmetipsos, vel mediate per alios. Per alios, nostræ scilicet adfectiori fideique deditos, aut potestati subjectos, vel per extraneos.

3 Hoc jus † amittens est, quo acquisita nostra esse definiunt per modos contrarios *l. fere 153. ubi Dd. de reg. ju.* Joh. Gryphiand. *tract. de Insulis cap. 24. n. 1. 2. 3. 4. cap. 28. n. 1. cap. 29. num. 1.* Seb. Medices *tract. de novat. & deleg. in præf. n. 1. 2. 3. 4.* prout hactenus eos exhibui, & eosdem fuse declarat ac inducit Joh. Althusius *lib. 1. dicæol. cap. 35. 36. lib. 2. cap. 1. & 2. juncto cap. 12.* item Gryphiander *dict. cap. 29. per tot.*

4 Verum † amissio hæc est vel spontanea vel necessaria: quemadmodum de voluntaria ac necessaria alienatione loquuntur Wesenbecius *in parat. D. de fun. dot. numer. 5.* Johan. Garsias à Saabedra *tractat. de hypotheca post contract. viv. &c. num. 6. 7. & 8.* Pinellus *l. 1. p. 3. num. 24. Cod. de bon. matern. num. 1. cap. 29. num. 1.*

Spontanea, ratione modorum acquirendi vel destruendi, ex arbitrio voluntario dependens; prout visum, possibile ac commodum fuerit: puta quando ædes aut molendina muto, concedo, transfero, diruo vel tollo. Necessaria autem, quando rebus nostris ita dictantibus, aut magistratuum mandatis tale quid necessario vel invite peragere cogimur; de qua deinceps sermonem plenius instituemus. Hic vero de alienatione † 5 per aliquot genera ac species tractationem formabimus: & loco evidentialium nonnulla præmittemus, quæ ad utriusq; rei naturam spectare videntur.

Cum enim † acquirendi modos hucus- 6 que pro temporis ac temperamenti angustia quadantenus exposuerim; ordo postulat, ut de viis amittendi etiam quæram & agam: quam videlicet seriem requirit † su- 7 perius axioma, privationem præsupponere habitum, hicque illam antecedere, *supr. quæstio. 18. num. 6.* Gryph. *dict. cap. 29. numer. 2.* Verbum ergo † alienationis latissi- 8 me patet, & varie in jure nostro accipitur: maxime quando in eo quis alienare est prohibitus. Eo enim casu omnis actus non modo transferendi dominii, sed etiam diminuendi; tam in alienatione voluntaria, quam necessaria interdum necesse est, ut intelligatur, juxta tradita Wesenbecii *in dd. parat D. de fun. dot. num. 5.* & Mynsingeri *consil. seu respon. 92. num. 29. 30. 31. & 39. dec. 10.*

Ita ut † comprehendat in dotem, inq; so- 9 lutum dationem, venditionem, locationem, permutationem, donationem, repudiationem (quam alienationi æquiparavit Montanus *tract. de tutel. c. 33. n. 383.*) feudum, legatum, precariam, libellariam, divisionem, renunciationem, pactū, obpignerationem (quam alienationem quandam esse, fatetur

tur alibi idem Wesenbec. nempe *in tit. D. quæ res pig. da. obl. n. 2.*) transactionem, præscribtionem, emphyteusin; imo quemcunq; modum speciem vel contractum, & actum, per quem ad inminutionem vel alienationem rerum pervenitur: quæ etiam confirmat Cunr. Rittershusius *in method. exposit. Novel. part. 1. c. 8. num. 22. 23. 24. 25. & in partition. feudal. lib. 2. c. 3. quæst. 17. cum seqq.*

Nec dissentit Jacobus Menochius, qui 10 post catalogum Dd. adjicit, † alienationem variis modis accipi, illosq; omnes scribere: eam aliquando dici propriissime, cum dominium directum alienatur: interdũ proprie, sicuti quando dominium utile inproprie e.g. ususfructus transfertur: denique inpropriissime, dum jus utendi conceditur, *consil. 116. n. 22. lib. 2.* adde Johan. del Castillo *tract. de usufruct. cap. 46. n. 1. 2. 3.* Bert. d'Argentre *in comment. ad consuet. Britan. titul. 21. art. 481. gloss. 2. pag. 1809.* Baldum *in cap. 1. § hoc quoque n. 11. De success. feu.* Ubi ponit, quotuplex sit alienatio. Hinc factum, quod legem † XII. Tabb. Emtionis 11 vocabulo omnem alienationem complexam fuisse, discamus ex Pomponio *in l. statu. liberi 29. §. 1. D. de statu lib.* Rittersh. *d. n. 25. juncta quæst. mea 30. num. 4.* cum tamen alias ab ista ceu genus à sua specie differret; quod adnotant Dd. *in l. alienatum 67. D. de verb. signif.* Johan. Suevius *eod. tit. vel tract. lib. 2. pag. 198.* & quandoque alienatio sine traditione fieri, similisque actus celebrari possit *infr. num. 17. & 20.* Largo igitur 12 ac benigno isto † sensu, inter recensitas species alienatio quoque Usucapionem *argum. l. alienationis 28.* ubi Gædd. & Suev. *d. lib. 2. pagin. 203. cum seqq. D. de verb. signif.* itemque Obpignerationem conprehendit, teste iterum Wesenb. *consil. 34. num. 65. part. 1.* atque ideo; qui † prohibe- 13 tur alienare, is quoque pignoris nexu rem valide obligare nequit, teste eodem Menochio *d. consil. 116. num. 14.* Ut vero ad rem magis magisque accedam, & juxta mearum quæstionum seriem nonnulla de † 14 molendinis superficarie inspergam: obfert se inter cætera primum *quæstio 21.* ubi, & partim præcedente *quæstio 48.* dubium exoritur, an præscribtio vel simplex Usucapio in molendinorum refectione, acquisitione, & amissione aliquid operetur? Plurimum sane, ut ibidem plenius deduxi. Hinc exempli loco adplicari poterit quæstio, quã explicant Bartol. *in l. quo minus 2. quæstio. 15. num. 26.* cumque eo Ripa *num. 104. 105.* & Jason *num. 97. D. de flumin.* Pract. Papiens. *in form. libel. in act. confess. pro servit. verb. serv. aquæd. ad molend. num. 10. al. 20.*

Si molendinum superius, ad quod aqua ducebatur, fuerit penitus destructum, nec illud intra annum dominus refecerit, amisisse dicitur jus ducendi aquam: nec eum amplius Prætor suo interdicto, quod intra annum dat, huic negligenti restaurare concedit: non ei etiam datur in integrum restitutio, cum culpa ei adscribi possit, cur non refecerit, ex *l. ult. D. de usucap.* Ita laudati autores loquuntur & statuunt, præterque illos Menochius *in 6. remed. retin. possess. nu. 105.* Hor. Capanus *in lucubrat. ad statut Mediolan. c. 240. num. 21. cum seqq. vol. 2.* Qui tamen paulo aliter & ita hoc effert: Juris communis dispositio est, quod destructo penitus molendino, si dein Dominus ejus differat, & negligens sit in illius refectione & aquæductione, vel aliter habeat illud pro derelicto per annum; tunc alius potest aquam præoccupare, & quantumque opus in præjudicium dicti anti-

qui

qui molendini facere, juxta istorum Dd. tradita. Deinde non tamen denegat huic in integrum restitutionis beneficium, si is ex justa causa impeditus fuerit, quominus molam reficeret, aut aquam duceret; & ita tradere ait Jasonem *d. lo num.* 101. Ursillum ad Afflict. *decis.* 392. *in princ.* Sed & hanc conclusionem non procedere putat, quando molendinum penitus non fuit destructũ; quia possit etiam labso anno refici, & quis uti aquis, pro ut solebat, ex sententia Jasonis *dict. num.* 97. & Ursilli *d. decis.* 392. *n.* 2. Succedit in ordine quæstio proxima. Nimirum † quia cum feudo per investituram molendina solent hodie Domini confere, *sup. quæst.* 24. dicitur, alienationes † rerum feudalium in ejusmodi inmobilibus consistententium, sine illorum consensu aut ratihabitione factas, vasallis non conpetere: sed prohibitas esse, etiam quoad usumfructum & possessionem, teste Petro Peckio *tract. de testam. conjug. lib.* 5. *cap.* 23. *num.* 2. quem tamen vide, cum Zasio & Dd. aliis *in titul. de prohibit. feud. alien. per Fred.* Mynsingero *d. consil.* 92. *num.* 29. 90. 31. & 39. Hinc quomodo † alienatio fieri interdum possit, ne vasallus cadat jure suo, vide præter laudatos Jac. Menochium *consil. incip. Hac in proposita* 38. *libr.* 1. Unde præter hos casus, alienandi † facultas semel data in feudis, facit feudum alienabile, eodem post Zasium autore *consil.* 1. *num.* 421. *libr.* 1. Imo non † tributa hac facultate, alienatio vasalli de feudo, inscio domino, cum protestatione tamen quod salvum jus remaneat domino; valet seu subsistit, nondum facta traditione (à qua † robur accipit, alias dicitur pactum de alienando, juxta eumdem Menoch. *d. consil.* 38. *num.* 31. *lib.* 1.) vel etiamsi celebrata tam alienatio, quam subsequuta traditio sit; modo facilis existat recuperatio: tunc protestatio ista prodest vasallo, nec pœnam commissi beneficii meretur, nec domini jus læditur, per tradita ejusdem *consil. incip. Est gravis certe* 28. *nu.* 10. 35. 36. 37. *lib.* 1.

15 16 17 18 19 20

Priorem † tamen facti speciem considerans recte de aliis quoque causis civilibus subnecto: Quod alienatione generaliter concessa, testandi etiam facultatem conprehendat, ex traditione Glossæ & Baldi *in l. si quis prioris* §. *certum C. de secund. nubt.* Jasonis *in consil.* 156. *col.* 2. *vol.* 2. Nattæ inter consilia Sylvani *consil.* 52. *n.* 14. idque communiter teneri, multis autoritatibus firmat Rola. à Valle *consil.* 42. *n.* 7. *vol.* 1. In specie † autem nostra, necessum est iterum notes, quod eo casu, quando testator feudum alienare potest, non queat tamen illud facere, quando nulla amplius spe prolis existente, istud ad successores perventurum est, Hart. Pistoris *part.* 2. *quæst.* 29. *num.* 10. Glossa *cap.* 1. §. *sed etiam, verb. in fraudem, & ibi communiter Dd. Per quos fiat investit.* Curtius jun. *consil.* 26. *num.* 9. & 10. Decius *consil.* 269. *num.* 3.

21 22

Quo etiam † spectat, quod dicit Parisius *consil.* 65. alienationem sive alterationem feudi factam per vasallum, in casu etiam licito, non posse ipsius descendentibus nocere. Huc quoque pertinent, quæ copiose idem Menochius *tradidit consil.* 226. *num.* 21. & *seqq. volu.* 3. ubi ostendit, non posse ab habente feudum paternum antiquum, sed de filiis desperante, id refutari in manibus domini ad hoc, ne transeat ad alios agnatos aliàs successuros; ex traditione Alberici *in l. filia mea num.* 2. *Solut. matrim.* Ruini *consil.* 213. *colum.* 3. *lib.* 1. Jacobini *de feud. verb. Marchio numer.* 7. Alexandri *cons.* 15. *num.* 8. *lib.* 5. Curtii ac Decii *dd. ll.*

23

24 Unde quia † in genere hic de modis contrariis ago, quibus res antea acquisita amittitur: similiter ex abundanti adjicio, inter eosdem numerari Testamentum; quam nimirum dispositionem, per viam ultimæ voluntatis factam, favorabiliorem esse, quam contractu inter vivos peractam, testatur Peckius *d. tract. de testam. conjug. lib. 1. c. 29. n. 5.* relative ex Jasone *cons. 130. incip. institut. facta. lib. 4.* & Glossa *ad l. quidam. ita §. si quis*
25 *filium D. ad Trebell.* In terminis † autem ad casum legati vel venditi molendini potest transferri, quod legimus: pistrinarios servos cum ipso pistrino olim transiisse, illudque cum villa ac fundo instructo, alienatum fuisse *in l. 12. 4. 5. l. 15. D. de instru. legat. confer. quæst. meam 26.*

26 Ratione alienationis † similia porro adferre possem, ni occupata jamdudum à me essent; de illicita occupatione, ædificatione; licita autem concessione & pacto, statuto privilegio, successione, obpigneratione, libellario & censuali cōtractu, societate, precario & cognatis aliis, quibus bona nostra amittimus aut ad alios sponte vel coacte transferimus, *sup. quæst. 13. usq. ad q. 40.*

27 Unam atque alteram † soluminodo speciem hic obiter retractabimus. Dicunt nempe Interpretes nostri, alienationem emphyteusis in potentiorem regulariter non esse prohibitam; quomodo post. Joh. Andreæ, Alexa. Jason-Bald. Guid. Papæ, & Jacob. à S. Georg. scribsit, idem Menochius *d. consilio 38. nu. 45. & 46. libr. 1. juncto consil. 116. num. 11. 23. libr. 2.* Ubi cum iisdem ingenue fatetur, hoc esse verum, si is potentior non efficiat conditionem domini directi deteriorem; nam si deterior efficeretur, omnino tunc esse prohibitam.

28 Atque ideo contrariam credo illos substituisse regulam: Quod alienatio in potentiorem fraudem foveat, ac sit vetita; etiamsi unus sit de agnatis, ad quem res transfertur, teste eodem Menochio alibi; scilicet *cons. 104. n. 58. d. lib. 1.* post Cravet. Jason. Bald, Alexand. & Jacob. de Leonardis, quos ibi vide. & in simili Montanum. *d. cap. 33. num. 73. 416.*

29 Hinc traditum ab aliis † si duo fuerint fratres, habentes castrum commune, & unus expellat alium, fraterque expulsus vadat ad Civitatem propinquam vel Principem potentiorem, illique vendat, cedat aut donet partem suam; quod alienatio ista censeatur nulla, æmulatioque prohibita, velut ex multorum unanimi opinione retuli verū esse *in dissert. de Castris th. 27. & 49. inf. in mantis ca....* Wern. Kylling. *de ganerb. castr. discursu 6. & 7. per tot.*
30 Quid ergo † de molendinis dicerent? quam cum castris conferri ac transferri, interq; bona pretiosissima reputari, atque à Principibus hodiernis ut plurimum vindicari quotidie videmus & supra non una vice exposuimus.
31 Sic in dotem † quoque dari solent molendina, quod quotidiana pariter experientia docet ac commone facit, *juncta q. 8. num. 63. & 68.*

32 Quæritur ergo † alienari num, quando, quomodo & à quibus possint, res dotales æstimatæ, mobiles vel immobiles? quibus molendina etiam adscribsi *tot. quæst. 8.* Legendi sunt igitur præter authores, qui de dote integros tractatus in lucem emiserunt, junctim editos, Petrus Gregorius Tholozanus *libr. 9. Syntag. in univ. ca. 22. num. 14. & 15.* Wesenbecius *in paratit. ad d. tit. D. de fun. dot. & consil. 25. part. 1.* Vivius *decis. 261.* Afflictus *decis. 209.* Rolan. *cons. 64. vol. 1.* Tenning. *caut. 95.* Rutg. Rulant *tract. de commission. part. 4. lib. 4. cap. 13. num. 23. usq. ad num. 33.* & Doctores *ad princ. Instit. quib. alien. lic.*

ver.

vel non 8. lib. 2. item l. in rebus 30. C. de jure dot. l. un. §. & cum lex 15. cum seqq. C. de reiux. act. junct. Novel. 61.

QVÆSTIO L.

Qua ratione molendinum aut illius dominium amittamus per alios, nominatim per Curatores?

SVMMARIVM.

1 Per alias quoque personas rem cum ipsius dominio acquirimus, aut rursus amittimus.
2 Curatores inter illas nunc nobis cordi curæque erunt: & quidnam in rerum acquisitione vel amissione spectetur?
3 Curator quinam in genere, & hic in specie.
4 Sub tutoris nomine & curator hodie continetur.
5 Molendinum an per eum sine decreto alienari possit? Primo Angeli, Fulgosii, Ripæ, Ruberi Tiraquelli & aliorum opinio adfirmativa, cum num. 10.
6 Secundo negativa Pinelli & Forsteri; sed sub aliqua distinctione sententia, inter patrem & tutorem num. 7.
8 Refutatio adsertionis; molendina & alia inmobilia juxta mare aut flumen sita, non excusare à satisdatione, nec ut inmobilia censeri.
9 Opinio hominum indicat utilitatem præsumtionis.
11 Propter pericula molendinorum in ripis aut fluminibus existentium, num minus eorumdem reditus æstimentur?
12 Res viles, abjectæ & modicæ, etiamsi inmobiles, facilius alienantur.
13 An & quales solennitates in bonorum minoris inmobilium alienatione sint observandæ? magis remissive.
14 Accepta tali re stabili, inque contractum libellarium deducta, num tutor tunc eam licite distrahere valeat? rel. ex Valasco.
15 Secundo non potest, nisi statuto aut more aliud introductum fuerit.
16 Tertio, nisi Principis deinde & quasi ex facto autoritas accesserit.
17 Quarto, nisi ob benemerita ad aliquem transferatur.
18 Quinto, nisi pupillus major factus ex intervallo & certo tempore modoque illam alienationem ratam habuerit.
19 Paria sunt ante vel post legitime aliquid fieri.
20 Alleganti incumbit onus probandi, cum simili ex Bartolo.
21 Allegans pupillum majorem factum, an & quatenus probare debeat?
22 Alienatio legitime facta præsumitur ex diuturnitate temporis
23 Per locationem temporis longi fieri alienationem,
24 Per silentium anni & diei colligitur, proximiores familiæ ratificasse alienationem feudi, ad gradu vel cognationem remotiorem derivati.
25 Ius provinciale al. Landrecht Frisiorum de rebus minorum ac inpuberem inmobilibus.
26 In cunctis hisce minorum causis diligens Magistratus cura interveniat necesse est: ubi & de malitia quorumdam curatorum.
27 Tutelæ alterius qui se ingerit, præsumitur id lucro suo potius facere, quam aliorum commodo.
28 Tutela curatelaque res est jintuta, incerta, fallax, fragilis & periculosa.
29 Tutores per ἀντίφρασιν sic dicti, vel quasi tollitores.
30 Vormunder tali sensu unde nuncupati?
31 Gerhaber qualesnam in Austria nomine & opere?
32 Dolendum minores per amicos defraudari; & sæpius absentes num. 33.
34 Damna iisdem æque per probos ac inprobos curatores adferuntur.
35 Singulares & sinceri viri in provinciis aut urbibus sunt constituendi (veluti Norinbergæ moris est) qui orphanorum curam illico suscipiant.
36 Ipsi Cæsares & Reges ab hoc onere vel munere non alieni.
37 Christiani nomẽ non meretur, qui talia floccipendit; cum similibus ex jure civili.
38 Magis consulendum est his, quibus majus periculum inminet.
39 Admonitio ad universos directa, ut orphanorum ac viduarum rationem solicite habeant.
40 Qua occasione motus autor hæc effuderit?
41 Aliquot Britonis qui totum hoc negotium vivo veroque inter Proceres etiam contingente exemplo illustrant.

REM quoque † acquirimus, iterumque transferendo dominiũ illius amittimus per alios, interque illos per personas nostræ affectioni aut fidei deditas: puta curatores, administratores, procuratores, socios ac similes negotiorum gestores, Nos † in præsentiarum Curatores curabimus, & quæ huc facere videntur pro instituto nostro convenienter simulque breviter persequemur, velut promisi ac præmisi *sup. quæst. 21, nu. 22.* adjecto illo, quod in rebus

acquirendis & consequenter amittendis spectetur aut dominium, aut possessio, aut obligatio, teste Pacio *ad princ. Rubric. numer.2. C.per quas pers.nob. acquir.* Corasio *ad rub.D.de acq.possess.n.1.* Quamvis vero † curator generali nomine is dicatur, qui præpositus est alicui negotio: hic tamen is est, qui potestatem habet administrandi bona ejus, qui vel ob ætatem, vel ob mentis corporisque vitium, suis rebus superesse nequit; qui tutori in officio post pubertatem pupilli vel pupillæ succedit, ex naturali erga minorem ætatem pietate, verba sunt Pauli Montani *tract.de jure tut. & curat. cap.27.n.8.* Joh. Garsius Gallecus *tract. de expens.cap.20.num.1.*

Alias non diffiteor, sub † tutoris quoque nomine curatorem seu bonorum minoris administratorem contineri, teste Jac. Menochio *cons. 115.n.68. junct.l.si ad pupillum D.de author.tut.rub.C.de administ.tut.* Hodie inprimis; ubi in orbe Germanico subtilis illa juris Romani distinctio inter tutorem & curatorem nihil vel parum attenditur. Confer eumdem Montanum *d. tract. cap.4. num.15. & 18.* ubi ex communi Dd. regula inducit, tutorem quoque olim fuisse principaliter datum personæ, & secundario aut consequenter rebus sive patrimonio pupilli. Plenius autem horum differentiam & convenientiam exponit *cap. 29. per tot.*

Quid multis? De re liquida amplius non sollicitii, principalem † moveo quæstionem, huc directo respicientem: Molendinum, velut prædium, domus ac res immobilis aut solo cohærens an per tutorem vel curatorem absque judicis seu magistratus decreto possit alienari? Et quidem eos molendina, bonaque alia minorum, inundationi aut cæteris aquarum periculis exposita, posse alienare, tradunt expresse Angelus & Fulgosius *in l. non solum 56. D. de petit. hered.* Ripa *in l. quo minus 2. numer. 126. in fin. D. de fluminib.* Rubeus *consil. 138. colu. 1.* Tiraquellus *in tract. de retractu §. 1. glos.7.num.91.* Bertachinus *in repert. verb. molend.num.88.* noviter Pau. Montanus *d. tract.cap.33.num.176.*

Sed contra † hos pro negativa concludit Arius Pinellus, eosque Interpretes errasse contendit, *in repetit. l.1. part.3.num.28.C. de bon.matern.* Quod ipsum recte facere ait Valentinus Forsterus *eleg. tract. de success. ab intest.libr.7.cap.21.num.34.*

Existimant namque hi duo, decretum judicis seu magistratus semper † requiri in Tutore, etiamsi talia pupilli minorisve bona sint, ut illis carere expediat, *per leg. magis puto 5. §. si æs alienum l. si fundus sit sterilis 13. D.de rebus eor.leg. Aristo.5.ibi: adito Prætore.D.de jure delib.* Diversum tamen in Patre obtinere censent. Reprehendit quoque † idem Pinellus Bartolum, Alexandrũ, Jasonem & alios, qui scribunt: Inmobilia & alia juxta mare aut flumen sita, non excusari à satisdatione, nec ut inmobilia judicari. Refutavi enim hoc prolixe alibi, & molendina, nominatim Forsterus fatetur, pretiosissima fere bona haberi; & ideo in his hominum opinionem (quæ etiam † utilitatem infert, res Ecclesiæ bene esse alienatas, autore Menochio *infr. quæst. 51.num.28. juncta hac quæstin. 50. num. 22.*) maxime attendi, & regulari simul secundum naturam inmobilium bonorum debere, *d.capit. 21.numer. 35. per l. precia rerum 63. D.de L. Falcid.juncta mea & allegatâ quæstio. 8. sparsim.*

Ex ea namque intelligis, quam † mire Interpretes in hoc bivio errent: molendina tam pneumatica, quam navatia seu fluviati-

æsse bona mobilia, & eo facilius distrahi posse. Quod forte præsupposuit cum sequenti ratione Angelus d.lo. dum vult, per Ecclesiæ Prælatum, item minorem & tutorem moletrinas posse alienari; quia sint subpositæ perditioni & continuo periculo, rebusque æquiparentur, quæ servando servari nequeunt; unde quotidie deminuantur ac devastentur: quocirca etiam inter mobilia referantur à Fabiano de Monte tract. *de emt. vendit. quæstio. 9. num. 19.* Hispa. Palat. *in cap. per vestras §. 18. num. 4. De donat. inter. vir. & uxor.* Rubeo *d. consilio. colum. 2.* ubi contrarium ipsum tollere ac neminem (quod postea exemplo suo inprobavit Pinellus) contradicere narrat Dominicus Tusch. Cardinalis *tom. 5. pract. conclus. 303. num. 9.* addens, ideo 11 quoque † propter pericula reditus ejusmodi molendinorum mobilium vel talium loco existentium minus æstimari solere, quam alios reditus stabilium; quod tamen cum alibi, tum non ita simpliciter intellexi ac con-12 cessi *quæstio. 34. num.* pariter ac † contrarium ubique constitui; molendina esse res inmobiles, pretiosas, magnæ impensæ & æstimationis; non bona vilia, abjecta, aut modica, quorum etiamsi inmobilium alienationem licitam alias esse, tradunt Opizon & Ferd. Loaza, quos cum aliis sequitur Peckius *d. tract. de test. conjug. libr. 4. c. 43. in pr.*

13 Verum enimvero † hæc dimanant ac decisionem inprimis petunt à generali problemate, quod est: An & quales solennitates in distractione bonorum minoris inmobilium sint adhibendæ? Et quidem nonnulli statuunt res ipsius inmobiles non nisi interveniente judicis decreto, alienari per curatores valide posse: mobiles autem alienare licere, si servando servari nequeant, *per tot. tit. D. de reb. eor. qui sub tut. & ibi* Wesenbec. *in parat. l. non solum. l. minorum l. si minorum l. si prædium C. de præd. minor. l. lex quæ tutores 22. C. de administr. tut. l. 4. C. quan. decreto opus nō est l. fin. C. si major fact.* Guido Papa *consilio 43. num. 4.* Ferd. Vasquis *de success. creat. libr. 1. rub. de testandi potentia §. 10. num. 73.* Rol. à Valle *consilio 54. libr. 2.* Andr. Fachinæus *libr. 3. cōtrovers. ju. cap. 1. 2. & 3.* Jac. Menochius *de arbit. judd. quæstio. casu 171.* Pax Scala *tracta. de consil. sapientis libr. 2. capit. 5.* Hieron. Schurpffius *cent. 2. consilio. 76.* Anton. Quetta *consilio 52.* aliiq; Dd. *sup. quæstio. 30. n. 18.* Obiter quoq; hæc tractata & tacta in specie apud eumdem Wesenbec. *consilio. 3. num. 63. per tot. part. 1.* Pet. Greg. Tholoz. *libr. 12. syntag. cap. 3. num. 16. 17. 18.* And. Schefferum *part. 2. quæst. pract. 2. nu. 5. usq; ad num. 14.* & lege Rudolfinum Rolandinum (qui olim, simpliciori sæculo, propter excellentiam Aurora dictus fuit) quomodo eadem, diu ante hos, more ac humore suo tractaverit *in tract. Notul. de contract. & eor. differ. Rubr. de reb. redd. contract. init. pagin. 861. 862. 863.* Verum ad amussim totum hoc negotium examinarunt & longe copiosius expositum reliquerunt Damhouderius, Cavalcanus, Piagghius & Paulus Montanus *tract. de curat. & tut. hic præsertim cap. 33. per tot.* interque alios quoque Octav. Simoncellus *tract. decret. in contract. minor. adhibend.* Johan. del Castillo *part. 4. quotid. controvers. capit. 61. à num. 16. usq; ad num. 46.* Bert. Argentre *in comment. ad consuet. Britan. tit. 21.*

Quibus de novo nunc † cognatas subji- 14 cio conclusiones, quibus ceteri superiorem regulam ampliant, quæq; anteriori opinioni suppetias ferre quodammodo possunt: scilicet quando ergo certis in casibus cura-

tores minorum bona inmobilia, sine decreto etiam magistratus distrahere queant? Si namque ipse minor vel pupillus rem inmobilem acceperit in libellum (quem contractum super molendina celebrari posse, supra dixi) an tunc illud tutoribus concessum sit, quærit ac decidit Aluarus Valascus *tract. de jure emphyt. quæst. 35. num. 4. & 5.*

15 Secundo † illos res inmobiles sine authoritate publica alienare non posse, testis post innumeros veteres ac recentiores est supernumerarius And. Gailius *lib. 2. observ. 72. num. 3.* nisi forte in ejusmodi bonis minorum aliud statuto vel consuetudine introductum fuerit; quod fieri posse idem, testatur *lib. 1. obs. 36. num.* 4. post Jasonem *in l. de quibus num. 17. 63. 72. D. de legib.* adde Montanum *d. ca. 3. 9 nu. 37. usq. ad 52. juncto num. 620.*

16 Vel † tertio illicitum hoc esse, ni Magistratus aut Principis præsertim summi accedat deinde voluntas & authoritas; cujus confirmatione, alienationem rerum minoris validari atque retrotrahi, pulchre deducit idem Wesenbecius *d. cons. 3. numer. 67. per tot. part.* 1. Vel † quarto ni ob benemerita rem mobilem vel inmobilem, velut molendinum, sine decreto etiam judicis, minor vel curator ad aliquem transtulerit; quod facere eum tuto posse, contendunt quidam apud Joha. Garsiam à Saabedra *tracta. de donat. remunerat. numer. 34. 35. juncto num. 14. 31. 32.* plures & quidem communiter apud Montanum *d. cap. 33. numer. 333. cum 4. seqq.*

17

18 Aut † quinto nisi ex post-facto intra certum tempus & modum hujusmodi alienationem, sine decreto factam, major ratam habuerit *tot. tit. C. si maj. fact. alien. ratif.* Rutg. Rulant *tract. de commission. part. 4. lib. 6. cap. 9. num. 20.* omnino confer Montan. *d. cap. 33. n. 516. 519. usq. ad n. 604.* Non multum recedit † Petri Peckii adsertio: Paria esse, ab initio legitime aliquid fieri, & postea legitime confirmari; hincq; alienationem bonorum à pupillo factam, esse quidem nullam, attamen si consensus ejus & tutoris post accedat, sitque in rem minoris, tunc conroborari *d. tract. de testam. conjug. lib. 1. cap. 5. num. 5. per tot.* Et in tali casu nota cautionem, quod (cum † alleganti incumbat onus probandi, Menochius *consil. 52. n. 77. per l. ei qui D. de probat. cap. cum in jure De offic. deleg. cap. cum ad sedem De restit. spol.* & unusquisque probare debeat, id quod est fundamentũ suæ intentionis, juxta notata Bart. *in l. illa. D. de verb. oblg. & in l. 1. C. de eden.*) allegans pupillum † majorem factum, ratificasse actum, in ætate pupillari qui contigerat; non sufficiat, si forte probet solutionem: sed requiratur, ut demonstret, quo tempore id fecerit, ut per discursum monuit idem Menochius *consilio. 29. libr. 1.* adjunge quæ habet iterum Montanus *d. cap. 33. 34. & 35.*

19

20

21

22 Ad cujus causæ † præsumtionem quamdam ut eo citius perveniat, consuluit post Bald. Corn. Cravet. & Gozadin. alibi Menochius, ansamque suo responso præbuit, ut credamus alienationem rei minoris vel Ecclesiæ solenniter factam præsumi ob diuturnitatem temporis, *consilio. 90. num. 29. 30. 31. libr. 1.* Sed confer cum his Mynsing. *consil. 30. num. 11. 12. 13. 14. 17. dec. 3. juncta infr. quæstio. 51. num. 31.* & quod tradit Montanus *eod. capit. 33. num. 294.*

23 Sicuti in † civilibus post multos statuit Wesenbecius hancque communem esse opinionem testatur, quod per locationem longi temporis, quantumvis novem annorum, fiat ac sit alienatio, *d. consil. 3. n. 67.* ubi per discursum late agit de contractu rationi-

busque

busque fratrum, & restitutione minoribus adversus easdem danda. De priori tamen specie consule potius Montanum *sæpius d. cap. 33. n. 396. usq. ad n. 419.*

24 Atque adeo † in feudalibus etiam obtinere perhibet iterum Wesenbecius, quod per silentium anni (anni & diei silentium alibi requirit, nempe *consil. 41. n. 17. d. part.* 1. & fortassis à tempore scientiæ seu cognitæ rei gestæ) alienatio in familia, puta in agnatum remotiorem facta, ab agnatis proximioribus intelligatur ratificari, *consil.* 34. (in quo de jure molarum agit) *num. 66. ead. part. 1. per cap. Tutius, Si de feu. defunct.* Schurpff. *consil. 30. & 41. cent. 1.* Jacob. *tr. feud. verb. & cum pacto de non alienan. numer. 17. 18. 19.*

25 Denique de † prædiis hisce ac bonis minorum inpuberumque, & de eorum alienationibus juvat adducere jus Phrysiorum seu Frisiorum provinciale, vulgo Frisich Landrecht inscributum, quod in MSS. quodam codice reperi. Ubi *lib. 1. tit. 10. cap. cujus*
„ *summarium*, Nemant mach deß unjarigen
„ Kindes Gudt vorkoppen / hæc collector po-
„ suit verba: Noch Vader / noch Moder mach
„ des unjarigen Kindes Gut verkopen / effte
„ erve uthsetten / effte verwesseln / ock mit der
„ Kinder Fründe willen / Id sy denn dat de
„ Kinder / wanner se tho ehren Jahren kamen /
„ datis / wanner se 25. Jahr olt sint / so danigen
„ kop / wesselinge / effte vorsettinge beleve. Is-
„ set dat se dat nichten belenen / mögen se er Er-
„ ve wedder antasten unde besitten war se dat
„ finden / Behaulen in der nothsacken der ol-
„ derlosen Kindern / als van Hunger / Kulde /
„ Herganck / nothbrand und der quaden di-
„ cken / In dussen nothsaken mögen de oldern
„ ehre unjahrigen Kindern Gutt verköpen /
„ unde dat mit Raht der Kindern Freunden
„ und Willen der Herren offt der Amptluden
int anderde Landtrecht ock int Penninck "
Schuld. Ubi plenius hæc ita concepta "
erant, sequentibus scilicet verbis: Dat "
Anderde Landrecht is / dat in Moder mag "
ihres Kindes Erve nicht vorköpen noch ver- "
wesselen / ock mit der Kinder Fründe willen / "
id sie dann dat de Kinder / wenner se tho eh- "
ren Jahren kamen / so danen kop und wesse- "
linge beleven. Isset dat se dat nicht willen "
beleven / mögen se ehr Erve antasten unnd be- "
sitten wahr se dat finden. Behalven in "
dren Nothsaken / als umme Gefencknis wil- "
len der Kindern / Hunger und Külde / so dat "
andere Landtrecht klahrlicken uthwiset. Is "
aber dat Erve der Kindern in so danen noth- "
saken verkofft / so mach de Kop na düssen "
Landtrechte woll bestahn: Isset ock buten "
düssen dren Nothsacken vorkofft unde de "
Kinder dat wedder antasten / So mag ne- "
mand der Kinder Vader up ehren Erven "
bevechten effte beroüen / by pene den bröke van "
10. Ludemerken den Luden und 3. Punt den "
Herschapen. Und dat anderde Landrecht "
woll tho verstahn / is tho merken / dat dat Kind "
nicht ehr jahrig wort gerekenet nha dem Rech- "
te / ehr dat 24. Jahr vull hefft. Men schal "
ock weten dat de Moder der Kinder Erve in "
dren nothsaken / als Venkeniss / Hunger / und "
kulde halven nicht schall vorkopen / id sy dann "
mit der Herrn edder Amplüden willen / de dat "
in Gerichte scholen beleven / unnd orsake der "
Voranderinge des Erves bekennen / ehr de "
Moder dat Landt mag verköpen effte verwes- "
seln. Men schall ock weten / de pene hirin is "
geseth up de 10. Ludemercken / schall nach düs- "
sen Dage wessen 6. olde Merck / anders schall "
dut Landrecht bliven in sinen Wesende / sun- "
der jenige voranderinge. "

Quorum verborum paraphrasin Latinam aut Mysnicam subjungerem, ni lectores Germanos pleraq; intelligere, vel locale po-

le potius esse statutum scirem; quod nec alios stringit, nec multi illud curant.

26 Quidquid † horum omnium sit, diligens tamen cura præcipue à Magistratu adhibenda est, ne minores ac pupilli indefensi maneant aut litibus sumtibusque nimiopere à potentioribus vexentur, vel bona per malitiosos Curatores diripiantur, doloque aut culpa interveniente male administrentur.

Quis enim non quotidie summo cum dolore videt, viros quidem illos, quicumque DEI memoriam habent ad curam difficulter accedere: plurimis autem volentibus ea, quæ minorum sunt, inpie in se vertere, amabilem esse rem & adpetibilem? verba sunt Justiniani Imper. *in Novel. salub.* 27 *72. cap. 6.* Ubi † Gothofredus addit: tutelam alterius qui petunt, præsumi lucro potius suo, quam benefaciendi animo duci; & de ea præsumptione, inquit, Alciatum agere *3. præs. decim. octav.*

Hinc rythmos Germanorum profluxisse ex Richteri *axiom. polit. 377. pagin. 804.* recenset Latherus *tr. de censu lib. 1. cap. 15. numer. decimo quarto.*

Förster und Häger/
Amptleut und Jäger/
Rentmeister und Pfleger/
Schösser und Procurator,
Verwalter und Curator,
Haben nicht grossen Lohn/
Werden doch bald reich davon/
Rath wie mag es zugahn?
Ihr Rencke weiß nicht jederman/

28 Hinc † etiam Papinianus totius fere prudentiæ parens innuit, Tutelam esse rem minus tutam, incertam, fallacem, fragilem & periculosam, *l. in fideicommiss. §. 3. in fin. D. de usur. Montan. d. tract. cap. 4. numer. 2.* Rara certe in tutore fides, ut in Anglia Wardes, secundum proverbium: Es ward nie kein getreuer Vormund gefunden; quod tamen nimis generaliter & injuriose Cypræum *de jure connub. cap. 6. §. 9. num. 13.* allegare existimat Ventura de Valentiis *libr. 1. parthen. litig. cap. 3. num. 36.*

29 Et quis nescit † tutores sæpius esse vel dici per antiphrasin, quasi minime tutiores; vel quasi tollitores? ut Albericus censuit apud eumdem Montan. *cap. 4. num. 7. juncto num. 2. usq. ad 15.* Wehner. *mox citan. lo. pagin. 215. b.* Eodem sensu dicerem tunc † ego 30 Vormünder/ usitatam in Germania vocem, nominari quasi verminder/ qui inpuberum facultates inminuunt per dolum aut culpam: vel qui bonorum commoda præripiunt, die es ihren anvertrauten Mündlein gleich vorm Mund wegnehmen/ und zu ihren eigen Nutzen die Güter selbst gebrauchen / oder durch grosse Nachlässigkeit derselben Wolfahrt boßhafftig versäumen. Qui † curatores in Austria Gernhaber adpellatur, quasi Gernhaber: qua vocis analogia & allusione utitur Paul. Matthi. Wehnerus *in pract. observat* verb. Gerhaber / *pag. mihi 215. lit. G.* Christoph. Besoldus *de succes. regni lib. 3. diss. 4. num. 8.*

31 Ingemisco autem, quando † similia ab ipsis amicis & propinquis, sanguinis & alterius necessitudinis vinculo conjunctis fieri audio & sentio: mecumque id in simili facit Rex Theodoricus, qui vult maxime rescindi debere contractus, si minor vel pupillus læsus fuerit, & quidem à conjunctis personis; cujus rescribtum posteritati servavit Cassiodorus *libr. 1. variarum Epistol. septim.*

32 Sed idem † non modo fatetur, hanc ætatem variis multorum esse obnoxiam fraudibus: eosdē orphanos fraudes istas presertim experiri

experiri aut incurrere absentes. Sic enim rex ad Festum, illustrem virum atque patricium, inter alia scribit: *Gratum nobis est quoties de magnitudinis tuæ meritis æstimatio talis procedit, ut & infirmorum auxilium, & absentium credaris esse tuitio. Unde fit ut bona nobis de te crescat opinio, gloriosæ actionis exemplo. Nulli enim propria res à discedente committitur, nisi de cujus bene conscientia judicatur. Perviæ sunt namq; semper injuriis facultates absentiũ, & quodammodo videtur occasio homines in delictum trahere, quæ non potest animum pervadentis de resultatione terrere. Ideoq; Celsitudo tua, quam votum pium est habere vicinam gentis, erigat humiles, eripiat opprimendos: & quod potestatibus rarum est, proficiat cunctis, qui universis celsior inveniris, &c.*

34 Cassiodorus *d. libr. 1. Epist. 15.* De † improbis forte hæc recensita quis exaudiret: verum de bonis considera non mea sed alterius cujusdam verba. Johannes Garsias è Gallecia Hispanus namque ita exclamat: *Vide quam miserum sit, orbatum parentibus quempiam fortunæ ludibrio relinqui; cui officium tutoris recte etiam administrantis & rem gerentis, facultates adimere potest, ut jam dolos & machinationes omittamus, quibus miserè pupilli sunt obnoxij, officiosa interdum virtute & cura perduntur d. tract. de expensi. & meliorat. cap. 20. num. 21. pag. mihi* 398.

35 Quam † necessarium ergo sit, hisce personis prospicere, quilibet facile intelligit: quamque laudabile, cum tribunalia alijs negotijs sint repleta, integerrimum habere officialem unum alterumve, qui horum diligentem haberet inspectionem; quod prudens Senatus urbis Nurenbergensis instituit, peculiares sui ordinis viros habens, qui orphanorum causas suscipiunt, certoq; loco quem **die Vormundstuben** adpellant, dirimunt ac de reliquis sollicite inquirunt, quamprimum parentes mortui ac sepulti sunt.

36 Imo penetralia Juris † nostri civilis frequentans, statim reperit *totum tit. C. quando imperator inter pupillos, vel viduas, vel alias miserabiles personas cognoscat, &c. lib. 3. tit. 14.* ita ut nec ipsi Augusti onus vel munus hoc detrectare voluerint, ad quod commiseratione ducti tam promte se obferunt, & quale officium Cęsares vel Principes maxime decet. Jure siquidem canonico proditum novimus: Regium officium esse proprium, facere judicium & justitiam, & liberare de manu calumniatorum vi oppressos; ac peregrino, pupillo ac viduæ, qui facilius opprimuntur, à potentioribus, præbere auxilium. Atque ut curam eis præceptorum DEI majorem injiceret, intulit: Nolite contristare, *Jerem. 7. vers.* ut non solum non exipiatis, sed ne patiamini quidem per vestram conniventiam ab alijs contristari.

Si hæc feceritis, ô Reges, tenebitis pristinam potestatem; verba sunt gravissima D. Hieronymi *in can. regum 23. cau. 23. qu. 5.* Quinimo universalis ac singularis est Syracidis sententia: In judicando esto pupillis misericors, ut pater; & pro viro matri illorum, ac eris tu velut filius altissimi obediens, *cap. 4. vers. 10. Ierem. 5. vers. 28.* plura & alia habet Alexand. Stiaticus *cap. 24. pract. observ. numer. 34. 35. 36. 38.* Paul. Matthi. Wehnerus *d. loco & pag. 315.*

37 Quæ dum † Christianus legit & animadvertit, inpossibile est, cum adhuc cupere perverso animo pupillorum ac viduarum causas deserere, inflectere vel res & lachrymas ipsorum penitus negligere; ni forte Jehovæ iram, & pænas in sacris literis toties

ties expressas, magis magisque in se ac suos derivare maluerit; imo in universam simul rempublicam, cujus salus ac perditio à juventutis dependet educatione. Montan. *d. tr. cap. 6. num. 19.*

Quæ quam necessaria est: illud vero prius quanto à religione nostra remotius est, tanto præclarior iterum existit Justiniani Cæsaris, de regimine bene instituendo, ac per ejusmodi media conservando sententia, dum inquit: Omnia quidem legislatori Reipublicæ in magna cura sunt, quemadmodum optime se habeant, & peccati nihil relinquatur; præcipue autem instrumenta minorum, & quæ circa eos curatio est, studiosa cura est eis, qui proferendi leges à DEO licentiam perceperunt, *d. Novel. 72. in princip.* Ante quem divus Severus Rufino significavit: Omnem se rationem adhibere subveniendis pupillis; cum ad curam publicam id pertineat, liquere omnibus velle, *in l. 2. §. qua autem 2. D. ju. pet. tut.*

38 Denique † prudentissime repsonsum est ab Ulpiano: Magis consulendum esse his, quibus majus periculum intenditur, *in l. 1. §. sed & si 5. D. de carbon. ed.* Quibus autem personis, aut quorum bonis citius, sæpius ac magis dolos nectunt & inhiant improbi, quam minorum absentiumque rebus? Velut ex præcedentibus abunde constat.

39 Hisce † admoniti tandem cuncti benefacere potius discant & inprimis Principum clementia suscipiat orphanos, quos pietas paterna è vita migrans destituit: quia sub parente publico (quomodo se idem rex Theodoricus haut inmerito nuncupat) genitoris minime sentiri debet amissio. Ad nos siquidem (pergit) jure recurrit infantia destituta, quibus universorum hominum proficiunt incrementa: Præsertim cum tale germen novis cupiamus beneficijs enutrire, non inter ipsa initia spem adultæ ætatis aliqua læsione comprimere. Illorum vero insidiatores minimus etiam honestatis revocare debet affectus, & similis terrere casus, quo minus gravent pupillarem sortem; cui non subvenire, merito pudoris æstimatur esse jactura; ut mihi, hæc iterum aureus ille Aurelius Cassiodorus de suo largiatur *ex lib. 4. Epist. 42.*

40 Eo me abripuit, ut ista effunderem, miserrimus † pupillorum viduarumque status; quem nemo ex asse potest conprehendere, nisi qui aliquamdiu eumdem ipsemet magno malo expertus fuit. Is enim gemitibus magis sortem infelicem repetere, quam alijs, licet plurimis vexatus infortuniis, digne explicare valet: quemadmodum & semper evenire videmus ut vulnera non tam quando inferri solent, quam quando ardor deferbuit, potissimum doleant; dicente Nicolao Machiavello *lib. 8. hist. Florent. pag. 432.*

41 Antequam tamen † hinc abeamus, & ut reliqui sentiant, nec magnatum liberos ab his injurijs ac spolijs immunes tutosque esse; quo magis ad inferioris subsellij hominum defensionem, majores facti & ad reipublicæ gubernacula promoti accendantur: juvat postremo de hisce casibus omnibus audire contentionem magnam, quæ, exorta olim inter Philippum Regem Francorum & Comitem Flandrensem, quamve ita Musam adloquens effert ac concertantes istos introducit Guillermus Brito Armoricus *libr. 2. Philippidos*, apud P. Pithæum *in histor. Franc. pag. 243. 244* cum quibus verbis versibusque, velut in terminis confer laudatum antea Menochij *cons. 29. libr. 1.*

Nun-

Nunc memorare velis, Polymnia, Flandria quanto
Iam pubescentem motu irritaverit illum,
Qua virtute animi simul illi restiterit Rex,
Iuraq; restitui sua fecerit integra fisco:
Nec taceas quibus hæc causis, atque Anglia post hanc
Magnanimi offensam, meruere incurrere Regis.
Scis etenim, tibi non dedit hoc oblivio nomen.
Octavus decimus Regi virtutibus aucto,
Annus agebatur, sensuque vigebat & actu.
Flandrensis Comes interea vir magnus & acer
Consilio, generis illustris & nominis alti,
Qui regem puerum sacro de fonte levarat,
Vnde suum nomen, sicut mos exigit, illi
Indiderat, quo nunc insultat Francia victrix,
Plurima quæ regis debebant esse, tenebat.
Nam Desiderij mons, Roja, Nigella, Berona,
Cumque suburbanis urbs Ambia sub ditione
Ejus erant, & quod plus est, Viromannia tota:
Nullo jure, nisi quod Rex ad tempus habenda
Hæc eadem senior dederat Ludovicus eidem,
Et puer acta patris Rex confirmaverat illi
De facili. Quid enim non impetraret ab illo,
Cujus erat tutor, didascalus atq; patrinus?
Rex super hoc semel ac iterum convenit eundem,
Vt sibi restituat ea quæ spectare sciuntur
Ad fiscum proprie, nec regni jura minoret
Quæ debent magis augeri de jure per illum,
Qui datus est doctor illi, custosq; fidelis.
Et ne deterius ob idem contingere possit,
Flectere tentabat vivis Rationibus illum,
Vt quæ non sua sunt, sine vi, sine lite resignet;
Pacificisq; minas verbis regalibus addit;
Nam fore se nulli manifeste clamat amicum,
Quem re velle sua fiscum privare videret.
At Comes hæc contra dabat allegamina Regi:
Hoc mihi donabit genitor tuus, hoc meministi
Te mihi regali jam confirmasse sigillo.
His veris tutelis mihi jus acquiritur in re
Quam repetis regni; notis turbare quietem,
Ne fiant hostes tibi, qui parere tenentur;
Non decet ut tanti sit pactio frivola Regis,
Non decet ut Regis fiat irrevocabile verbum.
Esto quod nullum mihi jus sit rebus in istis,
(Vt loquar absque meæ præjudicio rationis)
Possideo tamen hæc per teque tuumque parentem,
Iusque mihi defendit in his possessio sola.
Nam possessorem compelli dicere, quo rem
Possideat titulo, nimis incivile videtur.
Nec tamen hæc nobis erat allegasse necesse,
Cum res à dominis licite data sit mihi veris:
Sic bona nempe fides, titulus sic justus ab omni
Excusat culpa nostri fundamina juris.
Nec tibi jus nescire licet, quo nemo sibi rem
Iuste collatam sine culpa amittere debet.
Sic allegabat pro se Comes; ocyus illi
Rex ita respondet: Paucis tibi sic quoque verbis
Moliar auxilio juris concludere multa.
Quod meus ad tempus genitor tibi cessit habendum
Perpetuare nequit præscriptio tam brevis, & quod
Hæc tibi me jactas jam confirmasse, vigorem
Quæ datur à puero possessio non habet ullum.

Hæc mihi sufficiunt; possum tamen addere pauca:
Quidam nuper erat, qui te censore paternum
Restitui sibi justitia mediante petebat.
Cui reus ajebat: Tibi competit actio? nulla
Erat in hoc casu; quia quam tibi nunc petis à me,
Res concessa mihi fuit à te, cum puer esses:
Nunc quia crevisti, repetis quæ sponte dedisti,
Quæ jam possedi te coram pluribus annis;
Absit ut effectus tam frivola verba sequatur.
*Te, Comes, Oblitum * mundi reor esse, quod illi*
Dixeris, aut tua quæ fuerit sententia, quando
Dixisti, primum donum nil juris habere.
Omnibus & primum hoc pariter dicentibus, & sic
Ille sua re, te censore potitus abivit;
Vis aliis aliud, aliud tibi dicere juris?
Absit; quam tuleris legem; patiaris oportet.
Desine plura loqui: qui si mihi prædia fisci
Reddere distuleris ultra, quid justa petenti
Vis cum jure queat Domino conferre, videbis.

* al. verbi

QVÆSTIO LI.

Quomodo molendina per alios Administratores valide alienari possint?

SUMMARIUM.

1. Rem acquirimus vel amittimus per nos aut per alios.
2. Ex horum numero sunt: Administratores, Curatores, Præfecti, Episcopi, Prælati, Officiales, Procuratores, Amptleute / Verwalter / Befelchhaber / & similes personæ tam seculares quam Ecclesiasticæ.
3. Administratores, Syndici, & Actores civitatum, stricte loquendo an & quomodo inter se discrepent? remissive.
4. Administrationis verbum num se ad tutelam vel curatelam quoq; extendat?
5. Universitas ratione beneficiorum in jure pupillis ac minoribus comparatur.
6. Ecclesia iisdem æquiparatur: & tamen in rerum ad illos pertinentium alienatione, magnam esse differentiam Menochius putat, cum n. 25.
7. Administratio non est eiusdem generis; juncto num. 10. & 11.
8. Administrandi potestatem maiorem Reges olim annuli traditione conferebant.
9. Principes tamen in eo casu caute agant.
10. Administrator quinam hic sit?
11. Priori & latiori intellectu, socius ac collega etiam venit.
12. Imo totum corpus, collegium, capitulum, tribus & universitas.
13. Rectores civitatum molendina publica, ex communi urbis ærario reficere solent ac debent.
14. Administrans quocunque modo alterius bona, rationem reddere tenetur.
15. Solvens tamen, de ipsius, & non de suis bonis id fecisse præsumitur.
16. Minores expensas ab eodem factas, hunc coniecturis ac præsumtionibus probare posse.
17. Pro operâ molituræ omnes cives, imo ipsi curatores & rectores civitatum, dependere aliquid debent; cum limitatione tamen relative adiecta, & casu fere simili de syndicis universitatum.
18. Statutum Bremense de emtione-venditione lapidum molarium, à solis Senatoribus vel ipsorum Administratoribus ineunda; deque reddendis rationibus ab iisdem: Item de alienatione molendinorum, à Principe vel Magistratu facta.
19. Ecclesia insuper molendina possidet, & ab iis decimas capit.
20. Prælatus an ea possit molendina Ecclesiæ alienare, quæ continuo periculo aquarum subiecta? cum num. 21. in princ.
21. Ecclesiæ patrimonium illæsum jugiter conservari debet.
22. Prælatus res ipsius recta cum solennitate non distrahens, dicitur periurus, aliasque ad pœnas sustinendas compellitur.
23. Indiculus autorum, qui fuse exhibent, an & quatenus bona ecclesiastica alienari queant?
24. Communis & generalis opinio vult: licitum esse modum, quem Ecclesiæ necessitas ac utilitas suadet aut requirit.
25. Puta, si ære alieno nimium oneretur.
26. Honestatem quidam addunt, ob multos captivos, aut propter benemeritos.
27. Num valeat, si res forte vilis & modica fuerit? cum num. 34.
28. Hominum opinione }
29. Accedente decreto } alienatio ejusmodi utilis censeatur? cum num. 31.
30. Et num in dubio }
32. Quid si personæ Ecclesiasticæ puta Ordo mendicantium, bona inmobilia possidere nequeant.

33 Fra-

33 Fratribus Prædicatoribus, denen Prediger-München / num & quatenus bona inmobilia legari possint?

34 Statutum prohibens, ne res in forensem alienando transferatur, an locum inveniat in domuncula seu casa? remissive cum num. 27.

1 ADQVIRITUR † nobis, & adquisitum transfertur, non solum per nos ipsos: sed etiam per alios, ut jam dixi, *arg. tot. tit. institut. per quas person. cuiq; acq. t. tit. per quas pers. nob. obl.*

2 Ex quorum † numero tam Secularium, quam Ecclesiasticorum sunt *e. g.* Curatores, Administratores, Præfecti, Episcopi, Gubernatores, Prælati, Officiales, Senatores, Socij, Procuratores rerum, & similes; quos Germani Verwalter / Amptleute / Befehlichhaber / Gevollmächtigte / Kirchgeschworne oder derselben Vorsteher / aut alio nomine vocitant, uti videre est apud Munnoz de Escobar *tract. de ratiocin. administra.* Jo. Althusium *in dicæolog.* Nicolaum Losæum *tract. de jure universitat.* Peregrin. Janninium *tr. de reali citat. lib. 3. c. 1. num. 2.* & Jac. Menoch. *cons. 39. libr. 1. juncto inf. num. 7. & 10. sup. q. 50. num. 27.* Quamvis

3 alias † Syndici, Actores & Administratores civitatum differant, ceu indicant P. Greg. Tholoz. *lib. 49. Syntag. ju. univ. c. 5. num. 1. 2. 3.* Wesenb. alijque commentatores *ad tit. Pandect. Quod cujusq; universit. nom. & tit. de administr. rer. ad civit. pertinent.*

4 Æque ac † administrationis verbum, se non extendere ad tutelam, voluit Jason *cons. 65. lib. 1.* cujus eleganter notata vocat Peckius *tract. de testam. conjug. lib. 5. c. 13. num. 2.* Qua de re tamen adhuc ambigo, ob textus in jure nostro exstantes, *supr. qu. 50. num. 4. Novel. 72. cap. 6.* Commune

5 etiam effatum eo inclinari: dum † Universitatem, cujus administratores recensui, pupillis ac minoribus conparari in legum beneficijs, præter cæteros testatur Menochius *consil. 80. num. 2. & 24. lib. 1.*

6 Licet † Ecclesia iisdem, conparetur, & tamen in alienatione rerum ad illos pertinentium, magna habeatur differentia, eodem autore *consil. 114. num. 28. lib. 2.*

7 Pariter ac † non ejusdem generis est administratio, quæ vel particulares personas aut res, vel universum regimen plene concernit quam † majorem potestatem admi-

8 nistrandi Reges olim alicui dantes, annulum suum signatorium, jhre Pittschafft / porrigebant; ut quidquid libuisset suo nomine is præscriberet, teste eodem Tholozano *lib. 6. syntag. cap. 14. num. 16. juncta mea quæst. 24. de investit. num. 6. 7. 8. 9.*

9 In quo tamen † casu Principes caute agant, ut alibi pluribus illud monitum politicum exornabo, & exemplo admonet *Est. cap. 3. & 8.* Rexque Francorum *supr. quæst. præced. 50. num. 41.*

10 Et sic † administratio pro varietate locorum, rerum, personarum, temporum, nominum, ac officiorum alia atque alia censetur. Nos vero generali significatione contenti hic administratorem pro cujusque rei aut negotij gestore usurpabimus, prout in jure & apud probatos quoque autores sæpius accipitur.

11 Quo sensu † vox ista conprehendit etiam socium, qui sui collegæ res dirigit ac gubernat; ut alibi & in terminis passim docui.

12 Imo † totum aliquod corpus, collegium, capitulum, tribum aut universitatem conplectitur, ut laudatus Losæus ad amussim docuit.

13 Hinc à me dictum † memini, Curatores sive Administratores rerum ad civitates pertinentium, molendina publica ex communi ærario urbis ædificare, ac sarta tecta conservare, *quæst. 7. num. 18.*

14 Adeo † utcumque administrans quomodo libet bona alterius, ejus rei gestæ ratio-

nem reddere teneatur, juxta Beroum *quæst.* 15. Cephalum *consil.* 39. *num.* 1.2. *cum seqq. libr.* 1. Rebuffum *ad l. boves. §. inter, edere D. de verb. signif.* Casp. Zieglerum *in conclus. ad aur. prax. Calvoli §. landsassij concl.* 15 *1. in limitat. num.* 35. *pag.* 197. Attamen † administrator solvens, non de suis bonis proprijs, sed de pecunia ejus, cujus bona administrat, soluisse præsumatur *arg. l. cum §.* 1. *ubi Dd. de administ. tut.* Cravet. *consil.* 129. *num.* 3. *libr.* 1. Mascard. *conclus.* 53. & 16 in † minimis expensis, de rigore reddendarum rationum ipsi aliquid remittatur; quas factas ab aliquo administratore posse probari conjecturis & præsumtionibus, cum difficile admodum sit, semper adhibere testes, concludunt Lapus *allegat.* 94. *num.* 4. Menochius *de præsum. quæst.* 58. *num.* 14.

17 Item † adserui, pro opera molituræ certum quid cives aut subditos debere expendere; usque adeo, ut nec ipsimet rectores vel curatores universitatis cum reliquis civibus hic sint immunes; sed ad paria judicentur, illudque præfati administratores in communem arcam referre, deque eo rationem pariter reddere debeant, *d. quæst.* 7. *nu.* 24. nisi forte ob graves causas uni alterive, privilegio aut statuto, immunis molitura concedatur; quem casum supra declaravi, *quæst.* 43. *numer.* 48. *q.* 46. *numer.* 8. *&* 9. Quomodo Franc. Ripa quærit *in d. l. quo minus num.* 136. *D. de flumin.* an consilium universitatis, seu Syndici mandato consilij possint obligare singulos ad molendum eorum blada seu frumenta in molendino domini? Pro decisione videnda esse jubet, quæ post Bartolum abunde scribsit *ad l.* 4. *§. actor. D. de re judi.* Ad hoc optime qua-18 drat, quod in † statutis Bremensibus, vulgo Stadtbock / *stat.* 72. *sive in ipsius emend. & nova ordinat. part.* 2. *tit.* 4. §. 3. de emtione-venditione lapidum molarium, per senatores vel administratores reipublicæ celebrata, tale, Saxonicis verbis expressum, ac singulare reperitur statutum: Nemand schal köpen edder verköpen in unser Stadt Mölensteine / sondern Rathmanne unnd de de Rahtmanne dartho settet hebben. We dat breckt / de schal geven den Rahtmannen 10. Marck / dartho de Mölensteine / de he gekofft edder verkofft hefft: unde de genen de van der Stadt Rahtmannen dartho werden gesettet / schölen alle Jahr den Rathmannen van den Mölensteinen Rekenschup dohn. Hoc est: Nemo in hac urbe vel civitate lapides molares emere aut vendere debet, præterquam Senatores & isti, quibus hi illud negotium demandarunt, ac concesserunt, Secus qui fecerit, Senatoribus det, damnasque esto 10. Marc. & insuper lapides istos, quos emit aut vendidit. Administratores etiam illi, quos Senatores ad hoc constituunt, singulis annis de lapidibus istis molaribus rationem reddere debent. De simili alienatione molendinorum, à Principe aut Magistratu facta inspersi quadam *sup. quæst.* 9. *num.* 65. 71. 73. 74. & ita rei Vindicationem non solum pro omnibus publicis, sed & privatis rebus conpetere indicat Rutg. Rulant *tract. de commission. part.* 3. *l.* 3. *cap.* 2. *inf. quæst.* 56. *num.* 11.

19 Deinde † Ecclesia etiam sæpe molendina possidet, quorum memini qvum alibi, tum nominatim ex Gregorio Thuronensi, *sup. q.* 1. *num.* 11. ab iisque hanc decimas colligere dixi passim *ex cap. pervenit, & c. pastoralis, de decim.* ac de † molendinorum 20 Ecclesiasticorum alienatione quædam inspersi *qu.* 30. *nu.* 21. *per tot.* ita ut Bertachinus in specie ponat nostra, Prælatum ista posse distrahere seu alienare, quia sint in

conti-

continuo periculo deluvionis aquarum, sicque non existant bona stabilia, sed quotidie propter aquas fiant deteriora: Idemque credit statuendum pari ratione de (Oedipo hic opus, veluti conquestus in simili fui *sup. de clus. q. 19. num. 3.*) sardenis malaranciorum provinciæ Marchiæ, quæ subjacent continuo periculo frigoris hyemalis, ac de facili siccantur, ut ait *in d. repert. verb. molendi. num. 38. adde quæst. præced. 50. num. 5. cum seqq.*

21 Ubi † exposui, non ita simpliciter hoc anterius esse intelligendum: maxime cum Ecclesia religionis ac fidei mater perpetua sit, ejusque patrimonium, jugiter servari debeat illæsum *l. 1. & tot. tit. C. de SS. Eccles. vide cap. ult. ext. de Eccles. ædif. cap. per tuas ext. de donat. Novel. 7. & 120.* ubi 22 Dd. insuperque † non modo inter minorum ac sacrarum rerum alienationem discrimen esse velit Menochius *sup. numer. 6. juncta quæst. 50. num. 5. cum seqq. d. quæst. 30. num. 20. & 21.* sed etiam Prælatus, res Ecclesiæ solenniter legitimeque non alienans, dicatur perjurus, ac alias pœnas incurrat; quas tradunt Rebuffus *in suo tract. alienat. rerum Ecclesi. num. 102. usq. ad 114.* novissime Nicol. Everhardus *consil. 74. ref.* Paulo Montano *d. tract. de tutel. cap. 33. nu.* 23 *68.* Quatenus † ergo res Ecclesiæ, & quibus in causis consequenter ipsius molendina, per Episcopum, Capitulum aut Prælatum alienari possint? Vide relatos à Paulo Fusco Ravellensi Episcopo *singul. 109. lit. A. pag. 13. & 14.* Johan. del Castillo *tract. de usufructu seu part. 1. controv. quotid. cap. 54.* qui Guilielmum Redoanum, alijs Redoandrum, citat *tractat. de reb. Eccles. non alienand.* M. Anton. Cuchum *libr. 2. instit. ju. canon. tit. 19. per tot.* Jac. Menochium *cons. 39. cons. 73. numer. 1, 2. 7. libr. 1. cons. 114. libr. 2.* Matthæ. Wesenbecium *cons. 8. part. 1.* Joach. Mynsingerum *cons. 30. dec. 3.* Hieron. Scurpffium *cent. 2. cons. 70.* obiter Cunrad. Rittershus. *in different. jur. civ. & can. lib. 7. cap. 14. juncta mea qu. 30. num. 21.*

Communiter † autem volunt, si alienatio ista necessaria & Ecclesiæ utilis fuerit; tunc licitam esse hanc dispositionem, prout præter laudatos innuit iterum Tholozanus *libr. 25. syntag. ju. univ. c. 8. n. 4. & 6.* puta † 25 num alienatio bonorum Ecclesiasticorum subsistat, quæ quidem sine solennitatibus debitis, sed tamen necessario & utiliter celebrata, quia ære alieno nimium gravabatur? Vide Modest: Pistoris *cons. 54. in 1. qu. Ar.* Pinellum *lib. 1. p. 3. nu. 31. C. de bon. mater.* & late hoc examinantem Mascard. *conclus. 75.* Præterea † honestum cum utili ac necessario requirunt nonnulli, voluntque Episcopum vel Prælatum ob captivos Christianos vel propter benemerita posse bona Ecclesiæ tam mobilia, quam inmobilia licite ad alios transferre; apud Jo. Garsiam à Saabedra *tract. de donat. remuner. nu. 14. 31. 32.* Aliud † addunt & excipiunt alij, apud eundem Peckium *d. tract. lib. 4. cap. 43. n. 1. & 3.* Ant. Corsum. sive Corsetum *in tract. de minimis c. 1. n. 7. juncto inf. n. 34.* quod Prælatus res Ecclesiæ alienare prohibitus non sit, quæ nullius aut modici, parui & exigui momenti reputantur. Sed quia ipsimet hoc postea restringunt, ac de molendinis, velut sumtuosis, pretiosis & maxime necessarijs ædificijs seu rebus id dici vix queat: idcirco pro ficulneo potius lavamine hoc habendum erit. Cæterum † alienatio talis 28 utilis esse dicitur, quæ hominum æstimatione & opinione utilis censetur, autore Menochio *d. cons. 114. n. 10. lib. 2. sup. q. 50. n. 9.* & quoque † alienandi forma observata, 29 decre-

(marginal numbers 24, 26, 27: handwritten)

decretoque superioris interposito, semper præsumitur alienatio facta in Ecclesiæ utilitatem, juxta eumdem *d. cons. 114 num.* 14. 30 & alias † in dubio eadem alienatio censetur pro illius utilitate facta, *d. ibid. num.* 13. si- 31 militer ac † pecuniam in Ecclesiæ vel civitatis utilitatem versam esse, conjecturis quomodo probetur? Idem Menochius exponit *de arbit. judd. qq. casu.* 432. *num.* 33. *usq. ad* 39. Pistor. *libr.* 1. *q.* 37. *num.* 38. *& seqq.* Quamquam de tribus istis casibus aliquot scrupulos moveat, quos evolue, Mynsinger. *d. cons.* 30. *num.* 11. 12. 13. 14. 16. 17. *juncta supr. q.* 50. *num.* 22. Adderem 32 denique ego † superioribus exceptionibus & sequentem, nisi forte certæ personæ aut constitutiones adessent, quibus rerum inmobilium possessio illis interdicitur, eamque retinere de jure nequeant; sed repudiare; vel etiamsi res ejusmodi titulo aliquo acceperint, iterum relinquere vel alienare cogantur; veluti indicavi *sup. quæst.* 8. *num.* 65. Adde Christoph. Besoldum *lib.* 1. *polit. c.* 3. *§.* 2. *numer.* 10. *pag. mihi* 109. 110. 111. Bert. d' Argentre *in com. ad consuet. Britan. tit.* 16. *art.* 346. *pag.* 1492. 1493. Herm. Latherum *tractat. de censu, spars.* aliudque exemplum de Monachis Ulmensibus ex Felice Fabro *libr.* 2. *histor. Suevor. cap.* 2. Sic de monachis & monialibus Ordinis mendicantium tradit Menochius: Alienationem bonorum religiosorum, qui non possunt inmobilia (ut sunt molendina) possidere, non requirere solennitatem aliquam, *cons.* 73. *num.* 12. 13. *&* 33 15. *libr.* 1. Atque eam ob causam † auguror Antonium Corsetum dicere: Quod Fratres Prædicatores, die Prediger-Münche/ licet sint mendicantes; tamen iis legari posse bona inmobilia, cum hoc, ut illa vendant, quia vivere volunt. Et id notandum ait pro statutis prohibentibus, rem non posse alienari in forensem, per ea quæ habet *in suis singul. tit. M. §. mendicantes m. p.* 175. Similiter huc † vicina respicit 34 quæstio: statutum prohibens alienare in forensem num ergo locum habeat in re parva seu exigua; puta in domicilio vel parva casa; Consule Ludovicum Romanum *singul.* 334. & confirma ipsius *singul.* 17. 97. 119. *juncto supr. num.* 27.

QVÆSTIO LII.

Qua ratione molendinum amittamus per modos necessarios vel involuntarios, rei videlicet ruina aut interitu, & quidem naturali?

SUMMARIUM.

1 Amissio est duplex.
2 Necessaria contingit ex interitu vario.
3 Interitus naturalis quid?
4 Per alias, & non modo nos, quomodo fiat?
5 Indiculus brevis autorum, qui de hisce casibus necessarijs, voluntarijs, aut fortuitis scribserunt.
6 Inundatione terræ num huius possessio aut dominium amittatur.
7 Jus columbaria & molendina habendi tribuit vetustas ac latifundium. Vbi etiam, quibus mediis ac signis eorum possessio conservetur seu retineatur, proponitur cum num. seq. 8. & 9.
8 Dirutis ex parte ædificiis, vestigiis tamen remanentibus, per ea possessio continuatur, cum num. 7. & 9.
9 Si totalis vero diruptio facta fuerit, quid statuendum.
10 Exemplo historico, in terminis de moletrinis per inundationem seu aquarum impetum sublatis hæc confirmantur ex Felice Fabro.
11 Aliud ex antiquitate eruitur, quod est copia diplomatis, quo per illustres quidam Comites molæ pneumaticæ, exstructionem tribuerunt vel ven-

vel vendiderunt & deſtructionis vel ruinæ caſum nominatim expreſſerunt.

12 Molendinum in loco antiquo repoſitum, non cenſetur idem cum priori.

13 Ædificium renovatum loco dirutiaut exuſti, num adhuc dicetur paternum?

14 Molendinum conducens num minorem vel nullam ſolvat penſionem, ſi illud per inundationem aut vi fluminis ſublatum fuerit?

15 Vtroque caſu quid de molendini augmento & decremento ſtatuendum?

16 Expenſas molendinarias ſolvens, num obligetur ad damnum ex inmod ca datum inundatione?

17 Molendino emphyteutico penitus demolito & poſtea reædificato an à domino queat hoc repeti?

18 Illud ab Eccleſia habens ſub annuo ſenſu, num ad refectionem & ſolutionem conpelli queat, ſi delabſum vel deſtructum fuerit. cum ſimili num. 19.

20 Molendini incenſum dati ſuperficie tota combuſta, an cenſuarius poſſeſſor aream cedendo, vel realis noxæ deditione libereiur? Vbi tria pro locatore adducuntur argumenta.

21 Conductor ſua regerit; cum Choppini admonitione num. 22.

23 Molendinum novum an in flumine quæat ædificari, in præjudicium deſtructi? remiſſ.

24 Molendinum deſtructum poſſitne poſt annum labſum refici ſeu reædificari, ſi aqua priorem curſum repetierit, ut alius etiam novam conſtruere valeat molam? Iterum ex Bertachino & alijs remiſſive, junctis num. ſeqq.

25 Molendino ſublato, locoque pro derelicto habito num amittatur jus præoccupationis, lata exſtat Ripæ tractatio cum num. ſeqq. usq; ad fi.

26 Dictionis alternativæ conditio qualisnam?

27 Jus præoccupationis num præſcribatur?

28 Vbi opus eſt facto, verba non ſufficiunt.

29 Ædificij ejusmodi deſtructio qualisnam eſſe debeat, totalis an partialis.

30 Qualiter probetur illud fuiſſe pro derelicto habitum?

1 AMiſſionem † conſtitui antea duplicem: Spontaneam & neceſſariam: deque illa hactenus quædam collegi. Ne-2 ceſſaria † & partim involuntaria, inſperata & accidentalis, ex interitu naturali vel civi-3 li, aut utroque vel alterutro. Naturalis † interitus aut amiſſio eſt, quando res per partes ſeu penitus deterior alienaq; ſit, & negotijs humanis eximitur vel perit, ac amiſſa forma talis eſſe deſinit per nos iterum aut per alios, tam licite quam interdum inlicite 4 & inopinato. Hoc modo † per chasma, incendium, bellum, tempeſtatem, deprædationem, furtum, inundationem: iſto, quando in urbe, vel extra eam opus exſtructum demolimur, reſtauramus aut mutamus, ob ruinam vel aliam neceſſariam cauſam; de quibus ſpeciebus nunc animus eſt nonnulla pertexere, præter uberiorem continuationem à me exhibitam † *in diſſert. de jure* 5 *burg. ſeu caſtr. th.* 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. & Jo. Gryphiand. ſuæ ſcenæ in ſerviente *d. tract. de Inſulis c. 29. per tot.* quem omnino adhibe cum Albaro Valaſ. *tract. de jure emphyt. q. 27. per tot.* Joh Lublero *tra. de Incend.* qui de ignis vehementia, impetu aquarum, caſibusque aliis fortuitis multa comportarunt; plura autem Sebaſt. Medices *tr. de caſib. fortuit.* Præter quos inter alia 6 † adcommode quærit Dn. Gryphiand. num per inundationem poſſeſſio vel dominium terræ inundatæ amittatur? *d. tract. de Inſulis c. 29. num. 69. usq; ad num.* 78. *Ripa inf. n. 28. q. 53. n. 9.* Quo pertinent, quæ in † ſimili, 7 de jure columbarij, **vom Taubenſchlag zu haben** pulchre ſubjicit Bertrand. d'Argentre *in comment. ad conſvetud. Britan. titul. des moulins, columbiers* 17. *art.* 368. *p.* 1523. illud nimirum duntaxat duo tribuere, vetuſtatem & latifundium. Vetuſtas namque in talibus vicem legis obtinet, ut & in moletrinis & furnis & talibus *ſup. q. 21. & 22. juncta l. 1. §. ſi tamen agri D. de aq. plu. arcend. l. fi. D. eod. tit. l. & hoc jure § duct9 aqua D. de aq. quotid. & æſt.* eamq; jure iſto Gallico-conſvetudinario probare annorum quadraginta labſum, hocque nullam rem præſcribtibilem effugere, indicat laudatus autor. Addit porro, Habuiſſe intelligi non tantum qui integrum habuit & volantes columbas, ſed & qui parietinas ſolas (**zwiſchen den Wänden im Gemach ſitzend / oder in den Taubenlöchern an der Wand oder**

Mawren/ und nicht alleine frey im absonderlichen Taubenhause) & superstantia rudera, & reliquias veteris materiæ habuit: sicut & in moletrinis quoque judicetur, ut & in patibulorum jure conservando. Per signa enim talia, aliono prohibente, restruere, retinetur juris possessio, perque signum servatur signatum *l. stigmata C. de fab. libr.* 11. Sunt namque ista actus permanentis, & ideo continui; sicut & in præminentijs (ceu adjicit) Ecclesia. judicare solemus per scamna, tumbas, armorum symbola; quæ cuique parieti adfixi vel adfixa diuturno tempore permansêre. Quæ cum adparent, instaurandi jus est, & cuique licet, tam possessionem conservare, quam possessorijs omnibus concludere retinendæ, recuperandæ, & talibus. Quare Doctores nostri consulunt, ut † dirutis ædificijs quammaxime pali ridicæ & vestigia conserventur; quia in talibus consistit conservaturq; possessio, quod Bartolus, Angelus, Imola, Cumanus, Castrensis censent *in l. ult. D. de usucap.* Baldus, Angelus, Florianus *in l. servitutes D. de servit.* Joh. Franc. à Ripa *in l. quo minus num.* 108. *D. de flumin. infr. nu.* 29. late Præpositus *ad §. si quis de manso, tit. de contr. invest.* Baldus *ad l. item lapilli quæst.* 5. *D. de rer. divis.* Jason *in l. quo minus* 2. *nu.* 97. *D. de flumin.* Cæpolla *cautel.* 235. *& c.* 20. *quæst.* 9. *tit. de servitut. aquædu.* apud Petr. Corn. Brederodium *tom.* 1. *cautel. lit. M. verb. molendinum pag.* 150. 151. ubi ex eo notanter indicat, quomodo molendino aquæ impetu destructo constare possit, quod non perdita sit ejus possessio? Curt. *sen. cons.* 70. *circa primum col.* 3. dicit similiter, quod per signa cavamenti retineatur quasi possessio aquæ ducendæ: pariter ac remanentibus reliquijs monasterij vel hospitalis non dicuntur amissa jura secundum Ripam *d. num.* 108. Bald. *in cap.* 1. *col.* 2. *de ele.* Cynum, Bartol. & Saisonem *inf. quæst.* 53. *num.* 11.

8

Nam † ex toto deletis fit interruptio naturalis & jus amittitur; quod sæpe accidit cum torrentes delevere moletrinas; idque cum accidit ante jus acquisitum & perfectam præscribtionem, ut interrupta denuo inchoanda est: post jus acquisitum, non tollitur ruina, nisi quis prohibuerit uti volentem, & is paruerit prohibitioni, de quo Alex. & Jason. *in l.* 1. *§. si ædificium D. de oper. nov. nunc.*

9

Quare manente signo nemo libertatem contra habentem præscribit, propter retentionem possessionis in signo permanenti, nisi prohibitio ista antecesserit: quia ex die prohibitionis libertatis possessio quæritur, quæ legitimo tempore continuata jus prohibendi quærit, *arg. l. hac autem jura D. de serv. urb. præd. confer. Argentræ. tit.* 14. *art.* 266. *& art.* 354. qui superius allegato loco adnectit & fatetur, hæc non usq; quaque recte in tribunalibus usurpari, etsi quotidiana sunt.

Hæc omnia † hactenus à me prolata vivo, vero & in terminis concepto exemplo ex historijs illustrabo, quæ inter alia de moletrinis quibusdam, in urbe Ulma impetu aquarum subversis loqvuntur. Felicis Fabri namque doctissimi olim Monachi relatio, proprijs verbis adornata talis est, dum in describtione patriæ suæ ita fatur: Magnam commoditatem simul cum decore civitatis recipit Ulma de aquis juxta eam confluentibus. Nam ab Ylaro recipit ligna, à Danubio diversa mercimonia desursum, singulariter tamen ferrum, per ipsum etiam remittit alijs gentibus sua. Blavius vero nihil navigijs inducit, nec abducit, sed per seipsum plurimam salutem civitati adfert.

10

Ideo non ab extra civitatem transit, sed contra eam currens ingreditur tanquam domesticus & potens civis, ipsam civitatem alluit, sordes abducit, farinam molit, viros omnes suis aquis alit, & nunquam ad momentum servitia sua intermittit, nec viam ac gurgitem alium facere poterit, nisi per mediam Ulmam. Non sic Danubius, qui (ut dicitur) à civitate averti poterit, licet multo labore. Quondam enim quidam Dux Bavarorum inimicus Ulmensium consiliabatur, quo in loco posset Ylarum per alium gurgitem avertere, ne Danubio jungeretur, sciens quod Danubius sine Ylaro inutilis Ulmensibus esset. Sed de Blavio avertendo consiliari non potest, cum sit impossibile fieri. Quamvis autem ipse Blavius, ut civis & amicus, semper adsit urbi, tamen ab ipsa sua genitrice nympha interdum importunius evomitur, & tunc intumescens quasi iratus, furens & sæviens contra civitatem non ut civis & domesticus, sed ut hostis terribilissimus irruit & turbulento fremitu rumpit & devastat quæ invenit, & omnia repente replet.

Unde A. D. 1461. in Quadragesima subito intumuit, & rapidissimo cursu contra civitatem in muros irruit, non contentus faucibus ipsos evertere conabatur & de facto invaldavit, & in civitatem veniens rotas omnium molendinarum destruxit & fullonum ac cerdonum ac aliorum circa aquas laborantium scamna & instrumenta dissolvit, & XVII. domos à fundamentis eruens, & omnes pontes quasi deprædator & effractor crudelissimus de civitate eduxit, spolia ditissima in lignis Bavaricis & Australibus adferens ex Ulma rapta; Unde in unius horæ spacio ultra X. millia florenorum nocumenta civitati intulit. Ex eo autem tempore ampliaverunt Ulmenses fauces fluminis, ut sic veniens non petat murum evertere. Sed & Hylarus quandoque de montanis quasi saltum capit & impetuosissime Danubio junctus muris insilit, rates dissolvit, pontes concutit & abducit, & civitatem turbatam reddit. Similiter & Danubius turbinibus auctus omnia quæ tangit, evertit, & novos gurgites per agros, hortos & prata scindens terram suffodit & recipit. Non autem simul & semel omnia tria flumina fremunt. Si enim simul omnia tria sævirent, non credo, posse civitatem Ulmensem manere. Propter ista flumina nullus Alemaniæ Princeps posset eam civitatem sufficienti vallatione obsidere suo exercitu: quia eam obsidens necesse est, ut tribus legionibus eam vallet, nec potest una legio ad aliam venire. Et si tempore obsidionis inundatio fieret, ipsam obsidionem solvere necesse foret. Hucusque & hisce verbis Faber *in histor. Suevor. libr. 2. cap. 1. pag. mihi 231. 232.*

Juvat aliud ex † antiquitate hujus rei documentum adferre; copiam scilicet diplomatis, quo in Germania perillustres ac generosissimi quidam Comites, molæ cujusdam pneumaticæ exstructionem concesserunt aut vendiderunt, ruinæque vel incendij aut interitus casum ibidem expresserunt, eumdemque in favorem Ecclesiæ N. reservarunt. Quia multos ante annos negotium hoc celebratum simplicioris sæculi ac linguæ Saxonicæ, aliarumque rerum indicium esse poterit. Fuit autem hujusmodi tenoris, quod ad manus meas pervenit:

„Wy N. und N. Gebröder / van Gades gnaden Grafen tho N. bekennen apenbahr in dissen Breffe vor alswehme / dat wy mit walberadenem Mode / geven willen und ganßer vollbodt aller vnser rechten Erven / und alle der gene de van rechte eine volbodt dar-„

„ darthogeven schölen: Hebben verkofft/ ver-
„ kopen/ und laten gegenwertigen in de wehre
„ in dissen Breve tho einen ewigen seden/ va-
„ sten Erven kope/ den framen knapen Bor-
„ ges Madingen/ und Hanneken Stroye/ de
„ nuh thor tiedt Rathlude sind S. Claws tho
„ N. und de nah ehr kamen mögen tho S.
„ Claws truwer hand/ den Wind de in der
„ Lucht weyet/ tho einer Wintmölen/ tho bu-
„ wende/ also vor twe tunne Heringes/ de uns
„ tho willen deger und alle wall bethalet sind/
„ so dat disse vorgedachte Rathlude/ de nuhn
„ sind und nah ehn kamen mögen/ schölen und
„ mögen tho N. buwen eine Wintmölen mit
„ ehrer thohöringe/ wendt en dat bequemest ist:
„ und offt dat düsse vorgesechte Wintmölen/
„ wen se gebuwet ist/ wedder in tho kamenden
„ tiden vorfell effte van Ungluks wegen ver-
„ brende/ effte vernichtiget wurde/ woh vaken
„ dat geschehe/ so mögen de vorbenömbten
„ Rathlude de Wintmöle wedder buwen und
„ timmern laten/ da se den Wind tho ewigen
„ tyden schölen beholden/ sondern unse effte un-
„ ser Erven övelmoth/ effte jemand van unsers
„ wegen/ und in alle disse vorgesechte stücke ste-
„ des und fast tho holdende/ sonder arglist. Des
„ tho thuge hebben wy N. und N. Grafen vor-
„ benompt vor uns und unse Erven unse In-
„ segell tho einer ewigen bewiessung willick ge-
„ hengen laten an dissen Breve/ nah Gades
„ gebort dusent verhundert soß und fofftig
„ Jahr am Tage Luciæ Virginis.

Sed ne diutius me in his detineam, præ-
12 stat † juridicas resumere conclusiones, quarum prima quorundam Dd. hæc sequens est: Quod molendinum repositum ac fabricatum in loco antiquo, ubi prius molendinum vi fluminis aut vetustate collabsum deperijt, non censeatur idem esse, quod prius, ex mente Menochij *consil 741. num. 11. per text. in l. fidejussor. la. 2. §. ult. D. de pignor. l. si à grege D. de leg. 1. l. peculium §. quadrigæ D. de leg. 2.* similia adduco *in dict. dissert. mea de jure burgor. sive castror.* & inspice Frano Pfeil *consil. 200. cent. 2.* Sic † ædi- 13 ficium renovatum loco diruti & exusti, quod amplius non dicatur paternum, notat Tiraquellus *tract. lignag. §. 32. gloss. un. num. 55.* licet dubitet *ibi in fin.* referendo tamen id expresse tenet *ad fin. titul. lignag. quæstio. 14. num. 73.* Contra, quod remaneat adhuc paternum, locoque ejus haberi debeat, volunt & urgent tradita per Cæpollam *tract. de servit. urb. præd. cap. 22. nu. 6.* Corneum *consil. 74. in princip. & cons. 191. num. 15. vol. 2.* quos refert & sequitur Carpanus *cap. 417. stat. Mediolan. numer. 62. 63.* Deinde † 14 propius ad contractuum genera deveniendo, ex aliorum sententia subjicio: si molendinum conductum inundatione vel impetu fluminis destructum fuerit, num remitti merces conductori debeat; etiam si is sciverit insuper fluminis impetum aut vitium? Adfirmant hoc Baldus *in l. licet. n. 4. C. locat.* Bartolus *in l. cum quidam §. ubicunq; n. 1. D. eod.* Menochius *cons. 671. n. 7.* Scraderus *ad tit. Instit. de rer. divis. §. 8. n. 12.* & Guil. Redoander *tract. de reb. Eccles. non alienand. quæst. 18. vers. multi casus num. 4.* Sed adsertio ista non ita simpliciter est intelligenda, ut docuerunt pluribus Nicol. Boerius *decis. 213. n. 10. in fin. & 16. al. 18. per tot.* Jason Maynus *in d. l. quominus 2. qu. 24. D. de flumin.* Sebast Medices *d. tract. de fortuit. casib. part. 2. quæst. 8. num. 6. 7. 8. 9. pag. mihi 351. 352. quæst. 10. num. 10.* quos inspice & Confer *supr. meam quæst. 30. 31. quæst. 31. num. 14. 19. 20. 21. 22. 23. q. 38. num. 25. 26. q. 48. nu. 29. 31. inf. hac q. 52. nu. 19.* ejusdem Scraderi *d. §. 8. n. 7. cum seqq.* Valasci *d. q. 27. per discurs.* ubi in fine † movet quæ- 15 stionem, si molendinum conductum fuerit

calu

casu fortuito perditum, aut in re tali magna subcreverit ubertas & commoditas, quid de augmento vel decremento pensionis sit statuendum? Quod non modo tango in locis à me jam allegatis, sed is quoque autor, & ab ipso citati copiosius exponunt.

16 Ego ad † reliqua pergo, & similia adpendo: Videlicet ad molendini expensas, si quis reficere tenebitur, non obligatur is ad damnum ex immodica datum inundatione, ut iterum voluit Seb. Medices *d. tract. part.* 1. *q.* 15. *numer.* 5. referens se ad Nattam *consil.* 256. *vol.* 2. *sup. quæst.* 40. *num.* 21.

17 Præterea † si molendinum habuero emphyteuticum, & illud in totum fuerit destructum, à me demum refectum, an possit dominus illud ut emphyteuticum repetere? quærit & respondet Jason *in d. l. quominus* 31. *col. vers. quid autem si habeo adde Boerij d. decis.* 213. *n.* 16. *al.* 18. Sed si † Ecclesia

18 concesserit alicui, quod in flumine (publico dicunt in priori specie & huc translata Bartolus & ad eum Albanus Cardinalis *in l. hoc jure § si aquam D. de acq. quotid. & æstiv.*) Ecclesiæ seu ad eam spectante quis ædificaret molendinum sub annuo censu, & postea mola sit destructa, num conductor istius molendini cogi queat ad reficiendum & solvendum censum? Idem dicebat & ponebat Jason. *d. lo. in* 30. *col. vers. quæro* 24. quem percurre. Quibuscum †

19 alij etiam consentiunt, dicentes verbaque solum variantes: Quod is, qui fruendum ad vitam molendinum sumserit hoc pacto, ut illud reficeret, si refectum bellica dein hostilique vi dirutum sit, non teneatur iterum reficere, juxta Baldum *in d. l. licet C. de locat. ex l. fideicommissa §. si quis ita D. de leg.* 3. Secus si conventum sit, ut post structuram refectionemque ipsius, possessor teneatur illud sartum tectum tueri, & pari statu restituere, *arg. l. inter Castellianum D. de recept. arbit.* Renat. Choppinus *ad leges Audium lib.* 3. *cap.* 3. *tit.* 1. *nu.* 20. *pag.* 496.

20 Verum enimvero † quidam frumentariam alicui molam perpetua mercede locavit: dehinc vi tempestatis eversum est molæ ædificium totum; quæstionis est, an reficiendæ molæ inpar colonus iste perpetuus, ei licite renunciet? Locator eam fundi cessionem respuit, refellitque trino argumento. Inprimis enim negat, cuiquam à perpetua fundi conductione, quam ipsemet contraxerit, recedere licere. Item (inquit) translato rei dominio ejus quoq; periculum in emtorem transferri, vel accipientem, nec danti inminere; ut Baldus perspicue sensit *in l.* 1. *C. de jure emphyteut. ex l. Lucius D. de evict. l. necessario D. de peric. & com. rei vend. l. si pecuniam §.* 1. *D. de condict. ob caus.* Unde si quis templo ædes munifice erogarit hac lege, ut templi sacerdos aleret donatorem, exustis ædibus, durat nihilominus donationi adjectū onus, Franc. Cremens. *in singul.* 1. Tertio conductori obponitur, sublato ædificio, aream, cui superpositum illud fuerit, manere obligatam: & collabsa superficie solum in eadem causa obligationis consistere, *l. qui res §. ult. D. de solut.* Inde solarium, quasi solo ipso contentum dicitur Ulpiano *in l. prætor ait §. si quis nemine prohibente D. ne quid in loco publ.* Confer Johan. del Castillo *tract. de usufructu cap.* 72.

21 Ad ea vero † respondet alter, obligatum quidem, spontanea prædij dimissione non liberari: sed de necessaria, & inopinato emergente, secus. Voluntarij enim actus prohibitio non trahitur ad necessarium, Ulpiani *l. si fidejussor §. si necessaria D. qui satisd. cog. l. alienationes D. famil. herc. l. Aristo D. de jure delib.* Atqui diruto molę ædi-

ficio, sequitur perpetuæ locationis resolutio necessaria. Nam quod de solario prædictum est, areamque, revulsa domo, in obligatione permanere, hoc intelligitur de ædificio, quod inseruit solo: uti ædificium solo cedit. Ast molæ diversa conditio est, in qua solum ædificio subseruit; Molæ nimirum operariæ, & continuo molendi exercitio.

Ac veluti pictura, quæ pretiosior esse solet, potior est tabula: cum plus sit in manus pretio, quam in re, §. *si quis in aliena* 35. *ubi Dd. Instit. de rer. divis. l. in rem actio vers. licet de pictura D. de rei vind. l. qua ratione §.2. D. de acq. rer. domin. l. mulieris* 13. *vers. res abesse* 1. *ubi Gedd. & ad l. seq.* 14. *num.* 12. 13. *de V. S.* ita molæ solum cedere videtur, Hinc etiam mola destructa, quasi re emphyteutica pereunte, intercidit emphteusis, nec qui illam susceperat, lege emphytentica inposterum tenetur *l.* 1. *Cod. de jur. emphyt.*

Alioquin plane iniqvum sit, nudi emphyteutæ dispendio rem totam perimi, non ejus, qui dominus soli directo remanserit, ut notatur *in d. l.* 1. Et ita fere hos duos concertantes introducit Renatus Choppinus *lib.* 3. *leg. Andegau. tit.* 4. *num.* 6. *pag.* 544. 22 † addit tamen & suadet; securius molæ possessorem sibi prospicere, si penes dominum pune dimittat aream, fundum ac solum totum, cum mola ipsa prius inædificata & instructa; ne quid supersit, quod locator cavilletur, atque ut omnimodo contractus resolvatur. Quo respicerem pariter censet, quæ de mola frumentaria attulit *libro primo leg. Andeg. cap.* 16. *art.* 2. & 3.

23 Cæterum † Bertachinus obiter quærit, brevibusque ad alios nos ablegat, tractantes illud dubium: An molendinum novum queat ædificari in flumine in præjudicium destructi, *in repert. verb. molendinum num.* 18. ubi innuit hoc ipsum tangere Bartolum *in l. fin. D. de usucap.* ibique Angelum, & Docto. *in d. l. quominus antepen. col. & vers.* 12.

Antea tamen idem † Bertachinus *nu.* 11. 24 quæsiverat: Molendinum à quodam prius ædificatum, & postea destructum possitne refici seu reponi post annum si aqua redierit ad pristinum cursum, ita ut alius de novo aliud molendinum valeat exstruere? Bartolum, inquit, more suo hoc iterum movere *in dict. leg. quominus* 2. *quæstio.* 15. (quod probat etiam Berous *consil.* 144. *num.* 40. & 100. *volum.* 3.) Sed videndum monet textum notabilem, ipsumque Bartolum & Angelum *in d. l. fin. D. de usucap.* Baldum *in rubric. D. de rer. divis.* Cæpollam *tract. de servitut. rustic. præd. tit. de aquæductu. qu.* 9. quem ibi ponere, ait, an & quando jus aquæductus perdatur, diruto ædificio in flumine: memini etiam me id alibi attegisse, & nonnulla de eodem habere Ludolphum Scraderum *in comment. ad titul. Instit. de rerum divis.* §. 10. *per discurs.* Wesenbecium *consil.* 34. & 67. *num.* 5. late Ripam *ad d. l. quo minus* 2. *num.* 96. *cum seqq. & num.* 110.

Sed ipsius traditis præmissis videtur mihi † hoc membrum exactius & prolixius cæ- 25 teris percolere, pauloque aliter proponere idem Joh. Franc. à Ripa. *in repet. d. l. quo minus* 2. *num.* 103. 104. 108. 109. *D. de flumin.* ubi investigat & concludit, quod sublato molendino, in publico nempe flumine posito, locoque pro derelicto habito, perdatur jus illud anterius præoccupationis & prælationis, *arg. d. l. fin. D. de usucap.* exponendo disjunctivam, Aut reliquerat, pro conjuncta; ut exponit ibi Glossa juxta *l. sæpe De V. S.* & hunc intellectum seqvuntur ibidem Dd. Ceu Imola eodem loco testatur.

ſtatur. Circa quam concluſionem Ripa ulterius tria inquit eſſe advertenda: An verum ſit, quod requirantur iſta duo copulative? Qualiter dicatur ſublatum molendinum? Qualiterque cognoſcatur, quod habitum ſit pro derelicto. Circa primum putat ſufficere alterutrum, quod vel ſit deſtructum, vel habitum pro derelicto. Movetur inprimis textu *d. l. fin.* qui loquitur 26 alternative: ad cujus † alternativæ dictionis veritatem ſufficiat, unam partem eſſe veram *l. in alternativis, de R. I. l. ille aut ille, de V. S.* nec disjuncta debeat reſolvi in conjunctam niſi urgeat nos aliqua neceſſitas, ut idem Ripa ſe late probaſſe ait *in cap. inter cæteras, de reſcrib.* Deinde movetur per textum *in l. quod in littore D. d. acquirend. rer. domini.* ubi dicitur, quod ſublato ædificio, locus publicus ſit fiatque perinde ac ſi nunquam in eo fuiſſet ædificium poſitum.

Adducit inſuper textum *ex l. in tantum D. d. t. de rer. diviſ.* ubi dicitur, quod diruto ædificio locus quaſi jure poſtliminij redeat in priſtinam cauſam. Nec iſta jura aliud exigere autumat, quam quod ceſſet ædificium, & ſic occupatio: non autem requirere, quod locus ſit habitus pro derelicto. Proinde adiicit; ſi incipis à derelicto ilico perditur jus præoccupationis, & alij conceditur etiam quod non ſit deſtructum *l. 1. D. pro derelict.* ſin vero inceperis à deſtructione, ſtatim redit in priſtinam cauſam; quocirca alterutrum ſufficere con-27 cludit. Ultimo colligit: Si jus † præoccupationis non præſcribitur (ut in anterioribus docuerat) ſequatur, quod ceſſante occupatione perdatur, *l. ſi quisquam D. de diverſ. & temp. præſcribt.* juxta communem intellectum Bartoli & aliorum. Et ſi dixeris, dato quod molendinum ſit deſtructum, non tamen conſtet, quod is qui prius occupaverat, deſierit habere animum continuandi occupationem; ſed oporteat ut deſierit reficere per annum vel per æſtatem. Reſpondet tunc idem Ripa, cum ſalvum ſit ipſi jus de novo præoccupandi, fruſtra te quærere ait, an deſierit animum habere occupandi, vel ne: unde inferatur, quod etiam poſt X. annorum labſum, poſtque deſtructionem poſſit iterum reparare, ſi alius non prævenerit, quia iſtud ſit facultatis, de qua alibi plenius egi. Quomodo conſuluit Baldus *conſil. 241. ad fin. libro ſecundo.* Infertur etiam ſi intra annum alius præoccupaverit, quod tunc refici amplius nequeat: ſequitur ſimiliter, quod facta proteſtatio (de qua Cæpolla & Brederodius *dd. ll. ſupr. num. 8.*) per priorem; ſe nimirum intendere locum non habere pro derelicto, ſed velle reficere, non conſervet jus præoccupationis: quia ex Ripæ ſententia requiritur factum id eſt nova præoccupatio *d. l. ſi quisquam.* & ubi † opus eſt facto, 28 verba non ſufficiunt *capite primo, De eo qui mit. in poſſ. cau. rei ſerv. l. ſervus qui heredi §. fin. D. de ſtatu lib. l. cum decem D. de ſalut.*

Idemque autor exiſtimat, conprobari hoc inſuper, eo, quod per inundationem (quamvis ea de re adhuc litigent *ſupr. n. 6.*) perdatur poſſeſſio, & alij occupandi concedatur, quod firmare ait Bartolum *in 10. quæſtio. d. l. quominus 2.* & ideo infert à fortiori, quod debeat perdi per totalem deſtructionem, abſque eo quod habeatur pro derelicto. Quæ opinio in puncto juris ipſi videtur verior, & pro ea parallelas ſubjungit concluſiones; de caſtro, ponte, monaſterio, ædificioque deſtructis *in repet. jam d. l. quo minus num. 105. 106. 107. 108. D. de flum.* Ubi tamen, retenta Bartoli ſententia, quam communem eſſe fatetur; de ſecun-

29 secundo quærit † Qualiter ergo ædificium debeat esse destructum? Bartolus quidem respondet, oportere ita esse dirutum, ut aqua receperit suum priorem cursum. Ripa autem hanc doctrinam non agnoscit veram. Fac enim destructam esse clusam duntaxat, reversamque aqu a n in consvetum pristinumque cursum, juxta textum *in leg. adeo. §. quod si post. D. de acquir. rer. domin.* dicesne amissum esse jus præoccupationis? Certe non: nam si ex ædificio molendini vel aliquibus præparatorijs acquiritur illud jus præventionis: ita à fortiori iterum arguit, quod remanentibus aliquibus reliquijs idem remanere ac retineri debeat, *arg. l. patre furioso. D. de his qui sunt sui vel al. ju. sup. num.* 7.8.9. Dicit igitur intrepide, non perdi jus præoccupationis, nisi ædificium sit funditus deletum. *d. l. fin. in verb. funditus. i. e. à fundamentis. c. quia sæpe, in fin. De elect. in 6. l. decernimus. C. de SS. Eccles.* & istud etiam probatur per textum *in d. l. quod in littore. verb. sublato, i. e. penitus remoto. l. is qui in puteum. §. 1. Digest. quod vi aut clam.* Unde remanentibus fundamentis vel aliquibus signis molendini, non diceretur amissum jus præoccupationis, quod firmavi *sup. d. num.* 7.8. & 9.

30 Qualiter autem † tertio probetur, quod sit habitum pro derelicto? Bartolus iterum respondet, si per annum vel proximam æstatem reficere desierit. Seqvuntur eum Angelus & alij *in d. l. fin.* docentes cautelam istam, supra ex Cæpolla & Brederodio adpositam, qua ratione non dicatur possessio derelicta: si nimirum fiat protestatio, quæ redigatur in publicum instrumentum, quod scilicet intendat contendatque tenere ac possidere, locum diruti ædificij & alveum fluminis; item quod hoc in signum retentionis possessionis agat vel faciat, in loco ædificij, unde in aliquibus partibus clausuræ plantari palos nonnullos, probari quod non habuerit locum pro derelicto. Ita præter laudatos censent & suadent Curtius senior *consil.* 26. *aliis* 70. Franc. Ripa *d. comment. num.* 109. qui cautelam & sequelam hanc veram judicat, non vi protestationis, sed adfixionis palorum, cum per illam inducatur nova præoccupatio, secundum Bartolum *in commentariis ad d. l. quominus* 2. *in quæst.* 5. Adhibe etiam, lector, Martini Nigrini *tract. de protestationibus* & mecum dirige gressum ad reliqua.

QVÆSTIO LIII.

DE

Molendinorum interitu civili, & quidem rei?

SUMMARIUM.

1 Destructio molendinaria vel est spontanea vel coacta.
2 Hæc ex delicto vel damno profluens.
3 Quid dicendum, si in fundo alieno fabricatum?
4 Si quis delictum perpetraverit, ob quod delinquentis domus prædium vel molendinum sit solo æquandum?
5 Castrorum destructio in tali casu quandoque similis existit, de qua remissive.
6 Consvetudo valet, ut ob enormia delicta personæ puniantur, & domus eorum aut devastentur, tollantur, aut fisco applicentur.
7 Ejusmodi demolitionis, aut confiscationis pœna, quibus in casibus ac causis sit irrogata? Iterum remissive, cum similibus.
8 Theodosius Imp. quandoq; Romæ pistrina sustulit, ac in ijs delinquentes severissime punivit.
9 Francisc. Ripæ decisio, num jus fato & non culpa amissum sit retribuendum?
10 Molendinum destructum, sed reficiendum, diu retinet sua jura.
11 Similis casus adjicitur.
12 Duo possidentes molam, quorum unus eam vult reparare, alter negotium hoc differre, quid consequantur?

Utrum-

1 UTrumque autem † scilicet molendinum destruimus sponte vel coacte; vi publicæ authoritatis: cognitæque causæ,
2 ex † delicto aut damno subortæ; ob quæ duo sententia concipitur, & hujusmodi necessitas inponitur damnato in pœnam & ad exemplum, vel ne diutius alteri sua structura illegitime alicubi posita officiat; veluti ex præcedentibus colligitur quæstionibus, & continuationem similem suppeditat Dn. Gryphiander *d. tract. de Insulis, capit. 29. num.* 106. *cum seqq.*

3 Quid si etiam † molendinum in solo fundove alieno exstructum fuerit? Amittitur sane illud, aut est removendum, ut dixi; *sup. quæst.* 18. *num.* 9. 10. 11. 12. de quali opere demoliendo, cum actionum ac remediorum legitimorum enumeratione, plenissime disserit Wesenbecius *consil.* 298. *per totum. part.* 6.

4 Quid si porro quis † delictum commiserit, ut judex eum pœnæ subjiciat, aut opus diruat? Cum enim alibi probaverim molendinum sæpe pro domo, & tam pro prædio urbano, quam rustico haberi: non frustra hic quæritur, an ideo posset æque mola dirui, ac domus propter quædam delicta in ea commissa? Atque non video, cur adfirmative respondere non debeam. Quo spe-
5 ctant, quæ de † tali deructione, in castris frequentata, congessi *inf. in mantis. cap.... th..... sive dissert. de jure burgor. th.* 65. 66. 67. 68. 69. adjunge Schrader *d. com. ad Instit. §.* 26. *num.* 32. *usq. ad num.* 57.

6 Quandoquidem namque † consvetudo valet, ut ob enormia quædam delicta, delinquentis bona devastentur, nominatim vero domus, in qua delictum seu crimen commissum est, vel confiscatur, aut diruatur, ac solo æquetur, ceu ex Alberico & Paride de Puteo retulit Julius Clarus *lib.* 5. *sentent. §. fin. quæst.* 82. *statuto* 8. *num.* 1. illud etiam in ædificijs moletrinarum, in quibus ejusmodi delicta forte sunt perpetrata, practicari posse, ut Dd. loqvuntur, non sine causa existimo, *sup. quæst.* 39. *num.* 20. Ut vero lectori manifestum fiat, quibus in casibus &
7 causis † ejusmodi pœna demolitionis aut confiscationis de jure inposita fuerit, adeat textum Esdræ *cap.* 6. *vers.* 11. Flavu. Josephum *lib.* 18. *antiq. Iudaic. cap.* 4. *cap. felicis. de pœn. in* 6. *l. ædificia.* 14. *C. de operib. publ. l. si is cum quo.* 20. *D. com. divid. juncta l. si ususfructus* 21. *D. quib. mod. ususfr. amit. l.* 8. *C. de pagan. l. ult. in fin. C. de aleator. l.* 1. *C. de eunuch. l.* 3. *C. de incest. nupt. l.* 2. *C. de sepul. viol. l.* 1. *C. de fal. mon. l.* 1. *Cod. ut nemo ad suum patron. libr.* 11. *l.* 1. *C. de desert. libr.* 12. *Novel.* 54. Rescribtum 7. Imp. Friderici II. *constit. pœnali Karuli V. art.* 115. Landtr. *lib.* 3. *art.* 1. *& art.* 68. Videat etiam Barth. Brixiensem *in quæst. dominical. qu.* 43. Pet. de Ubaldis *in tr. de duob. fratrib. part.* 8. *num.* 26. Alberic. de Rosate *in* 3. *parte statutor. qu.* 9. Landfranc. Balbum *decis.* 250. Cæpollam *cautel.* 148. *incip. Nota cautelam pro creditore.* Carol. Molinæum *in consvet. Paris. §.* 63. *num.* 6. Marc. Antonium Peregrinum *tract. de jure fisci.* & Sebast. Guazzinum *tract. de confiscat. bonor.* apud quos alias vicinas quæstiones inveniet discussas. Mihi satis est, eo saltem digitum intendisse, & obiter indicasse, quo loco expositum quis invenire queat, num tali modo & medio destructa molendina, castra & ædificia sua jura seu privilegia re-
8 tineant. Siquidem non modo † apud Eutropium & Socratem legimus, Theodosium Cæsarem pistrina Romæ publica certas ob causas è medio penitus sustulisse, ac mancipes in ijs degentes latrocinantesque

gravi supplicio adfecisse. *sup. qu. 44. nu. 28.* sed etiam † Jo. Fran. à Ripa *in repet. d. l. quo minus 2. num. 115. D. de flumin.* de alvei mutatione verba faciens, diserte quærit: Si jus aquæductus aut præoccupationis prælationisque facto amissum sit, & non culpa, ob quam aliàs mulcta vel pœna injungitur; num de æquitate sit concedenda restitutio? Et in adfirmativam principio inclinat sententiam, per textum *in l. 1. §. si quis autem. D. de itin. actu. priv.* per quem textum quoque idem adserere Bartolum *in d. l. quo minus 2.* adjicit. Sed mox regerit, quod loquatur de possessione amissa propter inundationem, quæ non mutet rei speciem, *l. adeo. §. aliud sane. D. de acqu. rer. domin. sup. qu. 52. num. 7. 28.* Mejerus *ad tit. D. de acq. rer. domin. th. 29. num. 7.* idem quod loquatur, cessante inundatione: se autem verba facere ait, de jure amisso interitu rei, quod nullo modo restitui potest. Magis ergo huc facere arbitratur textum *in l. servitutes. §. si sublatum. D. de serv. urban. præd.* cum similibus, quæ ibi adnectit, ubi vide.

10 Et quidem † veluti Dd. de pari castrorum destructione loqvuntur, an spe vel intentione refectionis diruta fuerint: ita etiam hic facere videntur. Hinc Baldus de alterius generis interitu, anteriori quæstione à me enucleato scribit: Molendinum destructum, ast reficiendum, conservare omnia jura sua, ac si esset jam constructum; licet labatur tempus longum, quod non reficiatur, quia ea quæ sunt facultatis, (quamvis hoc multas iterum patiatur explicationes) non præscribantur, *consil. 241. vers. sed dubitatur. lib. 2.*

11 Unde in specie † non multum absimili dicitur: Si quis flumen habet privatum, inque eo duo olim possedit molendina, quorum unum impetu aquæ est destructum, exstantibus adhuc quibusdam vestigijs, tunc licite rursus novum in veteri loco reædificare potest nec prohiberi, quasi per non-usum jus illud amiserit. Adeo ut ad mille etiamsi annos cessasset, tamen illud nil nocet cum signa adhuc quædam remanserint, & sic facultatem ducendi aquam semper retineat. *sup. qu. 52. num. 7. 8. 9. l. 1. De via publ.* Cynus *in l. cum notissimi. §. illud. C. de præscribt. 30. vel 40. annor.* Bartol. *in d. l. quo minus 2. D. de flum.* Joh. Saison *in consvet. Turonens. rubr. des droictz de basse justice art. 4.*

12 Quomodo † auctarij & coronidis loco libet repetere ζήτημα, quod supra à me plenius discussum est, & ita formatur: Pone, duo habent à quodam domino molendinum sub annuo tributo. Contingit illud dirui & instaurationem requirere. Alter vult reparare, alter verò differt. Bartolus putat, illud habere remedium, *l. si ut proponis. C. de ædif. priv.* Sequitur eum Saison *in d. art. 4.* Vide in simili Joh. Corasium *lib. 4. miscellan. cap. 19. nu. 5.* latissime Stracham *in tract. de navib. pag. 2. num. 8. juncta l. 40. de neg. gest. supr. quæst. 34. num. 34.*

QVÆSTIO LIV.
DE
Morte seu interitu personę domini, qui molendinum solus vel cum alijs possedit, aut heredes habuit?

SUMMARIUM.

1 Interitus tam rei, quàm personæ hic venit in consideratiomem.

2 Personæ

2 Personæ mors si naturalis vel civilis fuerit, quid fiat?
3 Interitus civilis rei & personæ quid? remissive.
4 Servitutum & ganerbinatuum exstinctio.
5 Civilis excusatio autoris, quod brevior hic sit, & ad finem properet.
6 Huc spectat tractatio, de utraque successione, deque amissione & alienatione spontanea ac invita.
7 Sub prohibitione legis & dispositione hominis ultima non continetur alienatio necessaria.
8 Alienandi potestas ad casum necessitatis restricta, non includit mortem.
9 Constitutio Gallica, de fructuum moletrinarum collatione, inter heredes demortui suscipienda.
10 Talis fructuum consideratio adtenditur in moletrina proxime adjacente, & ipso actu molente; item in aliis casibus, ibi enumeratis.
11 Molendino ad bladum, i. e. frumentum conbusto & refecto ab herede, an doarium seu dotalitium & hypobolon viduæ in ea remaneat?
12 Doarii curam ac impensam obtinere in molendinis, cum similibus de colono ac usufructuario.
13 Constitutio alia Gallo-Britannica ex Argentræo de molarum ac ædificiorum exstructione, quoad virum & uxorem, vel utriusque heredes.
14 At si accidat, ut vicini solum submergatur, & ædificans pretium obferat, nec is velit vendere, quid juris?
15 Quanto tempore quis perdat licentiam exstruendi molendina quoad heredes? Quem casum Schraderus dissoluit.

1 SEd tam † naturalis, quàm civilis interitus seu mors personæ, sæpe jus mutat, variat & aufert; ut molendina postmodum ad alios transferantur, cæterisque res adi-2 mantur: sin † naturalis fuerit & sine culpa eam quis sustinuerit, ad heredes devoluuntur; sin vero civilis & ob crimen irrogata vel persona viva damnata, fiscus seu respublica succedit, & reliqui amittunt ea bona, cum dominio & possessione.

Quod cum per se satis apertum sit, diutius in eo me non detineo, sed ad finem propero.

3 Non enim solum † civilis interitus tam rei, quàm personæ quid sit, prolixe cum antecedentibus exhibet Joh. Althusius *lib. 2. dicæolog. cap. 7. 8. 9. per tot.* & † servitutes 4 personales ac reales quomodo amittantur, docent Interpretes *ad tit. D. de serv. quem-ad. amitt.* item ganerbinatus seu condominia castrorum sive burgorum, mortuis dominis quâ ratione desinant, exposui *in dicta mea dissert. th. 58. 59. 60.*

Sed etiam † tractatio mea jam finem & 5 portum prope incipit adspicere: quare ut eum occupem, multæ obversantur causæ; ut colophonem opellæ tandem inponam, eædem me cogunt. Quas cum pro legitimis benevolum lectorem habiturum confidam: hac sua humanitate ad similia me provocabit, vel ut tempore alio graviora grandioraque in ipsius gratiam conportem. Principio † huc quoque accersenda 6 moneo, quæ de testamentaria ac legitima successione dixi *quæst. 26. & 27.* deque alienatione seu amissione voluntaria ac necessaria protuli *quæst. 49. num. 3. 4. quæst. 52. nu. 1. 2. 3. 4.* Quapropter nunc iis adiicio † 7 commune Dd. effatum: Neque sub prohibitione statuti vel legis, neque dispositione hominis alienationem necessariam contineri, sed voluntariam; ad quam quis non cogitur, sicuti ad priorem, qua de re lege Petrum Peckium *tract. de testam. conjug. lib. 2. cap. 18. num. 8. lib. 3. c. 15. nu. 2. lib. 4. cap. 9. num. 2.* post Romanum *consf. 107. circa id. & consil. 280.* Tiraquellum *de leg. connub. gl. 6. ad verb. de son mary. quæst. 22.* Veluti etiam † alienandi potestas ad casum ne- 8 cessitatis restricta, non porrigitur ad casum mortis (de qua nunc & hæredibus subsequuturis locuti sumus) ex mente ejusdem Peckij *lib. 1. cap. 29. num. 10.* post Curtium *consil. 25.* Decium *consil. 30. & 251.* adde Boerium *decis. 44. numer. 27.* Quibus prælibatis † sequitur constitutio quædam 9 Gallo-Britannica, estque hujusmodi: „Non tenetur primogenitus conferre in divisionem, quæ fit inter fratres & sorores, „fructus molendinorum, ni esset moletrina „

„ molens, ad quam jure districtus cogi vasalli „ possunt. Vide sis Bert. Argentræum *in comment. ad consvet. Britan. tit. 17. artic.* 347. 353. 539. 542. quibus in locis inter alia scribit, quæ retuli *sup. quæst. 39. num.* 13. hunc nempe articulum non seqvutum fuisse rationem civilem: æque ac ego difficilius credo; illum de habitu seu habilitate & 10 non potius de † ipso actu molente ac vicina moletrina exaudiendum esse, cujus rei casum ad finem habes, *sup. quæst. 16. num.* 31. & istam quoque rationem in fructuum collatione, moletrinarum æstimatione, inque collectarum tam ordinariarum, quàm extraordinariarum, e. g. Türckensteuer/ constitutione adhiberi posse, incidenter nunc inculco.

11 Cæterum magis † huc spectat & cognationem fovet cum *sup. quæst. 8. num. 63. 68. 73. 76. quæst. 49. num.* 32. quæstio sequens, & à prioribus dependens. Si nempe prædium quoddam mulier fruendum jure dotalitij acceperit, & in illo quædam mola frumentaria casu deusta fuerit, sed novam aliam restituerit defuncti successor; isthæc ne dotalitij lege denuo teneatur? In fructuariam urgent, quæ ait Ulpianus; si ædes ad aream redactæ sint, non modo usumfructum exstingui, verum etiam, si demolitis ædibus, testator alias novas instaurarit. *l. quidtamen. D. quib. mod. usufr. amitt.* cum Scævola *in l. tabernam. D. de inst. vel instr. leg. l. servitutes. §. si sublatum. D. de servit. urb. præd.* Nam rei mutatione interire & usumfructum, placet: veluti usufructus mihi ædium legatus est, ædes corruerunt, vel incensæ sunt, dubio procul tollitur usufructus. *leg. reperi. §. 1. Digest. quibus mod. usufr.*

Sed his nequidquam adversantibus, putat Renatus Choppinus *lib. 3. leg. Andegan. cap. 3. tit. 1. num. 20. pag. 496.* frumentariam molam, quæ refecta sit ab herede mariti, eadem usufructus viduæ causa continere Ulpiani. *leg. hactenus. Digest. de usufruct.* Quod & Antistius Labeo probat *in leg. si insula conbusta est.* (confer Gryphiandri tractatum *de Insul. cap....*) *deinde a debitore restituta. D. de pignoribus.* Nec enim solius molæ fructuria possessio data est, sed totius ditionis eorum finium. Unde fundi usufructu legato, si villa diruta sit, nihilo magis perimitur usufructus, quàm si arbores deciderint, Ulpiani ejusdem *l. fundi. & l. seq. D. quib. mod. usufruct. amitt.* Idem tenendum, si qui areæ usumfructum legaverat, insulam ibi ædificarit, quæ vivo eo collabsa, vel igne absumta sit; usumfructum quippe deberi, Africanus existimavit. *in leg. qui usumfructum. Digest. de usufr.*

His adplicatur Juliani distinctio *in l. quoties. §. ultim. Digest. dict. tit. de usufr.* quam pro varijs regionũ consvetudinibus Choppinus inducit *dicto loco.* Vide sis autem de tota hac controversia Johann. del Castillo Sotomayorem *tractatu de usufructu seu. part. 1. quotid. controvers. cap. septuagesimo secundo, per tot. juncto capite 33.* qui laudat Petrum Surdum *consilio 26. per totum. lib. 1.* & Cæphalum *consilio 20. lib. 1.* Nec ab his traditis longe recedunt Petrus Sanz Morquechus *tract. de divis. bonor. libr. 3. cap. 4. num. 11. 12. 13. 14. pag. 273.* Johannes Garsias Gallecus *tract. de expens. & meliorat. cap. 15. numero decimo octavo, per tot.*

Ac sane † doarij seu dotalitij curam in 13 molendinis habendam esse nominatim tradit Bertrandus iste d'Argentre *dict. comment. tit. 19. artic. 442. gloss. 4. & 5.* ubi inquit; in moletrinis torna & molentia dici ad impensas usufructuariorum pertinere, *junge supra quæst. 48. num. 37. in fin.* Priori

autem

autem loco mentem suam pluribus manifestat, dicendo: In molendinis hanc usufructuarij curam ac impensam esse, ut tecta sint & clausa tornatilia & volubilia recte habeant; eamque refectionem inter modicas impensas reponi, quæ ad colonum & usufructuarium pertinent. Sed & fulturæ & fulcrorum inpensæ eo numero haberi, subjicit, si forte ingruente vi aquarum subcurri potest, & omisisse, cum fieri potest, in culpa est: vel si cum aqua aggerem subrueret, non est obcursum incita terra, glarea, lapide & contemtu hiatus crevit; si ad subitam vim eluviei non omnia epistomia & valuas & cataractas aperuit; quo facto persæpe molendina periclitantur culpa molitorum. Inspice *supr. quæstionem* 40. *num.* 19. 20. Molam quidem vetustate exæsam, ex ipsius sententia non reponet, per *dict. leg. hactenus. Digest. de usufruct.* nisi quiddam de eo convenerit, ut solet in singulos pollices fractam incuria aut culpa reponet.

14 Ob materiæ cohærentiam placet † ex ejusdem autoris loco alio propinquam adducere consvetudinem, quæ ita conformata: *Vir nobilis ædificare potest in hæredio suo nobili maneria, moletrinas, stagna, & alia ejus generis ædificia, & illius uxor, aut uxoris hæredes, nihil in his juris habebunt, nisi quatenus uxoris dotalitium pretiosius factum est.* Argentræus *d. comment. ad consvet. Britan. tit.* 17. *art.* 374.

Ubi adponit hanc fere glossam, quam ego alibi fusissime declaravi: Hujus articuli intentio est, determinare jura ædificiorum inter virum & uxorem; & licet ea in provincia cuivis in solo nobili & in suo moletrinam ædificare, ita ne alteri noceat, aut quæ commodum alteri eripiat, aut alterius incommodo, qui anterius vel inferius habeat. Nihil enim horum licet posterius ædificanti; ut nec submergere proximos fundos, aut uligine subplere; & in solo ignobili, ex ipsius mente, ne nobili quidem licet, ignobili multo minime; quæ tractatio est Doctorum in sæpissime adducta *leg. quo minus* 2. *Digest. de flumin.* Nicolai Boerij *decision.* 125. *consilio* 24. Franc. Pfeil *consilio* 201. *centur.* 2.

15 Sed ibi quærendum † censet idem Argentræus *pag.* 1530. quid si accidat, ut vicini solum submergatur, & ædificans pretium obferat, nec is velit vendere? Hic tibi (inquit) quod fieri solet ratione, & æquitate utendum, ne pro modico magna ædificantis utilitas impediatur; veluti si quis molendinum centum annui reditus futurum ædificans prohibeatur, ab eo qui decem tantum annua non abfutura sunt, sed pretio aut fundo alio repensanda. Quis hic humanam vicini pervicaciam ferat, qui odio obsequitur, & suum servare potest magno alterius commodo, sub hypotheca moletrinæ, quæ exstruitur: quod sæpe JUDICATUM adfirmat, & expedire utilitatis causa magis quàm ex regulis & stricto jure; refertque non ita pridem repertum esse, qui maligno artificio coemeret prædiolum, ut esset prætextus intercedendi & nocendi vicino, cui cætera vicinus futurus non esset. De isto aliàs sæpe, & probat *l.* 1. *§. sunt autem qui putent. D. ne quid in flumin. publ.* Bartol. *ad dict. l. quo minus* 2. *quæstio.* 11. ibique Jason & Ripa *quæstio.* 39. Bart. iterum *in l.* 1. *§. sed si quis. D. de rivis.* Accursius sive Glossa *in l.* 2. *titul. eod.* Gui. Papa *decis.* 91. Nicol. Boerius *d. cons.* 24.

16 Denique † Ludolphus Schraderus in examine quæstionis, quanto tempore non-

utendo quis perdat licentiam exstruendi molendina in fundo proprio, (item aquæ ducendæ *supra quæstion. 52. numero 24.*) subjicit inter alias differentias, ut vocant, aliam & quidem de heredibus conclusionem, *in comment. ad tit. instit. de rer. divis.* §. 10. *num.* 14.15.16.

QVÆSTIO LV.

DE

Utriusque generis interitu, eodem aut diverso tempore contingente, cum totali, tum partiali: ubi de mutatione alvei & molæ, vel de ejusdem quoque demolitione agitur.

SUMMARIUM.

1 Continuatio ex rubrica & textu constat.
2 Exempla hujus totalis seu universalis ac partialis seu particularis mutationis, ubi invenienda?
3 Quo pertinet, si partes & instrumenta structuræ molendinariæ rumpantur; quod ex Matthæo Gurcensi illustratur, machinæ cujusdam onerariæ seu molendinariæ exemplo, in arce Salzburgensi.
4 Molendinum ex uno loco num liceat transferre in alium & quidem sine pœna? remissivè.
5 Molendinum ejus causa si mutatur, dicitur novum: & molendino mutato, num possit aqua duci ad locum, in quo mutatum est?
6 Locus servitutis semel electus non potest mutari.
7 Molendinorum varia genera, quæ omnia subjacent mutationibus.
8 An ex mola frumentaria fieri possit politoria? remissivè.
9 Molendinum proprie infert ædificium, ad macinandum destinatum; cum seq. num. 10. de mola fullonica.
10 Usus rei loquendi non mutat rei naturam & causam.
11 Autoris moderatio circa priores de molarum mutationibus adsertiones, cum num. 13.15.16.18.
12 Actores, Studiosi, alijque Reipubl. evidenter inservientes strepitu malleorum fabrilium non sunt molestandi; sed ejusmodi opifices alias ædes conducere tenentur.
14 Is qui emit à Communitate jus construendi molendinum diruptum propter aeris salubritatem; non potest construere aliud fullonicum, ob vicinorum evidens præjudicium.
16 Aulici concessionum principalium verba captant, & quomodo hi nuncupentur?
17 Ludovici Cresollij liber de Sophistis & alia scribta encomio extolluntur.
19 Frumenti nomen, quàm late pateat, & quænam comprehendat? cum num. seqq. usque ad nu. 24. ubi de blado, avena, hordeo, fœno, pane, leguminibus & farina.
25 Alvei mutatio sequitur; cujus ordinis ratio additur.
26 Alvei mutatio constituit dominij acquisitionem & amissionem.
27 Flumina tribus constant: alveo, aqua & ripis.
28 Alveus quid sit, & quænam nomina sortiatur? item unde dicatur? & cujus juris, publici an privati sit? num. 29. & 30.
31 Molendinum an propter alvei mutationem amittat sive perdat ius aquæductus? ex Bertachini, sed pleniori Ripæ declaratione; cum similibus illationibus, num. 32.33.34.35. usque ad 41. ubi vide.

RESTAT ut de † utriusque generis interitu sermonem nunc instituam, eodem aut diverso tempore contingente: tum de totali ac partiali destructione seu amissione; & ut simul hac occasione de molæ alveique mutione aliquid proferam. Exempla namque † hujus mutationis & totalis demolitionis aut perditionis sparsim à me adducta invenies. *sup. quæst. 52. num. 9. 11. 17. 20. 29. quæstio. 53. num. 6. 7. 8. 9. 11.* ex quibus colligitur ipsius cognatum, partialis destructio: pariter ac universalem & particularem constituit Dom. Gryphiander *d. tr. de Insulis. cap.... num.....* Ad quam † ultimam speciem pertinet quoque, si certæ moletrinarum partes aut instrumenta removeantur, rumpantur ac amittantur, ut nova refectione vel reparatione indigeant.

De

De ijs passim nonnulla adtuli, & adcumulo nunc, quod in describtione arcis Saltzburgensis, de machina quadam in hunc modum recenset Matthæus Cardinalis Gurcensis: Postea (inquiens) ad machinam onerariam, Molendinariamque visendam descendimus. Ea hujusmodi est; ligna quadrata æquali, ab angulis, latitudine connexa sunt, ad angulos (quatuor enim sunt) singuli alligantur equi, meditulliumque quod ad supremum attollitur, volvunt; cujus vertigine vicina etiam voluitur rota, funisque agglomeratur, qui ex præcipiti loco currus onerarios per semitam trabibus confectam, ad fastigium arcis trahunt. At si restis rumpitur, (contigit enim aliquando) tam præcipiti ruina onus retrocedit, ut nisi ad multam camporum planiciem resideat. Dum ergo commeatus in arcem per machinam trahuntur, Trabs, quod meditullium appellavi, rotas in tabulato volvit, quibus satis frumentorum molitur. Hæc ille *in hodæp. seu itinerar. lib. 2. in princ. pag. mihi. 340.*

4 Spartam † ergo meam ornans & scenæ præsenti inserviens, juridica tangam; quæ huc directe spectant. Ubi quæritur statim: Molendinum ex uno loco num liceat transferre in alium, sine pœna? Cujus dubij, quia autor mihi jam non ad manus, resolutionem pete ex Carocio *decision. 107. num. 20. & 21.* Similem quoad fluminis vel loci mutationes, molarumque translationes, casum invenies apud Ripam *in repet. d. l. quo minus numero 129. per tot. D. de flumin.*

5 Unde † molendinum, ejus causa quando mutatur, dicitur novum; & est opus nova etiam provisione, quia locus mutatur, juxta Baldum *in leg. jus civile. D. de just. & jur. alleg. l. si cui. Dig. de servit.* Pariter ac quæritur à Glossa *in leg. hoc jure. §. si aquam. D. de aq. quotid.* num molendino mutato possit aqua conduci ad locum, in quo mutatum est, referente Bertachino *in repertorio verb. molend. num. 36.* Et considera non modo haberi † moletrinas bannarias, sed 6 etiam illis competere aut inpositas esse varijs de causis servitutes, ut alibi plenius docui: proindeque locum servitutis semel electum, non posse mutari. *l. fin. D. de aq. plu. arcen. l. certo generi. §. 1. D. de servit. rust. præd.* Paulus Fuscus *singul. 34. lit. M. pagin. 256.*

Sed & quia † multivaria molarum genera 7 supra recensui; ut sunt molæ manuariæ, jumentariæ, ventosæ, aquaticæ, fullonicæ, serratoriæ, politoriæ, frumentariæ, & similes: idcirco de singularum mutationibus aut translationibus controversiæ quotidie suboriri adsolent. Quocirca si † per mo- 8 dos adquirendi molendinum conseqvutus fuero, sive id fiat per pactum, Privilegium, concessionem aut investituram, similique via, dubium relinquitur: An ex molendino frumenti possit licite fieri, illudque commutari in molendinum politorium? Movet hoc Schraderus *in synop. sua feud. part. 6. cap. 6. num. 115.*

Et sic † quamvis proprie (respectu for- 9 te originis, cum primum apud gentes ceperit mola frumentaria; necessitatis quoque seu usus & finis præcipui intuitu) molendinum inportet ædificium ad maçinandum frumentum; tamen ex † communi usu lo- 10 quendi (qui quandoque contra non tollit, variatq; rei naturam & causam; proindeq; distinguit Stephanus de Phedericis *tract. de interp. leg. part. 3. memb. 3. num. 63. pag. mihi 194. 195.*) posse inportare molam fullonū, ad pannos follandum, quidam volunt, secundum Ang. Aretinum *consil. 94. incip. in casu contingente. in fin.* ubi illum dice-

dicere usum probari debere, refert Dominus Tuschus Cardinalis *tom.5. practic. conclus. 303. num. 3. lit. M.*

11 Ego vero † hæc effata ita simpliciter admittere nequeo, sed multa concurrere aut plura consideranda esse, censeo; priusquam ad ejusmodi adsertiones deveniamus. Quis enim non distingueret, & diversum jus efficere arbitraretur, varia ista molendinorum genera: accedentibus eorum speciebus, quæ ad ripam vel in flumine publico privatoque, item remota ab hominibus extra urbem, aut in suburbijs sunt exstructa: deinde ratione rerum, quæ contunduntur ac efformantur, quales sunt ferrum, lapides, ligna, pulvis, &c. quæ molæ strepitum sonorum edunt, nec tam necessariæ in republica existunt vel utiles, ac sunt molæ frumentariæ.

12 Unde quis † ex identitate seu similitudine rationis, argumentum caperet, dum Interpretes nostri communibus votis statuunt: quod Doctores, alijque Reipublicæ suis officijs ac consilijs in causis gravissimis inservientes, non sunt molestandi vel turbandi per fabros ferrarios, similesque personas, magno strepitu labores absolventes ac opificia sua exercentes: sed recedere debeant, aliasque sedes in urbe sibi quærere teneantur. Imo sunt qui id de Studiosis etiam ac scholis exaudiant, & plures autoritates adducant; nempe Christoph. Cuppenerius *ad auth. habita, mihi pag. 69.* Nicol. Mozzius *tract. de contract. titul. de locat. cond. cap. quom. finiat. cont. loc. num. 14. mihi pagin. 432.* Joh. Corasius *ad l. dotis causa num. 19. & 20. D. solut. matrim. pag. 740. vol. 1. oper.* ac Jac. Menochius *de arb. jud. quæst. cas. 237. cent. 3.* qui tamen ita declarat, quando faber non prævenit, nec Doctor vel Scholaris alibi commode (quod Privilegium ijs dedit Fridericus II. Imper. apud Pet. de Vineis *lib. 3. epist. 11.*) habitare potest, vel nisi consvetudo sit in contrarium, Marc. Mantua *in suis apophtegm. numer. 22.*

13 Præterea † ex numero enumeratarum specierum, una mola majus præjudicium adfert, quàm altera: nec ejusdem artificij, laboris, pretij ac privilegij existit. Sic etiam in concessione facta videndum, an quis acceperit molam non ita pridem vel inferiori vel superiori loco exstructam, isque velit, (verbi gratia) ex mola frumentaria aliam talemque fabricare, qualem alter antea vel digniori jure aut loco habet; in cujus sane præjudicium an & quatenus hoc facere opus possit, alibi fusius declaravi. Item ratio personarum habenda esset, quæ molam dederunt, quam beneficiarius nunc mutare cupit: qvum si Princeps fuerit, ejus donationem vel conessionem benignius interpretandam, nec privilegium ad ipsius injuriam & incommodum (quod in ejusmodi molendinorum exstructione vel mutatione facile potest contingere,) retorquendum esse, æquitas svadet, & Dd. copiose examinant, *ad l. pen. D. de constit. princ.* Distinguenda venit pariter causa & titulus possidentis molendinum; num videlicet sit gratuita aut onerosa: sitque ex contractu bonæ fidei aut stricti-juris; quæ omnia discrimen inducere, certo certius est. Postremo tenorem concessionis ante omnia diligenter inspiciendum esse moneo, seu donationis aut emitionis à Principe factum datumque Instrumentum; alterius nempe Privati ratione.

14 Unde † aliam causam Dd. nonnulli comminiscuntur, videlicet quod is, qui emerit à communitate hoc est republica, civitate seu universitate jus construendi molendinum

num

rum diruptum & devastatum prius propter aeris salubritatem, non possit construere aliud cum fullone; si nimirum tale antea non fuit, propter præjudicium vicinorum ex strepitu, qui ex fullonica (adde politoriam seu acuminantem, terebratoriam & serratoriam) mola procedit, dicente eodem Angelo Aretino *d. consil. 94. incip. in casu contingente, num. 10. & seq. vers. secundo principaliter, & per tot.* referente Tuscho *d. tom. 5. pract. conclus. 304. num. 23. lit. M.* qui dicit eum pro utraque parte hanc tueri ac tenere, contrariaque tollere: cui adjungo Ludolphum Scraderum *comment. ad tit. Instit. de rer. divis.* §. 19. & 20.

15 Quæ † cautelæ recensitæ quam necessariæ sint vel inde patefit, quod etiamsi à Principe frumentariam & ita restrictam acceperis molam, vel exstruendi facultatem titulo lucrativo aut oneroso; nihilominus à malevolis ac aulæ soricibus lis excitari possit;

16 qui alias † concessionum verba captare solent, cujusmodi tamen Sophistas, qui id faciunt, calumniatores vocat Paulus *in l. pen. D. ad exhibend.* eosdemque homines Saturninos in Scholis dici ait Baldus *in l. 1. C. de SS. Eccles.* adhibe omnino doctissimi viri

17 † Ludovici Cresollij *theat. sophist. seu vet. orat. rhet. lib. 2. cap. 3. circa fin. cap. 4. per tot.* de quo autore; ipsiusque scribtis alijs (ad manus namque meas pervenerunt Vacationes Autumnales, seu de Oratore perfecto liber cultissimus) non dubitem nunc incidenter dicere, quod de Cypriano sanctissimus ornatissimusque Gregorius Nazianzenus; quem vocavit τὸ τῆς φύσεως ἄγαλμα, elaboratum naturæ opus, cui adcumulatam politioris literaturæ perfectionem nihil magnopere deesset.

18 Hoc, inquam, non adtendentes † litem nihilominus tibi movere possent, aut saltem ab incepto deterrere; si molam eo fine & beneficio à Principe consequutus fuisses, ut in ea frumentum pro familia tua, vel etiam vicinis desiderantibus conminueres. Nodum namque Gordium tibi mox objicerent, nempe non licere ex ea moletrina bannariam (id quod majoris efficaciæ aut coloris argumentum; uti & nominatim concessionis aut venditionis instrumentum procul dubio significabit, num pro te solum, & non in aliorum quoque civium subditorumque usum opus hoc exercere debeas) efficere; & adhuc nondum constare, quodnam proprie frumentum impune mola queas aut debeas confringere?

19 Frumenti namque nomen † late patet, ut innuit Bartolus *ad l. 1. §. de eo opere num. 1. D. de aq. pluv. arcend.* Confer Joh. Coras. *ad l. 2. §. deinde Cornelius num. 14. pag. 105. vol. 1. D. de orig. ju.* & discrepantes ea in definitione opiniones reperi; adjunctis limitationibus, quas mox addere animus est & quæ ad necessarium prioris objectionis ambiguæ sensum respiciunt.

Frumentum ergo dicitur, quod arista se tenet; ejusque adpellatione generali omnia ad victum necessaria conprehenduntur, si credimus Accursio seu ipsius Glossæ *in Rubric. C. de can. frum. urb. Rom. lib. 11.* Quod paulo generalius accepisse videtur per textum *in l. fin. D. ad L. Iul. de annon.* Imo leges per ipsum adductæ, contrarium potius inferunt. Quamobrem aliter aliiq; ex mente & verbis *l. frugem 77. D. de verb. signif.* dicunt, adpellatione frumenti ea omnia venire, quæ arista continentur, ut hordeum, triticum, avena, siligo & id genus alia. gloss. & Luc. de Penna *in l. 1. C. de cond. in pub. horre. facit l. non debere l. Luejus D. ad municip. l. 1. D. de munerib. l. 3. §. cura frumenti D. eod. tit. l. adeo §. cum quis, D. de acquir.*

rer. domin. Sic capitur *in Rubric. C. de frument. urb. Constant. & in rub. C. de frumen. Alexand. lib. 11.* Sicque large accipitur pro

20 † omni blado (quod etiam generale nomen esse, ac continere omnia quæ arista continentur, testantur Jason & alij *in l. triticum D. de verb. oblig.* præterquam legumina, *c. 3. ibi: de blado & universis leguminibus extr. de decim. ubi Panorm.* vide Cujac. *in l. 69. de V. O.* Gothofred. *ad d. l. frugem 77. de V. S.*) Getredigt/ ut loquitur iterum Glossa *in d. l. non debere* adeo ut sensu isto largo ea ipsa legumina conplectatur, alias secus, *argument. l. ult. §. fin. Cod. de servitut.* Item pro avena, *gloss. in dict. l. frugem 77.* quod Rebuffus

21 ibidem verum intelligit † de avena quæ seritur, non quæ per se subcrescit, ac sylvestris vocatur, wilder Haber. Sunt enim sylvestris avenæ genera, ut Bromos & Ægylops, de quibus Budæus *in l. ex conducto §. si vis tempestatis D. locat.* deque ea loquitur Jurisconsultus, *in l. si servus §. inquit lex D. ad L. aquil.*

22 Limitantur † nunc hæc I. quando frumentum & hordeum nominarentur, tunc enim hordeum non veniret adpellatione frumenti; cum expressum faciat silere tacitum *l. modios 9. Cod. de suscept. lib. 10.* ubi Johan. Platea *leg. 2. Cod. de can. frum. lib. 11.* vide Johan. Franc. à Ripa *tract. de peste cap. 5. de remed. ad conserv. ubert. num. 57. mihi pag. 191.* II. Frumenti adpellatione non venit fœnum *dict. l. 1. §. de eo opere D. de aquir. plu. arcen.* uti III. nec oriza, quia ea utimur non ad panes, sed ad pultes: pariter IV. nec panis sub frumenti genuino nomine intelligitur *l. 1.* ubi Bartol. *Cod. d. t. de frumen. urb. Constantinop. Ripa d. cap. 5. nu. 52.* ac ideo debitum in pane, non dari debet in frumento ut post Bart. *d. lo.* idem Rebuffus plene docuit *ad l. frugem 77.*

Proinde V. sub nomine frumenti regulariter ac vere non designantur, nec hodie ex communi usu loquendi continentur prædicta legumina; ut fabæ, pisæ, viceæ &c. *leg. qui penum §. sive autem, & §. fin. D. de penu. leg. 1.* Mela, *in fin. De aliment. leg.* Ripa *dict. cap. 5. num. 53.*

Atque eam ob causam triticum potius, milium, far ac hordeum conplectitur; ut ex Theophrasto etiam docuit Plinius *lib. 18. cap. 7.* & probavit nuper Vincentius Contarenus *lib. de frument. Roman. largit. cap. 1. pag. 18. 19.* addiditque veteres † scrib- 23 tores non raro Triticum significare farris nomine; poetas præsertim, quorum sunt illa servorum dimenso,

Quorum animas & farre suo custodit, & are.

& de libertis frumento dato,

——— Vt quisque Velina
Publius emeruit, scabrosum tesserula far
Possidet. ———

Quamquam illud prius de servis vix credam, ob testimonia autorum, quæ congessi *sup. quæst. 2. num. 23. quæst. 4. num. 17.*

Denique VI. dubitatur, num sub † fru- 24 menti adpellatione delitescat farina *supr. quæstio. 4. num....* Acriter namque certant adhuc Dd. an statutum, quod dicit non posse frumentum extrahi de civitate, farinam conprehendat? Negat illud Guid. de Suzar. *in l. si convenerit §. si quis caverit D. de pig. act.* quia digressio de materia in materiam, mutet formam rei & faciat aliam rem censeri. *argum. l. librorum §. chartis l. quæsitum §. illud, de leg. 3.* Bald. *in dict. §. si quis caverit.* Sed idem Baldus sibi contradicens *in l. non dubium Cod. de legib.* adfirmativæ adhæret opinioni, & putat quod non possit farina extrahi; quia legi fraus fieret de re ad rem, quod non licet, *per l. sed Julianus §.*

nus §. mutui D. ad SC. Macedon. l. quemadmodum, ibi: neque vero commento fraudis id uſurpet legis illuſor, Cod. de agrico. & cenſit. quod urget etiam Jaſon *in d. l. non dubium in 1. notab. Cod. de legib.* Rebuffus *in l. neminis 6. in fin. D. de verb. ſignif.* prolixe hoc de negotio Ripa *d. cap. 5. num. 43. usq; ad num. 57.*

Ut vero promiſſis ſtem meis, commode nunc ad porto, quæ de † Alvei mutatione ſelecta habui. Nec puto me juſtam ordinis ſeriem intervertiſſe hac tractatione, nec inconcinne adſuiſſe. Cohærentia namque vel inde patet: quod hactenus de dominij tam acquiſitione quam amiſſione prolixe per membra & exempla egerim. Jam vero Juſtus Mejerus *in colleg. Argentorat. tom. 2. ſeu libr. 41. pandect. titul. 1. th. 29. pagin.* 860. octavum † dominij acquirendi modum conſtituit Alvei mutationem. Alveo enim fluminis mutato ager ille, qui olim alvei fuit, illis qui prope ripam prædia poſſident, naturali jure acquiritur; cum ſimilibus declarationibus *in §. 23. Inſtitut. de rer. diviſio. l. 7. §. 5. l. 30. §. 1. D. de acquirend. rer. domin. l. 1. Cod. de alluv.* apud Bartolum *tractat. de alveo.* Georg. Obrechtum *diſputat. de dominio th. 164. cum ſeqq.* Bapt. Aymum *tractat. de alluvion. ſparſim.* Mejerum *d. th. 29. numer. 1. & 7.* ubi ſimile addit de alvei mutatione, facta inundatione uſusfructus impedimento, proprietatis amiſſione ac poſſeſſionis ablatione. Accedit quod ſupra de † fluminibus multa dixerim: Illa autem tribus conſtent, alveo, aqua & ripis, Gothofr. *ad princ. l. 1. D. de flumin. Ripa ad d. l. 2. numer. 113. eod. tit. infr. numer. 37.* deque his duabus egerim, ut non inconveniens ſit, peculiari loco ad molæ etiam alveique mutationem greſſum moliri.

25

26

27

Eſt itaque † alveus foſſa, per quam flumen delabitur; quam eum denotare eo loco ait Mejerus *d. th. 29. in princ.* illumque alveum Bartolus vocat ventrem fluminis, *in tractat. Tyberiad. part. 3. in princ.* qui ita aquam continet, ſicut ſtomachus vinum, dicente Baldo *in rubric. d. titul. D. de rer. diviſio. num. 27.* Quem quoque idem, & alij vulgariter Lectum fluminis nominant: quaſi in ipſo flumen cubet, Schneidew. *ad d. §. 23. Inſt. de R. D. num. 1.*

28

Vel ab † alluo forte alveus dictus, quod continuo alluatur à flumine. Totum ergo locum, qui inter ripas fluminis continetur, recte alveum dicemus; inquit Bapt. Aymus *dict. tract. de alluvion. l. 1. cap. 12. num. 1. & 2.* poſtquam dixerat: alveum ut publici, quandoque ut privati juris accipi: & ſi flumen extra ripas diffluat, inundationem eſſe non alveum; nonque aliter hunc dici vel adſumi in jure conſtanter idem adſeverat, poſt Beroum *l. qu. famil. quaſt. 94.*

29

Et ideo † alibi apud ipſum legitur: Quodcunque in alveo fluminis publici ædificavero, proprietate meum fit, quatenus meo prædio vicinius fuerit, & ſtructura iſta aquæ ſuperemineat, non vero ea adoperta deliteſcat; velut poſt Gloſſam, Bartolum, Caſtren. Roman. Imol. Socin. aliosque concludit & inducit Aymus *d. lib. 1. cap. 9. num. 4. & 5.* ubi vide.

30

His præmiſſis † materiam ipſam, quæ molendina concernit, excolere viſum oportune fuit. Ubi difficilima iſta quæſtio reſolutione adcurata eget: An molendinum propter alvei mutationem perdat jus aquæductus? Bertachinus *in dict. repert. verb. molend. num. 55.* ut alibi ſemper fere, ita & hîc nihil decidit; ſed more ſuo remittit ſe ad Bartolum *in dict. l. quominus 2. quaſt. 16. D. de flumin. & in dict. l. hoc jure 3. §. ſi*

31

aquam 2. D. de aqua quotid. & æstiv. Gulielm. de Cu. *in l. de quibus D. de legibus.* & Barthol. Cæpollam *tract. de servitut. rustic. præd. tit. de aquaduct. 7. quæstio.*

Verum ne ita jejuni discedamus, placent 32 † Joan. Franc. à Ripa traditiones ac distinctiones: & quia autor iste in omnium manibus non versatur, nec typis iterum exscribtus, & ex tenebris in lucem productus est; lectoris per humani gratia conpilabo ea, quæ memoriæ prodidit *in repet. ejusdem l. quominus num.* 110. *usq. ad num.* 118. Initio tamquam generale præmittit: Qualiter perdatur jus seu servitus aquæducendæ ex flumine privato? Bartolum ibidem respondere ait, quod amittatur per non-usum decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes; sicuti cæteræ servitutes perdantur, *l. pen. Cod. de servitut.* Ripa autem addit, quod amittatur etiam, si flumen privatum exaruerit: restituatur tamen reverso aquæ cursu ad suas venas *l. unus ex sociis §. fin. cum seq. D. de servit. rust. præd.* inspice Mejerum *d. th. 29. num. 5. & 6.* Item ammittatur confusione, *l. tria onera D. eod. tit.* & per alios modos, recensitos à Cæpolla, *d. tit. seu. cap. de aquaduct. quæst. 10.*

33 Alius † modus traditur ibi per eumdem Bartolum ac Ripam, in quæstione, Num mutatione alvei perdatur jus aquæducendæ ex flumine publico? Quam dependere ab intellectu inquit *d. l. hoc jure* 3. *§. si aquam 2. D. de aq. quotid. & æst.* & antequam ad ejus resolutionem deveniat, expedire 34 subnectit scire, quando † alveus dicatur mutatus? JCtus *in l. adeo §. si toto D. de acq. rer. domin.* tria dicit esse necessaria: primum, quod flumen dereliquerit naturalem alveum: secundum, quod dereliquerit eum in totum: tertium, quod alio loco flu-35 ere cæperit. Ex quibus † plura sequuntur nempe quod si flumen solitum sit reverti, non dicatur alveus mutatus. Exemplum ponit in flumine defluente per territorium civitatis Nurtiæ, quod turbido nuncupatur, & à mille annis solet septennio fluere, ac septennio iterum se occultare. In illo septennio occultationis non dicitur Alveus mutatus propter consvetudinem redeundi, secundum Bart *in d. tract. Tyberiad. part. 3. verb. relicto argum. l. naturalem §. pavonum D. d. t. de acquir. rer. domin.* junctis his quæ de flumine Sambhation tradidi, *sup. quæst. 44. num. 18.* Deinde, quod si circumfluere cæperit flumen, remanente aliqua parte agri, sive uno brachio in antiquo alveo, non dicitur alveus mutatus: quando nempe per plura loca fluit, & in quolibet retineat nomen istius fluminis, ut Ticinus prope Papiam & Padus Prope Ferrariam.

Ad quæsitum ergo istud † Bartolus re- 36 spondet, duas faciens conclusiones, quarum prima est: Quod mutatione alvei uno impetu facta, perdatur jus āquæductus ex flumine publico; quia mutato alveo censeatur aliud flumen *d. § si aquam 2. ibi: quia ei loco, id est novo alveo, servitus imposita non est*, secundum glossam ibid. & Bartol. *ad d. l. quominus.* At Ripa regerit, hanc interpretationem subsistere non posse; & ita potius intelligit illum textum, ut amittatur jus aquæducendæ, etiamsi fundus intermedius (inter fundum meum, per quem ducebam antea aquam ad molendinum & ipsum flumen) meus sit; quia ei fundo meo non fuerit inposita servitus, hoc est, quia non concessum à Principe, quod per illum fundum aquam ducere possim ex flumine navigabili; nec ego præoccupaverim jus aquæductus per eum fundum intelligendo textum de flumine non-navigabili. Ex

quo se inferre adstruit, quod multo magis jus illud perdatur, si fundus intermedius sit alienus; quia talis fundus impediat servitutem aquęductus *l. qui sella §. fin. D. de serv. rust. præd.* Et licet Dominus illius fundi intermedij consentiat per fundum suum aquā duci, non tamen amissum jus recuperari potest: quia Ripa autore, mihi non est concessum jus aquæductus à Principe.

37 Sed dubitari adhuc † idem subjungit: Quid si inter fundum servientem & novum alveum sit intermedius fundus meus, & ego jure novæ præoccupationis volo ex novo alveo aquam ducere per fundum meum intermedium, fundumque tuum servientem, ad meum molendinum, an possim? Bartolum ibidem velle, quod non, Ripa testatur: quia repentina alvei mutatione amissa sit servitus aquæducendæ; ac rationem rationis esse, quia non sit idem flumen, ex quo debes mihi illam servitutem. Ripa quidem initio addit, quod ratio ista non videatur vera, per textum *in d. l. adeo §. si toto, in ver. reversum.* Nam si diversum (inquit) flumen esset, non diceretur reversum *l. 1. & per tot. D. de cap. & postlim. rever.* Postea tamen defendendo dici posse ait, quod ibi ponatur flumen pro aqua, quæ est eadem, licet mutatus fuerit alveus; sicut vinum est idem, mutato dolio: flumen autem sit diversum, quia constat ex tribus istis, alveo ripis & aqua, ut post eum dixit Gothofredus *sup. num. 27.* Mutatis ergo ripis & alveo novum erit flumen, *argum. l. jus civile 6. ubi Dd. de just. & ju.* Sed vicissim monet considerandum, si eadem esset aqua quod non videatur exstincta servitus ejusdem aquæ-ducendæ; nisi dixeris, quod licet eadem sit aqua, non tamen reperiatur inposita servitus ducendi eam ex novo alveo. Stare igitur concludit adsertionem, quod subitanea alvei mutatione pendatur Privilegium ac servitus ista aquæductus, jusque præoccupationis & prælationis. Seqvuntur hoc dogma Baldus *in d. rubric. De rer. divis. colum. pen.* Cæpolla *d. titul. de aquæd. quæst. 10.* Alb. & Ang. *in d. §. si aquam 2.* inferentes, quod † mutatione alvei subito facta, 38 perdatur privilegium exigendi gabellas à navigantibus; quia sit diversum flumen. Sed quia fato amissum est jus, & non culpa: quæritur, an de æquitate sit concedenda restitutio? Qua de causa nonnulla reperies *sup. quæst. 53. num. 9.* At si † flumen fuerit 39 reversum ad priorem alveum, an tunc restitutio locum inveniat? Glossa *in d. §. si aquam 2.* respondet, quod sic; & quidem per illum textum, qui dicit servitutem mutatione loci interruptam, non autem amissam, *l. in tradendis verb. interpellari D. com. præd.* seqvuntur Alb. & Angel. *ibid.* Quod verum putat Cæpolla *alleg. tit. q. 7.* nisi tanto tempore durasset interrupta, quo cursum suum legitima præscribtio absolvisset. Sed Ripa adhuc adversus præscribtionem restitutionem putat esse tribuendam, *arg. l. si unus ex socijs §. fin. & l. seq. D. de serv. rust. præd.* & per ea quæ tradit Panormitanus ac alij *in cap. ex transmissa De præscribt.*

Ultimo † in hac parte talem format fir- 40 matque casum: Pone, quod ager meus fuerit in totum occupatus prima mutatione; num repentino impetu reverso flumine in antiqvum alveum derelictus, an mihi sit restituendus? Videtur quod non, sed eorum potius esse debeat, qui prope ripas possident *d. l. adeo §. quod si adeo D. de acq. rer. domin.* In contrarium vergit casus *in l. si ager 1. & l. seq. D. quib. mod. usufr. amitt.* per quæ jura ita Baldus determinat *in d. rub. de rer. divis. col. antepen.* Ripa etiam supplet, non obstare textum *in d. §. quasi.* quia

loquatur de jure stricto: contraria autem procedant de æquitate; proque eo bene facere existimat *l. ergo §. alluvio D. eod. tit. D. acq. rer. domin.* deque ejus distinctionis usu ac dignitate, cum frequenti utilitate & necessitate conjuncta, lege Mantuam *in pag. argument.* Steph. de Phedericis *tract. de interpretat. leg. passim.*

41 Altera † demum conclusio talis est, quæ sequitur primam, *sup. num. 36.* mutatione scilicet alvei paulatim facta id est per alluvionem non perditur jus aquæductus, nec præoccupationis, *d. §. si aquam 2.* ratio est, quia idem flumen remansit, nullusque fundus si supersit intermedius, qui servitutem istàm impediat *d. l. adeo §. insula.* Cum quibus duobus propositionibus, numeris hisce expositis, confer quæ copiose in similibus tradunt Aymus *d. tract. de alluvion.* Gryphiander *tract. de Insulis.* Obrechtus *d. th. 164. cum seqq.* Mejerus *d. th. 29.* & Henr. Bocerus *clas. 5. disp. 5. th. 9.*

QVÆSTIO LVI.

Quænam judicia, interdicta, mandata, remedia & actiones sint his de causis recensitis proditæ ac concessæ. De quibus hic primo in genere agitur.

SUMMARIUM.

1. Actiones & iuris remedia, velut tertium iuris ultimumque huius libri obiectum, tandem agmen claudunt.
2. Actionum necessitas paucis verbis exhibita.
3. Actiones cum suis formulis, quare tam multæ ac variæ, locus explicat Rolan. Rudolphini.
4. Duplex modus consequendi nostrum.
5. Actionum investigatio tam litigantes, quam advocatos & iudices afficit.
6. De iudice quidem informando, Vigelii & Stiatici adducitur iudicium.
7. Actiones sunt personales vel reales.
8. Reales unde nascantur, & in quo iudicio proponantur?
9. Monitum autoris, quomodo lectores ratione actionum in his quæstionibus suum officium absolvere debeant?
10. Actionum earumdem tractatio vel generalis est vel specialis.
11. Eædem actiones sunt ordinariæ aut extraordinariæ; tum diversæ ac variæ respectu originis. Species nonnullæ ex Rutg. Rolando adducuntur.
12. Per cognitionem generum & specierum instituta tractatio optima censetur.

TAndem † proveniunt, his de causis 1 omnibus ordine recensitis promulgatæ actiones, velut tertium juris nostri objectum; quod hac ultima vice ac loco declarandum restat, & pro subjectæ materiæ qualitate indagandum, quæ nempe mandata, judicia, remedia, decreta & interdicta pro negotijs hactenus enumeratis conpetant? Seqvutus cum aliorum exempla, tum vestigia parentis mei Anthonij Heringij *in tract. de fidejuss. cap. 25. & ult.* Cum enim † 2 nihil aut certe parum prosit, molendina jure nobis acquiri, nisi jus in effectum deducatur; ita ut id quod nobis debetur, reipsa consequamur, etiam ab invitis: ut propterea Jason dicat, nos legistas necesse habere, infirmitatem negotiorum Actionum remedijs curare, *ad tit. Instit. de action. in princ.* non erit hæc tam necessaria doctrina omittenda, aut leviter & superficiarie tangenda. Maxime hisce perditis temporibus ac moribus, quibus actiones crebrius instituuntur, & nunquam frequentius: adeo ut non modo veteres retinuerit, sed alias adhuc hominum versutia, cum certis diversisque formulis, cautelis ac sutelis invenerit; quæ varias ob causas singulis fere sæculis mutatæ, quas adfert & includit stylo paulo

3 paulo invenuſtiori † Rulandinus Rudolphinus *in proæm. Summæ ſuæ artis Notar. pag. 9.* interque illas peccatorum (ut loquitur) multiplicitatem recenſet. Nam ſi tu, pergit, dixiſſes olim: Promittis tu mihi centum? & ipſe reſpondebat Promitto; & interrogatus, quomodo ego ſum certus & ſecurus de iſta promiſſione? ipſe dicebat: In ſignum ſervandę fidei accipe iſtam palleam. & hoc apud antiquos firmum appellabatur. Sed hodie ſi tu dares unum currum pallearum, ipſe non obſervaret promiſſa: & contingit propter peccata. Quartam cauſam cenſet eſſe incognitam hominum infidelitatem. Nam olim (inquit) antiqui erant ſimplices & puri in omnibus ſuis moribus. Nam vivebant more Apoſtolorum: & paterfamilias comedebat cum tota familia in uno catino. Ibant etiam induti groſſo modo: ſed hodie homines ſunt ſagaces & ſubtiles: quia quo juniores, eo perſpicaciores. Ideo ubi majus verſatur periculum, quia homines ſunt hodie magis malitioſi, & citius denegarent promiſſa, aut contra jus fasque agerent: ideoque agendum eſt cautius, ut fiant pacta & obligationes diverſæ; & dentur actiones, quibus perſequimur, quod nobis debetur, aut de læſione in judicio querelam deponimus, judicique exponimus, ut pœnas ſumat de malignis. Hactenus ille.

4 Cæterum ut propius accedam, duobus † modis id, quod noſtrum eſt, conſequimur: per diſceptationem & vim, ſive lege ac manu; qua de re adpoſite quædam adtulit, huc referenda, civis & amicus meus Dn. Joh. Gryphiander *tr. de Inſulis cap. 30. per diſcurſ.* Ut quoque † actionum inveſtigatio-
5 nem tam ad partes litigantes & advocatos, quam ad judices commiſſarios pertinere, probat Henn. Hamelius *ad d. tit. Inſtit. de actio. in proæm. num. 1. & 2.* Rutg. Rulant *tr. de commiſſar. & commiſſion. part. 3. libr. 2. c. 1. numer. 1. 2. 3. 4. cum ſeqq. juncto c. 2. 3. 4.* Quoad † judices ſane veriſ- 6 ſimum eſt, quod dicit. Adſtipulatur vir doctiſſimus Nicolaus Vigelius, dum ita ſcribens conqueritur: Qvum inquirendo litium diuturnitatis cauſam, perluſtrarem fori conſvetudines, libroſque practicos, animadverti in libellorum formulis atque cautelis ſcribendis occupatus eſſe omnes, de judicandi formula ac ratione eſſe præſcribtum nihil. Adeo Advocatos & Procuratores inſtruunt omnes, & Judicem nemo: Hinc inter tot armatos ſedet Judex inermis, & nunc in hanc nunc in illam ab Advocatis rapitur ſententiam, incertus utri partium adhæreat: neſcit quando diſputationes in cauſa permittendæ ſint, quando contra ſint inhibendæ: Hinc ne neceſſarias inhibiat, nonneceſſarias permittit: & Advocatis in infinitum diſputandi licentiam concedit, non ſemel ſed ſæpius dilationes dat, easque vel ex læviſſima cauſa, ſed & (ut ſummatim dicam) inter Advocatos & Procuratores judex, tanquam aſinus inter ſimias. Quare omnes judiciorum reformationes ad litium diuturnitatem tollendam inutiles erunt, niſi prius reformabitur judex; nam languente capite cætera membra ſua officio recte fungi quî poſſunt? nonne totum corpus languere neceſſe eſt? Ita ille *in calce method. ju.* quod teſtimonium ac judicium urget etiam Alexander Stiaticus *in præf. ad lect. ſuar. obſervat. pract.*

Sufficiat iſta præmiſiſſe. In genere † A- 7 ctiones ſunt perſonales vel reales *l. 25. de obl. & act.* §. 1. *Inſt. eodem*, ex quibus licet illæ digniores, hæ tamen pleniores ac firmiores cenſentur, juxta Coraſ. Dec. & Gom. apud Gryphiand. *d. c. 30. nu. 18.* Naſcuntur † Perſonales ex contractu vel quaſi; Reales 8 vero

vero proponuntur in judicio vel petitoria vel possessorio, *gl. in l. momentanea C. qui legit. pers. stan.* cum similibus, quæ repete & adhibe ex eodem Gryph. *d. cap.* 30. *nu.* 26. *usq. ad* 31. *juncto num.* 36. & 37. Joh. Oldendorpio *in clas. actio.* Justo Mejero *in colleg. Argentorat. seu pandect. vol.* 2. *lib.* 43. *tit.* 1. Pet. Fridero Mindano *tr. de interdict. & mandat.* Hen. Hamelio *in repet. tit. Instit. de actio. c.* 3. 9 Neque † modo hac, sed ipsas quoque quæstiones supra deductas perlustra, autores ibi allegatos percurre, mecumque singula membra ad classes suas refer: nam diversa sæpe sub una tractatione delitescunt, alio simul spectantia. Pariter 10 † actionum harum tractatio generalis est, vel specialis: de illa, hoc loco paucula adduxisse sufficiat; de utraque sequentibus in quæstionibus plenius apertiusque agam. 11 Sunt deinde † eædem ordinariæ: item diversæ ac variæ secundum modos acquirendi, obligationes, contractus, damna & delicta; ut mox uberius percipiemus & quarundam formulas sumus posituri. Unde de rei vindicatione, pro omnibus rebus tam publicis quam privatis conpetente, agit Rutg. Rulant *tr. de commissar. part.* 3. *lib.* 3. *cap.* 2. in terminis de molendinorum remedijs & interrogatorijs, *d. p.* 3. *lib.* 3. *c.* 14. *part.* 4. *lib.* 2. *cap.* 13. de remedijs quæ circa generales acquirendi dominij modos versantur; *d. part.* 3. *lib.* 4. de remedijs contractuum, *d. p.* 3. *lib.* 15. ultimarum voluntatum *d. p.* 3. *libr.* 6. deque remediis seu juris beneficijs, res acquisitas firmantibus, 12 *d. part.* 3. *lib.* 7. In quo † ordine duces habeo, quos antea laudavi: & hanc docendi rationem, nemine prorsus refragante, optimam esse judicant omnes in legali scientia viri excellentes, qui per cognitionem generum ac specierum ad summa volarunt; sicut de Bartolo nominatim refert Jason *in l. quidam cum filium num.* 36. *D. de verb. oblig.* & ex eo Hamelius *d. proœm. num.* 4.

QUÆSTIO LVII.

Secundo, in specie de remedijs tam ordinarijs quam extraordinarijs, juxta personarum rerumq; discrimina, & modos acquirendi multivarios?

SUMMARIUM.

1 Remedia in hac materia vel ordinaria sunt vel extraordinaria.

2 Extraordinariæ pœnæ, cognitiones, iudicia & actiones in iure dicuntur.

3 Remedia iuris quænam habeant Molitores, qui ad collegiorum ac societatem consortium non admittuntur? Ubi simul remissive de Monetarum remediis ac interrogatoriis articulis: item de Molitorum immunitatibus.

4 De regaliorum, iurisdictionum, feudorum, auri argentique fodinarum & fluminum tam remediis quam interrogatoriis, remissive ex Rulando.

5 Agere an, & quomodo queamus contra helluones ac luxuriosos?

6 Traditiones pacta & concessiones, an & quomodo actiones pariant? cum num. 7. 8. 9.

7 Promissio facta ab aliquo, quod pro altero & ipsius familia coquere panes, vel frumentum molere velit, num sit servitus vel obligatio personalis? & Cæpolla.

8 Mandata Cameræ Imperialis cum & sine clausula de non vastandis sylvis.

9 Actiones quænam ex isto pacto conpetant, quod quis non possit vel velit in suo molam fabricare.

10 De præscribtionum remediis & interrogatoriis.

11 Agere num quis possit ad destructionem molendini post decennium? remissive.

12 In loco aliquo pluribus annis molam habens, an ius tale videtur præscribsisse, ut alterum ædificatorem repellere, vel agentem actione Negatoria superare valeat?

13 De consvetudine similia dicta esse, cum num. seq.

14 De

14 De officio Iudicis quinam Dd. scribserint.

15 Remedia in jure collectandi contra subditos & pro extraneis turbatis, item adversus alios, bona collectis subjacentia non profitentes.

16 De privilegiorum remediis, cum num. 18. tum de officio Iudicis, respectu deß Schutz- und Schirmbrieffes/ num. 17.

18 Potentiores quo prætextu res suas gerant & quando pacta conventa servent?

19 Actiones, interdicta & judicia ratione investituræ seu rerum feudalium & Ecclesiasticarum competentia, cum num. 20.

21 Remedia statutorum quænam?

22 Remedia successionis tam testamentariæ, quam legitimæ; ubi nonnulla rariora de legatis & legatariorum actionibus, num. 23. 24. 25. 31.

23 Officium judicis diversum est ab actione.

26 In jure Saxonico quænam remedia sint prodita, pro consequenda Gerada, Erbgeld/ Heergewette/ & Mußtheil? num. 27. 28. 29. 30. 31.

32 De operis ac servitijs nonnulla; & quænam utrisque tam dominis, quam subditis beneficia sint aperta? cum num. 33. 34.

33 Rustici nostri an cum libertis vel servis majorum quandoque sint conparandi?

35 Obpignerationes & hypothecæ actiones quoque procudunt.

36 Libellarius contractus etiam per ejusmodi juris remedia custodiendus.

37 Emtio-venditio similiter actiones pariunt, in annuis reditibus num. 38. rebus feudalibus nu. 39. bonis minorum seu pupillorum num. 40. ad rempublicam num. 41. vel Ecclesiam pertinentibus num. 42. (ubi de pacto revenditio & retractus) item à Iudæis num. 43. aut socio possessis num. 44.

45 Locator & conductor quibus actionibus & remediis suam petitionem adsequantur?

46 Emphyteuticus contractus etiam non excludendus, de cujus actionibus late. (actiones.

47 Pro censu exigendo instituendæ pariter certæ

48 Quid de superficiario contractu dicendum?

49 De societate & bonorum communione prodita etiam remedia.

50 Donationum remedia & interrogatoria Rulandus exhibet, cum aliis.

51 Precarium similiter quid actione inferat?

52 Pro variorum prædiorum (rusticorum & urbanorum) servitutibus tam realibus, quam personalibus, actiones & remedia conpetunt.

53 Magistros molendinorum constituere, ad officium Iudicis, ut & adfinia pertinent.

54 Contra Papam, potestate sua abutentem, quid suscipiendum?

55 Ratione mercedis & macinæ denique molitoriæ quid agendum? brevissime adnectitur.

1 SEcundo † in specie explicandum, quænam juris remedia in hac molendinaria materia, tam ordinaria quam extraordinaria, juxtaque personarum, obligationum, contractuum ac modorum acquirendi discrimina conpetant? De quibus prout cujusque problematis series se obfert, nonnulla adferam: pari forma ac dicuntur in jure nostro † extraordinariæ pœnæ, cognitiones, judicia, actiones, apud Joh. Giltermannum *tract. de interdict. & extraord. act.* 2

QUÆSTIO 1. & 41.

Ubi † luculenter exposui & pluribus demonstravi, quibus modis, mediis ac remedijs sit consulendum Molitoribus, si opifices illos suscipere aut in opificum ordinem & tribum recipere noluerint: actionum quoque nomina, formulas & supplicationis obferendæ contenta ibidem exhibui. Memini etiam monetariorum; Monetarum vero de remediis lege Rutg. Rulant. *tract. de commission. part. 3. lib. 3. cap. 9. part. 4. lib. 2. capit. 7.* Adfinibus remediis quis agere posset, qui alias immunitatibus gaudens, oneribus ac simili gravamine vexaretur, *quæst.* 41. 3

QUÆSTIO 9.

Cæteræ † quæstiones intermediæ qvum non contineant, quæ directo actiones pariant, nisi quatenus negotiis reliquis ea adplicentur; idcirco, nonam tango, de regalibus sive regaliis agens: de quorum regaliorum remediis vide eumdem Rulandum *d. lib. 3. cap. 5. juncta part. 4. lib. 2. c. 1. num. 3. in terminis vers. si in aquis, & cap. 2. cum 3.* ubi etiam quædam de Interrogatoriis formandis habet. Alia de jurisdictionum *d. p. 3. lib. 3. cap. 18. part. 4. lib. 2. c.* 16. feudorum *d. l. 2. cap. 17. juncta pag. 3. l. 3. c. 19.* auri & argentifodinarum, *d. p. 4. l. 2. c. 3. nu. 31.* fluminum item remediis & interrogatoriis, von Staffel-Gerechtigkeit/ Krieges und Orloch-Schiffen/ *d. p. 3. lib. 3. cap. 12. num. 6. juncta par. 4. lib. 2. c. 10. nu. 5.* (ubi causæ Oldenburgicæ ac Bremensis obiter mentionem 4

 injicit)

injicit) de quibus sparsim adduxi nonnulla *d. quæst. mea 9. num. 57. 58. 59. 64. juncto numer. 76.*

QVÆSTIO 12.

5 Non tantum † huc spectant, quæ de ingurgitationibus inmodicis, continuisque helluationibus, legibus cibarijs coercendis, deque pœnis à magistratu ex lege irrogandis, adferunt autores allegati *ead. q. 11. num. 87. cum 6. seqq.* Herm. Laterus *tract. de censu lib. 1. c. 10. & lib. 2. c. 3.* Sed etiam legibus vestiarijs luxum subditorum quomodo magistratus ex officio debeat refrænare, & officiarij inferiores apud superiores vi harum legum adcusare monstrat idẽ *d. lib. 1. cap. 9. lib. 2. cap. 2.* Thomas Lansius *in orat. 1. pro German. pag. mihi 14. & 15.* Mich. Biccartus *dec. 14. observ. histor. polit. capit. 1. & 8.* Nicol. Bellus, Georgij Schönborneri aliorumque exscribtor, *in epimet. aphoris. polit. sive lib. 2. rer. polit. seu de statu civili discur. 5. & 27. juncta mea qu. 12. per tot.*

QVÆSTIO 20.

6 In qua de † traditionibus, pactis & concessionibus quædam habemus, *juncta quæst. 11. num. 40. 41. 42. 44. 47. 115. 116. 118. 127. 130.* & hisce modis rerum dominia transferri, probe novimus. Nec fugit civilis prudentiæ candidatos, quam mire varient Interpretes, in pactis nudis & vestitis decernendis, quæque & num ACTIONES pariant, cum similibus. Sed lites has meas jam non facio, nec diutius detineo: benevolum lectorem ad limpidissimos juris fontes, & præcipuos autores remittens. Præter quos de pactorum REMEDIIS & interrogatorijs conficiendis, adhibe Rulandum *d. part. 3. lib. 7. cap. 1. 2 3. part. 4. lib. 6. cap. 2.* Sic ratione transactionis quæstio movetur à Francisco Ripa, quæ magistratus jura & coactiones concernit, *supra quæstione quadragesima sexta, num. 12.*

Reliqua ex ipsa quæstione nostra sunt inducenda, in qua dubium inter cætera excitatum fuit, de promissione qui spopondit † se alicui aut ejus familiæ velle panes coquere aut frumenta molere: num sit servitus vel obligatio personalis, decidit Cæpolla *de servitut. lib. 1. capite quinquagesimo, numero tertio.* quo scilicet sciam, an ex Pacto, Stipulatione, Contractu, vel literaria Obligatione agere, vel OFFICIUM JUDICIS invocare debeam, *h. quæstion. 20. num. 15. usq; ad 16. juncto numero 21.* cum quo conveniunt, quæ idem Rulandus adducit pro † Mandatis aliquando cum, aliquando sine clausula emissis, de non vastandis sylvis, *d. part. tertia, libro tertio, capite quarto, numero decimo tertio.* ubi quædam præjudicia Cameralia habet, & de familia aucta verba facit; inque tali causa quatuor formas supplicationum habere meminit Adrianum Gylmannum *in symphoremat. tomo secundo, part. 3. tit. 12. supplicat. 6. & seq.* 7 8

Postremo ex Ludolpho Schradero repete † quænam ACTIONES ex isto pacto conpetant, quod quis non possit aut velit in fundo suo aut flumine molam fabricare? *in comment. ad tit. Instit. de rerum divisio. §. 20. num. 6.* 9

QUÆSTIO 21.

10 In genere & specie de † Præscribtionum seu longarum usucapionum remedijs, deque interrogatorijs aliquot formandis, nonnulla attulit Rutger Rulandus *d. tract. de commission. part. 3. libr. 4. cap. 5. part. 4. libr. 2. cap. 17. membr. 5. & libr. 3. cap. 2.* omniaque sunt vulgata, quæ jus civile hac in causa multis legibus introduxit, tum fiunt manifestiora ex autoribus, quos in terminis, (ut loqvuntur) de moletrinarum jurium-

jurium que præscribtionibus agentes adduxi *h. quæst.* 21.

11 Ita dubitatur, † possitne quis agere post decennij labsum, ut molendinum destruatur? Dicam breviter pro utraque parte, *infr. quæstion. seq.* 58. *numero* 56. Similiter Henningus Hammelius de actione Negatoria verba faciens, & regulam (cuilibet nempe permissum esse, etiam superioris licentia non accedente; in fundo sive præsidio suo exstruere molendinum; quam tamen alibi adcuratius examinavi) secundo

12 amplians dicit, quod is † qui in loco antiquo plurimis annis molendinū habuit, non intelligatur hoc jus præscribsisse, ut iste solus in illo loco molendinum, & nemo præter illum molam ibi exstruere possit, *in repetit. tit. Institut. de actionibus cap. sexto, numero decimosexto.* (postquam hujus actionis negatoriæ libellum de molendinis nominatim præmiserat, posteaque fundamentis confirmaverat, cujus formulam infra sum adducturus, *juncto capite* 44. *d. repetit. de act. & lege* 7. *rustic. Justin. titulo decimo.*) post Cynum & Baldum *in leg.* 1. *Codic. de seritut. & acquir.* Corneum *consilio* 296. *numero* 6. *libro* 4. Decium *consilio* 8. *num.* 4. Cæpollam *dict. tract. de servit. urb. præd. cap.* 50. *num.* 10. Nisi ipse alios, volentes molendina in isto loco exstruere, id facere prohibuerit; & is, ultra tempus ad præscribtionem aliàs requisitum, in hac prohibitione adquieverit, autore Baldo *in l. item capilli. q.* 3. *D. de rer. divis.* Abbate *in cap. significante. extra. de appellat.* Cæpolla *d. cap.* 50. *num.* 2. Jasone *ad l. quo minus. num.* 31. ibidemque Ripa *D. de flumin.* Boerio *decis.* 125. *num.* 5. *arg.* Glossæ *in l. qui luminibus. in princ. de serv. urb. præd.* Glossæ *cap Abbate sancti Sylvani. vers. Alciotensem Monachum. ibid. Abb. ext. de verb. signif.*

QUÆSTIO 22.

13 Similia hic de † Consvetudine tradidi *num.* 9. 10. 12. quam multa operari, & per eam homines insignia obtinere dixi ibidem. Si vero quis illam negaverit vel oppignoraverit, ad probationes ac † JUDICIS OFFICIUM solenniter & mature recurrendum erit; de quo vide Hamelium *dict. repetit. tit. Institutio. de action. cap.* 12. Bart. Alexand. Jason. Decium, aliosque Doctores *ad l.* 1. *D. de jurisdict. omn. judic.* Gloss. Abbat. cæterosque canonistas *in capit. fin. extra de offic. judic.* Franc. Ripam *ad l.* 1. *num.* 21. *C. de eod.* Alex. Stiaticum *in observat. practicar.* inprimis vero Rulandum, qui de consvetudinum remedijs ac interrogatorijs agit, *dict. tractat. de commission. part.* 3. *lib.* 4. *cap.* 6. *part.* 4. *libr.* 3. *cap.* 3. Catalogum quoque † authorum *ibi numero* 15. subjecit, qui de jure collectandi plenissime tractant: præmisi etiam, molendino instar ædificij posse collectam inponi, nisi consvetudo & observantia contrarium suadeant.

14

15

Quo modo ergo collectæ, quave ratione & actione petantur seu exigantur, nunc dispiciendum. In genere & specie, de Collectarum REMEDIIS, simulque de interrogatorijs aliquot articulis concipiendis, vide quæ iterum habet Rulandus *d. part.* 3. *lib.* 3. *cap.* 8. *part.* 4. *lib.* 2. *cap.* 6. Sic numquid collectæ inpositæ ab universitate habeant paratam EXEQVUTIONEM, discutit Ozasc. *decis.* 86. *per tot. referente* Losæo *de ju. univers. per* 3. *c.* 9. *numer.* 29. *pagina* 161. aliàs Olaschus dictus, & vero nomine est Octavianus Cacheranus, Rochæ Arazij Comes, Olaschi dominus, vir non tantum parentibus, sed literis illustrissimus, dicente Celso Mancino *de juribus principat. lib.* 16. *in princ. pagin.* 241. Universa

versa similiter bona eorum, qui censentur, vice PIGNORUM obligata sunt. *l. 1. Co. in quib. caus. pignor. vel hypoth.* adde Hermann. Latherum *tract. de censu.* Proinde Justus Mejerus *in colleg. Argent. ad tit. Dig. de loco publ. fruen. thesi.* 12. inter adsinia remedia numerat, & eò pertinere etiam testatur, MANDATA, quæ decernuntur contra non solventes collectas, ad pœnam dupli, Reichs-Abschied de Anno 1566. zu Augspurg. §. Derwegen haben wir. fol. 561. sive an adversus subditos nolentes solvere collectas, mandata pœnalia in Camera Cæsaria impetrari possint, si dominus inmediate subsit imperio? Verba quædam habet mox citatus Autor, *Decis. Cameral.* adde Casparum Klocken *dissert. de contribut. conclus. 60. cum sequentibus.* & Thomam Maulium *tractat. de homag. tit. 9. numero* 131. *usque ad finem.* ubi Remedia quædam suppeditat, quibus subditi vel cives nolentes solvere collectas conpelluntur: videlicet dominos posse eos cogere mulctis, pignoribus, conminationibus & præceptis solitis, juxta Autorem *decisionum seu præjudiciorum Cam. Imper. lit. C. verb. collectarum exactio. vers. Ducis L. B. consiliarij supplicarunt.* Posse etiam, ait, Officio JUDICIS conpelli: dari item dominis, si turbentur, INTERDICTUM Uti possidetis, secundum Menochium *de retinenda possessione, remedio tertio, numero centesimo decimo quinto.* si vero dejiciantur sua quasi possessione, conpetere tunc remedia restitutoria, officium Judicis, beneficium CANONIS redintegranda, *ex capit. redintegranda. 3. q. 1.* Menoch. *de recup. possess. remed. 1. numero* 88. *confer.* Hamel. *d. repet. cap. 11.*

Præterea si extraneus in alterius oppido, pago vel villa jus collectandi habet, & dominus istius loci eum uti impedit, datur ei, cui hoc jus conpetit, actio CONFESSORIA; per ea quæ tradunt Academiæ Marpurgensis Doctores *in consilio 30. num. 12.*

Denique contra eum, qui bona publicis collectis & exactionibus obnoxia, non profitetur, actio CONMISSI exercetur, juxta Ludovicum Fachsium *in consil. 41. vol. 2. consiliorum illustr. & celeb. Iuriscon-sultorum & divers. Academiar.* Si vero profitetur quidem rem, sed in fraudem minoris æstimat id tantum; quod istam æstimationem excedit, non totam rem in conmissum cadere, volunt Maulius ex Villalobo *in thesaur. receptar. sentent. lit. G. numero* 3. Er wird nur den Ubermaß/was er zu geringe angeschlagen/ verlustig.

QUÆSTIO 23.

De † Privilegiorum remediis & interrogatorijs circa ea versantibus, iterum nonnulla collegit Rulandus *dict. part. 3. lib. 3. cap. 6. part. 4. lib. 2. cap. 4.* & nominatim eorum intuitu conpetere inplorationem OFFICII JUDICIS; & quotupliciter, quibusve cum requisitis † in causa (de qua *quæstione 38. numero 15. 16.*) deß Schutz- und Schirm-Brieffs. *d. cap. 6. numero 2. &* 4. In modum vero ACTIONIS ex contractu nominato, alterum debere adçusationem instituere, monet, si Princeps in vim contractus concessit particulare privilegium, & ad observantiam ejus agitur, *d. c. 6. num.* 3. Sed quam sæpe audire multi coguntur illud † Nicolai Machiavelli Florentini? Potentiores quas inferunt injurias semper honesto aliquo titulo operire solent, *libro octavo histor. Florian. pagina mihi.* 423. Item: Non chartæ, scripturæ, aut obligationes; sed vis atque necessitas (vel evidens utilitas, daß sie entweder es halten müssen / oder daran selbst einen grossen Vortheil haben) Principes ad fidem servandam

16

17

18

adi-

adigunt, *d. libr.* 8. *pag.* 440. confer Mich. Piccarti *dec.* 18. *observ. histor. poli. cap.* 7. Unde non mirum, privilegio quoque concedendi molæ structuram, posse quandoque EXCEPTIONES sub- & obreptionis objici, *hac quæstione* 23. *numero* 20.

QUÆSTIO 24.

19 Hæc locum de † Investitura seu rebus in feudum datis continet: pro quarum retentione, conservatione, persequutione, aut recuperatione, quænam ab Interpretibus sint adsignatæ actiones, interdicta & remedia, vide eumdem Rulandum *d. part.* 3. *lib.* 3. *cap.* 19. *par.* 4. *libr.* 2. *cap.* 17. Bocerum *class.* 5. *disput.* 19. *thesi* 36. *cum seqq.* Niellium *disputation. feud.* 9. *&* 10. deque actionibus ob feudum, seu ejus nomine conpetentibus similia conpilavit Paulus Berens *disput. feud.* 9. *per tot.* itemque Joh. Zabelius *in exercit. sive institut. feudal. disp.* 9. Sic quia feudum non modo dicitur bene-

20 ficium, sed etiam † res Ecclesiastica, quæ sacerdoti vel clerico ob sacrum ministerium utendum in perpetuum conceditur: idcirco de Judiciis & actionibus; quæ pro istis beneficijs, interque alia, (ut sæpius dixi,) numeratis molendinis conparatæ sunt, plene agit Franciscus Duarenus *tract. de sacris Eccles. ministr. & benef. libr.* 7. *cap.* 11. 12. 13. Ratione v. molarum bannariarum atque in earum constitutione & manutentione, quæ jura dominis in subditos competant exposui copiose, *sup. quæst.* 11. *per tot. juncta qu.* 10. 15. 16. 17. 18. 19. *inf. quæst.* 58. *num.* 8. 11. *& hac quæst.* 24. *num.* 11. 12. quæ capita potestatis à privilegio & investitura dependent, quam Cæsar aut superior Princeps cæteris concessit.

QUÆSTIO 25.

Remedia † statutorum invenies, denuo 21 apud Rulandum *d. part.* 3. *libr.* 3. *capit.* 7. quibus agere & alterum convenire quis potest. Atque de statutis molendina concernentibus, non modo hac peculiari quæstione egi: sed etiam inspersi quædam *al-leg. quæst.* 11. *numero* 76. 77. 78. 79. 80. 81. Sic postquam Joh. Franc. à Ripa interrogârat, *in repetit. l. quo minus.* 2. *numero* 131. *D. de flumin.* quod quando civitas vel universitas statuit, quemlibet debere in Reipublicæ molendino frumenta molere; respondet, statutum illud non valere in præjudicium aliorum, habentium molendina, quæ propter illam sanctionem remanerent infructuosa, veriusque esse & contrarium potius obtinere, quod ejusmodi statutum in odium aut præjudicium tertij alicujus conditum, OFFICIO JUDICIS sit rescindendum & abolendum. *argument. leg. qui se gravatos. D. de, de censi.* ac à tali statuto licite possit adpellari, *leg.* 1. §. *solet. Digest. quan. adpel. sit.* quodve ita consuluerit Petrus de Anch. Alex. & Socinus, Ripa iterum se scribsisse testatur *in respon.* 88. Ultimo ad eamdem *quæst.* 25. *numero* 7. ratione moletrinarum bannariarum, num & quibus mediis per statuta cives queant cogi, lege Schraderum *ad tit. Instit. de rer. divis.* §. 14. *num.* 11. *usq; ad num.* 20. *juncto num.* 29. *cum reliq.*

QUÆSTIO 26. & 27.

Ob adfinitatem † duas hasce quæstiones 22 conjungo, in quibus de successione testamentaria ac legitima, quæ ab intestato obvenit, disputatio instituitur. Pro utraque remedia quænam prodita sint, tam successionis quàm legatorum ratione, cum adhibitis interrogatorijs, habet idem Rulan-

dus *d. tract. de commission. part. 3. lib. 6. cap. 12. 4. 5. 6. part. 4. lib. 2. cap. 17. membr. 6. & 7. libr. 5. cap. 1. & 6.* ubi vide, post alios, qui de testamentis ac successionibus ab intestato integros tractatus in lucem emiserunt. Quæsivi ergo particulariter, an legata penu veniant molæ? *h. q. 26. numero 17.* Et notandum, penu legata, dari ACTIONEM, qua penus petitur: deinde penu legata consumta, accessionum nomine non remanere actionem, *tot. tit. Digest. de penu leg.* ubi Mejerus *thesi* 4. Exstant quoque tituli, de instructo & instrumento legato: item de supellectile legata, *lib. 33. Digest. titul. 7. & 10.* quod observa propter *dict. quæstion. 26. numero* 15. 18. 19. Cæterum generaliter sciendum, unanimiter tradere Dd. quod effectus legatorum potissimus sit translatio dominij. Quod quomodo recte sit intelligendum, legitote Zasium *ad l. qui autem. num. 5. Digest. qua in fraud. credit. pag. 307. tom. 3. oper.* Grassum *§. legatum. quæstion. 69.* Corasium *ad leg. Papinianus. Dig. de servitut. vol. 1. oper. pagin. 535.* Treutlerum *disput. 13. thesi 7. lit. a. volum. 2.* Mejerum *in colleg. Argentin. seu lib. 32. Pandect. thesi 47. 52. 53. pagina 304. tom. 1.* & quos refert Johannes del Castilstillo Sotomayor *part. 4. quotidian. controvers. seu tract. de testamentis. cap. 51. numero 29. item part. 1. controvers. seu tract. de usufructu cap. 9. numer. 25. 26. 27.* Legatum ergo rite recteque constitutum, jure delatum & agnitum præstabit heres vel quivis alius, à quo legatur: in quo si se facilem præbet, res est expedita, sin minus actione conpellitur. Breviter idcirco dicendum, certas legatorũ nomine ACTIONES esse à jure civili introductas, quæ legatarijs salvæ supersunt. Frequentiores sunt tres: Actio personalis, in rem sive rei vindicatio & actio ex testamento. Dantur & aliæ adfines legatarijs pro circumstantiarum diversitate, utpote actio ad exhibendum, communi dividundo, incerti & in factum exstipulatu, familiæ herciscundæ, mandati, legis Aquiliæ, & actio in duplum pro legato venerabilibus locis relicto; item inploratio † OFFICII JUDICIS (quod diversum aliàs est ab actione, testibus Bart. Alex. Jas. & Decio *in d. l. 1. D. de jurisd. omn. jud.*) & CAUTIO legatorum nomine, à gravato præstanda. De quibus omnibus actionibus ordine videte & ruminate Antonium Pichardum Vinuesa Hispanum *ad §. nostra autem. num. 6. Institut. de legat.* Michaelem Grassum *receptar. sentent. d. §. legatum. quæst.* 74. 75. 76. Johann. del Castillo *tractat. de usufructu seu lib. 1. quoti. controvers. cap. 6. num. 4. usque ad numerum 16.* Wesenbecium *in parat. Digest. de legat. 1. numero 9. & 10.* Petrum Nicolaum Mozzium *tract. de contractib. titul. de pignoribus & hypoth. titul. de stipulat. titul. de mandat. per tot.* Henn. Hamelium *in d. repet. tit. Instit. de action. cap. 4. 12. 20. 36. 37. 48. 50. 51. per tot.* in primis verò evolvite Justum Mejerum *dict. lib. 32. Pandect. thesi 51. 54. usque ad thesin 88. per tot. tom. 1. juncto lib. 36. titul. ut legat. servand. cau. caveat. 3. tom. 2.* 23

Ex quibus ego unicum hoc colligo, non probe intellectum ab aliis, vel timide posterius propugnatum: scilicet † nemini sibi jus dicere debere, sed res ab alijs petere vel obtinere, *l. 1. §. 2.* ubi pulchre Zasius *D. quod seu. quor. legat.* actiones esse, actionibus repellendas, non factionibus, *l. 13. D. quod met. caus.* non singulis esse concedendum, quod per magistratum publice fieri potest. *l. 176. Digest. de regulis juris.* & consequenter ac regulariter legatarium non posse occupare 24

rem

rem legatam, sive illius possessionem propria authoritate cum vitio vel via exseqvutiva adprehendere: sed ipsũ debere actiones istas conpetentes intendere, & de manu heredis tam legatarius, quàm testamenti exeqvutor rem relictam suscipere; ni perdere voluerit legatum, & rem, & cadere à jure suo (pariter ac is qui invadit rem alterius etiamsi sit ei debita, perdit quoq; jus suum, *l. si quis in tantam. C. unde vi. l. creditores. D. ad L. Iul. de vi privat. l. ex statut. Digest. quod metus caus.* Glossa & Zasius *dict. loc. numero 5. juncto §. 10. 14. Instit. de oblig. ex delict.*) Treutlerus *dict. disputat.* 13. *thesi* 7. Argentræus *ad consvet. Britan. titul. 1. art. 2. num. 6. pagina 5.* Menochius *remed. 4. adip. possess. numero 693. cum seqq.* Sigismundus Scaccia cum pluribus alijs *tract. de judicijs. lib. 1. cap. 62. num. 9. mihi pagina 162.* (qui non modo quoad prædictam exseqvutionem dicit, hanc veriorem esse sententiam, à qua non recedendum: sed etiam errasse aliter sentientes, ac rationem adsertionis in promtu esse, quia heres semper sit legitimus contradictor legatarij, qui de illius manu legatum debeat accipere: item hanc sententiam servari in senatu Pedemontano, teste Thess. Fossan. *decisione 26. numero* 10.) Johann. del Castillo *dict. tract. de usufructu, cap. 9. numero* 25. 26. 27. (ex quo aliam insuper rationem desume, & per inductionem adhibe) *juncto capite 6. numero* 17. 18. *usq. ad numerum 28 per leg. non est dubium. 5. Codic. de legat.* ubi communem hanc esse omnium sententiam perhibet; & latissime declarare materiam illius textus, multasque congerere conjecturas, ex quibus videtur testator licentiam dedisse occupandi rem legatam propria authoritate, Jasonem, Corneum, aliosque Doctores *in dict. l. 5.* Roderic. Suarez *ad leg. quoniam in prioribus. quæstio. 7. numero 9. 17. 18.* Menochium *recup. possess. remed. 5. quæstion. 9. numero 30. usque ad num. 37.* Nattam *consil. 477. numer. 3. libr. 2.* Quesadam *divers. quæstion. juris cap. 14. numero* 15. Jac. Mandellum de Alba *consil.* 310. *numero 2. libr. 2.* Marc. Anton. Eugenium *consil.* 110. *num. 24. & 60.* Jac. Concenatium *quæst. singula. juris. libr. 3. quæst. 17.* Albaradum *de conjecturata mente defuncti lib. 2. cap. 2. §. 1. à num. 86. usque ad num. 92.* Simonem de Pretis *tract. de interpret. ult. volunt. lib. 5. interp. 2. dubit. 1. à num. 96. fol. 479. & multis num. seqq.* Joh. Sichardum *in repetit. d. l. non est dubium 5. per tot.* (cujus lecturam in libros Codicis non contemnendam vocat Castillo) Johan. Gutierrez. *in repet. l. nemo potest delegat. 1. num. 354. 355. 359. 363. & 364.* quibus ego adjungo Cellsum Burgalium *tract. de dolo lib. 2. cap. 8. num. 45. usque ad num. 70.* Riminaldum juniorem *in §. 1. num. 534. usque ad num. 570. Instit. de donat. fol. 200. cum reliq.* Glossam, Bart. Bald. Angel. Castr. Jason Salycet. & omnes alios *in d. leg. non est dubium 5.* qui pluimas hujus dicti rationes, declarationes, ampliationes, & limitations memoriæ consecrarunt: itidemque heredi contra legatarium ob nullam aliam causam conpetere certum beneficium interdicti, *ex d. tit. D. quod seu quor. legat.* quod quidem à priori nonnihil differt, sed tamen datur tam successori ex testamento, quam ab intestato; veluti cum similibus illationibus ibi Zasius, Wesenbecius & Mejerus adnotarunt, adhibitis quoque Menochio *remed. adipisc. possess.* Bargalio *dicto capite octavo, numero* 56.

Sed hæc de † testamentis atque legatis 25 dicta sufficiant: succedit quæstio proxima de successione ab intestato, per legis dispositio-

sitionem delata. Remedia juris in his casibus usitata ac necessaria conportarunt autores laudati, *quæstione supra 26. numero quarto.*

Pro locorum ac jurium diversitate, singularia quoque dantur judicia: veluti † in 26 foro Saxonico, pro pretio isto consequendo, quod Erbgeld vocant, ACTIO familiæ herciscundæ tribuitur. *d. quæst. 27. num.* 5. de qua Hamel. *d. c.* 50.

27 Geradam quoque † supellectilis muliebris speciem, idem jus introduxit, quæ dignoscitur lex. *dict. titul. Digest. de supel. legat.* ubi Wesenbec. *numero* 4. *& d. quæst. 27. num. 6.* de qua lege Hart. Pistoris *part. 1. quæstio.* 31. 32. 33. sicuti ex eodem capite masculi res Expeditorias petunt. Wesenbec. *dict. numer.* 4. Landrt. *artic.* 22. 27. 28. *libr.* 1. Klingius *ad tit. Instit. de success. ab intestat.* Modestin. Pistoris *consilio* 25. *numero* 22. qui docet, non tam in scribto jure Saxonico, quam in quotidiano usu consistere, quænam ad res hasce expeditorias pertineant. Gerada autem & res expeditoriæ, das Heergewette eodem jure intra annum peti debent, Landr. *d. artic.* 28. Beustius *in leg. nam posteaquam §. si is qui. num.* 28. *Digest. de jurejurando.* quod tamen ibi limitat non procedere, si actio sit perpetuata, vel per juramentum vel per litis contestationem. Vicissim geradam & res illas expeditorias post diem trigesimum qui solvere recusat, tenetur ad emendam & mulctam. Landr. *libr.* 3. *art.* 15. Agitur etiam in hoc negocio familiæ herciscundæ aut COMMUNI dividundo judicio: quando quæritur, an soror quæ in domo patris innubta remansit, cogatur geradam dividere cum sorore nubta Landr. *lib.* 1. *art.* 5.

28 Sed & † cibariorum nomine apud Saxones Mutheil / h. e. dimidia pars annonæ seu esculentorum & poculentorum; unde hanc quoque speciem Wesenbecius refert *ad tit. Digest. d. trit. vin. ol. leg. num.* 2. *in fin. tit. D. de aliment. vel cibar. leg. num.* 4. ibique Mejer. *thesi* 1. *pag.* 377. *juncto tit. D. de penu leg. num.* 2. & de conmestibilibus istis, von Mußtheil / eleganter inque practica utilia scribit idem Hartmannus Pistoris *dict. part.* 1. *quæst.* 31. 32. *&* 44. *nume.* 19. Matthæus Colerus *de process. execut. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 255. ubi disputat, & adfirmative concludit, quod mulieri debeantur conmestibilia in quibuscumque mariti prædijs, *per dict. articul.* 22. Landtr. *libr.* 1. Nota tamen quod etiamsi † multa ad domestica hæc cibaria referantur, quæ uxori nobili debentur: attamen frumentum mutuo datum, das außgeliehene Getreide / non pertineat ad Mußtheil / teste Simone de Pistoris *consilio* 11. *numer.* 5. *&* 6. & in specie nostra quando pro mercede in molendinis datur Mattenkorn / an veniat istius Mußtheils adpellatione, obiter quæsivi *supr. quæst.* 46. *numero* 19. Fructus etiam in herba existentes, excipit Mejerus *dict. loc. num.* 2. ibidemque ulterius ponit, Ob dann Gersten / Hopffen / und Heydekorn (de quo multa passim *infr. quæstio.* 45. *numero* 43.) zum Mußtheil gehöret? Et negare ait (*Constitut. Saxo.* 35. *part.* 3. eoque bene referri posse Baldi *consil.* 192. *incip. Quidam nomine vicus. vol.* 5. 29

In qua † constitutione observandum arbitratur id, quod ibi sancitum est, vom Heydekorn / intelligendum scilic. esse de eo frumenti genere, quamdiu tale est: sin mola (ut fieri adsolet) contusum sit, & ita pulti præparatum, ex eo viduam superstitem posse dimidiam partem post mariti obitum petere, & pertinere zum Mußtheil. Movet ipsum Glossa *ult. art.* 58. Weichbild. ubi 30

ubi expresse dicitur, Grütze gehöret zum Mußtheil. Neque huic sententiæ adversari existimat, prædictâ Electoris constitutionem, ubi sancitur, daß Gerste/Hopffe/und Heydekorn den Landerbn allein ohne Unterscheid/als Erbe zugesprochen werden sol; quia loquitur nominatim de frumento, vom Heydekorn: hæc autem farina postquam ita cibo præparata est, desiit esse frumentum. Et quemadmodum eadem dispositio, hordeum ex ordine horum esculentorum ac poculentorum removens, non propterea etiam polentam ex hordeo confectam inde removet: ita idem statuendum est de hoc genere frumenti, vom Heydekorn. 31 Cæterum † cum hæc effectuum quandoque non sortiantur, ut ejusmodi cibaria in successione nobis obveniant, videndum quâ ACTIONE jus & rem nostram consequamur? De qua iterum Mejerus copiose disserit *d. tit. lib.* 34. *Pand. th.* 3. *10. 11.* 12. 13. *&* 14.

Memini etiam non modo, an & qualis obligatio, quæ actionis mater dicitur, oriatur ex pacto negativo, seu de non ædificando, ratione molendini & singularis successoris, ex Schrad. *d. quæst.* 27. *numero* 10. 32 Sed etiam † de Operis ac servitiis, quæ subditi in arcium ac molendinorum exstructione tenentur dominis exhibere, dixi & aliquot Dd. authoritates adduxi *ead. quæst.* 27. *numer.* 7. *&* 8. Sequutus materiæ ordinem, quod operæ possint etiam per testamentum legari, tam servi quam liberti, & liberi hominis; ex quorumdam opinione apud Mejerum *ad tit. D. de oper. serv. th. 2. in princip. & tit. D. de usu, usufr. red. habit. & operis per legat. vel fideicom. dat. thes.* 17. *per tot.* Wesenbecium *ibid. numer.* 4.

Quamvis non nesciam, in dubium vocare quosdam, † an hodierni rustici in 33 locum & jus servorum quodammodo successerint; quod voluit Pard. Prattæus *in lex. jur. verb. servi rust.* vel saltem numne argumentari à libertis ad nostri ævi subditos licitum sit, quod indicavit Everhardus *in Topic.* Husan. *tr. de prop. hominib. cap. 2. num. 2. 5. 25. usq. ad num. 39.* qui testatur ex hoc fonte profluxisse rusticorum operas in Germania, quas dominis suis præstant, & quæ non unius conditionis, pro regionum diversitate, vulgoque Frön/ oder Fröndienste/vocantur, *d. tr. part. 1. membr. 2. quæst. princ.* 4. *numer.* 53. *mihi pagin. 169. sup. quæst.* 44. *num.* 30. Quidquid sit, quomodo dominos † in subditos jus habere, nemo inficias ibit: ita etiam 34 certis REMEDIIS eos ad operas præstandas cogi posse, dubium non est. Similia inter autores ibi laudatos Caspar. Ziegler post alios tradit: Principes seu Nobiles adversus rusticos refractarios, debita servitia detractantes, mulcta pecuniaria, attestatione bonorum, pigneratione fructuum, carcere, aliisque modis juridicis procedere, & ad obedientiam eos manu prætoria conpellere posse, *in conclus. ad aur. prax. Calvoli. §. nobiles. concl. 1. numer.* 104. *&* 273. Magis adcommodate autem Thom. Maulius explicat remedia, quibus domini ad debitas operas exhibendas subditos coercere possint: quibusve jurium præsidiis vicissim subditis subcurratur, novis contra æquitatem aut leges servitiis pressis, *in tractat. de homagio. tit.* 4. *numer.* 16. 17. 23. 24. 25. 26. Ubi ad satietatem vide & te pasce, lector.

Quò refero nunc etiam supplicationem istam pro MANDATO POENALI in Camera Imperiali exhibitam, umb Abschaffung

sung ungewöhnlicher Fröhnen / h. e. indebitorum in solitorumque servitiorum ac operarum, *inf. quæst.* 58. *num.* 8. Imo vero insolita servitia inponenti posse PROPRIO ausu inpune resisti, post Boerium & Rolandum voluit Petra *de potest. Princip. cap.* 8. *num.* 79. Bernh. Greven. *libr.* 1. *conclus.* 16. *consil.* 1. *num.* 9. Quod tamen periculosum esse, fatetur Zieglerus *d.* §. *nobiles. num.* 115. *pag.* 272. & rationem in simili reddit Köppen *decis.* 16. *num.* 14. *infr. hac quæst.* 57. *num.* 52. Securius ergo est dicere, OFFICIUM JUDICIS superioris implorandum, adversus talem inpressionem; ibique ad inhibendum violentiæ, imo & ad pœnam, æstimationem operarum, jam retro & indebite præstitarum agendum contra magistratum tam secularem, quàm Ecclesiasticum, subditos suos durios tractantes, *l.* 1. *C. quibus caus. coloni censiti.* (*junge* Husan. *d. cap.* 2. *num.* 6. 7. 9.) *dominos accus. libr.* 11. Boerius *quæstion.* 55. *num.* 11. *& seqq.* Speculator *tit. de censib. exact.* §. *nunc dicendum. num.* 2. Quintilian. Mandosius *tractat. de inhibitionib. quæst.* 104. *numer.* 5. *per tot. pag.* 238. & Adrian. Gylmannus *part.* 2. *decis.* 4. *num.* 13. *&* 15. *idem decis.* 9. *num.* 9. *d. part.* 2. Adstipulatur Johann. Faber *in* §. *sed hoc semper. vers. fin. Institutio. de his qui sunt sui vel alieni juris.* Hen. Hamelius *dict. repetit. tit. Instit. de action. cap.* 44. *numero* 14. 15. 17. 18. 19. 20. ubi probat, quod subditi, à quibus domini inconsveta gravamina & servitia exigunt, possint habere recursum ad superiorem, per viam QUERELÆ: Ut etiamsi per hoc non conquerantur, judex tamen ex officio suo providere debeat; item subditi, iniquis servitiis, oneribus ac tributis gravati, etiam anno elabso, vel per exceptionem, vel per actionem, QUOD METUS CAUSA, se tueri queant. Amplifiantur hæ denique conclusiones, quod sicubi Rustici ab aliquo tertio molestentur, indebitis oneribus fatigentur, & ad operas injustas vocentur, eo casu ipsi Principes aut Nobiles pro suo interesse intervenire, & jus subditorum actione de DOLO, vel interdicto UTI POSSIDETIS, vel remedio RECUPERANDÆ POSSESSIONIS etiam absque mandato defendere possint; quomodo processus quotidie in Camera decerni testatur Gailius *lib.* 1. *obs.* 126. *nu.* 4. postque illum & alios, Zieglerus *d.* §. *nobiles. num.* 315. 316. 317. *pag.* 322. subjungens, eodem casu experiri illos valere actione NEGATORIA; quæ non pro solis servitutibus, sed pro aliis quoque juribus vindicandis adplicetur, *inf. num.* 52.

QVÆSTIO 28.

Notissimum † ex jure & interpretibus est, quid respectu hujus quæstionis, de actione PIGNORATITIA & HYPOTHECARIA tradant autores, non solum ibi allegati, sed & Faber, Angelus, Zasius, Donellus, Corasius, Schneidewinus, Cisnerus, Borcholt, Vultejus, Rittershusius *ad* §. *item Serviana* 7. *Instit. de action.* Pet. Nicol. Mozzius *tr. de contract. tit. de pign. & hyp. cap. qua actio detur de pign. pag.* 231. *cum* 4. *seqq.* Paulus Busius & Justus Mejerus *ad tot. tit. D. de pignorat. act. item tit. de pign. & hypothec. th.* 17. *usque ad* 25. Henn. Hamelius *d. repetit. cap.* 20. *per tot.* ubi lege, ne actum agere videar. 35

QUÆSTIO 29.

Cum diversa † personæ hunc contractum libellarium celebrent, quarum favore aut odio aliam atque aliam sortitur interpretationem: & Doctores inter se nondum convenerint, cui contractuum classi proprie & unice sit adscribendus, aliis ad 36

hanc,

hanc, cæteris ad aliam speciem referentibus; difficillimum, nec hujus loci id erit definire, aut litem tamdiu motam dirimere. Ad quodcunque ergo genus obligationis eum quis retulerit, ex illo nomen actionis adsumere poterit, secundum contenta *d. qu. 29.*

QUÆSTIO 30.

37 De actione † ex emto & vendito plura hic conperere, inutilis & supervacui laboris esset. Occupata jam omnia sunt à Doctoribus, quos adscribsi *d. quæst. 30.* quæq; ipsi notant *ad tit. D. & C. de action. emt. vend.* & emtionis venditionisque REMEDIA, cum adjuncta evictionum materia, suggessit Rutger. Ruland. *d. tractat. de commission. part. 3. libro quinto, capite septimo, libr. 7. cap. 7. juncta hac qu. 30. num. 23.*

38 De annui † aut perpetui & temporarii reditus emtione, mentionem quoque hac occasione injeci, *dict. quæstion. 30. numero 14.* Quænam ergo ACTIONES & EXCEPTIONES hoc in casu valeant, pluribus aperit Paulus Busius *tract. de annu. reditibus lic. 2. c. 4. cum 6. seqq.*

39 Quæ vero † remedia & judicia vasallis vel dominis sint concessa, ea repete ex feudistis, *juncto supr. num. 19. h. quæst. 30. nu.* 40 *16. 35.* ut & quasnam actiones habeant † Minores seu pupilli contra curatores suos vel alios emtores aut venditores. In utroque enim casu, ætatis respectu, singularia iis tributa sunt beneficia, quæ exhibent allegati autores *dict. quæstio. 30. num. 18. juncta* 41 *quæstio. 50.* In † venditionibus autem rerum ad civitatem vel rempublicam spectantium, & tam mobilium quam inmobilium (quibus molendina recte adnumeravi) habet locum actio REDHIBITORIA, teste Nicolao Losæo *tract. de jure universitat. part. 3. cap. 5. numer. 24. & 25. per Bald. in l. ult. num. pen. & ult. C. de ædilit. act. juncta h. quæst. 30. num. 19. l. pen. C. d. tit. & tit. ubi Doct. D. quod cujusque univers. nom. item tit. Cod. de vendit. reb. civit. libr. 11.*

42 Quid † in bonis rebusque Ecclesiasticis obtineat, & quænam privilegia ejusmodi clericis sint adsignata: item quid circa retractum & pactum retrovenditionis sit notandum, addocent ibidem laudati *Dd. h. qu. 30. numer. 21. & 22. supr. h. quæst. 57. num. 20.* Datur enim ACTIO RETRACTUS seu ad retractum, cujus meminit Bertrandus d'Argentre *in consuet. Britan. titul. 7. art. 145. gloss. 1. pag. 514. 515. titul. 14. art. 265. cap. de actibus transl. possess. numer. 23. pag. 934. & num. 27. pag. 936. art. 266. pag. 1168. num. 13. plenius d. art. 266. pag. 1074. 1875. num. 13. & 14.* Similiter Joach. Mynsingerus testatur hoc pactum revendendi producere obligationem, ex qua deinde duæ nascantur actiones, EX VENDITO scilicet, & PRÆSCRIBTIS VERBIS, *consil. 31. numer. 4. l. secund. ubi gloss. & Dd. Cod. de pact. int. emt.* Tiraquell. *tract. de retract. convent. §. 1. in pr. mihi fol. 807.* adde Johan. Ruding. *cent. 1. sing. observat. 4. nu. 12. cum seqq.* Hamel. *cap. 47.*

43 Discrimina † etiam personarum faciunt ut sollicitudo in actione, à judice danda vel deneganda litigatori, suscipiatur: utpote quando cum Christiano litigat Judæus, & illum vult convenire; num & qua ratione id facere queat, ostendunt scribtores citati *ead. quæst. 30. num. 24. 27.*

44 Pariter ratione † conductoris & socij quid statuendum, ex regulis generalibus ad casus præsentes transferendum erit; qua nimirum actione locator conductorem, vel socius collegam suum, & contra possit convenire? *quæst. 30. num. 31. & 32.*

QVÆSTIO 31.

45 Unde peculiaris † titulus ac quæstio hîc de locatione-conductione concepta, quas ACTIONES pariat, detectas ab interpretibus ibi adductis? Quibus adjungo REMEDIA & Interrogatoria ejusdem Rulandi *d. tractat. part. 3. lib. 5. cap. 8. part. 4. lib. 4. cap. 8. & 9.* Sic quamvis utriusque & locatori & conductori ordinariæ sint datæ actiones, uti notum est de hujus contractus genere, attamen turbatum in possessione longi temporis conductorem habere interdictum UTI POSSIDETIS, nec posse ex pelli ab emtore, post Glossam, Baldum & Everhardum voluit Paulus Montanus *tract. de jure tutel. & curat. cap. 33. nu. 398. pag. 654. confer quæst. 38. 39. 40.*

QUÆSTIO 32.

46 Contractus † Emphyteuticus suas quoque producit ACTIONES, teste Joh. Gryphiandro *tractat. de insulis cap. 30. nu. 46. 48.* & vide quænam REMEDIA contineat Rulandi *tractat. iste d. part. 3. libr. 5. cap. 9.* Sed nominatim quales hic contractus proferat actiones, acerrime digladiantur praxiarchæ; uti de ipsa emphyteusi *h. quæstio. 32.* & apud Cellsum Mancinum *de jure principat. lib. 4. cap. 8.* Nam quoad genus, naturam, differentias, & causas, mire dissentiunt.

Omissis omnibus hac vice concertationibus, obiter indicare libet nuda actionum nomina, quas Dd. conminiscuntur, pro emphyteutica conventione exercendas. Quidam enim actione PRÆSCRIBTIS VERBIS agendum suadent: alij CONDICTIONE ex lege zenonis: cæteri actione peculiari ex EMPHYTEUSI, ad modum & exemplum reliquorum contractuum; ceu videre est apud Alvarum Valascum *tract. de Jure emphyt. quæstio. 6. numer. 8. & 9.* qui alibi disputat, num. REI VINDICATIO etiam admittatur, & locus sit remedio *l. quoties C. de rei vend. d. tract. quæstio. 14.* Ad cujus prætoriæ actionis exemplum, aliam in rem actionem invenisse Prætorem, fatetur similiter Mejerus *ad titul. D. si ager vect. petat. th. 1. 2. 3. pagin. 358. tom. 1. colleg. Argentorat.* qua emphyteuticariis perinde ac proprietariis talem adcommodat actionem; quæ VECTIGALIS dicitur, & adversus quosvis possessores directa est. Idem Mejerus postea ex legibus induit, finita legitimis modis emphyteusi, ipsum dominum rei suæ vacuæ possessionem vindicare posse. Imo si emphyteuta tunc eam non restituat, & sic super ea domino moveat controversiam: eo casu dominum possessionem suam interdicto quoque UTI POSSIDETIS: aut si possessione is deciderit, fraude emphyteutæ, interdicto de CLANDESTINA possessione: sin vi fuerit dejectus, interdicto UNDE VI illum possessionem recuperare, Mejer. *d. lo. th. 96. 97. 99. 99.* Sed de his interdictis & remedijs possessorijs, quæ domino æquè ac emphyteutæ conpetunt, plenius agit Valascus *dict. tract. cap. 18.* Idem priori loco ulterius ostendit, dubium non esse, pro varietate causarũ & negotiorum diversas emphyteuticariis dari actiones: utpote utilem REDHIBITORIAM & QVANTI MINORIS, de qua etiam *supr. quæstio. 30. num. 15.* Communi item dividundo, finium regundo, aquæ pluviæ arcendæ, arborum furtim cæsarum; sed & directam actionem L. AQVILIÆ & judicium FAMILIÆ HERCISCUNDÆ. Valascus *dict. tract. & quæst. 6. num. 18. per tot.* Sic denique quid face-

facere debeat vasallus, si dominus canonem emphyteuticum recipere nolit? Quod habetur *in l. differente 32. Cod. de episc. audient.*

QVÆSTIO 33.

47 Pro † censu exigendo duas ACTIONES in medium adducit Benedictus Bononius *tractat. de censu artic.* 46. *numer.* 76. *pagin.* 82. *juncto articul.* 10. *numer.* 26. *pagin.* 21. Et quia prolixa disputatio est de utriusque contractus, censiti & emphyteutici, convenientia vel differentia: ideoque hac & præcedenti quæstione adducti autores inspiciendi. Confer etiam Pauli Busij *dict. tractat. de annuis reditibus libro secundo capite quarto cum* 5. *seqq.* ubi de actionibus & exceptionibus, in ea materia concessis plenissime agit. Sic si dominus agat adversus debitorem censualem; quive in censum dedit jus molendi bannalis, an possit uti contra subditos prehensione, manus injectione, arrestatione (puta molituræ, mercedis, farinæ) & REMEDIIS propinquis? Indagui *hac quæstio.* 33. *num.* 18. 19. 20. Idem an Dominus pro reliquiis censūs possit arrestare pisces in piscina, vide Car. Molinæum *in consvetud. Paris. titul.* 2. *gloss.* 1. *numer.* 45. & 46. ubi dicit, quod sic: sed rursus addit limitationes, quas lege. Et eo nomine Felicianus de Solis *tractat. de censu libro primo capite quarto numero primo pagin.* 48. *tom.* 1. perstringit inter alia Bartolomæum de Albornoz, quod nimirum is liberius, quam par fuerat, antiquam & inveteratam reprehenderit, consvetudinem, qua obtinuit pro reditibus decursis, in persona & bonis fidejussoris fieri exseqvutionem. Sed idem Felicianus alibi plenius hæc omnia remedia examinat: scilicet actione EX CENSU ad pensiones annuas agendum esse; item anne etiam quandoque via EXSEQVUTIVA, & non semper judicio ordinario quis in hoc casu alium convenire queat, late disputat: denique numne etiam remedia POSSESSORIA in annuis hisce reditibus locum inveniant multis etiam verbis exponit *dict. tractat. de censu libro tertio capite primo per tot. tom.* 1. Unde eum qui violenter detrectat solvere annuos istos reditus posse conveniri interdicto UNDE vi, Gailius post alios voluit: Sin secus, & non violentia accesserit, alio modo ex contractu censuali agi & decerni MANDATUM sine clausula, dicit post Friderum Johan. Rudingerus *infr. quæst.* 58. *num.* 23.

48 Sed quid † de contractu superficiario dicendum? Cujus mentionem feci *ead. quæstio.* 33. *num.* 21. Allegati ibi autores plene hunc nodum solvunt, non tantum ACTIONES dari censuarijs, tam dominis quam accipientibus censum: Sed etiam pro superficie certa juris REMEDIA. Concedi, ut tradunt Wesenbecius, Mejerus, aliique Dd. *ad titul. D. de superficiebus.* Virginius de Boccatijs *tractat. de manutent. in possess. cap.* 7. *per tot.* & Alv. Valascus *dict. tractat. de jure emphyteut. quæstio.* 33. *num.* 6. 7. 8. 10. 13.

QUÆSTIO 34.

49 Ordinarias quoque † ACTIONES de societate & communione ortas, plene habemus expolitas à Dd. cum allegatis *h. q.* 34. tum Bart. Wesenbec. Busio, Mejero, cæterisque *ad titul. D. pro socio titul. D. commun. divid.* Hamelio *ad titul. Instit. de action. cap.* 51. deque societatem REMEDIIS ac interrogatoriis agit Rulandus *d. tract. de commissar. part.* 3. *lib.* 5. *cap.* 10. & *part.* 4. *lib.* 4. *cap.* 10. Posse etiam adcusato-

rem agere puto EX LEGE Justiniani rustica *dict. quæst.* 34. *num.* 13. ACTIO etiam CONDUCTI & EMTI quandoq; competit *num.* 31. 32. Ibidem satis multa de socijs diffidentibus in locatione & refectione dixi: unde quænam uni litigantium sint aperta remedia, vide *numer.* 34. 43. 44. 46. ubi simul expositum, quibusnam modis impensarum restitutionem vel deductionem consequamur, quæve actiones pateant illi, qui molendinum commune refecit. Ita de divisione superlucrationis ex operis molendinariorum, lege Joseph. Ludovic. *conclus.* 53. *num.* 177. & confer Petri Sanz. Morquechi *tract. de divis. bonor.* Johan. Garsiæ Galleci *tract. de expens. & meliorat.* Ita in Camera Imperialis MANDATA decernuntur ex constitutione pignorationis uni condominorum adversus alterum, novi quid attentare volentem, Gail. *de pignorat. observ.* 20. *num.* 1. *& seq.* Kyllingerus *de ganerb. castror. disc.* 8. *num.* 79. *pag.* 115.

QUÆSTIO 35.

50 De † donationum REMEDIIS & interrogatorijs vide sis iterum Rutg. Rulandum *part.* 3. *lib.* 5. *cap.* 12. *& part.* 4. *libr.* 4. *cap.* 12. Diversæ namque & distinctæ ACTIONES concernunt tam donatores, quam donatarios; ceu videre est apud Justum Mejerum *ad tit. D. de donation. seu lib.* 39. *colleg. Argentorat. tit.* 5. *th.* 17. 18. 19. 24. 25. 26. Non unius quoque generis sunt Donationes ipsæ, & ideo peculiares movendæ pro renata actiones, quas collige ex eod. Mejero *ad tit. D. de mortis cau. donat. th.* 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. *tit. D. de donat. int. vir & ux. th.* 9. 11. 12. 13. Doctoribus *ad tit. C. de donat. ante vel propt. nubt. tit. Cod. de revocan. donat. tit. C. de inoff. donat. tit. Cod. de donat. quæ sub mod.* Pet. Nicol. Mozzio *tract. de contract. tit. de donation. cap. quæ actio, seu quomod. ag. ex don. mihi pag.* 692. *cum reliq.* Hen. Hamelio *in repet. tit. Instit. de action. cap.* 30.

QUÆSTIO 36.

51 In causa † precarij singularia etiam REMEDIA & interrogatoria formavit idem Rulandus *d. part.* 3. *lib.* 5. *cap.* 3. *part.* 4. *lib.* 4. *cap.* 3. *&* 7. Et quia non unius generis hoc negotium est, atque insuper diversum ab hoc precario sunt Precariæ Pontificiæ: idcirco adhibendos moneo autores, quos longo ordine collocavi *h. q.* 36. *num.* 6. In jure civili Interdictum de precario novimus exstare peculiare *in tit. D. de precar.* ubi præter cæteros vide Mejerum & Wesenbecium, qui addit: hanc ACTIONEM, ex æquo & bono constantem, dari in perpetuum ei, qui rem tali modo alicui precibus utendam petenti concessit; & esse actionem rei persequutoriam; hocque nomine & INCERTI CONDICTIONEM dari hoc est præscriptis verbis, de qua iidem Dd. *ad tit. D. de præscript. verb.* Hamelius *d. repetit. cap.* 47.

QUÆSTIO 42. 43. 44. 47.

52 De variorum † prædiorum servitutibus, & tam realibus, quam personalibus ibi disserui, junctis his quæ dixi *surpr. quæstio.* 11. *numer.* 43. 44. 45. 46. 47. 48. 114. & quæ REMEDIA more priori conportavit, & interrogatoriis auxit iterum Rulandus *dict. tractat. de commission. part.* 3. *lib.* 3. *cap.* 3. *&* 4. *cum part.* 4. *lib.* 2. *cap.* 19. deq; ACTIONIBUS, quæ pro hisce servitutibus conpetunt, tam similia quam adfinia juris remedia adscribunt Wesenbecius ac Mejerus, cum reliquis interpretibus *in titul. D. si servitus vindicet vel ad al. pertinet neg.* Communiter pro servitutibus vindicandis aut negan-

negandis instituunt actionem confessoriam vel negatoriam. De utraque Doctores *ad §. actionum. Institut. de action.* Ferrar. *in pract. in forma libel. de action. confess. servit.* Henric. Hamelius *ad dict. titul. Institut. de act. cap. 4. & 5.* ubi nominatim libelli formulam, ratione molendini, cum fundamentis ponit. An vero pro omnibus juribus incorporalibus (qualia sunt ususfructus, servitus, hereditas & similia) actione confessoria agatur, discutit Rulandus *alibi in quæstio. Cameral. 6.* vel num plura sint remedia jurium incorporalium, quam actio confessoria & negatoria, disputat *dict. tract. de commiss. part. 3. libro tertio capite primo* quas duas non tantum pro solis servitutibus, sed pro alijs quoque juribus vindicandis adplicari, dixi *supr. numer. 34. in fin. per tradita à Zieglero d. numer. 317. pag. 322.* Imo vero servitute uti impeditus, potest ex quorundam opinione, impedientem PROPRIA AUTHORITATE repellere; Aymonis Cravettæ scilicet *consil. 4. numer. 7.* Cæpollæ *tractat. de serv. urb. præd. titul. de serv. tig. imit. num. 10. versicul. si pers. Eccles.* aliorumque ibi allegatorum, referente Johan. Koppen *decisio 16. num. 14.* ubi subjicit, hoc tamen ipsum hodie pro lege habendum non esse, cum alias plus satis crescat proprij arbitrij licentia. Cæterum pro servitutibus personalibus Prætor similiter dat querelam vel actionem, tam servis & operarijs, quam dominis conpetentem, ceu videre est ex *l. 1. §. 2. 5. 6. 8. D. de offic. præf. urb. §. 2. Institut. de his qui sui vel ali. l. non solum 11. §. 7. 8. 9. D. de injur. l. 6. & 7. Cod. de specta. libr. 11. l. 24. §. si maritus 5. D. sol. matrim. t. titul. Cod. de emend. serv.* confer Mejerum *ad titul. D. de obseq. patren. præst. tut. D. & C. de oper. libr. ac serv.* Hamelium *d. repetit, cap. 45. cum supr. quæst. 44. & 47.* Quæ respexit Seneca, cum diceret: De injurijs dominorum in servos qui audiat positus est, qui & sævitiam & libidinem & in præbendis ad victum necessarijs avaritiam conpescat, *libr. 3. de benef. cap. 33.* Athenæus *lib. 6. cap. 7. juncta hac quæst. 57. num. 32. 33. 34. infr. quæst. 58. num. 7.*

QUÆSTIO 45.

53 Magistros † molendinorum, officinarum monetariarum, & similium constituere, regere ac lites subortas dirimere, ad OFFICIUM rectoris, judicis seu magistratus pertinet. Sic pro cloacis (quarum memini *hac quæstio. 45. num. 12.*) quænam à Prætore INTERDICTA sint introducta, explicat Mejerus *in titul. D. de cloac.* Contra molitores autem in Mysnia Saxonica & Marchia Brandeburgensi, so der obern Pacht-Mühlen besitzen/ agere possimus ex CONSTITUTIONE provinciali & lege peculiariter sancita *d. quæstio. 45. num. 43.* Alia STATUTA in Gallia depromit Choppinus *ibid. num. 44. 45. 46. 47. juncta hac quæst. 57. num. 21.* Contra † Papam, 54 sua potestate abutentem, 54. quid agendum, Baldus suggerit *dict. quæst. 45. num. 50.* primo scilicet utendum esse verbis, secundo herbis, tertio verberibus.

QVÆSTIO 46.

55 Ratione † mercedis & macinæ ex diversis agimus principijs. Quandoque enim OFFICIUM judicis postulamus, quandoque ex STATUTO, interdum ex PACTO vel CONTRACTU locationis-conductionis agimus; ceu ex collatione istius quæstionis adparet.

QUÆST.

QVÆSTIO LVIII.

Tertio, de ACTIONIBUS ex damnis ortis, ſeu ex delictis deſcendentibus: cum ſimilibus de molendinorum amiſſione?

SUMMARIUM.

1 Connexio cum præcedentibus, de remediis pro negotiorum diverſitate conpetentibus.
2 Quibus ſuccedit præſens tractatio, de damnis & delictis variis reliqua percenſens.
3 Pro molarum & cluſarum ædificatione, uſurpatione & vindicatione, quænam ſint prodita actiones? cum num. ſeqq. 4.5.6.7.8.9.10.11.
4 De commiſſione & oculari inſpectione quis ſcribſerit?
5 Novum opus nunciari poſſe in molendini exſtructione.
6 Quo interdicto agendum ſit contra eum, qui impedit aqua uti ad molendini uſum?
7 Quomodo dominis & ſubditis ſubveniendum quærentibus? remiſſive.
8 De molis bannariis ac ſervitiis ſubditorum quid circa remedia corrigentia dicendum? cum num. 11.
9 De conpulſione per Principes facta, ut incolæ tempore belli pecuniam iis gratis vel pro modicis dent uſuris.
10 Actus meræ facultatis num pariant actionem vel exceptionem; & quinam dicantur iſti, & an obſint vel proſint? remiſſive.
12 De occupatione & ablatione bellica.
13 Contra loci publici & privati occupationem interdicta ſancita quænam?
14 De fluminibus tam publicis & navigabilibus, quam privatis & non navigabilibus interdicta etiam exſtant.
15 De riparum ac littorum occupatione ſimiliter quædam promulgata: ubi obiter de Inſularum remediis, ac differentia inter vendicationem & vindicationem; item de formula Spiræ uſitata auff die 4. Fälle.
16 Cluſæ & aquæductus etiam remedia deſiderant.
17 Ex delicto deſcendentes actiones, videlicet furti, ſpolii, rapinæ & violentiæ: ubi de metu ex adjunctis in furem brevis declamatio Melchioris de la Cerda.
18 Damna poſſeſſionibus & molendinis inferentes ſunt quoque legitimis remediis coercendi.
19 Violentiæ ſpecies multiplices & interdicta pro cujusque ratione diſtincta; de quibus late num. 20. usque ad num. 35.
36 Refectio moletrinarum, earumq; exſtructio quibus gaudeat privilegiis aut remedijs? latiſſime usque ad num. 52.
53 Alienatio molendinorum per modos contrarios facta, quænam remedia adferat? cum n. 54. 55.
56 Deſtructio & amiſſio eorumdem ſimilem requirunt conſiderationem: de quarum remediis obiter num. 57. & 58.

Quæ hactenus † nova ſerie, de actionibus in diverſis cauſis convenientibus, adtuli; cum ijs connectenda ſunt, quæ nunc proferam. Non enim ſolummodo ejusmodi juris remedia tam ordinaria quam extraordinaria, juxta perſonarum rerumq; diſcrimina, item pro modis acquirendi varijs conpetunt: ſed etiam quando damna illata aut delicta commiſſa ſunt, conceduntur; quibus res noſtræ deteriores redduntur vel intervertuntur aut plane ſubmoventur; quod partim fit per violentiam, partim furto & interitu, itidemq; labſu annorum: nonnunquam etiam in alienatione, per modos facta contrarios, talia remedia decernuntur. De quibus omnibus & ſingulis ſupra nonnulla propoſui, & jam † adfinia quædam ſubjiciam. Commodioris enim tractationis gratia, hæc ita ſejunxi; ne præcedens caput, in inmenſum creſceret, & ſeparata promiſcue collocarentur. Superſunt igitur ſequentes quæſtiones.

QVÆSTIO 7.10.14.15.&19.

Propter † adfinitatem harum quæſtionum, junctim de iis pauca proferam. In illis autem de molendinorum & cluſarum ædificatione diſceptatur, libera vel reſtricta. Perluſtra ipſa contenta; quibus nunc propinqua adjicio. De actionibus ergo quæ pro ædificatione, tuitioneque molarum, cluſarum & jure aquæducendæ conpetunt, vide Joh. Franc. à Ripa *ad l. quo minus 2. num.* 46. *juncto nu.* 25. *usq; ad* 39. Jaſonem *col.* 9. *&* 10. Bartolum *ibid. num.* 9. 22. 23. *D. de flumin. & ad l. fluminum* 24. *nu.* 3. *D. de*

D. de dam. inf. Pileum *quæst.* 111. Wesenbecium *consil.* 67. Ant. Fabrum *in suo Cod. lib.* 3. *tit.* 24. *definit.* 5. 6. 7. Henn. Hamelium *in repet. titul. Instit. de action. cap.* 6. *n.* 13. 14. 15. 16. ubi de remediis simul agunt contra illum, qui vult ædificare molendinum, ita ut alterius molam impediat, sicque damna inferat. Inter alia enim Juris beneficia, quæ autores isti subministrant, refero; quod velut exẽplo monstravi supra ex Actis Brunswicensibus, *quæst.* 40. *n.* 6. impetrari etiam possit † CONMISIO ad faciendam ocularem inspectionem (de qua plurima congessit Rulandus, *sæpius cit. tract. de commissar.*) utrũ molendinum novum absque præjudicio fieri possit, *arg. l. si irruptione D. fin. regund.* Augustinus Berous in terminis *cons.* 144. *n.* 54. *vol.* 3. Sed poterit ne bis terve fieri hæc inspectio? Vide *l. boves §. hoc sermone de verb. signif. cap.* 2. *D. de treuga* Roman. *singul.* 293. Accedentibus legitimis requisitis † in molendini exstructione NOVUM OPUS quoque nunciari potest; ut factum aliquando in causa Kniephausen contra Ostfriesland. Confer Horatium Carpanum *in lucrubrat. ad statut. Mediol. cap.* 240. *vol.* 2. ubi hoc de ejusmodi novi operis nunciatione pertractat, & statutum de molendini ædificatione, expresse constitutum notis illustrat & cum jure communi conparationem instituit; simulque inter alia de coactione (vicini, alterum prohibentis & impedientis, ut à cæpto injuria opere desistat, vel illud destruat) adjicit, hãc nimirum concedi ex dispositione & conditione istius statuti Mediolanensis, officio judicis inplorato (id quod nec Ripa excludit *d. nu.* 27.) ut pluribus in simili monuit *cap.* 433. *num.* 68. 69. 91. 92. *vol.* 2. Refert pariter Jasonem *ad d. l. quo minus nu.* 51. *cum seq.* discutere, qua actione quis de jure civili uti possit, & impedire seu prohibere, si alter velit fabricare molam in parte superiori vel inferiori, ut inde nocumentum adferat moletrinæ alterius antiquiori? Et si noluerit destruere factum, posse eum cogi juris remediis ait, de quibus Bossius *tit. de mulctis in fin.*

Prolixius vero † istum Juris articulum Ripa prosequitur, *d. lo. num.* 46. ad propositum referens Ulpiani dictum; de usu aquæ & rivis novis in civiliter institutis oportere Præsidem disponere, & secundum rei æquitatem dare formam convenientem, *in l. de usu D. de var. & extraord. cognit.* Quærit ergo quo interdicto agendum sit contra impedientem uti aqua ad usum molendini? Bartolum quidem, ait, respondere; pro diversitate casuum, diversa etiam conpetere interdicta: utpote si æstate præterita vicinus usus est aqua fluminis publici, eum habere DIRECTUM INTERDICTUM, Ne quid in flumine publico, contra impedientem, *l.* 1. *in pr. d. t.* si non est usus tanto tempore habere illud interdictum de fluminibus UTILE, *d. l.* 1. *§. non autem D. d. t. de flumin.* Jasonem vero voluisse testatur, dari semper Utile, quia istud interdictum & sequens directo non competat, nisi pro interesse publico, alleg. Specul. & Jo. Andr. *in tit. de cau. possess. & prop. §.* 1. *vers.* 6. Ripa tamẽ Bartolum excusat, dicendo eum non ignorasse ista duo interdicta esse publica, ideoq; eum dicere directum competere contra facientem aquam aliter fluere, quam priori æstate fluxerit; Nam si hoc respectu agatur, recte proponitur directũ interdictum; quia in hoc versatur interesse publicum, & in cõsequentiam defenditur interesse privatum, juxta Ripæ dicta. Nam cum hoc casu ex verbis detur interdictum, consequitur ut directum sit, doctore *Bartolo in l.* 1. *D. uti possid.*

Item contra inpedientem conpetit actio NEGATIVA *l. 1. §. item sciendum D. de aq. plu. arcen.* quæ est negatoria generalis, conpetens domino neganti, adversario jus esse inpedienti; non specialis conpetens domino neganti, se debere servitutem *l. 2. §. 1. D. si serv. vendic.* Et sic duplicem esse negatoriam, Ripa testatur, ac ita Bartolum seipsum declarare, *in d. §. sciendum.* eodemque in proposito consulere ait Areti. *cons. 30. in 1. dubio.* Item conpetit interdictum DEMOLITORIUM, si spreta nunciatione ædificatum sit, ut idem Ripa dixit *in l. de pupillo §. meminisse D. de nov. op. nun.* Similiter interdictum QUOD VI AUT CLAM, etiamsi alias sine vi potuisset palam jure ædificium fieri *l. 1. §. & parui D. quod vi aut clam.*

Adde quod actor etiam obtinere queat directum interdictum, DE AQUA QUOTID. & ÆSTIV. is qui habet jus aquæ quotidianæ & æstivæ ducendæ ad suum molendinum; quod est prohibitiorium & restitutorium, *l. 1. in princ. §. Labeo D. de aq. quot. & æst.* & docet Speculator *d. tit. de cau. possess. & prop. §. privata autem interdicta vers. aliud quoque.* Dabitur etiam interdictum, NE QUID IN LOCO PUBLICO, seu per publicum aqua ducatur in domum privati; vel aliquid in publico fiat, quod privato noceat *l. si per publicum & l. seq. D. ne quid in loc. publ.* & declarat Aret. *in d. cons. 30.* Denique illi deesse non potest ACTIO IN FACTUM, quæ in loco cujuslibet interdicti est subrogata, *§. fin. Instit. de interdict.* & Ripa declaravit *in rub. D. eod. tit.*

7 Hæc de† privatis litigiis: sed quid si Principes & subditi dissidia ea de re excitaverint, quomodo his subveniendum? Plenius dixi allegatis istis in quæstionibus, maxime *dict. quæst. 11. nu. 100. & 152.* quibus autoribus adjungo Ren. Choppinum *tract. de privileg. rusticor. lib. 3.* Husanum *tract. de serv. & prop. hominib.* Herm. Latherum *tract. de censu lib. 1 cap. 12. num. 6. 7. 8.* qui indicant, superiorem ad querelam civium, ex officio gnaviter providere, & abusui oportunum debere remedium adhibere. Vide etiam de querelis subditorum contra dominos, & vice versa, Boerium *decis. 304.* Gailium *lib. 1. obs. 17. ubi Grav.* Asinium *de execut. §. 3. cap. 189.* Henn. Hamelium *ad titul. Instit. de actionib. cap. 44. per tot.* Casp. Ciglerum *ad prax. Caluloi §. austregæ conclus. 1. num. 23. 65. §. Landsassii conclus. 1. numer. 186. 107. §. nobiles num. 110. 114. 115. 116. cum seqq. juncta sup. quæst. 59. nu. 34.* Rutg. Rulandum *d. tract. de commiss. part. 3. lib. 3. cap. 3. num. 11. 12. 13. & in quæst. Cameral. 45. clas. 5.* ubi quærit, an Dominus injuriarum contra subditum agere queat, ob id quod illum apud Imp. adcusavit.

QUAESTIO 11.

8 Quæ à præcedenti numero dependet, & de bannariis seu proscribtis moletrinis tractatum, cum adfinibus continet. Ubi mentio fit operarum ac servitiorum, quæ subditi præstant, *d. quæst. 11. num. 11.* & quæ remedia illis sint servata, quæve horum ratione Magistratibus competant, docent autores citati *quæstio. 27. num. 8.* Quomodo supplicatio pro MANDATO PÆNALI, umb Abschaffung ungewöhnlicher Fröhnen/ hoc est insolitorum servitiorum, in Camera Imperiali per Weilmünster contra Nassaw exhibita 28. *Maij Anno 1579.* Sed ita conclusum fuit: Si nostri supplicantes Comitem ex quasi possessione sua de ungewöhnlichen Fröhnen und Dorffriedens/ quã in Camera hîc per sententiam suam obtinuit, legitime objicere velint; hoc ipsum non per viam mandati, verum per deductionem

ctionem PETITORII & viam CITATIONIS faciant oportet. Præterea in puncto deß Wein einlegen und Ungelds / quandoquidem punctus ille citra comminationem ullam pænæ fuit, properanter nimis contra Comitem, magistratum suum, ut Dnn. Camerales mandatis Cæsaris fulminet, velle videbantur. Idem abgeschlagen. Referente tunc D. Mörder / consentientibus DD. Rueff. Duyn, Reinhart, Cisner, Krebs / Cran. 1. *Junii Anno* 79.

9 Cæterum † eadem *q.* 11. *n.* 12. *&* 60. dixi de CONPULSIONE per Principes facta, ut Subditi tempore belli pecuniam gratis vel modicis pro usuris dent mutuo. Item † actus meræ liberæque voluntatis seu facultatis, nullam pati restrictionem; & consequenter eorũ respectu nec ACTIONEM tribui, neque EXCEPTIONEM, *d. qu.* 11. *n.* 15. *collatis seqq.* Unde etiam ejusmodi actus exerciti jure familiaritatis, sicuti non prosunt, cum non tribuant possessionem, *l. qui jure famil. D. de acquirend. poss.* ita nec obsunt vicissim, teste Johan. Bapt. Costa *in tractat. de ratione ratæ quæstio.* 25. *num.* 5. post Menochium *de arbit. jud. quæstio. lib.* 2. *casu.* 160. qui declarat, quinam dicantur actus gesti jure facultatis, & jure familiaritatis, & Osasch. *decis.* 140. *numer.* 10. *cum seqq.*

11 Ordo jubet ut † nominatim nonnulla proferam remedia, pro & contra molendina bannaria directa. Retuli quædam *d. quæst.* 11. *num.* 17. 49. 96. 100. 101. 111. 128. 137. 143. 144. 145. 146. 147. 148. *cum seq. usque ad fin.* ubi vide & pro impedimento, vel prohibitione molendini bannarii quæ habent Rauchbar *part.* 1. *quæst.* 27. Schraderus *ad* §. 14. *Instit. de rer. divis. num.* 11. *& seqq.* Tessaurus *decis.* 16. *vers. sexto amplia.* Sed & quomodo subcurratur subditis, si ita à dominis ire ad sua tantutum molendina cogantur? tradunt similiter alii. Esse nempe recurrendum ad superiorem, suadentibus Speculatore *de feud.* §. *nunc vers. cæterum.* Oldrado *consil.* 334. Beroo *consil.* 81. *num.* 18. *&* 19. *vol.* 1. Quid vero si libenter irent, sed ipsis (pro tuenda fortassis jurisdictione) interdicitur, nec permittitur alia adire molendina; tentandum an possint ii, quorum interest, impetrare MANDATUM SINE CLAUSULA, veluti in Versperrung der Commercien. Confer *casum insertum hac quæstio.* 11. *numer.* 147. *cum reliq.* Remedium quoque EXCOMMUNICATIONIS suppeditat nobis jus canonicum, quod intentare vel ex eo agere licitum; imo illud facto & jure ipso incurrunt domini qui prohibent subditis, ne cum personis ecclesiasticis contrahant, vel communia obsequia exhibeant, aut in suis propriis privatisque moletrinis bladum id est frumentum aliis molant. Ita namque à Bonifacio VIII. statutum legimus: Eos, qui temporale dominium obtinentes suis subditis, ne prælatis aut clericis, seu personis ecclesiasticis quidquam vendant, aut emant aliquid ab eisdem, neque ipsis bladum molant, coquant panem, aut alia obsequia exhibere præsumant, aliquando interdicunt (cum talia in derogationem libertatis ecclesiasticæ præsumantur) eo ipso excommunicationis sententiæ decernimus subjacere, *cap. fin. De immunit. Eccle-siast. in* 6. Anchar. *consil.* 11. *incip. factum super quo petitur consilium.* Lapus *allegatione* 92. *incip. inspeximus.* Nec ejusmodi temerarios homines reliquit impunitos Clemens. V. Pontifex, qui eorum coercitionem ad ARBITRARIAM & extraordinariam, severam tamen refert pænam; quam inter alia hisce fere verbis

minatur: Frequens & adsidua nos quorumdam religiosorum querela circumstrepit, quod plerique Episcopi ipsorum quietem injuste in subsequentibus multipliciter inquietant. Molentes in molendinis & coquentes in furnis exemtorum; servientes quoque & vasallos & domesticos eorumdem; vel alios qualitercumque contrahentes & participantes cum ipsis suspendunt, interdicunt & excommunicant absque causa rationibali pro libitu facultatis & voluntatis, bona illorum interdum nihilominus inclite occupantes. Insolitas & indebitas ipsis contra jura exactiones inponunt: novos quoque census & indebita opera constituunt. Processus juste factos, sententias juste latas pro exemtis religiosis, publicari seu executioni mandari à suis subditis, non permittunt. Indicibus ne justitiam faciant, ac Juris peritis ne consilium vel auxilium præbeant in causis seu negotiis eorumdem. Quidam cum armis & erecto vexillo, molendina & alia exemtorum bona, contra justitiam destruunt; quæ etiam tanto tempore possederunt, ut de contrario memoria nō existat. Frequenter etiam permittunt, & tacite consentiunt, quod in suo dominio temporali per milites vasallos & ipsorum temporales officiales monasteriorum bona mobilia & inmobilia per violentiam occupentur, in casibus non permissis à jure. Alii domos & hospitalia eorumdem frequenter occupant, detinentq; occupata: pluries quoque sine justa causa impediunt, ne exemti loca sua valeant reparare. Decet autem ut omnes suis juribus sint contenti, & alter in alterius injuriam seu jacturam non prosiliat. Universis itaque hujus sanctionis edicta districte præcipiendo hoc ipsum mandamus &c. *Clement. unic. De excess. prælat. collata quæstio. ista 11. num. 49.*

QUÆSTIO 13.

12 Multa proinde † mala & damna molis inferre homines, bellis, direptionibus ac incursionib. est in aprico. Unde milites jurare inter alia hodie consueverunt, militiæ nomen dantes; wann sie die Fahne und den Artickelsbrieff beschwehren / se velle parcere templis, scholis, monasteriis, molendinis & certis personis: & sin secus fecerint, gravibus POENIS subjiciuntur, ceu innui *h. quæstion. 13. num. 19.* Unde de RESTITUTIONE injuste ablatorum in bello, agunt Wesenbecius *consil. 202. part. 5.* Posset etiam quis adcusatione facta instituere ACTIONEM & repetitionem *ex d. Clement. unic. de excess. prælat sup. numer. 11.* ubi nominatim lex ponitur, quæ pœnam minatur & indicat armis, apertoque Marte molendina & monasteria invadentibus, occupantibus, detinentibus ac demolientibus.

QUÆSTIO 14. 18. 19.

13 Ubi de † loci publici ac privati occupatione disservi: quem & sacrum, communem, feudalemque interdum haberi novimus. Atque ideo diversa INTERDICTA tunc conpetunt, *ex tit. ne quid in loc. sacro fiat. 6. tit. de loc. & itin. publ. 7. tit. ne quid in lo. publ fiat. 8. & tit. de lo. publ. fruen. 9. D. lib. 43. junctis qq. 18. 19. & tit. D. de rer. divis. tit. C. de oper. publ. tit. de ædif. priv.* ubi Duarenus, Cujacius, Wesenbecius, Mejerus & alii Doctores communiter istam materiam excolunt, & de singulis actionibus adfinia congerunt. Quò pertinent etiam ea, quæ de exstructione & licentia ædificandi per privilegium vel investituram, aut alio modo concessa passim adduxi. Addo nunc ex Æl. Lampridio, qui de loco publico, sacris potius, quàm profanis adsignando ita scribit: Christiani cum quemdam locum,

eum, qui publicus fuerat, occupassent, contra Popinarii dicerent, sibi eum deberi, rescribsit Imperator melius esse, ut quomodocumque illic DEUS colatur, quam Popinariis dedatur, *in Alexand. Severo. mihi pagina 136.*

Aliud haberemus REMEDIUM ex constitutione Justiniani Imperatoris *dict. quæstion. 14. num. 28. quæstion. 18. num. 12.* Sed & si Princeps alicui Privilegium dederit construendi molendini, formamque certam præscribserit, quæ restagnationis aquæ damnum adferat; quæritur ibidem Antonius Faber, an tale jus ac potestatem habuerit, si ACTIONE & exceptione aliqua uti-frui alter voluerit? *d. quæstion. 14. nu. 30.* Item ædificare in loco communi, quando quis impediatur per actionem COMMUNI DIVIDUNDO, vel per OFFICIUM JUDICIS, investigat Bartolus *ad l. 3. §. si in loco communi. numero 1. per totum. Digest. d. tit. de novi oper. nunciat.* adde Cæpollam *de serv. urb. prædio. tit. de servit. tigni inmitt. 30. num. 13.* Denique discrimen oritur, & nòn ex iisdem Prætoris agimus EDICTIS, si aliquis in solo proprio vel alieno molam vel domum exstruxerit; qua de re pulchre disputat Justus Mejerus *in Colleg. Argentorat. ad tit. Pandect. de acqu. rerum domin. th. 36. 37. 38. juncta quæst. illa 18. numero 8. 9. 10. 11. 12. 14.* Quod membrum tangit etiam Ludolphus Schraderus; an scilicet ædificium, in alieno fundo exstructum, dominus soli vel possessor PROPRIA AUTHORITATE queat removere & destruere? *in comment. ad tit. Instit. de rerum division. §. 21. num. 19.*

QUÆSTIO 15. & 16.

14 In quib. † duab. quæstionib. multa de fluminib. aquisq; publicis & privatis, item navigabilibus & non-navigabilibus consarcinavi; quæ huc refer, ne cramben bis coctam adponere cogar. De que iisdem, puta fluminibus & navigationibus ratione ACTIONIS & interrogatoriæ adcusationis, lege quæ habet Rutger. Ruland. *d. tract. de commission part. 3. lib. 3. c. 12. 13. part. 4. lib. 2. c. 11.* Ita de fluminib. tria peculiaria INTERDICTA sunt inserta, & à Prætore edicta *in d. lib. 43. D. tit. 12. 13. 14.* ubi iidem Interpretes fusius id pertractant. Hinc aquam Rugiæ non posse aliò diverti in præjudicium tertii, & conpetere interdictum, Ne quid in flumine publico, nominatim arguit post Bald. & Alexan. Dominic. Tuschus Card. *tom. 5. pract. conclus. 304. numer. 18. lit. M.*

QUÆSTIO 17.

15 Quæ tractationem de † ripis ac littoribus conplet. Quocirca per consequentiam non tantum recensita juris REMEDIA huc referenda sunt: sed pecularia insuper INTERDICTA, quibus prætoris jussu & permissu agimus, desumenda *ex tot. tit. D. de ripa muniend. d. lib. 43. D. tit. seqq. 15.* quē præter alios adducit etiam Jac. Wern. *Kyllingerus tract. de ganerbinat. castror. discurs. 4. numer. 127.* Joh. Gœddæus *ad l. littus 112. num. 1. D. de verb. signification. juncta mea quæstion. 16. numero 35. hac quæstion. 17. numero 14. 16. 19. 20. 23. cum num. 24. 25. 26.* ubi simul quæsivi, num molam ædificare quis impune possit in medio flumine, forte ad insulæ oram? Ubi vide, & quæ pro Insularum VENDICATIONE (à qua vindicationem differre tradit Johannes Ordelaphus IC. Pisaurensis *in Parthen. seu repetit. l. fin. num. 1136. 1138. pag. 194. Digest. de rei vindicat.*) vel acquisitione conpetant REMEDIA, cum interrogatoriis lege iterum apud Rulandum *d. p. 3. lib. 3. cap. 16. 17. & part. 4. lib. 2. cap. 12.*

ex professo autem quæ de hoc argumento congessit Johann. Gryphiander *sing. tractat. de Insulis.* Proinde si quis clusam vel molam fecerit in ripa fluminis, sciente vel permittente vicino, an tunc OPERIS NUNCIATIO locum habeat, *dixi h. quæstion.* 17. *numero* 29. Antonii Fabri casus etiam huc respicit, quid de concessione & damno expressus *eadem quæstion.* 17. *numer.* 31. Quocirca ut penitius hoc cognoscatur, mente tenendum, quod largo sensu & per consequentiam, aut interdicta ista notissima etiam recensita hic quoque sint usurpanda, *ex d. lib.* 43. *Digest. tit.* 8. 12. 13. aut OFFICIUM JUDICIS, seu Præsidis authoritas interponenda, *ex l. præses.* 6. *C. de servit. & aq.* aut de damno facto infectoque agendum, juxta *l. fluminum* 24. *Digest. de dam. inf.* quod sub actione L. AQUILIÆ continetur, illudque persequimur, Gœdd. *ad l. pratum.* 31. *num.* 1. *de V. S.* vel ex altero Prætoris INTERDICTO, *in d. tit. D. de ripa munien.* ubi inter alia dicitur: ante opus factum, de damno vicinis esse cavendum vel satisdandum; post opus enim persequendi hoc remedio nullam superesse facultatem, & si quid incommodi postea datum fuerit; sed Lege Aquilia tunc experiendum esse. *d. l. ubi* §. 5. Deniq; iisdem ex principiis profluxit Supplicatio pro MANDATO, ut via publica & militari uti, in flumine publ. ratem agere, & per ripam ejus onerare atq; exonerare liceret, H. Bürgermeister und Rath der Stadt Ulm contra Herrn Ulrichen und Herrn Anthonie die Fugger/ auch Bürgermeister/ Gericht und Gemeind zu Dittenheim und andere vermeinte Interessenten, exhibitæ Spiræ 30. *Iunii Anno* 1582. per Malachiam à Ramingen. Ist aber damals abgeschlagen. Referente D. Pistoris, Consentientibus D. Glapsperger & D. Drechselio: quia factum qualificatum (aliàs secus) non fuit, multo minus conclusio seu petitio directa, Auff die vier Fälle; de quibus Wehnerus *in pract. observ. lit. A. pag. mihi.* 39. 40. 41. Rudingerus *in singul. observ. cent.* 1. *obs.* 39. Mejerus *vol.* 2. *d. lib.* 43. *tit.* 1. *th.* 4. *in fin. &* 26. Præterea flumen, de quo narrat Supplicans, (ist der Iler und Ilerthal/) non est publicum, ut cuilibet liberum in eo sit, pro libitu Holtz zu Flößen. Adhæc supplicans non allegat titulum seu jus, quo jure er solche Gerechtigkeit habe. Decretum 5. *Aug. d. Anno* 82.

QUAESTIO 19.

16 Hactenus & hic de † variorum generum fluminibus, aquis & clusis satis multa attuli. INTERDICTUM igitur de aqua privata reperitur *d. lib.* 43. *D. tit.* 20. *juncto tit.* 21. *&* 22. deque aquæductu secundum REMEDIA & interrogatoria, alia idem chartis illevit Rulandus *d. part.* 4. *lib.* 2. *cap.* 14. item si clusa vel aquæductus per publicam fiat viam, in promptu est INTERDICTUM, *ex tit. de via publ.* 10. *&* 11. *d. lib.* 43. *D.* ubi in specie Mejerum *& ad tit. de loc. itin. publ.* 7. *th.* 4. 5. 6. 7. 8. Sic Vincentius de Franchis pro civibus quibusdam respondet *decis.* 183. *n.* 9. *&* 10. quod OFFICIUM JUDICIS saltem implorare possint, (quomodo loquitur; & puto sensum esse, qui apud Germanos, ac si suasorie & non taxative dixisset, mögen nur gebrauchen oder anruffen/) ne in usu aquæducendæ & fluminum usurpandorum impedirentur, ex Bart. *in l. de usu. D. de var. & extraord. cognition.* dicente, quod quando quis habet usum servitutis, non jus, ipsi subveniatur per officium judicis, si impediatur. Præterea quid agendum sit, si quis non modo impediatur

diatur uti aqua ad usum molendini: sed si illicito modo ea restagnetur, Wann das Wasser wird auffgeschützet/daß der unterste Müller nicht kan mahlen / docent autores consignati *d. quæst.* 19. *num.* 16. Sed & pro clusis REI VINDICATIONEM competere, in publico flumine exstructis, idem statuit Bartolus *in d. l. fluminum* 24. *num.* 1. *D. de dam. inf. juncta l. si epistolam.* 65. §. *Paulus. D. de acq. rer. domin.* Denique clusæ & aquæductus, h. e. Wassergangs/ RESTITUTIO MANDATA in Camera fuit, supremæ Germaniæ judicio, *Anno* 1553. *die* 1. *Septemb.* velut Christianus Barthius formulam istius sententię adservavit, *in sentent. Cameral. lit. B.*

QUÆSTIO 37.

17 Quemlibet debere † in possessione sua salvum quietumq; remanere; & neminem alterius bona furto, rapina aut per violentiam auferre vel invadere, nec aliis damna inferre, aut ejusmodi delicti socium vel participem se reddere, æquum est, & ita constitutum.

Quapropter odio furum & raptorum plurimæ ACTIONES concessæ, quibus res nostras aut jura prosequimur: ut sunt actio furti pœnalis, ad exhibendum rei vindicatio, condictio furtiva, deque vi bonorum raptorum, & similes; de quibus copiose disseruit Wesenbecius, Mejerus & alii Dd. *in tit. D. de condict. furt. tit. ad exhibend. tit. de rei vindicat. tit. de furtis. tit. de vi bon. rapt.* Hamelius *d. repetit. tit. Instit. de action. c.* 4. 34. 35. 48. Treutlerus *vol.* 1. *select. disp.* 15. *& disp.* 22. *th.* 12. *cum. seqq.*

Cum igitur non solum hoc agamus, ut rem nostram clanculum vel violenter ablatam quantocyus recuperemus: sed etiam fures, nominatim molendinarii, die Mühlendiebe/ dignis pœnis subjiciantur ac luant in corpore, si non in ære habuerint; placuit exscribere verba Melchioris de la Cerda, quibus animi etiam perturbationem, terriculamenta, timorem cruciatum & metum, ex adjunctis describtum indicare voluit. Sunt autem ejusmodi: Te non metuere dicam fur, non contremiscere miserum hominem, qui ipsa faciundi furti meditatione, cum tendis ad locum, spectas tempus nocturnum, & summum noctis silentium, tum cum maxime jacent homines in lecto & somno gravissimo consopiti sunt. Ne te quis persentire possit, quemadmodum animam conprimis, retines ad multum tempus, & magna cum difficultate & compressi corporis multo, minimos muris strepitus exhorrens, atque hominum inanes umbras. Atque si quem sese commovere audis & inclamare furis præsentiam, quàm illico terga vertere soles, quàm eodem itinere summa cum celeritate revertere eo, unde te intulisti in domum interiorem. Quia male procedit, in quanto metu versaris, ne quisve ex domesticis, qui primis in cubiculis dormiebant, audierit clamore excitatus à somno.

Et quia suspicio jam erat, & metus, cœpisse fures parietes transfodere; atq; illos aucupari jam tempora hujusmodi ad sua furta: & usitatum est, se in cubicula prima recipere nonnullos, ut cum inclamarent, qui intus essent, surgerent, celeriter & accurrerent, & mediam tenentem domum furem opprimeront, atque à tergo & à fronte interceptum fugere non permitterent, miserande homo, contemtissime omnium ad virgas reservare, ad ignominiam & infamiam, & si furti gravitas tulerit, laqueo suspendente nondum furto facto, quid ages? pallens totus, ac tremens, & præ angustiis præcluso spiritu, hisce non audes, ut tui ipsius misereri

fereri velint, non flagitas? non obsecras contractis humeris, & toto corpore demisso, & utramque tendens manum, & supplici & trementi voce te dimittant protinus, ne prodant, quoniam honoratus est, & nequissimus te spiritus deceperit? Non addis ex inditio nihil boni comparaturos se præter ignominiam & infamiam furi inurendam, quidvis potius te paratum esse perpeti, & supplicii quodcunque subire genus, si per illos statuatur, quàm ad judices delatum, virgas & ignominiam in generis suorum redundaturam in perpetuum, non adjungis. Quoniam notus eis fueris, quoniam parentibus ortus honestissimis. Quid plura? quoniam civis, quoniam denique vicinus. Melch. de la Cerda *vol. 1. Campi eloquent. pag. mihi 217. 218.*

QVÆSTIO 38. 39. 40.

18 Rebus nostris † damna sæpissime adferunt homines inquieti & nequam, possessionesque non raro intervertunt, turbant, detinent, aut submovent ex iis veros dominos vel bonæ fidei possessores. Quæ etiam malitia suis minime debet carere pœnis: unde multa REMEDIA, ACTIONES & INTERDICTA sunt introducta & pronunciata, quæ possessionem acquirendam, retinendam & conservandam, vel recuperandam concernunt, de quibus & eorum interrogatoriis iterum nonnulla habet Rulandus *dict. part. 3. libr. 4. capit. 1. 2. 3. 4. & parte quarta, libro tertio, capite primo & libro 7. pagin. 3. cum 4.* Mejerus *ad titul. D. de interdict. sive extraordin. action.* aliique Interpretes, tribus hisce quæstionibus à me adducti; quibus nunc per paucos adjungam.

Etsi enim violentiæ species ad pauciora membra redegerim; non tamen procul recedunt ab iis aliorum tradita, quæ adfinis doctrinæ gratia hoc sequenti modo substituo & præmitto.

Interpretes enim nostri † varias violen- 19 tiæ species confinxerunt, ceu videre est cum apud autores ibi citatos, tum Hamelium *d. repet. tit. Instit. de action. capite 35. numero 1. cum 6. seqq.*

Primam dicunt esse violentiam Expulsivam, istamque in res inmobiles proprie cadere; proque tali violentia proditum esse interdictum, UNDE VI, *libro 8. Codic. titul. quarto, juncto titulo Digest. de vi & vi armat. titul. extra de restit. spoliat.* ubi materia ejus plene tractatur, & quomodo † il- 20 lud à Novi operis nunciatione differat, vide Bart. *ad l. 1. §. hoc autem. num. 1. 3. 4. 5. 6. 8. 10. D. de nov. oper. nunciat.*

Nonnulla huc pertinentia invenies etiam apud Practicum Papiensem *in form. libel. in causa spoliatæ possess.* Robert. Marantam *in tract. de ordin. judic. 4. part. distinct. 7. num. 22. cum seqq.* Suntq; pro tali violentia quoque multa alia & locupletoria remedia introducta, quæ adnotat Jason. *in l. si quando. num. 1. & 2. C. unde vi.* Maranta *alleg. lo.* Menochius *in remed. recup. possess.* Modestin. Pistoris *consil. 40. volu. 1.* & Wesenbecius *in paratit. ad tit. de vi & vi arm. num. 13. juncto num. 9.* ubi addit, hoc interdictum De vi & vi armata, pertinere non modo ad res inmobiles; sed etiam ad jura incorporalia † utiliter, (pariter, ut actiones 21 utiles à directis, quoad effectum, nihil aut parum differe, monstravit Anton. Faber *in jurisprud. Papin. tit. de just. & ju. princ. 2. illat. 3.*) extendi posse, qualia sunt jurisdictio, servitus &c. *infr. num. 30.* Quando igitur de tali enormi impedimento destructioneque violenta aut turbatione armata lis movetur, subvenitur etiam læsis aut obpressis, † *ex* 22 *d. Clement. un. ext. de excess. prælat. sup. num. 11.*

num. 11. item ex L. Julia DE VI PUBLICA & PRIVATA, *lib. 48. Pandect. ubi Dd. tit. 6. & 7.* de qua vi publica, quid nempe sit proprie, vide sis discrepantes sententias Duareni *libro 1. disputat. cap. 22.* Roberti *libro tertio senten. cap. 22.* Cujacii ad Paulum *lib. 5. sent. tit. 26. & in parat. D. d. tit. de vi publ.* Menochii *de arbitr. jud. quæst. casu 394. numero 8.*

23 Eodem modo † qui violenter detrectat solvere annuos reditus, hoc interdicto, Unde vi, conveniri potest, teste Gailio *lib. 2. observ. 10. n. 5. & obser. 75.* Si non violenter recusaverit, tenetur alia lege ex contractu censuali; ita ut in priori specie MANDATUM SINE CLAUSULA quandoque Spiræ decernatur, autore post Friderum Johann. Ruding. *cent. 5. observ. sing. 85. num. 4. sup. quæst. 57. num. 47.*

24 Secundam † violentiam constituunt iidem Turbativam; eamque dicunt committi, quando duo pluresve prætendunt, se possessores ejusdem rei, & unus turbat alium; atque istam violentiam cum quis perpetrat in rebus inmobilibus, incidit in interdictū UTI POSSIDETIS. *tot. tit. D. & C. ubi* Mejerus, Wesenb. aliique Dd. *Uti possidet.* Sin autem hæc violentia cadat in rebus mobilibus, proditum est interdictum, UTRUBI, *in tit. D. utrubi. Pract. Pap. in form. lib. pro turbata possess.* Rob. Maranta *d. part. 4 distinct. 7. num. 14. cum seqq.*

25 *Tertia* † violentia ipsis est Inquietativa quando videlicet aliquis, qui non est possessor, nec prætendit se possessorem, aut pro eo se gerit, inquietat alterum in suo ædificare, seu aliud facere, vel clam, vel aperte; & pro molestatione (ut loquuntur) sive inquietatione tunc competere ajunt interdictum, QUOD VI AUT CLAM, *ex titul. 24. libro 43. Digest.* (quamvis Cujacius à Wesenbecio ibi dissentire videatur; videlicet non tueri hoc interdictum possessiones, sive illud non esse de possessione, sed de opere, vi aut clam facto: quod Mejerus ibidem innuit) Jason *in dicta leg. si quando. numero sexto. Codic. unde vi.* Idem cum aliis *ad d. l. 1. §. hoc autem. D. de novi op. nunciat.* De molestatione etiam agit Tuschus *d. tom. 5. pract. conclus. 306. 307. 308. lit. M.*

26 Quarta † violentia est Ablativa, pro qua actionem concedunt, VI BONORUM RAPTORUM, *ex lib. 47. D. tit. 8.* ubi Mejerus *th. 2. & 3.* & remediū CANONIS *redintegrandæ 3. q. 1.* apud Hamelium *d. cap. 35. n. 5. & cap. 11.* Franc. Ripam *in cap. sæpe n. 22. extr. de resti. spoliat.* Mynsingerum *cent. 3 obs. 85.* Cacheran. *decis. 93.*

27 Quinta & † ultima violentia ab iisdem vocatur Conpulsiva; quando videlicet quis conpellitur aliquid dare vel tradere, & tunc competere actionem ferunt METUS CAUSA, *ex lib. 4. D. tit. 2. ubi* Wesenb. & Mejerus *th. 3.* Jason. *d. loc. num. 4.* Hamelius *nu. 6. 15. 16. cum seqq. & c. 38.*

28 Deinde † præmittendum seu simul considerandum esse recte monet; si alicui vis inferatur, contra constitutionem pacis publicæ, quod pro tali violentia sit introducta ACTIO EX ILLA CONSTITUTIONE violatæ pacis publicæ. Hamelius *d. c. 35. n. 7* Mynsingerus *cent. seu lib. 4. obs. cap. 24.* Etenim tam privatim, quàm publice interest, vim coerceri. Et ideo variæ etiam ad vim cohibendam vel puniendam promulgatæ sunt Imperii constitutiones; veluti, De pace juramento firmanda, De pacis violatoribus, Deque pace publica. Videatur Andr. Gail. *ad d. constit. d. P. P.* Chilian. König. *in process. loc. de pœnis. cap.* von Peen deß Friedbruchs *& cap.* von Peen der gewaltigen That.

29 Cæterum † his nunc adjungenda sunt ea, quæ ulterius in materia præsenti notando observavi. Et quidem OFFICIUM JUDICIS hac in parte plurimum valere & obtinere dixi, *quæst.38.num.14.17.18.19.20.* deq; eo passim agit Quintilianus Mandosius *tract.de inhibitionib.* Sic nuncupatim INMISSIO in molendinum, ratione possessorii, Spiræ decreta apud eumdem Barthium *in sent. Camer. de Anno 1577. die 15. Apr. lit. I. juncto tit. D. ne vis fiat ei, qui in possess. miss. est. 4. d. libr. 43.* DE MANUTENTIONE, ratione possessionis, plenissime agit Virginius de Boccatiis *tract. de manutent. possess.* Laudati ergo hactenus autores unanimi consensu tadunt, quænam pro quieta & tranquilla possessione sint conducenda remedia: & quidem non modo ea, qua hucusque recensui, sed etiam damnum, injuria, vis aut impedimentum si ex variis causis & modis fuerit illatum, adesse adfirmant vel contradictionem ex lege, actionem furti, injuriarum, aut ex L. Aquilia, Cornelia, Julia, & de damno infecto, cum similibus, quibus ut & cum novi operis nunciatione jus usumque nostrum libere defendimus aut recuperamus, quod series monstrat harum quæstionum, scil. *qu. 39. num.15.16.17.19. qu. 40. num. 12.17.14.15. 16.20.24.25.26.*

Illustrantur eadem seqq. exemplis. Cum 30 enim † jurisdictio turbatur, de qua antea, habet dominus interdictum illud UTI POSSIDETIS, *arg. c. licet. §. ex præmissis. extr. de probat.* Item ei competit, cujus fines turbantur, teste Hieronymo de Monte *tract. finium regund. c.30* adde Hamelium *d. repetit. tit. Instit. de action. c. 52. per tot.* Nec denegatur illi, qui impeditur in jure venandi, autore Gailio *lib. 2. obs. 66. num. 3.*

31 Nota autem † quod ACTIO INJURIARUM verè conpetat, cum quis alium re sua uti prohibet; quando verò possessione eum uti non permittit, subvenit Prætor hoc Interdicto manutentionis, *arg. l. si duo. §. hoc Interdictum. D. d. t. Uti possid. l. si ædes. D. com. divid.* Et ideo Wesenbecius id explicat, dari ejusmodi actionem adversus quo suis modo turbantem & impedientem; dum tamen reipsa hoc fiat, non tantum verbis, *in paratit. ad d. tit. Uti possid. num. 5.* Faber *in §. retinendæ. num. 11. Instit. de interdict.* Si quis igitur alium de possessione diffamet, quod videlicet eam nullo jure habeat, L. DIFFAMARI judicio UTI potest, ceu tradit idem Gailius *lib. 1. cap. 9.* Distinguit tamen Menoch. ita ut si per hanc diffamationem turbetur possessoris possessio, detur hoc remedium; sin vero non turbetur, quod denegari debeat, *in 3. remed. retin. possess. num. 292.*

Sic de † damno, prædiis urbanis ac rusticis illato, & ACTIONE prosequendo, vide Bartolum *ad l. 1. §. item sciendum. D. de aq. plu. arcen.* & confer quæstiones meas, in quib. demonstravi, num molendinum pro re mobili vel inmobili; item pro domo & pro quali prædio sit habendum? Unde † turbatum in possessione molendini libera, PROPRIA AUTHORITATE impedimentum tollere posse concludit Stephanus Bertrandus cum allegatis *consil. 296. num. 9. part. 1. vol. 2.* Confer *sup. quæst. 38. num. 11. quæst. 57. num. 52. h. quæst. 58. num. 13. in fin.* & Wesenbecium *in parat. ad d. tit. D. uti possid. num. 6. fere per tot.* Et hinc in simili statuunt alii, quod † Dux vel Comes, de ducatu vel Comitatu dejectus etiam post decennium possit propria authoritate possessionem recuperare; testibus Decio *consilio 460.* Gailio *lib. 1. de pace publ. capit. 16. num. 16.* vide Modestin. Pistoris *consilio 27.*

32 33 34

35 In terminis verò nostris, an facta † denunciatione molendini domino, ut clausuram tolleret, quæ damnum dabat, liceat propria authoritate eam destruere, & num aliqua actio detur adversus destruentem: Item, an ædificans molendinum in flumine publico possit contra constituentem aliud molendinum, cursus aquæ (ita loquitur) impeditivum, aliquam actionem intentare disceptat & explicat Pileus *in qq. aureis. quæstio. 10. & 11.* ubi in prima quæstione distinguit juxta *leg. quemadmodum 29. D. ad L. Aquiliam.*

QVÆSTIO 48.

36 Similiter † si dominium habeo & possessionem soli, in quo molendinum aut aliud ædificatum est, posse me structuram istam PROPRIA AUTHORITATE destruere, nec indigere me, ut novum opus adnunciem, id est, prohibeam vel denunciem adversario, ne ædificet, Pract. Ferrariens. concludit *in form. libell. in act. novi oper. verb. novum opus. num. 5. per d. l. quemadmodum. §. 1. in fin. D. ad L. Aquil. l. si vitem. §. si ad januam. Quod vi aut clam. l. 1. C. ut nem. lic. sine jud. auct.* Quæ indagatio hujus loci propria est, & respectu refectionis commemorata quæstione satis explicata. Cum

37 enim † sæpissime eveniat, ut vicini ædificando vel reponendo non raro vicinis injuriam damnumque inferant avaritia, vel errore, vel etiam temeritate, malitiave quadam, aut per suggestionem alterius inpulsi: Prætor Romanus ut huic malo obcurreret, edictum tale de NOVI OPERIS NUNCIATIONE proposuit; quo expressit ut sive jure, sive injuria (vide Thom. Verracium *in cautel. 58.*) opus fieret, per hanc solennem nunciationem inhibeatur, donec vel nunciatio missa fiat, vel vice nunciationis missæ satisdatio de opere restituẽdo fuerit interposita. Consule latissimos Dd commentarios, nominatim Bartoli, Alexandri Jasonis, Castrensis, Zasii, Wesenbecii, Mejeri, & cæterorum, *ad tit. D. de nov. operis nunciat. tit. D. de remissionib.* Panormitani *ad tit. ext. de nov. op. nunc.* Petri Gregorii Tholozani *lib. 4. syntag. ju. univ. cap. 27.* Rutg. Rulandi *dict. part. 3. lib. 8. ca. 5.* illudque interdictum novi operis nunciationis, à quibus interpretibus sit explicatũ, exhibet Bernhard. Grævæus *ad Gail. conclus. 16. num. 1. lib. 1.* Et quidem † non si-

38 ne causa dixi, non referre, utrum jure vel injuria id factum opus fuerit. Sicuti enim ratione damni & turbatæ possessionis, plurimum obtinet judicis officium, quod hoc in casu remedium est præstantissimum, *supra quæst. 40. numer. 20.* ita & illud magis (verba eorum sunt) privilegiatum est edictum novi operis, nunciationis, quam REMEDIUM ATTENTATORUM, Panormit. *in d. cap. 1. de no. op. nunc.* Franc. Marcus *quæst. 588. num. 4. p. 1.*

39 Sed quid † si vice versa is, qui mihi novũ opus nunciavit, per calumniam id fecit & succubuit; tenebiturne mihi ad damna? Sane ille ipse vim facit. *l. vim facit. Dig. de vi & vi arm.* Vide Plotum, qui quoad restitutionem damnorum distinguit: utrum patiar damnum ex eo, quia destructum fuit opus factũ expensis meis, spreta per me nunciatione; tunc enim damna non resarciuntur: vel utrum propter nunciationem mihi calumniose factam opus distuli, tunc juxta ipsius decisionem possum damna repetere, *de in lit. jur. §. 3. num. 55.*

40 Et quod † contra injustè novum opus nunciantem, ACTIONE INJURIARUM agere possint, voluit Gailius *dict. lib. 1. observ. 16. num. 8. per l. qui perpendentem. de act. emt. l. injuriarum. §. si quis me. de injur.*

41 Verum enimvero † ut quæstioni nostræ propius accedam, repetendum ex ea est vocis Novi & Refectionis homonymia, quod scilicet non uno eodemq; modo usurpetur; ut Zasius quoque notavit *in rub. nu. 1. & l. 1. § si quis ædificium. nu. 2. d. titul. de nov. oper. nunciat.*

42 Sicque reficienti an novum opus nunciari possit; puta quando restaurat pristinum, aut totaliter vel maxima ex parte destructum de novo reficit, quasi iterum facit seu ædificat; Germanice von neuem gantz wider bauen oder machen? Quod allegata quæstione fusius pertractavi; & dicunt Canonistæ, quod qui † prohibitus est ædificare, intelligatur de novo id facere; non autem ipsi interdicatur inchoatum perficere, vel dirutum reficere, Glossa & Dd. *in c. 3. de jure patron.* Joh. And. & Host. *in c. significavit. de censib.* Felinus *in c. cum accessissent. num. 56. de constitut.* Decian *consil. 18.* Legistarum quoque communis sententia est, novum opus non facere illum, qui unum alterumve cœmentum ædibus suis imponit, nec faciem mutat: sed qui ædificando vel detrahendo pristinam operis formam mutat & tollit. *dict. leg. 1. §. 11. l. 21. §. opus. Digest. h. titul.* Decius *in leg. domum. 61. de Regulis Iuris.* plura habent allegati authores *h. quæstion.* 48. quibus nunc adjungo Bertrand. d'Argentre *ad consuet. Britan. tit. 22. articul. 538. numero 3. & 4. pagina 1937.* Petr. Santz Morquechum *tract. de division. bonorum. libr. 3. capite 2. numero 13. & 14. pagina 273.* Johannem Corasium *libro 5. miscell. cap. 25.* & Quintilianum Mandosium *d. tract. de inhibition. quæst. 119. per tot.* ubi non modo dicit, reficere diversum esse à facere, seu ædificare; & reficientem ædificium penitus destructum, dici ædificare: sed etiam quærit inhibitus † ne ædificet pendente lite super castris, vel domo, an queat castrum domumve reficere seu reædificare? Cum quo transit Ferrariensis an ædificanti castrum de novo possit novum opus nunciari? *d. loc. num. 3.* & vide *leg. opus. D. de oper. publ.* Gloss. *in l. 1. Cod. de fund. limitroph. lib. 11. & in l. per provincias. C. de ædif. privat.* 43

44 In † terminis verò, molendinum sic ædificanti, posse novum opus nunciari, probavit idem Franciscus Marcus *quæst. 106. p. 2. juncta mea quæst. 17. num. 29. q. 48. & h. quæstio 58. numero 5.*

45 Ita è contrario Supplicatio pro prætoria ista novi operis nunciatione & CITATIONE, der Stadt Sebhausen contra den Graffen von Eisenberg/ in Camera Spirensi quandoque exhibita; aber wie darin gebeten/ ist damals abgeschlagen. Nam narrata Supplicationis istius erant tunc contraria. *ad d. l. de pupillo. b. meminisse. D. de nov. op. nun.*

46 Deinde † dubium movebatur, an ex officio Prætoris decerni potuerint processus: Quia narrabant se habere privilegium, ne quis intra unum milliare, circa civitatem suam ædificium aliquod pro munitione, oder sonsten Gräffliche Sitz ponat. In quo privilegio cum se fundaverint, ac pro illo conservando agere voluerint, prius ipsos Conservatores Privilegii, die Burggraffen zu Frideburg/ requirere debere, responsum fuit.

47 In simili casu † Zasius monuit, superiorem istam de tali refectione totali ac solenni novi operis nunciatione conclusionem ad multa utilem esse, *in repet. d. §. si quis ædificium. nu. 3. D. h. t.* Nam statuto Ecclesiæ cavetur, ut nemo ædificet arcem in terris Ecclesiæ, Papa insalutato vel inconsul-

46. Quid si aliquis nobilis fuerit rebellis, & fuerit ei arx destructa, postea vero voluerit reficere; quæritur, an possit? Et ipsi placet opinio Baldi, quod ei non liceat destructam rem reficere Papa inconsulto *arg. l. si ut proponis. C. de nupt. Doct. in c. consuluit. de Iudæ.* proque ista Distinctione habere nos Glossam magistralem *in c. de monachis. 18. q. 2.*

47 Præterea † quæ de Processibus Cameralibus inspersi, confirmantur ex iis, quæ tradit Mejerus alibi; nempe *ad tit. D. quod vi aut clam. th. 19. per totum.* ubi ait, quod triplicia hodie MANDATA SINE CLAUSULA Spiræ Nemetum decernantur: primo inhibitoria operis; secundo prohibitoria turbationis, vulgo mandata de non impediendo ædificare; & tertio demolitoria, quæ & restitutoria vel de redintegrando dicuntur. Uberius de his mandatis Gailius *d. observ. 16.* Friderus *tr. de man. c. 30. 31. 32.* und von Pœnal Mandaten sine clausula in hoc edicto novi operis nunciationis, videatur etiam Noah Meurre *in declar. Ordinat. Cam. Imp. part. 2. pag. 65.* & ipsam Ordinat. Cam.

48 *p. 1. pag.* 102. *& 341. in fin.* Adfinia sunt & † alia juris remedia, quæ huc pertinent, & Mejerus suis locis adposuit, fecitque Zasius *ad d. §. meminisse. num. 18. & 19.* Dixi enim, quo privilegio gaudeant præ cæteris hi, qui numos mutuo dederunt ad refe-

49 ctionem ædificii, navis aut molæ? Item † si socius invito altero quid in molendinis reposuerit; vel uno instaurare volente, altero autem dissentiente aut differente, quomodo utrisque subveniatur, *d. qu. 48. num. 26. 27. 33. usq. ad num. 37.* ubi Joh. Garsiam citavi, qui de ACTIONIBUS competentibus agit. *tract. de expens. & meliorat. cap. 19.* & RETENTIONEM pro reparationum necessariarum expensis competere adstruit: idem Argentræus *d. comment. ad consuet. Britan. tit. 14. art. 265. cap. de intervers. possess. n. 24. pag. 902.* Joh. Althus. *libel. de jure retent. n. 15. 16. 26. 27. 28. 29.* Sic socius in re communi ædificans quomodo prohibeatur, ac Novi operis nunciatio in SOCIETATE an & quid operetur, declarat Zasius *ad l. in provinciali, juncto §. si plurium. D. d. t. de nov. op. nunc.*

Idem non modo colligit, quod † actio 50 CONFESSORIA cum hoc interdicto cōcurrere possit, *ad l. hoc edicto §. hoc autem num. 7. D. eod.* sed etiam investigat & concludit, quod si † aliquis præcludatur impe- 51 dimento, ne opus novum nunciet, ille possit protestari de illo impedimento; quæ PROTESTATIO aliquid operetur: cessante autem obstaculo fieri debeat nunciatio, & facta protestatio non sufficiat, *ad d. l. in provinciali §. si quis ipsi numer. 1. D. d. titul.* confer Martini Nigrini *tract. de protestat.*

Nec † ab hac tractatione alienum est, 52 quod de maritimo prospectu non impediendo dixi *supr. quæstio. 15. num.....* Unde peculiaris constitutio exstat, de novi operis nunciatione maritimi aspectus, *Novel. 63. ubi Interpp.*

QUÆSTIO 49. 50. 51.

Ex quarum † cum præcedentibus facta 53 collatione elucescit, quænam REMEDIA in alienatione, per modos contrarios peracta, sint adhibenda? utputa qua ratione domini, vasalli, bellatores, occupatores, legatarii, heredes, emtores, venditores, locatores, conductores, emphyteutæ, episcopi, socii, donatarii, & similes personę certis actionibus jura sua tueantur salva vel pœnis dignis subjiciantur.

Tutores † curatores, pupilli, minores, 54 majoresve suis etiam muniti sunt benefi-

ciis; ceu autores ibidem adducti luculenter demonſtrant, & remedia decretorum in alienatione bonorum minoris congeſſit idem Rulandus *dict. tract. de commiſſion. part.* 3. *lib.* 7. *cap.* 8. *juncto lib.* 5. *cap.* 16. *& part.* 4. *lib.* 2. *cap.* 16.

55 Adminiſtratores † vero, epiſcopi, præfecti, officiarii & negotiorum geſtores alii, quomodo ſint conveniendi, hique viciſſim reliquos conpellere poſſint, videatur Munnoz de Eſcobar *tractat. de ratiocin. adminiſtrat.* Doctores *ad titul. D. de negot. geſt.* Addo quod ex STATUTO quis agere queat, à me exſcribto *dict. quæſtio.* 51. *numer.* 18. *juncta quæſtio.* 57. *num.* 21. & REI VINDICATIO non ſolum pro omnibus publicis, ſed etiam pro rebus privatis tribuatur, *d. quæſt.* 51. *num.* 18.

QUÆSTIO 52. 53. 54. 55.

56 Tandem hæ † quæſtiones penultimæ agmen claudunt, quæ à præcedentibus magna ex parte dependent, & ſæpius quoad remedia ſeu actiones concurrunt. Inter alia, de molendinorum deſtructione vel amiſſione deliberatio ibi inſtituitur. Unde

57 Practicus Ferrarienſis facit mentionem † ACTIONIS, quæ conpetit pro vindicando molendino, quod impetus aquæ abſtulit *in for. libel.* .... *fol. mihi* 266. *numer.* 14.

58 Sed poteſtne, † agi ad deſtructionem molendini poſt decennium? Obiter memini, *ſupr. quæſtio.* 57. *numero undecimo* inſpice etiam Weſenbec. *conſil.* 34. *num.* 52. *part.*.... Anton. Fabrum *in Codic. pagin.* 259. *de fin.* 6. Hanc quæſtionem habuerunt quoque Scabini Lipſenſes in cauſa Caſpar Kroctwitz contra Procuratorem Ducis Pomeraniæ, ut patet ex eorum reſolutionibus Francofurti *Anno* 99. inpreſſis *quæſtio* 24. *fol. mihi* 139. ubi in utramque partem diſputant. Pro negativa facit, quod pro tali opere deſtruendo conpetit interdictum, QUOD VI aut CLAM; illud autem eſt annale.

Facit pro eadem *l. ſi quis diuturno*, *D. ſi ſerv. vindicat.* Pro adfirmativa militat, quod videatur competere NEGATORIA contra ædificium non jure exſtrictum, quæ actio cenſetur eſſe perpetua, dummodo non ſit præſcribta.

QUÆSTIO LIX.

DE

Formulis quarundam actionum certis, ſecundum illas in hoc de molendinis judicio conformatarum, generalibus ac ſpecialibus.

SUMMARIUM.

1 Continuatio vel ejus excuſatio præmittitur; cum ſimilibus de formulis actionum.

2 Hiſtorica narratio de formulis veterum, in judicio uſurpandis, ex Antonio de Ripolis adducitur.

3 Rolandini Rodulphini teſtimoniũ ſimile, de actionibus & earum libellis formandis, deque earumdem in foro neceſſitate.

4 Veteres habuerunt varias formulas: utpote dignitatum, ſupplicationum, edictorum.

5 Exorciſmi genera, & publicorum privatorumque negotiorum formulas noſtri quoque majores habuerunt.

6 Iuramentorum variæ etiam ſpecies ſunt; ubi de formula jurisjurandi, per Chriſtum.

7 Formula Abrenunciationis in baptiſmo.

8 Formula Oblationum in primitiva Eccleſia.

9 Formulæ Orationum à Chriſto & viris probis præſcribtæ.

10 Formulariorum ac libellorum idæas quinam auctores conpoſuerint? Brevis indiculus ponitur, cum num. ſeqq 11. & 12.

11 Legum actiones formulæque ſolennes apud priſcos Romanos nunc ſublatæ num. 12. ubi de formulis hodie in litibus quoque ruſticorum ſubmotis.

13 Formula Interdictionis bonorum.
14 Forma ac norma Exbannitionis: item Petitionis num. 15.
16 Formula Emphyteuticandi stylo veteri & novo.
17 In terminis remissive aliquid adfertur, de sententiis, instrumentis ac formulis, quibus olim molendina fuerunt acquisita, cum num. 18. & 19.
20 Forma libelli in actione Doli, qua agitur ad rescindendum contractum, circa molendina occupatum.
21 Forma libelli alia in actione Negatoria, qua iterum lis de moletrinis movetur.
22 Formula supplicationis, pro Mandato sine clausula obtinendo, de non impedienda moletrinæ ædificatione.
23 Alia supplicatio pro Mandato pænali sineque clausula, iterum de non impediendo ædificari, constructionem molendini concernens.
24 Supplicatio pro Mandato pariter sine clausula, de demoliendo.
25 Vltimo formula Mandati demolitorii & inhibitorii sine clausula, ex tit. D. ne quid in flumin. publ. cum simili molendini exstructionem destruentis.

1 ULtimo † succedunt Formulæ & certarum actionum libelli, pro negotiorum contingentium qualitate elaborandi. Scenæ meæ inserviens, species nonnullas τῶν ἐπιμέτρων & exempli quasi loco integre adponam; sequutus in eo (qui satis me defendit) parentis τῶ μακαρίτω vestigia, Antonii Heringii scilicet *in tract. de fidejussorib. cap. 30. num. 1. usque ad num. 16. juncto numer. 79.* ubi, ut nomine ludam, testatur in Camera Imperiali petitam fuisse citationem ex parte Johannis ac Melchioris Mullerorum, contra Episcopum Herbipolensem, ejusq; formulam præmittit.

2 Sciendum † enim est, ut antiquitatis nil penitus ignoretur, neminem priscis temporibus in judicio sine actione potuisse experiri. Hæc autem actio in certa formarū conceptione olim ex juris civilis dispositione consistebat. Nam postquam civitas Romana expulsis hostibus, rejectisq; illis rudibus principiis, quibus antiquitus in urbe illâ utebantur, dum uniuscujusq; arbitrio agebatur: hæ informes actiones, quas quilibet ore suo ad libitum proponebat, certis quibusdam verbis ordinatæ fuerunt; quas in albo quodam parietis propositas & scribtas Prætor habebat, solennesque & certis quibusdam formulis conceptas esse decrevit, ipsarumque seriem in dicto albo scribtam esse jussit, ut facilius actor suam intentionē proponere posset, non arctatus ad verborum prolationem, sed ad digiti demonstrationem: & adeo ipsorum litigantium jus adstrictum certis illis formulis erat, ut vix auderet quis eas ore proferre, ne cadens à syllaba, amitteret instantiam judicii id est de novo eam incipere teneretur; sicque adversarium suum ducebat ad theatrum digitoque demonstrabat, qua actione experiebatur adversus reum conventum. Inde cum negotia aliqua extraordinaria celebrarentur, quæ non erant in usu, neque certa aliqua forma eis esset præfixa, nec præfigi posset, cum quotidie negotia nova invenirent: Jurisconsulti invenerunt titulum D. de præscribtis verbis: in quo de his agitur, prout hæc pluribus ex Antonio Oliba, Udalrico Zasio, Johanne Corasio, Francisco Duareno & in aliis probavit, textibus simul adductis, Acacius Antonius de Ripoll. *in pr[illegible]ic. commentar. ad titul. D. de condit. & [illegible]monstr. in rubric. num. 4. 5. 6. 7. & 8.*

3 Verum, quoniam † Rolandino Rodulphino authore *part. 3. summæ Notar. capite nono in proœm. pagin. 571.* in judiciis, præsertim civilibus, necessaria est utplurimum in forma libelli editio actionis; & hæc videlicet actionem edere, libellumque formare, ad Jurisperitorum & Advocatorum officium summe spectat; eo quod est de juris interiori medulla, & totius causæ (ut ait) principale ponitur fundamentum, super quod processus suble-

subsequens constituitur & firmatur: Idcirco, quia etiam præsumtionis sive audaciæ ac temeritatis est, in alterius messem ponere manum; & supervacaneæ diligentiæ habetur, actum agere, nuda potius actionum nomina advocavi hactenus, & breviter ex præcedentibus ulterius conportabo.

4 Ut autem hæc † similibus exemplis nonnihil illustrem, notum est antiquæ prudentiæ studiosis, variis in rebus veteres habuisse formulas. Sic apud Aurelium Cassiodorum formulas reperimus dignitatum supplicationum, edictorum &c.

5 Certas etiam † Execrationum seu exorcismi genera retulit, & adjecit quoque formulas solennes priscasque publicorum & privatorum negotiorum, Fridericus Lindenbrogius *in calce Codic. LL. antiq.*

6 Ita semper exstiterunt † apud gentes certa, ritibusque singularibus celebrata Juramenta, uti abunde aliquot sqeciebus declaravit Johan. Bapt. Hansenius *tractat. de jurejur. vett.* Fuerunt namque eorum aliquot geoera; quod cum ex illo, tum ex multis nostri juris & aliis adparet locis. Hinc toties audimus Juramentum calumniæ, in litem, fidelitatis, & similia. Ita juramentum Militare exstitit, de quo multa congessit Thomas Dempsterus à Muresck Scotus *in paralipom* ad Johan. Rosin. *libro decimo antiquitat. Roman. capite tertio.* Barnab. Brissonius *libro secundo antiquit. capite sexto* idemque Hansenius *dict. tractat. cap. 21. 22. 23.*

Deinde Salvianus Massiliensis Episcopus, pervulgatum hoc sacramentum fuisse, PER CHRISTUM, dicit *libro quarto de providen. Dei m. p. 143.* Quam jurisjurandi formulam esse notandam, quæ apud Græcos talis μὰ τὸν χριστόν, monet ibi Cunr. Rittershusius *in not. seu comment. pagin. 138.* qui itidem de † formula Abrenunciationis in baptismo agit, daß man in der H. Tauffe entsaget dem Teuffel/ nebst allen seinen Wercken und Wesen / *pagin. 200. cum 4. seqq.*

7

8 Fuit etiam prisca formula † Oblationum in veteri ecclesia Græcorum: Τὰ σὰ ἐκ τῶν σῶν προσφέρομεν σοι, Κύριε hoc est. Tua de tuis offerimus tibi, Domine, apud eumd. *pagin. 432.*

9 Imo formulam † Orationis ipse Christus nobis præscribsit, apud Matthæum *cap. 6. vers. 9. 10. 11. 12. 13.* & Lucam Evangelistas *cap. 11. vers. 2. 3. 4.* deque precum formulis lege, quæ scribsit Rutg. Rulant. *in præfat. planet. Christian. seu hebdom. meditat.* ubi simul autores quosdam laudat, hujus & prisci ævi.

10 Inter illos ego refero † Marculphum Monachum, Rolandinum Rodulphinum, Guilielmum Durandum vulgo Speculatorem dictum, Aretinum, Johan. de Ferrariis, Nicolaum Caluolum, Johan. Schneidewinum, Henn. Hamelium, Anton. Heringium, Saurium, Satlerum, Rulandum, & reliquos numero plurimos; qui litigatoribus, advocatis, commissariis, procuratoribus, notariis, fidejussoribus, aliisque contrahentibus varias caussarum & actionum formulas, instrumenta, clausulas ac libellos, suis in locis præscribserunt.

11 Ita † Rosinus iterum de legum actionibus solennibus verba facit, *libro octavo antiquit. capite quarto post princip.* ac multa alia genera congessit Brissonius cum Pratta o *in tractat. de vett. formul.* imo integer in † Codice Justinianæo exstat *titul. de formul. & impetrat. action. sublat. 58. lib. 2.* Quomodo de formulis sublatis in litibus rusticorum,

agit

agit etiam Renatus Choppinus *tract. de privileg. rust. lib. 3. part. 1. cap. 1.*

13 Sic in formula † Interdictionis Bonorum, qua Prætor Romanus ad prodigum utebatur, conservata nobis à Paulo singulari loco hæc sunt verba: Quando tu bona tua patria avitaque nequitia tua disperdis, & liberos tuos ad egestatem perducis, ob eam rem tibi ære commercioque interdico, *libro quarto sentent. titulo tertio.*

14 Exstat † præterea forma Exbannitionis, factæ contra contumaces adcusatos de homicidio, apud Friderici Imperator. Cancellarium Petrum de Vineis *libro quinto epistol.*

15 112. item † Petitionis, in adprobata forma Imperatori porrigenda *epist.* 114. *juncto titul. Cod. de precibus Imp. offerend. & de quib. reb. supplica. lic.*

16 Cæterum præter hos † de antiqua formula concipiendi contractum Emphyteuticum, deque aliis formulis postea inventis lege Aluarum Valascum *tractat. de jure emphyt. quæst. 4. num. 1. & 8.*

17 Prætermissis hisce † vidimus sæpe in terminis, & hinc inde ex antiquariis adduximus vetusta instrumentorum ac diplomatum exempla seu formularia; quibus molendinorum donationes, concessiones, investituræ, contractus censitici & privilegia continebantur.

18 Ex † recentioribus quoque in præsenti materia de molendinis adduxi formulam sententiæ Cameræ Spirensis ac Professorum Wittebergensium *sup. quæst. 15. num. 60.*

19 Ut autem plura & † viva hujus rei habeamus documenta; placuit more à laudatis istis scribtoribus introducto, paucas, integras tamen libellorum ac supplicationũ formulas cum mandatis nunc inserere, quæ actionum diversarum modos exhibent. Ex illorum numero prodeat Henningus Hamelius Brunswiga-Saxo, qui nominatim facit molendinorum mentionem, *in repetit. d. tit. Inst. de action. cap. 6. num. 13. & cap. 9. num. 36.* Cum enim contractus conficiantur, quibus ea venduntur aut alia via ad reliquos cives extraneosque transferuntur: & violentia, de qua paulo ante dolum contineat, sicque illius ratione possessio remedia juris obtineat; autor iste in terminis duas species posuit, actionem nempe doli, qua agitur ad rescindendum contractum, & actionem negatoriam, adversus turbatorem prædiorum institutam. Posteriori ergo loco Hamelius hanc profert formulam, videlicet *cap. 9. num. 36.*

Forma † libelli in actione Doli, qua agitur hîc ad rescindendum contractum. 20

Für euch ꝛc. præmissis præmittendis. Sagt demnach kürtzlich / ob er wol nicht in abreden / sondern bekänntlich und geständig ist / daß er etwa für einem halben Jahre / die Mühle / so an der Sahlen / deß und deß Orts gelegen / beklagten eigenthümblich und Erblich verkäufft / und aus Krafft beschehenes Kauffs / in Gewehr und würcklichen Gebrauch verschafft habe / so sey er doch nie besonnen gewesen / (sintemal ihme von verenderung solcher Mühlen / an seiner Nahrung merckliches Nachtheil und Abbruch entstehen möchte) berührte Mühle / Beklagtem / noch jemand anderst zu verkauffen / wo beklagter ihne darzu betrüglich und verfänglicher Weise nicht beredet hätte / welches alles Kläger biß auf heutigen Tag unwissend gewesen.

Weil dann bestümbter Kauff zu Recht nit beständig / und derwegen auch erfolgte Auflassung oder Aufgab / unkräfftig / als hat Kläger bey beklagtẽ Theil oftmals freundlicher Meinung und in der Güte suchen lassen / er wolte

ihme / eingedenck seines Betrugs / solche Mühle wiederumb abtretten/und zukommen lassen; hat aber nichts erhalten können / und ist also benöhtiget worden / solche Sachen an E. W. gelangen zu lassen.

Bittet derohalben / nach beschehener deß Beklagten Antwort / die man hiermit fordern thut / im Rechten zu erkennen / zu erklären und auszusprechen / daß mehrgedachter Kauff zu Recht nicht bündig / und so weit er würcklich volnzogen / billich zu rescindiren und hinter zu ziehen sey / daß auch Beklagter angeregte Mühle / Klägern auf Erstattung gelittener Schäden / und abhändiger Nützung/sambt den Gerichts Kosten wiederumb einzuräumen/ abzutretten und folgen zu lassẽ schuldig und verpflicht sey: Zu diesem allen/ und einem jeden insonderheit/ auch was sonst dißfalls recht (und gewöhnlich) Kläger das hochlöblich Richterliche Ampt thut anruffen/ rc.

21 Priori autem † loco aliud actionis genus ad molendina transfert, libellique fundamenta aperit, nimirum *c.6.n.13.*

Forma libelli in actione negatoria.

Nur euch/ den Gestrengen/ Ehrnvesten/ Hochgelehrten und Achtbaren / Herrn Richtern und Beysitzern dieses Oberhofgerichts/ erscheinet der edle und Ehrnveste/ rc. præmissis præmittendis. Sagt demnach kürtzlich/ weil zu Recht löblich versehen/ daß männiglich auff seinem Grund und Boden seines Gefallens schaffen/und bauen möge/ Als hat Kläger in kurtz verschiener Frist/ auf dem Gut N. welches zwischen N. und N. gelegen / und Klägern eigenthümblich / jure dominii, zu stehet/ ein Windmühle aufzurichten fürgenommen. Beklagter aber weil er/ über rechtsverwehrte Zeit/ ohn jemands Verhinderung oder Einrede / alleine ein Mühle deß Orts gehabt/ masset sich solcher einer Gerechtigkeit an/ daß kein ander daselbst über ihme eine Mühlen zu bauen Macht habe/ unterstehet sich aus dieser Ursach/ Klägern gedachte Mühle aufzurichten / zu verhindern. Und obwol Kläger eine Zeitlang der gäntzlichen Zuversicht gewesen Beklagter würde auf vielfältigs gütlichs und freundlichs Suchen deß Klägers / von seinem unrechtmässigen Fürnehmen abgestanden seyn; Sintemal ihme wissentlich/ daß die angemaste vermeinte Gerechtigkeit/ mit dem geringsten/ ihme nicht gezieme noch gebühre: So ist doch Klägern bißher nicht müglich gewesen/ in der Güte ichts zu schaffen und zu erhalten / und wird derwegen nothwendig gedrungen / diese Sache an E. G. und E. gelangen zu lassen.

Bittet derwegen / nach gethaner deß Beklagten Antwort / die man hiemit fordern thut/ im Rechten zu erkennen/ zu erklären und auszusprechen/ daß Beklagtem die angemaßte vermeynte Gerechtigkeit keines Wegs zu stehe / und der Ursach Klägern nicht wehren könne/ eine neue Mühle aufrichten und bauen zu lassen / daß auch Beklagter neben Bestellung eines gnugsamen Verstandes/ daß weder er/ noch seine Nachkomen sich der obbemelten Gerechtigkeit hinfüro anmassen wöllen/ alle Schäden und Interesse zu sampt den Gerichtskosten/ Klägern zu erstatten schuldig unñ pflichtig sey; Zu diesem allem und jeden insonderheit Kläger das löbliche Riterliche Ampt thut imploriren, &c.

Hæc in † quovis judicio ac inferiori tribunali ita observantur: stylum Cameræ Cæsariæ, quæ est Spiræ Nemetũ, quod attinet, multi eum publicis scribtis exhibuerunt. Pro instituti mei ratione lubet unum alterumve exemplum adducere, quod ibidem annis ab hinc plurimis, de molendinorum exstructione aut destructione conceptum & oblatum à diversis fuit. 22

Formula

Formula Supplicationis pro Mandato sine clausula, de non impediendo ædificari, & ædificium in eo statu restituendo, in quo post oblatam cautionem fuit.

In Sachen

Werner Koppern zu Schnüggerow Erbgesessen / Impetraten, contra Den Hertzogen zu Stettin in Pommern & Consorten.

HOchwürdiger Fürst / Röm. Keyserl. Kamer-Richter / gnädiger Herr / E. F. G. bringt Anwald im Nahmen deß Edlen / Ehrnv. Werner Koppen zu Schnuggerow Erbsessen unterthänig supplicirent für und an / wiewol in den gemeinen beschriebenen Rechten und deß H. Reichs Abschieden heilsamlich versehen und wol geordnet / daß keiner durch sich selbst oder die seinen dem andern an seiner habenden Gerechtigkeit / unerlangtes Rechtens molestiren / noch auf seinen Grund und Boden etwas zu bauen / ohne vorgehende Rechtliche Mittel verhindern / vielweniger mit der That die angefangene uñ gemachte Gebäu eigenes Gewalts niederreissen und verderben solle; Wie dann auch die Rechte vergönnen / daß auf dem Fall ædificanti novum opus denunciirt, derselb mit dem Bau drey Monat inhalten und der angemaßten Ursachen schriftliche Articul und deren Beweisung gehorsamlich warten / folgends nach Ablauff deß in Rechten bestimbtẽ Termins gnugsame Caut õ de demoliendo würcklich anerbieten würde / ein jeder mit seinem angefangenen Bau / ohne alle Gefahr / Bedrangnuß und Vergewaltigung möge fortfahren: cum Prætor iniquum ducat, impediri in ædificando eum, qui trimestri tempore legibus prohibenti, & de jure suo docere parato indulto, in opere cæpto destitit, & post sufficientem cautionem de demoliendo præstitit, vel renuncianti obtulit.

Und dann in der Geschicht wahr / als Anwalds principal auf dem seinen / mit Zulassung der Rechten / und sonsten der uhralten Lehenbrieffe / eine Windmühle / mit Wissen deß Durchleuchtigen / Hochgebornen Fürsten und Herrn / Herrn Bugißlaßfen / Hertzogen zu Stettin Pommern / ꝛc. öffentlich aufzurichten und vorgenommen / alle materialia beysammen führen / und dem Werck ein zimlichen Anfang machen lassen / daß die Edle und Ehrnveste Hanß Hegold / Joachim Ludolff und Hanß Felix / Gevettern und Gebrüdern von Schwerin / wie auch Bürgermeister und Rath zu Ancklam / bey hochgedachtem Landes Fürsten ein Mandatum, und so viel erhalten / daß nicht allein wegen jetz berührter principalen, sondern auch im Nahmen J. F. G. ratione interesse & juris proprij, Anwalds principaln, im nechst verschienen Januario Novum opus denunciirt, und mit dem Gebäu einzuhalten ist befohlen worden. Welche nunciation Anwalds principal, als vieler Rechtswegen schüldig und unterthänig gehorsamet / die im Rechten bestimbte Zeit der dreyen Monaten und der Nuncianten prohibitorial Articul und deren gebührlicher Erstattung abgewartet. Weil aber die sämptliche Herrn nuncianten / mit ihren angemaßten causal Articulen und Beweisungen / allerdings still gestanden und obbemeldte Zeit ohngehandelt fürüberstreichen lassen; Ist ihnen nach besagter beschriebenen Keyserl. Rechten erlaubt und frey gestanden / oblatâ sufficienti cautione de demoliendo, mit dem angefangenen Bau fort zu schreiten. Dannenhero Anwald / neben gesuchter Caution; laut Instrumenti N°. 1. J. F. G. und den sambtlichen angemaßten

Interessenten und Prohibenten/ durch Notarien und Zeugen / am 19. und 20. Tag Monats Aprilis/ respectivè offeriren und præsentieren / und weil die oblatio rechtlicher Weise geschehen und nicht angenommen; noch beantwortet werden wollen / Also pro præstitâ zu halten gewesen / mit angefangenem Mühlenbau verfahren lassen.

Wiewol nũ Anwalds principal bey angeregtem Mülen Bau/ effluxo post nunciationem trimestri tempore, & cautione sufficiẽti oblatâ, unverhindert und unbeeintrechtiget bleiben soll / so hat doch hochgedachter Fürst und Herr/ am 22. Aprill/ durch ausgangenen schrifftlichen Befelich Anwalds principaln nicht allein verbotten/ mit volstreckung deß Mühlenbaus weil die Interessenten vorhabens/ nunmehr innerhalb drey Monaten ihr angegebenes jus prohibendi zuerweisen) inzuhalten/ sondern auch am 17. Tag Junij/ durch einen abgefertigten Mühlenbau entdecken/ niederreissen und theils verderben lassen/ laut beygefügtes Instruments No. 2. Und zu Beschönung dieses gewaltigen Angriffs und verbottener Handlung hernacher am 1. Julij/ allererst zum Schein Commissarios verordnet und befohlẽ/ die Articul/ so die Interessenten/ benebst der Commission ihnen zustellen würden / Anwalds Principaln zuzufertigen/ und mit der Verhör zuverfahren / laut beygefügter Original Citatiõ und inferirter Commission No. 3. Wann dann/ gnädiger Fürst und Herr/ angeregter Fürstlicher Befelich/ dẽ gemeinen beschriebenen Keyserl. Rechtẽ/ auch Reichs Constitutionẽ und Ordnung stracks zu wieder laufft/ die zugefügte Verhinderung Eintrag und thätliche Niederreissung mit keinem Schein Rechtens/ gestalten Sachẽ nach zu beschönen/ und ohne das einẽ jeden erlaubt/ auf dem Seinigẽ dergleichen unschädliche Gebäu/ bevorab do nach beschehener denunciatiõ drey gantzer Monat mit der Arbeit still gehalten/ und folgends gnugsame Caution de demoliendo angebotten oder geleistet worden/ seiner Nothdurft nach anzurichtẽ/ so dañ den beschwerten / vornemblich wider die Gegentheile so dem Reiche ohne Mittel unterworffẽ/ durch pænal Mandat verholffen werden soll/ und dißfals da hochgedachter Hertzog für sich selbst in Vormũdtschaft dem H. Röm. Reich ohne Mittel / wie auch die von Schwerin/ Bürgermeister und Rath zu Anclam/ propter continentiam causæ gleichfals allhie diesem hochlöblichen Keyserl. Kammergericht unterworffen / dahero jurisdictio Cameræ, quoad omnes tam ratione causæ quàm personarũ, gnugsam fundiret. Dem allen nach gelanget an E. F. Gn. Anwalds/ im Nahmen seines Principals unterthänige höchstfleissige Bitte/ ihme wider hochgedachten Hertzog & consortes ein ernstlich Pænale Mandatũ, de nõ impediendo ædificari, sine clausula, & de restituendo ædificiũ in eo statu, in quo post oblatã satisdationẽ fuit, cum citatione gnädiglich erkeñen und mitzutheilen/ hierüber/ rc. Erkant *in cons.* den 2. *August. Anno* 98.

Ita sæpius enim dubitatur, an ratione † interdicti molendini quis supplicare possit, pro Mandato sine clausulâ; sicut von wegen Versperrung der Commercien, eines freyen Zugangs/ rc. Quod nota si fiat pro tuendâ jurisdictione. Quâ occasione chartas meas perlustravi, & in parentis mei, gratiâ ac filiali iterum memoriâ prosequendi, Antonii Heringii JC. *observat. & supplicat. Cameral. MSS. part. 6. tit.* von Mandaten *cum & sine claus. p. 38.* hanc in terminis reperi. 25

Supplicationem pro mandato pænali sine clausula, de non impediendo ædificari; einen neuen Mühlen-Bau betreffend *h. e. constructionem molendini cujusdam concernente.*

In causâ

Pappenheim contra Bamberg.

HOchwürdiger Fürst / Röm. Keyserl. Maj. Kam̃er-Richter / E. F. G. bringt deß Edlen Herrn Erckingers von Pappenheim / deß H. Röm. Reichs Erbmarschalcken Anwald / wider den Hochw. F. und Hn. Herrn Ernsten Bischoffen zu Bamberg unterthänig klagend für und sagt. Wiewol in gemeinen beschriebenen Rechten und deß H. Reichs Abschieden heilsamlich versehen und verordnet / daß keiner durch sich selbst oder die Seinen den andern an seiner habenden und wolhergebrachten possession vel quasi, unerlangtes Rechtens molestiren und uf seinem Grund / Boden und Obrigkeit etwas ufzubauen / oder alte schadhaffte Gebäu abzubrechen und an derselben Statt neue zu setzen / ohne vorgehende Rechtliche Mittel verhindern / vielweniger mit der That die angefangene oder gemachte Gebäu eigenes Gewalts niederreissen und verwüsten solle.

Wie dann auch die Rechte zu lassen und vergönnen / daß sive jure sive injuriâ opus fiat, oblatâ tamen atque præstitâ satisdatione, se id, quod injustè seu contra jus ædificatum est, propriis sumtibus demoliturum, vel si per alterum stet, quo minus satisdet, ein jeder mit seinem angefangenem Gebäu / ohne alle Betrangnuß und vergewaltigung mag fortfahren; cum Prætor iniquum duxerit impediri in ædificando eum, qui satisdare paratus est de demoliendo, si contra jus ædificatum constiterit.

Wiewol auch war / daß der Herr Supplicant, Herr Erckinger von Pappenheim / so wol auch die vorige deß Hauses Schnotzenbach die Adeliche Geschlechter von Zettwitz und Heßenburg bey und über Menschlichen Gedencken zu erstermeltem Schnotzenbach alle ober- und Botmässigkeit (allein etzliche hohe Zehentfälle / die limitirter Massen an die Schwartzburgische Zehendmarck Schonberg gehörig seynd / ausgeschiedē) sampt der Marckung / auch Grund und Boden / Gehöltz / Feldern / Wein / Wasser und Weid / Lehnschafften / Herrngnad / Steur und dergleichen Gerechtigkeiten zu ihrer Nothdurfft ohne Verhinderung und Eintrag / männiglichen / Insonderheit aber hochernantes H. Bischoffē zu Bamberg (ausgenommen nachgesetzter Gewalt und Thätlichkeit) so oft ihnen geliebt uñ gefällig gewesen / rühlich gebraucht / auf solchē ihrem Grund und Boden gebauet / und sonst in andere Wege genossen / un billich bey solcher possession vel quasi deß Bauens und ander Gerechtigkeit nochmaln von männiglichen unmolestiret gelassen werden solte.

Dessen aber doch unerwogen und unbetrachtet / als Supplicirender Herr von Pappenheim ungefehrlichen vor drey Jahren zu Schnotzenbach in dem Bach / so von Herpersdorff auf Schnotzenbach zu fleust / doch ohne jemands æmulation, nachtheil und Schaden: Sondern allein zu seyn / auch seiner und andern endumligenden Herrschafften Unterthanen Nothdurft / und also gemeinē Nutz / so wol als ihme selbst zu gute ein Mühle zu bauen angefangen / und dieselb allerdings volführet / auch dahero in ruhiger possessiō uñ Niessung gewesen / wie noch und sich einigen Eintrags von niemands befahret: So habē sich aber in verschienen 1587. Jahr / als das Wasser umb der beharrlichen Dürrung halber etwas sehr abgenom̃en und klein worden / zwischen dem Wolgebornen Herrn Johann Grafen von Schwartzenberg und Herrn zu Hohenlandsperg und ihme von Pappenheim deß Wasserschützens halber Irrung und Mißverstand zugetragen und begeben / daß wolgedachter Herr Graf ihme Supplicantē mit gewehrter Hand

und eigenes Gewalts / an berührter seiner Mühlen den Wehr einreissen und verwüsten lassen. Als nun ihme von Pappenheim dadurch das Mahlwerck niedergelegt/ ist er verursachet/ꝛc. Ubi narrabatur, Baronem à Pappenheim de istâ Comitis violentiâ conquestum esse apud Georgium Fridericum Marchionem Brandeburgensem, ejusque interventu tandem rem ita esse transactam, daß Anwalds principalen den eingerissenen Mühlwehr wider aufzubauen ungewehret/ und das Mahlwerck wie zuvor anzustellen/ frey gelassen und gestattet werden solle.

In deme nun auf erfolgte Vergleichung der Wehr widerauferbauet/und in seinen vorigen Stand gebracht worden / aber folgends durch Anlauffung deß wilden Wassers etlicher Massen Schaden genom̃en/und es durch den H. von Pappenheim dahin gerichtet/daß zu reficierung und Wideraufbauung desselben kurtzverruckter Zeit Arbeiter angestelt/un̄ sich einigen Eintrags oder Verhinderung võ niemands zu versehen gehabt: So hat sich doch obgedachter Herr Bischoff zu Bamberg (ungezweiffelt uf S. F. G. Unterthanen zu Herperßdorff ungestümes Anhalten / als die ohne das dem von Pappenheim und dessen Unterthanen zu Schnotzenbach allerhand Unnachbarschaft zuerweisen sich befleissen) unterstanden/angeregte refectiõ deß Mühlwehrs/über alles rechterbieten / auch Erinerung dz von Rechts wegen einem jeden zugelassen und vergönnet/ihme zu gut ohne Nachtheil deß andern zu bauen und sich seiner habenden Gerechtigkeiten zu gebrauchen/zu hindern und abzuwenden/wie dann den 24. Apri. diß instehenden Jahrs aus S. Fürstl. Gnad. Befelch der Bambergischer Amptmann zu Ober-Rheinfeld Niclas von der Berschward mit 13. zu Roß und 40. Männern zu Fuß wol bewehrt auf deß von Pappenheim unwidersprechlichen Grund unnd Boden eingefallen/ und die Arbeiter an solchem Mühlwehr gewaltthätiger Weise abgetrieben/ mit angehängter Commination und Vermelden / da mit dem Bauen fortgefahren würde/daß er Befelich hätte/ein solches mit Ernst abzuhalten/ Inmassen sich hernach und noch heutiges Tages die Bambergischen ohne Scheu gegen den Pappenheimischen vernehmen lassen. Von welcher Turbation, molestation und vergwaltigung hocherneiter Herr Bischoff auch auf genugsame Erklärung/daß es S. F. Gn. und dero Unterthanen zu Herpersdorff (so doch die Bambergischen Unterthanen in dieser Refier selbsten vor wenig Jahren/und noch bey Menschen Gedencken gleichfalls 2. Mühlen von newem aufgebauet) ohne Schaden/ Nachtheil und Verhinderung seyn soll / und über anerbottene/ schrifftliche Satisdation de demoliendo, wie aus beygelegter Copey lit. A. zuvernehmen/ nicht abstehen/sondern gegen den Supplicanten in seinem unrechtmässigen Vorhaben zu beharren / Inmassen S. F. G Original-Schreiben lit. B. hiemit ausweiset / und diß Orts eine neue Gerechtigkeit zu schöpffen und zu erzwingen vermeinen thut.

Dieweil dann die allegirte anerbottene Satisdation realiter geleistet / und ohne das einem jeden dergleichen unschädliche Gebäue zu seinem und der Seinigen Nothdurfft und Wolfahrt anzurichten erlaubt / daran auch keiner ohne gebürliche denunciation, die doch von dem Herrn Bischoff oder andern bißhero nit beschehen/oder andere Rechtliche Mittel/ vielweniger über vermeldte offerirte Satisdation de demoliendo nit soll noch mag verhindert werden/ sondern dem beschwerten / vornemblich zwischen Partheien dem Reich ohne Mittel unterworffen/wie dißfals/ und also Jurisdictio diß hochlöblichen Kammergerichts

richts fundiret: So ist Anwalds im Namen/ wie oblaut/ unterthänig anruffen und bitten/ E. F. Gn. wollen ihme wider offtgedachten Herrn Bischoffen zu Bamberg ein pænal Mandat de non impediendo ædificari (molendinum scilicet) sine clausula gnädig erkennen und mittheilen / sampt angehängter Ladung / rc. E. F. G. Erkandt *in consil. 11. Iunii Anno* 1588.

24 Præterea exstabat † *ibid. num. 187. part. 1. observat. Cameral. pag.* 53.

Supplicatio alia pro Mandato sine clausula, de demoliendo;

In Sachen

Saldern contra Braunschweig.

EXhibita autē Spiræ fuit à D. Kirwang/ *Anno* 1590. *die* 28. *Aprilis*, & contenta erant hæc: Nobilis fæmina Elisabetha à Saldern, relicta vidua Friderici von der Schulenburg supplicando narrat, quatenus ad se pertineat jure dominii, das Dorff Frencke und desselben Feldmarck/ so weit sich die erstrecket / cum omnimodâ jurisdictione, & quod in possessione istius pagi istorumque jurium per inmemoriale tempus semper quietè fuerit, sicut & majores ipsius, quod Henricus Julius Episcopus Halberstadensis, Dux Brunsw. & Lunæb. ratione arcis Gron in & extra pagum ipsiusque Feldmarck nihil plus habeat, als nur die Landvolge unnd Schatzung. Hoc tamen non attento, præfati Ducis Præfectus Statius von Münchhausen / nuper per d. Feldmarck prope pagum magnam fossam fodere tentavit, per quam ad Molendinum inferius situm aquam derivare præsumit, cum summo Supplicantis & Rusticorum ibi habitantium incommodo; siquidem prata omnia hac ratione evertuntur. Et quamvis Supplicans per officialem suum d. Principi & d. Statio proximo 20. Martii novum opus per jactum lapilli (ut probat instrumento) nunciaverit, & factum opus per instrumenta & modulos metiri fecerit, sperans fore ut Princeps & Præfectus ipsius in honorem Prætoris à tali opere imposterum desisterent: Tamen illi hoc insuper habentes, contemtâ Prætoris authoritate, & ne quidem sufficienti cautione oblatâ in d. opere perrexerunt, fossam integraliter perficiendo. Cum autem hoc juri communi contrarium sit, & jurisdictio Cameræ satis superque fundata, ideò supplicans petit sibi decerni Mandatum pænale sine clausulâ de demoliendo, unà cum citatione ad docendū se paruisse, vel ad videndum se in pænam mandato insertam declarari; quod; etiam decretum est 30. April. d. An. 90.

25 Eo modo † aut forma oblatis acceptisq; actionum libellis seu supplicationibus, & consideratis probè cunctis circumstantiis, Domini Camerales maturo consilio tunc Mandata talia decernere vel denegare solent. Sic inter alia iterum in terminis quoddam de molendinis inveni.

Mandatum demolitorium & inhibitorium sine clausula, *ex tit. D. Ne quod in flum. rip. ejus fiat, quo pei. navig.* Item: *Ne quid in flum. fi. quo al. aq. fluat, atq; prio. astat. flux.*

In causâ

Heinrich von Zesterfelds Witib & consortes contra Dechand und Capitel des Thumbstiffts zu Bremen.

CAmeræ haben Impetrantes an- uñ vorgebracht/ wiewol zu Recht heilsamlich und wol versehen / daß ein jedes Schiffreich/ oder

oder auch sonsten fliessend Wasser / in seinen rechten alten Steden / wie es jederzeit geflossen / zulassen / und darin nichts zu bauen / zu dämmen / zu hammen / zu schwellen oder zu zurichten sey / daß dadurch niemand andern an sein Gewerb oder seinen Gütern Schaden zugefüget werde / und wo solcher etwas zu wieder schehe / daß man sich deß Edicti Prætoris de fluminibus, Ne quid &c. und dergleichen zubehelffen haben / und denn ferner wahr / daß in benambten Oberlande im Ertzstifft Bremen ein Schiffreich Wasser / die Chur genannt / fürüber lauffe von Hornburg nach der Elb flissend / allda nicht weit von Hornburg eine Schleuse gelegen / und in dannen versichert worden / zu deme die Fluth oder reciprocatio deß Wassers aus der Elb durch die Chur hindurch in das Hornburgische Feld über die Schleuse mit hinauf steigẽ / und den Bürgern ihre Aecker uñ Wiesen ersäuffen köndte / aber nichts desto weniger das Wasser umb die Schleuse herumb bestehen geblieben und den Hornburgern Schaden gethan / dz doch diesen alten Herbringen zu wieder / ihr beklagte Abt zu Haßfelden und Erberen zu Hornburg fürgenommen ein newe Wasserschleuse von dannen / da sie zuvor auch in der Nahe und zu Schaden ligt / hinweg bringen und solch ein halb Meil Weges ungefährlich fürter hinab der Elben / so alda sie Klägern ihre Güter haben liegen / und also dadurch das Wasser / so aus ihren Moer kommt / auf ihre der Kläger Güter richten möchte ; daraus dann Klägern ein ewiger und unwiderbringlicher Schade und Nachtheil wenn solches also verstattet / an ihren Gütern / Haab und Nahrung zu wachsen und entstehen würde / sintemal durch diese newe Schleuse ein neue / zuvor unerhörte / ewigwehrende Dienstbarkeit uferlegt würde / uf dieselbige Schleuse hierum Dañe schlagen / und dergestalt euch Hornburgern euer Moer Wasser / uñ was zuvor bey der alten Schleusen uf euern Feldern gestanden / auszuführen uñ auf ihre eigene Güter verwendẽ zu lassen ; zu deme es ihnen auch diese Verhinderung uñ Ungelegenheit brachte / dz ihnen dadurch das frische aus der Elbe zuvor täglich gehabte Flutwasser hinfüro entzogen / ja das mehr ist / keine grosse Schiff mehr die Chur hinauf und jenseid der neuen Schleusen / wie biß dahero beschehen / in dem Ort da sie wohnen und ihre Güter haben / würden lauffen können / das alles zu ihrem endlichen Verderben und Untergang ihrer Haab und Nahrung gereichen.

Ob nun wol sie sede vacante bey dem Thumcapitul zu Bremen / als mit dero Vergünstigung diß neue Werck fürgenommen / oberzehlte und andere mehr Ungelegenheit / so hieraus ihnen zustünden / mit allen umbstehenden angebracht und um Abschaffung unterthänig gebetten / so hätte doch solches bey euch nicht verfangen / sondern wollen sie Kläger noch dazu bezwungen werden / mit Frondienst und Darreichung ihres eignen Geldes / in ihren vor Augen stehenden / unwiderbringlichen Schaden und Uferbauung obangedeuter neuer Schleusen zu verhelffen.

Wañ dañ dieses alles vor sich selbst unbillig / und für Rechts und Gewonheit wegen verbotten / ihnen auch ein unwiderbringlicher Schade zuwechst / dieweil das Wasser einmal uf ihre Güter gewehnet / nicht möchte wiederumb zurücke gebracht werden / Dahero die Sache keinen Verzug leiden mag ; zu dem es dem gemeinen Nutz zu wider / der Chur ihren Lauff und die Commercia darauf zuverhinderen und abzuwenden / und in solchen Fall Prætor se interdictum, pollicetur concessurum, Ne quid in loco aut flumine publico, etiam impetratâ à Principe concessione, ædificetur, quod alteri noceat.

Solchen allen nach umb diß Keyserliche Maye-

Mayståt/ꝛc. wider euch zuerkennen und mitzutheilen unterthåniglich anruffen und bitten lassen/ als auch erlanget/ daß ihme dieser proceß an heut dato erkant worden sey? Darum gebieten wir euch auß Keiserl. macht bey Pœn 10. M. löttiges Goldes/ halb in unser Kaiserlichen Cammer/ den andern halben theil/ ꝛc. hiemit ernstlich und wollen / daß ihr den nechsten nach überantwortung diß Briefs/ von dem obangeregtem fürgenommenen Schleußbau abstehet/ dessen euch eussert/ abthut und enthaltet/ auch was allbereit daran gemacht und erbauet seyn möchte/ widerumb abschaffet / demoliret und alles in vorigen stand stellet / so viel und lange biß ihr ein anders mit ordentlichen Rechten erlanget/ und dem allem also zuwieder nicht thut / als lieb euch sey obbenante Pœn zuvermeiden! daran/ ꝛc. Wir heischen und laden euch von Keyserl. macht auch hiermit/ daß ihr uff den 18: tag Augusti nächst künfftiglich / den wir euch vor den ersten/ andern und dritten/ auch letzten und endlichen Richtstag setzen und benennen peremptoriè. &c. geben den 28. Iunii Anno 1686.

LX.
EPILOGVS.

Gravissimis sententiis, suscepti ulterius operis causas excusatorias reddentibus constans.

SVMMARIVM.

1 Conclusio operis, obtestationibus ac protestationibus munita; quarum prima Rodulphini est.

2 Secunda ex Azone desumta: Doctrina perfecta quibus ex causis in quibusdam tradi non possit?

3 Tertia & prolixior Phanuccii est, quæ mire doctos ac libros evulgantes adficit: cui adstipulantur Iustinianus & Mylæus, nu. 4.

5 Quarta Bartoli in terminis est; cum Authoris epilogo rotundo, num. 6.

HÆc fuerunt, Lector humanissime, hoc tempore & loco quæ de jure molendinorum, meo & fortassis tuo quoque bono conportavi: quibus † finem nunc in- 1 pono, portum prævisum occupans. Id tamen priusquam facio, solamen excusationis quæro in ejusdem Rolandini Rodulphini verbis, dum ita verissimè, licet horridiuscule scribsit: Quia nihil ex omni parte in humanis inventionibus adeo est perfectum, quod si ad perspicacis correctionis regulam deducatur, multa non indigeat tonsione; supplico quatenus suspiciens unusquisque correctionis gratiam habens, operis hujus rubiginem considerationis debitæ limâ purget, cavens sollicitè ne subintret livoris aculeus, qui sub quadam se solet ostentatione prudentiæ palliare: sed moveat eum purus & simplex charitatis affectus propter eruditionem legentium & profectum.

Quoniam quæ in virtute fiunt, in & sub charitate fieri debent, aut vana sunt, *in d. tractat. seu summa artis Notar. in proœm. pag. 2. & 1.*

Et cur non? Præter recensitas enim hic & in præliminari dissertatione causas, sunt quoque nonnulla, quæ † perfectam do- 2 ctrinam non accipiunt; vel propter infinitatem, vel propter confusionem rei, vel propter infidelitatem hominum, vel varietatem personarum, ut loquitur ex antiquioribus celebris doctor & glossographus AZO *in summa tit. Codic. de verb. signific. numer. 3.* Quibus adstipulatur Rodulphinus iste, tribus in locis jam à me relatis, *supr. quæst. 56. nu. 3. q. 59. num. 3. h. cap. 60. nu. 1.*

Ego etiam illos sanè (ut prolixe, sed diserte his fere verbis † Phanuccius JC. 3 Lucensis demonstrat) qui ad humanæ vitæ commodum & utilitatem quidquam excogitarunt, laude suâ dignos sem-

per existimavi: siquidem ingenii hominis est, studiosorum industriam, laboremque non impetere vel damnare; quamvis judicii inbecillitate, atque adeo doctrinæ mediocritate de exquisitis, & admodum necessariis quæstionibus non laboraverint, literarumque studia parum admodum juvarint vel exornarint: cum hi, quidquid ab ipsis optimum & excellentissimum potuit, libenter præstiterint. In bonam igitur, qualiacunque afferantur, partem accipienda sunt, uti homines publicæ utilitatis gratia, hoc in arduum legalis comœdiæ theatrum, quo multi non spectatum modo, sed etiam exsibilitatū gregatim conveniunt, ad suas partes agendas spe laudis alliciantur & incitentur.

Rursus eorum consilium mihi neutiquam probari potest, qui quidem vel integris declamationibus stentoria voce conqueruntur, quod hanc in densissimam juris civilis sylvam nova indies inportantur; ut in lucem prodeant, quæ non modo (ut ipsi jactitant) nulla fere ex parte juris scientiam illustrant, verumetiam ex innato illo candore suo, claraque luce in densissimas commentariorum suorum tenebras eam misere conjiciunt atque detrudunt; ex quibus, ut aliquando tandem liberetur, Deum Opt. Max. obtestantur, ut Justinianum illum reviviscere jubeat, qui tot tantosque istorum commentarios, à quibus jam universus orbis occupatus est, clara flamma conburat atque penitus absumat, qui quidem Imperialibus suis radiis nubes repellat, pristinumque illum splendorem nobis tandem restituat & reducat. At vero isti, cum de scriptorum multitudine, ac opinionum varietate expostulant, faciunt quidem ut ipsimet socordiæ atque desidiæ suæ adcusatores videantur; nempe detestabili quadam ignavia correptos conplures autores evolvere & legere pigeat, nec non se judicii omnino expertes esse declarant, quasi vero cœci non videant sacrosanctas Justiniani leges nullis Doctorum scholiis, nullis scribentium commentariis confundi, nedum aboleri posse, verum semper ita vigere, ut ab eis ne latum quidem unguem sit nobis recedendum: illorū a. opiniones, pro tempore sic inmutari, ut inveterascentibus aliis, paulatimque decedentibus novæ aliæ nascantur, deincepsque succedant, quas etiam minus probabili fundamento constructas, si recipere non libeat, easdem procul rejicere liceat. Mitto quod in expendendis doctorum opinionib. invicem repugnantibus ingenii sui periculum facere pertimescant; quod probatissimis ne illis viris, an vero istis omnia, nescio quâ satietate fastidientibus vitio dandum sit, quilibet viderit. Possunt autem cordati homines expedito cursu quamplures autores legere, paucorumque copiam, quorum magis videatur, in quotidianum usum sibi reservare, cæteros projectiles si nihil selectu dignū in sese habeant (quod sane vix fieri potest, cum ille aurum è stercore sese colligere olim profiteretur) despicere, vel nō tanti facere, horumque, si nihil offendant, quod laudare merito non possint, rectum illud consilium, quo ut lectorem juvarent, adducti sunt, penitus non inprobare; si minus, quod summa ope contenderunt, iniqua (ut dicitur (Minerva id fuerint adsequuti.

Hæc omnia cum talia sint, quæ à detractoribus necdum defendere possint, verum etiam adhortari debeant literatos ad lucubrationes suas, in quibus multum olei & operæ inpenderunt, in lucem edendas, in causa fuere, ut in illam juris partem, quæ una suum scribtorem desiderare mihi videbatur,

batur (vix est enim alia juris pars, in qua vel antiqui, vel recentiores satis superque non scribserint) ipse adhuc in studio nomico prolyta, vigilias meas scribtis atque typis commendare non dubitaverim. Inscribtam autem hanc de JURE MOLARUM partem eo potissimum aggressus sum, tum quia propter inplicitas, ejus difficultates à Doctoribus hucusque non recte enucleata, valde indigere declaratione mihi videbatur, tum etiam quod propter quotidianum usum adprime utilis est ac necessaria. In qua sane eam adhibui diligentiam ac sedulitatem, quam uti studiosis lectoribus non infructuosam, nec ingratam fore confido; ita subsannatoribus istis ludibrio futuram esse pro certo habeo.

Hi etenim, si quid extra ordinem vagati offenderint, si quid recta orationis structura adposite non cohærere conpeterint, si quid denique animadversione dignum invenerint (invenient autem non pauca) eo, quo deberent, quoque sua castigari vellent modo, mea non reprehendent, sed acriter inpugnabunt, odioseque deridebunt. At illi tamquam optimi operarii, abstrusum aridis è spicis frumentum excutientes laudanda laudabunt, reprehendenda modestè corrigent, quippe quos non fugiat natura humanas res ita conparari, ut licet omnes & animi & corporis nervi intendantur, quidquam tamen undique perfectum suisque omnibus numeris absolutum efficere posse nemini contingat. Accipias igitur candidissime lector, quæ ab exiguis, necdum excultis novalibus nostris tibi suppeditantur, quæ si tibi non injucunda esse cognoverimus, tibi pollicemur, quod nova alia in tuam gratiam edere, si Deo placeat, maiore studio, exactioreque doctrina, quantum in nobis erit eniteremur.

Hæc namque (ut primi consilii nihil omnino te lateat) nostris duntaxat Musis conscribta, initio fuere; verum enimvero cum & cæteris, si proferentur, hos labores aliqua ex parte profuturos esse existimaremus, apud nos in scriniis latere noluimus; sed ex re omnium esse diximus, ut quoque hoc in celeberrimum civilis fori emporium merces eiusmodi exportarentur. Novimus etenim, quemadmodum varii sunt hominum status & voluntates, ita quosdam pretiosioribus, alios vilioribus indui vestibus; unde fieri non posse arbitrati sumus, quin hac in tanta hominum varietate huic nostro levidensi crassoque filo aliquis locus relinquatur. Illud præterea te monere volui, me in inveniendis, colligendis, disponendis, declarandisque rebus præcipuam curam adhibuisse; in seligendis autem verbis non magnopere diligentem exstitisse. Quædam enim ad maiorem declarationem interdum inculcavi & illustravi, priscumque illum (si verum fateri licet) latini sermonis leporem atque splendorem, quo inprimis hæc disciplina foret cohonestanda, summopere desideravi.

Postremo sic habeto, me in hoc totum fuisse, ut quæcunque hac in materia quæstiones moveri, quæcunque dubitationes suboriri possent, tum per veras facti species à Doctoribus excerptas, tum per certam iuris regulam & rationem, quam brevissime decidantur ac terminentur, vel lector benevolus ad alios ablegetur, qui eas ex professo enuclearent. Cuius rei causa quãplures Doctorum authoritates & decisiones aliquot in locis data interdum opera, interdum motus alia ratione congessi; ut cum propter brevitatem, cui pro rei qualitate & per occasionem studui, ingeniiq; inbecillitatem omnia æqua lance expendere,

ac dijudicare mihi non licuerit, ex earum copia veluti ex promtuario in tuum usum parato habeas, unde veram perfectiore judicio sententiam per te degustare possis.

Si quid tamen est à me omissum, quod desideres; aut male emissum, quod culpes (nec enim unus eodemque tempore cuncta potest) scito id fore, ut quod ab aliis, vel à me etiam aliquando in hac re agatur, aliquid supersit: interim tenue munus opusque hoc ea fronte suscipias, ut id dedisse, aliaque insuper promisisse me non pœniteat, etiam atque etiam rogo. Hactenus copiose disseruit Phanuccius *in præfat. ad lector. tractat sui de jurejur. in lit.* quæ promissi memor, huc transferre volui; eademque in gratiam alorum, ad quorum manus iste autor nondum aut raro pervenit, transscribere, & quasi propria nunc facere lubido fuit. Ornatius enim ac plenius mentem meam hic & in procemio explicare nequivi: maxime quum admodum angusta sit nostri ingenii, scientiæ & cognitionis vena, nisi aliorum simul traditionibus, veluti multiplici lucernarum adpositione juvetur, dicente nobilissimo viro Dn. Waremundo ab Ehrenberg hoc est Eberharto à Weihe, fautore & amico meo magno *libro primo de fæderib. cap. 1. num. 51.*

4 Quibus † opem nunc adfert quoque Justiniani Imperat. gloriosissimi edictum, quod eo fine subjicio & opellæ hujus emtoribus propono: dum inter alia laborem suum prædicat, ut cuncti perspectum habeant, quanta confusio legum antea fuerit; decisionumq; obscura latensque veritas; quas nunc ex magna parte tam directas, quam uno volumine conpendiosas accipiant, quæve omnibus in promtu positæ sint, & inposterum ad possidendi libros earum facilitatem idoneæ reperiantur; ut non mole divitiarum expensa queant studiosi supervacuæ legum librorumque multisudinis adipisci volumina, sed vilissima pecunia facilis in præsenti materia tractatus conparatio pateat tam ditioribus, quam tenuioribus, minimo pretio prudentia, factorum in hoc juris articulo obcurrentium explanatio reparanda &c. ut sancitum legimus *in leg. tanta 2. §. omnibus 13. juncto §. si quid 14. & §. hæc igitur 19. Codic. de vet. iur. enuclean.* Quibus adjunge ea, quæ de scribtis ac libris evulgandis iudicia adfert Christophorus Milæus, aut forte Mylius seu Mullerus, *de scriben. univers. rerum historiar. libro primo mihi pagin. 12. & 13.*

Quidquid horum omnium sit, adridet vehementer ingenua nostri † *Bartoli* de Saxoferrato confessio & cautela, quam absoluta & exculta huius materiæ de molendinis uberrimæ longeque difficilimæ tractatione, ita concipit: Hæc quæ dicta sunt, si vera sunt, placent; si quid autem minus bene dictum est, rogo te lector, secure redarguas. Mihi enim satis est, si præsens scribtura animum legentis incitat ad veritatis indaginem, *ad sæpius alleg. l. quo minus 2. num. 34. in fin. D. de fluminibus.* 5

Quod cum Jurisperitorum coryphæus fecerit dixeritve, quid mirum si ego tam impense veniam à cunctis petierim, qui ad illius Divæ sacraria vel mysteria nondum ex asse perveni; nec si maxime voluissem, genii judiciique tenuitas, ac librorum necessariorum, quibus inprimis indigebam, raritas vel jactura me admisissent. Accedit, quod hac tempestate & ætate, aliasque ob causas privatas, tandem mihi è vasto hoc pelago enatandum sit, ut cætera ex instituto cursu persequar. Immensa enim, quæ huc, velut in acervum congeri possens,

Spa-

——*Spaciis exclusus iniquis*
Prætereo, atq; aliis post me memoranda relinquo:
felicius opus absoluturis, quam is qui, inchoato Apelle Coæ Veneris capite, reliquum corpus depingendum perficiendumque susceperat.

Quia igitur † sic per Dei Opt. Max. gratiam perfunctus molestias hujus maris tandem aliquando attigi littus,

——*& in portum ventoratis acta secundo est:*

Ideoque merito per usitatam veteribus loquutionem mihi gratulor, VENTUM GAUDEO Si me deficiat vis, ut nihil aut perquam exiguum exstet actum,

Ingenua in magno tamen est audacia laudi,
Magnificumque sat est omni voluisse labore.

Explicit feliciter tractatus de Molendinis, Anno 1623.

fInIs qVanDo bonVs, oMnIa tVnc bona sVnt.

Ecclesiast. cap. 9. vers. 9.
Melior est finis rei, quam ejus principium.

Index Rerum & Verborum memorabilium in hoc Tractatu contentorum, in quo prior numerus Quæstionis, posterior verò Summarii, sive marginis numerum designat.

A.

Abigei seu animalium abactores cur gravius puniti? remissivè 37. n.7. cum num.11.

Abigei possunt fures stabularii nominari 37.n.9.

Ablationes rerum sunt causæ conjurationū: & salutem Reipublicæ tueri, nulli magis competit, quam Cæsari. 11.n.24.

Abrahamus vixit Ninis, Semiramidis & Zozoastris temporibus: & adsperguntur alia, quæ Bellarmini sacrificia obiter refutant. 2.n.50.

Acceptare stabili, inque contractum libellarium deducta, num tutor tunc eam licite distrahere valeat? vel ex Valasco. n.50.14.

Secundo non potest, nisi statuto aut more aliud introductum fuerit. n.15.

Tertio, nisi Principis deinde & quasi ex facto autoritas accesserit. n.16.

Quarto nisi ob benemerita ad aliquem transferatur. n.17.

Quinto, nisi pupillus major factus ex intervallo & certo tempore modoq; illam alienationem ratam habuerit. n.18.

Achilles Pyrmenius Gassarus erroris notatur. 2.n.53.

Acquisitionis verbum est latæ significationis. 13.n.2.

Actiones sunt personales vel reales. 56.n.7.

Reales unde nascantur, & in quo judicio proponantur. 56.n.8.

Actiones, interdicta & judicia ratione investituræ seu rerum feudalium & ecclesiasticarum competentia. 57.n.19.cum.n.20.

Actiones quanā ex isto pacto conpetant, quod quis non possit vel in suo molam fabricare. 57.n.9.

Actionum necessitas paucis verbis exhibita. 56.n.2.

Actiones cum suis formulis, quare tam multæ ac variæ, locus explicat Rolan. Rudolphini. 56.n.3.

Actionum tractatio vel generalis est vel specialis. 56. n. 10. *Eædem actiones sunt ordinariæ vel extraordinariæ; tum diversæ ac variæ respectu originis. Species nonnullæ ex Rutg. Rulando adducuntur.* 56.n 11.

Actionum investigatio tam litigantes, quam advocatos & judices afficit. 56.n.5.

Actus naturaliter liberi nullam restrictionem patiuntur. 11.n.15.

Actus meræ facultatis num pariant actionem vel exceptionem; & quinam dicantur isti, & an obsint vel prosint, remissive. 58.n. 10.

Adducuntur qui immunitate aliqua gaudent, ut sunt: Negotiatores frumentarii, 41.nn.9.12.16.22.

Cornicularii. n.10.

Cohortales. n.11.

Rusticani. n.12.

Metallarii. n. 13.

Naviculari. n.14.cum 17.& 22.

Institutores puerorum. n.15.

Portitores frumenti. n.16.cum.n.9.& 22

Nautæ Tyberini. n.17

Porcinarii. n.18

Pistores

Pistores ac suarii. numer. 19. Figuli publici. num. 20. Coqui, Barbitonsores & in Curia servitiis detegentes. numer. 21. Advectores annonae num. 22. supra num. 23. 9.12.14.16. Fabri & artifices alii. nu. 23. Molitores & furnarii ergo cur non? quinam: ab inductione figulorum & paritate rationis. nu. 20.23.24.

Admonitio ad universos directa, & orphanorum ac viduarum rationem solicite habeant. 50. num. 39

Adolescens à juvene distinguitur; cum reliquis. 30. n. 18

Administrandi potestatem majorem Reges olim annuli traditione conferebant. 51. n. 8. *Principes tamen in eo casu caute agant.* n. 9.

Administrans quocunque modo alterius bona, rationem reddere tenetur. 51. n. 14. *Solvens tamen, de ipsius, & non de suis bonis id fecisse praesumitur.* n. 15

Administratio non est ejusdem generis. 51. numer. 7.10.21.

Administrator quinam hic sit? 51. n. 10. *Priori & latiori intellectu, socius ac collega etiam venit.* n. 11. *Imo totum corpus, collegium, capitulum, tribus & universitas.* n. 12.

Administratores, Syndici, & Actores civitatum stricte loquendo, an & quomodo inter se discrepent; remissive. 51. n. 3

Administrationis verbum num se ad tutelam vel curatelam quoque extendat? 51. n. 4.

Aedificare molendinum merae est facultatis. 10. n. 3.

Aedificium in fundo patrimoniali factum, an censeatur tale. ex Tiraquello: cum adplicatione praecedentium. 14. n. 17

Aedificium renovatum loco diruti & exusti, num adhuc dicatur paternum. 52. numero 23.

Aedificii destructio qualisnam esse debeat, totalis an partialis. 52. numero. 29. *Qualiter probetur, illud fuisse pro derelicto habitum?* n. 30.

Aedificia solo cedunt, feudumque augent, juxta alios. 14. n. 15

Aegyptii porcum adorarunt. 2. n. 42

Aeliani de Pittaco dictum, molam inde laudante, quod multi ibidem se exercere possint. 44. n. 8

Aemulatio & petulantia subditorum minime est ferenda. 11. n. 128

Aemulatio omni jure prohibita. 15. n. 33. *Quomodo eadem per praesumtiones probetur.* n. 34

Aestimatio castrorum quaenam remissive. 30. num. 12.

Agere an & quomodo queamus contra helluones ac luxuriosos? 57. n. 5

Agere num quis possit ad destructionem molendini post decennium? remissive. 57. n. 5.

Agmen celeberrimum Dd. qui multa de Laudemiis sive laudemiis & releviis scribserunt. 32. numer. 18

Agriculturae ac pastoritiae rusticaeque vitae laus late ac varie diffunditur. 1. n. 32

Agriculturae favor & instrumentorum ad rem rusticam & molitoriam spectantium quaenam securitas? 37. n. 13.

Alexandri Immolensis laus per Mozzium decantata: hujusque decisio in contrario, si molendinorum reditus aucti fuerint: vel res, cui servitus debetur, incrementum acceperit, ex Cephalo. 39. n. 21

Alienandi facultas semel data in feudis, facit feudum alienabile, juxta Menochium. 49. numero 18.

Alienandi potestas ad casum necessitatis restricta, non includit mortem. 54. n. 8.

Alienatio vel spontanea, vel necessaria est, in in aedium ac molendinorum translatione. 49 num. 20

Alie-

Alienatio à traditione robur accipit, alias dicitur pactum de alienando. 49.n.20
Alinatio emphyteusis in potentiorem an licita? 49.n.27.28
Alinatio legitime facta præsumitur ex diuturnitate temporis. 50.n.22
Alienatio molendinorum per modos contrarios facta, quænam remedia adferat? 58. numero 53.54.55. *Destructio & amissio eorundem similem requirunt considerationem, de quarum remediis obiter.* numero 59.57.& 58
Alienationis verbum latissime patet: & quomodo accipiatum. 49.n.8.cum.n.9.10. & seqq.usq; ad fin.
Alienatione generaliter concessa, testandi etiam facultas sub eo intelligitur. 49.n.21
Alienationem feudi factam per vasallum, in casu quantumvis licito, non nocere tamen ipsius descendentibus; cum simili ex Menochio. 49.num.23
Aliquot urbes in Germania sunt à molis dictæ. 37.n.28
Allegans pupillum majorem factum, an & quatenus probare debeat? 50.n.21
Alleganti incumbit onus probandi; cum simili ex Bartolo. 50.n.20
Allodialia quid sint remissive: & hodie feuda ad allodialium fere naturam redacta esse. 29.num.12
Althusii labsus, Interdictum uti Possidetis cum utrubi confundentis, aut nimium extendentis. 39.n.5
Alveus quid sit, & quænam nomina sortiatur; item unde dicatur? & cuius juris, publici an privati sit? 55.n.28.29.& 30.
Alvei mutatio constituit dominii adquisitionem & amissionem. 55.n.26
Ambiguitas est mater errorum. 5.n.3
Amœnia & Ακταί quænam? 17.n.8
Amissio est duplex. 52.n.1
Ampt-und Gildemeister/ *seu magistri opificum certi ordinantur.* 45.n.33.
Amylon placentæ genus. 3.n.8
An in privilegio opus sit clausula, Non obstante? Bartolus & Angelus se ad alios remittunt, Accursius id adfirmat. 23. numero 22. *Baldi & Ripæ sententia negativa, cum rationibus.* num. 23.24.25
An & quo privilegio gaudeat, qui mutuo dedit pecuniam ad refectionem ædificii, navis aut molæ? remissive. 84.n.26.
An ex mola frumentaria fieri possit politoria? remissive, 55.n.8
An possit quis pro refectione sumere lapides & ligna, eaque fundis vicinorum inponere? 48.n.25
An is qui molendinum habet & promisit salvam incorruptamque tenere causam, obstrictus sit ad aliquid præstandum, si aqua nimia superveniens aggeres rumpat, & circumhabitantes damno afficiat? ubi de dolo, culpa, casibus fortuitis, inundationibus, aquarum impetu, ac nubium ruptura, 40.n.18.cum n.19.& 20.
An prohibitio novum molendinum facere, prohibeatur etiam vetus reficere? 48.n.21. *Prohibitus scilicet justa nunciatione vel statuto.* n.22. *Ex mente Baldi, per statutū prohibens fieri novæ molæ, vel clusæ ædificationem in flumine, non repelli reparationem antiquæ structuræ, ibi jam existentis.* n.23
An & quales solennitates in bonorum minoris inmobilium alienatione sint observandæ? magis remissive. 50.n.13
An, quomodo, quove in loco, & à quibus molendina quis cum vel sine alterius damno ædificare posit: remissive ad quæstiones superiores & Wesenbecium. 40.n.11.
An licitum sit prohibere vel nunciare, ne quis molam exstruat seu aquam ducat, relative iterum, 40.n.12.cum num.seqq.

An nemo præsumatur privilegiatus, & sic probare hoc debeat? 23.n.7. cum num. seq.
An quis prohiberi possit in flumine publico navigare, & via publica uti? 16.n.29
Anne aqua, ab unius mola delabente, queat capi ab alio: 19.n.12
An is dicatur novum opus facere, qui vetus ædificium instaurat? 48.num.3. *Adfirmativa opinio paucis proponitur,* num.4. *negativa suis etiam adducitur cum argumentis.* numero 5.
An negligentia unius alteri nocere debeat vel possit. 34.n.36
An ex operarum aliquoties facta præstatione, inducatur præscripta, cum continuatione numer. præceden. hereditatis aditione, bonorum possessionis agnitione, acceptando legato & officii juridici invocatione, 21.n. 18.
Andr. Rauchbari opinio part.1.q.27. in dubium revocatur. 11.n.82. & 83
Annus reditus sive census an & quomodo præscriptione acquirantur amittanturq́;. 21.n.21
Item res emphyteuticæ ac minorum, an, quomodo & quando præscriptionibus sint obnoxiæ? remissive. n.22
Annui perpetuique reditus sive census num vendi possint, & quodnam legitimum eorum sit pretium? Dd. aliquam multi recensentur. 30.n.14
Antiqui Jurisconsulti Pileum vocarunt biretum. 12.n.11
An. Heringii parænesis ad suos populares, & de singularum materiarum tractatibus. 26.n.5
Apelles graphice servum ac famulum descripsit. 47.n.16
Appius Claudius inter veteres primus librum singularem de Usurpationibus conposuit. 21.n.2. *De utraque auctores plurimi adducuntur, nominatim Argentræi ac Bertrandes ibi continentur.* n.3. *Quænam utriusq; differentia remissive* n.4. *Earundem jus, æquitas & observantia; quæ securadominiorum patrocinia præbent,* 5. cum num.29. *Definitio præscribtionis* 21. num. 6. *Donelli opinio rejicitur, adferentis: Usucapionum longam non esse modum acquirendi.* n.7
Aqua postquam fistulam meam ingressa est, potest secundum doctores in quemcunque locum diverti; 19.n.13. *declara ut num.* 14 15.18.
Aquaeductus est servitus quoque prædiorum. 43.num.35
Ara Iovis Pistoris & numen molarum. 2.n. 19
Aratri inventio cui attribuenda. 2.n.41
Arborum ac bonorum æstimatores num inter illa sita sint molendina considerant. 45.n. 15
Argentræi judicium de moletrinarum æstimatione, fructuum inter heredes collatione & in eare Britonum servata consuetudine, cum istorum omnium commoda probatione. 30.n.13
Argumentum invalidum sumitur ab inpositione tributorum ad coercitionem moletrinarum bannariarum. 11.n.52
Ars, cujus quæstus non est inpius, neq́; sordidus, honesta est existimanda. 1.n.17. & 18
Artes sordidæ aut viles & honestæ quænam sint, adhuc sub judice lis est. 1.n.50
Artificum vitia non sunt artibus tribuenda; quod exemplis parallelis illustratur. 1.n. 59
Asclepiades, Menedemus & Cleanthes Stoicus ob inopiam sæpenumero farinas pinsuerunt. 4.n.60
Avaritia nihil nefas est. 10.n.17
Avaritiæ dominorum adscribendum, quando sub-

do subditis præjudicant. 11.n.18

Auctores, qui de inventionibus rerum scripserunt, enumerantur. 2.n.3

Aulici concessionum principalium verba captant, & quomodo hi nuncupentur. 55.n.16

Axis, Tympanum, subscus ferrea, Codaces ferrei, Catilli ferrei, Infundibulum, Arca pollinaria, ad molendi constitutionem requiruntur. 4.n.71

B.

Baldi consilium, quid contra Papam sua potestate abutentem, sit suscipiendum? 45.n.50

Balnearii fures etiam gravius plecti, & cur? 37.nu.12

Bannire idem est, quod sancire & palam jubere. 11.n.3

Bannum sylvestre seu ferinum, ein Wildban. *Bannum molendinarium,* ein Mühlenbann; *bannum dominicum pro molendino.* 11.n.4

Bannarii molendini visitatio est servitus quædam prædialis, debita ipsi molæ à pago, vel alia quadam communitate. 11. n. 43. *Declara ut n.47. & 48*

Bannaria molendina etiam in Camera Imperiali in causa Pappenheim *contra* Elgaw/ *improbata.* 11.n.51

Bannaria molendina quænam propriè sint. 11. *numero* 2

Bannariorum molendinorum materiam quinam præcipue inter Neotericos tractarint: ac furni & molendini eadem ne sit ratio. 11. *n.1. Adfirmativa & pro molendinis bannariis depugnans opinio adducitur per quinq; fundamenta.* 11.n.6. *Primum: Tributi vel capitationis onus potest subditis à Domino ad libitum imponi. Item munera n.7. Verum eo modo, ut ponitur nu.59. Secundum est tale: Subditus vigore juramenti homagialis Dominum suum exaltare, & utilitatem ipsius promovere tenetur. n. 9. Sed declar. ut n.57. Parochiarum duarum domum promiscue inhabitans, potest gratificari in utra earum velit solvere onera & collectas quæ ex statuto in parochia solvi debent: cum tertio prioris sententiæ fundamento. num. 11. Quartum est hujusmodi: Princeps cives vel subditos opulentos cogere potest, ut sibi tempore belli pecuniam dent mutuo, & quidem gratis. num. 12. Sed contrarium verius est. numer. 60. Quintum hoc faciunt: Marchiones & Comites possunt statuere & prohibere, ne eorum subditi egrediantur territorium, vel ne vadant pro mercantiis ad alia loca extra civitatem, cum epiphonemate de argumentorum contraria oppositione. num. 13. Sed contrarium probat auctor nu. 64. Negativa & molendina bannaria impugnans opinio introducitur, stabiliturque ex octo fundamentis. seqq. num.* 14. 15. 18. 21. 26. 30. 40. 49. 50

Bawmeister *& Castellanus opificibus & architectis præpositi.* 45.n.29

Beneficium per pennam & calamarium, in creandis notariis adhibitum. 24.n.9.

Benevolentia subditorum Principis est thesaurus & custodia. 11.n.105.

Beroi & Menochii consensus in terminis reficiendi molendini. 48.n.7

Bert. Argentræi judicium de origine molendinorum ac jurium ipsius competentium 37.n.32

Bocatii & Putei casus, de turbato in itinere ad molendum frumentum, quod ipsi interdictum uti possidetis competat. 39.n.3

Bona vel mobilia vel immobilia constituuntur. 13.n.13. *Generalis illatio de in bello captis bonis. Nonnulli distinguunt inter res hostium, bello durante, & finito ademtas & recu-*

& recuperatas.13.n.15. Specialior inductio ratione rerum mobilium & inmobilium quorumnam fiant?13.numer.16. Comprobatur ex abundanti versibus Galteri & Britonis.13.numer.17. Rejicitur Anabaptistarum, Tertulliani, Lactantii, Erasmi, Alciati & Bodei opinio 13. numero 18

Bona Excadentialia, Fiscalia, Domanialia, Patrimonialia ac Regalia omnino sunt distinguenda ex Camilli Borelli sententia. 9.n.75

Brevis expositio: quando molendinum pro domo in generis utriusq; causis sit habendum? 39.num.10

Brevis indiculus authorum, qui Iudæos perstrinxerunt, & de illorum juribus egerunt. 30.num.27

C.

CÆlii Calcagnini encomium ex Scaligero. 17.n.33

Cæsares & Reges ipsi à munere tutelæ immunes non sunt. 50.n.36

Cameræ Imperialis sententia contra statutum quoddam in hac causa vestiarium. 12.n.7

Canalis ad marginem fluminis publici positus, aquamque per privatorum fundos deferens, num sit privatus, & an talis cursus à privatis hominibus impune possit mutari. 19.n.14

De captura rerum mobilium Britonis versus adducuntur. 13.n.8

Catillus ac Meta quid efficiant in mola? 4. num.37.39

Karulus Quartus Imperator molitoribus in Bohemia augusta privilegia concessit. 1.n.63

Castella erant plumbea receptacula. 6.n.28

Castrum in terra feudali de novo exstructum sitne fiatq; feudale remissive 14.n.16

Castrum adprehendens, omnes pertinentias adprehendisse censetur. 35.n.17

Castrum commune possidentes, si unus fratrum vel sociorum partem suam in potentiorem transferre velit, alienationem licitam reputare nequeunt.49. n.29. Molendina cum castris conferuntur, proq; rebus pretiosis hodie habentur. 49.nu.30

Castrorum exstructio ad Principis curam quoq; publicam spectat, an & quomodo illa concessa? remissive. 14.n.33

Castrorum seu burgorum indices, die Saalbücher/ & æstimatores probi sunt architecti. 45.n.14

Catalogus eorum auctorum, qui molendina bannaria improbarunt, adtexitur: ubi in specie Rolandi à Valle, Stephani Bertrandi & Renati Choppini laudes. 11.n.50

Catalogus autorum, qui de operis ac servitiis subditorum, vulgo Frondienste dictis plurima tradiderunt. 27.n.8

Census quia non ejusdem generis ac significationis est, adeoq; difficilime hic definiri poterit.33 n.5. Vide tamen quorumdam describtionem.numero 9.

Census & pensio an, quomodove differant? 33. num.10

Census Germanis Zinß dicitur: à quo etiam descendit, & eo in terminis constitutio quadam Saxonica adfertur. 33.n.11

Censum præstare tessera est subjectionis, dominii, servitutis cum similibus. 43.n.14. late apud Dd. ibi recensitos, & num. seq. Pro censu exigendo instituendæ certæ actiones.57.num. 47. Quid de superficiario contractu dicendum? numero 48

Ceres panis usum repperit. 2.n.39

Ceres Panda à pane dando dicta. 2.n.40

Ceres nulla est, auctore Arnobio. 2.n.62

Ceres ex sententia Plinii molere homines docuit in Attica, Italia & Sicilia.2.numer. 36 58.59.67

Certa debent esse mensuræ, macinæ ac ponderis genera. 45.n.22

Cibum cum homine creavit DEUS: ejusque maxima est necessitas & utilitas. 1.n.25

Certa scientia Principis habet vim clausulæ derogatoriæ. 23.n.25

Cives ab invicem officiis sunt distinguendi: & personæ, ceu digniora, præcedunt rebus & actionibus. 1.n.1

Cives à Civibus non sunt, nisi in casu necessitatis, ordine dividendi. 1.n.47. *Quod exornatur nu.* 48. & 49

Cives alicuius communis, Molendinis Reipublicæ utuntur, non jure servitutis, sed jure proprietatis. 7.n.22

Civitas solenniter in dominium & jurisdictionem alterius translata, an intelligatur hoc factum cum istius urbis juribus, quæ in molendinis habeat; cum alia illatione & exemplo ab urbe Brunsuvicensi petita. 30. n.20

Clarigationes, arresta, repressaliæ, & pignerationes late pro synonymis usurpantur. 28. n.4

Clausulæ: EX TUNC, PROUT NUNC & EX NUNC, PROUT TUNC, quis effectus. 1.n.45

Clausula: So wollen wir solche Gebräuch und Gewonheiten auffgehebt haben &c. *cuius sit efficaciæ.* 1.n.4

Clausulam, ex certa scientia, non excusare vitium obreptionis. 23.n.21

Clementina unica de excess. prælat. explicatur. 11.n.49

Clericorum, Virginum, Nubtarum, Viduarum, Meretricum, Militum & Paganorum discretæ vestes. 12.n.15. *Servorum item ac libertorum, quod exornatur,* 12. num.16. *Adplicatio ad præsentem quæstionem; ratione Famulorum, Operariorum, Pistorum ac Molitorum.* 12.num.17. *Regionis cuiusque consuetudo in hoc quoque passu adtendenda.* 12.num.18. *In genere definiri potest Molitorum habitus.* n.19. *Quæ cautio ad omnes in Republica degentes pertinet, ut ibi exponitur.* n.20

Clibani ac Furni inventor quis? 2.n.76

Cloacarum curatores olim Romæ constituti. 45.nu.12

Clusa quid sit, breviter: cum episagmate quodam, de vocabulis quibusdam Interpretum antiquorum. 19.n.3. *Unde clusæ dicantur? cum n.* 3.4. & 5. *Elegans Cypriani locus, à canali desumtus & ad Pontificem ipsiusque adseclas late translatus à Cunrado Dinnero.* numer.6. *Materia clusæ quænam?* num.7. *Locus etiam modusque hic in considerationem venirent: sed occupata sunt pleraque ab aliis, quorum catalogum pro diversitate quæstionum hac vice confecissu sufficiat, cum numeris sequentibus. remissive.* numer.6. *An aqua possit averti* numer.9. *An clusa per viam publicam fieri debeat?* numer.10. *Quid si in loco minus nocivo exstrui possit? deque causa & fine prohibendi permittendique clusarum ædificatioaem, remissive.* n.11.

Clusam molendini promittens manutenere inque se omne periculum suscipiens, num teneatur ob impetum aquarum, si nesciverit, vel scire potuerit aut debuerit, ni inopinatus fuerit & insolitus? 30.numer.25. *Sed si quis molam destructam hoc pacto conduxerit? ut reædificaret, reficeret, ac manuteneret: isque hoc semel fecerit, & postea verum collabsa fuerit, an denuo eamdem restaurare cogatur.* 38,num.26. *per cognitionem generum & specierum instituta tractatio optima censetur.* 56.numer.12

Collecta est exigenda ratione fructuum & bonorum, non qualitate personarum. 25. numero.22.

Com-

Commerciorum libertas non est impedienda. 11. *numero* 88. *Sed intellige, ut numero* 90. *De comissione & oculari inspectione quis scribserit?* 58. *n.* 4

Communis generalisq; investiendi formula, in Germania usitata, cum adplicatione. 24. *numer.* 19. 22

Communitas, civitas, respublica, universitas, cum similibus quid sint? 20. *numero* 12

Communitas pariter cum dominis celebrata pacta servare debet; & inter subditos sunt ea instar legum; contra quæ si aliquid fecerint, demoliatur. 20. *n.* 13

Conparatio mercaturæ maritimæ & agriculturæ, ex Libanio Sophista desumta. 16. *numer* 18. *Responsio brevis, & navigationis utilitas ac necessitas. numero* 19. *Autores consentientes adducuntur cum numero* 1. *Interque illos Christophorus Milæus, qui Nauticam rem artemque speciose describit, & ei inservientia. numer* 21. *Inductio brevis & adcommodatio ad institutum. n.* 22.

Concessa aqua, an quoque molendina concessa dicantur, & contra? 23. *num.* 28. *De concessione feudi, quo titulo fere molendina hodie consequimur.* 28. *numer.* 28

Condictio ex nova Imperatoris ac Ordinum constitutione molitoribus repulsã passis cõpetit. 1. *n.* 88, *Non secus, ac si ex privilegio concederetur.* 1. *n.* 89

Conductor molendini spondens locatori, se quotannis certam frumenti quantitatem soluturum, de frumento proprio moliturarum istius molendini, an ipse vel post mortem & accedentem sterilitatem heredes aliud præstare cogantur, quam quod ex prædicto molendino perceptum fuit? ubi obiter & remissive de fructuum mentione, nummorumq; æstimatione taxata vel demonstrata. 31. *n.* 18

Conductor obligatus ad manutenendum, quomodo, ubi & quando aliquid præstare debeat; ne in mora fuisse, vel juri suo cessisse videatur, obiter ex Beroo. 38. *numer.* 24.

De conpulsione per Principes facta, ut incolæ tempore belli 58. *pecuniam iis gratis vel pro medicis dent usuris. n.* 0

Consensu totius universitatis in acquisitione juris molendini bannarii an sit opus, discutitur. 11. *nu.* 116. 117.

Constitutio Gallica in executione non posse capi pecora aratoria & vestimenta ad usum quotidianum destinata. 28. *n.* 13

Constitutio Gallica, de fructuum moletrinarum collatione, inter heredes demortui suscipienda. 54. *n.* 9

Constitutio Gallo-Britannica ex Argentræo de molarum ac ædificiorum exstructione, quoad virum & uxorem, vel utriusq; heredes. 54. *num.* 13

Consuetudo tolerabilior est, quam præscriptio. 10. *num.* 10

Consuetudo vetusta venit apellatione juris, ac vim habet decreti ac justitiæ. 10. *numero* 34

Consuetudo molendina bannaria excusat. 11. *num.* 111

Consuetudo à statuto in multis differt. 25. *numero* 4.

Consuetudo ista quomodo sit probanda & inducenda, ut quis molendinum in proprio solo ædificare jure nequeat? 22. *numero* 13.

Consuetudo vitæ humanæ lege omni valentior, & chymica quasi arte ex albo nigrum, ac contra mutat. 22. *n.* 8. *Quantum in molendinis bannariis valeat?* *n.* 9

Consuetudinis definitio. 22. *numero* 2. *Ejusdem divisio & differentia à præscribtione latissimè. n.* 3. *Quam multa per consuetudinem nanciscamur, cum aliquot exemplorũ inductione: & in plerisq; illam adtendi*

tendi debere. 4. cum n. 5. 6. 7. *Molendina per eamdem acquiri, & iurisdictionem quod exornatur* n. 5. 6. & 7

Consuetudo passim obtinet, in fluminibus publicis non licere promiscue piscari, & molendina ædificare; nisi quis hanc potestatem à Principibus hodie per investituram feudi aut Emphyteusis consequatur. 32. n. 9

Consuetudo valet, ut ob enormia delicta personæ puniantur, & domus eorum aut devastentur, tollantur, aut fisco applicentur. 53. n. 6. *Ejusmodi demolitionis, aut confiscationis pœna, quibus in casibus ac causis sit irrogata? iterum remissive, cum similib.* n. 7

Contractus ac transactio non aliter annullantur ex implementi defectu, quam si præcesserit monitio ad implendum & deinde culpa intervenerit inplere debentis. 11. n. 133

Contractus censualis in universa Europa utilitas ac frequentia detegitur. 33. n. 14 *Qui tamen fit, ut nihilominus Principum aliorumq́ æraria deficiant? Causa exponitur.* 33. nu. 15

Contractus libellarius quoq́ super molendina celebrari solet ac potest. 29. n. 1. *Descriptio hujus contractus.* n. 4.

Contrariis sententiis nullus ad scientiam aditus patet. 8. n. 2.

Conventio inter Brunsvvicenses celebrata, de molendinis civitatis ad Duces jure hæreditario pertinentibus. 27. n. 11

Corinthii primi navium fabricatores. 2. n. 64. *Sed refellitur.* n. 65

Cornu copiæ Amalthea Nymphæ describitur. 2. num. 21

Cribrorum quis sit usus in molendinis? 4. n. 62

Cribra quotuplicia sint? 4. n. 63.

Cribrum unde dicatur. 4. numer. 64

Cuilibet in sua arte fides adhibenda. 45. num. 2. *Ratio istius ex natura petita redditur.* numer. 3. *Exempla docent & volunt homines.* numer. 4. *Rusticorum judicia admittuntur, cum similib.* nu. 5. 7. *Olitor, parum sapientes, imo stulti quandoque rem acu tangunt.* numer. 6. *Nec fœminæ in certis causis & capitibus excluduntur.* numer. 8. *Obstetrices ac medici, Chirurgiq́ etiam à iudicibus adhibentur.* nu. 9. *Paries an sit communis, vel non, per Murarios probatur.* 45. numer. 10. *Geometræ, Censitores & Agrimensores sæpe adhibentur.* numer. 11

Cuiusque rei potissima pars est bonum principium: cum inductione de molendini initio. 48. nu. 40. 41

Culpa ubi non est, ibi nec pœna est locus. 1. numero 41

Curator quinam in genere, & in specie. 50. numer. 3

Curatores rerum ad civitates pertinentium Molendina civitatis ex communi ærario reficiunt. 7. n. 18

D.

DAMNUM quomodo describatur, seu quid sit? 40. n. 4

Damna possessionibus & molendinis inferentes sunt quoque legitimis remediis coercendi. 58. numer. 18

De damnis ab hominibus, quadrupede & rebus aliis illatis multas quoque oriri rixas, ac non leviorem curam efflagitant. 40. numer. 25. *Quid dicendum, si equus damnum intulerit, ut ala molæ confringatur; cum consuetudine Gallica,* 40. n. 26

Damnatio ad triremes & galleas quid? 16. numero 2.

Damhouderius rerum furtivarum emtores vocat subsidiarios fures, &c. 30. n. 25

Danigeldum quid & cur ab eo libera exstiterit Ec-

rit Ecclesia Anglicana. 25.n.20
Dare est dominium transferre , & donare quibusdam dicitur perdere. 25.n.3
Dacium pistrini panis à Socino , Rolando à Valle & Tuscho inter Regalia numeratur. 9.n.68
Decisioni pragmaticæ absque ulla dispositione est standum & parendum. 1.n.53
Defectus unius, potens ad impediendum, non officit, si possit suppleri ex aliqua perfectione patientis defectum talem. 11.n.135
Definitio in iure est duplex, una, quid nominis, altera quid rei. 3.n.3
Ex delicto descendentes actiones , videlicet furti, spolii, rapinæ & violentiæ: ubi de metu ex adiunctis in furem brevis declamatio Melchioris de la Cerda. 58.nu.17
Dentes molares unde nomen sortiti. 2.nu.26
Destructio molendinaria vel est spontanea vel coacta. 53.num.1. *Hæc ex delicto vel damno profluens.* nu.2. *Quid dicendum, si in fundo alieno fabricatum?* num.3. *Si quis delictum perpetraverit , ob quod delinquentis domus prædium vel molendinum sit solo æquandum?* num.4. *Castrorum destructio in tali casu quandoque similis existit, de qua remissive.* num.5
Deus non dedit iurisdictionem peccandi Principibus. 10.num.26
Dei verbum artes hominibus suggessit. 2.n.13
Dictiones, EX NVNC, sive INPOSTERVM, denotant actum verbi prolati. 1.n.44
Dictiones, NVLLO MODO, & verbum, DEBET, enixam statuentium volūtatem denotat. 1.num.46
Dictionis alternativæ conditio qualisnam? 52.n.26
Digressio quando & qualis amplectenda; semperque ad libri titulum sit respiciendum. 33.nu.7
Dionysius Halicarnasseus & M. Varro primi sunt antiquitatum Romanarum scriptores. 2.n.29
Dirutis ex parte ædificiis, vestigiis tamen remanentibus, per ea possessio continuatur, 52.num.7.8.9. *Si totalis vero diruptio facta fuerit, quid statuendum.* num. 9. *Exemplo historico, in terminis de moletrinis per inundationem seu aquarum impetum sublatis hæc confirmantur ex Felice Fabron.* 10. *Aliud ex antiquitate eruitur, quod est copia diplomatis, quo per illustres quidam Comites molæ pneumaticæ, exstructionem tribuerunt vel vendiderunt & destructionis vel ruinæ casum nominatim expresserunt.* num.11
Distinctus civium habitus esse debet, & ubiq; semper fuit : de qua re Authores plurimi adducuntur, 21.n.1.*cum num. seq.*
In genere de varietate vestium, habitusque significatione ac præsumtione. 12.n.2
Distinguens bene, proximus est veritati. 5.n.2
Diversitas temporum diversitatem factorum inducit. 11.num.71
Divi, opificum more, artificia non habent. 2.nu.66.
Doarii curam ac impensam obtinere in molendinis, cum simil. de colono ac usufructuario. 54.n.12.
Doctores etiam in genere separatum habent habitum sive ornatum, ac præ aliis singularem prærogativam ; quod exornatur Impp. constitutionibus. 11.num.6
Doctores, Studiosi, aliiq; Reipubl. evidenter inservientes strepitu malleorum fabrilium non sunt molestandi ; sed ejusmodi opifices alias ædes conducere tenentur. 55.n.12
Doctorum testimonia anne aliquid roboris in causarum decisionibus obtineant 17.n.2
Doctrina perfecta quibus ex causis in quibusdam tradi non possit? 60.n.2.
Dolendum minores per amicos defraudari; & sæpius absentes. 50.n.32.33

Damna

Damna minoribus æque per probos ac improbos curatores adferuntur. 50.n.34
Dolo non caret, qui præcepto Magistratus, præsertim supremi obedire recusat. 1.n.99
Dolo facere non præsumitur nec dicitur, qui jure suo utitur. 48.n.20
Dominus si agat adversus aliquem, qui censum debet solvere, nec id facere possit, & nihilominus habeat molendinum censuale, vel in tali fundo exstructum; quid in tali casu agendum sit, ex Molinæo autor refert. 33.nu.18.19.& 20. *Si vero in censum fuerit datum jus molendini bannalis, an possit dominus adprehensione uti adversus subditos,* 33.n.19.19.20. *Unde pro censu debito an dominis tribuatur manus injectio, plene ab Argentræo discussum notatur,* num.20. *Quid autem de contractu Superficiario dicendum videatur pluribus autor significat, & digitum ad alios intendit* nu. 21
Dominus vasallo suo jurare non cogitur. 11. nu.32
Domini si solutionem mercedis suspendant, vel prorsus eam denegent; an servis concessum, propria autoritate satisfactionem quærere? 44.nu.46
Domini si infectionem consenserint, sed de modo litigent, quid? 48.nu.36
Dominorum vigilantia & proprium exemplum maxime movet. 47.nu.12
Dominium nonnisi ex una causa acquiritur; possessio autem ex plurimis causis, juxta Bocerum, Althusium & Meierum. 18.nu.2
Dominium quadruplex, juxta Baldum. 13. nu.3.
Dominii proprium, posse re sua uti. 7. num. 21
Domus quid proprie & per interpretationem? 39.n.13. *Molendinum eo trahitur, & Dd. quorumdam opinio adprobatur: In causis tam criminalibus quam civilibus, sive in statutis & pœnalibus illud pro domo reputari debere.* numer.14. *Illatio prima: Molendinum instar domus cuiq; tutissimam esse mansionem: neque molitorem de eo extrahi debere.* num. 13. *Secunda illatio: Legem Corneliam quoque de injuriis locum habere in moletrinis.* nume.16. *Tertia: Legem Iuliam de stupro & adulteriis ibi etiam considerari.* nume.17. *Quarta molendinum pariter vel jure servitutis antichreseos inhabitari posse, remissive ad* quæst.43.nume.18. *Quinta: Constitutionem Karuli V. criminalem art.* 157. *sibi etiam locum hic vendicare: de furibus & incendiariis, cum Ponticum, Phrysiorum Saxonum & Langobardorum hac de re latis legibus.* num. 19. *Sexta & ultima: Pœnam denique confiscationis & demolitionis quoq; in molendinis executioni mandandam esse, ex causis solitis suadet, remissive ad* quæst.53. nu.20
Domus & casæ, quas molitores hodie separatim inhabitant, pro quo prædio sint habendæ cum illatione de hypotheca & censu. 28.n.22.23
Domum suam reficere quilibet impune potest. 48.nu.19
Donatio simplex, propria & pura raro invenitur. 35.num.5. *Variis ex causis descendit: quod declaratur antiqua donatione Willisvvindæ & Cancronis, de molendinis rebusq; aliis facta.* num.7. *Henrici Imperat. donatio, iterum molendina ac simul adhærentia comprehendens.* num 8. *Plenior intellectus ex privilegiis Archiecclesiæ Hammaburgensis cæterisq; sæpe concessis, quæ referuntur ac conferuntur molendinorumque expressam & limitatam mentionem faciunt,* 9.cum n.10.11.12.13.14.

Donatio proprie ex liberalitate oritur. 53.*nu.* 4. *Quid illa sit seu quomodo describatur? nu.* 5.

Donationum remedio & interrogatoria Rulandus exhibet, cum aliis. 57.*n.*50

Dorffmeister/*alias dicitur* Gograff. 45.*nu.* 27

Dubitare non est satis, sed necessarium, ut dubiis occurratur. 7.*n.*29

Dubium non est aptum ad aliquid decidendum. 1.*nu.*52

Duo monita supernumeraria, de praeventione militari & obiectione respectu molarum navalium. 13.*num.*20

Duo possidentes molam, quorum unus eam vult reparare, alter negotium hoc differre, quid consequantur? 53.*nu.*12

Duo vincula firmius ligant uno: & potius jus habet, possessionis suae titulum quam qui nudam praescribtionem obponit ac praetendit. 23.*nu* 33

Duobus se possidere contendentibus, quid judex ratione possessionis ac manutentionis suscipere debeat? 38.*nu.*14

Duplex modus consequendi nostrum. 56. *nu.* 4

E.

Ecclesia minoribus aequiparatur: & tamen in rerum ad illos pertinentium alienatione, magnam esse differentiam Menochius putat, 51.*num* 6.22

Ecclesia molendina possidet, & ab iis decimas capit. 51.*num.*19

Ecclesiae patrimonium illaesum jugiter conservati debet. 51.*nu.*21

Ecclesiam quoq; cum aliis molendina possidere, ex iisq; censum ac decimas colligere dicitur. 33.*nu.*22.

Ecclesiae & clerici ad molendina, nemora, pontes, aliaque onera extraordinaria tenentur, 25.*nu.*14.15.16.17

Ecclesiastica molendina in emphyteusin & precariam data. 36.*nu.*8

Ecclesiasticos omnia fere ad suum imperium & molendinum traxisse, ex Baldo, Gailio, Fachinaeo & Winthero perhibet autor 33. *num.* 23. *Prolepsis ejusdem, cum eleganti loco Wolcuini Abbatis, de canone ac pensione clericis sive canonicis praestanda.* 33. *num.*24

Edictum de Infamibus est prohibitorium. 1. *nu.*21

Emphyteusis materia utilis, pulchra, frequens & subtilis. 32.*nu.* 1. *Ratio cur contractibus praecedentibus subjiciatur, cum num. seqq. Cum quibus magnam habet cognationem: & vicissim ab iisdem & aliis differt. Rolandi Rodulphini definitio reijcitur. Infinitae difficultates in hac materia obcurrunt: ideoque more consueto catalogus quorundam Dd. additur. Autoris descriptio ex iis desumta: & quoad ultimum membrum illustrata.*

Emphyteusis habetur pro titulo & modo acquirendi; sed non semper pro perpetuo & temporario 32.*n.*7. *Quotuplex ea, quibus rebus inponi, & à quibus personis constitui possit, remissive.* 32. *nu.*8

Emphyteusin & feudum in molendinis solere ac posse constitui. 32.*nu.*10. *Quetta comparario de locatione & emphyteusi molendinaria.* 32.*nu.*11

Emphyteuta si molendinum duorum dominorum alienaverit, vel emphyteusin diviserit. 32.*n.*16. *Ex iis si unus velit laudare, alter praeferri, quid statuendum?* *n.*17

Emphyteuta an amittat emphyteusin, si removerit unam macinam de molendino, 32.*n.* 12.14

Emphyteuta tenetur suis sumtibus canonem deferre ad aedes domini 43.*n.*21

Ex emphiteutico contractu quae actiones competant,

petant, 57.*num.*46
Emtio-venditio similiter actiones pariunt, in annuis reditibus 57.*n.*37.38. *rebus feudalibus nu.* 39. *bonis minorum seu pupillorum nu.*40.*ad Rempublicam nu.* 41. *vel ecclesiam pertinentibus num.* 42. *(ubi de pacto revenditio & retractus) item à Iudæis nu.*43.*aut socio possessis* *nu.*44
Emtionis-venditionis definitio sive describtio. 30.*nu.*8. *Sub ea conprehensa heredes quoque ligant ab utraque parte* *nu.*9
De emtione fructuũ per socium celebrata cum pacto, ut alter molam & ipsius clusam sumtibus suis sartam tectamque conservet; & insolitum diluvium, casusque fortuitus evenerit, nũ emtor ad aliquid teneatur? 34.*nu.*32
Emto pedagio fructibus molendinorum, an pretii remissio concedenda propter casus inopinatos, fortuitos & insolitos; si totum aut pars eorum petierit. 30 *nu.* 30
Erbgeld *quid proprie sit in foro Saxonico?* 27. *n.*5.*An in molendinis possit constitui, & num ea ad Geradam pertineant, cum similibus.* *nume.*6
Etymologia servi à serviendo vel servando. 47.*nu.*9
Exempla malunt homines, quam verba. 11. *nu.*153
Exempla desiderant expetuntq; homines, & per ea res manifestior. 20.*nu.*4
Exempla contractus censualis ac emphyteutici ex antiquitatum monumentis, in Chronico Spirensi à Christophoro Lehmanno adservatis adducuntur, cum num. seq. usq; ad fin. 33.*nu.*25
Exemplum quid sit, quidve simile, & qualem efficaciam in jure habeant? 41.*nu.*5
Exorcismi genera, & publicorum privatorumque negotiorum formulas nostri quoq; majores habuerunt. 59.*nu.*5
Expensas molendinarias solvens, num obligetur ad damnum ex inmedica datum inundatione? 52.*n.*16
Extraordinariæ pœnæ, cognitiones, judicia & actiones inferre dicuntur. 57.*nu.*2
Extraordinariæ plerumq; in necessariam legis auctoritatem transire solent. 11.*n.*126

F.

Facultas in jure quid sit, & an, quomodo vel quando res meræ facultatis sive liberi arbitrii, præscriptiõe infringi aut tolli per alterum possint? late & maxime ex Menochio cum Exemplis, 21.*num.*15.*& num. quinque seqq.*
Facultas molendini exstruendi, cum clausula; Ad arbitrium sive libitum ipsius, quando & quanto tempore hoc jus amittamus? 23. *nu.*26
Familia nulla, nulla mola aut structura iis carere potest. 47.*nu.*20
Familiæ nomen quid designet, & quamdiu duret relative. 20.*nu.*20
Far à faciendo dictum, ut Varro, vel à ferendo, ut alii volunt. 4.*n.*11
Farina à farre comminuto nomen habet. 4. *nu.*12
Farinæ elegans describtio ex Firmiano Symphosio & Scaligero. 4.*nu.*13
Farinam assam concupivit, proverbialiter cur dicamus. 4.*n.*14
Farina nobilissima ubi fuerit? & qui præparare eam possint? 4.*n.*18
Farinæ species duæ pollis & flos. Et quid intersit inter similaginem & pollinem. 4.*nu.*19. *Locus elegantissimus ex Victore Episcopo Vicensi adducitur: & alius ex Felice Fabro, laudem Germanorum continens, in conficiendo pane: Item Gallorum jure publicum pistorem non uti immunitati Banni Molendini, si istud ipsum adcommodatum sit, &c.* 4.*num.*20
Farina in magno honore apud veteres erat: panis inprobus apud Martialem quomodo intelligendus. 4.*num.*16

Feudum an per jus, contractum, usumfructum, aut per beneficium debeat definiri, remissive. 24.nu.23
Feudum quando testator alienare potest, nequit tamen id facere, quando nulla spe prolis existente, istud beneficium ad successores alias devolvitur. 49.nu.22
Feudi cum usufructu & emphyteusi convenientia ac differentia. 14.nu.18
Feudo solent molendina vasalli per investituram accipere. 49.n.15
Feuda ad certa determinataq; servitia dato, vasallus ad alia non determinata non est obligatus. 11.num.27
Feudatarius rem meliorare potest 14.nu. 12. *Autoris restrictio in illo casu, ex ipso Rosenthalio,* 14.num.13.15.17
Fidejussorem adprobatum non accipiens injuriarum conveniri potest. 1.num.78. *Vt & is, qui equum suum meliorem esse dicit capillis alterius.* 1.n.79. *Qui aliquem ingratum & discortesum adpellat.* 1.nu.81. *Item socordem, negligentem aut impudentem.* 1.nume 81. *Item gibbosum, loripedem, luscum, monoculum, strabonem, cacum vel claudum ac deformem &c.* 1.nu.82. *Aut pecus, itidem cum similibus.* 1.num.83
Flumina publica cur Regaliorum adpellationem sortiantur. 9.nu.64
Fluminis definitio: tam rei quam nominis. 15.nu.3. *Differentia eiusdem à rivo & torrente.* nu.4. *Homonymia & lata significatio, cum diversis aquarum nominibus.* n.5
Flumina navigabilia an ad Regalia pertineant? 16.nu.23. *Qua ratione illis adnumerentur? ex Guntheri Ligurino.* nu.24. *Labsus eorum qui flumina Principibus vindicant, quoad dominium, proprietatẽ & res patrimoniales, cum similibus.* 16.nu.25. *Quid statuendum de Wesenbecii & aliorum opinione, qui flumina navigabilia ad Principis reservata, jus superioritatis ac territorii referunt?* 16.n.26. *Autoris sẽtentia magis remissiva & declarativa,* n.27.28.29
Flumina tribus constant: alveo, aqua & ripis. 55.nu.27
Fluminum divisio, in navigabilia & non-navigabilia 16.n.30. *Illa esse, qua talia tam actu quam potentia sunt, ratione magnitudinis & aquarum copia.* n.31. *Quatenus & an in iis molas habere concessum sit.* nu.32. *Ampliatio Baldi ac Tuschi, cum adfinibus principiis ac Choppini altera distinctione* n.33. *Consecuta etiam ista licentia à Principe, ut quis exstruat in tali flumine molã, extenditur hac quoq; ad molam antea inlicite adificatam: quod jus retentionis Molignatus nuncupat.* n.34. *Adeo ut pracedentia nonnulli de ipso Mari etiam intelligant.* n.35. *Quinimo ipsos Principes fluminum alveos, divinitus quasi eis tributos, nõ debere mutare, declaratur.* num.36
Fluminum diversa appellationes & discrimina, 15.n.6. *Publicũ & privatum non eodem modo in jure sumũtur, magis remissive.* n.7
De fluminibus tam publicis & navigabilib. quam privatis & non-navigalibus interdicta exstant. 58.nu.14
Forenses ad Ecclesia refectionẽ an teneantur, & ad expensas tempore pestis faciendas? 25.n.19
Forma ipsa est principalis essendi ratio. 5.n.5
Forma ac norma exbannitionis. Item petitionis. 59.nu.14.15
Forma libelli in actione Doli, qua agitur ad rescindendum contractum, circa molendina occupatum. 59.n.20
Forma libelli alia in actione negatoria, qualis de moletrinis movetur. 59.nu.21
Formula interdictionis bonorum. 59.nu.13
Formula abrenũciationis in baptismo. 59.n.7
Formula orationum in primitiva Ecclesia. 59.numer.8

Formula orationum à Christo & viris probis præscriptæ. 59.nu.9

*Formula Emphyteuticandi stylo veteri & novo.*50.num.16. *In terminis remissive aliquid adfertur, de sententiis, instrumentis ac formulis, quibus olim molendina fuerunt acquisita* 59.n.17.18.& 19

Formula Mandati demolitorii & inhibitorii sive clausula, ex tit. D. ne quid in flum. publ. cum simil. molendini exstructionem destruentis. 59.nu.25

*Formula supplicationis, pro mandato sine clausula obtinendo, de non impedienda moletrinæ ædificatione.*59.num.22. *Alia supplicatio pro mandato pœnali sineq; clausula, de non impediendo ædificari, constructionem molendini concernens.* 59. n.23.24. *Supplicatio pro mandato pariter sine clausula, de demoliendo.* 59.num.24

*Formulariorum ac libellorum ideas, quinam autores composuerunt? Brevis indiculis ponitur,*59.n. 10.cum num.seq.11.& 12

Forstmeister *est is, qui jus forestale habet, vel saltuarios constituere potest.* 45.num.28

*Fortitudo mira in Paulo Boemo emicuit, qui integram molam frumentariam sine quoquam adminiculo solus humo sustulit,*4.n. 48.

Francisci Marii Grapaldi labsus detegitur. 4.nume.38

Francisci Ripæ dictum, de aquarum fluminumq; tractatione. 17.num.3

Francorum, Alemannorum & Phrysiorum leges parallelæ. 40 nu.14

Fratribus Prædicatoribus denen Prediger-München / *num & quatenus bona inmobilia legari possint?* 51.nu.33

Friderici II. Imp. rescribtum, de protectione manutentione Germ. Schutz und Schirm halten/*cum similibus ad VVehnerum.* 38. num.16

Frugibus inventis glandes spretæ. 2.nu.16 17

*Frumentarii, Macellarii, Piscatores & Coqui ad honesta officia admittuntur.*1.num. 23.*Ætiologia ponitur.* n.24.

Frumenti nomen, quam late pateat, & quanam conprehendat 55. nu. 19. *cum num. seqq. usque ad nu.* 24. *ubi de blado, avena, hordeo, fæno, pane, leguminibus & farina.*

Frumentorum inventio ante diluvium Adamo & Caino proculdubio adscribenda. Post diluvium Noacho, 2.n.37.38.& 41

Fullonicam artem Nicias Megarensis invenit: deque mola TEREBRATORIA, Bohrmühlen. 6.nu.17

Furnus à Clibano quomodo differat? & Clibanarii quinam? 2.nu.78

Furtum quid, in qua re fiat, & unde datur vulgatum est. 37.nu.2

*Furtum est triplex ex qualitate graduum delicti.*37.nume.5.

G.

G*Andavum primaria Flandriæ urbs centum habet molendina* πνευματικά, *sive alata.*5.nu.19

Gaudent brevitate moderni, quod exornatus aliorum testimoniis. 33.nu.6

Gentes ipsæ habitu distinctæ: Hebræi, *Assyrii*, Helvetii, *Ungari, Poloni, Germani alii.* 12.nu.3

Genuinæ lectiones l.4.§.fin: D. de rer. divis. & l.3.§.2. D. de flumin. iuncto. 17.nu.18.19

Gerhaber *qualesnam in Austria nomine & opere?*50.nu.31

De Germaniæ consuetudine in oneribus ac operis à rusticis, Principibus nobilibus, aliisque exhibendis. Ubi de caponibus, Rauchhun / *& similibus rariora consignantur.* 33.num.26

Germanorum liberti qualesnam olim fuerint?

Goldasti & Lindenbrogii de Republica literaria benemerita. 37.n.26.

Graci ac Latini, ad Hebraeos collati, pueri sunt.2.nu.48
Guillermi Britonis carmen de aestu maris. 17. nume.34
Guntheri Ligurini locus libro octavo explicatur.9.n.63

H.

Habendus quis merito pro tali, pro quali est renunciatus. 1.nu.77
Habens aquaeductum ad molendinum in fundum alterius, potest hunc dominum fundi servientis conpellere, ut aditum & necessaria permittat.43.nu.34
Habentes jus doctores, Magistros & Notarios creandi, num per non-usum decennii perdatur? remissive. 23.nu.27
Hebraea gens revera molas primum adinvenit, quod cum Polydoro Virgilio auctor defendi 2.nu.47. usque ad num.68
Helcium sparteum vinculi genus, quo jumenta molas circumrotabant. 4.nu.51
Helciarii apud Martialem & Sidonium Apollinarem. 4.nu.52
Henric. Boceri objectio commode removetur.11.num.45. opinio non admittitur. 11. nu.109
Herrengnad & Landsiedeley *quid Germanis sit? 36.nu.10*
Hispani pro acerrimis abactoribus habiti.37. num.10
Homagium secundum consuetam formam praestandum est, 11.num.37.38.& 39. ubi incidenter de bona conscientia.
Homagia nullam admittunt novitatem. 11. nume.30
Homagia ex jure consuetudinario originem suam habent. 11.nu.31
Homo Plautinae prosapiae, proverbium apud Minucium Felicem. Ubi & de Virgilii victu ac stipendio remissive. 4.nu.59
Homo proprius ad novas domini aedes exstruendas non tenetur 10.nu.31. Limita tamen ut nume.32
Homines proprii moletrinis bannariis Dominorum suorum praecise uti coguntur. 11. n. 137
Hordeum omnium frumentorum est antiquissimum. 2.nu.20
Horreis ac granariis olim praefecti comites, curatores, inspectores & similes. 45. num. 18
Hortorum taxatores Hortulani & Summarii habentur.45.nu.16. Quinimo rerum omnium veri & sinceri Aestimatores debent constitui & adhiberi. nu.17

I.

Iacobi Cnoxen Boscoducensis traditio jocose refellitur. 5.nu.22
Iacobi Spigelii, Pardulphi Prattai, & Iohann. Calvini lapsus detegitur. 2. num. 74
Ichtiophagi ac Lusitani quare usi fuerint instar molarum, deq; torrendis & comminuendis frugibus apud gentes Septentrionales: imo à masticatione dedicisse illud homines, &c.2.num.25
Illatio ad quaestionem generalem: An, quomodo & quando molendinum in societate vel per eandem nobis acquiratur.34.num.10. Quaestio specialior: Qualenam jus in molendinorum communium divisione, locatione, venditione & refectione obtineat, 34.nu.12.cum seqq.
Iustiniani Imper. rescribtum, huc directo respiciens n. 13. Bartolus, Iason, Ripa & Mozzius multa circa hanc rem speciatim cumularunt, 14.cum num.seq.15
Ille qui tenetur ad expensas reficiendi molendinum, si supervenerit inundatio insolita, an teneatur? 40.nu.21
Illicitum, etiam ad optimum finem perveniens, non excusat à poena. 11.n.53
Immolandi verbum unde natum sit. 3.nume. 15

Impeditus quid & quo remedio agere debeat, magis remissive. 40. nu. 15
Impensas utiles quoties quis præstare teneatur 19. nu. 27. 28
Imperator, non Papa, est fons omnium dignitatum. 1. nu. 54. 55. 56. 57
Imperator Romanus simpliciter Rex appellatur. 9. n. 41
Imperator aut Rex tenentur ad ea, quæ ratio naturalis dictat. 10. nu. 6
Imperatori licet pro beneplacito quibusdam jus venandi concedere. 10. nu. 7
Imperatoris & Ducum Imperii autoritate quod fit, magis attendendum est, quam quod à privatis vel singulis in Imperio variis locis agitur, 124. nu. 32
Ipse Imperator præsidem provinciæ, ne quid contra longam consuetudinem fiat, ad suam solicitudinem revocare jussit. 100. n. 30
Imperatoris nomen novum, Regis antiquum. 9. num. 43
Imperatoris adpellatio trifariam à Romanis accepta. 9. nu. 44
Imperii translatione facta tempore Karuli magni ex Oriente in Occidentem, etiam iuris mutatio facta est. 7. n. 4
Imperialis dignitas amplissima. 4. nu. 50
Implementi defectum is obponere non potest, qui ex eo nullum damnum sentit. 11. num. 134. *in bonis Ecclesiasticis an jus libellarium habeat locum?* 29. n. 13. *Si tamen in iis constitutum sit, & statutum exstet in clericorum præjudicium, ne ad alia molendina vadant, extra territorium mandantis sita, an tunc illud valeat?* nu. 14
In jure Saxonico quænam remedia sint prodita, pro consequenda Gerada, Erbgeld/ Heergewette/ *&* Mustheil? 57. num. 26. 27. 28. 29. 30. 31
In loco aliquo pluribus annis molam habens, an jus tale videatur præscribsisse, ut alterum ædificatorē repellere, vel agentē actione Negatoria superare valeat? 57. nu. 12
In molendinorum communium locatione, venditione, refectione, societate & dissensu quid statuendum remissive. 31. nu. 25
In pari causa melior est conditio præoccupantis. 23. n. 31
In regno Chinæ filii in paternis artibus se præcise exercere coguntur. 1. nu. 40
In tempore cujus memoria non exstat, minime requiri patientiam ejus, contra quem præscribitur, vult Mynsingerus; sed declara ex aliis doctoribus. 21. nu. 16
Indiculus autorum, qui fuse exhibent, an & quatenus bona Ecclesiastica alienari queant? 51. nu. 23. *Communis & generalis opinio vult: licitum esse modum, quem Ecclesiæ necessitas ac utilitas suadet ac requirit.* nu. 24. *Puta si ære alieno nimium oneretur.* num. 23. *Honestatem quidam addunt, ob multos captivos, aut propter benemeritos,* nu. 26. *Num valeat, si res forte vilis & modica fuerit? cum numeris.* 27. 34
Hominū opinione / *Accedente decreto* / *Et num in dubio* } *alienatio ejusmodi utilis censeatur? cum n.* 28. 29. 30. 31
Inductio & conciliatio l. littora 3. D. ne quid in loc. pub. ex Gotofreti mente. 17. nu. 19
Inhonestum est, ut quis alteri serviendo de suo seipsum pascat. 7. n. 26
Iniquum est, heredem ferre totam substantiam contra voluntatem testatoris 5. nu. 12
Injuria etiam pro levissima injuriarum dica competit: cum brevi conclusione, gravissimorum autorum judiciis firmata. 1. n. 85
Injuria non est relinquere unicuique liberam facultatem disponendi de rebus suis 15. n. 68
Injurius nomini est, qui jure suo utitur. 13. nu. 19
Injuriarum tenetur, si quis alicubi sepeliri

quem curet, sine consensu Rectoris istius Ecclesiæ alienæ. 58.nu.172
Injuriarum conveniri potest, qui ad infamiam alterius, & præsertim famæ ac honoribus nominatim restituti, quid dicit vel facit. 1.n.84
Inopiæ commendatio ex Aristophane &c. 2. nume.15
Instrumenti mirabilis describtio ad cribrandum ex Ioanne Iacobo Weckero remissive. 4.n.65
Instrumentū accipiens, producens vel allegans sine protestatione, omnia in eo contenta approbare & confiteri intelligitur. 83.nu.52
Instrumentum pro se habens, fundatam habet intentionem, donec per contrarium instrumentum, aut quinq; testes aliud probetur. 17.nu.30
Instrumentum quod diu fuit occultatum præsumitur simulatum. 113.nu.29
Instrumentum tradens, jus in eo contentum tradere videtur, indeq; possessionem illius rei. 113.nu.14
Instrumentum ex intervallo factum, majorem arguit suspicionem. 113.n.24
Instrumentum tantum probat, quantum loquitur. 27.nu.115
Instrumentum, quod non dicit, neq; nobis dicendum. 71.nu.45
Instrumentum rem facit claram adeoq; pro illo præsumitur & executio permittitur, donec sententia rescissoria feratur. 37.nu.177
Instrumentum reddit veritatem apparentem adeo ut non egeat ulteriori probatione. 114. nume. 6. *Præsertim si habeat sua requisita annum & diem, & si qua ejus generis alia.* 114.nu.7
Instrumentum est probatio probata. 14.nu.5
Instrumentum privatum pro scribente, vel referente, plenam fidem non facit. 79. numer.5
Instrumentum quod non dicit, neq; nobis dicendum. 83.nu.33
Instrumenti productio aliter fidem non facit de mandato actoris, nisi doceatur, quid devenerit cum bona voluntate domini ad detentorem, etiam in eo, qui experitur nomine proprio. 11.nu.35
Instrumenti, claviumq; traditione abusiva fit investitura. 106.n.16
Instrumenta exceptionum oppositarum executionem, quod instrumento publico continetur, non impediunt: sed reservantur ad aliam & novam instantiam. 83.n.59
Instrumenta liquida & recognita, paratam continent executionem. 92.n.2
Inter contractus consensuales refertur Emtio-venditio. 30.n.1
Interitus naturalis quid? 52.nu.3. *Per alios, & non modo nos, quomodo fiat?* n.4. *Indiculus brevis autorum, qui de hisce casibus necessariis, voluntariis aut fortuitis scribserunt.* num.5
Interitus civilis rei & personæ quid? remissive. 54.n.3
Interpretes tam in definitione nominali quam reali locationis-conductionis mire discrepant: quædam sufficiens tamen visa cum autorum syllabo proponitur. 31.n.6
Invectiva in Iudæos, res alienas sine pretii solutione non reddentes, nec in venditione de evictione caventes, cum similibus, num.30. num.24.25.26 & 27
Investiendi verbum quid inportet, & modi principales acquirendi in feudis quinam? 24.nu.4
Investitura quid & quotuplex? 24.nu.5
Investitura est modus acquirendi, suo intellectu. 24.num.3
Investituræ vox qualis sit, & qui istius ritus? 24.num.8
Investituræ nituntur fundata intentione, faciunt-

faciuntq; rem notoriam, cum similib. 24. num.13.14.15.16
Investitus tenetur exhibere jus concedentis, nisi hic Imperator fuerit, quem Knichen excipit. 24. nu. 14
Inundatione terræ num hujus possessio aut dominium amittatur. 52. nu. 14
Ioannis Boteri Narratio quædam in dubium revocatur: & verisimilior Aldrovandi subjungitur relatio, de Zebris Indicis & regione Congi: cujus incolæ hominibus iumentorum vice utuntur. 4. num. 61
Ioannis Saixonii traditio non admittitur, adhibita commoda distinctione. 11. num. 131. 132
Ioannis Sichardi traditio cum grano salis admittitur. 10. num. 21
Is per cujus prædia ducitur aqua ad loca inferiora, an & à quibus in suo prædio molam ædificari possit? 43. nu. 39
Isis mater Herculis Lybici, inventrix molarum Anno mundi 3345. ut opinantur Achilles Gassarus, & Henricus Panthaleon. 2. nume. 45. Sed vide num. 60. & 63. Etiam in Germania, ut putat Ioan Marius Belgicus. num. 46
Iudæorum conditio & habitus. 2. num. 14
Iudæi veteres synagogas reficere; non autem novas fabricare debent, ac de jure possunt. 48. numero 8
Iuliani Imp. modestia in augendo ærario collaudatur: & Theodorici Regis facta reliquorum condonatio censetur, cum Iustiniani Imp. laudabili sollicitudine ac clementia. 11. num. 20
Iulius Cæsar domesticam disciplinam exemplo quodam severe correxit, pistorem suum compedibus vincientem. 47 n. 22
Iumenta pistrinensia, asinus & mulus molarius, equi dorsulles, in pistrino requirebantur: & Catabolenses. 4. nu. 53
Iumentorum pistrinensium graphica descriptio adfertur ex Apulejo. 4. num. 54
Iumentis pistrinensibus etiam adcensendi servi & ancillæ in pistrinum pœnæ loco compacti. 4. num. 55. Et num. 56. & 57. latissime.
Iumenta & instrumenta etiam varia ad molas necessaria. 44. nu. 10
Iura vigilantibus sunt scribta, & non dormientibus. 34. nu. 35
Iuramentum fidelitatis habet sua certa ac determinata capitula 11. nu. 26. Sed intellige ut num. 28. 29
Iuramento præstito, de utendo suo molendino dominico, jus coercitionis bannariæ introductum censetur. 11. nu. 130
Iuridica potestate exuitur, quisquis subditis dicundo juri minime advigilat. 45. num. 48
Iurisdictionem nec voluntariam nec contentiosam implicat, ordinare, ut quis hoc vel aliud molendinum accedat. 11. nu. 21
Ius aquæ ducendæ pro uno molendino qui habet, num etiam aliud fabricare, circumscriptam loco servitutem mutare, & usum rei ad alium transferre debeat? 43. n. 40
Ius columbaria & molendina habendi tribuit vetustas ac latifundium. Vbi etiam, quibus mediis ac signis eorum possessio conservetur seu retineatur, proponitur. 52. n. 7. 8. 9
Ius dominii est vel acquirens vel amittens. 49. nu. 1. Illudq; consequimur per nos, aut per alios. n. 2
Ius circa molarum exstructionem negativum & prohibitorium, an consuetudine introduci ac firmari possit? Bertachini sententia. 22. n. 10. Autoris opinio certis limitibus circumscribta, & priorem obiter refellens. n. 11. Bertrandi decisio similis, de domo vel hospitio & cerdone; ex Baldo, Homodeo,

modeo, Præposito, Iasone Claro & Schradero n.12
Ius emphyteuticum & libellarium an priscis fuerit cognitum, Choppini sententia ab autore temperata. 29.n.10
Ius fato & non culpa amissum num sit retribuendum? 53.n.9
Ius molendini bannarii an & qualis sit servitus. 43.n.23. cum n.27.33
Ius molendini habendi & regalia an præscribi queant. 21.n.30
Ius municipale molendini bannarii admissionem suadere potest. 11.n.136
Ius sive facultas molæ bannariæ num præscribi queat. 12.n.25
Ius occupationis & aquæ ducendæ, quanto tempore præscribantur, ex Bartolo, cum autoris declaratione superficiaria. 21. n. 14.52.n.27
Ius offerendi an & quomodo præscribatur, 21. num 19. Argentræi expositio duobus locis prolixior, ornatior, nervosior. n.20
Ius provinciale al. Landrecht Frisiorum de rebus minorum ac inpuberum inmobilibus. 50. numer. 25
Ius quod ex feudo competit domino & vasallo, remissive. 14.n.14
Ius Romanum quid statuat in præstatione facti alieni? quod ad molitores traducitur. 45.n.47
IUSTINIANI Imp. sanctio de damno à molis aut aqua dato, juri civili quæ non contradicit. 40.n.13

L.

Legatum quid & an per illud molendina bonis nostris adcrescant? 26.n.16
Legato instrumento pistorio, num ipsi pistores insint; item an mola fundi vel adium instrumenta contineatur? 26.n.15
Legato penu, num veniant molæ? 26. n.17. Suppellectilis nomine an eadem comprehendantur, latius n.16.
Legato, donato aut vendito molendino, an lapides molares debeantur, itidem remissive. 26.num.21
Legato molendino num veniat stabulum? 26. num.19
Legato vel vendito molendino ac pistrino, quid veniat? magis remissive. 49.n.25
Lex Attica de puteo fodiendo, 34.n.39. cum num. 40.41.42. Hippicum quid eo in loco n.40. Phratriæ quid apud Aristotelem. 34. n.41
Lex non dicitur sublata per non-usum, 37.n. 38. cum n. seq. 39.
Lex XII. Tabb. alienationis verbo omnem alienationem intelligebat, 49.n.11
Largo isto sensu, alienatio usucapionem ac pignoris dationem complectitur. n.12
Leges & Pragmaticas Sanctiones nemo impune ignorare audet. 1.n.86
Leges de furtis damnisq; molendinis illatis, à majoribus nostris sancitæ. Inter quas prima lex Langobardorum, de effractoribus molendinariis. 37.n.15. Alia VVisigothorum proponitur, de instrumentis molendinis furto ablatis. n.16. Quædam ex Salica de servo molinario rapto: item alia de furto in molendinis perpetrato. n.17. Karuli Magni & Ludovici Impp. constitutiones de domo effracta à servo aut libero homine. n.18. Francorum eorumdem leges de furibus molendinariis. n.19. Bojorum statutum, cum emendatione aut conjectura autoris. n.20. Saxonum constitutio circa furta olim frequentata juncto num. 21. 23. Quid vox Screona sive Schreunia ibi designet. n.22. Friderici Imp. constitutio de furto involuntario, quod molendina concernit: cum aliorum dubiorum appendice. n.24.25. Discursus iste de legibus recensitis, aut de earumdem authoritate hic incipit n.26. juncto n.35
Legum actiones formulæq; solennes apud priscos

scos Romanos, nunc sublatæ. 59. *numer.* 11. 12. *Ubi de formulis hodie in litibus quoque rusticorum submotis.*

Legitimitatis documenta edere tenentur Opifices, qui in collegiis, societatibus vel tribubus, in Innungen/ Zünfften/ Gilden und Gaffeln/ *suscipi voluit.* 1. *n.* 38

Libellaria an in rebus mobilib. vel inmobilibus, feudalibus, emphyteuticis & allodialibus constitui possit? 29 *n.* 11

Libellarius contractus de re corporali & inmobili celebratur. 29. *num.* 7. *Praterea quomodo à venditione, locatione, emphyteusi, feudo & censu differat, remissive. n.* 8. *Juxta nonnullos canon tenuis & modicus indicat emphyteusin* *n.* 9

Libertas non privata, sed publica res est; eaq; pereunte perierunt omnia. 10. *n.* 2

Libertati suæ renunciat, qui per tempus inmemoriale ad molendina dominica accedit accedentibus aliis conjecturis. 11. *n.* 73

Libertati semper est favendum, & pro ea, utcunq; testimonia sint paria, judicandum. 11. *numer.* 55

Libertati plus favendum quam pupillo, Reip. vel piæ causæ. 11. *n.* 56

Liberum quod est, impeditionem excludit, si modo mere liberum est. 11. *n.* 16

Liemari Archiepiscopi Bremensis diploma, materiam nostram directo concernens: cũ parallelo, de molis Brunsvvicensibus. 20. *n.* 5

Limitibus olim possessionum territoria designabantur, exceptis locis solutis, ex Knichii mente. 14. *n.* 27

Littoris etymologia. 17. *n.* 5

Littoris Synonymia. *n.* 6

Littoris descriptiones parallelæ. 17. *n.* 9

Littorum usus ac proprietas quarum sint? 17. *num.* 15

Locatio unde sit dicta. 31. *n.* 2. 3. & 5. *Quid locare & conducere significent.* 31. *n.* 3. 9

Locatio-conductio an & cur recte disjunctim vel conjunctim scribatur? 31. *n.* 4

Locator & conductor quinam sint? 31. *n.* 9

Locator & conductor quibus actionibus & remediis suam petitionem adsequantur. 57 *numero* 45

Loca vetusta deserta & inculta Principi tribuunt, ut is licentiam det in illis ædificandi vel quid aliud agendi. 14. *n.* 25

Locus Exodi cap. 11. & *cap.* 12. *explicatur.* 2. *numer.* 52

Locus Exodi 20. *vers.* 10. *cum aliis explicatur.* 1. *num.* 28

Locus Jobi capit. 24. *vers.* 11. *explicatur, cum cohærentibus ex leg.* 12. §. 1. *Digest. de usu & habit.* 6. *n.* 3

Locus Ambrosii adducitur. 10 *n.* 11

Locus destinatus & usurpatus non modo mare, flumina: Sed etiam domus privatæ, gymnasia, balnea. Ubi de Bains Italicis & memorabili quadam pœna cælitus Herulis immissa. 16. *num.* 8. *Prius Ciceronis comprobatur testimonio. num.* 9. *Ipsi Duces ac Imperatores maxime hac solertia celebres. n.* 10

Locus plurimis in causis attenditur, remissive 15. *nu.* 55

Loci publici adpellatione quid veniant: 14. *n.* 19

Longe aliud est reficere, & facere, cum exemplis. 48. *n.* 6. 8. 9. 10. & 11

Lucrum cessans & illud Rebuffo dicitur, quod pendet ex alterius, & quidem boni viri judicio. 40. *n.* 8. *Idem censet L.* 2. *D. de flumin. spectare ad lucrum cessans vel æstimabile, & non petibile voluntarium.* *n.* 9

Ludovici Cresollii liber de Sophistis & alia scripta encomio extolluntur. 55. *n.* 17

M.

Machinæ Hydraulicæ, quæ Toleti in Castilia Nova conspicitur, commendatio. Ut & ejus quæ est ad oppidum Suari-

Starium, & similia opera in urbe Brema, comitatusq; Schvvartzenburgico. 6.*n.*33

Macina, Matten/ *& machina quid?* 32.*n.* 13

Macina & merces debet esse ordinaria, certa ac moderata, à quovis exsolvenda. 46.*n.* 13. *Glossa juris Saxonico-feudalis modum huic rei praescribit.* n.14. *Diversitas molendinorum aliud in molis olivariis decernit.* n.15

Magis consulendum est his, quibus majus periculum imminet. 50.*n.*38

Magistratus est officium, decernere operariis mercedem, pro laborum ac regionum qualitate, quod illustratur constitutione Marchica. 44.*nu.*42

Magistratui semper licuit modum privatis praescribere, quomodo communibus uti deberent. 10.*n.*9

Magistratuum iniquitas, res vi aut clam ablatas; item naufragio amissas veris dominis dum non restituunt, sed aerariis suis adplicant. 30.*nu.*26

Magistri vox apud Latinos & Germanos ad varia officia & artificia est translata; quod multis illustratur exemplis, 45.*n.* 24.*cum num.*30. *Eadem analogiae inventa exstant nomina de pecorum, pistorum, monetariorumq; magistris.* nu.25

Mala non sunt facienda, ut eveniant bona. 11.*numer.*54

Malitiis ac inobedientiae subditorum, nullum probabile interesse habentium, minime est indulgendum. 11.*n.*129

Mancipia unde dicta 47.*n.*10

Mandata sine clausula immediate fundant jurisdictionem Camerae Imperialis: cum brevi epilogo ad praesens negotium adcommodato. 1.*nu.*100

Mandata Camerae Imperialis cum & sine clausula de non vastandis sylvis. 57.*n.*8

Mandatum sine clausula etiam à molitoribus rejectis in Camera Imperiali imperari potest. 1.*num.*96

Manutentionis alia significatio, pro rei integritate ac conservatione. 38.*n.*21. *Introducta ab rudioris aevi Doctoribus: praestatio autem ipsa conventione sive pacto, contractu & stipulatione inducta.* nu.22

Manutentio quid. 38. *n.* 4. *cum n.*21. *& vis quotuplicis significationis?*

Mediolanenses singularum aquarum judicem & stratarum officialem, qua de causa quibusve requisitis constitutum teneant. 45. *n.*34.

Melior est finis rei, quam ejus principium. 48.*n.*42

Menochii sententia parallela in terminis novi molendini in locum antiqui repositi. 48.*n.*16

Mercator ut quis dicatur, multa requiruntur. 4.*nu.*36

Mercatorum ordini aditus ad honores est praeclusus. 1.*n.*73. 74. *Sed contrarium adprobatur.* num.75

Mercatorum adpellatione non veniunt Pistores. 4.*n.*35

Merces operariis non certa sed ab aliis varie soluta, quomodo sit exhibenda? 44.*n.*45

Metae & Catilli, sive superioris ac inferioris molaris fit mentio. Num. 11. *vers.*8. & *Deuter.* 24.*vers.*6.*q.*2.*n.*56

Ministri vel famuli privatorum, an juxta illam Marchiae & Saxoniae ordinationem debeant possintve loco mercedis frumentum accipere, vel sementem facere & dementere? 44 *n.*43

Minores expensas ab eodem factas, hunc conjecturis ac praesumtionibus probare posse.

Pro opera molitura omnes cives, imo ipsi curatores & rectores civitatum, dependere aliquid debent, cū limitatione tamen relative adjecta, & casu fere simili de syndicis universitatum. 51.*numero* 17

Minus licere interdum in littore ac ripis, in mari ac fluminibus ipsis. 17. *num.* 20. *Autoris dissensio remissive, cum aliorum decisionibus. num.* 21. *Confirmantur hæc Feudistarum & Legistarum communibus adsertionibus: item an & quomodo ad Regalia pertineant* n. 22

Modi acquirendi vel sunt liciti & certi finitique. vel inliciti & incerti seu infiniti. 13 *n.* 4

Mola unde dicatur, discutitur. 3. *numero.* 4. 5. 6. 7

Mola aliquando lætitiam denotat: & unde descendant Hebraicæ istæ voces, cum similibus & explicatione Apocal. 18. *vers.* 23. *quæstion.* 2. *numer.* 57

Mola pro infimo ministerio in sacris literis accipitur. 2. *n.* 55

Mola apud Medicos accipitur pro carne informi & inaninia: sicuti etiam Placenta. 3. *n.* 12

Mola nonnunquam rem obscenam denotat; ut & molere sive permolere pro coire. 3. *nu.* 13

Mola salsa in sacrificiis quid fuerit, ostenditur: & quod Romanis *à* Græca *fuerit destincta, & cur ea somnia expiata.* 3. *n.* 14. 17

Mola etiam moletrina dicitur. Imo & molendinum 3. *n.* 9. 10

Mola Chartaria Tychonis *Brahe laudatur.* 6. *num.* 23

Molæ significationes: sicque collectim numero octo. 3. *n.* 18

Molæ non exacta definitio, sed qualis qualis descriptio. 3. *n.* 19

Molæ trusatilis delineatio. 8. *n.* 10

Molæ urbibus initia dederunt, cum Erfurti etymo. 37. *n.* 29. *Origo horum pertexitur, cognatique vocabula adjunguntur.*

Molendini vocabulum an sit latinum, & penultimam producat vel corripiat? 37. *n.* 31

Molæ hic & alibi molendinis distinguuntur, brevisq; diplomatum istorum declaratio additur. 35. *nu.* 15. *Quæstio principalis de pertinentiis, accessionibus & appendiciis ejusmodi proponitur, n.* 16. *juncto n.* 20. *& reliq.*

Molæ apud Helvetios etiam ante Iulii Cæsaris tempora in usu fuerunt. 2. *n.* 30

Molarum inventio an ad Phrygios referenda. 2. *n.* 31. 32. 33. 34. *&* 35

Molæ etiam ipsis Diis usu adscriptæ. Unde molæ martis, & quædam alia. 1. *n.* 20

Molæ aquariæ magnæ industriæ & ingeniosæ inventionis sunt officinæ: at incertæ indagationis. 2. *nu.* 69. 70

Molæ aquariæ etiam Romanis cognitæ 2. *n.* 71. *Sed non in frequenti usu.* n. 72

Molæ aquariæ primam mentionem in jure fecit Imp. Zeno. in l. decernimus C. de aquæductu. 2. *num.* 73

Molæ aquaticæ quando inventæ. 2. *n.* 68. 70

Molæ AQUAS PLUVIAS emolentes, Wassermühlen. 6. *n.* 25

Molæ manuariæ sunt omnium antiquissimæ. 5. *n.* 6.

Molis manuariis circumagendis servorum operæ locari solitæ. 5. *n.* 7

Molæ TRUSATILES & VERSATILES quænam sint? 5. *n.* 8

Molæ OLEARIÆ, Oelmühlen, *quænam sint?* 6. *n.* 1

Molæ POLITORIÆ & ACUMINANTES, Polier und Schleifmühlen, *describuntur.* 6. *n.* 4.

Molæ ad conficiendum PULVEREM PYRIUM, Pulvermühlen *quæ sint?* 6. *n.* 9. 15

Molæ *SERRATORIÆ,* Sagemülen/ 6. *n.* 6

Molæ CONTUSORIÆ, Stampfmühlen oder Bochwerck. 6. *n.* 18

Molæ

Molæ ÆS CALIDUM IN LAMINAS deducentes, Kupfermühlen. *Et num* 20. & 21. 6. *n.* 19. 20. 21

Molæ CHARTARIÆ, Papiermühlen. 6. *n.* 22.

Molæ FULLONIÆ, Walckmühlen. 6. *num.* 16.

Molæ versatilis adumbratio. 5. *n.* 12

Mola trusatilis dicta quoque est Pistrilla, Pistrina, *Pistrix.* 5. *n.* 13

Molæ trusatilis elegans typus ex Virgilio. 5. *num.* 14

Molæ JUMENTARIÆ, ASINARIÆ & EQUINÆ quænam sint. 5. *n.* 15

Molæ jumentariæ jucunda descriptio ex Apuleio. 5. *n.* 16

Molarum inventio Deorum beneficio adtribuitur. 1. *n.* 19

Molarum usus hodiernis temporibus valde restrictus. 7. *n.* 3

Molarum usus ab antiquo unicuique, etiam domesticatim, fuit permissus. 7. *n.* 2

Molis etiam inventis, pistrini nomen mansit. 4. *numero* 6

Molares initio an tam grandes fuerint, atque nunc? 4. *n.* 46

Molares in ascendentes hostes ex propugnaculis dejectos, ex Sacra Scriptura, Ovidio, Ammiano, Paulo Æmylio, Silio Italico ostenditur. 4 *num.* 47

Molarium præcipuus usus in molendinis in vita communi, qui etiam Pyrites dicebantur. 4. *num* 44

Molarium magnæ fodinæ ubi fuerint: quæ illorum natura: quot genera: & quomodo fiant? 4. *nu.* 45

Molariæ colonia apud Plautum. 1. *n.* 60

Molendina plurium rotarum obcurrunt. 4. *num.* 70

Molendina pneumatica, ventis agitata, Volatica sive Alata describuntur, eorundem usus & inventum deteguntur. 5. *n.* 17

Molendina alata etiam turribus inædificata, & ubi. 5. *n.* 20

Molendina AQUATICA, Wassermühlen/ *quænam sint?* 5. *n.* 23

Molendina NAVALIA, Schiffmühlen/ *quænam sint?* 5. *n.* 27

Molendina aut sunt juris privati aut publici. 7. *num.* 1

Molendina exstruendi & habendi facultas hodie utplurimum Principibus, aut aliis de territorio quodam investitis, competit. 7. *n.* 5

Molendinorum jus pro beneficio Regali aut Principali æstimatur. 7. *n.* 6

Molendina Universitatum inter bona ac opera civitatis communia connumerantur. 7. *nu.* 7

Molendina Rerumpublicarum sunt in patrimonio civitatis. 7. *n.* 8

Molendina Universitatum possunt in publicum elocari. 7. *n.* 9

Molendina non pertinent ad regalia majora. 9. *num.* 54

Molendina in c. unico. Quæ sint regalia, non recensentur. 9. *n.* 56

Molendina omnibus, etiam privatis, in suo exstruere est permissum. 9. *n.* 61

Molendina an bona Domanialia Principis, zu deß Fürsten Tafelgut / *referri commode possunt.* 9. *n.* 69

Molendina an ad Regalia pertineant, cur operæ pretium investigare. 9. *n.* 76. *Principalia ac Subditorum bonorum jura & officia quænam?* 9. *n.* 77

Molendina bannaria subditi visitare non coguntur, si in frumento suo damnum patiantur. 11. *n.* 138. *Vel intra certum tempus ipsorum grana non contundantur.* 11. *n.* 139. *Vel necessitas eos ad aliorum molendi-*

lendina ire cogat. 11. *numer.* 140. 141. & 142

Molendina privatorum non possunt illis adimi, nisi prius refuso justo pretio. 10. *numer.* 22

Molendina bannarii multo minus privati homines, quam viri principes erigere possunt. 11. *num.* 98. 99

Molendina bannaria habens, non potest tamen prohibere eos, qui speciale jus habent, ut quotannis certo tempore molendinum suum aperiant. 11. *nu.* 107

Molendina quoque Ecclesiæ, cum decimis, aliisque commodis & bonis inmobilibus possidere solent: ac tunc fiant in prælio occupantis vel executoris? 13. *n.* 12

Molendina num veniant translatione territorii, & adpellatione pertinentiarum Zugehörungen, *in adjudicatione & condemnatione, cum simil.* 23. *n.* 35

Molendina ad quarum rerum classem pertineant, & occupatis propria numne evadant? 13. *n.* 19

Molendina respectu usus publica sunt vel privata, remissivee 14. *n.* 1

Molæ publicæ à quibusdam adscribuntur jurisdictioni plenissimæ, ab aliis mediæ, infimæ iterum a ceteris. 14. *numer.* 2. *Causæ cur id factum & ita variatum.* 14. *num.* 3. *Genus publicorum pistrinorum, toti civitati communium;* 14. *num.* 4. *Servi quoq; & operarii pistrinenses tam publici quam privati.* 14. *n.* 5. *Quæstio principalis & generalis de mola exstruenda.* 14. *numer.* 6. 10. 21. *Locus in quamplurimis maximisque consideratur.* 14. *numero* 7. *Quid sit, quam varias significationes contineat, & qua ratione à fundo discriminetur.* 14. *numero* 8. *Quotuplex existat, publicus scilicet & privatus: hicque aut communis vel proprius & feudalis.* 14. *num.* 9. *De fundis fluminibusq; privatis.* 14. *num.* 10. *An idem in feudalibus obtineat, secundum molarum ædificationem? juxta Rosenthalium, Schraderum, & Niellium.* 14. *numero* 11.

Molendina ergo in loco publico an & quomodo exstruere liceat, quæritur? Inmolitus verbum exponitur. 14. 21

Molendina navalia & alata quanto tempore præscribantur. 21. *n.* 31

Molendina communitatis utrum possint præscribi, remissive. 21. *n.* 32

Molendina in feudum concedi iterum probatur, primo testimoniis. 24. *n.* 21. *cum n.* 10. 11. 22. *usq; ad fin.*

Molendina quoq; in feudum concedi; & per investituram constitui possunt, 24. *n.* 10. *cum nume.* 11. 19. 21. 22. *usq; ad finem.*

Molendina quoq; locantur & conducuntur, 31. *n.* 10. *cum n.* 11. 12. 13. *& seqq.*

Molendina universitatis an locentur, & num invecta in molendinum quoque privatum censeantur tacite hypothecata, remissive. 31. *n.* 15

Molendinis posse ac solere censum inponi, probatur, 33. *n.* 12. *cum. n. seqq.*

Molendina antiqua possidentes, non sunt molestandi, 38. *numer.* 19. *Alias officium judicis inploratur, quod inter cetera remedia frequentissimum ac tutissimum est. n.* 20.

Molendina tam privata, quam feudalia, publica, communia & bannalia refectione egent, & ad eam certi homines coguntur. 48. *numero* 28

Molendina in dotem dari, sicq; alienari solent. 49. *n.* 31

Molendinum aquaticum primum quando in Bohemia extructum. 2. *n.* 75

Molen-

Molendinum in suo facere proprie non est actus jurisdictionis, sed dominii. 11. *numer.* 22.

Molendinum in feudum concedens dominus & aliud ibidem ædificans, num vasallo ad interesse teneatur? remissive. 20. *n.* 9

Molendinum bannarium esse inlicitum, nisi quis privilegium inter causas alias prætendere potuerit. 23. *n.* 10

Molendinum naturaliter usumfructum non adfert. 25 *n.* 23

Molendinum in fundo suo ædificare nequit heres ejus, qui alteri usumfructum molendini sui legavit, in præjudicium usufructuarii. 26. *numero.* 14

Molendinum conducens quatuor constans rotis, & hac forma, ut pro qualibet tot vel tot aureas solvat: & is postea aliam rotam de novo addiderit, an pensio augeri debeat? cum illatione illa, de pace concessa, num ad cætera noviter acquisita extendatur. 31. *n.* 17

Molendinum, mola, μύλη, Mōle ac Mühle/ *quibusnam generibus usitata vocabula?* 32. *num.* 27

Molendinum pro quali prædio sit habendum? 39. *n.* 6

Molendinum an in negotiis tam criminalibus, quàm civilibus pro domo sit reputandum? quæstio simplex proponitur, ac dein examen illius instituitur. 39. *n.* 8

Molendinum an pro prædio urbano vel rustico sit habendum? 42. *n.* 2

Molendinum serviens dici potest de quo census & decimæ solvuntur. 43. *n.* 13. *cum n.* 16. & 19. *ubi id illustratur.*

Molendinum minimo fructificat naturaliter. 46. *n.* 4. *Pro molitura regulariter & semper macina debetur.* 46. *n.* 5. *Pro molendino solvitur interdum pensio.* 46. *n.* 6. *Gabella & decima de eodem præstantur. n.* 7. *Immunis tamen quandoq; molitura fuit reperta, ubi & ob quas causas, remissive. n.* 8. *Et hujusmodi à regula ista excipiuntur. n.* 9. *Molituram Cravetta & Ripa vocant multuram.* 46. *n.* 10. 12. *Macina Germanis est* Matten / Multer und Metzen. 46. *n.* 11

Molendinum inchoatum & exædificatum num haberi debeat pro perfecto? 48. *num* 38. 48

Molendinum an per eum sine decreto alienari possit? Primo Angeli, Fulgosii, Ripæ, Rubei, Tiraquelli, & aliorum opinio adfirmativa, cum numero 10. 50. *numero* 5. 10. *Secundo negativa Pinelli & Forsteri: sed sub aliqua distinctione sententia, inter patrem & tutorem.* 50. *nu.* 6. 7

Molendinum conducens num minorem vel nullam solvat pensiorem, si illud per inundationem aut vi fluminis sublatum fuerit? 52. *num.* 14. *Utroq; casu quid de molendini augmento & decremento statuendum?* *n.* 15

Molendinum in loco antiquo repositum non censetur, idem cum priori. 25. *num.* 52

Molendinum destructum, sed reficiendum diu retinet sua jura. 53. *n.* 10

Molendinum proprie infert ædificium, ad macinandum destinatum. 55. *n.* 9. *cum seq. n.* 10. *de mola fullonica.*

Molendinum ex uno loco num liceat transferre in alium & quidem sine pœna? remissive. 55. *num.* 4

Molendini causa si mutatur, dicitur novum, & molendino mutato, num possit aqua duci ad locum, in quo mutatum est? 55. *nu.* 5. *Locus servitutis semel electus non potest mutari.* 55. *num.* 6

Molen-

Molendinorum varia genera, quæ omnia subjacent mutationibus, 55.n.7

Molendinum an propter alvei mutationem amittat sive perdat jus aquaductus? ex Bertachini, sed pleniori Ripæ declaratione? cum similibus illationibus; 55.num. 31. 32.33.34.35.*usq; ad* 41. *ubi vide.*

Molendini vento agitati structura ex Ioanne Iacobo VVeckero adfertur. 5.n. 21

Molendini Darmstadiani admiranda structura 5.n.25

Molendini aquatici ænigmatica describtio ex Scaligero: & plura adduntur. 5.n.26

Molendini Vniversitatis causa quando est quæstio illius Vniversitatis homines sunt idonei testes. 7.n.11.12

Molendini ædificatio redimi potest. 31. nu. 13. *Non tantum hic molendinum unius vel plurium: sed etiam locationis forma, canonis diversitas, casuum fortuitorum præstatio, mercedis remissio recte considerantur & in seqq. exemplis illustrantur.* 31. n. 14

Molendini conductor si illum probare poterit, pensio in totum aut pro occasione ex parte remittetur, ex vulgata Doctorum sententia. 31. numer. 21. *Verum in hoc cautio aliqua adhibenda erit.* 31. numero 22. *Textus in l. fistulas.* §. *frumenta. Digest. de contrah. emt. quomodo sit intelligendus.* 31. numero 23. *An quandoque duplicatus canon peti possit? cum autoris querela, levique invectiva, & Domini Eberharti à Weihe testimonio de Jurisconsultis aulicis.* 21.n.24

Molendini servitus quænam? 43.n.24. *Quibusnam adsignanda molis? numero* 25 *In Gallia exemtus ab onere bannariæ molæ, in suum & egenorum duntaxat usum molere potest.* num.26

Molendini fructus dicitur emolumentum. 46.num.3.

Molendini conducti reperatio ad quem spectet? 48.n.29.n.30.& 31.

Molendini communis refectio ad quem pertineat? magis remissive. 48.n.32

Molendini faculas sine præstatione tributi concessa, qualis servitus dicenda; personalis 43.n.32. *juncto* n.33

Molendino emphiteutico penitus demolito & postea reædificato an à domino queat hoc repeti? 52. nu.17. *Illud ab Ecclesia habens sub annuo sensu, num ad refectionem & solutionem conpelli queat, si delabsum vel destructum fuerit cum similib.* numer. 28. 19

Molendini incensum dati superficie tota conbusta, an censuarius possessor aream cedendo, vel realis noxæ deditione liberetur? Vbi tria pro locatore adducuntur argumenta. 52. num. 20. *Conductor sua regerit; cum Choppini admonitione.* nu. 22

Molendinum novum an in flumine queat ædificari? in præjudicium destructi? remiss. 52.n.23

Molendinum destructum possitne post annum labsum refici seu reædificari, si aqua priorem cursum repetierit, ut alius etiam novam construere valeat molam? Iterum ex Bertachino & aliis remissive. 52.n. 24. *junctis n. seqq.*

Molendino sublato, locoq; pro derelicto habito, num amittatur jus præoccupationis, lata exstat Ripæ tractatio. 52. n.25. *cum n. seqq. usq; ad fin.*

Molendino ad bladum, i. e. frumentum conbusto & refecto ab herede an donarium seu dotalitium & hypobolon viduæ in ea remaneat? 54.n.11

Molendinorum aquaticorum quinam meminerint, remissive. 5.n.24

Molendinorum reditus in Belgio ab omni antiquitate Principibus patriæ adtributus. 9. numero. 70

Molen-

Molendinorum bannariorum iniquitas extreme adparet, quando simul moletrinis domesticis manuariis ac trusatilibus interdicitur. 11.*nu.*101.& *n.*106.

Molendinorum possessionem non esse vilem aut abjectam, sed fulgere prærogativa naturæ & utilitatis. 28.*n.*9

Molendinis collectæ inponi possunt, nisi consuetudo & observantia aliud statuerit. 22.*nu.*14. *Autores quidam adducuntur, qui de jure collectandi scribserunt.* *n.*15

Molendinis ac mulieribus semper aliquid deest: & cor otiosi est instar molendini. 4.*n.*4

Molendinarii si contraxerint societatem, & mola vi fluminis tollatur, an teneantur ad pensionem solvendam, ex Medice & Baldo. 34.*num.*31

Molendinarius mutuans, ut ad ipsius molam frumentum deportetur, usuram & peccatum committit. 46.*n.*18

Molendini rationem semper ingenia hominum parturiverunt. 2.*n.* 24

Molentes fortuito & sponte in nulla æstimatione aut fructu habentur. 11.*n.*84

Molere & molas ipsas docuerunt ac invenerunt Myles sive Mylantii Dii apud Rhodios, ut sentit idem Sardensis. 2.*num.*44

Molere atq; ad hoc vel illud molendinum ire, est actus mere facultatis. 11.*n.*5

Molere sua potentia cogens homines in suo molendino qui propinquius & citius alibi possent molere, usurariam pravitatem committit. 11.*numer.*17

*Molere licet urgente necessitate, etiam festis diebus. Sed declara ut numer.*29. *an summis in festis & necessitate maxima?* 1.*nu.*2

Molestias summas sustinet Imperator pro imperio. 9.*n.*51

Moletrinæ frustra habentur, si districtu careant. 10.*n.*23

Molilia erant instrumenta, quibus molebatur. 4.*n.*50

Molinum pro mola sive molendino ponitur in LL. Longobardorum, cum similibus. 3.*nu.*11

Molitoris manus & mens hac in re cohibendæ; cum vulgari lepidoq; Germanorum proverbio. 46.*n.*22

Molitores ad honores non sunt admittendi. 1.*numer.*5. *Sed contrarium ostenditur.* *n.*17. *& seqq.*

Molitores nostrates pistorum veterum γνήσιοι *& veri sunt successores.* 1.*n.*33

Molitores raro sunt ex nobilioris notæ civium 1.*n.*3

Molitores utplurimum sunt fures. 1.*n.*66. *Sed refellitur n.*68.69.70.71.72. *Reinh. Lorichii Hadamarii ænigmata & loci de molitoribus adferuntur.* 1.*n.*67

Molitores ad honesta officia non admissi injuriarum adversus repellentes agere possunt vel illis competunt alia juris media. 1.*nu.*76.88.*& seqq.*

Molitores repulsam passi ex sententia Authoris consultius faciunt, si per viam Supplicationis repellentium Superiorem statim adeant. 1.*n.*93

Molitoribus ac pistoribus omnes indigemus, variaq; panis sunt commoda. 1.*n.*26

Molucrum quid apud Fest. Pompeium significet; & Tonnæ maritimæ quare cum molaribus aquis immergantur. 4.*n.*43

Monetæ jus inter Regalia majora refertur. Sed quo res, jus, fasq; nunc abibunt? Quare brevis de moneta hodierna excursus adnectitur. 1.*numer.*14

Monetarii, die Münger / *hodie sunt melioris conditionis, quam olim.* 1.*nu.*13. *Sed vide num. seq.*14

Monopolium quis proprie exerceat. 10.n.16
Montani de consuetudine, præscriptione & privilegio concurrentibus consilium, utrū, eligere consultus sit. 23.n.32.cum.n.34
Moses & Cecrops coætanei. 2.n.61
Mosis scripta omnium vetustissima. 2.n.49
Mulierum opus præcipuum erat fruges molere, & panem conficere. 4.n.27. *Sed declara ut* n.28
Multa officia seculares & Ecclesiastici sibi exhibere debent. 25.n.18
Mundus non debet revangari, nec observata jamdiu sunt immutanda. 11.n.112
Müntzmeister und Haußgenossen *quinam remissive.* 45.nu.26
Mutuus debet inter Dominum & Subditum esse nexus. 45.n.49

N.

N*Arratio historica de formulis veterum in judicio usurpandis ex Antonio de Ripolis adducitur.* 59.nu.2
N*atura non patitur, ut aliorum spoliis nostras opes augeamus.* 11.n.19
Navigandi genera quotnam, & quæ licita, quæve inlicita? 16.nu.3
Navigare quando Romani & quomodo addidicerint? 16.nu.4
Necessitas ac penuria sunt quasi magistri, subinde nova præcepta invenientes. 2.n.14.47
Necessitas sæpe in rationem vertitur. 10.nu. 14
Necessitas probabile facit, quod alias esset inprobabile. 11.nu.121
N*ecessitas non fingi sed probari, eaq; cessante & inpositio cessare debet.* 11.num.123
Nemo ex districtu molendinensi potest capere res pro singularis personæ debito in eodem ducatu, ex Carpano. 28.nu.15
N*emo gratis vel invitus molere tenetur, cum num.* 28.44.nu.25.26
Nemini fit injuria dum res ad pristinum suum statum reducitur. 48.nu.25
Nemonem Athenienses ideo puniverunt, quod ingenuum puerum in pistrino h abuisset. 47.nume.4. *Similis historia & vindicta ab Imp. Theodosio desumta, remive.* nu.5
N*icolai Perotti & Caspari Barthii opinio, molas versatiles, trusatiles & manuarias confundentium non admittitur.* 5.nu.9
Nobiles utplurimum soli ad dignitates adspirarunt &c. 1.nu.4
Nobilis si molendinum feudi sui incensum dederit, huncque vendat molitori, recto dominio non reservato, an tanquam feudale postmodum inter heredes emtoris sit dividendum? Deq; feudo allodio, nobili & ignobili. 33.nu.17
Nominis inquisitio est recte docendi principium. 9.num.2
N*ominis absq; explicatione velle rem cognoscere, est tempus perdere.* 9.nu.3
N*on faciens quod debet, est in dolo præsumtivo.* 1.nu.98
Notorium & sententia æquiparantur. 38.n.12
Notorium vulgata significatione prisci juris non est: sed insuper non unius generis, facti nimirum permanentis & momentanei: unde plura ad aliud requiruntur, de quib. autores quidam consignati. 38.nu.13
Novi ICti sunt tamquam ex studii fornace recenter educti. Item Rabulæ forenses & crumenimulgæ non se, sed clientes suos ita litibus implicant: sicut pistor panem in furnum mittit non se, quod illustratur. 2. nu.77
Novum opus an ei nunciari possit, qui vetus ædificium solum restaurat? 48.n.18
Novum opus nunciari posse in molendini exstructione. 58.nu.5. *Quo interdicto agendum sit contra eum, qui impedit aqua uti ad molendini usum;* 58.nu.5. *Quomodo dominis & subditis subveniendum querentibus? remissive.* 58.nu.7

Nulli

Nulli ferme in re concredita negligentius, vel malitiosius versantur, quam molitores. 45. *nume.* 37. *Quibus remediis hae mala compescantur. num.* 38. *In genere curam hanc Casp. Jugelius proponit. nu.* 39

Num & quando molendina tacite videantur hypothecata; item invecta & illata in ædificia, molendina, stabula & horrea an eodem nexu domino sint obligata 28. *num.* 16. *late num.* 18. 19. 20. *&* 21.

O.

OBedire majori cogitur, qui obligatus est duob. cōtraria jubentibus. Quod exornatur adductis exemplis ex Innocentio, Baldo, Alexandro, Luca de Penna, Dominico Tuscho, Alex. Stratico, M. Ant. Natta, Rutg. Rulando & Alberico de Rosate. 1. *nu.* 87

Obedire quilibet Imperialibus Constitutionibus ac Privilegiis tenetur. 1. *num.* 97

Obpigneratio habetur pro quadam alienatione. 28. *n.* 27

Obpignerationes causantur lites, nec facile debent permitti, rerumq́ ac personarum potius discrimina institui. 28. *nu.* 5

Obpignerationes & hypotheca actiones quoq́ producunt. 57. *nu.* 35

Occupatio fit aut in bello aut pace. 13. *nu.* 6

Octavius Augustus despectui fuit, quod ipsius avus maternus pistrinum Ariciæ exercuisset &c. 1. *n.* 11

Oenopolii habendi jus de consuetudine Magistratus loci sibi plerumque adrogant. 10. *nu.* 20

Officium judicis diversum est ab actione. 57. *num.* 23

Omnis res causam acquirendi præviam habet. 18. *nu.* 3

Objectiuncula quædam tollitur per prolepsin, de acquirendi modis & causis. 18 *nu.* 4

Ordo sequentium aliquot quæstionum. nu. 5. *Ratio illius, & ædificatio alter de jure gentium sive naturali modus acquirendi. nu.* 6. *Adplicatio præsentis materiæ generalis. num.* 8. *Aliud axioma generale circa ædificationem. num.* 9. *Ludovici Romani ridicula respōsio, de structura in fūdo aliena. nu.* 10. *Regula ista quando locum habeat? nu.* 11. *Langobardorum lex parallela, huc directo spectans & de molendino loquens. nu.* 12. *Quid juris in fundo conducto, an colonus ibi molam fabricare possit? Negatur. nu.* 13. *An quis molam vicino invito vel eo sentiente ædificare valeat: tigna deinde prædiis aut ripis inserendo vel molem distanti spacio sine damno ponendo; magis remissive. n.* 14. *Quid faciendum, si quis opus molendinarium alicubi inceperit, & alius infra, juxta vel supra aliud exstruxerit. nu.* 15. *Cognatæ quæstiones ad Bartolum & alios remittuntur nu.* 16. *Num is, cui concessum est molendinum in certo loco ædificare, illud vendere possit, si tantum inceperit, nec perfecerit? Negatur, cum suis tamen restrictionibus.* 17

Opera illa Germaniæ, quæ Wasserkünste *adpellant, describuntur.* 6. *nu.* 32

Operarii, artifices, molitores & alii inter se pacisci non possunt, & aliis facultatem adimere, vel intervertere, quominus rem alteri conficiendam tradant; quod de monopoliis addocetur. 44. *nu.* 15

Operarius quilibet dignus est mercede sua. 44. *n.* 40. *Transfertur illuc constitutio Karulina, à Divo Rudolpho Cæsare repetita. nu.* 41

Operas ab ingenuis exigere vetitum est. 44. *n.* 38

Operariorum publicorum & privatorum, discrimen quibus magistratus vel subditis macinæ modum scribit. 44. *n.* 39

Opifices apud Græcos à consilio, ab imperio, ab honoribus fuerunt remoti, ut & apud Hebræos Romanos, 1. *n.* 9. *&* 10

Opinio istorum, qui voluerunt Molendinum *potius prædium rusticum esse, quam urbanum.* 42. nu. 6. *Sed vide nu.* 11. *Contra alii, illud pro prædio urbano reputant* 7. & d. nu. 11

Opinio hominum indicat utilitatem præsumtionis. 50. nu. 9

Ora & oræ maritimæ, cur sic dictæ? 17. nu. 7

Ordinatio Saxonica & Venetorum statutum. 12. nu. 8

Origines omnium gentium, ac rerum inventiones cognovisse, jucundum est, 2. num. 1. & 4

Origines rerum etiam Iurisconsulti, tam Veteres, quam Neoterici scribserunt: cum inplicita quæstionis continuatione. 2. nu. 4

Ottonis III. Imp. constitutio de manutentione ac possessione molendinorum, rerum aliarum, speciali privilegio Venetis concessa, imo universis Alemaniæ ac Lombardiæ civitatibus, in diplomate Friderici & Henrici Impp. 38. nu. 17

P.

Pactum negativum de non-exstruendo molendino quid operetur, & an successori singulari prosit vel obsit? remissive iterum ex Schradero. 27. num. 10

Pacto & conventione prædecessorum jus molendini bannarii acquiri potest. 11. nu. 114. 115. 127

Pacto ad certum tempus Respublica jus molarum accipere potest. 20. nu. 8

Pacto non potest effici, ut Subditus ad nullum aliud, quam ad hoc vel illud eat molendinum. Sed contrarium defenditur. 40. 41. & 42

Pacta sunt vel adfirmantia vel negantia: & valet pactum, ne liceat in parte superiori vel inferiori molam ædificare. 20. nu. 14. *Si pactum concessioni vel traditioni adpositum fuerit, ut molat vel panem coquat in furno pro concedente & ipsius tota familia, quæ postmodum aucta, quid juris? latissime nu. seqq. & quidem hic primo opinio negativa proponitur.* nu. 15. *Affirmativa quorundam hic cum autorum catalogo adducitur.* nu. 16. *Res, cui debetur servitus, si augeatur; an pro incremento eadem veniat præstanda, ex Cephalo.* 20. nu. 17. *Iohannis Saixonis distinctio adfertur* nu. 18. *Cæpollæ, Choppini, Speckhani & autoris sententia plenior adjicitur.* nu. 19. *De pane canino, seu furfuraceo, deq; caseo Lunensi, cum similibus rariora.* 4. nu. 17

Panis hordeaceus contemtui tandem fuit: bis coctus vero ceu tenerrimus ac albissimus in delitiis, cum similibus. 2. nu. 23

Panis genera quot fuerint, remissive. 2. n. 79

Papyri conficiendi ars nobilitate cæteris anteferenda. 6. nu. 24

Parallelum de lignis cædendis ac alicui pro familia concessis. 20. nu. 21

Paria sunt ante vel post legitime aliquid fieri. 50. nu. 19

Partes culinariæ, quænam & qui tibi, remissive. 4. n. 72

Pascua publica pro certa pensione elocare integrum est. 7. nu. 10

Pauli Castrensis narratio de Baldo & Bartolo, ceu discipulo & doctore: & quid Capitium denotet? 12. nu. 13

Pauperi æque molendinis Universitatis uti licet ac diviti. 7. nu. 23

Per alias quoq; personas rem cum ipsius dominio acquirimus, aut rursus amittimus. 50 n. 1

Per locationem temporis longi fieri alienationem. 50. nu. 23

Per silentium anni & diei colligitur, proximiores familiæ ratificasse alienationem feudi, ad gradu vel cognitione remotiorem derivati 50. nu. 24

Perdere

Perdere lucrum per diuturnum tempus quæsitum & acceptum, est damnum pati. 40.n. 10
Peregrinati quinam sint, ad perdiscendos gentium mores & ritus. 2.n.2
Periculum autor facit, an non ipse usus quoque sit discernendus in his, quæ iure gentium competunt; cum spiritibus. nu. 50
Permutatio ex antiquissimis dominii titulis unus est, cui successit Emtio. 30.nu.5
Pertinentiarum & accessionum nomine Regalia an veniant? 35.nu.18
Pertinentiæ quomodo & quando fiant? 35. nu.19
Pertinere est verbum generale & quænam comprehendant? 35.nu.20
Petri de Vineis Cancellarii Imperialis elegans locus adducitur. 1.nu.58
Pigneratitia, & non Pignoratitia an scribendum. 28.nu.3
Pignus quotuplex, an in re mobili vel inmobili constituatur, & quomodo ab hypotheca differat? omnia remissive. 28.nu.7
Pila frumento pinsendo adcommodatum vas, idque vel lapideum, vel ferreum, æneum aut ligneum. 4.nu.9
Pilumnus Iovis filius pinsere frumentum docuit, ex sententia Alexandri Sardensis, 2. nu.43
Pilumnus pilæ usum adinvenit, juxta Servium & Alexand. ab Alexandro. 4.nu.10
Pinsores, pistores, pistrinarii, ἀρτόποιοι, quinam fuerint. 4.nu.25
Pistilla non unius generis. 4.n.24
Pistillorum pars ima erat glabra & obtusa. 4.nu.23
Pistores à Perfectis sumatus dignitate arcebantur. 1.nu.16
Pistores in ordinem sordidorum à Cicerone relati. 1.nu.8
Pistores Romanorum habuerunt proprium collegium. 1.num.29.& 30
Pistores veterum quales olim fuerint. 1.num. 34
Pistores Romani non fuerunt ad usum Persicum usque bellum. 4 nu.26
Pistorum & pecorum quoque magistri extiterunt. 45.nu.19
Pistorias causas feriatis geminis mensibus audire licuit. 1.nu.31
Pistrina olim fuerunt publica vel privata; eaque habebant suos exercitores; in quorum locum & jura hodie successerunt molendina, cum suis molitoribus, operariis, conductoribus ac possessoribus. 31.n.12
Pistrinum locus erat: in quo frumenta pinsebantur. 4.nu.5
Pistrinum exercere quid ICtis significet. 4. nu.7
Pistrini Principis curator erat Comes horreorum. 4.n.8
Pistrini officium inter sordida munera recensetur. 1.nu.15
Pittacus Rex Mytilenæorum molere consuevit. 1.nu.61. *Cleanthes Philosophus similiter.* 1.nu.62
Phrysii, Hollandi & Selandi ingentibus aggeribus impetus maris coercent. 6.n.26
Phrysiorum lex de obstructo flumine in genere. 15.nu.35. *Alemannorum lex in terminis apertior.* num.36
Plateæ Civitatum ad res Universitatis referuntur. 7.n.27.
Plateam secundum propriam domum in civitate quis reparare tenetur suis sumtibus. 7.n.28
Plautus ad molas manuarias se pistori locavit. 4.n.58
Pœna quæ inducitur, nisi quis molendina bannaria visitet, de jure non admittitur. 11.num.94. *Declara tamen ut num.* 95.& 96

Pœnæ legum non sunt extendendæ. 1.*nu.22*
Poliones sunt, qui arma lapidesq; pretiosos expoliunt. 6.*nu.5*
Pollintor quis fuerit? 4.*n.66*
Possessionibus an conparentur investituræ? 24.*numer.2*
Potentiores quo prætextu res suas gerant & quando pacta conventa servent? 57.*nu.18*
Prædatio bellica quid sit, ex Bocero. 13.*n.7*
Prædia urbana & rustica quænam? 42.*n.5*
Prælatus an ea possit molendina Ecclesiæ allienare, quæ continuo periculo aquarum subjecta? 51.*nu.20.cum nu.21.in princ.*
Prælatus res ipsius recta cum solennitate non distrahens, dicitur perjurus, aliasq; ad pœnas sustinendas compellitur. 51.*nu.22*
Præscriptio in molendino diruto quando cadat? 21.*n.24*
Præscriptio an sit instar privilegii ac tituli, remissive. 21.*nu.27. Imo illa opus non esse ubi quis in suo & jure gentiũ ædificat.n.28*
Præscribtio decimarum in aliena parochia, num ad novalia extendatur? 23.*n.34*
Præscribtionis non usus aliquis in molendinorum refectione, acquisitione & amissione? ita ut molendino loci superioris destructo, qui amisisse jus aquæ ducendæ videatur. 49.*nu.14*
Præventionem in molitura, rebusque aliis locum habere, 44.*nu.19.20.21.22.23.24*
Precarium proprie & in genere quid sit? 36.*nu.5*
Precarii & precariæ differentia repetitur per describtionem. 36.*nu.9*
Precarii, precariæ ac precariarũ discrimina & origines. 36.*nu.3*
Primum tormentum bellicum Germanis à Venetis dono datum est, teste Volaterrano. 6.*nu.10*
Princeps ac Status Imperii exequi coguntur, quod in Comitiis semel placuit. 1.*n.94.95*
Princeps potest Nundinas alicui oppido auferre, transferendo illas in aliam civitatem. 10.*n.8*
Princeps non potest cogere subditos, ut ad exædificationem suorum molendinorum ipsimet ligna, nullo refuso pretio, exhibeant. 10.*nu.24*
Princeps paternum animum erga subditos gerere debet. 11.*nu.34*
Princeps statuere potest, ut subditi æquis pretiis, prout annona exigit, frumenta vendant. 11.*nu.61. Sed declara ut nu.62*
Princeps ἀσοτίαν *commessationes & invectiones exoticarum cerevisiarum ex rationabili causa, indicto certo in singula vasa tributo, apud subditos suos inhibere potest, frustra contradicentibus vicinis cerevisiarum istarum coctoribus: adjuncto laudabili majorum nostrorum exemplo.* 11.*num.* 87.& 90
Princeps constituere in subditos potest pœnam ne quis frumentum, vinum, lupulum, victualia, lanam, &c. aliis divendat. 11.*n.91*
Principes in fluminibus publicis navigabilibus, quæ Regaliorum jure sibi adscribunt, quamvis privatum ab exædificatione molendini navalis arcere possunt. 10.*nu.4*
Princeps, quidquid exigit, debet exigere cum modestia. 11.*nu.104*
Principes meminisse debent, se non esse mercatores, sed Principes. 10.*n.15*
Principes multi pecuniis acerbe conquirendis, plus invidiæ sibi quam virium addiderunt: & in terminis adferentur Frid. Baldui.invectiva. 11.*num.106*
Privatio præsubponit habitum. 49.*n.7*
Privatus prohiberi potest, ne pro libitu in mari naviget, aut dissitas Insulas adeat. 10.*n.* 12.*Sed vide num.13*
Privilegia à Rege concessa dicuntur Regalia, sicut à Papa concessa Papalia. 9.*n.46*

Privi-

Privilegia publicæ utilitati damnosa, non sunt recipienda. 23.nu.13.14
Privilegio autoritateque Imp. aut Regis, alteriusque superiorem non recognoscentis, molendina bannaria haberi licite possunt. 11.nu.113
Privilegio quoque molendina acquiruntur. 23.nu.1
Privilegium & consuetudo parificantur. 23. nu.2
Privilegii definitio brevis. 23.n.3. *Unde dicatur & quid operetur?* n.4. *Ejusdem differentia ac distributio, remissive.* nu.5
Privilegia & consuetudines in facto consistunt, & sic ignorari possunt. 27.n.6.7.&8
Privilegio concedenti jus ædificandæ molæ possunt exceptiones objici subreptionis ac obreptionis. 23.nu.20.21
Privilegiis violatis impetrari potest Citatio ad videndum se incidisse in pœnam privilegiorum. 1.n.90. *Aut officium judicis.* n. 91. *Aut intentari Remedium Retinendæ contra turbatores privilegiorum.* nu.92
Pro licentia aquæ ducendæ nummos accipere Principem num turpe vel inlicitum, ex Ripa. 43.nu.33
Pro mercede si detur Mattenkorn / *an jure Saxonico tunc veniat* Mußtheil? 46.nu. 19
Pro molarum & clusarum ædificatione, usurpatione & vindicatione, quænam sint prodita actiones? 58.nu.3. cum seq. 4.5.6.7. 8.9.10.11
Pro variorum prædiorum (rusticorum & urbanorum) servitutibus tam realibus, quam personalibus, actiones & remedia competunt. 57.n.52. *Magistros molendinorum constituere, ad officium Judicis, ut & adfinia pertinent.* 57.n.53. *Contra Papam, potestate sua abutentem, quid suscipiendũ?* 57.n.54. *Ratione mercedis & macinæ denique molitoria quid agendum? brevissime adnectitur.* 57.nu.55
Prohibitus alienare, is nec obpignerare valide potest. 49.nu.13
Promissio facta ab aliquo, quod pro altero & ipsius familia coquere panes, vel frumentũ molere velit, nũ sit servitus, vel obligatio personalis? ex Capolla. 57.nu.7
Propriæ ac impropriæ inventionis definitiones 24.num.6
Propter pericula molendinorum in ripis aut fluminibus existentium, num minus eorundem reditus æstimentur? 50.nu.11
Prothymatum oblatio apud Veteres. 2.nu.22
Proverbium: hominem homini esse Deum & Lupum, breviter exornatur. 16.nu.17
Publica utilitas cuilibet privilegio anteferenda. 23.n.14. *Quinimo princeps ipse adtendere debet, pacta cum aliis inita vel privilegia à se tributa: si quid circa molendinorum jura agere voluerit.* n. 15. *Confirmatur hoc duobus exemplis, tempore Friderici Imp. & Adolphi Regis Roman. quæ obcurrerunt, ex Lehmanni Chron. Spirensi, in terminis latissime,* 16.cum n.seq. *Alterum diploma Senatui Spirensi datum, idiomate Teuthonico.* n.17. *Iterum aliud germanico-Saxonicum documentum, de molis ac privilegiis monasterio cuidam à Ducibus Brunsvvicensibus datis.* n. 18. *Sed si concessum fuerit privilegium, at hujus verba duplicem vel dubium, ambiguumq; continerent sensum: contra quem veniant intelligenda?* num.19
Publicum flumen quid sit, & unde cognoscatur, discrepantes Interpretum opiniones existunt: ex quarum numero Bartoli prima. 15.n.8. *Glossa, Baldi & aliorum communis fere opinio.* n.9. *Wesenbecii & Frideri responsum.* n.10. *De privato aque certant, ut ibi plene discutitur.* n.11. *De utroq; Aymi & Autoris consideratio copiosior.* nu. 12. *Quæst. principalis attingitur: An, quomodo,*

do, quando & quis possit molendinum in flumine publico exstruere? De Principe ipso primum agitatur. nume. 13. Error illorum, qui flumina publica ad Principis dominium, patrimonium ac proprietatem referunt. nume. 15. Inter politicos Georgius Schönborn tria in fluminibus consideranda esse adseverat. nu. 16. Si flumen per medium duorum territorium currat, cujus sit jurisdictio. nu. 17. Non absurde dici, jurisdictionem quandoque sine territorio haberi. nu. 18. Vias publicas eo quoq; Bocerus trahit, nu. 19. & sup. nu. 15. Quæstio altera seu correlativa? An ergo & quatenus hoc privato sive subdito licitum sit, in flumine publico molam fabricare? nu. 20. & num. seqq. In jurisdictionis pelago nemo versatur, qui non naufragium faciat. nu. 21. Romani pauca de jure publico legibus civilibus commiserunt, nec Imperii arcana ita revelarunt: cum Dn. Besoldi judicio de hodierna Territoriali jurisdictione. nu. 22. Opinio eorum, qui simpliciter negant, molam ibi posse exstrui, cum argumentis. nu. 23. Altera illorum, qui adfirmant similiter, cum rationibus. nu. 24. Media autoris sententia, quæ certis limitibus negotium universum circumscribit, sua constans inductione. nu. 25. De principis licentia, in aqua ducenda, quædam cum num. 26. & 53. Decantata lex: Principem legibus esse solutum. 15. num. 27. Quis per Principem in nostra materia hodie intelligatur. num. 28. Secunda autoris observatio: ne damnum vel injuria exinde oriatur in flumine publico & navigabili. numer. 29

Prospectus maris non debet impediri. 15. nu. 30. Antiqua aggeris vel fluminis facies non debet mutari nec rumpi. 15. num. 31. Tertio videndum, ne fiat ab aliquo principaliter ad æmulationem malitiosam ac petulantem invidiam nu. 32. Quarto concurrunt alia quæ notanda veniunt in hac controversia. num. 37. Responsiones ad negativas objectiones, quæ lucem simul adferunt autoris opinioni. Et quidem primo de primæ sententiæ fundamentis, prolixe cum utilibus aliis, num. 38. 39. usq; ad 47. De flumine datur interdictum utile & directum cum similibus: transitione ad alia, & notabili Rolandi à valle responso. n. 39. Circa damnum nondum consentiunt Dd. nu. 40. Quid si lucrum quoq; postea caperet Magistratus ex molendino sine venia ipsius fabricato? num. 41. & 43. Riparum proprietas ad quos spectet; & de ponte, tam à Principe quam vicinis circa flumina possidentibus prædia, exstructis. num. 42. De commerciis & vectigalibus breviter. num. 43. Inductio ex antiquitatum monumentis: cum Widonis Augusti circa concessionem charta. nume. 44. Ad quartam objectionem responsiones. nu. 45. Alia ratio est totius, alia partis; cum declaratione. num. 46. Refutatio adfirmativæ sententiæ, num. 47. usq; ad numer. 54. Communis opinio quænam dicenda? num. 48. Specialis responsio promissa. nu. 49

Pulte duntaxat prisci victitabant. 4. nu. 15

Q.

Quænam personæ contrahere & quæ res emi vendique licite possint? 30. num. 10

Quænam feudi cum emphyteusi convenientia ac differentia, remissive. 32. nu. 15

Quæ sit ratio statutorum, quod molendina non possint fieri, nisi certo spacio interjecto remissive. 25. nu. 24

Quæritur, an qui servitia debent, suis sumptibus ea exhibere teneantur? 44. num. 31. 32. 33. 34. 35

Quæstio

Quæstio in terminis generalis proponitur: An quis molam in fluminum ripis habere ac fabricare queat? 17.nu.23. Exoritur inde alia: Anne in flumine vel insula media illam fas sit exstruere? ubi quid medium & alia sint, quæ dubium quem reddunt. n.24. Hodierni imperii mutata facies interdum quoque aliud suadet.n.25. Adducitur Adolphi Regis Romanorum communi Principum voto conroboratum rescribtum, de Insula in flumine quolibet Germaniæ nata. nu.26

Quale remedium aut interdictum competat, si quis uti aqua non possit molendini causa, & vel restagnetur vel alio modo impedimentum creet. 19.nu.16

Quanto tempore quis perdat licentiam exstruendi molendina quoad heredes? quem casum Schraderus dissolvit. 54.nu.15

Quarum rerum inmobilium ac feudalium alienatio prohibita censetur. Sed an ubiq; & semper? remissive. 49.nu.16.17

Quatenus hypotheca locum habeat in molendino si pro idoneo prædio usurpetur: Nec de frumento alieno invecto intelligatur, 28. nu.20.21

Quatenus aqua ducatur, breviter. 43.n.36. *Bartoli collectio falsa, ex mente Ripæ: aquam duco per fundum vicini ipso permittente, Ergo habeo talem servitutem.* num. 37

Quemlibet artificem mentiri, ex Palea juris Pontificii. 44.nu.14

Quinam de testamentis sive ultimis voluntatibus & successionibus ab intestato seu legitimis libros evulgarunt, remissive. 26. nu.4

Quinam locare, quæve locari licite possint, remissive cum propinquis inductionibus. 31. nu.11. *A quibus, quorum, quando & qua mercede frumentum alterius sit molendinum?* 44.num.12. *In quorum gratiam hoc opus perficiendum, ubi incidenter de molitorum fraudibus, furtis & mendaciis.* nu. 13

Quid si duo possideant prope flumen molendina, & aqua tempori non sufficiat? ex Iasonis & Baldi mente. 17.nu.27. *Sin in confinio duorum Municipiorum fuerit situm molendinum diversis legibus prædiariis quæ reguntur: non instrumentorum ejus situs, sed aquæ ac alvei cursus juxta Choppinum venit considerandus.* nu.28. *Hæc de jure in genere: sequitur de consensu unius alteriusve tacito vel expresso.* nu. 29. *Cui concessa aqua ad molendinum, an is prata per eam irrigare queat?* nu.30. *Antonii Fabri casus parum abludit.* nu.31. *Epilogus horum omnium de ma*[illegible]*is reciprocatione abstrusa: prævia excusatione, cur autor hunc subnectat, remissive.* nu.32

Quid de feudalium ac emphyteuticarum rerum venditione, inter quas molendina sæpe reperiuntur, sit statuendum? 30.nu.16

Quid juris si primus conductor minoris molat in præjudicium secundi? 46.nu.21

Quid si socius partem suam alicui vendiderit, & emtor damnum senserit ab inopinato cataclysmo, ad quid obligatus sit? 30.nu. 32

Quidquid publico innatum ac inædificatum, an fiat statim publicum? 19.nu.15

Quis vere pauper dici possit? remissive. 41.nu. 29. *Iterum hoc in multis molitoribus obtinere, cum nu.* 28.31

Quodnam in molendinorum venditione justum censeri pretium debeat, 30.num.11. cum.12.& 13

Quonam tempore sit molendum, breviter: 44. numer.16.cum numer.17.& 18. *Operæ diurnæ ac nocturnæ hic non, aut raro discernendæ.* nu.27. *Die sabbathi vel feriato an mo-*

an mola quoq; debeat requiescere, cum similibus. num. 28

R.

Rectores civitatum molendina publica ex communi urbis ærario reficere solent ac debent. 51.n.13

Refectio ad dependentia dominii refertur? 48 nu.1

Reficere verbum quod habeat significationes? 48.num.2

Refectio moletrinarum, earumque exstructio quibus gaudeat privilegiis aut remediis latissime 58.n.36.usque ad n.52

Refutatio adsertionis; molendina & alia inmobilia juxta mare aut flumen sita, non excusare à satisdatione nec ut inmobilia censeri. 50.n.8

Regalia debentur Imperatori ac Principibus in compensationem onerum. 9.n.52

Regalia quædam majora, quædam minora. 9. n.53

Regalia non sunt res, sed jura, contra Ioann. Hugonem, 9.nu.47.48

Regalia jura proprie dicuntur illa, quæ ratione reditus & tributi ab antiquo debentur, ex sententia Antonii de Gamma. 9.n.62

Regalia in præjudicium successorum nequeunt alienari, nec pueri investituram transferri, nisi sint infeudari solita. 9.nu.65

Regalia, res Principis fiscales ac patrimoniales differunt. 9.num.71

Regalia etiam dicebantur, quæ Regii adolescentes apud Persas primum addiscebant. 4.nu.6

Regalia simpliciter pro palatiis Regum. 9.n.7

Regalia fulmina quænam, n.8

Regalia quid sint hoc in loco. n.9

Regale culmen. n.10

Regales trabeæ. n.11

Regales causæ. n.12

Regalis sensus. n.13

Regalia acta & verba. n.14

Regalis fiscus. n.15

Regales opes, mensæ: regalis adparatus, luxus. num.16

Regales manus, pedes, corpus & cadaver. n.17

Regalis morbus, cum nominis rationibus. n.18

Regalia metalla, arma, hospitia. n.19

Regalis virga & regalia sceptra. n.20

Regales ac regiæ civitates. n.21

Regalis animus. n.22

Regale munus. n.23

Regia sive regalia ornamenta, vela, vestimenta, regalisq; mos & cultus. n.24

Regia verba ac mandata. n.25

Regalia ac Imperialia insignia. n.26

Regalia & Cæsaria auspicia. n.27

Regales tituli. n.28

Regia nomina. n.29

Regale jubar. n.30

Regalis ictus, signum, guttur & sanguis. n.31

Regalia tecta. n.32

Regia forma. n.33

Regia interpretatio. n.34

Regiæ feriæ. n.35

Regia jura & juga. n.36

Regii nummi. n.37

Regium dicitur, quod Regi præstatur, quodve Regis est, & ad eum spectat. n.38

Regia tentoria & regales vici. n.39

Regalia unde nomen acceperint. n.40

Regalis majestas ac potestas, cum similibus, die Königliche Gewalt / *jure Saxonico quid?* 9.n.42

Regaliorum vocabulum sive nomen est πολύσημον. 9.n.4

Exta quædam dicebantur Regalia. 9.n.5

Regaliorum indolem multa sapiunt, quæ in cap. unico. Quæ sint regal. non recensentur. 9.n.60

Regis nomine nullum sublimius. 9.n.45

Regi Sueciæ octo tormentorum bellicorum millia adscribit Ioannes Boterus. 6.n.12

Reges, Principes & Comites in initio suæ inangu-

auguratiónis per capitulationes recipere ac promittere coguntur; quod subditorum jura, libertates, privilegia sarta tecta conservare velint: de quo paulo latius. 11.*n.*33

Regionum diversæ consuetudines in rerum immobilium obpigneratione hactenus servatæ. 48.*num.*10

Regula universalis de rebus quæ obpignerari possunt, &c. 28.*n.*6

Regula Zasii de alienatione & feudi servitute. 28.*n.* 29. *Illationes aliorum de rebus & fructibus feudalibus, cum autorum syllabo & consuetudinum discrimine.* 28.*n.*30

Regula, Socium non posse locare rem communem, 34.*n.*16. *Et an plurium quoque sociorum factum in re communi, noceat alteri socio.nume.*17. *Exceptio istius: Prima, si socius postea consenserit, ratumq; habuerit, firmum manet prius.n.* 18. *Secunda, juxta nonnullos: Si utiliter id fecerit, domusq; fuerit indivisa.num.*19. *Quod tertio verum nisi socius cum causa idonea contradicat.nu.*20. *Declarantur hæc exemplis: Et primo de duobus fratribus, in locatione dissentientibus. n.* 21. *Alterum vicissim de duobus fratribus vel sociis, uno agrum communem esse colendum volente altero rixoso nolente ut pars sua seminetur; & postea tamen ab altero id fiat, quid jure? num* 22. *Quid vero si altero peregre abeunti, socius locaverit ædes communes homini malæ famæ vel notæ; cum vicinis quæstionibus remissive. num.*23. *Quarta limitatio, socium posse æque idoneum substituere quod ibi de gabellis reditibusque lacuum, & de studiosorum musæis illustratur tractatione accersita num.* 24. 25. *Universalis illatio, an eadem Dd. de molendinis dixerint.num.*26. *Factum namq; in communi molendino non nocere alteri dicunt & exaudiunt aliqui de rei abusu, prohibentis jure ac sociorum paritate. nu.* 27. *Bertachinus vacillans quintam quasi limitationem suppeditat, socium posse non locare partem suam, si reliquorum molendina hujusmodi habentiũ locatio non impediatur.*28. *Alii æquitatem considerantes sextam speciem constituunt, pauloq; aliter litem definiunt, quisnam in tali discordia præferendus.*29. *Septima velut exceptio in refectione sequenti: Molendinum scilicet an transeat ad reficientem socium si alter pro parte sua aut in totum reficere non curet, vel intra quatuor menses sumtus refundere recuset aut scienter malitioseq; negligat? num.*30. *Plene numer.*33.34.35. 36. 37

Regula, quod credens nummos ad reparationem rei obligatæ, cæteris præferatur. 48. *nu.*27

Regulæ universales vix satisfaciunt judicio practico 24.*n.*20

Regulæ societatis sunt observandæ. 34.*nu.*11

Regulariter licet aliquando privato, quod Magistratui ac fisco non permissum, & contra. *n.*51

Reichsabschied *de Anno* 1548.*in.*9. als auch an etlichen *inducitur.* 1.*n.*39

*Relegatio omnis infamat, si talis causa præcesserit.*1.*nu.*65

Remedia juris quænam habeant Molitores, *qui ad collegiorum ac societatem consortium non admittuntur: Ubi simul remissive de monetarum remediis ac interrogatoriis articulis: item de Molitorum immunitatibus.* 57.*n.*3

Remedia successionis tam testamentariæ, quam legitimæ, ubi nonnulla rariora de legatis & legatariorum actionibus, 57.*n.*22. 23.24.25.31

Remedia statutorum quænam? 57. *numero* 21

Remedia in jure collectandi contra subditos & pro extraneis turbatis, item adversus alios,

bona collectis subjacentia non profitentes, 57. numer. 15

Remissio mercedis ob casus fortuitos crebro peti solet, & potest. 31. n. 19. cum num. seqq. Cui incumbat onus probandi, & quidem in hac nostra specie? 31. n. 20

Res tam corporales, quam incorporales possunt in universum usucapi. 21. n. 23

Res feudales an & quomodo alienari vel obpignerari queant? Cum inductione sumtuum redituum similitudinis cum feudi & emphiteusi 28. n. 26. cum n. seqq.

Res fiscales ac Res privatæ Principis magno intervallo inter se distant. 9. n. 72. 73. 74

Res monetaria suos habent Wardinos, zygostatas, (Germ. Wagemeister) probatores, æstimatores & censores. 45. n. 21

Res dotales, an, quando, quomodo, & à quibus alienari possint? remissive. 49. n. 32

Res, quæ prosunt omnibus universaliter, præferuntur singulorum personarum commodis. 10. numer. 18

Res quælibet libera præsumitur, & non serva. 43. nu. 8

Res sua & propria nemini servit. 7. numer. 19

Rem propriam nemo conducit. 7. n. 20

Res vi fluminis ablatæ num fiant occupantis? 40. n. 23

Res viles, abjectæ & modicæ, etiamsi inmobiles, facilius alienantur. 50. n. 12

Rem acquirimus vel amittimus per nos, aut per alios. 51. n. 1. Ex horum numero sunt: Administratores præfecti, episcopi, prælati, officiales, procuratores, Amptleute/ Verwalter/ Befehlhaber/ & similes personæ tam seculares quam Ecclesiasticæ. 51. n. 2

Rerum obpignerandarum capiendarumve discrimen est habendum; cum inductione exemplorum, & primum in Molis, Frumentis & Animalibus pistrinensibus. 28. n. 11

Ripæ munitio, Ripuarii Riparensia; castra, milites & ripatica molendina. 17. nume. 13

Ripæ definitio & discrimen à littore. 17. n. 12. 14. 16. 17. 19

Ripas, littora, fossas, lacus, stagna, aggeresque exstruere ac reficere, publice interest. Ubi additur, quomodo & à quibus reficiantur, cum legibus, consuetudinibus & personis diversis. 40. n. 19. Argentræi decisio & lex Gallo-Britannica de isto casu: cum similibus ulterius de aggeribus, casibus fortuitis, aquarum emissariis ac eorum magistris, Ger. Siel- und Teichgeschwornen. nu. 20. De riparum ac littorum occupatione quædam remedia promulgata: ubi obiter de Insularum remediis, ac differentia inter vendicationem & vindicationem; item de formula Spiræ usitata, auff die vier Felle. 58. n. 15. Clusæ & aquæductus etiam remedia desiderant.

Riparum usus ac proprietas ad quos spectet? 17. num. 17

Rodulphini testimonium simile, de actionibus & earum libellis formandis, deq; earundem in foro necessitate. 59. n. 3.

Romani dupliciter aquam ducebant. 6. num. 27. 31

Romanis civibus non licuit aperire fores in publicum: cum crudeli facto Erici I. Daniæ regis, quod erga Phrysios exercuit. 14. n. 32

Romanis priscis nullus olim fuit usus molarum. 2. n. 27. 71. 72

Rotarum quis hodie usus in molendinis & similibus machinis. 4. n. 68

Rubeus Doctorum habitus olim fuit. 12. n. 8

Rustica servitus duplex: acquirens ac retinens; quod declaratur. 43. n. 41

Rustici

Rustici nostri an cum libertis vel servis majorum quandoque sint comparandi? 57.*n.* 33
Rusticus molendinum habere potest. 9. *num.* 57
Rusticus feudum acquirere & dare potest. 9. *num.* 58
Rusticus aut civis partem possunt habere in auri vel argenti fodinis, ihre Stoll/ Kuckx/oder Bergtheil. 9.*n.*59
Ruta & casa quanam ? cum similibus huc spectantibus. 48.*n.*39
Rutabulum an ad vasa pistoria referendum? & simul exponitur, quid apud Persium per populi Cribro decussam farinam intelligatur? 4.*n.*67

S.

Salis adspersio gentilibus usitata à Judais promanavit. 3.*n.*16
Salientes, lapidea personæ erant, aquam ebullientes 6.*n.*29.30
Salutis causa rei familiaris commoda sunt negligenda, quod dilatatur. 11. *numero* 25
Sanctio Imp. Justiniani græca, nostram quæstionem directo respiciens: cum versione latina. 14.*num.*28
Sanguinem elicit, qui nimis emungit. 11. *nu.* 102
Saturnus, Jupiter, cognomento Belus, Janus, Osyris, Isis sive Ceres, Triptolemus, Athenienses, primi docuerunt homines arare & serere. 2.*num.*18
Saxonum jus an possit abrogari per novissimos Recessus Imperii. 1.*n.*43
Scholarcha dicuntur, qui scholarum & Academiarum curam gerunt. 45.*n.*20
Sententia Petri de Petra & Rutgeri Rulandi molendina inter Regalia referentium, modificare admittitur. 9.*n.*67
Sententia Cameræ Imperialis ex Barthio, & *alia Profes.* Wittebergensiū *ex Joachimo Scheplitz, cum brevi epilogo : quod qui contraria ad concordiam reducere cupit, non dicatur unum illorum inprobare aut destruere.* 9.*n.*60
Serræ inventor Dædalus, aut Perdix secundum alios, & plaustri cujusdam usus alius ad terenda frumenta 6.*n.*7
Serræ ænigmatica descriptio ex Symphosio & Scaligero: postea molarum serratoriarum rude initium & plenior delineatio. 6.*nu.* 8
Servus vel officii vel conditionis. 47.*numero* 11
Servi olim molas trusatiles circumrotantes per convicium Asini dicebantur, ut molæ Præsepia, & Aquarii quinam. 5.*numero* 11
Servi interdum conjunguntur, sæpius hodie à mercenariis & operariis distinguuntur. 47.*numero* 14
Servorum mansiones Ergastula & Statio panificantium vocabatur. 44.*n.*29
Servorum ac libertorum, item hominum propriorum ac libertate gaudentium differentia hodie inducta. 44.*n.*30
Servitia insolita severissime in jure prohibita: & census antiquus subditis reluctantibus augeri nequit. 10.*n.*29
Servitia qui debent, an suis sumtibus ea exhibere teneantur. 44.*num.*31.32.33.34. 35
Servitus de non-ædificando molendinum an & contra quem præscribatur. 21. *numero* 26
Servitus aquæ ducendæ ad molendinum, ultima quoq; voluntate vel inter vivos constitutione haberi potest cum illatione & differentia. 26.*n.*12. *Jus præoccupationis, num ad hæredes in hac materia sit transmissibile, ex Schradero.numer.*13

Servitus venti non intercludendi qualis? 43.n.43. *Eadem in molendinis locum invenit.* n.44
Servitus ministerii seu operarum num sit realis vel personalis, aut talis obligatio. 44.n.2
Servitutis species non exigua alteri immunem molituram deberi, Einem sein Korn frey ohne Matten mahlen müssen. 43.nu. 48
Servitutes vel stipationib. vel pactis, vel contractib. aut aliis modis cõstituũtur. 11.n.44
Servitutes & jura prædiorum an hypothecari possint, remissive. 28.n.19
Servitutes molendini personales & reales an ad heredes & emtores transeant, cum illationibus propinquis. 43.n.28.29 30.31
Servitutum omniũ gravissima, quæ hisce temporibus circa molendina servatur, in eorum exstructione, reparatione, aditione & similibus. 43.n.49
Servitutum & ganerbinatuum exstinctio. 54.n.4
Si accidat, ut vicini solum submergatur, & ædificans pretium obferat, nec is velit vendere, quid juris? 54.n.14
Si duo in eodem flumine molendina habuerint quid observandum sit quoad aquæ restagnationem. 20.n.10
Si duo molam possideant, an à superiore domino aqua possit averti, quando servitus non debetur; 43.n.38
Si ob ingentem pluviam & aquarum multitudinem ligna vel res aliæ quorumdam auferantur, deferanturque ad aliorum molendina iisque noceant, ad quale utriusque materiæ domini jus habeant: cum encomio Jacobi de Belviso. 40.n.22
Si quis de ablatione sui frumenti, aut damno in moletrina accepto conqueratur, quid agendum? Argentræi altus casus, & cum lege patria definitio ex jure communi. 40.n.27
Si quis opus nunciaverit, & is non paruerit, quid tunc incipiendum? 40.n.16
Si damnum ex restagnatione aquæ ortum fuerit, dolo, culpa vel casu fortuito. 40.n. 17. 18.19.& 20
Si quis manutenere molendinum promiserit, secundum arbitrium meum: & ego illud cessero alii, an simul arbitrium ad emtorem videatur translatum, remissive ad Jasonem. 38.n.23
Si socius invito altero quid reposuerit? an ad sumtus is teneatur? Breviter ex Bertachino, prolixius ex Choppino & aliis; scilicet si ad plures pistrinum pertineat, quid impetu aquæ vel aliter destructum est, & unus vult reficere, alter non vult vel differt, an & qualiter subcurratur volenti reparare? 48.n.33. cum num seqq. usq; ad 37.
Si super molendina census constituitur; quid in hypotheca etiam servandum, & quid juris, si quis illum recognoscat, 28.n.23
Sigillum an inducat consensum cum simil ib. 20.n.24
Simila, siligo, pollin quid? 2.n.51
à Simplicibus procedendum ad conposita. 5. num.4
Singulares & sinceri viri in provinciis aut urbibus sunt constituendi (veluti Norenbergæ moris est) qui orphanorum curam ilico suscipiant. 50.n.35
Societas quid sit, cur & quamdiu coalescat. 34.n.3. *De quibus rebus licite contrahatur, cum numero* 5. *numero.* 4.5. *Tam in re principali, quam in fructibus.* n. 5. *Societatem esse multiplicem, relative,* 34.nu. 6. *In ea jus adcrescendi valere, & generaliter quandoque pro communione accipi.* numero 7. *Per eandem dominium transferri,* numero 8. *In certo casu esse modum acquirendi dominii,* numero. 9

Solutio dubii, si ædificium dirutum fuerit, at ex iisdem cæmentis postea refectum? cum conciliatione legum contrariarum. 48.n.7.15
Sordidi censentur, qui opificia tractant. 1.n.6.& 12
Species formularum variæ, ubi etiam formula jurisjurandi per Christum. 59.n.6
Spoliatus ante omnia est restituendus, & cujusq; possessio sarta tecta conservanda. 38.num.15
Spurii & re & vita honesti ad ordinem Decurionum aliosque honores admittuntur. Sed contrarium observatur per Germaniam & alias provincias. 1.n.35.& 37
Stabulum an pro precio urbano vel rustico sit habendum, remissive. 26.n.20
Stante statuto, quod creditor debeat præferri in re propria, an illud etiam procedat in farina redacta ex frumẽto proprio? 4.n.21
Statutum quid sit? 25.n.3
Statutum, quod pauperes non debeant uti pascuis publicis, si exstet, non valet. 7.n.24
Statutum ex ordinata charitate factum ratũ est, licet alterius præjudicium respiciat. 11.num.86
Statutum non valet, quo subditi coguntur, ut ad certa molendina accedant. 11.n.76. *Quod ampliatur* n.78.79.80.81
Statutum Mutinense an valeat, quod omnes qui habent molendina, teneantur facere vegetes pro transitu canalis communis. 25.num.12.& 13
Statutum de Gabellis, ut inponatur molendinis habet locum in fructum reddentibus, cum 25.n.21.22.23
Statutum Bremense de emtione venditione lapidum molarium, à solis Senatoribus vel ipsorum Administratoribus ineunda: deque reddendis rationibus ab iisdem: Item de alienatione molendinorum, à Principe vel Magistratu facta. 51.numer.18
Statutum prohibens, ne res in forensem alienando transferatur, an locum inveniat in domuncula seu casa, remissive cum 51.n.27.34
Statuta testamentariis legibus adsimilantur. 25.n.2
Statuta particularia nec ipsi Pontifici nota. 44.n.44
Sub prohibitione legis & dispositione hominis ultima nõ continetur alienatio necessaria. 54.n.7
Subditus plus diligens extraneum, quam proprium Dominum non est ferendus. 11.nu.8
Subditos depauperans, totam Rempublicam depauperat. 11.n.103
Subditi si consueti fuerint, sine contradictione Domini sui adire, quæcumque molendina quarumcunque personarum per tempus inmemoriale, non possunt prohiberi, quo minus id inposterum quoque faciant. 11.n 65
Subditi, etiamsi per 10.20.30.100.1000.*annos ad molendinum accesserint; non tamen possunt cogi ut inposterum quoque accedant.* 11.n.66.67.68.69.70
Subditi per molendina bannaria gravati possunt ad superiorem recurrere, & ibi querelam instituere. 11.n.100.& inf.n.14
Subditi per sufficiens tempus coercitioni bannariæ obedientes frustra deinde ad moletrinas dominicas ire recusant. 11.n.108
Subditi, contra quos jus coercitionis bannariæ obtentum est, si alio eant, arresto, pigneratione, vel aliter puniri possunt, 11.n.143.144.& 145
Subditi inobedientes & refractarii pro tuenda jurisdictione, multis modis coerceri possunt. 11.n.146
Subditi æque non sunt ad faciendum aliquid obstri-

obstricti ac vasalli. 44.n.37

Subrogatum sapit naturam ejus, in cujus locum subrogatur: quod pulchre exornatur. 1.num.35

Subulcis & Pastoribus pro custodia animalium certa merces adsignatur. 7.n.13. *Vt & saltuariis & Satyris pro adsignatione lignorum.* 7.n.14. *Oeconomis itidem juratis.* 7.n.15. *Balneatoribus similiter.* 7.n.16

Successionis legitimæ definitio. 27.n.1

Successores universalium vel particularium bonorum 27.n.2

Sumtus is merito sustinet, cujus negotium peragitur. 7.n.25

Sumtus an, quomodo & quando fructibus compensentur? 34.n.37

Suppellex studiosorum excepta videtur, quo minus locatori obstringatur. 28.n.17

Supplicii genus peculiare Iudæis, adpenso ad collum molari in profundum submergi. 4.n.40. *Sed tamen & Gothis ac Vandalis usitatum.* n.41. & 42

Syllabus Doctorum, qui has adsertiones fusius persequuntur. n.58

T.

Taciti sententia de jure hostium, & rerum personarumq; discrimen. 13.n.11

Taxatores popularis annonæ perquam necessarii. 45.n.13

Teich- und Sielgeschworne *apud nos quinā?* 45.n.31. Kirchgeschworne oder Vorsteher/ *Ecclesiarum visitatores, curatoresq; similiter.* 45.n.32

Tempus immemoriale minus est centum annis. 11.n.72

Temporis quænam consideratio, in fodiendis puteis observanda. 34.n.42

Limitationes axiomatis. n.9.30. & 33. & *quidem prima, valere remedium contra sociū, non contra ipsius heredem.* n.43. *Secunda, valere id in refectione necessaria.* nu.44. *Tertia, secus si penitus fuerit ædificium vel molendinum destructum.* n.45. *Quarta si socius communi nomine reficiat & non proprio cum restrictionibus aliis,* n.46.47

Tempore caro num macinam augere liceat? 46.nu.16

Termini, lapides limitanei, marchiones, Grentze/ Landwehr/ Marckstein/ rc. 14. n.26

Termini Romano Imperio quinam ab Augusto & Natura positi? 16.n.37. *Denique ipsum mare ac totus mundus constat limitibus certis, quos isti constituit DEVS: aliter ac veteres, qui nimis angustos fines tribuerunt.* n.38

Termini in omni tractatiōe explicādi. 20.n.3

Testamento facta alienatio, est favorabilior, quam quæ fit contractu. 49.n.24

Theodosius Imp. quandoque Romæ pistrina sustulit, ac in iis delinquentes severissime punivit. 53.n.8

Titulus ordinationis Saxonicæ von Baufühen und Baufrohnen *spectet solum ad arces Nobilium, Germ.* Rittersitze *vel etiam ad alia ædificia,* andere Rittergüter; *Veluti granaria, stabula, molendina? Itemq; ad operas rusticas an teneantur subditi, si fratres bona paterna diviserint, & quilibet eorum separata domicilia fabricaverit ac inhabitaverit?* 27.n.7

Tormentorum bellicorum detestatio. 6.n.11. 13.14

Tractatione dignum est, quod Cæsarea Majestas & Status Imperii sua deliberatione ac pragmatica decisione dignum consueverunt. 1.n.12

Traditiones, pacta & concessiones, an & quomodo actiones pariant. 57.nu.6. cum nu.7. 8.9

Transactio de molendino pro certa pecunia non infert coercitionem bannariam. 11.n.118

Transactionibus & pactionibus quoq; certa molitu-

molituræ merces constituitur; cum illationib. parallelis, de molis bannariis. 46.n.12
Translatio ad thesin de moletrinis. 14.n.23
Trapetum à molis differt, & à τρέπω dicitur. 6. num. 2
Turbare dicitur alios prohibens uti illa facultate emendi, vendendi, negotiandi, quam ab antiquo habuerunt. 11.n.89
Turbatio in quibus consistat rebus? 39.n.4
Turbatio plerumq; in ædibus fit & possessionibus. Hinc Germ. Hauß- oder Burgfrieden halten oder brechen. 39.n.7
Tuschi Cardinalis axioma refellitur: ob molendinorum mobilitatem ac periculum, fructus minus æstimari. 33.n.16
Tutelæ alterius qui se ingerit, præsumitur id lucro suo potius facere, quam aliorum commodo. 50.n.27
Tutela curatelaq; res est intuta, incerta, fallax, fragilis & periculosa. 50.n.28
Tutores per ἀντίφρασιν sic dicti, vel quasi tollitores. 50.n.29. Sub tutoris nomine & curator hodie continetur. 50.n.4

V.

Varia Dd. judicia: quibus rebus molendina sint adnumeranda, & quarum naturā sortiantur? 8.n.3. Autoris sponsio de hac controversia: & membrorum enumeratio. 8.n.4. Primum membrum de aliorum sententiis: inter quas præcedit Argentræi & Peckii opinio: quomodo & quamdiu molæ trusatiles ac jumentariæ rebus mobilibus adcenseantur? 8.n.5. Molendina reliqua, juxta nonnullos inter inmobilia conputantur indefinite. 8.n.6. Alii cautius locuti, molas, quæ non sunt ejusdem generis, distinxerunt: sicq; aquis innatantes mobilibus adscribserunt; cujus sententiæ autores adducuntur. 8.n.7. Fundamentū illius principale breviter adtexitur. 8.n.8. Contra alii eadem molendina fluitantia non pure & simpliciter pro rebus mobilibus, sed certo respectu pro inmobilibus agnoscunt. 8.n.9. Molendina autem (ut ita dicam) ripariæ sive ripatica rebus soli ac inmobilibus adscribunt, & Hunnius accusatur. 8.n.10. De pneumaticis seu vento agitatis similiter variæ sunt exortæ opiniones. 8.n.11. Quidam ea rebus mobilibus adgregant. 8.n.12. Quidam inmobilibus adnumerant. 8.n.13. Alii ad res, quæ solo cohærere dicuntur, referunt. 8.n.14. Consuetudines etiam locorū sunt diversæ, quæ recēsentur & observantur. 8.n.15. Alterum mēbrum est de Autoris arbitrio, quid ille censeat, addita modesta excusatione, scilicet hæc ipsa molendina navalia & pneumatica pro rebus inmobilibus habenda esse. 8.n.16. Mobilia & inmobilia proprie quid sint? ex Argentræo, Aristotele, Symmacho. 8.n.17. Quomodo hæc inmobilibus adcrescant? quod fit variis modis 8.n.18. Per adplicationem rebus istis alterius naturæ. 8.n.19. Sed & per inmutationem, idque iterum quintupliciter, scil. 8.n.20. Hominis facto. n.21. Legis potestate. n.22. Adtributione seu destinatione ac voluntate patrisfamil. n.23. Subrogatione cujuslibet. n.24. Subjectione deniq; n.25. Inductio primi & tertii modorum. n.26. Exornatio voluntatis, juxta quam aliud atq; aliud res fit seu consideratur. n.27. Ratio prioris ab effectu & paritate utriusq; molendini navalis & riparii n. 28. Refutatio rationi: à mobilitate desumtæ. n. 29. Nec motionem argumentum validum præstare; quod exornatur variis relationibus. n. 30. Replicatio & ejus objectionis refutatio, ex præcedentium inductione desumta. n.31. Anterius ab interpretum doctrina probatur in feudi ab alia concessione: Principis authoritate facta. n.32. Responsio ad unicum istud fundamentum negantium. n.8. propositum. n.33. Præterea inter se ista differre, nec statim omne simile esse idem, cum aliis. n.34. Differentiæ aliæ subjunguntur, quarum prima & secunda à materia & forma diversa est desumta. Breviter de forma quædam adduntur in

genere n.35. Fine etiam differunt; quinam utriusque navis ac molendini sit, exponitur n. 36. Adjunctis insuper discrepant. n.37. Communis denique usus loquendi repugnat, qui attendendus, ut pluribus ostenditur; adjuncta brevi horum singulorum inductione. n.38. Argumentum supernumerarium pro autoris opinione, & inversione constans. n.39. Idem, quod hactenus insertum, in molendinis pneumaticis seu vento agitatis obtinere debet. n. 40. Ratio pro hac sententia alia, ex leg. cum fundus. 21. D. de fundi instrum. n.41. Accedit ab eadem ratione alia illatio. n. 42. Objectio inseritur ex vulgata lege Titius horreum 60. D. de acquirendo rerum dominio. l. granaria. Dig. de action. n. 43. Responsio ad eam, male à disparatis & antea incognitis hos argumentari. n.44. Plenior expositio, quale inter hodierna molendina & veterum granaria sive horrea discrimen sit. num. 44. Hæc etiam ad privata. n. 46. Vel publica. n. 47. Utra per varia, & tam mobilia quam fixa; prout pergulæ, tentoria & signa quædam militaria. n. 48. Adcuratior d. l. Titius sexagesim. censura. n. 49. Dubium aliud ex l. qui acervus. 10. D. quod vi aut clam, dissolvitur. n. 50. Irrationabilis inde refellitur Jacobi Schultes, Andreæ Schefferi, & aliorum opinio: prædefuncta uxore, hujusmodi molendina, ceu bona mobilia, lucro mariti cedere. n. 51. & 73. Authoritas istorum, ac Joachimi à Beust, Georgii Obrechti & Scabinorum Lipsensium modeste removetur. n 52. Consuetudo etiam, cujus supra n. 15. facta est mentio, exigui roboris est. n. 53. Tertium hujus quæstionis membrum, simul prolepsin continens, cur tam sollicite quærendum inquirendumve sit: an molendina ad res mobiles vel inmobiles pertineant? n. 54. Illustrantur multivariis exemplis. Et quidem I. Feudum nonnisi in rebus soli aut solo cohærentibus: vel quæ inter inmobilia conumerantur, constitui posse. n. 55. II. Emphiteusin in rebus tantum inmobilibus consistere. n. 56. III. Contractum libellarium & precarium in iisdem constitui solum posse. nu. 57. IV. *Mobilium rerum multo viliorem & abjectiorem esse possessionem, quam inmobilium, sicque etiam facilius eam acquiri & amitti. n. 58.* V. *In mobilib. nunquam cadere talem tantamque affectionem? easque divisionem non recipere, n. 59.* VI. *In mobilib. non esse locum retractui. n. 60.* VII *Mobilia non teneri legibus hypotheca. n. 61.* VIII. *Fœminas debere masculis in bonis inmobilibus cedere, & æstimatione eorundem contentas esse, cum similib. n. 62.* IX. *Res dotales inmobiles aliter post solutum matrimonium restitui ac mobiles: aliudque in earumdem alienatione observari. n. 63.* X. *Possessores rerum inmobilium non satisdare; inmobilium vero teneri dominos. n. 64.* XI. *Amorrizationem bonorum in illis, non autem in his locum babere cum similibus. n. 65.* XII. *Minorum bona simili respectu alienari posse, & non posse. n. 66.* XIII: *Interdictum Unde Vi locum habere saltem in rebus inmobilibus: secus in mobilibus. n. 67.* XIV *Juxta nonnullos inmobilia bona sine solennitate in dotem dare mulierem minorem non posse; posse autem mobilia. n 68.* XV. *Hæc etiam fieri capientium, ista vero bella moventium. n. 69.* XVI. *Diversitatem quoque hanc adparere in executione facienda. n. 70.* XVII. *Mobilia sequi conditionem personæ; inmobilia vero cohærere territorio. Declaratur hoc posterius singulari quodam exemplo. n. 71.* XVIII. *Præscribtionem quoque & usucapionem diversa suadere in his rebus. n. 72.* XIX. *De jure Saxonico maritum superstitem uxoris prædefunctæ bona mobilia lucrari, præter utensilia, etiam exstantibus liberis. sup. n 51. & 73.* XX. *Res mobiles deponi, inmobiles sequestrari, juxta communem opinionem. n. 74.* XXI. *Jure Saxonico inmobilium obligationem non valere, nisi debitis requisitis adhibitis. n. 75.* XXII. *Eodem jure Geradam in*

rebus mobilib. tantum consistere ac persistere. n. 76. XXIII. *Eodem proinde* Erbgeld *in iisdem non consistere. n. 77.* XXIV. *Singularia quoque observari in harum distinctarum rerum venditione, bonorumq́; per Ecclesiam acquisitione. n. 78. Catalogus auctorum, qui plura & alia de utriusque generis rebus edisserunt. n. 79. Brevis horum omnium anacephalæosis, ac rotunda inclusio, conclusioq́;. n. 80*

Vasallus, jus moletrinarum bannariarum per investituram adeptus, recte subditos suos alio ad molendum ire volentes prohibet, 11. *n.* 110

Vbi opus est facto, verba non sufficiunt. 52. *n.* 28.

Venandi ac aucupandi libertas utplurimum privatis hodie est ademta. Vt & vendendi præsertim salis, facultas restricta, cum similibus; quod exemplis aliquot demonstratur. 10. *n.* 19

Venditionis usus frequentia, utilitas, facilitas & æquitas prædicatur. 30. *n.* 6. *Qua voce quidam alienationem, alii omnem contractum intelligunt: sicque eo referunt Dationem in solutum, Litis æstimationem, Censum & Æstimationem, cum similib. n.* 7

Vendito aut locato molendino, quid contineatur? 30. *n.* 29

Ventorum commoda quænam sint remissive ex Seneca & Chrysostomo. 5. *n.* 18

Vera servitus in Christianorum cervicibus exspiravit. 44. *n.* 36

Veritas Veritatis gratia indaganda &c. prævia continuatione. 10. *n.* 1

Vespæ veteris cujusdam Poetæ carmen subjicitur, & notis illustratur; pristinoque nitori obiter restituitur. 4. *n.* 34

Vesta Dea à pistoribus Romæ culta, & quomodo? 2. *n.* 28

Vestire est confirmare, juxta Lindenbrogium. 24. *n.* 7

Vestis adpellatione an veniant caligæ & biretum? remissive. 12. *n.* 12

Vestimentorum apud Romanos varia genera, secundum tempora, ordines, officia, personas, &c. 12. *n.* 4

Vestitura & ornatus loco traditionis an sit. 24. *n.* 1. *cum n.* 2. 3

Vestitura mentem concedentis & acquirentium ostendit; cum aliis. 24. *n.* 15

Veteres habuerunt varias formulas: utpote dignitatum, supplicationū, edictorū 59. *n.* 4

Viæ latitudo, forma & distantia ædificiorum, insulæ, balnei, camini, fornacis, officinæ & moletrinæ cum similibus late. 43. *n.* 42

Vicino contra seipsum concedere quis potest, ut sibi non liceat altius in suo ædificare, ne vicinis luminibus officiat. 11. *n.* 46

Victus mortalium veterum quis. 2. *n.* 5

Victus Ægyptiorum. 2. *n.* 6. *Babyloniorum.* 2. *n.* 7. *Medorum & Anglorum. n.* 8. *Ryzophagorum, Ilophagorum, Omophagorum, Spermatophagorum, Heridophagorum, Ichtiophagorum, Cynnamimorum, Ophiophagorum, Lothophagorum, Anthropophagorum.* 2. *n.* 9. *Tartarorum. n.* 10. *Scytharum. n.* 11. *Lapporum, Scricfinnorum, Islandorum n.* 12

Videndum an investitura fuerit generalis vel specialis? cum Autoris interpretatione. 24. *n.* 16. *Vtraq́; fieri debet cum jure & sine damno alterius. n.* 17. *Alias præsumitur dolose callideque extorta, si careat clausula, Salvo jure tertij. n.* 18

Vincula aut carcer per se nō infamant. 1. *n.* 64

Violentiæ species multiplices & interdicta pro cujusq́; ratione distincta, de quibus late. 58. *n.* 19. 20. *usque ad num.* 35

Vis quotuplex divisione. 38. *n.* 5

Via publica non desinit esse publica? ob dationem Telonii aut Datii. 7. *n.* 17

Vis possessoria quid 38. *n.* 2

Vltimarum voluntatum species variæ, quæ

sub hoc nomine comprehenduntur.26.n.6. Iisdē statuta æquiparantur. n. 9. Cujus rei similitudo in cognata adpellatione, observātia, tenore & interpretatiōe sita est.n.10

Universitas vendens reditum molarum, & postea aquæ cursum impediens, ab Interesse tenetur.23.n.29. Baldi testimonium in hac quæstione superioribus consentaneum.n.30

Universitas ratione beneficiorum in jure pupillis ac minoribus conparatur. 51.n.5

Universitates & oppida utrum furnos & molendina, vel quomodo construere debeant, cum Tessauri illatione. 20.n.11

Vocabula sunt ante omnia interpretanda, eorumq; origines & significationes indagandæ, quod pluribus exornatur. 31.n.5

Voces oppressorum in cœlum clamant: quod multis exornatur. 10.n.30

Voluntas æque facto, ac verbis declaratur. 11. n.74

Voluntatis certitudinem inprimis arguit factorum multiplicatio. 11.n.75

Vormünder *tali sensu unde nuncupati?* 50.n. 30

Urinatores unde descendant, & quinam sint? 16.n.12

Urinandi artifex apud Symmachum & vox primitiva Urinare, quid significet? modus item qui sit & causa ex Scaligero. n. 13. Ministeria eorum varia recensentur pro rei occasione adhibita, belli pacisque tempore.n.14. Memorabile de alio Urinatore exemplum, ex Thoma *Lansio.n.15. Mirabilis historia & captura fœminæ aquaticæ, ex Suffrido Petri: cui Parallelum aliud de puero inter belluas degente, subnectitur.* n.16

Usucapionum jura num naturalibus, gentilibus, canonicis, civilibus ac divinis legibus sint contraria. 21.n.29

*Usus vocis ante ōia debet esse cognitus. Quod rationibus & authoribus illustratur.*3 n.2

Usus controversiæ, utrum molendina reb. mobilib. vel inmobil. sint adcensenda. 27.n.4

Usus loquendi non mutat rei naturam & causam. 55.n.10

Utilitas per dignitatem augetur. 9.n.49

Utilitas publica sola facit, ut dispositio dicatur favorabilis, etiamsi sit contra jus. 11.n.93

*Utilitas publica, ut & inevitabilis necessitas, erectionem molendini bannarii admittūt, contra Covarruviam & Andr. Rauchbar.*11.n.19.120.& 124. *Sed declara ut n.* 122

Utilitas publica quotuplex. 15.n.14

*Utilitas publica multa specialia habet.*25.n.13

Utilitati publicæ consulendum est, etiam ab infimæ classis Magistratibus, contra jus publicum statuendo. 11.n.92

Utilitati principaliter publicæ, utilitas privata, colore aliquo utilitatis publicæ, incrustata, postponenda. 11.n.125

Utilitatem propriam procurare licet, etsi per indirectum alteri noceatur. 11.n.85

Utilitatem ob privatam molendina bannaria justificari nequeunt. 11.n.97

*Utrum emtio vel emptio sit scribendum?*30.n. 2

Venditione rem consequimur, illamq; dominii speciem Baldus statuit. 30.n.3

Venditionis verbo omnis alienatio an contineatur? vide autores allegatos. 30.n.4

W.

Wasser-und Mühlmeister/ *etiam eadem figura dicuntur, qui probant, & quorum peritiæ dubium negotium, diligensq; inspectio committitur, cum officiis aliis.n.seq.36. idemq; dicitur, ad quamnam jurisdictionem pertineant?* 48.n.35

FINIS.

Mantissæ
CAPUT PRIMUM,
Dissertationem sive conclusiones historico-politico-philologico-juridicas continens,
DE CASTRIS
eorumque jure,
Vom Burgrecht.

SUMMARIUM.

1 Occasio & Ratio mantissæ huius obiter detegitur.
2 Alia adiungitur, quod molendina ad castrorum seu burgorum pertinentias communiter referant.
3 Disputatio auctoris de Iure Castrorum integre ponitur in seqq.
4 Præfatio illius dissertationis præmittitur, cum nu. reliq.
5 Materiæ quænam sint tractandæ?
6 A quibus præcipue hoc præsens argumentum, de jure castrorum & ganerbinatuum sit excultum?
7 Prolepsis autoris multiplex circa hanc tractationem.
8 Methodus ab ordine adcurate loquendo differt.
9 Tractationis huius distributio generalis, in nominalem & realem. Illa præcedit, & tria continet.
10 Homonymia primitivorum Burgi sive Castri & Castrorum, cum nu. seq. 11.12.13.14.17.18.19.20.21.22.23.24.27.28.
12 Castrum an se ad instar civitatis, urbis ac universitatis habeat? cum nu. 14.15.16.& conclus. 17. per discurs.
13 Norica castra pro urbe Norimberga apud Guntherum.
15 Castrum ceu minor, ecclesia & respublica in integrum restituitur.
20 Wagenburgk Germanorum vox quid denotet.
21 Castrum numero singulari, & castra numero plurali an differant? item castra, burgi, arces, domus nu. 25. castrum & castellum num. 26.
24 Castra maritima pro classibus, cum similibus in num. seqq.
29 Deminutiva sunt Castellum & Castella. De isto hic agitur.
30 Barbacanæ, Cachenettes & Bolwerck quid sint?
31 Castelli homonymiæ, cum num. 32. ubi de receptaculo aquæ, vulgo ein Wasserstub dicto: & Castella vox ambigua nu. 33.
34 Edictum crudele Hispanorum, apud Indos promulgatum,
35 Derivata & cognata vocabula Kyllingerus explicat.
36 Etymologiæ castri à casa, h. nu. 36 casu 37. castratione & castitate 39.
37 Nihil stabile & perpetuum in natura.
40 Mulieres olim à castris militum procul remotæ.
41 Non est boni Iurisconsulti nuda nomina sectari.
42 Gaudent brevitate moderni.
43 Non omnium rerum ratio potest reddi.
44 Synonyma nomina hic colliguntur, & deinceps quædam explicantur.
46 Arcis significatio & derivatio.
47.48 Curte & Maison.
49 Clausuræ sive clusuræ.
50 Stein prisci Germani arces vocarunt.
51 Burgus quid, cuiusve originis? Item Burgarii, Burgundiones, Asciburgium, cum similibus.
52 Realis nostra tractatio versatur circa definitionem, divisionem, cæteraq; argumenta topica.
53 Definitio in iure est periculosa.
54 Imo definitionem tractare, legi divinæ contrarium esse, quidam dixit.
55 Definitio ipsa castri proponitur.
56 Plures possunt esse unius rei definitiones.
57 Definitionem recte sequitur Divisio; eaq; bimembris laudatur.
58 Castrum est vel precarium vel pretiosum: Item liberum aut ligium nu. 59. magnum & parvum nu. 60. proprium vel commune nu. 61. defensivum vel offensivum nu. 65.
62 Ganerbinatus quid? & num. 126.127.128.129.
63 Quandoque verbis abutendum est, ut res intelligamus.
64 Præstat unum castro & principatui præesse dominum, quam plures. Idque selectis narrationibus Erasmi & Euphormionis illustratur; cum similibus de divisione regnorum ac dismembratione feudorum.
66 Burggraffen unde & quinam dicti?
67 Fragmentum historiæ de Ducibus Würtembergicis

gicis

gicis ex Felice Fabro, cum num. seqq. usque ad num. 72.

68 Querela de vi armata & fidelitate, ratione castri.

69 Castrorum differentia; quod quædam territoria, latifundia & iurisdictiones habeant, quædam vero non. iunctis nu. 316. usque ad 329. iuncta th. 26. & 27.

70 Ordo graduum & statuum certus esse debet.

71 Duces VVurtembergici unde nomen sortiantur? cum nu. 73.

72 Qua ratione regna crescant & decrescant?

73 Conjectura autoris de scriptura nominis VVirtenberg, VVurtemberg VVurtenburg & VVurtzenburg.

74 Berg & Burg Germanorum sunt ejusdem originis. Unde cognatum, Herberge & Verborgen.

75 Huldrici Mutii, Guntheri & Aurelii relationes de castris veterum, eorumque usu & abusu.

76 In fideiussore & hæc qualitas desideratur, ne sis impetuosus, potens & arces inexpugnabiles possideat.

77 Efficiens causa sequitur: quinam castra licite habere atq; exstruere possint? cum nu. seqq.

78 Potentia per arces & propugnacula augetur.

79 Arx etiam in bonum finem fabricata, materiam seditionis fovere ac movere potest.

80 Communis custodia regni ac civitatis dicitur, non sinere ullum crescere præter commensurationem.

81 Arcanum dominationis apud Romanos, ne cui etiam ex Patriciis in munito loco liceret ædificare, nec in arce aut capitolio habitare. Quod declaratur exemplis Anglorum & Moschouitarū nu. 82. Hispanorum nu. 83. Turcarum nu. 84.

85 Autoris sententia de hac lite, certis cancellis, distinctisque canonibus inclusa.

86 Observandum est ipsi Principi castra exstruere cupienti, qualem habeat populum. Quod declaratur nu. seq. 87. juncto nu. 88.

89 Arcetur quis etiam Præscriptione, Privilegio aut Fœdere.

90 Quo nomine fractæ pacis fideique male audit Mahumetes Turca.

91 Multæ civitates Imperiales gaudent privilegio, ut intra vicinum certumque terminum ab aliis non sit licitum arces construere; cum inductione quorundam exemplorum nu. 92. 93. 94. 95. 96.

97 Si vero contra pacta & privilegia quid egerint, remedia supersunt iuris & facti.

98 Castra exstrui possunt, si Princeps superior consenserit.

99 Civitates sine ipsius consensu num muros conficere queant?

100 Ius muniendi regalibus adnumeratur.

101 Armorum usus non est de iure promiscuus.

102 Ius Suevorum, das Schwabenspiegel / adducitur: quod prius thema confirmat, cum sup num. 98. & seq. 103.

104 Sed & sanctio Adolphi regis Romanorum congruit.

105 Privatus castra potest exstruere, modo id non fiat ad scandalum; neque ad æmulationem nu. 108. 110. 111. & quando seditiones non metuuntur nu. 112. 113.

106 Prius illud per autorem commode declaratur, iuncto nu. 107.

109 Malitiis hominum non est indulgendum.

114 Omne malum nascens facile opprimitur: ideoque principiis obsta.

115 Status etiam cuiusq; in Imperio considerandus est: an scilicet sint Principes, Duces, Comites, Barones, Civitates vel Nobiles?

116 Protestatio autoris de præmissis adsertionib.

117 Hodie in mundo plures Placentini, quam Veronenses degunt; dictum joculare ab urbibus istis in Italia sumtum.

118 Castrorum causa procreans vel conservans. Circa quam nonnulli peccant n. 119. 120. 121.

122 Principes Oppianus vocavit Muros orbis terrarum.

123 Causa utraq; aut solitaria est aut socia, iuncto nu. 124.

124 Nihil frequentius in Germania, quam quod castra ad diversos spectent dominos.

127 Ganerben Lutherus posuit vice Ganerben: ubi de nomine ac modo constituendi ganerbinatum nu. 126. 128. 129. 130. 132.

131 Coniectura Besoldi, qua occasione Nobiles urbibus relictis rura petiverint.

133 Illarum causarum alia iterum est principalis, alia minus principalis.

134 Subditi in hoc concursu, quibus gaudeant commodis?

135 Subditi an, quando & quomodo ad castrorum ædificationem, reparationemve teneantur, cum n. 136. 137. 138. 139. 142. 143. 161.

140 Ecclesia etiam quid & quantum hic facere debeat, excutitur d. n. 140. 141. 144.

145 Princeps non sit nimium pomposus & prodigus, cum n. 146.

147 Bartolus dixit: Ex magnitudine ædificiorum probari Principis magnanimitatem, iuncto n. 148. 149.

150 Finis castrorum maxime considerandus.

151 Quæstio principalis: Num urbes & castra sint exstruenda, & muris cingenda: Quod in seqq. adfirmatur n. 154. usque ad 173.

152 Civitas ab urbe differt: Urbs vero unde dicta nu. 207.

153 Multa ob utilitatem publicam contra rationem disputandi sunt introducta.

154 Muri dicti sunt sancti & inviolabiles.

164 Executio non potest fieri super muros ob debitum civitatis.

167 Imperator Deum sequitur.

168 Deq; illius iudicio disputare, instar sacrilegii habetur.

171 Baldi dictum: Quod totus mundus adprobat, non audeo inprobare.

173 Neque cum mulieribus, neq; sine illis tuta & commoda est respublica.

174 Materia, ex qua castra conficiuntur, varia est, cum n. 181. 195.
175 Luti & rerum aliarum vilium encomia quis scribserit?
176 Terra quem usum præbeat in castrorum exstructione? item Ligna n. 177. Lapides n. 178. 179. Ferrum 180.
182 Lateres primo confecerunt Noe filii.
183 Muri civitatis aut castri, ex quo lapide fieri debeant? cum inductione exemplorum n. 184. 185. 186 187. 188. 189. 192. 193. 194.
190 Turris unde dicatur?
191 De murorum ac turrium fundamentis &c. Vitruvius agit.
196 Artis vitriariæ encomium; per quam Castella vitrea conflari possunt n. 197. 198. deque vitreis, aqueis, igneisve muris n. 199.
200 Formam materia adpetit.
201 Respectu castrorum quid & quàm varia sit, cum similibus, docetur n. 202. 203. 204. 205. usque ad 213.
206 Grammaticis solis titulus & nomen eruditionis debetur.
210 Operosissimum est munus, castra legitime efformare.
213 De castrametatione; item de instruendis aciebus n. 214. deque munitionibus castrorum n. 215. ac de modo substituendi terrena munimenta ad urbes n. 216. Autores adducuntur.
217 Effectus varii respectu pœnarum, rerumque aliarum n. 277.
218 Castrum superioris ad defectionem sollicitans perpetrat crimen læsæ maiestatis, iuncto nu. 238.
219 Præfectus tamen castro cum proditoribus colloqui potest.
220 An qui cum aliquo loqui prohibetur, nequeat etiam nuncium vel epistolam mittere?
221 Quid si unus dictaverit literas, alter vero scribserit?
222 Duobus castri dominis existentibus, num alterutei delinquentem condominum punire possit? usque ad n. 227.
223 Vnus condominorum castrorum in alterius præjudicium nihil facere potest; iuncto nu. 387. 390.
224 Par in parem non habet imperium.
225 Superioris interest, corrigere male facta ab inferiore.
226 Par pari se potest subiicere: & propter moram sæpius a communibus regulis iuris receditur.
227 Principe committente Castellano custodiam arcis, tenetur hic de violentia, si eam culpa præcesserit.
228 Castri custos si spreto Principis mandato illud non muniverit, quomodo puniatur?
229 Omnes desides & negligentes officio suo privantur?
230 Quod fit negligentia, æque punitur, quam quod fit dolo.
231 Negligentia nimia est culpa magna & dolo proxima.
232 Inperitia culpæ adnumeratur.
233 In culpa esse dicitur, qui aliquid differt, nec statim exsequitur.
234 Dolus est, omittere ea, quæ sunt officii.
235 Castellanus qui permisit venire hostes ad prædandum quibus pœnis subiiciatur? usque ad num. 241.
236 Gravius peccatum est facti, quam omissi.
237 Ab una pœna ad aliam male argumentamur.
239 Is qui facit, quod facere tenetur, nihil in fraudem fecisse putatur.
241 Barones & alii habentes castra & iurisdictionem, inque illis duella vel monomachias concedentes, qua pœna adficiantur iuxta Bullam Pii IV. Pontificis?
242 Catalogus brevis autorum, qui de duello seu certamine singulari scribserunt; cum nume. 243.
243 Auctor libri, vulgo Somnium Viridarii inscribti, quisnam sit?
244 Desertio & negligentia quoque suis non carent pœnis.
245 Qui excubias Palatii neglexerit, quomodo coerceatur? variarunt namque gentes, ceu videre est circa hunc passum in numer. 246. 247.
247 Officia tribunorum militarium quænam? remissive.
248 Quinimo Romæ canes sunt suspensi, quod in Capitolio obdormiscentes, hostium adventum nō deexissent.
249 Apud Germanos antiquos rei capitalis damnati, priusquam capite plecterentur, canem scapulis per passus aliquot portare cogebantur.
250 Locus communis & quæstio generalis hic late examinatur: Vtrum in bestias animadverti, vel num in res inanimatas imperium exerceri queat? usque ad numerum 276.
251 Pœnarum infligendarum causæ tres adferuntur.
252 Iudex antequam punit, factum prius expendere & ponderare tenetur.
253 In facto quolibet duo considerantur: Causa & Effectus.
254 Si quis in somnis conprimat infantem, vel si noctambulo damnum inferat, quid iuris: cum nu. 255.
256 Animalia bruta nec animum nec rationem habent: sed impetu delinquunt. num. 258. 259.
257 Peccatum punibile ex mente & voluntate proficiscitur.
260 Autoris de priori lite sententia adfirmativa; quam deinde rationibus & exemplis munit.
261 Pœna illius, qui cum bruto animali coierit: vel sus si infantem devoraverit, n. 262. aut alias homicida sit animal n. 265 vel cornupeta n. 266. calcitrans 267. damnificans n. 268. dilacerans n. 269.
270 Vel si res inanimatæ damnum adtulerint, ceu sunt e. g. statua n. 271 amnis 272. libri 273. 274. civitas seu urbs 275. ferrum, ligna, lapides, & sim. n. 276.
263 Pœna reddita propinquorum emollit dolorem conceptum.
264 Quælibet pœna hunc finem habet, ut sit exemplum

emplum deterrens, cum ipsius pœnæ genere non uniformi.

278 Castrum exstruere & possidere non cuivis licet, iuncto n.284.

279 Ius possidendi castrum in Camera pro singulari privilegio & beneficio allegari solet.

280 Quid vocentur Burgsäß/Sitz/ Burgsitz & Rittersitz? num.281.282

283 Item Landsassen/Schrifftsassen/Amptsassen & Cantzleysassen in Saxonia quinam sint? remissive.

285 Castri possessione adprehensa, num omnes pertinentiæ censeantur conprehensæ? lata Dd. tractatio est.

286 Possessionem, castrum, villam, remq; civilem probari alicuius esse, vel pertinere ad territorium, per solutionem census n. 287. traditionem clavium n. 288. aliosque modos n. 291. & 292.

289 Solutio gabellæ salis arguit districtum, territorium & iurisdictionem.

290 Ille Princeps dicitur quoque castrum possidere ad cuius instantiam ponitur Castellanus, & fit custodia.

293 Bertrandi Argentræi rara tractatio de modis adipiscendæ, tradendæ, adprehendendæ exercendæve possessionis ac iurisdictionis, usq; ad n. 306.

294 Contra nolentem tantum præscribitur, quantum possessum: & iurisdictionis [ut sic loquar] adprehensionem fieri ac probari per usum eorum actuum, qui iurisdictioni subsunt; cum similibus.

295 Subiectio & iurisdictio an, quomodove individua sit? remissive ad Kyllingerum.

296 Illius unus actus, num constituat aliquem in possessione totius? cum numero sequen. 295.

297 Delegationes, abdicationes, dimissiones, Ger. Abtretung / Uberlassung oder Erlassung Eyds und Pflichtes / quid hic valeant? cum n. 298. 299.

298 Cessio in incorporalibus pro traditione est.

299 Iura feudalia non tam personam quam rem ipsam respiciunt: cuius intuitu adprehensio talis censetur, cum similib. n. 301.

300 Actio confessoria, vel præiudicialis, aut interdictum domino contra vasallum non conpetit, & si se vasallum neget.

301 Adprehensione castri, subiectiones & vasallagia continentur.

302 Constitutio Gallica ratione venditionis invitæ & consignationis generalis.

303 In spontanea autem alienatione num necessaria sit specialis indicina, ratione pertinentiarum, iurisdictionis, subiectionis & adprehensionis?

304 Quid de unico actu exercito dicendum, & si versamur in rebus cohærentibus, non sua natura usu vel destinatione separatis.

305 Autor ad emtorem non plus iuris transfert, quàm ipse habet.

306 Regulam in Gallia frequentem, DV SAISY, quis explicet, & cum iure civili conferat?

307 Princeps scribens castro, ut civitati; num videatur paria iura conferre hac conpellatione? cum n. seq. 308. 309. 311.

309 Scholaris ab Imperatore doctor vocatus, an statim privilegia Doctoralia per id consequatur?

310 Præses vel Iudex alicui scribens, eumque Fratrem appellans, extraordinarie punitur.

312 Recognitionis effectus; illaque strictius usurpatur, quam concessio n. 313.

314 Recognoscere feudum quid sit?

315 Territorium quandoque sine Iurisdictione constare posse, & contra; cum num. seqq. & declaratione autoris. n. 319.

316 Princeps concedendo territorium, non creditur proprietates concessisse.

317 Recognitio facta super castro, non in dubio censetur facta super territorio: secus si in liquido versamur. n. 463.

318 Civitas vel castrum recognoscendo aliquem in dominum, videtur in ipsum omne ius suum etiam fiscale transtulisse.

319 Autor tamen hæc enunciata simpliciter non admittit, cum n. 321. & seqq.

320 Castrum regulariter non censetur habere territorium: sed potius ambitu murorum continetur.

322 Comitatus olim significavit territorium.

323 In concessione ac recognitione observandus est modus ususque loquendi: regionumque consuetudines. numero 327. 328. 329 363. 372.

324 Actus vel verba etiam sæpe aliud suadent, cum n. 361.

325 Diversa & distincta sunt iura personarum ac rerum; ut sic ab uno ad alterum mala stat illatio, cum n. 326

330 Per consuetudinem datur iurisdictio.

331 Castro legato vel concesso num quoque cedant arma, munitiones, instrumenta & pertinentiæ num. 332. 333. cum 334. 335. 336. 359.

334 Argumentis & inductionibus legũ uti possumus.

335 Principale trahit secum accessorium.

336 Mobiles sortiuntur quandoque indolem rerum inmobilium,

337 Augmentum in castro, oppido vel urbe an sit eius cuius est castrum; vel an illius, qui castrum concessit?

338 Quid vero de meliorationibus factis in solo maioratus alterius statuendum? ratione possessoris, uxoris, heredis, cum num. 339

340 Mulier defuncto marito castro egrediens, non potest inde abducere tormenta bellica.

341 Castrum duobus pluribusve concessum, secundum nonnullos videtur concessum unicuique in solidum.

342 Quis sit effectus huius indivisæ possessionis?

343 Quando conceditur castrum in perpetuum cum iurisdictione, & similibus considerationibus; an concessum etiam iudicetur ius confiscandi cum n. 345.

344 Civitas an proprie habeat ius confiscandi? remissive.

346 Castrum Papa si concesserit Comiti, non veniunt spiritualia,

347 Prin-

347 Princeps quoque si castrum cum territorio concesserit; num veniat usus fluminum & locus sterilis? item loca exemta. numero 348.

349 Castrum solet in feudum concedi.

350 Dato autem concessove castro, cum simul habeatur iurisdictio, d n.350. ius venandi? nu. 351. remissive. item iura alteri infeudata nu. 383.

352 Castro obpignerato, num creditor in eo queat exercere iurisdictionem?

353 In pigneratione eiusmodi, an possessor faciat fructus suos?

354 In Germania valde frequens est talis contractus pignerationis hypothecæ & ἀντιχρήσεως, Pfandschafft.

355 Maioribus etiam nostris cognitus fuit: quod ex Felicis Fabri historico fragmento monstratur.

356 Donationis principalis, liberalis vel causalis quidam hanc vim esse statuunt: ut si donet quis castrum? censeatur etiam donare iurisdictionem, regalia & similia. Sed hæc adsertio vel regula suis declarationibus & difficultatibus non caret, velut docetur nu. seq. 357. usque ad num. 450. inclusive & late.

360 Aulici & Interpretes libenter territorii iurisdictionisque funiculum extendere gestiunt.

361 Actus aliqui accedentes solent donantis & tradentis animum ostendere vel declarare.

369 Perillustrium comitum ab Oldenburg munificentia laudatur; & controversia de arce Kniphusana, respectu donationis factæ, obiter inseritur, iuncto n.476

370 Castra olim Ecclesiis in remissionem peccatorum à Papicolis fuerunt donata; addito nu 371.

375 In hoc opusculo sæpius investigandi, quam decidendi rationem autor sibi habet propositam? cum prolepsi alia n.377.

376 Doctorum opiniones, quantum fieri potest sunt conciliandæ.

378 Vendito castro simul censentur vendita, quæ pro ipsius usu necessario sunt, nomineque adherentium veniunt Similia de Curia, fisco territorio, iure patronatus, districtu, capella, molendinisque habes nu. 379. 380 381. 423. 424 484.

382 Lex fin. C. de vendit. rer. ad civitat. pertin. concernit quoque castra, villas & alias universitates: sicque certæ in alienatione etiam adhiberi solennitates debent.

383 Castro à domino vendito, iura alteri infeudata excipiuntur.

384 In casu venditi castri nomine tutorio quid decernendum? remissive ad Fulgosium.

385 Qui vendit id, quod est intra muros, num ipsos muros vendidisse putetur?

386 Vendens castrum tenetur ad eius custodiam.

387 Duo fratres si fuerint, habentes castrum commune & unus expulsus vel offensus ab altero, adiecit potentem Principem aut Civitatem, illiq; vendiderit partem suam; an venditio eiusmodi valide queat subsistere; iuncto n.390.

388 Rusticus emens iura unius ex dominis, nihilominus manet subiectus potestati ac iurisdictioni cæterorum condominorum, ex traditione Lyni & Boerii.

389 Rusticus seu subditus tempore caritatis annonæ si intra castrum saltem cogatur frumenta sua vendere, non aliter id facere tenetur, quam refuso iusto & æquo pretio.

391 Venditio ficta, imaginaria & nuda habetur pro nulla.

392 Talis tamen, interveniente pretio, non facile præsumitur.

393 Coniuges in fraudem alterutrius partis sæpe alios ita subornare consueverunt: quod vivo exemplo manifestum redditur, numer. seq. 394.

395 Statutum Transisulaniæ adiicitur: quo cautum dignoscitur, ne quis usumfructum sibi retineat, cessa proprietate, nisi per ultimam voluntatem.

396 Pactum reluitionis retractus & revenditionis sæpe huic contractui adponitur; quod documento ab arcibus petito probat, & præiudicio Spirensi munit tutor ex VVenehro, n.397.

398 Praxin in supplicatione ad extrahendos processus, in hac causa reluitionis, idem monstrat.

399 Encomium Bertrandi d' Argentrè, circa expositionem huius materiæ, de venditione castrorum & pertinentiarum, in num. aliquot seqq.

400 Cum castrum, villa, arx, prætorium, rebus singularibus constans venditur, an corporum particularium necessaria sit traditio, nominatio & adprehensio? Quæstio in genere dubia proponitur, & deinde multis resolvitur, usq; ad n. 450

401 Verba ista Gallica quid inportent, simul ibi exponitur, veluti: Maison, manoir, terres, seigneurie apparrenances, chastieu, forteresse, & similia.

402 Corporum describtio declaratur, quæ habetur in l. rerum mixtura 30. Digest. de usucap.

403 In adprehensionibus possessionum, unum per aliud nō adprehenditur; iunctis tamen nu. reliqq.

404 Quædam corpora ex pluribus inter se cohærentibus constant? quid ergo de iis dicendum?

405 Tertia species rerum diversarum & non cohærentium est, quæ ibi in terminis declaratur per inductionem.

406 In usucapionibus & causa & titulus requiritur: utroque cessante illa sistitur, at non possessio.

407 Rerum sub uno nomine universali latentium possessio per capitis aut partis adprehensionem salvatur cum n.456.

408 Formula venditionum instrumentis à Notariis in Gallia, quæ inseri adsolet, inmiscetur & postea explicatur.

409 Castri significationi æquipollet vox, d' une Maison; pro diverso tamen respectu prædiorum rusticorum & urbanorum, n.410.

411 Prætorium Galli vocant Manerium, iidem Apothecas nominant Granaria, cum similib.

412 Galli doctores Castri vocem non solum pro arce & fortalitio: sed & pro omni agrorum & territorii subjecti universitate usurpant. Vnde profluxerunt discrepantes istæ Germanorum, Italorum

lorum & Gallorum opiniones, cum num. 413. 414. 415.

416 In adprehensione fundorum non est necesse singulas agrorum glebas circumire.

417 In eadem formula Gallica quid designet vox, Terres?

418 Verba generalia subsequentia determinantur à præcedentibus, ejusdem si fuerint qualitatis.

419 Declaratio reliquorum verborum : Seigneurie, droicts (sive jurium, sup. n. 368.) appartenances n. 420 ubi simul dicitur, per ea similia expressis comprehendi, non diversa : & in generali sermone non contineri, quæ quis verisimiliter nō nisi specialiter voluit exprimere; juncto num. 425. 426 445.

421 Baldus eadē transfert ad molendina & castra, districtusq; eorū, quæ dependent à domo vendita, quæq; in ipsius usu semper aut tunc fuerunt.

422 Vendito castro nū unà Pedagia intelligantur translata ad emtorē, quæ alicui dominio debentur?

423 Item an Ius Patronatus veniat? & quid de Ecclesia aut Capella? num. 424 juncto num. 484.

427 Pertinentiæ sunt, quæ lege, statuto aut consuetudine deputatæ sunt, ut alicui rei accedant : adde, quæ privilegio vel destinatione patrisfamilias sic habentur, collato num. 428. 431. 432. 433. usque ad 444. in quibus hæc adjectio diffunditur.

429 Quæ cum uni capiti aut corpori subjectæ sunt, indubie unam denominationem & integralem rem constituunt.

430 Adprehensa sede principali, reliquæ regiones, urbes, arces & villæ sequuntur.

431 Destinatio autem ista patrisfamilias, quâ res separatas conjungit & unit, multis fit modis variisque colligitur ex conjecturis; quæ postea fuse subnectuntur, usque ad d n. 444.

439 Quæ natura & substantia discreta sunt, sibi invicem non cedunt.

440 Itaque vendito castro cum pertinentiis, non adcrescit jurisdictio, quam dominus postea demum emit cum n. 440.

441 Separata sub uno eodemque titulo & corpore non veniunt; addito numero 446 448. 449.

442 Sagaciter investigandæ sunt conjecturæ adjunctionum vel separationum istarum; tam in emtionibus, testamentis & usucapionibus, quam in privilegiis, concessionibus, statutis, legibus ac consuetudinibus.

443 Pretii magnitudo & exiguitas sæpe hic etiam præbent indicium.

444 Taliter res habetur & censetur, qualiter ad titulum suum relata fuit ante traditionem.

445 Subtilis illa quæstio hic & in seqq. usq; ad n. 450. examinatur: An venditione istarum enumeratarum rerum contineatur quoque jurisdictio?

447 Venditione jurisdictionis semper & præcise non continetur simul castrum, domanium & hominium, cum n. 448. nisi adhibuerit cautelam contrahens Argentræi cum prolexi, n. seq. 450.

451 Castri pretium qua ratione sit ineundum & constituendum? cum num. 456. 457. 458. 459.

452 Ackerried in Marchionatu Badensi; quod Burgaw dicitur, & ad arcem Mühlberg pertinet & taxatur n. 454.

453 Arborum æstimatio petenda ex Bursato.

455 Molendinorū quoq; varia sunt pretia & æstimia.

457 Libri censuales, Register und Saalbücher.

458 Media via in Iurisprudentia commendatur.

459 Circumstantiæ aliæ quænam in æstimatione, venditione, ac divisione castrorum sint observandæ? remissive : deque æstimatione seu valore fundorum taxando.

460 In dotē quoq; dari consuevit castrum, regnumque.

461 Maritus, cui illud sic datum, proprietario non potest præjudicare.

462 Castro in dotem dato, venit etiam territorium, quod ipsi adhæret, ex opinione quorumdam.

463 Recognitio pro castro facta, creditur etiam ad terras adjacentes facta, quæ castro adhærent : secus si in dubio & præsumtione versamur sup. n. 317.

464 Baldus in responsis utplurimum est inconstans. & ipsius cerebrum volvitur velut avis in aere, cum similibus.

465 Commissio quid in jure sit?

466 Sententia privationis Henrici VII. Imp. relative nudoque nomine ponitur.

467 In castro habente alio usumfructum, feudoque commisso, hoc redit ad proprietarium. Idem in emphyteusi obtinet. n. 468.

469 Emphyteuta an similis sit usufructuario?

470 Vsusfructus sic cum proprietate consolidatur, juncto n. 471.

472 Quod commissum est statim desinit esse ipsius qui crimen perpetravit.

473 Casus similis connectitur de usufructu, emphyteusi & indebito.

474 Castrum ad tempus ex pacto possidens, omnes mulctas interea commissas accipit.

475 Fidejussio etiam dubia parit, de quibus remissive. Primo sc. spoliatus castro munitissi. an restituatur ante omnia, si caveat, se illud restituturum. si succumbat in petitorio? n. 476.

477 Fidejubens pro custodibus castri, usque ad sex menses quibus elabsis num sit liberatus, etiamsi à Castellano prorogatus sit terminus, sine consensu fideiussoris?

478 Fiscus si semel bona publicata acceptaverit, e. g. insignia castro banniti præfigens. num possit ea repudiare, & fideiussor liberatus manere?

479 Fideiubens castellani nomine an teneatur, si damnum inferat privatis?

480 Parentum & Præceptorum sententiæ sunt sequendæ, vel modeste temperandæ.

481 Contra Dominum territorii, sive Civitatem, Castrum aut Villam non iuratur in litem, quando publice in via regia damnum est illatum.

482 Confiscatio etiam parit dubia : quod versiculis Guillermi Britonis autor indicat.

483 Caſtro vel villa confiſcatis, ius quoque Patronatus unà venit.

485 Præſentatio in iure patronatus competit proprietario, & non uſufructuario.

486 Subiectum ſequitur, ſeu Locus, qui ratione caſtrorum conſideratur; tam politice, quam iuridice n. 488.

487 Vrbium caſtrorumque ſitum crebro ſolent autores laudare.

489 Si datur per civitatem locus ad exſtruendum caſtrum, remanet is de territorio iſtius urbis.

490 Caſtrum habens merum mixtumque imperium, dicitur locus inſignis, ſpectabilis & nobilis. numer. 491.

492 Caſtrum exiſtens inter duas urbes, in dubio præſumitur ad illam ſpectare, cui proxime adiacet.

493 Piratæ in mari delinquentes puniuntur ab eo magiſtratu, qui prope habitat.

494 In via publica iurisdictio eorum eſt, qui circumhabitant, ſeu iurisdictionem ibi habent.

495 Caſtra num in locis ſublimioribus, veluti collibus, montibus ſeu rupibus ſint fabricanda? cum inductione exemplorum & rationum deciditur, usque ad n. 512.

499 Gentiles aliud diluvium metuebant.

500 De Phryſiæ noſtræ primordiis, eiusque incolis primis remiſſive.

501 Crebras inundationes veteres Geographi aut ignorârunt vel temere negârunt fieri in regionibus Septentrionalibus.

502 Eædem ſi modicæ fuerint, nonnulla loca reddunt meliora, cum n. 503.

509 Arcis Saltzburgenſis deſcribtio.

510 Iudicium ea de re Karuli V. Imp.

512 Caſtra militaria initio belli in alto ponere loco rarò debemus.

513 Caſtra ergo num in locis paludinoſis ſive paluſtribus ſint exſtruenda? usque ad num. 521.

516 Templum Dianæ Epheſinæ in paluſtri exiſtit loco, ne terræ motibus quateretur: nam hoc fieri ſolet. n. 517.

520 Culicum pulicumque magnus numerus in locis paludinoſis: ita ut quandoque Achaiæ populi ſedem prorſus mutare coacti fuerint, numero 521.

522 Quid ſi fluminibus aut mari circumſeptis in locis, vel proxime illis adiacentibus, caſtra fuerint ædificata? Extendit ſe illud ζήτημα usque ad num. 534.

535 Num porro in medio regionis, vel in limitibus & portubus ſint caſtra erigenda. Vide ibi deciſum usque ad n. 544.

540 Ieruſalem in medio gentium collocata fuit.

541 Charterius autem Galliam & Maſſiliam in medio orbis conſtituit.

542 Medius locus ubique ferè à gentibus dilectus,

543 Duces Perſici in exercitu, eumdem elegerunt.

544 Princeps an in umbilico imperii conſiſtere, ibique domicilium habere debeat; & quodnam ſis magis conſultum?

545 Aeris ſalubritas in caſtrorum exſtructione attendenda eſt, cum n. ſeqq. usque ad n. 555.

546 Aeris & Solis ratione mutantur corpora mortalium, cum n. 547. 548.

550 Cardanus collegit cauſas, quibus urbes in fervidis regionibus ingentes eſſe ſit neceſſe.

552 Stupendum & incredibile: In Lucumoria populos 27. Menſ. Novemb. mori, & 24. April. die reviviſcere.

553 Alia admiranda de proprietatibus locorum Majolus collegit.

554 Caſtra in Hungaria una ſede ſupra menſem ſine periculo ægre habentur.

555 A militum tentoriis profluxerunt caſtella.

556 Loci proinde commoditas poſt ſalubritatem venit obſervanda: idque illuſtratur nume. 2. ſeqq.

557 Idq; certis quibuſdam indiciis cognoſcere quim⁹.

559 Loci itidem ſecuritas eſt neceſſaria; adhibito n. 560. 561. 562. 563.

563 Britanni olim ſylvam denſam vocarunt oppidum.

564 Agrorum fertilitas maximopere etiam conducit; quod exornatur per 7. num. reliqq. juncto n. 576. 576. 578.

565 Moletrinæ hodiernæ uſui huic inſerviunt.

566 Locus de urbe Azamor adducitur ex Scaligero.

568 Flumine abſente veteres terram excavabant, ut fontes ſcaturirent.

569 Dinocrates Alexandro ſuaſit, ut ſupra excelſum montem Athon urbem exſtrueret Male.

570 Priſcorum Germanorum urbibus maxima laus erat, quam latiſſimas circum ſe vaſtatas finibus habere ſolitudines. Imo Germania olim erat ſine urbibus. n 571.

572 Aquarum opportunitas inprimis quoque conſideranda, circa arcium urbiumque exſtructionem, uſque ad n. 586.

577 Gentes ſeptentrionales quibus mediis ſe ad obſidionem tolerandam præparent ac inſtruant? remiſſive.

580 Vſus & diſcrimen aquarum eſt diſtinguendum. Quædam enim gutturoſos; ſtrumoſos & ſtolidos efficiunt; n. 581. 582.

583 Galliæ & Angliæ Reges ſtrumas illas ſanare poſſe, quidam autores ſunt; ſed vide num. 585.

584 Imo Hiſpaniarum Regi divinitus conceſſum eſſe, ut Dæmones à corporibus fugare queat, Chaſſàneus & Tapia comminiſcuntur.

586 Princeps ſuam ſuorumq; ſubditorum ſalutem ac ſanitatem curare tenetur.

587 Princeps vel dominus ſecularis an tempore belli & neceſſitatis poſſit templa munire; & incaſtellare? Elegans, difficilis, perplexa & prolixa diſputatio eſt, uſque ad n. 624.

589 Exercitus raro innocenter tranſire adſolet.

592 Loco ſacro, ſancto & religioſo uti non licet: eumque nec obpignerare n. 600.

593 Sacras ædes ſpoliare, res eſt turpiſſima.

594 Evocatio ſacrorum apud Romanos vſitata.

595 Loca ab hoſtibus capta, deſinunt eſſe ſacra & religioſa? cum n. 626.

597 Pro loci religione semper summa ratio militat.

599 Deo dicata ad alios usus non sunt trahenda.

601 Miles hodie fortis non habetur, militiæque aptus, qui graviter ac gnaviter non blasphemat; juncto n. 602. 761.

609 Cyni & aliorum traditio: Regem quandoque Papa inconsulto posse calices, cruces, & alia Ecclesiæ bona capere pro subventione, dummodo postea restituat.

610 Necessitas frangit regulas juris communis, juncto n. 675.

619 Templa sunt de territorio & iurisdictione secularis potestatis, nisi aliter eximantur.

623 Ritus veterum, ad nostra tempora derivatus, deponendi res pretiosas in templis causa securitatis; juncto n. 721.

625 Sacrilegi sunt, templa Christianorum etiam inimicorum deprædantes: secus vero Turcarum ac barbarorum ædes invadentes, nu. 626.

627 Adiunctum præterea ratione castrorum obcurrit ponderandum: idque est internum, vel externum. De illo agitur n. 628.

629 Externum continet tempus Nativitatis. De qua quæritur: Si duo pluresve fratres habeant castrum commune, num primogenitus claves portarum ac sigilla habere & adservare debeat? Inspice seqq. num. usque ad 646.

633 Naturale vitium est, negligi quod communiter possidetur. cum. n. 634 & 705.

635 Pro primogenito & provectioris ætatis viro major præsumtio pugnat fidelitatis.

636 Et seniores præsumuntur juvenibus meliores cum similibus axiomatibus. n. 637. 638. 640. 641. 642 643.

638 Durum est in conciliatione legum & antinomiarum dicere verba reperiri in iure nostro narrativa, & non decisiva.

644 Quæ sunt facti, non pertinent ad Iurisconsultos.

645 Consuetudo est optima legum interpres.

646 Adsertio tam diu stat, donec contrarium probetur.

647 Non uti licet rationibus ad correctionem eius, quod expresse decisum in iure est.

648 Argumentum bonum ducitur à generali practica & observantia.

649 Custodiæ tempus succedit: respectu condominorum n. 650. & castellanorum. n 651. & 715.

652 Castellani aliis nominibus appellantur: velut castri custos, Burgvogt/Burggraff/ gubernator, Schloßhauptmann/Præfectus, Advocatus, Potestas, juncto num. 653. & 654.

655 Castellanos post Barones in ordine dignitatum posuit Thomas Aquinas.

656 Castellanus ganerbicarum arcium ab omnib. condominis debet eligi: iis deinde fidelitatem iurare n. 651. 657. castrum custodire n. 658. reficere n. 659. aliaque officia exhibere, de quibus remissive n, 660. 661.

659 Adversus vim sola custodia parum proficit.

661 Qui castellanus constituitur, iurare ac cavere solet de restituenda arce, de recte custodienda, domino, & sim. n. 662.

663 Respectu custodiæ & nocturni temporis plures obversantur controversiæ apud Polydorum Ripam.

664 Castellanus si causam habuerit abeundi, & arcem viro bono concrediderit isque postea Domino se obposuerit, quid iuris?

665 Vir bonus quinam in iure civili nuncupetur? remissive.

666 Prætor confidens viro sancto, carceri vel vinculis nuncupando, sed interea aufugienti, an excusetur?

667 Monachum gestare diabolum sub cuculla, Cyni & Corasii dictum fuit.

668 Custodia castri non facile tyroni est credenda; juncto n. 669.

670 Castrorum inquilini vel advenæ num ad illorum custodiam teneantur? cum declaratione l. 17. § fin. D. de excus. tut.

671 Cæsares rata & firma habent Ecclesiarum privilegia. Num vero illæ ab excubiis & oneribus realibus in totum & semper liberæ remaneant? Vide sis n. seq. 672. usque ad n. 677. juncto sup. n. 615.

673 In necessitatibus mutua sibi debent præbere auxilia Princeps & Ecclesia.

677 Heinrici Steronis verba de Immunitate Cleri adfiguntur.

678 Qui castra habet in custodia, non debet literis Domini generalibus fidem adhibere.

679 Item quando suspicio tumultus aut guerræ est, custodiæ castrenses debent duplicari.

680 Custodes castri num vigilias seu excubias inter se inpune possint dividere?

681 Dominus an queat subditos tempore belli cogere ad custodiam castri; Item num obligentur ad custodiam castri, quod ad condominos spectat? n. seq 682.

683 Tempore belli & necessitatis utrum Dominus feudi queat custodire castrum invito vasallo? cum n. 753. 754.

684 Excubiæ & Vigiliæ etiam huc pertinent. Quid sint, & an differant? n. 685. quinam earũ usus & finis n. 686. juncto n. 687.

688 Maiores nostri specula & arces in aquis vel Ripis earum constituerunt.

689 Gentes constructis urbibus & oppidis Turres solent addere: cum altero Romanorum more, quo turba olim committebantur vigiliæ, buccina revocabantur.

690 Leonhardi Aretini relatio, quid ipsi in itinere Constantiensi obtigerit?

691 Relata etiam hic locum inveniunt; quod obiter exponitur.

692 Baro num cogatur Principi ostendere titulum vel iura suæ baroniæ aut castri? Confer. n. seq. 693. 694. 695.

695 Clericus episcopo petenti titulum suæ possessionis edere conpellitur.

696 Num contra officium boni scholaris sit, non semp. Bartolum defendere?

697

667 Quando liceat Cæsari collectis h. e. exactionibus urgere castella Pontificis, ex opinatione Cardinalium apud Güntherum?

698 Viduæ num mariti castrum inhabitare concessum sit, vel potius heredibus?

699 Feudum masculum & castrense, zu Mann oder Burglehen/ quid sit?

700 Castro concesso alicui & filiis, veniunt quoque nepotes; iuncto n. 701.

702 Concordia respectu ganerbinatuum maximum præsidium est, cum num seqq.

703 Propter inimicitias multa intercidunt ac finiuntur.

704 Fratris nomen veteres pro amasio: & Sororis pro amica usurparunt.

705 Rerum communio discordiam excitat; collato sup n. 633. 634.

707 Rara concordia fratrum est, d. n. 704. & iidem testantes, extraneos vel remotiores aguatos plerumque potius hæredes instituunt.

708 Baldi consilium, ut iidem castrorum condomini existentes, mutuam fidem sibi adiuvent: nec alter in alterius præiudicium castrum commune valide alienet, n. 709. addito sup. nu. 387.

710 Non tenetur socius de proditione facta per socium.

711 Condominis castri alicuius existentibus, quorum quilibet sua iurisdictione & imperio uti partialiter cupit, quid decernendum; cum casibus similibus n. 713.

712 Laus Lucæ de Penna ex Zasio.

714 Adversa hic sunt tempus pacis ac belli.

715 Castellanus quando teneatur de custodia? remissive cum n. 227. 228. 237. & 651.

716 Castrum quod homines custodire tenebantur, si propter bellum fuerit destructum, aliudque repositum ad idem officium obligantur. n. 835.

717 Subrogatum sapit & sequitur naturam eius, in cuius locum substituitur, iuncto n. 718.

719 Pax facta cum civitate & castellis, num ad nova adquisita extendatur? confer etiam n. 440.

720 Securitas pariter castrorum hic consideranda venit.

721 Ob quam & castrorum munitionem insignia imperialia olim in iis fuerunt adservata & reposita. Item res pretiosæ & imperialia ossa.

722 Vox Burgfrieden quid designet? eamque frangens quomodo puniatur? cum nu 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. ubi de curiis, Plateis & Palatiis, deque eorum securitate agitur.

730 Ius & necessitas Defensionis nullos limites agnoscit.

731 Belgæ qua ratione colerent factum suum, quod excurrant & munitiones sæpe erigant in aliorum territoriis?

732 Hostis & delinquens num persequi possit in alieno territorio?

733 De apertura Castelli, germaniæ hic Offnung nuncupata rariora subnectuntur, & n. 734. usque ad n. 751. in quibus cognatæ habentur illationes de iure territorii, collegiorum statutis, consuetudinibus, conventionibus & servitutibus prædiorum, respectu temporis diurni & nocturni.

752 Occupatio succedit quæ vel justa vel injusta, & nu 760.

753 Illius species; quando tempore belli castrum vasalli occupat dominus; cum n. 755. 757. 758.

754 Guerra quid Langobardis, Italis, Hispanis & Germanis?

756 Quod fit principaliter illud maxime adtenditur. Vnde ad commodum proprium potius, quam alterius aliquid faciens, inpensas repetere nequit.

758 VVilhelmi Hedæ Alfinii verba de pacto & concordia inter Episcopum Trajectensem & Comitem Hollandiæ.

759 Dux militum conducens milites ad defensionem castri, & sumtus suis rationibus adscribens, in dubio videtur de suo eos exsolvisse.

761 Belli adiunctum solenne est depopulatio agrorum & territoriorum: cum invectiva in hodiernam militiam n. 762. 763. iuncto sup. 601. 602.

764 Dux belli potest prædam dividere, sed non potest donare castella.

765 Milites sunt cohibendi, ne nimis cito inhient ac diffundantur in prædam, cum nu. 766.

767 VVenceslai Imp. ignavi violentia ac vesana cupiditas taxatur.

768 Proditio etiam hic locum sibi vendicat: de cuius autoribus & pœnis agunt ibi adducti nu. 769.

770 Castellanus ab hostibus invitatus, ut accipiat pecuniam & prodat castrum, duplicem an & quomodo possit facere tractatum?

771 Castrum superatum præsumitur amissum culpa custodis.

772 Quis fructus sit clementis imperii, exemplo monstratur historico.

773 Contradicentia quænam hic ratione castrorum autor vocitet?

774 Castra & villæ an & qualia statuta facere queant? cum similibus & Ganerbinatibus & Magistratibus inferioribus nu. 775. 776.

777 Privantia tandem agmen claudunt, seu modi amittendi & dissolvendi.

778 Eadem sunt constructionis, quæ destructionis principia, cum nu. 809.

778 Inter peritura vivimus, & nihil stabile apud homines. Vbi obiter de vocibus Burghalte & Burgstall.

780 Privatio præsupponit habitum; cum ratione ordinis superioris reddita.

781 Ganerbinatus quomodo finiantur? cum num. 785. 786. 787. 788. 789.

612 Consensu contracta dissensu distrahuntur.

883 Societas renunciatione submovetur: cum d. nu. 788. & 789.

784 Principali destructo, accessoria minus curantur.

790 Castra tolluntur divinitus aut humanitus.

791 Deus dat & iterum transfert regna: raro sine mediis nu. 792.

793 Humanitus per vim hostilem & alias causas diruuntur.

794 Vtraque privatio totalis est vel partialis.

795 Et istud fit voluntario aut involuntario.
796 Castellanus si videat castrum esse nimiæ magnitudinis, an tempore necessitatis demoliri partem queat?
797 Nonnulli statuunt, quod Cæsar eximens castrum à iurisdictione civitatis, etiamsi incrementum adsumat, tamen totum pro exemto habeatur.
798 Principem posse civitates magnas coarctare, ut commodior defensio sit, Cynus, Baldus & Laudensis statuunt.
799 Castra etiam voluntario ac simul necessario ob causas alias destruere in bello solemus: quod exemplis ibi fit clarior nu. 800.
801 Involuntario respectu inhabitantium castra destruuntur in pœnam & exemplum: idq; iterum varia ob delicta & commissa n. 802. usque ad nu. 806.
802 Chrysostomus & Metrodorus negarunt, historiam de Troia urbe eversa veram esse.
803 Hoc modo deletis urbibus accidit, quod magnis arboribus: hæ namque diu crescunt, & una hora exstirpantur.
806 Modus destructionis quoad arces à iure Saxonico certus est & definitus: Vbi simul de vocib. antiquis, Bornen/Brennen/Prinnen/& similibus.
807 Bannitum recipiens, celans ac detinens; quid sustinere olim coactus fuerit: & quid circa ædes ipsius servatum? ex Lehmanni Chronico adducitur.
808 Aratrum inducere olim moris fuit apud Romanos in evertendis urbibus, castellisque.
810 Quopacto deleta, Intermori dicebantur, & privilegia amittebant n. 811.
812 Pœna autem ista erat coniurationis & defectionis vel inobœdientiæ.
813 Iudæi urbes funditus delentes sale eas ruderibus adspergebant Rationis coniectura adponitur n. 814. 815.
816 Denique de castri, templi, urbisque destructæ iuribus ac privilegiis agitur: An ita finitis castris & ganerbinatibus ea retineant, vel esse simul desinant. Intricata & dissona tractatio est, quam hac vice autor non potuit pro dignitate excolere. Videatur tamen n. 619. usque ad n. 837.
817 Finitur privilegium, causa cessante & finita.
819 Inutiles, supervacuæ & stultę quæstiones debent silentium rumpere; cum similibus remissive ex Dn. Ant. Heringio.
823 Casus fortuitus excusat, nec jus adimit, neceum providet humanum consilium.
823 Pacto casum fortuitum in se suscipere licet.
824 Collabso & destructo ædificio, manet adhuc jus reædificandi.
827 Semel abolitum per se ad sua sponte non revivificit.
828 Damnum non sentit quod sua culpa quis sibi adtrahit.
829 Vna instantia data sufficit ad consequentiam tollendam.
835 Castro alterius in locum reposito redduntur iura anteriora: sicque subditi ad eiusdem tenentur custodiam, sup. n. 716.
836 Cives si communicato consilio discedant, iura secum deportant; collato n. 721.
837 Collegium regulariter non circumscribitur loco.
838 Quomodo subrogatæ personæ gaudeant iisdem privilegiis, remissive.
839 Veritas consistit in paucis: ut & virtus loquelæ, n. 842.
840 Compendia ambagib. sunt præferenda.
841 Circuitus est vitandus, cum n. seq. 843. 747.
843 Philosophandum, sed paucis.
844 Colophonem autor opellæ imponit, cum solenni voto, civilique auspicio & protestatione ulteriori usque ad finem porrecta & brevi congestæ dissertationis tabula adiecta.
846 Dictum Persii & Zasii: Per me licet omnia sint alba.
848 Ridiculus glossatoris cuiusdam epilogus.
849 In diversum imo adversum hodie rapiuntur, quæ de iure publico evulgantur: & nemo in iurisdictionis pelago versatus est, qui non naufragium fecerit.
850 Nullos patimur iudices iniquiores, quam qui nihil edunt aut docent.

POstquam has LX. numero † quæstiones ex jure publico & privato, bonæque notæ authoribus depromtas hucusque feliciter perduxi, inque lucem produxi, visum est, & hoc loco in mentem mihi venit, ita veteribus in usu fuisse, sine corollario non discedere vel è convivio, vel alias e societate aliqua jucunda: quibus haud quaquam satis videbatur, si quod iustum satisque esset, adepti fuissent, nisi præterea aliquid pro superpondio accessisset. Quem ego morem sequutus, in animum induxi, hanc primam mantissæ partem ne ita nude extruderem aut ad Vos Lectores faventissimos ablegarem, peculiari loco utilia jucundius tractare & rara plenius congerere. Vnde & Cicero *in fin. Top.* dicit, se fecisse quod solent venditores liberales, qui receptis rutis & cæsis, tamen aliqua dimittunt emtori causa ornandæ domus: ita & ipse fecerit, cum scribserit ea, quæ debebat, & quæ pollicitus erat, tamen ultra hoc aliqua adjecerit favore Trebatii causa ornandi libri, quod laudat Zasius *ad §. actionum, nu. 49. Instit. de action.*

action. Itaq; ecce Vobis hæc ingeniosi conceptus sive μελετήματα pro apophoreto adponam; quæ sub manibus, ut aiunt, nata sunt. Accipite ea lubenti animo, & quidem tamdiu in bonam partem; donec reliquum quod deest, fortunante Deo, absolvero. Pari enim filo & stylo, ni tempore aut tempestate exclusus fuero, illa pertexere animus est: & ita insuper, ut Lucilio dicente propemodum

——— *Mantissa obsonia vincat.*

Non vero longum mihi iu hoc campo abeundum est, qui promissionis meæ iterata sæpius citatione factæ conscius, potissimam inter cætera præcedentis tractatus partem ad hanc rerum adfinium classem singulari consilio rejeci, & simul ante oculos habui † nonnullos molendina ad castrorum sive burgorum pertinentias referre, als der Burgen / Schlössern und Vestungen angehörige Particulen / & de utrisque ea occasione simul disquirere; ut ex tractatu meo, ad finem aliqualiter perducto, passim videre est, & wesenbecio nominatim *cons.* 197. *parte* 4. sineque huiusmodi commodis talia vix posse retineri aut prodesse. Quocirca temporis locique rationem habens, malui nunc subjicere † disputationem quam ante biennium Lipsiæ conscribsi, & sub præsidio V. CL. Domini Wilhelmi Schmuck publice ibidem habui, & jam allegationum, rerumque aliarum, curtâ & contortâ adjectione dilatavi; donec majora præstare potero, hæcque studiorum ficilimenta, in justum aliquando tractatum excrescere valuerint, Injuste enim reprehendit aliena, qui meliora non profert. Utilia docentibus maximam gratiam; proferentibus summam gloriam; clanculum vero mordentibus generosum contemptum debemus. Quod ut plenius planiusque intelligant, retinui † præloquium, quod de præsenti materia, tunc temporis thesibus sive conclusionibus istis præmisi. Fuit autem huius, ut loquuntur, tenoris: Cum ex augusto Leonis Imperator. rescribto † istæ materiæ, quæ dignitate nobiliores, cognitione utiliores, utilitate ponderosiores excutiendæ sint, *Novel.* 46. *juncta lege* 6. *in fine D. de precar.* placuit dissertationem meditanti gravissimam, utilissimam, jucundissimam, necessariam, longeque sublimem ac late diffusam CASTRORUM (ut vocant) materiam, ex jure publico & privato depromtam placidæ, cum cohærentibus aliis, censuræ subjicere; quæ à Politicis & Doctoribus paucis non uno loco (nisi à solo † Martino Laudensi *in position. de castris & castellan.* Cunrado Rittershusio *in paratit. feudal. libro primo capit.*17. Paulo Matthia wehnero *in observation. practic. verb.* Ganerben *liter. G. pagin. mihi* 193. *cum sequentibus.* & Jacobo Wernero Kyllingero *tract. de condomin castror. sive ganerb.*) nec eodem debitoque modo proposita sub unum quidem hac vice adspectum ordine alio producere: sed per aliquot conclusiones θετικῶς magis, & pro instituti ac ætatis ratione brevi rudique penicillo delineare. Admodum angusta enim est nostri ingenii, scientiæ ac cognitionis vena, nisi aliorum traditionibus, veluti multiplici lucernarum adpositione juvetur. *sup. in tract. meo de molend. quæst.* 60. *n.* 3. *in fin. infr. in mantis. c.* 2. *n.* 79. Neque tamen † aurificis staterâ, quod alias Varro jubet, unumquodque adpendere constitui verbum; ne eo magis rapiat quis in diversum, ac inputet ea, de quibus nec per somnium cogitavi, multo minus vigilans studio deliberavi: sed responsa prudentum in theses exercitii gratia conjicere, illaque

Marginal numbers: 2, 3, 4, 5, 6, 7

cum judicio sine ullius præjudicio decerpere animus fuit. In eo genere [nam reliqua juris membra satis superque expolita video] quid promôrim, in neutram equidem partem debeo nec cupio statuere, uti nec veteres sequi Academicos: quibus mos fuit occultandi sententiam suam, nec eam cuiquam nisi qui secum ad senectutem usque vixissent, aperiendi, Cicerone *in fragment. pag. mihi 490.* & Augustino *libr. 3. contra Academ.* testibus. Non ergo fraudandus sua laude is, qui κατὰ δύναμιν ea præstitit; ac viam ceteris climatiora moliendi, quique commune adsumsit clypeum:

Sit bonus interpres, nil mala verba nocent.
Sit malus interpres, nil bona verba juvant.

CONCLUSIO,

Sive

ΘΕCIC.

I.

ACturus itaque de Castris sive Burgis, eorumq; jure, von Burgen / Schlössen oder Vestungen und ihrer angehörigen Gerechtigkeit / naturam & legem † Methodi quam tamen sabtiliter loquendo ab Ordine differre judicant Zarabella *libr. 1. cap. 3. de method. 136.* Bartholom. Keckermannus *libr. 3. system. log. p. 3.* & Johann. Neldelius *in opusc. posth. disp. de ordine doctrinæ c. 3.*) merito observo.

8

6

Unde † tractatio hæc partim nominalis, partim realis dici potest. Illa præcedit, hæc sequitur; quod multi probarunt multis, quos adduxi *in sup. tractat. de jure molendin.* vom Mühlenrecht, *quæst. 3. numer. 2.* Nominalis quidem sub se continet homonymiam, etymologiam & synonymiam.

II.

10

HOMONYMIA sive † πολυωνυμία occurrit tam in ipsis primitivis, quam ab illis dependentibus deminutivis & derivativis: Primitiva sunt burgus, castrum & castra.

11

Luithprando est † Burgus domorum congregatio, quæ muro non clauditur, *lib. 3. de reb. per Europ. gest. cap. 12.* Burgi etiam pro suburbiis usurpantur, locis item muratis, seu muro cinctis & vicis, oppidis ac castris seu castellis limitaneis, proque arcibus & propugnaculis; ut demonstrare conatur Kyllingerus *d. tract. de ganerb. castror. discursu 3. num. 1. 2. 3. usque ad numer. 22.* Matthi. Martinius *in lexico philolog. ver. Burgus pag. 202. 203.*

12

Deinde † CASTRVM se ad instar civitatis habere, nec aliter ab ea differre, quam sicut parva civitas à magna, vult Nicolaus Losæus *part. 3. de jure universitat. cap. 13. num. 7.* & inter se in quamplurimis comparati idem scribit *d. p. 2. cap. 18. num. 16. & aliquod seqq.* antesignanum habens Bartolum *in l. 1. §. cum urbem num. 8. & 11. D. de off. præf. præt. l. 9. num. 3. D. de postul.* confer tradita eruditissimi Bertrandi d'Argentrè, quæ descripsi *inf. th. 27.* quæque de castro; pro universitate usurpato, habet Kyllingerus *d. lib. disc. 2. num. 2. 3. 4. 5.* Præter quos nota, quod & Cōstantinus Imperator frequentissime κάστρον pro urbe usurpaverit, in libro quem de administrando imperio ad Romanum filium scribsit, studio & cura Johannis Meursii in lucem producto Güntherus quoque † Norica castra pro urbe Noriberga posuit, *in Ligurino libr. 5. vers. 534. juncta inf. thes. 9. numer. 51.* Ita Imperator Fridericus dixit: In castro nostro Nurembérc, *in constitut. De pace tenenda vers. considerantes libr. 5. feud.* Vide similiter quo sensu Virgilius dixerit alicubi:

1

——*Alpes*

———*Alpes & Norica si quis*
Castella in tumulis.———

1 Vnde superius enunciatum † castrum scilicet quandoque & non in omnibus conparari civitati aut universitati, probe intelligendum est. Nam ipsa significatione, quantitate & inhabitantium multitudine longe differunt; & ideo distinguuntur *in cap. statutum 11. vers. cum vero ibi. universitatem civitatis, villæ aut castri, De rescript. in 6. c. ego Ludovicus 30. dist. 63. l. fin. ibi: ipsius civitatis, vel castelli; vel agri. C. de SS. Eccles.* Quocirca intellige id aut ratione similitudinis, cum omne simile non statim sit idem: aut quoad jura certa & beneficia, extensive per interpretationem favorabilem benignamque & causæ paritatem; quod agnoscit Losæus *d. part. 3. c. 13. n. 1. 2. 7. nu. 14. 18. 29. juncta pag. 1. capit. 2. numer. 37. 38.* sicuti † castrum restituitur in integrum, ut 15 ecclesia, minor, respublica & civitas, *l. 3. Codice quibus ex causis. mai.* Jason ad *l. ut divin. numer. 16. Codice de S. S. Eccles. & in l. si hæres. §. vicis, De leg. 1. per tot. juncta l. 1. ibi: ad exemplum reipublicæ D. quod cujusque universitat. l. 2. Codice eodem. l. 8. D. ex quibus caus. maj. l. sed & hi 13. §. 1. D. de publican.* Lege Speculatorem sive Guilielmum Durandum *libr. 2. part. 3. de restit. in integ. §. 1. num. 20. ibique Additt.* Aut deni-16 que prius † axioma conparare explica, cum majus & minus non varient species, etiamsi urbs major sit castro: unde hoc universitatis nomen fecerunt, quam tamen triplicem Bartolus constituit *infr. numer. 60.* & Synecdochicè id exaudit Kyllingerus, ad universitatem hominum in castris degentium referendo *d. disc. 2. nu. 17.*

17 Ad priora rediens † castrum dico etiam accipi solere pro villa aut pago, in quo plurium casarum est conjunctio. Henr. à Rosenthal *de feud. cap. 12. conclus. 15. num. 39.* Pet. Greg. Tholoz. *lib. 7. syntag. jur. univ. cap. 3. num. 13. & libr. 2. de Republica cap. 1. num. 8.* qui ait: Villa murata Castrum dici potest Latinis, ubi casæ & villæ ante rusticæ concluduntur; villarum conclusio, vallo vel muro facta, vicus magnus conclusus, & vicus parvus conclusus Castellum. Rationem reddit Jacobus Wernerus Kyllingerus *d. disc. 2. num. 11. 13. 14.* Et ita intelligendus est Guillermus Brito *lib. 1. Philipp.*

Insuper & Castrum Castellio nomine, vicus
Nobilis. &c.———

18 Virgilius porro aliquoties † castrum pro nave usurpat & maritimo exercitu, *lib. 2. Æneid. vers. 39 & lib. 3. vers. 519.* ubi id passim observavit Nascimbænius Nascimbænii *in explanat.* & pluribus testimoniis illustrat Ludovicus de la Cerda *in comment. pag. 150. & 341.*

19 Et universim † castrum est munimentum, voxque & Latinis & Græcis nota; ceu videmus in Magno etymologico, Petro Siculo, Constantino & aliis. Gunthero eadem familiaris, & tali significatu nos illam accipimus, proque loco eo, qui potius munitus, quam multis domibus repletus; quod infra nobis synonyma exhibent.

20 Ostendit hoc ipsum quoque † vox apud Germanos conposita, Wagenburgk; militaris propriè, pro præsidio ac munimento curruum: repentino impetu & hoste ingruente facto. Hæc sequitur & adsequitur sensu simili Ammianus Marcellinus *lib. 16. rer. gest.* castrorum perfecta opera, & perficiendi munimenti studium exprimens; qui *lib. 14.* dixerat: *Castris oppleta validis & castellis.*

III.

21 Vox † CASTRA etiam ambigua est.

Notum enim discrimen, quod vulgo constituunt: Castrum numero singulari esse locum muris munitum, Castra autem numero plurali sive multitudinis locum significare, ubi milites tentoria figunt. Præter lexicographos Cunradus Dieterich *discursu politic. de munition. & propugnacul. memb. 1.* wernerus Kyllingerus *d. disc. 2. numero 30. 35.* & Jacobus Spigelius ante eos *in scholiis ad Gunther.* Sed hoc non est perpetuum nec Dd. id observant. Promiscue enim in eo numero ac sensu usurpant, sicuti & mediæ ætatis scribtores. Imo præter Gregorium Magnum *homil. 18. in Ezech.* Marcianum *l. 3. versicul. lex autem D. ad L. Iul. Mai.* Callistratum Jurisconsultos *l. 17. §. fin. D. de excus. tut.* Justinianum & alios Imperatores *in l. 2. §. 8. Codice de officio præfect. præt. Afric l. ultim. Codice de offic. milit. jud. l. 31. post princ. Codic. de testament. l. 7. Codic. ubi caus. fisci. l. 1. Codic. de offic. quæstio. l. 4. Codic. de mag. off.* ipse etiam Cicero videtur hoc facere in hisce: Vallo ac fossa oppidum circumdedi, sex castellis castrisque maximis sepsi, *ad Caton. lib. epist. 15.*

22 Deinde idem Virgilius castra modo † pro navibus; sed & Curtius pro † regione 23 posuit, ut quæ castra Cyri dicta fuit, *lib. 3. pag. mihi. 32.* sicuti Silius Italicus absolute castrum dixit pro castro inui, notante ibi claudio Dausqueo *in not. pagin. 343.* Curtii mentem expressit Galterus Flandrus, qui circiter Annum Christi 1160. floruit, poeta in media barbarie insignis, *libr. 2. Alexandreidos*:

Interea Macedo profugis vastantibus arva
Ciliciæ deserta videns, rapit agmina ductor
Ad loca quæ Cyri dixerunt castra priores.

24 Itaquidam dicunt † maritima castra esse classem, dicuntque navibus se uti quasi aquatico elephanto, quem suis frænis moderentur; ut post Leon. Bapt. Albertum narrat Nicolaus Boerius *decis. 177. num. 7.*

Eadem porro † castra burgi & arces pro- 25 prie loquendo (secus si vulgarem aut hodiernum dicendi usum consideraveris) inter se differunt: quum hæc ex unica tantum domo, illa non nisi ex pluribus (contra, quod Otto Frisingensis vocat Castrum, illud Ligurinus nominavit Domum, ut ad ejus *libro quarto pagina mihi. trecentissima trigesima tertia.* notat Spiegelius) constare possint, ut contendit Kyllingerus *d. disc. 3. numer. 24. 25. & disc. 2. numer. 18. juncto num. 21.* ubi addit † in nominibus castrum & ca- 26 stellum nullam observari distinctionem, nec magnitudinis rationem. Credant id alii per omnia non ego.

Item † castra sæpicule posuit idem Gal- 27 terus pro hominibus castrensibus, seu qui in castris degunt; per tropum scilicet. Vt *lib. 7. Alexand.*.

Compellet Darium scelerum se jungere castris.

Et eodem libro iterum:

Solennes epulas & Bachi numera totis
Instaurat castris. ———

Vltimo Poetam Juvenalem † castra pro 28 agmine servorum ac pedissequarum inmodico posuisse, notat Laurentius Pignorius *in eleg. lib. de servis eorumque minister. pagin. 184.*

IV.

Sequuntur † deminutiva, Castellum & 29 castella. Illud accipitur hic pro loco (ut loquuntur) fortificato seu pro fortalitio & propugnaculo; veluti *in libr. 2. §. 14. Codic. de off. præf. præt. Afr. & l. 2. cum rubric. Codic. de fund. limit. & terris & pal. & pasc. & lim. vel castellorum libr. 11.* sive pro ein hohe

Veste

veste/starcke Behausung / mit Mawren oder Waltzen (al. Wällen) umbgeben/ indem sich die Einwohner wieder mißgönner und Feinde erhalten und erwöhren mögen: oder in das man nicht so leichtlich/ wie in ein Dorff kommen mag / secundum Henningum Göden *consil.109.numer.52.* vel pro casa alta, stricta seu forti & munita muris aut vallo cum barbacanis, juxta Johann. de Platea *in rubric. Codic. de met. & epidem.* Christophor. Besoldum *libro primo politic. capite duodecimo* §.51. Quid vero sint † Barbacanæ, explicat Kyllyngerus; videlicet Gallis dictæ Barbacanes, latebræ propugnaculorum, quas alio nomine Cachettes & cachenettes nominent nostra lingua Schlupffwinckel. Aliis esse dicit kleine Wachthäuser/ welche man pflegt auff die Bollwerck zu eusserst machen. Levinum Hulsium male eas per ipsum verbum Bolwerck interpretari autumat. Italis vero barbacanas esse subjicit, fulcra seu fulcimenta quibus muri atque propugnacula sustentantur, die Füsse der Mawren/ oder die Pfeiler/ so man an den Mauren machet/ damit sie desto sicherer stehen/ und nicht umbfallen/ *d. discursu 2. num. 24. 25. 26. 27. 28. 29.*

30

Cæterum ad homonymiam detegendam pertinet † oppidum fuisse huius nominis, de quo ita Ammianus: Hac Julianus rei novitate perculsus, & conjiciens quorsum erumperet, circumvallare disposuit Castellum oppidum, quod Mosa fluvius præterlambit, *lib.27.p.m.97.* Vide quæ de hoc Castello adcurate notavit Marcus Velserus sive Welserus *in explication. schedæ itinerariæ antiquæ pagin.39.* Et Carolus Clusius prodidit Menapiorum oppidum præcipuum fuisse Castellum, *in descript. Gall. Belg. pagin. 34. 35. 36.* sicuti absolute Situm posuisse dixi castrum pro castro Inui *supra numero 23.* & aliud castellum novum Dalmatiæ, de quo Iohann. Leunclavius *libro decimo octavo. histor. Musulm. pag.784.*

31

Denique & † castellum quandoque sumitur pro aquæ receptaculo aut conceptaculo, juxta Imperatorem in *l.2. Codice Theod. de aquaduct.* quod veteribus etiam Dividiculum, teste Festo *libro quarto* nobis dictum ein Wasserstub/ ut *in l.1.§. ait prætor D. de acquis. quotidian. & æst. l.78. D. de contrah. emt. l.17. §. castella* (ubi in prioribus adnotationibus Guilielmus Budæus multa congessit) *l.38.§ firmius D. de act. emti. l.19. D. de serv. rustic. præd. l. 2. D. comm. præd. l. 2. D. comm. præd. l.41. §. item hoc D. de leg. 1. l.3. Codice de aquaduct. lib.11.* De quibus aquarum castellis Steph. Vinand. Pighium *in Herc. Prodic. pag. 277. 324. 360. 364. 365.* Ioh. Rosinum *libr.1. antiq. Roman. cap. 14.* Hug. Donellum *enucl. ab Osvv. Hillig. part. 1. libr.15. capit.33. liter. F. & Not. D. item libr.11. cap.3. lit. C. & not.* inprimis è veteribus M. Vitruvium Pollionem *libr. 8. de architect. cap. 7.* ibique in commentariis Danielem Barbarum Venetum, Guilielmum Philandrum & Gaudentium Merulam consulere licet. Dixi nonnihil & ego per occasionem alibi, *in supr. tract. de jure molendin.* vom Mühlenrecht *quæst.6. num.28.*

32

Ex his jam constat & vocem † Castella pro hominum propugnaculis atque aquarum receptaculis usurpari. Sed & Castella provincia est in Hispania, quæ à subjectione Regum se subtraxit. Causam exponunt Franciscus Taraffa *libr. de regib. Hispan. in Ordonio 2. in Alphonso 4. in Raimirio 2.* & Petrus Gregorius Tholozanus *libr. 6. syntag. juris univ. cap. 20. nume. 21.* Passim ejusdem

33

dem quoque provinciæ meminit Johannes Mariana *in histor. de reb. Hispan.* Pertinet & huc † edictum crudelissimorum Hispanorum, quod apud Indos proposuerunt tale: Cacici & Indiani hujus loci; vobis omnibus notum facimus, unum esse Deum, unum Papam & unum Regem Castellæ, qui harum rerum est dominus &c. Videatur Barth. Casaus episcopus Hispanus, *de crudel. Hisp. in Indos.* Theodosius Berenicus *in tuba pacis Sciopp. pag. 17. 308. & seqq.*

34

De † derivatis & cognatis vocabulis, inde provenientibus, aliquid etiam differerem: Sed ne mole libelli humanissimum lectorem absterrerem, ablegare eum volui ad eumdem Kyllingeri *discurs. 2. & 3. per tot.*

35

V.

Circa † ETYMOLOGIAM variant quoque auctores, nec una omnium est sententia. Communiter castrum à casa dictum esse volunt; quomodo sentiunt suis locis, Tholozanus, Kyllingerus, Theodoricus: quod quædam sit quasi casarum conjunctio, & ideo proprie adsignari propugnaculis minutioribus, quæ nil nisi casas humiles & attegias contineant; qua ratione & alia plerumque nomina neutrius generis conposita exstant, ut: fruticetum, arbustum, salicetum, rosetum &c. Rosenthal. *d. nume. 39.* Matthi. Martinius *in lexico philolog. verb. castrum pag. 407.* At hæc originatio, ut fatentur, majoribus castris & arcibus non convenit.

36

Alii vero † sicuti à clausum claustrum, à flutum flustrum, à frio frustrum: ita à cado casum & castrum dictum putant; ut hoc non diu durans aut stabile domicilium vel ædificium notet, autore Christiano Becmanno *in lib. de orig. L. L.* Certum hoc, si præter aliam rationem quam de tentoriis Martinius adfert, non ex firmo luto, cæmento, lapidibus, lignis, aliisque adminiculis, de quibus mox *th. 13.* Quemadmodum Garcia Silva Figueroa inquit: Ædificia cuncta crudo latere, stipata ve paviculis intra binos asseres terra construuntur; fluxa quippe materia, quæ diurnare vix potest, nedum perennare. *in Epistola de reb. Pers. pag. 6.* Diutissime hoc ante eum probavit etiam Marcellinus Comes, quem inspice, *in chron pag. mihi 49.*

37

Sed & necesse alias est, ut quæ hominum exstruxerunt manus, cædem destruere valeant, vel tandem aliquando sua natura corruant, *Inf. th. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69.* Nimis ergo lata, remota & inpropria est hæc etymologia, quæ rebus omnibus conpetit: quarum, ut Comicus dicebat, vicissitudo est; & nihil existit, quod in natura stare perpetuo possit. *l. 2. §. sed quia divinæ 18. Cod. d. vet. iu. enucl.* Joh. Bodinus *in method. hist. cap. 7.* Georg. Schönborn *libr. 7. polit. cap. 1. & 2.* Henr. Salmuth. *in notis ad nova reperta Panciroli lib. 1. rer. deperdit. & nov. p. m. 7.* Vnde verissime Marcellus Palingenius *in Gemin Zod. vit.*

38

Quælibet orta cadunt, & finem capta videbunt.
Ingentes urbes populosq; ingentia regna,
Supremos montes, & maxima flumina, tandem
Aufert longa dies. ——

Reliqui † castrum à castratione vel castitate deducunt, Dixi enim antea, quod differentia ista vulgo constituta non adtendatur perpetuo: quoad numerum scilicet, non separatam significationem. Etiamsi itaque Kyllingerus ipsa etiam castra militaria à castro (in cuius generis arcibus tamen æque milites præsidiarii, Soldaten so in Besatzung liegen, constituuntur) vel casa

39

causa derivet *disc.2. numer.30.35.* alii tamen aliter sentiunt, & Castra illa dicta fuisse volunt quasi casta; quod in illis castraretur libido, in quibus † primis temporibus non intererat mulier, & meritò lege prohibitum erat. Ita Isidorus Hispalensis *libr.9. etymolog. cap.3.* Servius Honoratus Maurus *ad Virgil. libr.3. Æeneid. vers.519. & ad lib.8. vers.689.* Godeschalcus Stewechius *ad Veget. lib.1. cap.3. pag.8.* Barnabas Brisonius *libr.3. de verb. signif.* Vide etiam Iust. Lipsium *de milit. Roman. lib.5.* Cunrad. Rittershusium *ad Gunth. libr.7. vers.282.* Thom. Dempsterum a Muresck *in paralip. ad Rosin. lib. 10. cap. 12. pag.1030. cum seqq.* & quæ ego aliquando notavi *in discurs. histor. polit. philolog. ad Justinum lib. 1. cap.6.* num id promiscue de omnibus fœminis sit intelligendum ac constituendum. Incidenter nunc adjicio ex Sermonibus B. Martini ista, quæ & ipsa sunt præclara: *Mulier*, inquit, *virorum castra non adeat, acies militum separata consistat, procul fœmina in suo degens tabernaculo sit remota. Contemtibilem enim reddit exercitum, si virorum cohortibus* (Pariensis edit. vet. habet, cætibus) *turba faminea misceatur. Miles in acie, miles pugnet in campo, mulier se intra murorum munimenta contineat. Habet & illa gloriam suam, si pudicitiam viro absente servaverit: cujus hac prima virtus & consummata victoria est, non videri.* De molli hac & delicata fæminarum legione apud Tacitum legitur justa Severi Cæcinnæ conquæstio: Inesse mulieres comitatui, quæ pacem luxu, bellum formidine morentur, & Romanum agmen ad similitudinem barbari incessus convortant, *lib.3. annal.* Pulchre etiam Galterus *libr.5. Alexandreidos:*

——— *vires*

Non ægrè reparabo meas, pretiosa supellex,
Castraq́; castratis, & multa pellice plena,
Quanti sint hominis, (a) *& quantum bella gerentes*
Impediant usu longo didicere potentes.

(a) elegantius MSS. oneris.

Sed & eleganter Iohannes Turpinus concludit: Quapropter, inquiens, nec decet, nec expedit habere mulieres in castris; ubi libido castranda est, impedimentum animæ simul & corpori &c. *in hist. de reb. gest. Karuli Magni cap. 21.* Qua denique voce lusit in Monachos bellaces nuper Ioh. Georg. Dorschæus *cent.1. epigram.91.*

In castris Monachi Veneris fera prælia miscent:
Castrati Monachi dicier inde queunt.

Ita variant in adsignanda origine. Eligat ergo quamcunque voluerit quisque derivationem. Mihi injunctum illud: manum de tabula, quum † non spinose aut superstitiose nimis inquirendum sit in derivationes verborum, auctoribus Dn. Waremundo ab Ehrenberg *lib.1. de fœderib. c.3. n.7.* Ventura de Valentiis *lib.1. parthen. litig. cap.5. nu.9. c.14. num.5.* & etymologiæ persæpe fallant: neque rursus boni JCti sit, tam curiose sectari nomina; cum leges rebus inponantur, non verbis, *l.2. in fin. C. comm. de leg.* Anton. Faber *ad princ. l.1. D. de just. & ju. in Rational. suis.* sed in † docendo & demonstrando jugulum quoque premere, suasore Plinio *lib.1. epist.20.* potiusque πολύνοιαν, quàm πολυλογίαν sequi debeamus, teste Cujacio juris ocello *in præf. observat.* Maxime quum † omnium, quæ apud majores nostros in usu fortassis, ob multas causas non possit semper exacta origo ac ratio reddi; præsertim in vocabulis, quæ indies crescunt, decrescunt ac immutantur, Franc. Sanches *in libell. de scientia,*

C

40 41 42 43

tia, quod nihil ſcitur, paſſim, & arg. l. 20. D. de legib. ad quam elegantem Fridericus Hortlederus ſcripſit diſputationem.

VI.

44 SYNONYMIA † proinde eſt in his, dum omiſſis linguis aliis, Græcis: πύργος, κάστρον, φρούριον, ἔρυμα, πρόβολη, ὀχύρωμα, Latinis vel latina flexione aut terminatione apud alios populos, caſtrum, caſtellum, aix, propugnaculum, curte, fortalitium, oppidum, civitas, burgus vel burgum, maiſon, munimentum, munitio, munimen, cluſuræ, &c. Germanis: ein Schloß/ Bürg/ Vöſt oder Veſtung adpellatur; item ein Stein. De ſingulis multa congerere ſupervacuum duco. Paucula eaque rariora monere ſufficit.

45 Priora † conprobantur, & indicium hujus rei præbet Magn. Etymolog. in quo hæc conjunguntur: φρούριον, ὀχύρωμα, ἢ κάστρον. Petrus Siculus: κατῴκησεν εἰς Κίβοσσαν τὸ κάστρον. & poſt pauca: κατὰ τὸ νότιον μέρος τοῦ κάστρου. Apud Conſtantinum vero hæc crebrius obcurrunt. Sic etiam Juſt. *lib.* 11. Καστέλλους τὰ φρούρια τῇ λατίνων καλοῦσι φωνῇ. Ovidius denique *libr. 5. Triſt. el.* 10.

Vix ope caſtelli defendimur, & tamen intus
Miſta facit Gratis barbara turba metum.

46 Cæterum † Arcis nota eſt ſignificatio, & non tàm à græco ἀρκέω, quàm à latino Arceo, i.e. propulſo: quòd hoſtis inde arceatur, vel accedere prohibeatur; ſive quod is locus munitiſſimus, à quo facilius hoſtis prohiberi poſſit, juxta Varronem *lib. 4. de ling. lat.* Qui tamen in aliis fruſtra laborare videtur, dum nimis inique eruere cupit omnia è Latinis, Græcisque ſuas origines invidet. J.C. Scaliger *cap. 29. de cauſ. ling.* Solinus vero arcem ab Arcadibus deducit, qui minutiſſimos quosque colles ſub Evandris tenuerunt. Forſitan, inquiunt alii, & inde accepit nomen, quod arcta ſit ſive ſtricta, ab arctando. *inf. num. 60.* Conſule Kylling. *d. diſc. 2. nu. 62. uſq; ad finem.* Tholozan. *lib. 2. de Republ. cap. 5. n. 2.* Per translationem deinde hac voce (arx) utimur, pro ſecuro ac validiſſimo præſidio: item pro cœlo & ſummo cujuſque rei apice. Vide Caſparum Barthium *in comm. ad Claud. lib. 1. in Ruf. v. 355. & 4. Conſ. Hon. v. 198. 234. ad Conſ. Manlii v. 6. & lib. 1. de rap. Proſerp. v. 215.*

47 Reliqua † vocabula hic conjunctim poſita, & pro ſynonymis aliquando ab autoribus habita, explicant Mathematici uberius, & ſimilem navavit operam Kyllingerus in ſæpius laudatis *diſcurſ. de ganerb. caſtror.* Superſunt pauca, ab aliis nondum occupata. CURTE enim pro caſtro interdum ſumitur, & verbum eſt Langobardicum, ut patet ex multis juris feudalis textibus, antiquiſque legibus aliis, quas Fridericus Lindenbrogius in unum corpus redegit.

48 Similiter † MAISON Gallis denotat idem fere quod caſtrum, ſicuti pleniori intellectu docte reſolvit Bertrandus d' Argentrè *inf. th. 27. n......*

49 Sed & † Clauſuræ ſeu Cluſuræ videntur eſſe eædem, quæ caſtella limitanea, ſeu per limites conſtituta, dicente Kyllingero *d. tract. de ganerb. caſtror. diſc. 3. num. 16. per l. 2. §. & homines. 3. cum §. 14. C. de of. præf. Afric. l. 2. C. de fund. limit. 2.* Unde Germanicum Clauſen/ quaſi caſtra, quæ ad clauſuras (i.e. ad anguſtias adituum, quæ regionem aperiunt, ut & ex Curtio Briſſonius refert *lib. 3. de verb. ſignif. verb. clauſuras.* adde Pratt. & Calvin. *lexic. jurid. verb. eod. juncto inf. c. 3. de fame & ſiti, num......)* ædificata erant ad tuendos imperii fines ſive limites: idque tam ex illis textibus manifeſtũ evadit, quàm ex *l. 4. C. de off. mag. off.*

Ger-

50 Germanis itidem castrum † Stein/ absolute antiquis temporibus dicebatur; quod cum ex aliis indiciis, tum ex compositis nominibus innotescit. Adstipulatur Kyllingerus: nisi quod ipsi videatur id nomen illis solis arcibus fuisse olim tributum, quæ petris, rupibus atque saxis inædificatæ erant, die auff Stein und Felsen gebawet waren. Sic der Stein zu Baden in Helvetia: & in eadem significatione arces Itali vocant Rocca; quod petram quoque denotat, *dict. discurs. 2. num. 67. 68. 69.*

51 Denique † BURGUS fuit sæpius & adhuc dictum castrum: ceu pluribus exhibent Isaacus Casaubonus *in not. ad Polyb.* Jac. Werner. Kyllingerus *d. discur. 3. per tot.* & Matthias Martinius *in d. lexico philolog. verb. burgus. pagin.* 202. 203. qui simul ambiguitates ejusdem vocis dissolvunt, & num vocabulum sit græcum, latinum aut germanicum disceptant. Plerique observarunt, origine græcum esse verbum: usu autem latinum, & paulatim germanicum.

Sicut enim κάστρον posteriori ævo irrepsisse, ex Constantino supra innui: ita & burgos vice versa à πύργοις provenisse, (juxta laudatos autores, & præter illos Pighium *in Herc. Prod.* Besoldum *in polit.* Pithæum 1. *advers. cap.* 14. Andream Althamerum *ad Taciti Germ.* Godeschalcum Stewechium *ad Veget. lib. 4. capit. 10. m. p.* 241. Antonium Heringium *tract. de fidejussoribus. cap. 16. nu. 11.* Marquardum Freherum *in orig. Palatin. part. 1. pagin.* 55. 56. & Christianum Becmannum *de orig. latin. lingu.*) multi scriptores tradunt; illosque turres, arces & castella vocasse Germanos conmemorant. Burgus enim significat & turrim & castellum, & urbem, notante Martinio. Hinc nobis trita Burg & Bürger/ oppidanus ac civis. Isidorus inde quoque crebra per limites constituta habitacula burgos vocavit, inquiens: Burgarii à burgis dicti, qui crebra per limites habitacula burgos vulgo vocant. Unde & Burgundionum gentis nomen inhæsit; quos quondam, subacta Germania, Romani per castra disposuerunt, atque ita ex locis nomen sumserunt, *libro nono, capite quarto.*

Unde & LXXII. Interpretibus: πύργος φυλασσόντων, turris custodum est, *2. Regum* 18. *vers.* 8. Similiter Helena apud Euripidem inquit:

——— μάρτυρες δέ μοι
πύργων πυλωροὶ, κἀπὸ τειχέων σκοποί.

Hoc est:

——— *Testes autem sunt mihi*
Turrium custodes, & è muris speculatores.

Adjunge quæ Tacitus in principio Germaniæ suæ scribit de Asciburgio. Diesburg in Geldris, vel à nomine Ulyssis, quasi ὀδυσσειπύργιον: vel à nomine ἀστυ. Præter hos Cunradus Lagus Jurisconsultus hæc sequentia habet: Daß Vestung deß Landes Burg genennet seyn worden bey unsern Vorfahren/bey denen solcher Herrschafft Nahmen in grösserern Gebrauch gewesen/dann jetzund/das ist wohl zu vernehmen auß dem Text des Weichbilds Articul. 7. Darinn angezeigt/ wie die Burg erstlichen in Teutschen Landen gebawet seynd/ und allda mit dem Wort Vestung das Wort Burg bedeutet wird. Auch so wird noch heutiges Tages zu Nürnberg die Burg allda eine Vestung genennet. Hæc ille, quæ huc faciunt, *in comparat. juris civil. & Sax. lib. 2. cap. 8. vers.* ein Burggraff. Denique utitur eadem voce Guilliermus Brito Armoricus *lib. 2. Philippidos*:

Opposuit medium summe natura fluentum,
Qui burgum vallo disterminat exteriori.

Et mox:

Dum parat ergo Comes acies transferre per amnem
Vt magnum turmis cingentibus undiq; barcum. *

* al. burgum seu burcum.

Idem ibidem:

Turribus & muris nimis altas atq; profundas
Fossis interior burcus securus ab omni
Hoste videbatur, & inexpugnabilis esse, &c.

Et lib. 7.

Tam clarum burcum, tam fortia mœnia vidit, &c.

VII.

Realis vero † nostri incepti cognitio 52 absolvitur, definiendo & dividendo, cæteraque argumenta topica deducendo. Definitio enim ἀρχὴ ἐστὶν πάντων, Aristot. 2. *post cont. 72.* καὶ μεγάλην ἔχει ῥοπὴν πρὸς τὰ ἑπόμενα. 1. *Ethicor. cap. 7.* quæ necessariò inserenda, per ea, quæ tradit Troylus Malvitius *tractat. de canonizat. sanctor. dub. 1. num. 1.* Ludovic. Bologninus *tr. de* 53 *indulgent. num. 1.* Etiamsi aliàs † in jure sit periculosissima, secundum Doctores *in l. omnis. 202. de R. I.* Tobias Nonius *ad pr.* 54 *tit. Inst. de testam. num. 39. pag. 52.* † Imo eam tractare, legi divinæ contrarium quidam superstitiose existerent. Freder. Scotus *responso 1. num. 23. circa med. lib. 1.* referente Rutgero Rulando *tr. de commission. libr. 1. cap. 3. numero 1. & 2. part. 1.*

55 DEFINITIO ergo † castri hæc sit: Castrum est locus natura vel arte in commune imperantium & parentium salutem atque securitatem munitus. Sunt qui paulo aliter illud definiunt: sed parum 56 discrepant. Possunt enim † plures esse unius rei definitiones, figura verborum, non substantiæ demonstratione distantes, inquit Cujacius *lib. 18. observ. ca. 38. ad finem.* & unum pluribus definitionibus finiri novum non est, quà ad varium causæ genus, variasque conditiones spectatur, ait Latinus Tancredus *lib. 2. de fame & siti cap. 5. pag. 46. b.* Nec meum est in præsentiarum omnes rigorose examinare, & ad trutinam rationis exacte examinare.

VIII.

Sed cum hîc † ordo procedendi rectus 57 dicatur ille, quo à definitione incipientes, ad divisionem successivè devenimus, secundum eundem Tobiam Nonium *ad tit. Instit. de oblig. numero 1. pag. 372.* (definitio enim habet se ut primum & generalissimum; distributio verò ut huic proximum & subalternum. Vide sis ex antiquis Dd. Iohan. Franc. de Pavinis *tract. de offic. & potest. capit. sede vac. in proleg. num. 5.* Ubi etiam subjungit, quod divisio principalis debeat esse bimembris; idemque tradit Sebastianus Medices *tract. de novation. in princ. numero 7.* vel ad eam reducibilis, ut docet Curtius junior *tractat. de feudis qu. 8. cap. 9. num. 3 & seqq.* referente Sigismundo Scaccia *tract. de judiciis. lib. 2. cap. 9. num. 1380.*) idcirco castrum DIVIDI hoc modo potest.

I. Respectu † acquisitionis in Preca- 58 rium & Pretiosum, i. e. gratuitô vel pretio & cum onere, aut titulo oneroso vel lucrativo acceptum: scilicet per donationem, legatum, conditionem, venditionem, feudum, emphyteusin, & simil. de quibus alibi ago.

II. Ratione qualitatis & suæ naturæ in Liberum & Ligium seu servum, quasi liga- 59 tum juramento & servitio, *argument. tot. tit. de fendo ligio. libr. 2. tit. 99.* Quod speciali

ali quidem indigeret explicatione memorum: sed indubie etiam prolixiore. Quare consulendi potius Dd qui passim de homagiis, feudis, investituris, servitutibus ac rebus adfinibus aliquid literis commendarunt. Omnia enim fuse illustrare, & cum præcipuis exacte pertractare, mei hac vice instituti non est; uti nec virium, i.e. ingenii & judicii. Commode iterum subcurrit Guillermus Brito, qui tali sensu versus verbaque hæc usurpavit *d. libr. 2. Philippidos*:

Esse tenebatur homo ligius atq; fidelis,
Et tanquam domino jurando jure ligari,
Reddere servitium, quod jus Feodale requirit.

Et lib. 3. non procul à princip. utrumque conjungit:

Justa tamen ducebat eum pro tempore causa
Cum foret Anglorum feodali jure ligatus
Regibus, atq; viros illis deberet & arma;
A quibus & villas & plurima castra tenebat.

Idem lib. 9. in fine:

Immo tenebatur urbi fidissimus esse
Præsulis & Regis homo ligius & feodali
Jure tenens ab eis terrarum quidquid habebat.

60 III. Respectu magnitudinis & quantitatis in Magnum & Parvum, seu latum & strictum. Præter alias causas vel hinc castrum burgumque universitatis nomina esse, communiter scribunt Dd. *sup. nu. 12. 16.* Baldus *in c. 1. col. 4. in fin. de capitan. qui cur. vend.* Boerius *decis. 320. num. 2.* Quetta *consil. 4. num. 2.* Losæus *part. 1. de jure universitatis. c. 2. numer. 1. 35. 36. 46.* Tuschus *tom. 1. pract. conclus. 115. 116. lit. C. pagin. mihi 383.* Atque eo respectu Bartolus in simili triplicem facit universitatem: unam largam, quæ faciat Provinciam: alteram minus largam, quæ constituat Civitatem: tertiam vero minimam, ut Castrum & villam, *consil. 89. num. 1. lib. 1.* Besold. *lib. 1. polit. c. 12. §. 4. n. 49. 50.* Et ideo quoque putant nonnulli castrum dixi, quasi casa stricta, ad differentiam oppidi vel pagi: quia non debeat esse nimis spaciosa seu diffusa habitatio, ne egeat custodia multa, Barn. Græven *ad Gail. lib. 2. obs. seu concl. 62. à princ.* sed per paucos possit servari, ut præcipit Justinianus Imp. *in d. l. 2. §. 14. C. de offic. præf. Afr.* Losæus *d. cap. 2. nu. 36.* Kylling. *d. disc. 1. n. 65. usq; ad fin. cap. juncto inf. num.....* Expertus hoc est Nehemias *2. Esdra 4. v. 10. 9. cap. 7. v. 4.* & egregie idem hodie Batavi observant, velut de ipsorum munitionibus constat. Hæc quoq; tangit J. C. Scaliger *exercit. 260.* Sic castrum Usia licet exiguum vocet Alexander Magnus; tamen multum negotii ipsi creavit: uti videre est apud Galterum *libr. 6. Alexandreidos.*

61 IV. Intuitu possessionis ac dominii castrum potest dividi in Proprium & Commune. Hinc discendit † Ganerbinatus, 62 rerum inmobilium & incorporalium condominium. Inspice Kyllingerum *d. disc. 1. num. 48. 49. 50.* Non enim solummodo hæc vox totius Germaniæ usu confirmata est: sed etiam † verbis quandoque 63 abutendum, ut res intelligamus, *arg. l. 3. l. 4. D. de præs. verb.* Warem. ab Ehrenberg *de fœder. d. lib. 1. cap. 3. num. 39.* Et id à me est observatum, quod Demetrius Phalerius vult; ut scilicet nomen novatum aut compositum planum fit & ex consuetudine, ac deinde similitudinem habeat ad alia, quæ in usu sunt, *in lib. de Elocut. m. pag. 93.* Sed de ganerbiis castrorum vide plenissime laudatos *supr. num. 6.*

64 Præstat tamen † unum esse dominum, quàm

quàm plures: nec jura sunt dividenda cum ditionibus. Eædem enim, quæ pro principatu & pro castro militant rationes. Sic ergo Albertus Krantzius: Per id tempus Nicolaus de Wirtenburgo Comes (pars est ea Comitatus Zwerinensis, per partes divisi, cum multi essent filii coheredes) quo consilio, non est omnis dicendi locus. Sed tamen si Principatus per Germaniam indivisi manerent, longe formidabilior esset virtus ejus, quàm sit modò, cum sit multis partibus dimembrata: ut crebrius in se versis viribus abutatur eviscereturque, quàm ab exteris superetur: Non sic Francia, quæ semper studet unico per omne regnum principatui; unde fit ut crebrioribus victoriis illustretur, minus civilibus bellis laceretur, &c. *lib. 8. Vandal. cap.* 11. Lepida narratione idem ulcus paulò liberius, styloque elegantiori tangit. Euphormio iste Satyricus, h. e. Joannes Barclajus, dum ita scribit: Principes, ut in ingenti regione, permulti. Sed divisæ inter agnatos singularum familiarum opes ingentium titulorum magnitudinem sæpe non æquant; quippe haud multo secus Provincias atque Dynastias, quàm privatæ sortis hæreditatem dividunt. Eo modo Saxoniæ principatum forte plures hoc seculo fratres inter se spargebant: & quoniam res ardua erat, legum & consuetudinum periti his advocantibus convenere; qvibus in conclavi sedentibus cum litigantes fratres adessent, emotæ mentis vir, sed innoxia jucundaque insania consuetus delectare audientes, in id secretum perrupit, quem grandior natu ex Saxonicis fratribus intuens (nam is illius aulæ cibisque assueverat) vis autem & tu, inquit, sententiam dicere de herciscundæ familiæ rebus? At ille, & quidni, inquit, velim? Exspectaverant omnes ab amente ridiculi leporis venustatē. Igitur rogare perseverant, ne in tanta re suum consilium deesse pateretur. Sed ipse negabat, nisi vestis qualem Jurisperiti induebant, sibi daretur, tantæ consultationi misceri; cum illa, se sapientiam esse sumturum. Hilarior genius omnes invaserat: Adeo ut ipsius quoq; herus, non sine maximo risu, juberet, de penu sua produci suffultam pellib⁹ togam, injicique cupienti; quàm ut ille curiose aptavit, bis terque per triclinium spatiatus, rogare dominum cœpit, ecquid se illa vestis deceret; Egregie, inquit, sed superest, ut his rebus, quæ inter nos agitantur, tua sapientia modum imponat, ille brevem in se moram esse respondit; in proximum conclave paulisper abiturum: illic se melioris sapientiæ spiritus ad consilium arcessere velle: Cum eò secessisset, adduxit repente ostium, ne quis arbiter prudenti nequitiæ interveniret; exuitque illam togam, & gladiolo quo erat accinctus, ab humeris ad fimbriam in longas & exiles partes exsecuit. Ita laceram cum sibi iterum injecisset, referat fores, pervenitque ad dominum, & intueri rursus jubet quàm ornatus incederet. Iracundia arcuit risum, quia pretiosa erat vestis, quæ ita in partes perierat, & ô te vecordem, inquit, flagellisq; scindendum, nihil verò timuisti dominicæ vesti furiosas afferre manus? Neque ille conterritus; ridiculum, inquit, cum vos multo periculosius, tam graviter mihi irasci. Hæc est vestræ fortunæ imago, quam indui; multoq; stolidius Saxonicum Principatum perditis, quàm ego hanc togam. Incolumis me decebat; ridetisque discerptam: Ita Saxonia integro corpore viget, armis & opibus gravis, cum eam per partes laceraveritis, nemo pristinam dignitatem agnoverit. Ita exterus ille de Germanis loquitur, & per emo-

ignotæ mentis virum intelligit eum, quem Electoris Saxonici aula tunc habebat, notissimo nomine vulgo Claus Narr dictum, *in Icone animorum, cap.5. mihi pag.110. & 111.*

Hinc factum, vel malitiosa perfidia motum arbitror Gasparem Scioppium, natione Germano Francum, ut adfirmare nuper ausus fuerit, *in Ecclesiastico suo cap.82.* Hodie è Protestantium Principum numero illustrisimos, imo Regiis familiis editos, inveniri, quorum annuus census CC. aut CCC. aureorum summam non excedat; qua quidem ex re usuvenire eis nonnunquam soleat, ut Poetice potius, quàm Regie vestiantur: quod tamen omne merè Scioppianum, i.e. prægrandem ac turpissimam apostatæ calumniam, in odium Protestantium Principum nequiter confictam esse, (uti certè post homines natos Sol nihil illuxit maledicentius isto Scioppio, scopis ac cœpis digno, imo jamdudum collare à restione promerito) nemo bonus dubitare debet, dicente Friderico Achille Duce Wirtenbergensi celsissimo apud Thomam Lansium *in diss. de principatu Europ. orat. contra German. mihi. pagin. 810. 811.*

Quidquid sit, præter casum sequentem & causas alias æquè vel magis necessarias, manet firmum axioma: Principatus non temere, nec promiscue ab omnibus esse dividendos. Quando tamen Princeps videt provinciam esse ita magnam, ut commode regi non possit per unum, eam debet dividere. *argu. l. quas gratias & l. in nom. dom. Codic. d. t. de offic. præf. præt. Afric.* ubi vide Azonem *in summa*, quem sequitur Martinus Laudensis *tract. de Principe. quæst. 194. juncta qu. 462.* Imo regnum (sicuti & castrum probante Kyllingero *disc. 6.7.8.* Argentræo *d. comment. ad consuet. Britan. tit. 16. art. 329.*) de sui natura & essentia, ac etiam de jure communi, nullam patitur divisionem, etiam quod ejus partes ex opinione Guilielmi de Monserrat. *tract. de success. reg. dub. 2. n. 2. p. m. 36. ut in cap. intellecto. de jurejur.* Vide sis ergo duos istos authores, qui de dismembratione feudorum ac castrorum divisione late disceptant: quibus adjungo Gailium *lib. 2. observ. 153.* Zasium *de feud. p. 9. n. 40. 41. 42. cons. 20. n. 1. 2. 3. 4. cum 7.* Th. Mich. *de jurisd. th. 133.* & Theo. Reincking *tract. de regim. secul. & eccl. lib. 1. class. 4. c. 17.* Pet. Sanz Morquechus *tract. de divis. bonor. cap. 5. & 7.* Videntur enim mihi hæc protulisse, nō de Imperatoribus aut Pontificibus (qui hanc potestatem postea etiam sibi vindicarunt, quamvis injuria) sed de inferioribus Principibus, tali beneficiaria investitura regiones suas imperio acceptas ferentibus; num & quando liceat sine superioris authoritate eas proprio ausu dividere? Hinc contendunt quidam, ad solum Cæsarem & Papam spectare divisionem regnorum ac principatuū, apud Henningum Hamelium *in repetition. tit. Instit. de action. capit. 52. num. 20. juncto cap. 50. num. 33. 37.*

65 Denique, ut in viam paulisper redeam, respectu † usus & abusus sive accidentis. V. castrum distingui potest in Defensivum, seu Offensivum aut invasivum. Quæ huc spectant, uberius repete ex Politicis ac Historicis, eaque occupata iterum sunt à Cunrado Rittershusio *in d. partit. feudal. capit. 17. pagin. 232. 233.* Is enim optime membrum hoc explicat, & usum abusumque inde subsequutum ostendit. Paucula & minus obvia ex penu meo adferam, quæ illius opinionem belle confirmant. Exscribenda igitur Cunradi Lagi rela-

relatio, quæ iterùm talis: Und ist derhalben dabey wohl abzunehmen/daß wie nach Anzeigung deß Texts Weichbilds Articul. 7. Die Römer in Teutschen Landen die Burg gebawet/die Land darauß zu bezwingen; Also haben die Teutschen hernachmals/da das Reich an sie von Carolo Magno kommen/dieselbige Burg der Ritterschafft eingethan von Schutz wegen deß Landes/ und die jenigen/denen sonderlich grosse † Vestung deß Reichs/ wegen jhrer Ritterlichen Tugend und Mannheit ist untergeben/seynd genennet worden Burggraffen. Hactenus ille dicto loco commode hæc cum duplici inversoque insuper castrorum exstructorum & occupatorum fine notanda conmemorat. De Burggraviis vide ulterius Kyllingerum *d. discur.* 3.*numer*.148. 151.153.*cum* 7.*sequentibus*. Post Besoldum *in discur. de Comitib & Baronibus, num*.11. Nec obstare videntur tradita Philippi Melanchthonis *in Chronic. lib.... pag. mihi.....* Hæc enim nominis significatio vetustior & generalior est altera speciali & tituli certi inpositione. Confirmantur porro eadem historicâ fide Felicis Fabri Ulmensis Monachi, qui Prior Dominicanus, ejusq; Ordinis Provincialis fuit, & ante multos annos, pro ratione rudioris istius seculi, de hodiernis † ducibus Wurtembergicis, deque titulis ac castris conpetentibus in hunc modum scripsit: Anno Domiini M.CCC. LXI. ascendit de Austria Dominus Dux Rudolfus, Austriæ. Stiriæ & Carinthiæ &c. Dux. & terram Patriarchæ Aquilegiensis ingressus, nam igne & deprædationibus vastavit cum adjutorio Imperatoris Caroli, eumque Patriarcham compulit ad satisfaciendum suæ voluntati. Insuper castrum Grimenstein in diœcesi Constantiensi cepit illudque ædificavit. Eodem anno discordaverunt duo Comites de Wirtenberg, inter se, & Comes Eberhardus cepit Consiliarios fratris sui Ulrici, & ivit cum armata militia ad omnia † castra & oppida, quæ eis erant communia, & compulit sibi soli fidem & juramenta præstare. Comes ergo Ulricus Imperatorem adiit, & contra fratrem suum querimonias movit. Imperator ambobus convocatis fratribus eos concordavit, ita tamen quod Comes Eberhardus commodum melius de illa concordia deportavit; & hoc ideo, quia proles habuit, alter vero nō. Nobilissimi Comites de Wirtenberg inter totius Alemaniæ Comites de majoribus sunt in Suevia, potentissimi ad præsens. Sunt autem originaliter de istis nobilibus Romanis advenis & peregrinis de Roma, quos Carolus Magnus, dum liberasset Leonem Papam de manibus Romanorum, secum duxit in partes Alimaniæ, & in alias mundi regiones dispersit, ne sedem Apostolicam ulterius molestarent Romæ. Et quia omnes generosi Nobiles erant, utpote de vetustissimorum Trojanorum sanguine exorti, & nobilitate ac ratione (fortassis, natione) præcellentes, nequaquam eos servituti subjecit, sed illis regionibus præfecit, ubi nec nobilitas nec natio viguit, ut ex eorum præsidentia & regiones nobilitarentur, & homines eorum prudentia instruerentur. Magnificus enim Carolus Primus, quem Magnum nominant, educens à Roma Nobiles hiis assignavit Principatus, illis Comitatus, istis Baronias, aliis Dominia, Castra, Possessiones juxta suorum meritorum qualitates. Quorum aliqui in aptis locis Castra de novo fundaverunt, aliqui prius fundata possiderunt, & inter hæc † alia erat differentia: quia quædam castra Dominia habebant annexa, ut castrum Kyburg, Comi-

66 67 68 69

Comitatum Kyburgensem, & castrũ Helffenstein Comitatum suum habet. Alia erant castra sine Dominiis & Comitatibus, ut Habspurg, Rugg. & similia multa, & de istis creditur fuisse castrum Wirtenberg, quod est privata domus & ruralis in eminenti sita inter vineas, & nullius sub se Comitatus, Baroniæ, aut dominationis seu jurisdictionis titulum comprehendit, & ita stetit à tanto tempore, cujus initium non est in hominum memoria aut scripturarum notitia. Nunc autem & per multorum annorum curricula Domini de Wirtenberg non tantum illius castri, sed multorum Comitatuum, Baroniarum, Dominiorum, castrorum, vicorum, villarum & terrarum possessiones adepti potenter acquisierunt non solum in circuitu Wirtenberg castri sui, sed in longum latumque per Sueviam omnium Dominorum fines attingunt. Sed nec hiis contenti, ut magnanimi ultra Rhenum in Alsatiam domificaverunt, & consequenter, quod hiis præstantius est, usq; in Burgundiam superiorem alas extenderunt in Montem Peligardi. Et licet non sint Principes, Principibus tamen plerisq; divitiis & potentia præpollentes longe potiores & agnatione, cognatione, ac affinitate per multas se sublimaverunt generationes, & sibi fecerunt terræ Principes æstimatione communi quasi pares. Et ex nunc diversos Comites & Barones ac alios Nobiles sibi curvarunt domesticos commensales & familiares. Et ne tangat illos tormentum malitiæ, volubilis dico rotæ fatalis, aut ne fortunæ illaqueantur indignatione, fortassis apud Deos & homines feliciter meruere tam præcelsum nobilitatis gradum.

70 Sed quia † ordo graduum nobilitatis assignatur certus, ut natura docet & usus, quia nobilis nobili præfertur, & leges, quia scribitur *in 2. lib. Feud. c. 10.* & Canon. *in cap. clericis de immun. eccles. lib. 6.* & per Gregorium X. *de sent. ex c. quicunq; lib. 6.* & Wilhelmus Durand. *in speculo de stat. mon. 10. &* 11. & S. Thomas Comes de Aquino *in lib. de regimine ad Regem Cypri*, qui post Reges ponit Principes, deinde Comites, Duces, Marchiones, Barones, Castellanos, Satrapas, Optimates, Magistratus, & Tribunos. Quærendum ergo est, qua Nobilium statione locandi sunt Domini de Wirtenberg, ut nulli præjudicii notam impingamus. Puto, inquit Magister Felix clarissimus Decretorum Doctor, *in suo Dialogo de Rustico & Nobili*, non aliter eos, salvo tamen semper saniore judicio, quàm, ut Comites peregrinos de Roma, dictum castrum fundasse aut possedisse, & ab antiquo † nomen de castro prædicto conquisivisse: aut quondam in simplici nobilitate in eodem castro, de novo Principis beneficio creatos, dignitatem Comitatus obtinuisse, & fato & fortuna clementer annuentibus tam ingentes passim potentatus dominationum solerter accumulasse. 71

72 Et ad hoc † plurimum juvit eos aliorum Nobilium ignavia, incuria, prodigalitas, & sua circumspectio, & magnanimitas, & experientia.

Hactenus F. FABER, beneficio V. CL. Dn. Melchioris Goldasti ab Haiminsfeld luci restitutus, *in histor. Suev. libr. 1. cap. 14. pag. 166. 167. 168.* Et quidem ita de illis scripsit, ut tempora tunc ferebant: hodie ad quam dignitatem Duces isti pervenerint, est in propatulo. Sed dubium † inde exoriri posset, num rectius origine inspecta scriberetur Wirtenberg vel Würtenberg, an Würtenburg quasi Würtzenburg? cum de castris sive burgis 73

crebrius in hac relatione autores meminerint, & nuncupatim, domum istam primis temporibus diu fuisse ruralem inter vineas & in monte sitam, fortassis & horto (sicuti in ducatu adhuc isto Studgardiæ vox remansit) herbis consito ornatam; maximè cum quoque nomen ex castri adpellatione conquisivisse alter testetur. Quidquid sit, nomen alterutra occasione inpositum reor: sicuti & voces † Burg ac Berg ejusdem in Germania facit originis Matthias Martinius, inquiens: Etsi vox Burgus sit origine Græca; tamen usu antiquissimo est nostra: ut alias plurimas manifestò à Græcis sumsimus. Et inde nobis est Berg mons, qui eminet, ut πύργος: Bergen celare, abscondere, fovere, tueri. & hinc Herberge quasi publicum tutamentum, hospitium, (in quo secure ac quiete degere debeamus) ab Heer publicum ut ut Heerstrasse/via publica, per quam ducere licet exercitum, qui nobis Heer. *in d. lexico philolog. seu etymolog. verb. burgus. pag.* 201. *in fin.* Addo, cum Saxonico Borgen congruere Verborgen; & forte ansam unà præbuisse vocabulo, quia antiquitus castra seu arces plerumque in locis montosis exstruxerint, in iisque delituerint velut in spelunca aut munito loco.

74

75 Cæterum priora non obscurat † exemplum, quod Huldricus Mutius de Henrico Imp. hisce verbis condecorat: Quas igitur civitates ex rebellibus recepit in gratiam, præsidiis & magistratibus, quorum fides illi spectata fuit, munivit; quasdam penitus delevit, quasdam capere non potuit. Quantum ergo per rerum statum, & conditionem temporum licuit, rebus per Italiam ordinatis revertitur in Germaniam, & arces multas in Austria dejecit ex montibus; nam prædones in illis habitabant, qui rapinis victitabant; nullumque iter erat tutum, propterea Reipublicæ præsens pestis erant hæc castra; incremento enim civitatum impedimentum maximum sunt. Proximo anno ante adventum Cæsaris in Germaniam, Boemiæ Rex & Dux Bavariæ, invaserant hostiliter Austriam, consensu & jussu etiam Imperatoris; nam Dux Austriacus fovebat illos prædones, &c. *libr.* 20. *Chron. Germ. pag. mihi* 194. *in princ.* Nec seriem turbabunt. (nisi quod in hujusmodi relationibus non dignitatis aut temporis ordinem sequutus fuerim; quem diligens lector ex ipsis historiis facili negotio petere poterit) versus Poetæ elegantis, de Friderico Barbarossa, prædonum receptacula destruente:

Adde quod invictus discurrens undique Cæsar,
Prædonum castella jugis horrentia summis,
Et vix spectandas celsis in rupibus arces
Expugnare manu, sparsisque evertere muris,
Urere vel flammis avide properabat & ipsos
Artifices scelerum, regni turbare quietem,
Et miseros crebris solitos spoliare rapinis,
Vel cruce vel gladio, vel longo carceris usu,
Perdere gaudebat, non exorabilis ultor.

ut canit Guntherus *lib.* 5. *Ligurini vers.* 212. *cum seqq.* Huc pertinent similiter, quæ Cornelius Aurelius de arce Britonum in Catvvico excisa conmemorat hisce: Hanc arcem à Romanis Imperatoribus post C. Caligulam & Claudiū, Julius Paulus & Claudius civilis (de quo præclara *cap.* 7. & Tacitus *in annal.*) *fratres possidendam acceperant quod hi patre quidem Batavo, sed matre Romana essent progeniti; majorum suorum more bicornis lunæ signum in armis deferentes. Hi igitur horumque posteri, ex hac arce Britonum appellata, (quod ab ea facili-*

cilimus in Britanniam ex opposito esset transitus) piraticam exercentes, vectigalia ab omnibus Rhenum intrantibus & exeuntibus accipiebant, &c. Hæc ille, qui & plures hujus destructionis rationes adcumulat *lib.1. de Batav. cap.5.* Hoc scilicet prioris ævi homines exemplis admodum funestis nimis frequenter sunt experti. Vide Petrũ de Andlo *lib. 2. de Imper. Roman. cap. 11. Constit. de Pace public. rub.* wie der Ganerben Schloß. Wern. Kyllingerum *disc.5. n. 7.8.9.10. & disc.13. n.1. usq; ad 12.* Æn. Sylvium *cap.1. de statu Eur. sub Frid. III. p. 40.* ipsiusque epistolas, quas notat Marq. Freherus *in Germanicis vol. 2. p. 40.* Et plurimarum arcium rudera adtestantur, à majoribus nostris ideo pessumdatarum, quod essent latronum atque tyrannorum latebræ; de quibus Bodinus *lib.5. de Repub. cap. 5. p. 567. in fin.* Mart. Crusius *in annal. Suev. lib. 12. part. 1. c.3. lib. 6. c. 12. part. 2.* Paul. Matth. Wehnerus *in pract. observ. lit. B. verb.* Burg. *pa. 85. a.* Christoph. Lehmannus *lib. 5. chron. Spirens. cap. 104. p. 624.* Certum igitur evadit, hos opibus, munitionibus ac viribus confidentes legitimos tramites primæ ac veræ institutionis transilisse alienaq; invasisse; quando tale fuit seculũ, quale nobis depingit Silius Italicus, *lib. 2. bell. Punic.*

Vis colitur, jurisq; locum sibi vendicat ensis,
Et probris cessit virtus.

Quò pertinet etiam vulgata Dd. quæstio 76 & admonitio de † qualitate fidejussoris & conveniendi facilitate, ut inter alia requisita talis obferatur qui conveniri queat: nec potens sit aut impetuosus, qui arces inexpugnabiles inhabitet, (de quibus hic, & *in leg. 3. vers. aut arcem tenuerit D. ad L. Iul. mai.* Landr. *lib. 2. art. 72.*) & nemini justitiam faciat, nec subsit illi Principi, qui facilè castrum expugnare possit. Qua de re lege citatos ab Ant. Heringio *tractat. de Fidejuss. cap. 8. n. 131. 132. juncto cap. 16. num. 11.*

IX.

Reliqua membra similiter veniunt pertexenda, & juxta logicarum notionum ordinem instituenda. Consideranda itaq; est † EFFICIENS causa, quis nimirum castra exstruere, munire ac habere possit, debeatque? 77 Quæ quæstio elegans quidem, sed perplexa simul & partibus in quibusdam odiosa; ideoque pro rei dignitate carptim, pro verborum copia diffuse attingenda. Et generaliter respondetur: omnes posse, qui jure non prohibentur, aut ratione. Eminentiores sanè & superiorem non agnoscentes pro placito (nisi interdum ad tempus id ex causa intermiserint, ut postea dicam) in suo posse ea ædificare, dubium non est. Nic. Boerius *d. tract. de cust. clavium num* 44.45. Dominicus Tuschus *tom. 1. concl. 121. lit. C. tom. 3. concl. 232. lit. E. concl. 426. lit. F.* & Werner. Kyllingerus *d. tract. de ganerb. castror. cap. 4. per discurs.* De inferioribus potissimum quæstio & conquæstio est. Quia enim † potentia per arces atque propugnacula magnum incrementum accipit; 78 & periculosum est regionibus, eorum usum omnibus passim permittere; multumque interest Dominorum, ne castrorum usus subditis indistinctè concedatur, ut exiguiori manu militari eosdem conpescere ac in officio minori sumtu continere possit; plebsque ad tumultus & seditiones est proclivis; imo † arx etiam in bonum finem exstructa materiam seditionis subministrare aut alere potest; 79 potentia autem destituta, non facilè defectionem meditatur: ideoque consultius fore puto, ut Princeps vel is, qui rerum summam tenet, caute agat & circumspectè, nec temere con-

concedat talia, in damnum ac proximam si non ruinam, ac certe discordiam Reipublicæ. Plures enim unius rei fines esse possunt: & † communis custodia regni ac civitatis est, non sinere ullum crescere præter conmensurationem, ait Boerius *d. tract. nu.76.* Hinc arcanum dominationis apud † Romanos; ne cui etiam ex patriciis in munito loco liceret ædificare nec in arce aut capitolio habitare. Arnold. Clapmarius *lib.3. de arcan. Rerumpub. c.7.8. & 18.* Apud eosdem Valerius Consul, quamvis publica persona, tamen; quod in munito â natura loco ædificaret, venit in suspicionem affectati regni, teste Livio *lib.2. dec.1.* De Pisone similiter Tacitus *lib.3. annal.* Quod si ergo jus muniendi liberum omnibus fecissent, tot sane Reges, quos tamen tam gravissimo odio omnes prosequebantur, quot castrorum possessores metuere necesse habuissent. Idem remedium & multi alii sequuti populi. Sic † Anglorum & Moschovitarum, nec non Orientis atq; Africæ Reges nec rusticas domos, nec prætoria turrib. aut propugnaculis, ac ne vix quidem vallo fossave muniri patiuntur. Joh. Bodinus *d. lib.5. c.5. pag.559. & 567.* In † Hispania nemini licet ædificare castrum, nisi cui id Rex seu Princeps concessit. Ant. Gomezius *in leges Taur. l.46. n.14.* Dion. Gothof. *ad l.10. C. de ædifi. priv. lit. y.* Iacob Canceriꝰ *c.13. var. resol. n.16.* Imo ne reficere quidem jam exstructum, teste Gomezio *d. l. n.15.* Adde Renatum Choppinum *ad leges Andium lib.1. c.47. tit.5. n.6. pag.462.* Ita alia est ratio, quarumdam regionum & regnorum arces & munitas domos prohibentium, alia eorum, qui permittunt. Nemo est † Turcarum omniũ, aut inter eos Christianæ professionis veterum incolarum, qui vel oppida, vel arces, vel denique pagos more Persarum possideat, aut paulo munitiores domos ædificet. Vetere enim edicto cavetur, ne quis villam pinnato muro circumducat, ne ædificium supra primam contignationem, aut columbaria turrita, altius condat. Propterea Thraces, Græci, Macedones, Mysii, Epirotæ, Illyrii cæterique populi barbarico subjecti jugo, neque firmis opibus valent, neque si Christiana arma aliunde prostrepant, ad oblatam excutiendæ servitudis occasionem sese commovere possunt. Singulæ namque præfecturæ, co ordine in æstivis atque hybernis pagatim dispositos continent, ut utique contra vim subitumque tumultum parati instructique armis præsto adsint adversus exarmatos & inopes, qui oppressi celeriter teterrimi supplicii pœnam subeant, ut ex Sabellici supplemento adducit P. Gregor. Tholoz. *lib.2. de Republ. cap.5. num.3.* Ut igitur hoc † concedatur & dexterius intelligatur, aliquot ex jure communi Canones constituendi, licitumque ex inlicito quomodo fiat prospiciendum, hisque cancellis includendum, *arg. cap. sane 11. seu fin. distinct.9.*

I. canon est mere politicus, his qui ad † Reipublicæ clavum sedent, aut præsident; minimè negligendus: qui interdum illos, etiamsi robore ac jure muniti sunt, ab incepto avocat, longeque aliud suadet. Observandum enim est ipsi Principi, qualem populum habeat illis in locis, ubi arces ædificat ac munit. Adhibe Constantinum Imp. *in lib. de administ. imp.* Cassiodorum *lib.7. var. epist.4.* Bodinum *in meth. historica.* Pet. Greg. Tholozanum *lib.2. de Republ. c.5.* Et Christ. Besoldum *discurs. de ling. & natur. populi.* Nam † si fidelem habet, præcavere debet, ne eum in suspicionem diffidentiæ inducat, aut exasperet. Posset enim hæc

80 81 82 83 84 85 86 87

hæc causa esse rebellionis; quemadmodum cum Imp. Henr. IV. multa sibi munitissima castella construxit in partibus Saxoniæ & Thuringię, & multas sibi munitiones injuste usurpavit multorum animos contra se excitavit, ut tota Saxonia ac Thuringia ei rebellaverit: quia contra voluntatem populi. Rex easdem munitiones fecisset inconsulte, neque quievit prius seditio, quam prædictæ munitiones fuerunt destructæ, ut scribit Bertoldus Constantiensis *in append. ad chron. Herm. Contracti in Anno 1072. 1073. & 1074.* Et evincunt idipsum satis verba Ottonis Ducis Bavariæ (scilicet interdum ne quidem in medio regionis ipsi Principi licere castra exstruere, aut non id contingere sine conmotione: sed reluctante invitoque populo) quæ ad suos fecit, hujus tenoris: Castella fortia (sicut vos scitis) in locis natura munitis plurima cōstruxit, ibique suorum fidelium multitudinem non modicam universis armorum generibus instructam collocavit. Quæ castella cum non contra paganos (qui nostram terram quæ sibi confinis est, totam vastaverunt) sint fabricata, sed in medio terræ nostræ, ubi nemo ei unquam bella cogitabat inferre, tanto molimine sint munita quid portendant, & ex parte jam plurimi estis experti, & nisi misericotdia DEI vestraque virtus prohibuerit, cito omnes experiemini. Bona vestra, qui juxta manetis vobis invitis in ipsa castella deportantur: filiabus vestris & uxoribus pro sua libidine, quamdiu volunt abutuntur: vestros servos & jumenta quicquid volunt sibi servire præcipiunt, imo & vos ipsos in liberis humeris vestris quælibet onera, licet fœda, portare compellunt. Sed quando ea, quæ futura sunt mente concipio: ista quæ nunc toleratis, tolerabilia puto. Postquam enim sua castella per totam terram nostram pro sua voluntate construxerit, & ea militibus armatis & rebus cæteris ad hoc negotium pertinentibus impleverit: tunc non amplius jam bona vestra particularia diripiet: sed universa, quæ possidetis, vobis simul eripiet: & hominibus advenis vestra bona largiens vos ipsos liberos & ingenuos ignotorum hominum servos præcipiet esse, &c. quæ vide apud Brunonem Metensem *in hist. belli Saxon. sub Henrico IV. Imp. pag. mih. 108. 109. 110. 114. vol. 1. hist. Germ. Freheri.*

88 Omnes ergo † qui ex prudentissimi Taciti præcepto, magnarum rerum consilia suscipiunt, æstimare debent ran, quod inchoatur, Reipublicæ utile, ipsis gloriosum aut promptum effectu, aut certe non arduum sit &c. *lib. 2. hist. c. 76.* Quibus verbis tacite innuere videtur, in tali casu castra exstruere, ne ipsi Principi utile, honestum, facileque esse: imo nec licitum, nec consultum; quia non ex bono publico, ad quod omnia referre tenetur.

89 II. Arcetur & quis ab exstructione castri † Præscriptione & Nestoria consuetudine; item Privilegiis concessis, vel Pactis fœderibusq; cum vicinis initis. Vapulat enim † Mahometes Turca, qui paulo ante obpugnationem Byzantinam, paucis participato consilio, castellum juxta littus ad ostium Bosphori paulo ab urbe remotius, aliud dissimulans, incredibili olim celeritate exstruxit atque munivit: Bellum deinde urbi non modo indixit, sed contra inita fœdera, contra jusjurandum intulit, simul & gerere cepit, uti Æneas Sylvius, postea Papa factus & Pius Secundus appellatus, narrat *in comment. de statu Europ. sub Frid. III. capit. 4. pag. mihi 49.* Hinc & illud est quod † multæ civitates Imperiales, aliique

90

91

Status singulari privilegio ab Impp. obtinuisse noscuntur, ut prope territorium eorum intra certum terminum nemini liceret castra vel arces ædificare. Gailius *lib. 2. obs. 69. numer. 24.* Gothofredus *ad l. 3. de oper. publ.* Kyllingerus *d. tract. de ganerb. castror. disc. 4. num. 163.* Veluti † Spirensis civitas; in cujus vicinia trium milliarium ab urbe spacium castrum exstruere non licet, ex speciali Cæsaris concessione, Kyllingerus *de lo.* De † Lubeca id etiam testatur Albertius Krantzius 7. *Vandal. 33.* Sic † civitas, nî fallor Wismariensis per Principes suos jus non exstruendæ arcis in urbe obtinuit. Heisterman. *cons. Marp. 5. num. 35. vol. 1.* Similia privilegia † Bremensem (de murorum autem Bremensium origine & antiquis propugnaculis lege Albertum Abbatem Stadensem *chron. pag. 112. a. 119. a. edit. Reineccii.*) Hamburgensem & plerasque Saxoniæ insigniores civitates habere existimat Henricus Bruningus *diss. de ju. ac specieb. universit. th. 21. litt. C.* quanquam hujus adseverationis autor ergo esse non audeam. Hæc quidem † noviter exstruenda castra incremento civitatum impedimentum maximum esse, haut frustra Mutius dixit *sup. n. 76.* Quod si ergo † contra privilegia alteri competentia, aut contra conventiones singulares sive formam pactorum, Bald. *in l. fin. vers. sed pone, de pact. int. emt. & vend.* aliudve propter quod castrorum ædificatio jure & merito prohiberi possit, structura talis fiat, non ambigitur, quin inplorato superioris auxilio & mandato inhibitorio: vel etiam quilibet inferior Status, cui per hanc damnum contra jus suum infertur, illam vi armata, demoliri potestatem habeat: sicut hoc in Germania (nam de aliis locis mihi peræque non constat) tam recentibus quam antiquioribus præjudiciis & exemplis confirmatum est, teste Kyllingero *discurs. 4. numer. 167.* Adde de destructione castrorum Dd. quos *n. 152.* nominat. Huc quoque exemplum pertinet, quod Bruno Metensis (quem tamen Dn. Goldastus intrusum perhibet) *in d. hist. belli Saxon. pag. m. 105. 109. 100.* recenset: & huc referenda Electoris Palatini typis exscripta Deductio, de pessumdata arce Udenheim.

92

93

94

95

96

97

III. Alios vero quod concernit, potest hoc (de quo jam † quæritur) fieri, si Princeps seu Magistratus superior, jurisdictionem & territorium habens, consenserit, & illi castra exstruxerint cum ipsius authoritate per jura vulgata, nempe *l. novum opus 3. l. de operib. 6. D. de oper. publ. per provincias 10. C. de ædif. priv. sacra 9. §. pen. D. de divis. rer. 54. Ecl. 10. ex ti. 12. c. 5. & 2. Esdra 2. per tot. juncto c. 6. v. 8.* Item *arg. l. 2. §. 10. §. 18. D. ne quid in lo. pub. l. prohibere 3. §. plane 4. D. quod vi aut clam. l. simile 10. D. ad municipalem l. 1. §. ait prætor 38. §. si ex castello 40. juncto §. 41. & 42. D. de aqua quotid. l. 1. de bon. vacant. C. lib. 10. l. 6. l. 9. l. 13. l. 15. C. d. t. de operib. publ.* Et Fridericus Imperator idē innuere videtur *in constit. de pace Constant. vers. nos Romanorum, in fin. ibi: In munitionibus civitatum. & vers. civitates mutare, vel extra munitiones eis facere liceat. lib. 5. feud. tit. 21.*

98

Sic † civitates sine autoritate Principis muros exstruere nequeunt; nedum castra ac fortalitia, *d. l. 6. de oper. publ. text. sing.* Landt. *lib. 3. art. 66.* Sed vide Bartolum *ad l. 3. C. de op. publ.* & confer nominatim Dd. Casp. Ziegler. *ad aur. prax. Calvoli §. civitas conclu. 1. n. 36. 37. 38. 39. 40. 41.* Unde hoc † jus muniendi regale perhibetur, & regalibus illud adnumerant Henningus Arnisæus *tract. de jur. majest. lib. 2. c. 5.* Regnerus

99

100

Six-

Sixtinus *lib. 2. de regal. c. 1. n. 15.* Quamobrē legislatores nostri idem periculum veriti † omnem quoque armorum (quod argumētum ob magnam similitudinem non absurdum est) usum prohibuerunt, *tot. tit. C. ut armorum usus inscio Principe interdictus sit. lib. 11. juncta l. 2. l. 3. D. ad L. Jul. de vi publ. Novel. 17. c. fin. Nov. 85. per tot. c. 1. & §. si quis rustic 9. 2. Feud. 27.* Cujacius *ad d. Nov. 85.* Rittersh. *part. 14. c. 4. Livius lib. 3. & lib. 4.* Clapmarius *lib. 2. arcan. Rerump. capit. 6.* Quam restrictus eorū in Italia, ubi pleraq; suspicionibus plena, sit usus, palam est. Cōsule citatos ab Arnisæo & Vent. de Valent, *lib. 2. Parth. litig. c. 12. n. 5.* Denique idem, quod volui, monstrat antiquum † jus Suevorum, das Schwabenspiegel / in quo prohibitum legitur, arces sive castra ædificare sine licentia Comitis aut Judicis provinciæ, *cap. 235.* Præcedente tamen *cap. 234.* † murorum ambitus facere omnibus in hoc casu præscripto permittitur, his verbis: Ohne des Landrichters Urlaub mag man in die Erde graben &c. paulo post: Mag man wohl bauen dreyer Gaden hoch ohne sein Urlaub mit Holtz / oder mit Steinen ob der Erden ohne Zinnen / und ohne Brustwehre / und ohne Arge / und ohne alle Wehre: Man mag auch ein Hof ohne sein Urlaub an ebener Erde umbfahen mit einer Mauer / die also hoch ist / so ein Mann sitzet auff eime Roß / daß er wohl zu oberst daran gereichen möge mit der Hand / ohne Zinnen / und ohne Brustwehren / und ohne einige Schlachtvestung: in derselben Weiß mag ein Mann seinen Hof mit Holtz umbmachē / &c. Vide ac confer omnino toto in hoc recensito negotio Kyllingerum *d. tractat. de ganerb. castror discurs. 4. per tot.* Et ita de Duce Zaringiæ Berchtoldo legimus, quod contra Conradum Sueviæ ducem bella gerere inceperit, castrumque Friburg exstruxerit, apud Felicem Fabrum, *lib. 1. histor. Suevor. cap. 12. pag. mihi 108.*

101 102 103

Congruit optime † sanctio Adolphi Regis Romanorum, quam Noribergæ in generali Principū consessu, ad Geldriæ Comitis Reinaldi instantiam ita olim tulit: Ad „ ejus instantiam est obtentum, quod nulli „ licitum est munitionem erigere de novo in „ Comitatu alicujus Comitis, nisi petita ejus „ licentia & obtenta. Si autem Comes alicui „ ædificanti munitionem præstitit patientiā, „ quousq; ædificaretur munitio, & passus est „ dominum tamdiu pacifice possidere, do- „ nec secundum terræ consuetudinem præ- „ scriberentur alia bona contra Comitem, „ vel alium quemcunque; quod postea non „ potest impeti à Comite super ædificio pre- „ libato. Quæ verba reperiuntur apud Marquardum Freherum JC. *in constitut. Adolphi Cæsaris de Insulis Rheni, &c.* 104

IV. Privato licitum dicunt illa exstruere, teste Boerio *d. tract. de custod. clavium n. 44. & 45.* modo non fiant: ad scandalum, ut insidiæ vicinæ metuantur, *arg. l. 14. C. de operib. publ. l. novum opus 3. D. eodem.* Gailius *lib. 1. de Pop. cap. 1. n. 42.* vel si non in limitibus seu finibus imperii, sed intra illos in suo is ponat. Glossa *in l. 2. C. de fund. limit. juncta l. 2. §. 8. C. de off. præf. Africa. Glossa* Landrecht *d. lib. 3. art. 66. lit. C.* Laudensis *d. tract. de castellan. quæst. 9.* Doctores *in c. Pisanis 19. de restit. spoliat.* Alph. Alvaretz. *in speculo suo Roman. Pontif. cap. 47. nu. 33.* Nicol. Boerius *decis. 320. num. 4. 6. 9. 14. 15. 16.* And. Gail. *lib. 2. observ. 69. in fin.* & Andr. Knichen *in epops. seu encyclops. pag. 96. al. 106. nu. 484. usq. ad 488.* Quorum aliqui insuper concludunt, quod in hisce terminis privato citra Principis, sive τȣ̃ ἀρχόντȣ quoque veniam id liceat. Quod tamen † non 105

non ita simpliciter admittendum: sed cum grano salis accipiendum esse duco. Huc pertinet præterea, quod de Karulo Burgundiæ Duce scribit Cominæus: *Castellis aliquot recuperatis obsidione cinxit Gransonium, quod oppidum Helvetii* (quos castella olim quoque sub Galba & Vitellio habuisse indicat Tacitus *lib.1.hist.*) Castelgionio, *viro nobili ademtum, præsidio circiter octingentorum militum, lectissimorum hominum miniverant, eo quod ipsorum finibus adjaceret &c. lib.7.comment.pag.m.*543. admoniti dicto Hesiodi:

Πῆμα κακὸς γείτων, ὅσσονΤ' ἀγαθὸς μέγ' ὄνειαρ

h.e. Tam nocet malus vicinus tibi, quam bonus prosit.

Pro explicatione etiam hujus adsertionis sciendum, hinc & in jure Romano † 107 Privatum non uti alias pro quolibet homine privato (velut quoque in lege Francorum *inf.n.*240. *& l.*2. *ibi: privatæ conditionis, idem quilibet C. de fund. limit. lib.*11. Sed de civitate aliqua aut universitate, aut etiam de præfectis earum accipi ab interpretibus, teste Gothofredo *ad d.l. in verbo, privato, D. de oper. publ.* Gæddæo *ad l. eum qui* 17. *D. de verb. sign.* Thoma Maulio *tract. de jure conducendi tit.*2. *nu.*12. 73. *& tract. de homag. tit.*13. *n.*8. Hæ enim respectu urbis Romæ pro municipiis & privatis habentur, *dicta l. eum qui* 16. & inde num muros conficere aut reficere licite queant, dixi *supra n.*99. & alias quædam civitates sunt maximæ, quædam majores & quædam minores, autore Modestino *in l.*6. *§.*2. *D. de excus. tut.*

V. Licitum esse adfirmant, modo non 108 fiant castra † ad æmulationem, *d. l. opus novum* 3. *ubi Bart. D. operib. publ. l.*14. *C. eod. d. c. Pisanis* 19. *Ext. de restit. spol.* Rainald. Corsus *lib.*3. *indag. jur. c.*3. *nu.*18. 20. Jason *ad l. ex hoc jure. nu.*7. *&* 12. *de* J. & J. circumstantiis aliis concurrentibus, vel etiam salute publica hoc efflagitante, si conspirationes, conventiculaq; metuantur; ut mox dicam, & innuunt Alvarez, Boerius, Kyllingerus *dd. ll.* Laudensis *tract. de Principe qu.* 342. Gothofredus *ad d. l.* 10. *C. de ædif. priv.* Non enim † malitiis hominum indulgen- 109 dum est, *l. in fundo.* 38. *§. constituimus. D. de rei vindic.* Gail. *lib.*2. *obs.* 62. sed illæ sunt reprimendæ, coercendæ atq; coarctandæ, *l.*3. *§.*1. *D. naut. caup. stabul. l.*3. *l.*13. *D. de offic. præs. l.*1. *§.*12. *D. de off. præf. urb. d. l.*2. *§.*8. *C. de off. præf. Aphr.* Zasius *cons.* 14. *n.* 6. *vol.* 1. Et constans alias † Politicorum doctrina 110 est: neminem ædificare ad alterius æmulationem aut injuriam debere, per tradita à Nicol. Bello *lib.* 1. *de statu civ. disc.* 43. & Andr. Gailio *d. lib.*2. *obs.* 69. adde Barn. Brisson. *lib.* 1. *select. ex jure civili antiquit. c.*1. *&* 2. *junct. l.*61. *de R. I. l.*2. *§. pen. D. aqua plu. arc.* Adeo ut † ædificantes ad æmulatio- 111 nem, si ab opere cepto non desistant, vel post novi operis nunciationem illud non demoliantur (quia materiam seditionis, æmulationis &c. præbent, per quam publica tranquillitas facile turbatur) possint in bannum imperiale declarari; quod Gailius iterum decernit. Inspice *tract. meum de molendinis quæst.*15. *num.*33. *&* 34.

VI. Mitiorem † sequuntur sententiam 112 quando nimirum non seditiones aut conspirationes & conventicula metuuntur. Gothof. *ad d. l.*10. *Tholoz. lib.*2. *de Republ. cap.*3. *num.*4. *&* 6. Kylling. *disc.*15. *num.*16. *cum seqq.* Knichen *in addit. ad ca.*1. *de jure territ. num.*478. *& in epopsi num.* 490. 491. 492. Princeps ergo diligenter prospiciat, ne moles nimis excrescat, atque concessionis & permissionis fines egrediatur: ut resi-

stere

ſtere poſſit ac tempore neceſſitatis, offenſionis ac ſeditionis eam ſuperare, recuperare vel deſtruere valeat. Hujus enim materiam aut vomitem firmiſſimæ munitiones facile præbent, *arg. d. l. 3. D. de oper. publ.* & populus alias inſtabilis eſt, ut in mari unda fluctuans, Appian. *l. 3. fol. 308.* nec magna civitas, ſive caſtrum, diu quieſcere poteſt. Livius *lib. 30.* Obcurrendum † igitur in tempore. Ita Anno Domini 1440. In Marchia Brandeburgenſi cum cives Berlinenſes in ſuum tumultuarentur magiſtratum, Fridericus Marchio interveniens, inpoſuit urbi arcem frænum libertatis. Alb. Krantzius *lib. 12. Vendal. c. 10.* Ita Godefredus Epiſcopus Ultrajectin. XXVIII. pro ſuæ laudis memoria tria, ut vocat, fortia ſive munimẽta contra hoſtes ſedis Ultrajectinæ exſtruxit, & unum adverſus rebellionem propriæ civitatis, autore Johanne de Becka *in Chron. pagin. 43. in princ.* Omnia ſatis cautè! Nam omne † malum naſcens facile obpremitur, inveteratum fit plerumq; robuſtius: Cicero *Philipp. 5.* nihilque in diſcordiis ac ſeditionibus feſtinatione tutius, ubi facto magis, quàm conſulto opus eſt. Tacitus *1. hiſt.* Præter Politicos & Iuriſconſultos hac de controverſia lege Kylling. *d. tract. diſc. 4. per tot.* Hering. *tractat. de fidejuſſ. c. 25. n. 60.* Cauſam vero iſtam intempeſtive ac male prætendit Rabſaces apud Eſaiam *cap. 36. verſ. 5. cum ſeqq.* Sanaballat. *2. Eſdræ 2. v. 19. juncto c. 4. v. 2. 7. 8. c. 6. v. 6.* & præſes Judææ Salmanaſar *3. Eſdr. 2. verſ. 18. 19. 24. & ſeqq.* Rectius egit cum ſodalibus Siſennes *c. 6.*

113

114

115 VII. Denique † ſtatus etiam ac conditio ejus, qui hoc cupit & inſtituit, probe conſideranda atque diſtinguenda eſt. Nam inter ſe differunt, ut eodem jure gaudere nequeant. Neque de exſtructis jam olim arcibus ſive caſtris, ſed de exſtruendis ſermo eſt; nec de omnibus exſtructoribus indiſtinctim. Videatur Kylling. *d. diſc. 4. num. 139. 140. 142.*

Principes ergo, Duces, Comites, Barones, Civitates ac Nobiles, Caſtra licite poſſe ita certis in caſibus exſtruere, non abnuo: ob rationum cumulum, quas fuſe collegerunt viri in legibus & politicis verſatiſſimi, quorum allegationibus jam ſuperſedeo.

116 Hæc tamen & reliqua omnia † ſalvis cujusque pactis, juribus ac privilegiis dicta ſcriptaque velim. Nulli enim adhæreo parti, nec in ullius gratiam vel odium aliquid profero; Academica (quam Cicero agnovit *libr. 3. off.*) libertate uſus ſtudiorum & virium ſaltem faciens periculum. Homines ſcilic. † Placentiæ nati nunc vivunt, non veronæ, jocularirer quidam dixit: nec eſt tutum in illos ſcribere, qui poſſunt proſcribere, juxta Aſinium Pollionem: & quibus in manu eſt, ſi velint, τῷ ξίφει ἀντιμυκτηείσαι. Ab hoc ergo diverticulo ad priora nobis redeundum eſt.

117

X.

118 Conſiſtunt etiam hæc in eo, ut ſcil. legitime † caſtra exſtruantur, & exſtructa conſervẽtur, vel delabſa priſtino vigori ac nitori reſtituãtur: unde efficiens eſt vel procreans vel conſervans. Collationẽ inſtitue ex Caſſiodoro *lib. 7. ep. 5. in pr. & lib. 4. ep. 30.* Althuſ. *cap. 34. polit. num. 47.* Guilliermus Brito Armoricus in terminis promit exemplum *lib. 4. Philippid.*

Qui prudens munit armis caſtella viriſq;,
Et foſſata novat, fractaſq; redintegrat arces,
Firmior ut multo quævis munitio fiat
Quam prius extiterit, modica ne perdat in hora,
Quæ ſibi cum magno ſunt adquiſita labore.

119 Quam ob rem exteri quidam † Germanos petunt, irrident atque traducunt: quod non ut alii munitiones retineant, ac propugnacula digne reficiant: sed potius firmissima & pene insuperabilia magnis destruant sumtibus. Exempla inter alia (ni fallor, apud Ioh. Bodin. *lib. 5. de Republ. c. 5.* & Thom. Lansium *in consultat. de Principat. Europ.*) præteriti seculi munitissimam adducunt arcem Gotensem, solo penitus æquatam, cujus rudera prætereuntes cum stupore adspiciunt, & historiarum studiosi non sine commiseratione legunt. Vide de illius demolitione ac rebus eo tempore gestis præter cæteros Thrasybulum Leptam, i.e. Cunradum Dinnerum *lib. 3. & 4. hist. exposit. de vita & reb. gestis illustris Dn. Georg. Ludovici L.B. à Seinsheim, &c.* hucque refer, quæ infra in loco de privantibus, & supra de excidiis castrorum à me dicuntur. 120 Pari modo de † urbe Scara Regum Gothorum sede memoriæ prodidit Olaus Magnus: hanc Norwegiæ regem Sidagerum in loco stagnis & paludibus admodum munito, tam prudenter erexisse, quàm imprudenter ejus successores ipsam desolari ac conlabi permiserunt, *lib. 2. hist. Septent. p.m. 59.* Sic rei literariæ instaurator diligentissimus Erasm. Roterod. *in epist. lib. 2. pag. m. 101.* 121 ubi in † bella invehit, hæc quoque adponit: *Quid si gloriæ cupiditas nos trahit ad bellum, non est gloria quam affectatur præsertim ex malefactis. Et multo gloriosius est civitates condere, quam evertere, si quid libet gloriosum designare. Nunc plebs exstruit & excolit urbes, stultitia Principum evertit.* Hæc ille; quos tamen à simili facta 122 translatione. Oppianus † muros orbis terrarum vocavit, ut ad eũ notat Rittersh. *pa. 314. vers. 45.* quemadmodum apud Homerum & Euripidem metaphoricè πύργος is dicitur, qui aliorum est præsidium & refugium.

123 Cæterum † utraq; ista causa aut sola efficit, aut cum aliis agit. Priori modo, quando unus Dominus solus plenarie in solidum, sine alterius adminiculo aut societate castrum designat, erigit, exstruit, possidet ac defendit. Consule Werner. Kylling. *d. tractat. disc. 6. 7. & 8. per tot.* ubi late. Posteri-124 ori modo † socia dicitur, quæ cum aliis cõcurrit, vel earum adjumento communibus sumtibus castellum conficit, possidet atque acquirit, mediis omnibus quæ communiones constituere adsolent. Nihil enim fre-125 quentius est in Germania quã quod † quædam provinciæ, castra, villæ, &c. vel pactione vel præscriptione ad varios spectent dominos, ac sint zwey: drey: vier: und mehrherrig; qua de re uberius tractat Dom. Arumæus *vol. 1. de jure publ. disc. 13. q. 12. per tot.* Paul. Matthi. Wehner. *in pract. obs. verb.* Zweyherrig *pag. mihi 726. 727.* & qui ibi citantur. Atque huc proprie pertinent condominia illa, quorum crebra jam facta mẽtio, & quæ vulgari nomine conpositoque 126 idiomate † GANERBINATUS indigi-127 tamus: (Janerben † reperi etiam apud B. Luther. *tom. 3. ep. Jenens. pag. mihi 190. a.* Sed puto à pronunciatione diversa irrepsisse hoc in scripturam: dum Misnici J. quasi G efferunt, & G velut K. Similiter ac Bohemi pro JEsus scribunt Gezis / notante Matth. Martinio in lex. philo. p. 1212.) eosque nihil aliud esse, quam communiones in genere sic dictas, manifestum est ex iis, quæ protulit Kylling. *d. tract. de arcium plurib. communium condominis. disc. 1. per tot.* 128 & ex † iisdem initiis fluunt, quibus aliæ communiones. Nam quod ad communionem attinet in specie sic dictam, si idem castrum pluribus simul legatur, aut à pluribus

simul

simul emitur, aut si hæreditate vel donatione communiter obvenit, (prout hi modi enumerantur *in l. ut sit. 31. D. pro soc.*) Ganerbinatus fit: Item si de uno castro plures 129 † investiuntur vasalli, & qui alii sunt modi communionis constituendæ, de quibus *in tot. tit. D. & C. com. diu. junct. tit. 12. ubi Dd.* 130 *lib. 2. feud. cum sim.* Sic etiam † societas iniri potest alicujus castri, sicut aliarum rerū, quarum commercium est, vel habitationis 131 tantum, vel alterius rei gratia. Ita cū † Nobiles olim in civitatibus habitare nollent, nec etiam semper in aulis pateret ipsis loco, effectum hinc esse conjectura ducor (ait Chr. Besold.) ut in castris, pagisq; numerosa sæpe soboles, magnaq; multitudo nobilium inveniretur *disc. de ord. equest. n. 5. in fin.* Adde Kyll. *disc. 3. n. 97. 98. usq; ad n. 104.*

132 Cæterum exstat etiam † exemplum Ganerbinatûs, inter unam familiam per Testamentum erecti, apud nobiles ab Egloffstein / in arcibus Cunreut & Mülhausen. Earum natu maximus in familia administrator est (quem einen Obmann vulgato vocant vocabulo) & ex proventibus aliquam partem potiorem habet; cæteri fructus inter omnes agnatos æqualiter dividuntur, teste Kyllingero *disc. 15. n. 84. juncta th. seq. 11. n. 133. & disc. 16. n. 24. 25.* ubi similia insuper exempla Nobilium à Schaumberg & Mareschallorum hæreditariorum à Pappenheim adducit.

XI.

133 Harum causarum alia est † principalis, alia minus-principalis & administra. Efficiens principalis est, quæ plus cæteris efficit, & in ædificando confert. Quæ ideo etiam majorem merito capit partem ac digniorem, pluresq; ab eo castro fructus exspectat: cooperantes vero minores consequūtur. Rittershusius *d. lib. 1. partit. feud. c. 17. circa fin.* Imo si sunt † subditi, & causa est 134 necessaria, defensione hi tantū gaudent, & incolæ regionis, aut illius castri sola salute vel securitate, tutoque adversus vim externam refugio fruuntur, ut compertū satis est.

Sic in † Saxonica obstricti sunt Nobili- 135 bus suis subditi vel rustici servitia præstare ad castrorum exstructionē, zu den Gebäuden der Ritter-Güter / Baufuhren zu thun / Landsordnung de Anno 1550, *tit.* Baufuhren. Daniel Mollerus *lib. 2. semest. c. 31. & seqq. item ad const. Augusti Elect. Sax. part. 2 const. 51.* Wehn. *in pract. obs. verb.* Baufuhren *pag. m. 50.* Dn. Berlichius *pract. concl. 65. part. 2. per tot. collato tract. meo de molend. q. 27. n. 7. & 8.* Quod † secus esse de 136 jure communi tradunt Boerius *dict. tract. de custod. clau. num. 46. & 47.* Bechtius *de salu. conduct. conclus. 52.* Zieglerus *commun. concl. §. nobiles. n. 106. §. civitas concl. 1. nu. 40. & 41.* Confer Guid Pap. *cons. 67. n. 10. cons. 1. n. 7.* Ad castri tamen † refectionem 137 eos teneri tempore necessitatis, scribit idē Guido Papæ *quæst. 31.* Gylmannus *tom. 3. symph. fol. 327.* Bechtius *d. concl. 52.* Et non modo † Castellanus tenetur castrum refi- 138 cere, *l. ult. C. de offic. milit. jud.* sed etiam castella † limitanei suo olim tenebantur sum- 139 tu exstruere, ut ex autore quodam docet Stewechius *ad Veget. lib. 3. cap. 8. p. m. 128.* Quomodo † Ecclesiam quoque teneri tam 140 ad contribuendum pro redemtione Principis teste Boerio *decis. 126. n. 8. & 9.* quam ad † iter vel pontem faciendum, muros- 141 que reficiendos; si fuerit de necessitate (quæ ratio & pro exstruendo castro quandoque militat) secus si ad decorem, adductis testibus, respondent Butrig. *in l. ad instructiones. 7. C. de SS. Ecclesia. juncta. l. 7. ibi: omnes C. de oper. publ. l. 4. C. de privil. do. Aug. &c. lib. 11. Novell. 149. cap. 3. circa fin.*

fin.collato tit.C.de nav.non excuss.lib. 11. *& inf.conclus.45.nu...* Nicol.Boerius *d. tract. de custod.clau.num.48.49.* Petrus Gregorius *lib.3.syntag.ju.univ.cap.8.n.3.4.* & Alphons.Alvarez *in spec.Rom. Pontif. cap.35. num.29.in fin. & num. 31.*

142 Alias in præcedenti casu † Dd. ita respondent: castrum muniendum à superiore tempore belli, impensis regni communibus muniri debere, neque cogi ad id cives: nec Principem, si faciat, abs civibus impensas repetere posse. Dominum tamen inferiorem istius castri aliquid contribuere teneri. Cremon. *sing.26.* Ferdin. Vasquius *lib.1. contr. illust. cap.6. numer.1.*

143 Mart.Laudensis *d.tr.q.6.* Si tamen † Princeps haberet satis idoneos reditus, vel crumena sufficeret, tunc inpensam ad hanc rem communiter non esse faciendam decidit idem Vasquius *ubi sup.nu.2. Autor libri, vulgo inscripti, Somnium Viridarii, de utraq; potest.c.141.nu.12.* Vide *l.turres 18. C. d.t.de oper.publ.* Bartol.Cæpoll.*de serv.urb. præd.cap.39.num.9.* quos post Angelum, Jasonem, Nattam, Surdum & Gailium sequitur etiam Thomas Maulius *in tractat. de homag.tit.4.num.10. & num. 20.21.22. juncto tit.5.n.33.34.35.36.& tit.8. nu.6.tit.*

144 *9.nu.39.* Unde, quod † in contributione & communi refectione ne divinæ domus & religiosæ Ecclesiæ sint exemptæ, addit Gothofredus: locupletes scilicet, non si solæ aut destitutæ reditu *in d. l.7. de SS.Eccles.cum l.18.& 28. in fin. eod. titul. lit.g.* Quo referenda sententia S. Ambrosii relata.in *c.aurum.12.quæst.2.*

145 Quibus probe consideratis † alterum suboritur consectarium: quod etiamsi satis sit dives, in castris ac arcibus exstruendis Princeps tamen non in totum prodigus esse debeat: sed curare, ut parvo sumtu, quantum possibile, hoc perficiatur opus; non nimis operosum & pomposum ad luxum ac splendorem solummodo vel potissimum exstructum, & tamen bene firmum; qua de re late Hermannus Laterus *tr.de censu libr.1.c.12.per tot.* adde Cassiodorum *lib.7.epist.5.* Lucam Evangelistam *c.14. v.28.29.30.* Et ad hanc thesin refer omnino explicationem *cap.3. Habacuci*, quam habet B.Lutherus *d. tom.3.oper. Jenens.German.fol.mihi 244.usque ad fol.250.* Illud enim solæ pecuniæ profusæ & exhaustæ, non virium aut animi, stulta & otiosa odiosaque est ostentatio; ad exemplum †

146 istius structuræ, de qua Plinius scribit: in raphanos, allium & rapas cibos viles, quibus pascebantur operarii, mille octingenta talenta erogata fuisse, *lib.36.c.12.* Adhibe Thomæ Lansii *consultat.de princ.Europ.p.m.591.592.& 656.*

147 Nec admitto † Bartoli effatum: ex magnitudine ædificiorum probari magnanimitatem Principis, *in l.2.C.de præd. & omn. reb.navic.* quem adducit Laud. *tr.de Princ. q.334.* ibidemque Platea *in 6. not.* de quolibet id præsumi à Dd. tradit, non de solo Principe; quod latius explicatum vide apud Mascardum *conclusion.999.* maxime

148 cum † divitias ad magnanimitatem conferre, iterum dicat Bart. *in l. 1. numer.47. C. de dignit.lib.12.* Sicuti & fastuosum nimis

149 ac fastidiosum est dictum † Alexandri Magni: Orbem terrarum civitatem communem, sua vero castra civitatis illius esse arcem. Plutarch.*in Alex.* Bodinus *lib.1. de Republ.cap.6.p.m.72.*

XII.

150 FINIS † elucet, quando quæritur: cur exstructa sint castra, ad qvid destinata, & an necessaria? Videlicet contra irruptiones ac incursiones tam bestiarũ ferarum, quàm ho-

hominum seu hostium & latronum, cohabitantiumque seu vicinorum ac potentum injurias, insidias, insultationes. Ex quibus facile resultat † quæstio principalis, quâ neglectâ aut omissâ in cassum laboramus, & quam in utramque partem hinc inde trahunt retrahuntque autores. An nimirum arces sive castra & munitiones in regno sint exstruendæ, urbesque & oppida an muris cingenda, turresque in iis erigendæ? Negat id directe Nic. Macchiavellus *lib. 2. de Repub. Roman. c. 24. & lib. de Principe. cap. 20.* oblique autem Ios. Schalig. *lib. 3. poet. c. 106.* At minus recte, curiose magis quam fructuose; nec bono publico ea opinione bene consulunt, aut non probe tempora hominesque distinguunt. Si enim omissis causis aliis de † civitate, non vero urbe (quas Politici discriminant, idque agnoscit Caspar. Zieglerus JC. *in aur. prax. Calvoli. §. civitas. in proœm. nu. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.*) sermo esset: vel etiam in totum adesset Respublica Platonica aut Utopica, quam magnus Angliæ quondam Cancellarius Thomas morus confinxit: si etiam in illa vel simili, & quilibet nostrum officium suum faceret, tunc fortassis causa esset decisa & liquida; nec adeò periculosa tempora, sed omnia tranquilla ac tuta ab insidiis bellisque. Ast inter homines, id est, inperfectos vivimus; nec illæ Respublicæ uspiam exstiterunt, sed ingenii commenta, (de quibus Kylling. *d. tract. de ganerb. castror. disc. 8. num. 89. 90.*) ac documenta sunt: nec humana inbecillitas ac perversitas id patitur. Adeò, ut cum † ICto Iuliano reponere possimus: multa contra rationem disputandi pro utilitate communi recepta esse, illudque innumerabilibus rebus probari posse, *in l. 51. in fin. D. ad L. Aquil.*

151 152 153

Quocirca † contraria adfirmantium firma stat hæretque sententia, quam (quo verborum faciam compendia) hoc generali includo syllogismo: Quidquid adprobatur ab omni jure, id inlicitum esse, vel pro parum necessaria haberi nequit. Atq; illud, &c. Ergò.

154

Confirmatur enim jure † divino, & exempla adsunt in eo plurima. Faciunt nempe dicta *Numer. 22. vers. 16. 17. juncto v. 22. 24. 25. 34. Ezech. 42. v. 20. juncto cap. 38. v. 11. 12. & 56. v. 5. 62. v. 6.* Sapientissimus etiam omnium *3. Reg. 3. v. 12. 2. Esd. 13. v. 26.* Salomon hoc fecit *2. Paral. 8. v. 4. 5.* successoresq; ipsius Roboam *c. 11. v. 5. 10. 11. 12.* & probus coram DEO Abia *c. 14. vers. 2. 6. 7.* Iosaphat *c. 17. v. 2. 12. 19.* pius Ezechias *cap. 32. v. 5.* Ante eos de suis hoc testatur David, vir juxta voluntatem DEI, cum alibi tum *Ps. 60. vers. 11.* Et Propheta Ieremias *cap. 1. vers. 15.* Quo refer & historiam Nehemiæ *c. 2. & seqq.* quam ad hoc negotium Bodinus & Tholozanus optime transferunt. Deinde quid aliud indicant † variæ ab iis desumtæ translationes, quæ in SS. Bibliis obcurrunt. e. g. *Proverb. 25. v. 28.* ubi Dominus Remus: & quibus ipse DEus se murum, propugnaculum, clypeum, refugium, arcem, &c. appellat. *Psal. 91. v. 2. & pen. Ezech. 21. & seqq. Zach. 2. ver. 5. cum simil.* Quis etiam non animadvertit hoc † Ethnicos per umbram ab Ægyptiis habuisse, urbiumq; ac murorum ædificationem suis ipsis diis adtribuisse? Herodotus enim *lib. 7.* hoc refert isto:

155 156 157

Τεῖχος τριτογενεῖ ξύλινον διδοῖ εὐρύοπα ζεὺς
Μοῦνον ἀπόρθητον τελέθειν, τὸ τε τέκνα τ' ὀνήσει.

Jupiter altitonans dat mœnia sola Minervæ
Lignea, recta ut stare queat, natosq; tueri.

Et Coluthus *de rap. Hel.*

Εἴ τινά πε φρυγίης ἐνὶ τέρμασι γαῖαν ἀκέεις
Ἴλιον, ἣν πύργωσε ποσειδάων καὶ ἀπόλλων
Εἴ τινά πε πολύολβον ἐνὶ τροίῃ βασιλῆα, &c.

h.e. ex interpretatione Eobani Hessi:

Si qua tuas, inquit, fando pervenit ad aures,
Urbs vetus in Phrygiis sita finibus, Ilion altum,
Cujus humum quatiens Neptunus, & altus Apollo
Mœnia condiderint, &c. ———

Et paulo post *pag. mih. 29. 31.* plura subjicit, ubi videnda. Apertius Lucanus *lib. 6.*
Nunc vetus Iliacos adtollat fabula muros
Adscribatq; Deis.

Istum quoque finem generalem, (qui includit alios, quos in definitione munitionum, ἀλόγως tamen, describit Althusius 158 *lib. polit. cap. 28. pag. 389.*) ipsa † Naturalis ratio suppeditat; quæ suadet, ut non singulorum, sed etiam universorum fortunæ, bona, uxores, liberi, pecuniæ, facultates, ab hostium incursionibus direptionibus ac latrociniis tutiores essent: Cic. *3. Offic.* quæ certè sine mœnibus, urbibus ac propugnaculis salva esse commode non possunt. Reusnerus *de arte strateg. l. 2. cap. 26.* Bodinus *lib. 5. de republ. cap. 5.* Hinc & an- 159 tiqui † Phrysii eodem permoti consilio, se moti (sicuti etiam Judæi operabantur in restaurandis mœnibus, *2. Esd. 4. vers. 19.*) ac diversi initiò habitabant, ut unus vix ab altero adclamari poterit, ædificiis non in Germanorum reliquorum morem connexis ac cohærentibus, sed suam quamque domum fossâ altâ circumdabant, ut adversus incursus prædonum ac nebulonum, sive etiam adversus omnes casus ignis aut incendii, tuti esse possent, inquit Corn. Kempius *lib. 1. de orig. & reb. gest. eor. cap. 3. pag. 13.* Deinde † Naturâ ipsa (quæ 160 differt à naturali ratione, *arg. §. 2. Instit. de I. N. G. & C.*) idem competit. Illa enim munitiones varie docuit: Bestiæ sua lustra & loca tutiora habent: aves in aptis ac securioribus locis nidos constituunt: & quasdam urbes paludibus, montibus ac fluminibus natura muniit: Vegetius *lib. 3. de re milit. cap. 1. & lib. 4. cap. 1.* Tholozanus *dict. libr. 2. de rep. cap. 1.* Clypeis & armis singuli corpora tegimus, cur non urbes mœnibus cingeremus, nosque universos muniremus? Bodinus *dict. lib. 5. cap. 5.*

Ab ipsa quasi pueritia, ornatum splendorem & magnificentiam diligimus ac præferimus, ad quam egregie faciunt muri. *argu. l. 6. C. de oper. publ. juncta l. 2. in fin. l. 6. Cod. de ædif. priv. & l. 6. in princip. de* J. & J. Claudian. *de 6. cons. Hon. vers.* 530. Aristot. *7. Polit. 11.* Nec denique domus ulla reperitur, quæ non parietibus, januis & similibus munita sit, clausa & firmata, Junius *pol. quæstion. 64. pag. 2. membr. 2. juncta l. 10. C. d. t. de ædif. priv.* cum explicatione Kyllingeri *dict. disc. 4. numero* 108. *& sequenti.*

Subvenit & jus † Civile, per textus 161 quos sparsim adduco; eodemque provinciarum Rectores severe monentur, ut sciant incolas urbium singularium muros vel novos debere facere, vel veteres firmius renovare, *l. 7. l. 11. l. 12. l. 14. l. 18. C. d. t. de op. publ. l. 26. in pr. C. de episc. aud. d. l.* 18. *Cod. de SS. Eccles. l. 7. Cod. de metat. Novel. 59. cap. 5 juncto sup. n.* 138. Argumentum quoque à posteriore duci potest. Cur enim † mu- 162 ri dicti fuissent sancti & inviolabiles, *l. 11. l. 8. §. fin. Digest. de rer. divis. l. ultim. eod. ubi Goth. l. 11. Digest. ad Leg. Jul. pecul. l. 3. §. nec non. 17. Dig. de re militar.* Petrus Faber *1. semest. 22. in fin.* Henricus Salmuth *ad Panciro-*

cirolum *libr.1.c. de Pyram.* ac deinde inhabitabiles, *leg.2.& 3. Digest. ne quidin loco publico.lib.5. Feud.21. de pace Constant.* † nec sine permissu Principis reficiendi. *supra numero 99.ad dict.leg.8.§ final.l.9.§.4. Digest.d.tit.de rerum division.* atque † executionem ideo, quoniam sint sancti & extra commercium, ob debitum civitatis in illis fieri non posse, sine omni causa tenuisset Capycius *in decision. Neapolit.27. numero 47.*

163

164

165 Sed & Imperator † Leo tuta omnino & munita semper esse castra oportere statuit, *lib.de bellic.appar.cap.11.numero 8.* etiam amicitiæ pacisque tempore. *capite 2.numero 27.* Quid dicam de jure † Saxonico & Constitutionibus Imperii Romano-Germanici? Quis ergo hæc ut inutilia, inlicita & injusta æstimet; quum aliàs † Imperator Deum sequatur. *auth.69.cap.4.§.1. in fin.* & † disputare vel saltem dubitare de Principis judicio sacrilegii instar sit, *l.3. C. de crim.sacril.* Martinus Laudensis *dict. tractat. de Princip. quæst. 2.* quod fusius exponit Ludovicus Rudolphinus *conclu.9.per tot.*

166

167

168

169 Adstipulatur & jus † Canonicum, *argum.cap.Pisanis.19.de restit.spoliat.cap.sicivitas.17.extr.de sent.excom.in 6. cap.statut.11.vers.cum vere.de rescript.in 6.cap.tuæ 12. de cleric.non resid.* quod præterea bellum admittit: necesse igitur ut etiam adminicula & necessaria requisita pro licitis agnoscat, nec inprobet. Exemplo etiam suo prævivit Adrianus Pontifex, de cujus arce agit Huldricus Mutius *in Chron. german.l.14.p.m.107.* & plura invenies *l.3.p.18.& 19.*

170 Ac denique † Gentium quoque jure ac more per universum mundum, & ab ejusdem fere initio, usque ad nostra futuraque secula duraturo introductum est: ut Castra, arces, turres, & urbes exstruamus, murosq; cingamus.

171 Unde quod † totus mundus adprobat, non audeo inprobare, Baldus alicubi exclamat, referente Christophoro Besoldo *in templo Iustit.sive de addisc.jurispr. num.57.in fin.p.m.56.* & ut bellum, ita præsidia, munitiones & c.res esse permissas, omnes saniores senioresq; firmiter statuere adfirmat Dominus Waremundus ab Erenberg. *lib.1.de fœder.c.2.nu.17.* & unanimiter propugnat universa Politicorũ cohors; quorũ præcipuos digito quasi monstrabo, ne longiore inductione opus sit.

172 Muros itaque † necessarios esse & fuisse & urbes castraque iis cingi oportere, multis argumentis ac firmis moti constanter concludunt Aristoteles *7.Polit.11.* Johannes Bodinus *lib.5.de Republ.cap.5.* Henricus Ranzovius *in coron.comment. bell.pag. 355.& sequentibus.* Franciscus Patricius *lib. 8.de Rep.c.4.&5.* Anti-Machiavellus sive Innocentius Gentiletus *lib.3.theor.33.* Fulvius Pacianus *de vero justoque Principe c.4. pag.288.* Petr.Greg.Tholoz.*d.lib.1.de Republica.c.3.& 5.* Celsus Mancinus *de jure principatuum.lib.6.cap.22.* Arn.Clapmarius *de arcanis Rerumpublicarum.l.3.capitul.7.* Melchior Junius *d.quæst.polit.p.2 qu. 64.memb.1.& 2.* Dn. Mich. Piccartus *obs. posth.dec.13.cap.2.* Hermannus Latherus *dict.tractatu de Censu lib.1.c.12.num.12.13. 14.15.* Georgius Schönborn *lib.4. pol.cap. 13.* sive ejus transcriptor pedaneus & plagiarius obscurus Nicolaus Bellus *lib. 2.polit. disc.72.73.sive de statu civili. lib. 3. disc.53. lib.6.disc.1.pag.574.* Reinhard. König *in theat.polit.part 1.* Cunradus Dieterich *d. disc.de munition.memb.2.* Johan. Werner. Gebhard.*lib.1.*der Fürstlichen Tischrede.*capite quarto*, aliique infiniti.

Stan-

Stante ergo inmobili hoc de exstruendis arcibus, turribus, urbibus, castrisque principio: de eorumdem deinceps fabrica, materia, forma, & similibus aliquid uberius dicendum erit. Quamvis non negem, 173 dici quoque posse † de arcibus, castris & locis munitis, quod de mulieribus quidam usurparunt: Neque cum illis, neque sine illis tutam vel commodam esse Rempublicam; qualem Metelli Numidici Censoris orationem olim fuisse testatur Franciscus Connanus *libr. 8. comment. jur. civ. capit. 1. numer. 4. pag. mihi 854.*

XIII.

174 MATERIA † est varia, pro regionis cujusque situ & conditione. Communiter tamen absolvitur terra, luto (cu-175 jus † encomium latissima oratione conscripsit Antonius Majoragius; & ejusmodi varraginem dissertationum integro volumine, quod Amphitheatrum rerū minutissimarum indigitavit, Casparus Dornavius clausit) lignis, lapidibus, arena, calce, ferro, & aliis; quibus omnia & singula arcium membra præparantur, conficiuntur & conservantur.

176 Et quidem † Terra ad castrorum, aggerum, propugnaculorum, catorum, vallorum, pomeriorum, pectoralium, planarum formarum, tutaminum, prætenturarum sive sepimentorum, omniumque hic pertinentium partium fabricam requiritur. Hos quoque ut vocant, terminos explicant Cunrad. Dieterich *d. disc. de munitionibus. membr. 3. quæst. 3.* Simon Stevinus *cap. 1. de exstruend. munit.* Hadrianus Iunius *in Nomenclatur.* aliique conplures. Idem vero Cunradus Dieterich *quæstion. 2* quænam terra ad aggerum, vallorum, &c. constructionem sit convenientissima? & *quæst. 3.* quibus subsidiis terra non usque adeo argillosa & uliginosa in construendis aggeribus & vallis sit præparanda, decidit. Cum igitur in antecedentibus nonnihil prolixius fuerim, hæc mitto, benevolumque Lectorem ad eum remitto; hac tamen additâ cautelâ vel veniâ, ut vocabula modo proposita teneræ quorumdam aures non admittere vel audire recusent. Sunt enim termini artis & satis idem autor se ibi excusavit, apertiusque hoc alibi Seneca peragit, nimirum *epist. 58. in princ. & libr. 2. de benef. cap. 34.*

Ligna proinde (de quibus Simon Majolus multa habet *in dieb. canicularib. colloqu. 21.*) requiruntur varia: eaque vel † Ma- 177 jora, duriora & solidiora; quibus fundamenta, fibulæ, pali, subscudes, asseres, incilia sive aquagia, canales, pontes, portarum fores, &c. conficiuntur: vel Minora & tractabiliora, quibus vallum, aggeres, crates, gerræ, ligaturæ, & necessaria alia præparantur, & ad usum transferuntur. Vide eūdem Cunradum Dieterich *d. memb. 3. qu. 4.* ubi, quę & qualia ligna ad castrorum & munitionum exstructionem seligenda, post Vitruvium, Dilichium, Speccelium, aliosque discutit.

Lapides vero † de quibus idem Majo- 178 lus *colloq. 18.* cæmenta, arena & calx, ad castrorum & propugnaculorum, murorum, turrium, pectoralium & pomeriorum, foraminum ac angelorum tormentalium inferiorum: Itemque hypægeorum, fornicum, laquearium, cryptarum, aliarumque subterranearum, arcuato opere exstructarum, concamerationum: nec non cochlæarum, schalarum, hypethrorum, & quorū vis subdialium peristyliorum exstructionem valde sunt necessaria. Cunrad. Dieterich *in d. discursu*, qui *memb. 3. q. 1.* anne aggeres, valli, &c. ex terra, an lapidibus, an

an vero lignis in ſolum fabricandi? & *quæſt.5.* qui & quales lapides ad eorum conſtructionem ſint ſeligendi? ac deniq; *quæſt.6.* quæ & qualis arena, & calx adhibenda? ſatis commode explicat. Viam ipſi præter Leonem Imper. Onoſandrum, Polyænum & Reuſnerum monſtravit Daniel Speccelius *lib.1.de architect.munit.* Quinimo in † expeditione Indica Alexander Magnus cum ſuis venit in terram, quæ Perſica dicebatur, ubi erat civitas in monte ex præciſis lapidibus ſine calce, in qua primatum tenuit Regina Candacis, filia, ait Martinus Polonus *libr.2.Chron.c.4.p.m.73.*

179

180 Denique † FERRUM ad clathrorum, cataractarum cancellatarum, anſarum (quibus ſaxa inplumbata ligantur) & ſubſcudum ferrearum ſive fibularum, &c. (quibus per anſas trajectis trabes cum parietibus latericiis convinciuntur) confectionem, ut & ad ſeras vectesque fabricandos, omnino requiritur. Adeundus & non infrugifere idem Majolus *in colloq. 19.*

Dixi tamen rebus ex variis caſtra & munitiones confici. Scimus namque † materiam eſſe rem qvamlibet, ex qva arces, caſtra, & ſimilia commode exſtrui firmarique poſſunt. Vitruvius *libr.1. de architect.cap.5.p.m.33.in fin.* De lapidibus, lateribus, calce & arena multa quoque Leo Bapt. Albertus *lib.2.de re ædificat.c.9.11.12. lib.3.cap.4.* Eumdem Vitruvium de † Lateribus (quos primo confecerunt Noe filii, *Geneſ.11.verſ.3.* poſt eos reliqui Hebræi, *argument.2.Eſd.4.v.23. Nahum 3.v.14.*) Vide *libr.2.cap.3.de arena.cap.4.* de Calce *capit.5.* (& Schaligerum *exercit. 5. ſect.8. cum 9.*) de ſingulari quodam Pulvere *cap. 6.* de Lapidicinis, ſive, ut alii malunt, lapicidinis *cap.7.* & ſingulis locis adhibe ſcholia Danielis Barbari: qui inſuper *ad librum 4.capit.3.fol.130.* † muri civitatis aut caſtri, ex quo fieri lapide debeant, explanat; nimirum ex quadrato & magno lapide (ſicuti Judæi, poſt captivitatem Babylonicam templum quoque ſuum de novo exſtruxerant, *3.Eſdr.6.v.9.*) laudantur, vel etiam magno & incerto, ut adſpicientibus horrorem quemdam incutiant, aſperitatem & ſeveritatem ferant. Fecerunt id Reges, qui Romulum proxime ſequuti, & Romam ſaxis magnis inmenſoque aggere dilatarunt. Roſinus *lib.1.antiq.Roman.c.2.*

182

183

184 Muros † Carthaginis ex quadrato etiam lapide conſtructos fuiſſe, hiſtoriæ addocent. Illius namque ambitus fuit ſex milliarium Germanicorum. Diameter igitur fuit circiter duorum milliarium, Philip. Melanchthon. *libr.2.Chronic. Carion.p. m.318.* ſive, triginta millibus paſſuum muro vallata urbs, tota penè mari cingebatur, absque faucibus: quæ tribus millibus paſſuum aperiebantur. Idem locus murum triginta pedum in latitudine habuit, ſaxo quadrato in altitudine cubitorum quadraginta. Arx, quæ dicebatur Byrſæ, paulò amplius quam duo millia paſſuum tenebat, prout eam deſcribit Martinus Polonus *libr.2.Chronic.capit.11.pag.m. 84. edit.* quam ſuffridus Petri procuravit & notis illuſtravit.

185 De urbe † Aſpalathi in Dalmatia ita *in libr.de adminiſtrat.imp.capitul. 29. pag.86* Conſtantinus Imperator ſcripſit: ὅτι τὸ αὐτὸ κάστρον οὔτε ἀπὸ βησάλων ἐστὶν ἐκτισμένον, οὔτε ἀπὸ ἐγχωρήγου, ἀλλ' ἀπὸ λίθων τετραπεδίκων ἐχόντων εἰς μῆκος. ἀνὰ ὀργυὰς ἀπολλάκις καὶ τὸ πλάτος ἀνὰ ὀργυᾶς μιᾶς οἵ τινές εἰσι συνηρμοσμένοι καὶ συνδεδέμενοι εἰς ἀλλήλους μετὰ σιδήρων ἐν μολίβδῳ ἐγχυλιασμένων.

Hoc est: Urbs autem hæc neque è latere est, neque ex enchorego, sed ex lapidibus quadratis ulnarum sæpe duarum longitudine, & unius latitudine, qui conpaginati inter se vinctique ferro in plumbum liquefactum impacto.

186 De † Dardanellis (qui sunt Sestus & Abydus, *Laz. Soranz. in Ottoman. part. 2. disc. 106.*) anonymus quidam *in dissertatione de statu imperii Turcici sub Amurate III. ita à Iacobo Geudero conversa p. m. 386.* ait: Hæ duæ arces antiquo more & forma ædificatæ, uno saltem & quidem simplici muro nullis aggeribus, nullis propugnaculis munitæ, nec magnæ sunt, nec recte custodiuntur: Asiæ Dardanellus quadrangularis est, in planicie littoris situs, ubi facilime cuniculi agi possunt. Europæus ovali figura constat, positus ad radices montis, qui illi totus imminet & dominatur. Nec in summo culmine propugnaculum ullum est, muri plane similes prioribus, mons non è saxo, sed terra & arena constat ut plurimum, &c. Hactenus ille.

187 In † Britannia porro ad Abencurven, i. e. Caronis ostium, Ptolemæo Coria dictum, antiqua substructio visitur etiam à quadrato lapide, altitudine XXIV. cubitorum latitudine XII. Julius Hoff vocant vicini, & à Julio Cæsare exstructum opinantur, at à Julio Agricola, qui hanc partem præmunivit, censet ad ipsius vitam. *p. 145.* Dominus præceptor Michael Virdungus.

188 Ita Rex † Alphonsus naves insolitæ magnitudinis fecit, & quas qui procul inspiciat, sublimes esse arces per mare vadentes arbitretur. Ædificavit pluribus in locis: Sed Neapoli supra quàm dici possit, splendide ac magnifice arcem regiam (cui Novo Castro fuit nomen à fundamentis ejectam, iterum erexit: tum opere mirabilem inexpugnabilemque, tum sumtu magnificentissimamque turribus orbiculari forma ex lapide quadrato, mirifica structura atque artificio, murique crassitudine inaudita, & ingenti arcu triumphali ex marmore candidissimo excitatis. Æneas Piccolom. sive Sylvius *comment. de statu Eur. sub Frid. III. Imp. cap. 60. pagin. 111.*

189 Sic in Gallia † conspicitur Bastilia arx, ex quadrato etiam lapide, octo turribus inclusa, & fossis profundis circumdata, Anno XPI 1369. ædificari cœpta. Hentzn. *in d. Itiner. pag. 98.*

190 Hinc quoque † turrim à torvis, quod prospiciat ante alias: vel quod aspectu torva sit: vel etiam quod hostes terreat, dictam putat Varro *lib. 4. de LL.* Vide Grapaldum *libr. 2. de part. ædium. capit. 12.*

191 Plura de † murorum ac turrium fundamentis, crassitudine, &c. habet idem Vitruvius *dict. libr. 1. capit. 5.* ubi propugnaculi secundum nostra tempora descriptionem adjecit Scholiastes Barbarus *pagin. 37.*

192 Quibus delibatis significandum præterea aliud, nec patria mea dulcissima † Phrysia omittenda, aut postponenda. Est enim juxta Poetam pius patriæ facta referre labor. Postquam igitur in ea civitates condì ceperunt, omnes quoque communiter altis ac latis vallis & fossatis insuperabilibus circumseptæ turribus & propugnaculis ex terra argillosa munitæ, atque plateæ civitatum ut plurimum silicibus constratæ. Quantum vero attinet ad ædificiorum structuram, divites lapidibus, cæmento, tegulisque lateritiis domos suas ædificant atque operiunt; pauperes vero & rustici ex luto sive argilla suas domunculas faciunt, ac straminibus vel arundinibus eas degunt. C. Kempius *dict.*

lib.

lib.1.cap.3.pagin.13. Confer Taciti German. capit.6.

193 Idem in descriptione † urbis Groningæ & figuram & materiam exprimit hisce: Ab incolis fuit primo communita ligneis mœnibus, ex tabulis quercinis fabricatis; & postmodum tempore Henrici IV. anno ab incarnatione Domini 1110. civitatis mœnia primo ex coctili lapide à fundamentis sunt jacta, & muro circumdata forma ferè quadrata munita est, &c. *libr.2. capitul.9.pagina 136.*

194 Sed & celebris in historiis urbs est † Alexandria, quam condidit Alexander M. & à se nominavit. Hæc vertex fuit omnium civitatum, quam multa nobilitarunt & magnificentia conditoris & architecti solertia Dinocratis: qui cum ampla mœnia fundaret & pulchra, penuria calcis id momentum parum repertæ, omnes ambitus lineales farina respersit; quod civitatem post alimentorum uberi copia circumfluere fortuito monstravit indicio, referente Amm. Marcellino *libro vigesimo secundo in Juliano.*

195 Hæc de † vero ac firmo obtinent apud homines castrorum usu. Cæterum materia adhuc manet varia, sæpeque talis præparatur, ut in deliciis habeatur, ad miracu-

196 lum usque. Celebris enim est † ars Vitriaria; cujus artifices candentem materiam è cinere liquefactam, eque fornacibus deprompta m, ac ferreis fistulis adhærentem, vel uno vel altero flatu, in quam velint rei alicujus formam magnitudinemve mira dexteritate confestim reducunt. Ducem itaque Clivensem Karu-

197 lum in itinere suo † vitrea vidisse castella, mirificè ex vitro firmata ac conflata, testis est Stephan. Vinand. Pighius *in Herc. Prodic. pagina 192.*

198 Sic & † orbis vitreus admirabili artificio ab eximio Archimede Syracusano jam olim constructus: in quo omnes Sphæræ Planetæque eodem modo, quo in vera hac machina, & movebantur, & conspiciebantur: flatu per canaliculos & ductus, quosdam omnia symmetrice agente. Francisc. Sanchez *in dicto libro de scientia, quod nihil scitur, pagina* 50. Henricus Salmuth *in not. ad Pancirol. libro secundo, titulo decimo, pagina* 553. post Claudium Claudianum *epigrammate vigesimo primo.* & Lactantium *lib. 2. cap. 5.*

His adjunge, qui ordinem aut inventionem non turbabit, Simonem Majolum *in diebus canicularis, colloquio vigesimo tertio, pagina* 787. & Epitome Olai Magni *libro primo histor iar. de gent. septent. capit. de Castellis juvenum nivalibus, pagin.* 19. *cum libr.* 11. *pagina* 271. *& sequentibus.* Quinimo,

199 quod miracula hæc auget, de muris † vitreis, aqueis, igneisve quid sentis? Fit sane ejusmodi murorum in S. tabulis pro more mentio. Ita enim Jehova: ego ero murus igneus. Zachar. 2. *vers.* 5. Aquæ maris rubri divisæ fuerunt, & utrimque instar murorum vitreorum seu pellucidorum adsurgentes, donec gens Jacobæa incolumis transiret. *Exod.* 14. *vers.* 22. 29. Unde canit A. Prudentius *hymno* 5. *Cathem.*

Præbent rupta locum stagna viantibus
Riparum in faciem pervia, sistitur
Circumstans, vitreis unda liquoribus,
Dum plebs sub bifido permeat æquore.

XIV.

200 FORMA sequitur. Nam † materia adpetit formam, quod latissime exponit Franciscus Vicomercatus Mediolanensis, *lib. 1. de principiis rerum naturalium. c.* 19. 20. 21. quam si non habet, est inperfecta, Scaliger *exercitat.* 307. *section.* 27. 29.

Guilielm. de Monserrat. *tractat. de success. regum dub. 3. numero 6.* & plane inutilis, Tobias Nonius *ad titul. Instit. de verborum obligationibus, numero 4. pag. 451.*

201 Forma autem ista † respectu castrorum est externa illa figura, quæ in oculos incurrit, sive ipse modus fortificationis aut exstructionis, & perficitur legitima membrorum principalium coordinatione: & in justissima profunditatis, latitudinis, altitudinis, distantiæ, dimensionis, & directionis συμμετρίᾳ ac proportione, pro loci subjecti qualitate & quantitate consistit. Certe hic demum inremigabile mare ingredimur.

202 Tanta namque † opinionum, munitionum ac formarum diversitas se obfert, ut quo te vertas, quidve præoptes, vix constet; quam varietatem ac difficultatem latius persequitur idem Cunradus Dieterich *membro tertio, part. 2. thesi secunda, per tot.*

203 Quamque † efficiunt diversæ nationes, pugnantia hominum ingenia, quotannis nova scrutantia: magna itidem regionum, situum ac locorum diversitas: distincta etiam theoriæ ac practicæ operatio. Inter has enim duas tanta est in hoc casu differentia, ut quælibet peculiarem quandā explicationem desideret, dicente Simone Stevino *dict. lib. c. 3. in princip.* Hinc tanta provenit figurarum ac formarum diversitas, dissimilitudo munitionum tanta.

204 De † forma murorum in oppidis Gallicis vide Cæsarem *lib. 7. pagin. 168.* Eligit

205 † Rotundam ac præ aliis laudat Vitruvius *dict. lib. 1. capit. 5. pagin. 31. 32. 33.* ibiq; commentator.

206 Unde & † Grammatici (quibus, secundum Cornelium Nepotem, titulus & nomen eruditionis solum debetur, referente Ludovico Schradero *ad titul. Institut. de excus. tut. numer. 21. pagina* 585.) urbem † ab orbe desumunt. Isidorus *libr. 15. cap. 2. juncta leg. 239. §. urbis. Digest. de Verborum significationibus.* ubi Gœddæus & Gothofred. At contra † Romulus urbem suam primum quadratam fecit. Præter M. Portium Catonem, Dionys. Halicarn, & Plutarchum, testis est Q. Ennius.

207

208

Et quis nunc curat Romæ regnare quadratæ.

209 Sic in † Alexandria quoque hodie dignissimum visu est castellum majus, firmum & præsidio munitum; quod à Sultano Caizbeico extra urbem ad dextram portus novi, in rupe maris forma quadrangulari Anno 1479. exstructum est, teste oculato Christophoro Fuhrero *in Itiner. Palæst. pagina 6.*

210 Aliis alia forma adridet, deque ea certant. Unde † operosissimum colligitur munus esse castra legitime munire, efformare, locoque satis idoneo exstruere, quem ea occupent; qui pro oblata occasione ac necessitate varius est, modo extensior latiorque modo arctior conpressiorq;.

Quare sæpissimè in Livio, Polybio, aliis diversissima castrorum militarium quoque (à quibus illa, de quibus agimus, denominata existimantur) munitio reperitur. Nam interdum trigona, interdum quadrata, interdum semirotunda, &c. est, inquit Vergetius *libr. 1. capit. 23.* & oblonga eidem dicta *l. 3. c. 8.* Hanc verò ovalem fuisse & à Galbá excogitatam, loquuntur non historici modò, sed & figura, quam reperies expressam à Gabriele Simeonio Florentino, *in antiquis suis observationibus.* Relinquamus ergo hoc cujusque judicio & arbitrio. In tali enim casu certi nihil, præterquam generale aliquid, possumus decernere, nec unam eamdem-

demque formam singulis adhibere. Judicent hic rerum magis periti & gnari. Meum enim est manum de tabula movere, digitisque tabella conpescere, & artifici in sua arte credere; ne mihi accidat quod alicui qui de militia disserens cui tamen nunquam aut parum interfuerat, merito fuit objurgatus. Fundamenta tamen † ichnographica, ortographica (de quibus duobus videatur Cæl. Rhodigin. *lib.8. antiq.lect. cap.8.in princip.*) & architectonica, eorumque formas varias, qui cognoscere desiderat, is † Vitruvium ejusque Scholiasten Barbarum, Danielem Speccelium, Simonem Stevinum, Melchiorem Potier d' Estain, Jacobum Perret Sabaudum, Joh. Henr. Gattkern/ Cunradum Dieterich/ Fronspergium, Suendium, Dilichium, M. Aurel. de Parasino, Joh. Erhard. de Barle-duc, Bonajut. Lorinum, Franc. Mariam Ducem Urbinum, Joh. Thomam Venetum apud Hieron. Ruschellum, Dieg. Ruffanum, Brancerium, aliosque suis locis & libris consulat, & voti conpos fiat. Sic de † castrametatione itidẽ Andr. Janꝰ Lascaris: de † instruendis aciebus Constantin. Imp. & Dionysiꝰ Longinus: de triangularibus pariter vel quadrangularibus aciebus militaribus Zacharias Lechmerus, vel ut aliis videtur, Locksnerus: de † munitionibus castrorum Hygenus seu Hegenus: ac denique de † modo substituendi terrena monimenta ad urbes atque oppida cæteraque loca omnia, quibus aditus hosti præcluditur, Jacobus Lauterius libros scripserunt, ac in lucem produxerunt. Quos omnes brevitatis causa indicasse sufficiat. Nos enim majori labore ac fertiliori supersedebimus.

211 212 213 214 215 216

XV.

217 EFFECTUS deinde † circa castrum constitutum, bene munitum, pleneq; inhabitatum sunt multiplices ac varii; cum respectu pœnarum, tum aliarum rerum. Pœnarum ratione circa colloquutionem, commissionem, omissionem, permissionem, desertionem ac negligentiam. De rebus cæterisque causis infra agam. Quoad prius per jura vulgata notum est, quod † castrum à superiore, seu eo qui jus majestatis habet, eaque fulget, exstructum ad defectionem sollicitans perpetret seu committat crimen læsæ majestatis, & ideo ejus violatæ pœnis subjiciatur. Nicol. Boerius *tractat. de custod. clau. numer.* 25. 26. Exemplum singulare habes apud Marquardum Freherum *vol.1. histor. German. pagin.* 414. *& seqq.* 218

Illius tamen † Præfectus, si malo ac perjuro animo id non faciat, cum proditoribus colloqui potest, Andr. Gail. *lib.* 1. *de pace publ. cap.* 14. *num.* 13. 14. 15. An vero is, qui † cum aliquo loqui prohibetur, epistolam vel nuncium ad eum mittere possit. Vide *Clem. si summus Pontifex. & ibi gloss. de sentent. excommun. gloss. in c. constitutionem verb. participatione. de senten. excom. in 6. juncto cap. ubi periculum.* §. *nullo. de elect. in 6. & 6. ego enim de jure.* Benincasium *in* §. *superest. num.* 248. *Instit. de action.* & ibid. Gomesium Joh. Corasium *lib.* 2. *miscell. cap.* 24. Ioh. de Arnono *commen.* 191. Ferd. Vasquium *de success. tom.* 1. *lib.* 2. §. 15. *al.* 25. *requis.* 16. *num.* 55. 56. 57. & in casu alio Ioh. Gœddæum *de contrah. & committ. stipulat. c.* 7. *concl.* 10. *num.* 149. *& c.* 3. *nu.* 190. *cum seqq.* Ant. Heringium *tract. de fidejussoribus. cap.* 11. *fere per tot.* quosque illi iterum adsignant, & concludunt non esse concessum. 219 220

Sed quid si † unus dictaverit epistolam alter scripserit? eodem edicto & delicto tene- 221

teneri eos respondetur, *per l. 3. §. si alius. 28. D. ad SC. Syllan. cum simil.* Et notissimi aliàs juris est, quod is, qui aliquid per alium fecit, per se fecisse dicatur *d. l. 152. & 169. de R. I. l. ita autem. 5. §. quod si quis. 3. D. de admin. tut. juncta disputat. mea method. de injuriis. th. 16. lit. c.* Gailio *d. lib. 1. de P. P. c. 1. n. 35.*

XVI.

Alterum tale parit dubium: quod si ejusdem castri duo essent domini, & unus 222 † committeret delictum adversus alium; tum licet regulariter non possit puniri ab eo, quem lædit: (cum 223 † unus condominorum in alterius præjudicium facere nihil queat, Kylling. *disc. 8. num. 78. 79. discur. 9. num. 12. & seqq.* Joh. Pet. Surdus *vol. 1. consil. 47. per tot. juncta l. damni. 43. §. 1. vers. quæsitum. D. de dam. inf. & inf. th. 27. n. 387. 390.* nec 224 † par in parem habeat imperium, *l. 4. D. de recep. arb. l. 58. D. de judic. l. 13. §. 4. D. ad SC. Trebell.* Guil. de Cu. *in l. fin. D. de rer. divis.* citatus à Laudensi *d. tr. de Princip. q. 204.* Ant. Quetta *consil. 93. n. 6. 7. 8.* Surdus *d. lo. n. 10.* ubi ex Glossa allegat verba: quod etiam asinus intumescat, ubi videat se adprehendi à pari) tamen si superior adfuerit, *arg. l. 10. C. de feriis. l. 3. in pr. C. de episc. jud.* Kyllinger. *disc. 8. num. 8.* vel tertius alius (qui superior, sed non ex istis duobus est, quorum nec divisio inita istius officio obstat, Bart. *ad l. 36. num. 6. de admin. tut.* uti nec delegatio. *arg. c. in archiep. 4.* 225 *extr. de rap.*) cujus interest certis in casibus, corrigere male facta ab inferiore, juxta Raph. Fulgosium *consil. posthu. 16. n. 31.* idq; is neglexerit: vel lædens jurisdictioni condomini, tali eventu & casu, antea se pacto 226 subjecerit; (parem namque † pari se posse subjicere, indubitati juris & moris agnoscit, Andr. Knichen *in operib. suis. pag. 241. n. 15. 16. 17.*) quo standum, *tot. tit. D. de pact. argum. l. ille à quo 13. §. tempestivum. 4. ubi Dd. D. ad SC. Treb. l. 14. D. de jurisd. d. l. 43. §. 1. de dam. inf. cap. 13. ibi: sine ju. læs. se subjec. ext. qui fil. sint legit.* aut si fuerit castri facta divisio, & alter in eo tamquam alieno loco delictum perpetraverit: vel à superiori illud injunctum fuerit, ut cũ puniret *d. c. ex archiep. 4.* vel frater esset natu major, qui pœnas sumit, Boerius *d. tract. de cust. clau. n. 58. 61. 66. 67. 68.* vel deniq; periculum in mora evidens, cujus causa à cõmunibus juris regulis sæpe receditur, quod possit puniri; ex decisionibus Jasonis post Baldum *in l. de pupillo. 5. §. si quis vivos. de nov. op. nunc.* Joh. Saisonis *in consuet. Turonen. tit. 19. art. 2. gl. 2.* Baldi iterum *in §. fin. Qual. vasal. ju. deb.* Pet. Rebuffi *in l. recte dicimus §. 1. de V. S.* Idem tenet Lanfrancus Balbus *decisio. 116. per d. c. in archiep. 4. de raptor. & c. fin. extr. de for. compet.* ubi communem dicit esse opinionem.

XVII.

OMISSIO succedit: videlicet si Princeps 227 committat custodiam castri Castellano, tenetur hic de violentia, si culpa ejus præcesserit. *arg. l. 23. in fin. de R. I.* Oldrad. *consil. 92. item l. ad eos 19. juncta l. 5. §. 2. §. custodiam. 5. D. commo. l. si merces. 25. §. culpæ. 4. D. locat.* puta si non habuerit arma ad defendendum, vel (ut alii loquuntur) victualia ad vivendum, aliaque necessaria sibi tempestive conparaverit; proinde hujus castellani culpa tunc proditum perditumque fuit castellum, *per l. 2. §. 4. Co. de offic. præf. Afr. l. item 13. §. exercitu. 7. in fin. l. 33. in fi. cum l. perinde. 34. D. locat. l. culpa 50. ubi* Gothofr. *de R. I. l. si procuratorem. 8. §. 9. seu fin. Dig. mandat.* Nic. Boerius *d. tra. de custod. clavium. nu. 24.* Mart. Laudensis *tract. de castell. quæstion. 5. 26. 33. 34. 35. 36.* & Ant. Heringius *d. tr. de fidejuss. c. 26. nu. 11.*

Si

Si verò culpa non præcesserit, non tenetur *dd.ll.l.milites.12.cum.l.fin.D.de cust.& exhib.reor.l.quæ fortuitis.6.ubi* Gothof. *C.de pign. act.l.si ut certo.5.§.2.cum §.quod vero.4.D.commo.* Bartolus *in l.quod Nerva.32.D.depos.* Alphons. Alvaretz. *in speculo Roman.Pontif.c.47.n.31.* Jason.*ad l.in actionib.n.22.D.de in lit.ju.*

228 Sic quoque † castri custos si spreto Principis mandato illud non muniverit, (quod tamen facere, reficere ac lustrare, rebus ita requirentibus, debuerat *dict.l. 2.§.4.C. de offic.praf. Afric.l.fin.C. de offic.milit.jud.* Cassiodorus *lib.1.epist.17.*) capite mulctari potest, ut Menochius statuit *de reb.jud.qu.casu 365.num.7.* ex generali constitutione. *l.3.§.in bello.15.D.de re milit.l.1.§.hoc etiam 7.in fin.C.dict.titul.de offic.praf.Af.* maxime si captum direptumque fuerit castrum; idque majori jure, quia salus publica & regionis securitas periclitatur: deinde si manifesta contumacia accesserit, & supina negligentia adfuerit, quam severa disciplina militaris coercet, *infra thesi 19.* inprimis si talis forte pœna in literis antea expressa fuerit, vel jure irrogari potuerit. Morte (inquam, adhibitis hisce vel aliis declarationibus) naturali & simul civili. Genera-

229 liter enim, & ante omnia † omnes desides ac negligentes, qui sui inmemores sunt, datæque fidei ruptores, officio suo rectè privantur, gradumque dignitatis pristinæ amittunt, *per d.l.1.§.7.C.de offic.praf. Af.l.pen.§.1.Co.decan.largit.l.8.D.de cust.reor.*

230 Et ratio est, quia † quodcunque fit negligentia, non minus punitur à jure, quàm quod dolo, *cap.dictum 81.dist.* ibique gloss. pulchre Coras. *lib.4.miscell.cap.1.& 2.* Est

231 enim † negligentia culpa magna doloque proxima. *l.magna.226.ubi Dd.de V.S.l.1.C. de hered. tut.* ubi Gothofred. testatur, particulam, Non, tolli à Cujac. *l.2.Codic. si tut.* vel cur.non gloss. vide Bartolum *ad d.l.32.Digest.depos.* Ruland. *tractat. de commission.part.1.lib.1.c.26.num.6.* Inde etiam lata negligentia vocatur. *l. tutor.7.§.competet.2.Dig.de administ.tut.* item nimia, *l.12.in princip.de cust.reor.* & quæ prope fraudem accedit, *l.impuberibus.7.§.si fraus.1.D.de suspect.tut.* adeo ut etiam † quod imperitia peccavit, culpam esse dicat Ulpianus *in l.si quis domum.19.(al.si quis fundum.§.Celsus etiam.5.D.locat.juncto § praterea.Instit.ad L.Aquiliam.* In culpa autem † esse dicitur, qui etiam aliquid differt, nec statim exsequitur, *dict.l.tutor, qui.7.§.1.ibi: debuit enim confestim. Dig.de admin.tut.l.qui Roma.122.§.Callimachus.1.D.de verb.oblig.* Cravetta *consil.137.* Thom. Maulius *tractat.de salvo cond.tit.7.numero 13.pagin.95.* & † dolus est, omittere ea, quæ quis ratione officii facere tenetur, ut idem Cravetta dixit *consil.115.numero 2.* Guido Papa *consil.42.n.6.* Phan. Phanuccius *de jurejur.part.2.membr.2.numero 29. pagina 62.b. adhibito meo tractatu de jure molendin.quastion.1.num.97.98.99.*

232

233

234

XVIII.

235 PERMISSIO † fert etiam secum similia. Sic Castellanus qui permisit scienter venire hostes ad prædandum, *d.l.2.§.4.in fin.C.de off.praf.Afr.* debet vivus comburi, ex sententia Glossæ & Bartoli *in l. si quis barbaris.9.C.de re milit.libr.12.* Laudensis *dict.tract.de castell.quast.21.* Alvaretz *d.cap.47.numer.35.* Gravius quidem

236 † delictum est, quod faciendo committitur, quàm quod omittendo, *dd.ll.* Hartmann. Pistoris *lib.1.quast.19.nu.7.* Nicolaus Reusnerus *decis.11.num.51.& seqq.* Aurelius Corbulus *tr. de jure emphyt.cap.13.num.*

*num.22.23.pag.*191. Jo. Alth.*lib.*1. *dicæol.c.* *99.n.32.& cap.*100.*n.*17.Sed tamen hoc pœnarum genus locum habere putarem, si à Castellano dolose id Barbaris concessum fuerit, illosque hic admiserit, & cum iis scienter; malitiose, sceleste, fraudulenterque colluserit. Si alii fuerint hostes, & aliam esse irrogandam pœnam, gravem tamen, censerem: cum propter allegatum textum in *d.l.2.§.4.cum l.si quis barbaris.9.* ubi talis casus designatus; tum quia † ab una pœna ad aliam non est bona illatio, Ant. Quetta *consil.9.num.9.per l.20.post princ.D.de minor.*& ratio dictitat, Impp. quæ movit, ut discrimen hostium facerent, sicuti & *eod. tit.C.de commerc.& mercat.cum tit. Quæ res export.non poss.*

237

Hinc Johannes Corasius *dict. libr.* 4. *miscellan.cap.2.num.6.* dum egregie de lata culpa ac dolo disputat, simul de pœna illius Castellani agit, qui ita arcem amisit, inquiens: sapienter Oldradum de Ponte *dict. consil.92.*respondere, eum, qui custodiam arcis ab hostibus tuendam suscepit, reum esse mortis, si magna ejus negligentia factum sit, ut arcem hostes occupaverint. Cujus rei, pergit, magno nostro malo præsens, & in manu exemplum habemus de urbe Bononia, quam nimia certe inprudentia, is, cui custodiam invictissimus Rex noster Franciscus concesserat, Regi Anglorum dedit. Sanè, adjicit, in re militari quod inprudenter factum est, continuo graviterque puniri debet. *l.omne delictum. §.qui in acie. D. de re milit.* licet res bene cesserit, *l.3.§.in bello. D.eod.* multo magis igitur, si successus infelix fuerit: turpissimumque est in bello dicere, Non putarem.

238

Et dicit † Cephalus *consil.*110. *numero* 1.*libr.1.* eos crimen læsæ majestatis committere, qui non contradicendo, nec certando hostibus tale concreditum castrum concedunt, *per l.3.vers.lex autem.D. ad legem Juliam Majest.collato cum supr.numer.* 258. Quod si vero fecerint Castellani quod debent, & pro virili ad ultimum spiritum se defenderint: nihil ipsis inputatur, nec fides rupta est, nec officium desertum, etiamsi casus amissionis castri subsequatur. Quomodo consuluerunt Romanus *consilio* 395.& alii; vide Wesenbecium *de custod.reor.numero* 5. Dolus enim præter alias causas abest, criminum nutrix, velut *in fin.tit.de prohib.feud.alienat.52.lib. 2. feud. juncta l.2. §. penultim. Digest. de aqu. pluv. arcen.* Unde recte † Zasius dicit, quod is, qui facit, quod tenetur facere, nihil dicatur in fraudem fecisse, *in lectura.l. qui autem.in fin.D.quæ in fraud.cred.addita l.109.& 125. de Regulis Iuris.*

239

Ad qvam fidelitatem & diligentiam pertinet † lex Antiqua Francorum, ab Herinero Rege XIX. eorum lata, hujusmodi: » Princeps sub Rege Francorum in potestate Ducali constitutus, diligenter sibi commissam provinciam tueatur. Quod si » negligentia ejus subintraverint hostes regionem, si gentem læserint nostram, aut si » incolas terræ spoliaverint, medium bonorum suorum Regis marsupio pendat, & » Dux non sit amplius, sed privatus vivat » honore. Si volens introitum hostibus permisit, sepeliatur vivus, aut capite puniatur: uxores vero ejus cum liberis & reliquis omnibus Regis ministerio cedant. » Johannes Trithemius *lib.1. breviarii historici Franc.in 19.rege.* »

240

Denique † Barones & alii habentes castra & jurisdictionem, permittentes duellum in eorum locis, ex vigore Bullæ Pii IV. Pontificis, puniuntur in pœnâ criminis

241

læsæ

læſæ Majeſtatis, ſeditionis, rebellionis, & confiſcationis, ac privationis ſtatuum, ac dominiorum, feudorum & vicariatuum, ac illorum bonorum ſuorum, ac depoſitionis illorum ipſo jure, teſte Sebaſtiano Guazzino *in tractat. de confiſcatione bonorum. concluſion.* 13. *ampl.* 89. *numero* 3. *pag.* 75. Graviſſima certe pœna, quæ homines merito abſterreret, & quam illis Papiſequis defendendam relinquo.

Interea cum fructu evolvere poterit lector autores ſequentes, & ruminare quid 242 Doctores de † Monomachia ſive Duello & ſingulari certamine ſtatuant; quod videre eſt apud Claudium de la Sale, Johannem de Lignano, Conradum Lancellottum, Darium Attendulum, Paridem de Puteo, Marcum Mantuam, Antonium Maſſam, Belliſſarium, Alciatum, Bocerum, & alios, qui integros de illo compoſuerunt tractatus; præteritis iſtis, qui ſparſim materiam hanc tangunt, & quos ex parte citavi *in σχιαγραφ. ſua diſputation. illa method. de injuriis. th.* 33. *litera a.* Item Sigiſm. Scaccia *tract. de judiciis. libr.* 2. *cap.* 9. *num.* 1710. 1711. 1712.

243 Nonnulla etiam habet † Autor *tractat. de utraque poteſt. ſecul. & Ecclef. inſcripti vulgo Somnium Viridarii. cap.* 107. *in volumin.* 10. *tract. tractatu.* Cujus tituli libellum ut ſcriberet, ſub Urbano Quinto Pontifice Carolus Quintus Galliæ Rex, cognomento Sapiens autor fuit Alano Charterio Secretario, teſte Philippo Mornæo illuſtri viro *in myſter. iniquitat. ſeu hiſtor. Pap. pag.* 107.

Audiamus etiam Johannis Bodini judicium, quod fuit tale: Ab his, (puta Hunnis & Gothis) duelli leges profectæ. Neq; enim de omnibus injuſtitiæ generibus ullum turpius aut majus eſſe poteſt, quàm ut imbecillus ac tenuis accepta injuria ſit infamia dignus, niſi cum adverſario, quantumcunque viribus præſtet, armis decertarit, ac vitam periculis objecerit. Nam iſta ratione Scythæ, ſi cum beluis, quæ robore præſtant, conferantur, jure infames ſint, Bodin. *in method. hiſtor. c.* 5. *pag. mihi* 107.

XIX.

DESERTIO † & negligentia ratione 244 excubiarum dicitur; de quibus Boerius *in d. tr. de cuſtod. clau.* paſſim cum ijs, quæ paulo ante *th.* 17. habuimus, & in *th.* 46. adducemus, juncta Boerij *deciſ.* 212. Certe non carent ſuis pœnis, uti nec debent hi transgreſſores legum: ſed à tergo inminet ſtatim Nemeſis juſtiſſima, adeſtque vindex ſeveriſſima. Qui enim † excubias Palatij de- 245 ſeruerit, capite punitur, juxta Paulum in *l. qui excubias.* 10. *D. de re milit.* Apertius autem hoc decidit Calliſtratus, qui notat: milites cuſtodias (ubicunque ſint conſtitutæ; ratio enim manet eadem) derelinquentes in periculum deduci, & pro modo negligentiæ vel coerceri, vel militiam mutare, vel ultimo ſupplicio affici, *in l. milites* 12. *D. de cuſt. & exh. reor. juncta l. fin. eod. tit.* Jacobus Lectius vir lectiſſimus *in lib. ad Modeſtin. de pœnis. pag.* 90. *& ſeqq.* Non enim ulla in hoc caſu eſt negligentiæ venia, inquit Fl. Veget. us *lib.* 3. *cap.* 5. Et hoc obtinet † de jure ſcripto. Adjunge 246 Weſenbec. *in π. ad d. tit. D. de cuſt. reor. num.* 5. *& tit. de re milit. per tot.* Petrum Fabrum *lib.* 1. *ſemeſt. cap.* 17.

Variarunt quandoque tamen gentes. Sic Leo Baſilij Imp. filius diſtributione bonorum & exilio hoc punivit crimen, qua de re lege jucundam hiſtoriam apud Liuthprandum *lib.* 1. *de reb. geſt. per Eur. cap.* 3. Epami-

nundas Thebanus cum custodias stationesque circumiret, ut disciplinam exemplo stabiliret, sopitum militem gladio transfixit; adferens, quod qualem, i. e. mortuum aut semivivum inuenerat, talem reliquerit ac judicarat. Franc. Patricius *lib. 9. tit. 3.* Gail. *de pace pub. lib. 1. c. 3. num. 32. ex Plutarcho.* Hispani non mitiori negligentes afficiunt pœna, dum in statione dormientem de muris vel saxo, in quo excubat, præcipitant. Ayala de *ju. belli. lib. 3. c. 17. num. 3.* Cotereus *lib. 1. c. 37.* Germani olim distinctionem pœnarum ex delicto sumebant: proditores & transfugas arboribus suspendebant; ignavos, & inbelles & corpore infames, cœno ac palude injectâ insuper crate, mergebant. Diversitas supplicij illuc respicit, tamquam scelera ostendi oporteat, dum puniuntur, flagitia abscondi, inquit Tacitus *in lib. de morib. German. pag. mihi* 612. Castris item metatis, ait Polybius, tribuni exigunt à singulis nihil furto è castris ablaturos: postea excubias circa castra vallata ponunt, vigilias & circuitiones noctu agunt, scilicet Romani. Aliqui præcedenti die admoniti per singulas vigilias, & aliqui certas circumeunt, alij post eos seqvuntur. Qui circuit à singulis vigilib. accipit notas & suas tesseras. Si inveniat vigiles dormientes; vel reliquisse custodiam, cum socijs attestationes accipit, & mane apud tribunos producit tesseras, ex quibus cognoscitur, qui reliquerint custodiam, & tribuno custodiæ vocato, res agitatur: si damnetur, fuste cæditur. Polyb. *lib. 6.* Inter ea itaque, † quæ officij (quæ plura sunt, quorum undecim adfert Wolff. Lazius *lib. 4. comment. reipubl. Roman. c. 10.*) tribunorum militarium dicuntur, & illud est circumire vigilias & excubias, *d. l. milites. 12. §. 2. D. de re milit.* Quod si neglexerint, & pœnas hi quoque incurrunt promeritas. Quamobrem P. Pilius triumvir nocturnus, & Pub. Aquilio tribuno plebis adcusatus (nam hæc cura ad ædiles tribunosq; plebis pertinebat) populi judicio concidit, ob id, quod vigilias negligentius circumierat. Valer. Maximus *l. 8. c. 1.* Sic Opilius Macrinus tribunum, qui excubias deseri passus est, rotali carpento super annexum, per totum iter vivum atque exanimem traxit Jul. Capitolin. *in Macrino.*

247

Quinimò apud Plinium, Livium & alios † Canes etiam, qui simul cum anseribus custodiæ causa nocturnæ in Capitolio alebantur, quod obdormissent, nec detexissent hostium adventum, Romæ furcâ fixi & suspensi sunt; ut hominibus exemplo essent, disciplinam militarem existere severissimam, & custodias vigiliasque segniter non esse agendas vel omittendas, referente post cæteros Polydoro Ripa *in tract. de nocturno tempore cap. 51. pag. 299.* Quem morem alij pluribus illustrant, similiaque mox ego adferam. Et eò respexit Galterus Flandrus ultra annos quadringentos poeta vetustus *libr. 1. Alexand. in princ.* Guilhelmum Senonum Episcopum ita alloquens:

248

—— Senonum quo Præsule non minor urbi
Crevit (*MS. nupsit*) *honos, quàm cum Romam Senonensibus armis*
Fregit, adepturus Tarpeiam Brennius arcem.
Si non exciret vigiles argenteus anser.

Ita etiam † viceversa usitatam Germanis pœnam subjicio, qua rei capitalis damnati priusquam capite plecterentur, canem scapulis ignominiæ causa per passus aliquam-multos portabant. Vide Cunradum Rittershusium *ad Gunth. lib. 5. vers. 194. pag.* 101. ubi adjungit, Nobilissimum D. Christophorum Pflugium, fautorem meum ocullissimum ibi voluisse: canem à nobili por-

249

tatum

tatum fuisse ideo, ut eum officij sui neglecti admoneret, quod erat excubare in aula, & Regem custodire ac defendere; quod ipsi Rittershusio valde probabile visum.

250 Quæ omnia † Locum Communem continent; quem hic sicco pede nullo modo præterire possum; dum in ejusmodi materia versor, eaq; sic ab alijs nondum sunt exculta. Generalis enim, simulque utilis & in praxi sæpius contingens est quæstio, quam oportune jam movere & illustriorem reddere possum: Utrum scilicet in bestias animadverti, vel num in inanima imperium exerceri queat ac debeat? Ut causam integre exponam, paulo prolixius erit

251 deducenda. Puniendis † peccatis tres à Philosophis tribuuntur rationes, ut apud A. Gellium videre licet *libr. 6. noct. attica. c. 14.* quæ tamen huc eunt omnes, ut inprobi è medio tollantur, emendentur delinquentes: alij verò metu pœnæ deterreantur, & denique ut solatio sit affectis injuria pœna nocentium. Sed quia non solum homines, verum etiam bestiæ & inanima sæpe delinquere, damnumque inferre possunt; quæsitum memini, num recte pœnis subji-

252 ciantur? Nec dubium est, quin † Judex, antequam pœnam infligat, factum semper prius expendere debeat. Deuteron. *capitul. 17. versic. 4.* Josuæ *cap. 7. vers. 22. l. 1. §. quorum. D. ad Turpil. l. ordine. D. ad municipalem.* Joan. Robert. *libr. 4. sentent. c. 15.* In

253 facto autem † duo considerantur conjunctim, nimirum Causa, h. e. animus delinquendi, & Effectus. In animo rursus duo consideranda veniunt, mens & voluntas; & quidem in mente deliberandi consilium: in voluntate autem agendi libertas, quæ adsunt vel plene, *l. 7. D. ad L. Cor. de sicariis.* vel semiplene; ut propter ætatem in facto inpuberis, aut propter ignorantiam juris, sinplicitatem, ebrietatem, aut aliam inpulsionem causatam ex justo dolore, irâ vel metu, præsentis vitæ, famæ vel honorum, *l. 1. §. pen. & ult. D. ad l. Cor. de sicariis.* vel denique adsunt nullo modo, quod contingit in ijs, à quibus ratio peccati, videlicet judicium rationis prorsus abest, ut in infantibus, furiosis, *leg. infans. D. ad L. Cor. de Sicarijs.* dormientibus, *Clement. 1. de homicid.* & nonnullis alijs. Quo casu etiam delictum inpunitum manet; modo ad ignorantiam facti accesserit aliquis vel voluntatis adsensus vel culpa, quam Philosophus inprudentiam omnibus communem vocat: veluti †

254 si quis quæve infantem in somnis conprimat & exstinguat, vel si †

255 dormiens & de nocte in somnis surgens sciat, se eo vitio laborare, ut in obvium quemque inpetum faciat: is enim de culpa tenetur, Tiraquel. *de pœnis. causa 5. numer. 10.* & punitur non tam propter delictum, quàm propterea, quod non ignarus est, cum dormit, desævire in alios, qui juxta se cubant, non solus cubat. Cagnol. *in l. in negotijs. num. 7. de reg. juris.* Pet. Royzius Maureus *decis. Litvan. 4. num. 342.* Cum igitur †

256 animalia bruta animum non habeant, sed sensu, *l. 1. §. ait prætor. Digest. si quad. paup. fec. dicatur.* & ratione careant. *Instit. eod. tit. in pr.* videtur etiam statuendum, non posse ea ulli pœnæ subjici.

257 Oportet enim † peccatum omne ex mente & voluntate procedere, si puniri debet, *l. respiciendum §. delinquitur D. de pœnis.* Damhaud. *in pract. crim. cap. 96. num. 15.*

258 Et licet maximè dicamus etiam † inpetu delinqui, *d. §. delinquitur*; & animalia quoq; bruta ut-plurimum inpetu delinquere, puta si aut fervore aut pavore pauperiem faciant, *l. 1. §. sive autem corpore. D. si quod paup. fecisse dic. l. si ex plagis §. inclino.*

259 *verſ. ſed ſi mulæ D. ad l. Aquil.* † multum tamen intereſt inter hominem, qui impetu relinquit, & inter animal inrationale, quod impetu pauperiem facit; neque enim homo ſic inpetu delinquit, ut non aliqua voluntas ἐν πλάτει concurrat; quæ certè in animalibus eſt nulla. Hi enim duo velut ſunt limites, quibus hominem à bruto diſparamus, Sermo & Ratio. Atque his rationibus nonnulli moventur, ut exiſtiment ridiculum eſſe, in bruta animalia imperium

260 exercere: quod etſi † temerè non reprehendo; ſtatuo tamen aliquando licitè exerceri poſſe, per *c. denique D. conſecrat. di-*

261 *ſtinct. 2.* Quid enim † ſi quis cum bruto animali coierit? non tantum ipſe vivus comburi debet, *c. reos. §. qui coierit. 23. q. 5. Conſtit. pœnali Caroli V. art.* 116. Menoch. *de arbit. jud. qq. caſu* 286. Sed etiam brutum animal igni conſumendum eſt; ne indignam flagitioſi facti memoriam refricet. *c. mulier. 15. q. 1.* Gribald. Mopha *in tract. de homicidio mihi pag. 36.* Hippol. *in pract. crim. §. diligenter num.* 167. Damhaud. *d. cap. 96. num.* 15. Hier. Muſcornus *in tract. de jurisdict. num. 46.* Nec multum differt, quod

262 ego relatum memini. Cum † enim ſus ex cunis abreptum infantem devoraſſet, ita ut pes unus tantum reperiretur, reliqua membra omnia eſſent abſumta, juſſu magiſtratus caput ei amputatum fuit. Ridicule, in-

263 quis. Quod nego. Fortè enim † propinquorum dolorem lenijt pœna reddita *l. capitalium §. famoſos D. de pœnis.* pulchrè Guilielm. Fornerius *libr. 1. ſelect. cap.* 10. Guido Papæ in terminis terminantibus *qu.* 128. Philipp. Camerarius *in oper. ſucciſivis centur. 2. cap. 79. mihi pag.* 448. Petrus Heigius *quæſt. ſuar. part. 2. quæſt. 37. num. 43. & ſeqq.* Et præterea homines magis deterrentur à ſanguinis profuſione, videntes animalia rationis expertia, ſi hominem lædant, puniri; ideoque multò magis hominem, qui proximum ſuum lædit & interficit, compeſcendum eſſe.

264 Nam vel † præcipuè hunc finem quælibet pœna ſibi proponit, ut exſtet παράδειγμα ſive exemplum, quo alij deterriti minus delinquant; ſolet enim unius pœna metus eſſe multorum, *l. 6. §. 1. l. aut facta §. ult. D. de pœnis. l. 1. C. ad l. Jul. repetund.* & non tantùm pœna per ſe deterret, ſed etiam genus pœnæ, *l. 7. C. ad L. Fab. de plagiariis.*

265 Idque mirabilis hiſtoria confirmat apud Plinium *libr. 8. hiſtoriæ naturalis cap. 16.* quam de † Leonibus urbium populatoribus & homicidis narrat: Obſedêre, inquit, urbes, eaque de cauſa crucifixos vidiſſe ſe cum Scipione in Aphrica, quia cæteri metu pœnæ ſimilis abſterrerentur eâ noxâ. Recenſet hoc ipſum Juſtus Lipſius *lib. 1. de cruce cap. 6.* Svetonius porrò alicubi ſcribit, mortuos quoque crucifixos eſſe, quod uſitatum de nonnullis probat idem Lipſius *lib. 3. de cruce capit.* 12.

266 Quod ſi verò † priorem ob caſum legem Moſaicam intuebimur, manifeſtum fiet, per hanc (quæ tamen propterea non vileſcit, ut contra gentiles piè probat Philipp. Mornæus *de verit. relig. chriſt. cap.* 26.) bruta animantia morte mulctata fuiſſe. Nam *Exodi 21. verſ.* 28. expreſsè ſtatuit, quod bos cornupeta hominem interficiens lapidibus obrui debeat: & inquit Deus ipſe, ſe ſanguinem humanum à brutis animalibus repetere velle, non aliter atque eum à quolibet homine repoſcit. *Geneſ. cap.* 9.

268 Neque dubito, quin inde hauſta ſit † lex XII. Tabul. volens, ſi eqvus calce percuſſerit, aut bos cornu petere ſolitus cornu petierit; aut dari id quod nocuit, h. e. aut animal,

mal, quod noxam commisit, aut æstimationem noxiæ obferri, *l. 1. in pr. Si quad. paup. fec. dic.* Cur autem datur animal? Non nisi ob id, ut læsus vel ejus propinqui in interemptione hujus se aliquomodò consolentur, & dominus animalis aliis sit exemplo, quo diligentius pauperiem suorum animalium præcaveat.

268 Eodem etiam respicit † Jus Saxonicum Landr. *lib. 2. art. 40.* statuens, quod etsi animal seu brutum ex facto suo nullam mulctam seu pœnam judici præstet: quod tamen damnificatus illud, si velit, pro noxa sive damno accipere queat, quando dominus illud omninò à se expellit, nec in posterum pascit & potat, qua ratione etiam is à pauperie commissa fit immunis. Fachsius *differ. Saxon. 68.* Reinhard. *differ. pœnali 16.* Francisc. Pfeil. *consil. 137. cent. 2.* confer statuta Lubecensia *lib. 3. tit. 11. artic. 1. & 2.*

269 Ideoque audio contigisse, ut cum † Baronis alicujus canes in venatione absque ipsius dolo in puerum incidissent, cumque dilacerassent: Baro præfatus mox omnibus canibus per carnificem caput amputari mandaverit, ne ullo modo canes recepisse videretur.

270 Et hæc multò magis admitti poterunt, si consideremus in † res quoque inanimas, quæ animâ h. e. vitâ carent, ut *in l. 1. in pr. D. de rei vindicat.* nonnunquam jurisdictionem exercitam fuisse. Draco enim cùm Atheniensibus leges scriberet, animâ etiam carentia urbe agroque exterminanda sanxit, si eorum occasione cædes perpetrata esset. Idem cautum fuit lege Solonis. Vide Camill. Borell. *controvers. 29.*

271 Et refert Pausanias *in Eliacis lib. 6.* † statuam quod ruens vivum hominem oppressisset & exstinxisset, ream cædis ab interemti heredibus actam, ac Thasiorum sententiâ damnatam & in mare demersam esse. Quò etiam pertinet, quod Suidas de Niconis Thasij nobilis pugilis statua scriptum reliquit. Philipp. Camerar. *oper succisiv. cent. 1. cap. 3. & cent. 2 cap. 79.*

272 Nec possum silentiô † præterire quod legitur apud Herodotum, Cyrum Regem Persarum, dum Babylonios urget, Cyndem amnem, quoniam in eo quidam è sacris equis candidis submersus fuerat, in centum & octuaginta alveos ultionis gratiâ divisisse: Item Xerxen pœnæ nomine trecenta verbera Hellesponto infligi & in pelagus par compedum dimitti jussisse, propterea quòd naves aliquot submersæ essent.

273 Verùm placet ex † jure nostr quoque unum atque alterum exemplum proferre. Primum est in *l. quicunq. §. fin. C. de hæreticis*, ubi Impp. rescribunt, quòd non tantùm omnes sectatores Eutychetis & Apollinaris severissimè sint puniendi; sed quod etiam omnes chartæ ac libri, qui funestum Eutychetis & Apollinaris dogma complexi fuerint, incendio concremari debeant, ut facinorosæ perversitatis vestigia flammis combusta depereant: siquidem æqvum est, ut immanissima sacrilegia par pœnę magnitudo percellat. Hic fateor, libros nullam pœnam sentire, & tamen jurisdictio licitè ad istiusmodi genus animadversionis descendit, facit *leg. 4. §. 1. D. famil. hercisc. Acta Apostolor. capit. 19.*

274 Estque notissima † historia ex Livij *lib. 40. annalium* de inventis libris in agro L. Patilij scribæ sub Janiculo, & postea à Q. Petilio prætore urbano Anno IↃ. LXIX. ab V. C. (ut Contius in fastis vult Anno 572.) P. Corn. Cethego, M. Bæbio Tamphilo Coss. in comitio & conspectu totius populi Romani in ignem conjectis & combustis,

cum prætor jusjurandum - dare paratus eſſet, libros eos legi ſervarique non oportere. Quò etiam ſpectant quæ de libris Protagoræ ſcribſit Laërtius καὶ τὰ, inquiens, βιβλία αὐτοῦ κατέκαυσαν ἐν τῇ ἀγορᾷ, ὑπὸ κήρυκα ἀναλεξάμενοι παρ' ἑκάστου τῶν κεκτημένων.

275 Alterum † exemplum ſumitur ex *l. ſi uſufructus.* 21. *D. Quib. mod. uſusfr. amitt.* quæ de aratione civitatis loquitur.

Quando enim civitas aliqua propter rebellionem & crimen læſæ Majeſtatis punitur, non indiſtincte omnes cives interficiuntur, ut ille inquit:

Ob populum multum, crimen pertranſit inultum;

Et Seneca *lib. 2. de ira. c.* 10. In ſingulos ſeveritas Imperatoris diſtinguitur; at neceſſaria venia eſt, ubi totus deſeruit exercitus: Sed civitati aratrum inducitur, ut ſicut curvatura aratri Urbum dicta olim in condenda urbe adhibebatur. *l. pupillus. §. urbs. de verb. ſignif.* ita quoque adhibeatur in urbe exfundanda, h. e. evertenda, ut Nonius *lib.* 1. ait. Hinc Horatius *lib.* 1. *Carm. oda* 6.

Imprimeretque muris
Hoſtile aratrum exercitus inſolens.

Et Seneca *lib.* 1. *de Clement. c. ult.* Hieron. Templum Hieroſolymitanum aratum à Titio Rufo. Iſta vero aratri inductio, civitatis mors eſt, quæ alioquin raro moritur. *l. 7. §. In decurionibus. D. quod cujusq; univerſ. nom. l. proponebatur. de judiciis. adhibita inf. th. 67. num.....*

Unde Lucian. in Dialogo, Qui Charon. ἀποθνήσκουσι γὰρ καὶ πόλεις ὥσπερ ἄνθρωποι.

276 Atque ita † imperium ſive jurisdictio ſeveriſſime quoque in ferrum, ligna & lapides exercetur; quanquam per ſe res non delinqvunt, ſed illi, qui res poſſident, ut loquitur Juſtin. in *Novell.* 17. *c.* 12. qua de re plura commentatus eſt P. Faber, *lib.* 1. *ſemeſt. c.* 8. Andreas Gail. *lib.* 2. *de pace publ. cap.* 9. ubi vide & confirma, res iſtas inanimatas, quod delabſæ hominem occidiſſent, exterminatas eſſe in exemplarem & graviorem pœnam; ut ex Æſchine conta Cteſiphontem adducit P. Greg. Tholozan. *libr.* 31. *ſyntag. ju. univ. cap.* 2. *num.* 12. Libet tamen ultimo loco admirari Pontificio-Scholaſtico-Theologorum ſomnia, ſcommata ac deliria, in ferenda ſententia; quando in caſu longe alio anxie varieque diſceptant, quid agendum ſit, vel quando execrationis aut alterius pœnæ fulmine feriatur mus, hoſtiam euchariſticam comedens; ut ex ipſorum ſcribtis collegit pleraque Wilhelmus Holderus Profeſſor quondam Tubingenſis in ſcribto, nomine & titulo ficto inſignito, Mus exenteratus Wilhelmi de Studgardia &c. ubi de locuſtis & ſimilibus animalibus quædam addit, quibuscum confer *inf. c. 3. num.....*

XX.

277 Reſpectu vero † aliarum rerum & circumſtantiarum multa in controverſiam deducuntur, Utpote quis ſit effectus in materia præſenti poſſeſſionis, appellationis, recognitionis, locique & ambitus, legati, conceſſionis, pignori-dationis, donationis, venditionis, in dotem-dationis, commiſſionis, fidejuſſionis, confiſcationis, & ſimil. vi. *l. 3. §. genera poſſeſſionis. 21. D. de acquiren. poſſeſſ.*

278 DE † POSSESSIONE quàm multi multa literis conſignarint, vulgatum eſt; de eâ nominatim hoc loco obſervandum: Quod ſicuti diximus, non cuivis licet caſtra exſtruere, *ſup. th.* 9. ita nec poſſidere, *arg. l.* 2. *ibi: his tantum fas eſt poſſidere caſtellorum territoria. Cod. de fundis limit. lib.* 11.

279 Inde ſolet † pro ſingulari privilegio ac jure

jure etiam in Camera Imperiali adduci jus possidendi castrum, einen Burgsaß oder Burgsitz haben/ teste Kyllingero *dict. tract. de ganerb. castro. disc.* 4. *num.* 145. *pag.* 66.
280 Burgsäß autem † est jus possidendi castrum; & libera possessio castri vocatur ein freyer Burgsäß/ ut ait Wehnerus *in pract. observat. hac voce. lit. B. pag. mihi.* 85. allegans ad hoc Meichsnerum *tom.* 3. *decis. Cameral.* 9. *num.* 198. *fol.* 190. 191. *vide & pag.* 185. *num.* 188. Kyllingerus vero ex verbis
281 istis, etiam † ipsum Burgum colligit: cum
282 usitatissimum sit, ut prædia urbana † ein Sitz vocemus. Juxta eumdem quæ prædia burgi sive arcis (ut his minus adcurate pro synonymis utatur) formam habent, Burgsitz veluti Rittersitz nuncupari, nihil vetat; aut, siquidem malueris, Burgsäß. Interea Meichsneri opinionem penitus non rejicit, *d. disc.* 3. *num.* 32. 33. 34. 44. 45. 46. Sed videndum insuper von Burgsäß/ monet Fichardum *vol.* 1. *consil.* 13. *per tot.* in cujus consilij casu veram similiter esse Meichsneri opinionem adjicit. Aliàs in diversa
283 significatione † Burgsässen ij sunt, qui sub castri alicujus sive burgi sunt jurisdictione, die hinder einen Burg sitzen/ cujuscunque sint conditionis, iterum autore Kyllingero *seq. num.* 47. ad exemplum der Landsassen/ Schrifftsassen/ Ambtsassen und Cantzleysassen in Germania, apud Wehn. *in his vocib. pag.* 19. 466. optime omnium de his amicus meus Do. Casparus Zieglerus *in commun. conclusion. ad aur. prax. Caluoli. §. Landsassij.. & §. Schrifftsassij. per tot. à pag.* 47. *usq. ad* 225.

284 Nos igitur † loquimur de eo, qui castrum possidet, aut demum acquirit, sufficienti modo, legitimoque titulo, *per eleg. cap. licet causam.* 9. *ext. de probation.* In quo ca-
285 su † castri possessione adprehensa, omnes pertinentiæ seu accessiones & jura adprehensæ censentur, quæ ad illud pertinent; juxta communem Doctorum calculum, adhibitis tamen certis declarationibus: quas, quia tractatio est difficilima & prolixa, videre licet apud Oldradum de Ponte *consil.* 121. Udalricum Zasium *lib.* 2. *singul. respons cap.* 31. *per tot. tom.* 5. *oper. pagina* 43. Carolum Tapiam, *comment. ad l. fin. Dig. de constitut. princip. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 6. *cum seqq. usque ad num.* 26. Jacobum Menochium *libr.* 3. *præsumt.* 90. *& seqq.* Antonium Gabrielium *lib.* 1. *concl.* 9. *tit. de præsumt.* Bertrandum d'Argentré *in comment. ad consvetud. Britan. tit.* 14. *art.* 265. *c. quæ res tradi poss. pag.* 943. *usque ad pag.* 955. *inclusive, cum inf. thesi vel conclus.* Ludolphum Schraderum *tract. feud. part.* 3. *cap.* 4. *numer.* 33. *& aliquot in seqq.* Andream Gailium *lib.* 1. *obs. cap.* 129. *num.* 7. *libr.* 2. *observ.* 62. *& lib.* 1. *de pace publ. cap.* 6. *num.* 26. 27. 28. Aymonem Cravettam *consil.* 54. *num.* 9. Hermannum Vultejum *libr.* 1. *de feudis. cap.* 5. *num.* 4. *pag.* 62. 63. Dominicum Tuschum Cardinalem *tom.* 6. *pract. conclusion.* 323. *lit. P.* Dn. Johannem Gryphiandrum *tract. de Insulis. cap.* 21. *num.* 95. *& cap.* 26. *per discurs.* Jac. Wern. Kyllingerum *d. tract. de ganerb. castro. disc.* 2. *num.* 52. 53. adhibitis etiam Guidone Papa. *consil.* 71. *num.* 7. *cons.* 203. *num.* 1. Antonio Quetta *cons.* 95. *num.* 7. Sigism. Scaccia mox allegan. *tract. de judiciis. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 1240. *ad nu.* 1251. qui omnes non modo de pertinentijs in genere, sed etiam in specie de ijs, quæ ad castra spectant, prolixe disceptant, pluresque autoritates cum insertis rationibus adferunt; quibus ego adfinia adjeci *sup. in tractat. de jure molendin. quæst.* 30. *num.* 33. 34. 35. *per tot. & quæst.* 35. *num.* 16. *cum* 11. *seqq.* Nec dissentit Johannes Althusius, dum ait: Castri accessiones

ſiones vel pertinentia eſſe arma bellica, tormenta, munitiones, annonam ejusdem, nemora, prædia adjacentia, reditus, cenſus, taxas ſalis & equorum, cum ſimilibus. *lib. 1. dicæolog. cap. 1. num. 28.*

286 Quapropter † poſſeſſionem, caſtrum, villam, remque civilem probari alicujus eſſe territorij per ſolutionem cenſûs, quem eò referunt, notabiliter colligunt Baldus ex *leg. ſi quis. 3. §. quod ſi cui. C. de nat. lib. juncta Novel. 89. c. 2. §. ſi quis igitur ex qualibet. 2. & l. 4. §. 2. D. de cenſibus.* Dionyſius Gothofredus *ad dict. l. 3. poſt princip.* Thomas Michael *de jurisdict. th. 53. lit. q.* & Joſephus Maſcardus late *concluſ. 271. numer. 1. cum reliq. addito d. tr. de molend. quæſt. 43.*

287 *num. 14. & 15.* Niſi † in conceſſione & ſubſequuta traditione cenſum quis exceperit; ſicuti Imperator fecit *in lib. feud. de pace Conſtant. verſ. Nos Romanorum. verſ. extra vero verſ. volumus. verſ. attamen. & verſ. hoc quod nos. 5. feud. inf. th. 26. num. 371.* Unde Guillermus Brito iterum ait de clero Remenſi *lib. 1. Philipp.*

Qui pro Rege ſuo regi ſuffragia ſummo
Fundere cum precibus ajunt ſe jure teneri
Non ſolidos dare, vel cenſum; ne poſtea forte
Eccleſiæ pariant ex conſvetudine damnum.

288 Item arguitur † poſſeſſio per traditionem clavium, *arg. l. 74. D. de contrah. emt. §. 45. Inſtit. de rer. div.* vide Oldradum *conſil. 208.* Boerium *d. tract. de cuſtodia clavium num. 50.* Guid. Papam. *conſil. 71. nu.*

289 *75. num. 7.* Sic ſal † focaticum ſeu onus focolarium recipientium ſal arguere territorium ac jurisdictionem; ſicut jurisdictio criminalis, inquit Capicius *deciſ. 27. num. 31.* Puteus *deciſ. 24. lib. 3.* ubi, quod caſtra ſolventia Cameræ urbis Romæ ſal focaticum, ſint de diſtrictu urbis. Vide quæ ego in ſimili congeſſi *d. meo tract. de molendin. quæſt. 43. numero 14. 15.* & quæ habet Tuſchus *tom. .... concluſion. 134. lit. O.*

290 Denique ille Princeps dicitur † caſtrum poſſidere, ad cujus inſtantiam ponitur Caſtellanus, & fit cuſtodia; ſi credimus Baldo *in l. traditionibus C. de pact.* & Martino Laudenſi, ſive de monte Lauduno, quem & Garratum ſeu de Carazijs nonnumquam nominare conſveverunt, *in d. tractat. de caſtellan. quæſt. 25.*

291 Alias † quomodo poſſeſſio demonſtretur, fuſe exponit Maſcardus *volumin. 3. de*

292 *probation.* & † alios modos, quibus pertinentiæ probentur, reperies apud Gailium *d. lib. 2. obſ. 62. num. 11.*

293 Eleganter autem † Argentræus *dict. pag. 955. num. 31.* tractat adfine argumentum de modis adipiſcendæ, tradendæ, adprehendendæ, exercendæve poſſeſſionis ac jurisdictionis; cum de eâ quæritur, per unum actum totam adprehendi, ut individuam; ſi de voluntate tradentis exercetur:

294 Nam alioqui cum † contra nolentem præſcribitur, non amplius præſcribi, quam quantum poſſeſſum eſt, vulgata tractatio eſt, *in capit. cum olim. ext. de præſcript.* qui locus ſeparatam operam poſcit, & ei lucem Argentræus alibi adfert. Hic autem rotunde declarat, jurisdictionis poſſeſſionem, ut ſic dicat, adprehendi per uſum eorum actuum, qui jurisdictioni ſubſunt: evocationem clientelarum, receptiones homagiorum, officialium creationem, recognitiones, inſtrumentalium poſſeſſionũ traditiones, *juncto cap. de actibus transf. poſſeſſ. pag. 926. num. 4. per tot.* Anchoran. *in cap. ſine poſſeſſione. de reg. jur. in 6.* nec ſine fructu evolvendus eſt graviſſimus Zaſius, qui in terminis hoc ipſum quoque tangit & diſtinguit. *d. lib. 2. ſingul. reſponſ. cap. 31. junctis*

ctis notatis ipsius in l. possideri. D. de acq. possess. Wesenbecius *in parat. D. de jurisdict. num.* 12. Modest. Pistoris *consil.* 4. *num.* 41. *&* 42. *p.* 1. Wehnerus *in pract. observat. verb.* Gent. *pag. mihi.* 705 706. Cæterum expresse (nam ita Argentræus loquitur, & cum ipso Dd. plurimi) translatâ jurisdictione, cohærente quidem, non separatâ manerij ipsius adprehensio sufficit ad adproprimentum, i. e. dominium seu rectius ἰδίωσιν, & cætera cedunt manerio; relatione facta ad titulum, ita ut singularium subjectionum necessaria non sit adprehensio: quin & unius solius subjectionis adprehensio, non solum in particularis subjecti, sed totius bailliagij (ut ex teri isti Dd. iterum loqvuntur) possessione constituit, qui modo non repugnent: quia † subjectio, & jurisdictio individua est, & uno actu constituit in possessione totius; quamvis de altero membro prolixe disputet, quem adhibe, Kyllingerus *d. tractat. de ganerb. castror. disc.* 8. *per tot.* Hæc deinde † ad mores transfert, ac testatur, ad suam usque memoriam, atque etiamnum non aliter Gallica tribunalia tales possessiones in jurisdictionalibus apprehendi posse censuisse, quàm par attournances & avirances, suâ linguâ. Has verò † delegationes seu spontaneas abdicationes (freywillige Abtretung / Einräumung / Uberlassung / Cedirung) de quibus agit *eod. articul. cap. de dimiss. & tit. pro dimisso. num.* 2. *&* 3. *pag.* 1005. 1006.) fuisse ait subjectorum ab auctore acquirenti factas; quas alibi dimissiones fidei vocant, Erlassung Eyd und Pflichtes / cum vasallus ejurato prioris dominij obsequio & fide, novo se sacramento, novo item domino acquirenti obstringebat, idque jussu auctoris. Fuisse addit istam priorum temporum observationem inoffensam, nec adhuc pati eam exolescere, nec sine effectu esse; si modo hoc intelligamus, non tantam ejus esse necessitatem, ut aliter prehensa possessio non valeat. Quem errorem adductis locis demere conatur. Nam, pergit, etsi ea ratio possessionis adipiscendæ jurisdictionalis, autoritate juris & exemplo non careat, in quo traditur † cessionem in incorporalibus, pro traditione esse, ex Glossa *leg. ultim. Codic. quand. fisc. vel priv.* Bartolus & Baldus *leg.* 1. *Codic. de obl. act.* & alij alibi: tamen non est is solus modus transferendæ in talibus possessionis, & istud theorema potius in personalibus locum habet.

295 296 297 298

Sed cum † jura feudalia omnia præter reverentiam personalem, & obsequium, à re rei debeantur, aut ratione rei, haut dubie adprehensa possessione feudi dominantis, & principalis dominij, subjectionis quoq; omnium, & vasallitij totius adpræhensa videtur; quia jura in re ipsa resident, *leg. forma sensuali. §. sed si ego. Digest. de censibus.* & late Molinæus *disputation. §.* 22. *quæstion.* 46. *in feud.* nec hic personæ sed res conveniuntur, *l. denique. Digest. de jur. fisc.* atque ideo scribit Johannes Faber *in §. præjudiciales. columm.* 9. *vers. quid dices. Institution. de action.* quod † actio confessoria, aut quæcumque præjudicialis, aut interdictum domino contra vasallum non conpetat, etiamsi se vasallum neget; quia jus non vendicatur in personam, sed in rem.

299 300

Quare † adprehensione castri, subjectionum quoque & vasallorum adprehendi putarunt Andreas de Isernia *in cons. Neapol. incip. sive reali.* & Bald. *cap. admonet. extr. de jurejurand.* dicens dominum magis oculos habere ad feudum, quàm ad vasallum; unde res ipsa conpellitur, non homo, nisi causaliter. Ita Lucas de Penna *l.* 1. *C. de fund. Reip.* & Isernia & Card. & Alex.

301

cap. 1. *titul. quid sit investitura.* adprehensione dominij principalis vasallagia quoque, & subjectos feudales adprehendi putant. 302 Qua de causa, & † Henricus Rex eâ Ordinatione, quæ de auctionibus edita, nunc in Gallia observatur, cum singula quæque ex confinibus, in libello prehensionis describi juberet, quæ auctioni subjiciebantur adparitoris scribto, jurisdictionem & jura feudalia in genere, & pertinentiarum titulo sine speciali dinumeratione conprehendi permisit, quando id externo, & ignoranti creditori erat inpossibile, & inuita est venditio.

303 In † voluntaria & spontanea, pertinentiarum vox non idem præstiterit, ut ante Argentræus docuerat: sed expressio esset necessaria jurisdictionis, & bailliagiorum, nec expressione unius capitis separati, domanialis adpræhensio sufficeret. Quamobrem 304 † omnes suos liberos jam esse jubet, idem Argentræus ab illa inveterata opinatione antiquorum, d' attournances, nec minus ad adproprimentorum effectum valeat, aliter possessionem adprehendisse, per principalis dominij ingressum, vel unicum jurisdictionis actum, etiam in aliquo subjecto individuo ad effectum totius, siquidem jurisdictio cohæret domanio. In cæteris separatarum rerum, separata causa & traditio est. Nec eas voces Franci unquam fando audiverunt, nec illum usum, à quo tamen is vasallus excipiendus esset, aut etiam plures, qui per abnegationem subjectionis venditori factam in possessione libertatis 305 sese constituissent. Nam cum † auctor eam non habeat, & in ea non sit, venditionis tempore, per *l. hac autem jura. D. servit.* eam alteri ipse tradere nequit: quia etsi tale jus, quod in vendente est transfertur: tamen non est possessionis par causa; nec de ea bene infertur, quia realiter tradi debet, quod non fit in occupata (ut ante dixerat) ex Angel. *cons.* 148. ideoque adversus tales constitutos in libertate adproprimentum non proficeret, & ex toto esset inutile, propter defectum † regulæ, 306 Du saisy: quam explicat & cum jure civili confert idem Argentræus *d. ar.* 265. *in verb. de celuy qui est possesseur. & in verb. & saisy. pag.* 879. *cum* 8. *inseqq.*

XXI.

Secundum nonnullos † APPELLATIO 307 seu nominatio hoc secum infert: quod Princeps scribens castro ut civitati, videatur ipsum castrum facere civitatem, ex mente Innocentij *in cap. cum ab Ecclesiarum. Ext. de offic. ord. jud.* ibique Joh. Andr. Mascardi etiam *concl.* 554. *num.* 72. *vol.* 1. idque clarius tradit Anch. *in c. statutum. §. nec audiatur. col.* 2. *vers. sed quid dices. de rescribt. in* 6. Nam † dicendo seu 308 appellando, quod sit civitas, videri concedere omnia privilegia civitatis argumento textûs *l. quidam.* 57. *in fin. juncto §. fi. Inst. de adopt.*) *D. de re judic.* innuunt Bartolus *in extravag. qui sint rebelles. verb. Lombardiæ. num.* 6. Rainald. Corsus *d. lib.* 3. *indagat. ju. cap.* 3. *num.* 13. & Menochius *de præsumt. lib.* 2. *præs.* 20. *num.* 3.

Unde in simili Dd. disceptant, An scholaris 309 vocatus Doctor solo verbo ab Imperatore habeat privilegia doctoratus? Tractatio est Mart. Laudensis *in addit. suis*, & Baldi *in c.* 1. *quis dicatur Dux vel March.* quos citat Bartolus *in l.* 1. *num.* 27. *&* 29. *C. de dignitat. lib.* 12. qui tamen antea dixerat, quod † Præses vel Judex scribens Doctori 310 appellet eum Fratrem extraordinarie puniatur, *d. lo. num.* 13. allegans *l.* 2. *C. de offic. divers.*

verſ. judic. addo *l. obſervandum. 19. D. de offic. præſid.* Quæ † tamen omnia non ita nude ac crude exaudienda eſſe autumo: Sed adhibenda potius, quæ utiliter tradunt Coraſ. *lib. 3. miſcellan. cap. 4. numer. 7. & 8.* Zieglerus *ad aur. prax. Caluoli. §. Landſaſſij. & §. civitas. concluſ. 1. per diſcurſ.*

311

XXII.

312 Porro † Recognitionis effectus, ſeu quodammodo defectus hic eſt conſiderandus, ut ex ſequentibus patefiet. Vox vero † feudiſtis uſitata; & notum, tam caſtra quàm molendina in feudum concedi, atque Interpretes recognitionem ſtrictius interpretari, quam conceſſionem. Quapropter † Recognoſcere feudum, eſt beneficij ſui authorem agnoſcere, eique illud acceptum referre, eoque nomine fidem illi & obſequium deferre. *libr. 2. feud. tit. 17. in fin. & tit. 34. §. 1. in fin.* Prattæus *in lex. ju.* Quemadmodum igitur † Territorium conſtare poſſe ſine jurisdictione, & contra jurisdictionem ſine territorio quandoque; poſt Baldum, Curtium, Menochium, Borellum & Capiblancum, refert Andreas Knichen *in relict. cap. 1. de jure territ. num. 1272. & ſeq.* Zaſius *conſil. 16. num. 48.* Joh. Meichſnerus *tom. 3. deciſ. Cameral. 33. numer. 31. cum reliq.* Viceque verſa † Principem concedendo territorium, non videri proprietates conceſſiſſe, probat Cl. Cantiuncula *conſil. 4. num. 31.* Alciatus *in l. pupillus. §. territorium. de verb. ſignif.* adde Guidonem Papam *conſil. 88. num. 1.* ita etiam dicunt alij, quod † Recognitione facta ſuper caſtro, non intelligatur facta recognitio ſuper territorio caſtri. Oldrad⁹ *d. conſil. 121.* Baldus *in cap. 1. col. 5. de capit. qui cur. vend.* Cantiuncula *conſil. 2. num. 26.* Menochius *conſil. 498. num. 34. & ſeq. libr. 5.* Roſenthalius *de feud. c. 5. concluſ. 6. al. 9.*

313 314 315 316 317

Civitas autem vel † caſtrum recognoſcendo aliquem in dominum, videtur in ipſum omne jus ſuum etiam fiſcale tranſtuliſſe, ut poſt Bart. Abb. Sicu. & Alexand. loquitur Nicolaus Boerius *dict. tract. de cuſt. clau. num. 51.*

318

Verum † hæc enunciata non ita ſimpliciter admittenda ſunt; ſed ex iiſdem autoribus declaranda, & plurib⁹ nunc illuſtranda. Hoc quidem concedo, quod rei natura inſpecta, & in caſibus diſtinctis † Regulariter de jure communi & canonico caſtrum non cenſeatur præciſe adjunctum habere territorium: at potius ambitu murorum contineatur. *cap. ſi civitas. 17. de ſent. excom. in 6.* Bartolus *in d. extrav. Qui ſint rebell. verb. Lombardiæ.* Laudenſis *d. tr. de Princ. qu. 137.* Panormitan. *in cap. cum ad ſedem. col. 3. de reſtit. ſpol.* Alexandr. *conſil. 43. vol. 1.* Præpoſitus *in d. cap. 1. de capitan. qui cur. vend.* Cantiuncula *d. conſ. 2. nu. 26.* Quetta *conſil. 4. num. 3.* Gailius *lib. 2 obſerv. 62. n. 2.* Tuſchus *tom. 1. pract. concluſ. 116. num. 1. lit. C. & concl. 117.* Zieglerus *ad aur. prax. Caluoli. §. Landſaſſij. concluſ. 1. num. 49. & 50.* Loſæus *tract. de ju. univerſit. part. 1. cap. 2. n. 35. 37. 38. 48.* Nî ergo declarationes vel proprias vel alienas iſti admitterent, & limitationes † regulæ obponerent, contrariiſque præſumtionibus illam everti concederent; ſuis ſane rationib. ſeſe obpugnarent. Tempora etenim ſunt diſtinguenda, & locorum diverſitates ponderandæ. Annon enim caſtris adhæſiſſe territoria, vel fundos ea habuiſſe innoteſcit, ex *d. l. 2. ibi: caſtellorum territoria. C. de fund. limit. juncta l. 3. §. 4. ibi: territoria oppidorum. D. de ſepulch. viol.* vel an ſubvertere poſſunt teſtimonium hiſtorici Felicis Fabri, dicentis nominatim: caſtrorum exſtitiſſe diſcrimina, & quædam habuiſ-

319 320 321

habuisse adnexa dominia seu comitatus (sicuti olim † Comitatum significasse territorium, notatur *in additt. Tessauri decis. pa.52.* Quetta *consil. 10. num. 2.* & inportare territorium villarum vel castrorum, ait post Zabarellam Card. & Felinum Hieronymus de Monte *tract. finium. regund. cap. 8. num. 2.*) quædam verò ijsdem destituta fuisse; idemque de possessione ac jurisdictione adserentis *sup. th. 8. num. 69.* Hæc enim loco, natura & qualitate differunt: ut deficientibus circumstantijs alijs, non ilicò unum inferat alterum, vel pro alterutro præsumtio capiatur.

322

323 Deinde † in concessione ac recognitione adtendendus est usus loquendi, ut olfecit Oldradus *d. lo. juncta l. 7. §. 2. D. de supel. leg.* videndum simul, num castra ibi territoria habere soleant, vel non. *arg. l. per provincias. 10. C. de ædif. privat. l. nulli. 28. §. quod si in vico vel territorio 4. C. de episc. aud. d. cap. si civitas, castrum aut villa. de sent. excom. in 6.*

324 Proinde à regula & tali conjectura non recedendum, ni † actus vel verba aliam interpretationem recipiant; ut indicare voluit post Jacobinum, Boërium, Mozzium, & Schraderum Johannes Schönerus *libr. 1. disp. feud. 3. th. 45.* confer Guid. Papam *d. consil. 88. num. 1.* & Kyllingerum *d. tract. de ganerb. castror. disc. 8. num. 1.* Inter quos Schönerus dicit, in tali casu, quando quis à Principe castrum recognoscit, non præsumi jurisdictionem recognitam, nisi verba recognitionis aliud arguant; id quod etiam alibi monui.

325 Quid porro ratione † rerum & personarum dicerent? quæ sane diversa sunt, & alio jure censentur. *arg. l. 1. §. & datur. 43. cum §§. præcedd. D. de aq. quot. & æst.* ut ea collectio potius reponi queat: aliud nempe esse, si cum territorio castrum concedatur & recognoscatur: quod tunc facilius jurisdictio accedat aut inferatur. *arg. cap. 30. distinct. 63.* secus verò intuitu solius personæ; quia tunc alterutrum abesse possit. Et ab hac separata consideratione non est alienus Bartolus apud Losæum *dict. tract. part. 3. cap. 13. num. 20. per tot.* adeo † ut si vendatur, concedatur, aut aliâ via transferatur castrum cum territorio, tunc venire jurisdictionem cohærentem territorio; non verò si personæ, quidam arbitrentur. Tuschus *conclus. pract. 122. lit. C. num. 37.* Alexander *ad l. 3. D. de acq. possess. num. 26.* Mascardus *conclus. 271. num. 7. & seqq.*

326

327 Imò † communi Francorum sensu hodiè adpellationem castri comprehendere territorium, eique adnexam jurisdictionem, testes sunt Choppinus & Quetta, quos adducit Andreas Knichen *d. cap. 1. num. 1126.* atque ideò illa omnia accipienda esse secundum † cujusque regionis morem ac consvetudinem suadet *inf. th. 26. num. 363. 372. 412.* addo nunc *l. legatis 65. in fin. D. de leg. 3. l. 8. in fin. D. de instrum. leg. lib. 2. feud. titul. 34. §. 2. ibi: in quibusdam curijs.* Gail. *dict. observation. 62. num. 3.* Argentræum *dict. comment. ad consvetudinem Britann. titul. 16. articul. 329. numero 10. pag. 1441.*

328

329 Hinc postquam prior ille regionum diversitatem & nominis ambiguitatem apud Doctores alios id facere intenderat; infert tamen, quod quando † castra cum territorio jurisdictionem habent, hoc fieri non de jure communi: sed de consvetudine, quia de facto fuerint adsignata, ut existimat Barbatias *in addition. ad Panormitan. dict. cap. quod ad sedem.* vel ex præscribtione, vel privilegio & statuto illud obtineant jus, juxta Abbatem & Tuschum *dict. loc. nu. 34.*

Et

330 Etquidem † per consvetudinem dari jurisdictionem, videmus ex *l. 1. l. fin. Codic. de emanc. lib. l more majorum. 5. D. de jurisdict. l. pen. C. de jur. fisci. lib. 10. l. neminem. C. de suscept. eod. lib.* Bald. *consil. 278. num. 1. lib. 5. incip. dico & consulo.* Oldrad. *consil. 9. col. 2. in fin.* qvum consvetudinem omnium jurisdictionum originem, formam & principium constituat idem Baldus *consil. 439. incip. amplius. colum. 5. circa med. libr. 3.* & confirmet Thomas Maulius *d. tract. de homag. titul. 12. num. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.* Theodorus Reincking *tract. de regim. secul. & Eccles. lib. 1. cl. 5. cap. 2. num. 15. & 17.*

XXIII.

331 LEGATUM verò operatur, ut † castro legato, cedere etiam arma, quæ in eo erant ad defensionem, contendant Oldradus *consil. 132. & consil. 163. referen. Tuscho lit. C. conclusion. 123.* Mart. Laudensis *ad l. 1. & 2. de V. S.* Alph. Alvarez *in speculo d. cap. 47. num. 31.* Nicol. Boerius *decis. 212. num. 25.* Andr. Fachineus *part. 2. controvers. lib.* 332 *5. cap. 65.* Ceu sunt † bombardæ, munitiones castri & arma, quæ ibi constituta sunt, *inf. th. 24. num. 339.* Decius *consil. 516. num. 25. & 26.* (ubi ait, etiamsi non sint adfixa, *referen. Tuscho d. lit. C. conclusion. 122. circa fin.* juncta *l. 17. in princip. §. Labeo. §. castella. D. de act. emt. l. quæsitum. 12. §. Papinianus. 23. D. de instrum. leg.*) ut perpetuo deserviant castro, velut id declarant Mascardus *de probationibus. conclusion. 14. num. 9. vol. 1.* Laudensis *dict. tract. de castellan. quæstion. 4.* Tiraquellus *de retractu prox. §. 1. glossa 7. numero 95. & seqq.* Choppinus *de moribus Paris. lib. 1. titul. 1. numero 13.* Si-333 ve: legato † castro cum instrumentis (quid si ergò cum pertinentijs? De quibus alibi latè) continentur arma bellica, tormenta, annona & his similia; ut sentit Menochius *consilio 140. lib. 2. consil. 401. num. 149. lib. 5. & lib. 4. de præsumt. 154. num. 21.* ubi vocat hæc pertinentia proxima: alia verò, ut molendina & pascua, pertinentia remota. Innuunt idipsum quoque Cravetta *consil. 701. numero 45. & seq.* Quetta *consilio 5. num. 7. juncto consil. 10. num. 2. & 3.* Tuschus *d. concl. 116. num. 3. & concl. 122. num. 52.* Gailius *lib. 1. de P P. cap. 6. numer. 28.* Knichen *in operib. suis edit. Francof. pag. 417. num. 7. 8. 9. cum seqq.* Rationes etiam desume aliquot ex Baldo *in tit. de controv. invest. §. si quis de manso.* Alexandro *in consil. pen. vol. 2. circa princ.* † jurisque textibus, in quibus 334 casus similes habentur, & ex ijsdem argumenta depromere optimo sensu possumus; per ea quæ tradit Dn. parens Ant. Heringius *in tract. de fidejussorib. cap. 11. num. 59. 61. 62.* Tobias Nonius *in interpret. princ. tit. Institut. de testam. num. 50. pag. mihi 60.* Textus vero sunt sequentes; quos tumultuaria serie consignavi, ijsque adfinia subjeci. *l. testatrix. 20. in pr. & fi. D. si serv. vind. l. generali. 32. §. uxori 2. D. de usu & usufr. leg. l. 24. §. 2. D. de leg. 1. l. qui saltum. 67. in fin. l. 91. §. 4. 5. 6. D. de leg. 3. l. eum qui ædes. in princip. Digest. de usucap. l. malum. 242. in princip. & §. 4. D. de verborum signification. l. ex facto. 35. §. rerum autem. 3. Digest. de hered. instit. d. l. Julianus 13. §. fin. l. fundi. 17. in princip. cum §. Labeo 7. §. castella. D. de action. emt. l. quæsitum 12. §. Trebatius 5. §. & molas. 10. §. si quis eodem. 14. §. si domus. 16. §. fistulæ. 24. §. sed si fundus 27. §. proinde 28. l. cum de lanionis 18. l. asinam molendinariam. 2. l. Seiæ. 20. §. Tyrannæ 7. & tot. tit. D. de instr. vel instrum. leg.*

335 Accedit, quod † principale ad se trahat accessorium, *l. 129. de R. I. cap 42. eod. in 6.*

§.30. Inst. de rer. divis. l.2. C. de bon. vacant. & incorp. l. cum aurum. 19. al. & si non sunt. §. perveniamus. 13. D. de au. & arg. leg. & 336 † Mobilia accedant naturæ inmobilium, eorumque conditionem adsumant, & partes illorum sæpe censeantur. *leg.* 40. §. *fin. l.* 47. *cum sequentibus. D. de contrah. emt.* ego per discurs. *in tr. de molendin. quæst. 8. juncta quæst. 35. num.* 16. *cum reliquis collata etiam inf. thesi.* 24. *&* 27.

XXIV.

337 Ex ijsdem † principijs disputant alij de CONCESSIONE: An nimirum augmentum in castro, oppido vel urbe fit ejus, cujus est castrum; vel an illius, qui castrum concessit? Johannes Garsias à Saabedra namque, posteaquam per legum inductiones dixerat, augmentum in re legatâ factum spectare ad legatarium; nisi taxatè & ad mensuram fundus concessus legatusve sit, quo casu limitatam causam producere limitatum effectum: tandem subjicit speciem adfinem *in tract. de expens. & melioration. cap.* 22. *num.* 28. 30. 31. & testatur doctissimum Covarruviam, post Baldum cæterosque, late de eo disputare, illudque referre ad augmentum factum in castro, oppido aut urbe à Principe concessa: magisque convenientem esse decisionem, tale scilicet augmentum ad concessionem pertinere, nisi sub limitatione ea fuerit facta, *in pract. quæst. cap.* 2. *per tot.*

338 Idem Garsias † alibi de meliorationibus factis in solo majoratus alterius agens, proposuit legem Hispanicam ex *lege* 46. *Tauri* eamque sic explicavit: Quod etiamsi meliorationes istæ non possint exigi à possessore majoratus; si tamen sine læsione rei adimi queant, abradantur & auferantur: unde tormenta sulphuraria, machinas bellicas, clypeos, hastas, thoraces, globosque ferreos emtos, & in fortalitijs, arcibus seu castris constitutos, auferre juxta ipsum hac ratione valent heredes præmortui; nisi veram æstimationem possessor soluerit: item pictas tabellas, & castri cætera instrumenta, quæ abradi possunt citra detrimentum, & in his uxor habet dimidium, ut pluribus indicat *d. tract. de expens. & meliorat. cap.* 13. *numero* 47. *per tot.* apertiusque repetit *in adjuncto tractatu de conjugali ac quæstu. numer.* 87. 88. ibidemque regerit: Non obstare rationem † dicentium, quod concesso 339 castro in feudum, (veluti *lib.* 2. *feud. tit.* 21. *vers. hoc quod nos. ibi: vel quolibet concessionis titulo concessit*) munitiones ac tormenta ad defensionem concessa videantur, ex Baldo *in cap.* 1. §. *si quis de manso. col.* 3. *de controv. invest.* Alex. & Jason *in prælud. feud. num.* 22. Mieres *de majoratu.* 4. *part. quæst.* 33. *numero* 9. *usque ad* 15. addo Bart. Ang. Gothof. & Dd. alios ad *d. l. si quando.* 2. *C. de bon. vacant.* Gailium *d. libr.* 1. *de pace publ. cap.* 6. *num.* 28. Johannem Schönerum *d. lib.* 1. *disp. feud.* 3. *th.* 39. Dn. Joha. Gryphiandrum adfinem & civem meum *tractat. de Insulis. cap.* 24. *numero* 90. quia illud non habeat locum in præjudicium uxoris: seu aliud in concessione, aliudque sit in ademtione in damnum conjugis, cujus inpensâ pro parte hæc sint conparata; & quia de his sumtibus facilè abradendis vel deducendis lex ista patria non fuerit loquuta, quominus uxori subcurratur; neque etiam istud intelligendum putet de antiquis machinis ac tormentis, sed novis à patre, aut ultimo majoratûs possessore repositis. Ita propemodum ille.

Quas ob causas, vel ratione sexus diversi in feudalibus inspecta, Johannem Saisonem

340 nem credo respondisse: Mulierem, † quæ defuncto marito seu viro nobili castro egreditur, non posse inde abducere tormenta & munitiones, *in consvetud. Turon. tit. 21. ar. 4.* confer Ant. Quettæ *consil. 9. n.....* Pergo ad reliqua.

341 Ex adductis igitur à † Kyllingero *d. tr. de ganerb. castror. disc. 6. usque ad num. 13.* constat, castra per se & primâ suâ naturâ esse individua. Hinc idem opinatur & explicat, concludere Dd. quod castrum duobus aut pluribus concessum, unicuique videatur concessum esse in solidum. Baldus *in l. un. col. fi. C. quan. non pet. part.* Alex. Raudensis *vol. 1. consil. 31. numer. 39.* Anton. Quetta *consil. 92.* Fundamenta juris quilibet adducit inducitque suo loco; & præcipuè eâ cautione, quam idem Kyllingerus admovet *d. disc. 5. num. 17. 18. 19. 20.*

342 Quis verò † præter ipsum castri, de quo alibi passim, sit effectus hujus in solidum seu indivisæ ac indivulsæ possessionis, videre est *in l. si ut certo. 5. §. fin. D. commod. l. 5. Dig. de stipul. serv. l. Pomponius. 8. D. de rei vind. l. 6. §. si fundus. 8. D. com. divid. l. si consensit. §. ult. Dig. quib. mod. pign. vel hyp. solu. l. 3. §. ult. D. qui pot. in pign.* & apud Gallium *tract. de pignorat. obs. 20. nu. 10. cum seqq. usque ad fin.* Kyllingerum *disc. 7. per tot. junct. disc. 6. num. 22. 23. 24.* in quibus numeris duos effectus ponit.

343 Cæterum † quando conceditur castrum in perpetuum cum jurisdictione; non per viam magistratûs (alias enim & hoc quoq; 344 obstaret dubium, an † civitas habeat jus confiscandi, apud Schurpffium *cent. 2. consil.....* Zieglerum *ad au. prax. Caluoli. d. §. civitas.* vel etiamsi castrum ita concedatur, num statim tributum sit jus fisci; quod est de regalibus, & ad Principem fiscus proprie spectat, nisi vocem latius usurpaveris) sed per viam infeudationis seu perpetuæ donationis, dicitur etiam concessa facultas confiscandi & percipiendi confiscationes, quas ejus Dominus potest inponere, ut post Rolandum *consil. 42. num. 16. seq. consil. 48. num. 27. volum. 2.* & Peregrinum *tract. de jure fisci. lib. 1. tit. 2. num. 8.* (qui de communi Interpretum consensu testatur) tenet Sebastianus Guazzinus *tract. de confiscat. bonor. concl. 12. num. 24. pag. 15. juncta infr. th. 31.*

345 Ita etiam † castrum concessum cum mero & mixto imperio, & omnibus suis reditibus ac proventibus Dominus illius castri potest inponere confiscationem ordinariam, ut declarant Natta *consil. 659. num. 2. & sequent.* Farinaceus *q. 25. num. 103.* Peregrinus *dict. tit. 2. num. 82. 87. libr. 1. & lib. 5. num. 30. cum seq.* Baldus *consil. 306. & seq vol. 4.* quos citat & sequitur idem Guazzinus *d. tract. & concl. 12. num. 22. 23.*

346 Si vero † castrum Papa concedat Comiti, non veniunt spiritualia, ex mente Innocentij *in ca. ex literis. de jure patron.* Laudensis *d. tract. de castr. & castellan. qu. 11.* Jacobini *supra verb. de castro. numer. 19.* Guil. Hannetonij *libr. 1. feud. cap. 4.* Schöneri *d. lib. 1. disputat. feud. 3. thes. 41.*

347 Item castrum † cum toto territorio si concesserit Princeps, non venit usus fluminum; neque locus steril's, ex ejusdem Garati seu Laudensis doctrina *seq. quæst. 12.* per *l. 1. Cod. de mancip. & colon. patrim. salt. & emphyteutic. fund. lib. 11.* Quod, quia textibus juris & rationibus non satis est munitum, vix credo; accedente eo, quod de toto loquatur territorio. Vide tamen *tract. meum de jure molendin. quæst. 14. num. 25.*

348 Pariter ac † in concessione castri loca jurisdictioni exemta non venire post Camillum Borellum *consil. 70. num. 39.* dixit Caspar

ſpar Zieglerus *d.* §. *Landſaſſij. concl. 1. num.* 32. adde Theod. Reincking *tract. de regim. ſecul. & Eccl. lib. 1. cl. 5. cap. 1. num. 61. cum 8. ſeqq.*

349 Atque hinc quia † caſtrum non modo in feudum concedi poſſe, antea innui, & oſtendit Dominus Hermannus Vultejus *lib. 1. de feud. cap. 5. num. 5. pag. mihi 65.* ſed etiam ob vicinas quæſtiones notandum eſt, num eo dato, conceſſove † jurisdictio etiam conceſſa haberi queat? Late in utramque partem ſententias Dd. adferunt Oldradus *d. conſil.* 121. Quetta *conſil.* 10. Tuſchus *tom. 1. concluſ. ju. pract. lit. C. d. concl.* 116. *&* 122. Jacob. Cammer. *cap. 13. var. reſolut. num. 27. & ſeqq.* Henr. Bocerus *tract. de jurisdict. c. 8. num. 18. cum reliqq. & cap. ſequ.* 9. Andr. Knichen *de veſtit. paction. part. 2. cap. 1. cap. 3. & reliquis capp. paſſim. Item de Rom. Impp. autocratia ſive in nupera relect. cap. 1. de jure territor. num. 1097. cum multis ſeqq. juncta ſup. th. 22. & infr. th. 26. cum th. 27.*

351 Poſtremo † conceſſo caſtro utrum veniat jus venandi? Remiſſive vide Donellum *libr. 10. comment. juris civil. cap.* 8. Georg. Mohr *tract. de jure venan. p. 1. c. 2. num.* 19. Harpprechtum *ad* §. *feræ. numer. 183. Inſtitut. de rer. diviſ.* Sebaſt. Medices *eod. tract. de jure venan. p. 1. q.* 15. qui adfirmant. Contrarium ſentiunt Frider. Pruckmannus *tract. de regalib.* §. *venatio. cap. 4. num.* 68. Andr. Knichen *de veſt. pact. part. 2. cap. 2.*

XXV.

352 Paucis hiſce interſerendum, quid de † OBPIGNERATIONE nonnulli proferant. Pignori dato itaque caſtro, creditorem in eo poſſe exercere jurisdictionem, dummodo eam caſtrum habeat, & quamdiu illud pignori-datum, & cum moderamine, ſineque præjudicio pignerantis, ad exemplum, *l. locum. 17.* §. 1. *l. ſed ſicuti. 23.* §. *quoniam* 1. *D. de uſufruct. l. qui ſervum. 96. D. de verb. oblig.*) tenet Romanus *in ſingul. cap. 554. incip. Quæritur à me.* per *l. eleganter. 24.* §. *fin. D. de pign. act.* Quoniam vero hoc ſolum argumento textûs confirmat, nec qualem jurisdictionem velit, aut quomodo acquiſitam, aut de pacti genere expreſſe conſtet, concedi hoc poteſt. Facit

353 huc † Pauli Matthiæ Wehneri traditio, dum inter cætera inquit: Non obſtat, daß etzliche ſagen / es ſey kein pigneratio, ſed venditio; ex eo, quod in pigneratione poſſeſſor non faciat fructus ſuos, *l. 1. 2. 3. C. de pignoribus.* Dann es hat ein andere Meynung in dieſen hypothecis, das Schloß / Land und Leuthe verpfändet / die dem Creditori frey mit aller Nutzung / Obrig- Herrlig- und Gerechtigkeit zu Handen geben werden. Hi enim ſine dubio fructus faciunt ſuos, und iſt alle Nieſſung deren ex conventione ſcilicet facta &c. *in pract. obſ. d. verb.* Ablöſung. *pag. mihi. 3.* confer *tract. meum de jure molend. q. 28. num.* 31.

354 Præſertim in † Germania, ubi Pfandſchafft / Græcis ἀντίχρησις dicta, valdè frequens eſt contractus inpignerationis, e. g. Princeps, Comes, Baro, Civitas, Nobilis, vel alius numis abundans, indigenti notabilem pecuniæ ſummam inrevocabiliter mutuat, & à mutuatario caſtrum, urbem, præfecturam, pagum aut aliam poſſeſſionem, cum omnibus juribus, fructibus & emolumentis in hypothecam accipit; eo pacto, quod is mutuans ſeu creditor hypothecâ vel pignore cum univerſis proventibus uti poſſit, donec ab obpignerante ſeu mutuatario debitore pecunia reddatur, fructusq; perceptos in ſortem inputare non cogatur,

ſed

sed usurarum nomine ac vice retineat? Prolixè de eo negotio disserunt Frider. Martin. *de censib. cap.* 1. *quæst.* 2. *num.* 125. *& seqq. usque ad num.* 158. Conrad. Summerhard. *de contract. quæst.* 33. *concl.* 7. Adam Kellerus *de offic. jurid. polit. lib.* 2. *cap.* 14. *&* 15. postque illos idem Wehnerus *in pract. observ. verb.* Pfandschafft/ *pag. mihi* 550. 551. 552.

355 At verò ne † antiquitati hoc contractûs genus ignotum, vel apud majores nostros inusitatum fuisse, evincit locus iste Felicis Fabri, quem eo fine exscribo: Comites (dicentis) illi de Wirtenberg videntes se angustiatos, consilio inter se & suos inito cum Imperatore concordaverunt, & sibi duo optima castra restituerunt, scilicet Achalm & Staufen, quæ erant prædictis Comitibus de Wirtenberg Eberhardo & Ulrico impignorata, unà cum advocatia in Eslingẽ & in Rutlingen, & conjurationem, quam præfati duo comites contra Imperatorem (Karulum IV. nempe) fecerant, dissoluerunt rumpentes literas conjurationis, & servitutes, quibus civitatenses sibi vicinos angariaverant, remiserunt, & thelonea nova per eos facta deposuerunt, & Imperatori obedientiam, & Imperio fidelitatem promiserunt. Et ita Imperator pacatus remisit exercitus, & reversus est unusquisque in locum. Sic ille *lib.* 1. *histor. Svevor. cap.* 14. *pag.* 165.

XXVI.

356 Videndum ergò, quid Dd. de † Donatione & concessione liberali vel causali comminiscantur: cujus hanc vim esse quidam existimant, ut si Princeps alicui donet urbem aut castrum, videatur donare jurisdictionem & imperium ntra extraque urbem. Facit *tit.* 21. *lib.* 5. *feud.* apud Gothof. *d. l. si quando.* 2. *ubi idem C. de bon. vacant. & incorp. lib.* 10. *l. fin. C. de præpos. ag. in reb. lib.* 12. Bartolus *in l.* 1. *§. cum urbem num.* 5. *& seqq. D. de offic. præf. urb. & in l. inter eos.* 29. *D. de acq. rer. domin. & in l.* 2. *D. de verb. signif. ibiq. addit.* Vincent. Carocius *in cap. cum quid. p.* 1. *q.* 2. *num.* 2. *vers. tertiò Princeps. f.* 63. *b. juncto num.* 3. *addens saltem cumulativè, De R. I. in sexto.* Bald. *in l. cura multa.* 7. *num.* 4. *vers. ex his concludo C. de bon. quæ lib.* Tuschus *d. pract. conclus.* 116. *num.* 3. 5. 8. & alij, quos præter hos citat Additionator Bartoli ad *d. l.* 2. *lit. e. De bon. vacant.* Kyllingerus *d. disc.* 2. *num.* 54. Nec dissentire videtur Paulus Matthias Wehnerus *pract. observat. verb.* Bann *pag. mihi* 48. *lit. B.* ubi ex Rosenthalio dicit; Bann interdum absolutè significare jurisdictionem territorij: ut, oppido concesso, aut castro, etiam territorium & jurisdictionem, vulgò Zwing und Bann/ in dubio intelligi concessam.

Quamvis hæ † adsertiones suis non careant difficultatibus, ut ex hactenus adductis authoribus constat: & præterea nonnulli vehementer repugnent, interque se discrepent; atque ideò non indistinctè, vel non ita nudè, ac si per solam simplicemque donationem venditionemque (ut thesis sequens latè monstrabit) hoc eveniret: sed in certis casibus & exceptionibus illam admittant regulam, si aliàs est, & dici mereatur. 357

Intelligunt igitur I. Si jurisdictio castri, non personæ alicujus intuitu prius fuerit concessa, autore Kyllingero *d. tract. de ganerb. castror. disc.* 2. *num.* 54. *in fi. & disc.* 8. *num.* 1. *juncto cap. ego Ludovicus* 30. *dist.* 63. Bartolus quoque non dissentire videtur apud Losæum *d. tractat. de jure universit. supr. thes.* 22. *num.* 325. 358

359 II. Imperium † illud sic concessum subaudiunt, usque ad certum, consvetum, constitumque lapidem, seu quousque antea protendebatur istius civitatis aut castri jurisdictio, non ulterius in reliqua donantis ditione: quomodò Oldradus *consil.* 252. *aliis* 251. *incip. ad quæstionem*, Baldus *in rubr. D. de rer. divis. colu.* 2. *vers. sed numquid*, sentire videntur; confer Gœddæum *in d. l. 2. numer.* 18. 19. *D. de V. S. juncta l.* 1. *§.* 4. *D. de offic. præf. urb. tit. De pace Constant. vers. in Christi nomine. in fin. ibi: usq; ad illum terminum, qui mihi constitutus, lib.* 5. *feud.* Unde hoc obtinere usque ad lapidem suum, ait idem Baldus apud Tuschum *d. conclus.* 116. *num.* 27. & in simili dubio de pertinentijs loquuntur, quas prior dominus vel possessor habuit, *cap. cum. ad sedem.*

360 15. *inq; glos. Ext. de restit. spoliat.* † taciteque innuunt territorij funiculos non esse nimium extendendos, uti facere plerique aulici & interpretes lubentissimè solent, *arg. cap. super specula* 10. *Ext. ne cler. vel mon. sec. neg.*

361 III. Ut jurisdictio illa translata dicatur & habeatur, requirunt traditionis vice (quæ voluntatem donantis declaret, *arg. §. alia.* 2. *Inst. de donat. l.* 35. *§.* 5. *C. eod.*) actum aliquem jurisdictionalem, Bartolus & Dd. *in l.* 3. *De acq. poss.* Alba *consil.* 292. *num.* 31. *cum seq.* in terminis venditionis castri, vel prædij, *lib.* 2. confer tamen Zasium *d. lib.* 2. *sing. respons. cap.* 31. *numer.* 1. 2. 3. 5. Argentræum *in comment. ad consvet. Britan. d. tit.* 14. *art.* 265. *cap. quæ res tradi poss. numer.* 31. 32. 33. *supr. thes.* 20. *num.* 282. *cum* 13. *seqq.* Ubi ergò de traditione non constat, An- und Anweisung / nec jurisdictio cum eo castro translata censetur, ex opinione Andreæ Knichij *d. relect. cap.* 1. *de jure territ. num.* 1103.

362 Atque ita † Menochius etiam distinctione tentat litem soluere: utrum videlicet Princeps consueverit in castro exercere jurisdictionem, nec ne, *præsumt.* 97. *in princ.* addo *d. tit.* 21. *libr.* 5. *feud. de pace Constant. vers. amplius* eam jurisd. Treutleri *disp.* 3. *thes.* 6. *lit. f. volu.* 1. quam tamen nostro non convenire horizonti arbitratur Knichen *num.* 1152. Civitatibus † enim di- 363 cit (quod IV. sic constitueret limitationem; concessionem scilicet, donationem ac dispositionem illam esse accipiendam secundum cujusque regionis morem & consvetudinem; quæ sæpè diversum prætendit, *sup. thes.* 22. *numer.* 327. 328. Molina *libr.* 1. *de primog. Hispan. cap.* 3. *num.* 2.) castra non subjici, eo modo ut in Italiâ: ubi castra jurisdictione destituuntur; sicuti de Florentia & Pisa testantur Carolus Ruinus *consil.* 18. *numer.* 8. *volum.* 5. Andr. Gail. *d. observ.* 62. *numer.* 2. & 3. *lib.* 2. de Comitatu Venusino Tuschus *d. lit. C. tom.* 1. *pract. conclus.* 116. *numer.* 8. Sed vide *conclus. seq.* 117. *numer.* 6. & 9. *cum conclus.* 119. Galliæ etiam, Germaniæ, Lusitaniæ ac Siciliæ exempla profert Knichen *d. cap. numer.* 1105. *usque ad* 112. *juncta d. th.* 22. *num.* 321. & *th.* 8. *num.* 69. *hac. th.* 26. *num.* 366. 371. 372.

364 V. Idem † interpretes loqui de supremo Principe autumat. Is enim jurisdictionem semper habet, illiusque fons est, & si concedit vel donat castrum, illam concessisse putatur; secus si inferior id facit, juxta Baldum *d. lo.* adde Knichen *numer.* 1114. *usque ad numer.* 1120. & *à num.* 1249. *usq; ad num.* 1301. vide tamen Heigium *quæstio.* 25. *num.* 21. Tho. Michaël. & Matth. Stephani *tract. de jurisdict.*

365 VI. Si non † tam summus, seu ut caput in regno universo est, quam si supremam habet potestatem in legata vel donata ista civi-

civitate aut castello, præterea que nihil: tunc solam istam jurisdictionem donasse videtur, dicente Antonio Corseto Siculo *in tractat. de potestat. & excellent. Reg. numero* 1. *part.* 2.

366 VII. Si † conceditur vel donatur castrum cum universitate quadam, designante honorem & districtum, *arg. cap. licet causam.* 9. *Ext. de probat.* h. e. territorium superius, necessario venire omnimodam jurisdictionem, quæ eo in casu inesse videtur territorio, concludunt Oldradus, Albericus, Pacianus, Afflictus, Joh. Koppen, & alij suis locis. Hoc explicantes membrum adi Knichen *d. repetit. cap.* 1. *de jure territorij numer.* 1123. 1124. 1125. 1130. *usq; ad num.* 1139. Kylling. *d. disc.* 2. *num.* 50. 53. Cothman. *volu.* 1. *consil.* 2. *numer.* 321. *& seqq.* Jason. *cons.* 45. *numer.* 15. *vol...* ubi de donatione septem castrorum factâ à Rege Arragonum monasterio Lirinensi agit.

367 Contrà alij † quæstionem nostram intelligunt non de omni seu qualibet promiscuè; nec de jurisdictione omnimodâ seu summâ & absolutâ, ut post Petram, Decianum & Cephalum perhibet idem Knichen *num.* 1156.

368 Inde VIII. † limitata etiam judicatur donatio, non universalis rerum ac jurium omnium. Si enim Princeps donat castrum cum omni jure, non intelligitur concedere jura Regalia, quæ habet in illo castro: sed Reliqua particularia & minora, ex sententia Alberici *in l. ult. in fi. C. de jurisd. om. jud.* Baldi *ad l. à procura. C. mand. & in l. si quam C. de serv. & aq.* Laudensis *d. tract. de Princip. quæst.* 115. *& tr. de castellan. quæst.* 22. adde Zasium *epit. feud. part.* 5. *num.* 12. 13. 14. *juncta inf. th.* 27. *num.* 419. 420. 423. Quettam *consil.* 5. *num.* 3. Boërium *decis.* 50. *num.* 2. 13. Rosenthalium *de feud. cap.* 5. *concl.* 10. 11. 12. 14. *cap.* 12. *concl.* 14. *num.* 15. 16. 17. 18. & Covarruviam *cap.* 1. *pract. quæst. num.* 10. ubi dicit, sua opinione hanc esse (scilicet concesso castro, concessam censeri jurisdictionem) communem sententiam, eamque procedere non solum quoad jurisdictionem: sed etiam quòd hoc modo translatum quoque censeatur merum & mixtum imperium, exceptis regalibus; referente eodem Kyllingero *d. disc.* 2. *num.* 54. jungo nunc *d. tit. De pa. Constant. vers. nos Romanorum, ibi: Regalia, & vers. volumus, ibi: Regalia, quæ vobis non concessimus, item vers. commoditates ibi: illorum regalium nomine non intelligimus, & vers. Possessiones, ibi: nisi ad cognitionem regalium nobis adsignentur, d. lib.* 5. *feud.* Zasius *cons.* 16. *num.* 61. *cum allegatis sup. num.* 350.

369 Oportunè nunc memoria subministrat † Donationem quamdam proprietatis, jurium, bonorum, hereditatis & actionum cessionem ac concessionem: quam his meritò inserere debui. Exemplum namque luculentum adferre licet, quod ante annos aliquot in causa vel puncto Revisionis actorum (quibus gnaviter invigilasse tunc Parentem meum, grata memoria recordor; & ea recensione munificentiam inclyti Domini mei subseqvutam dignè prædico cum ipso *in tract. de fidejuss. cap.* 10. *numer.* 333. & de obtenta nuper victoria causæ, consequtaque possessione publicè nunc gratulor) inter perillustres generosissimosque Comites Oldenburgenses, & possessores arcis Kniphulanæ contigit. Adversarij enim falsis suis gravaminibus inseruerant, & Dominis Cameralibus obtulerant, proque fundamento posuerant; quod Domina Reinolda agnato suo & nobili Edoni

Wimeken non actionem & jus, die Foderung und Anspruch / de domo ac dynastia Kniphusanâ conpetens; sed solam proprietatem (quam quidem habuisse eam fatebantur) donationis ac cessionis titulo tribuisset. Quia verò hæc relatiò & intellectus documentis manifestè repugnabat, & testium depositionibus contrarium probari potuerat, idcirco Comitis nostri Advocati seu Patroni rotundis disertisque monumentorum verbis illos dimiserunt ac refutarunt. Hæc autem continebant: Daß
„ sie jhrem Vettern übergeben und auffgetra-
„ gen habe die Borg Knipens und alle jhre
„ Erbliche Gerechtigkeit / so Jhr von jhrem
„ Vatter Edo im Band auerwachsen.
„ Cum quo documento congruit alterum
„ instrumentum, ubi Donatio fit tam super
„ castro, quàm etiam bonorum & jurium he-
„ reditariorum illic constitutorum, & ad
„ eamdem Reinoldam ordine quocunque
„ devolutorum, &c. Ibidem paulò pòst:
„ Donavit & cessit omnem hereditatem sibi
„ dictæ donatrici Reinoldæ pridem per &
„ post mortem quondam Edonis in Rustrin-
„ gen, sui dum vixit genitoris, & patris natu-
„ ralis ac legitimi, jure successionis ab inte-
„ stato defuncti legitimè devolutam. Et ite-
„ rum non multo post: Omnes actiones uti-
„ les & directas, ac omne sibi super dicto ca-
„ stro atque bonis & juribus suis, nec non
„ prælibata hereditate sibi conpetens, &c.
Item: Concessit potestatem prælibata petendi, &c. Hæc delibasse sufficiat.

370 Denique IX. loquuntur in casu antecedenti Dd. quando † Ecclesiæ, & in remissionem peccatorum (quod Tuschus adjicit, Pontificiâ seductus fide, *d. lit. C. pract. conclus. 124. num. 1.*) conceditur seu datur castrum; cujus intuitu jurisdictionem tributam ac permissam volunt Oldradus *d. consil. 252. num. 6. in fi. cum seq.* Decianus *respon. 40. num. 22. cum seq.* ex Angelo Laudensis *d. quæst. 22.* Joh. Vincentius de Anno, Alba, Pacianus, Petra, Peregrinus & alij apud Knichen *d. relect. nu. 1158. 1159. 1160.* adsigno *d. cap. ego Ludovicus. 30. dist. 63. cap. Constantinus. 14. dist. 96. cum l. fin. & tot. tit. C. de SS. Eccles.*

371 Karulus Magnus tamen † exarchatum Ravennatim Pentapolim, ducatum Perusinum, Romanum Tuscum & Campanum, jure principatus & ditione exceptâ, Pontifici Romano donavit. Sigonius *lib. 4. hist. Ital.*

372 Nominis ergo † territorij æquivocatio nostros fallit, Knicheno autore: siquidem Itali concesso castro, concedi etiam territorium præsubponunt; non tamen venit nisi exigua coërcitio, exactio omnium mulctarum & tertia pars confiscationum, si sequimur Cephalum *consil. 418. num. 2.* addito P. Georg. Tholozan. *libr. 6. syntag. ju. univ. cap. 3. num. 15. & 16.* Joh. Gœddæo *ad l. 239. §. 8. per tot. D. de verb. signif.* Quod apud nos Germanos territorio per prius adaptari nequit, in abusivo & per posterius non æquè addit Knichen *num. 1162. & numer. 1298. juncto sup. num. 327. 362. 363. infr. num. 412. 413.*

373 Atque hæc † discrepantia vel dispersa Dd. vota colligere ac breviter colligare hac vice volui, nudeque eruderata proponere; quæ in similibus, si lubuerit, hujus materiæ casibus adhiberi possunt. Præter quas limitationes ac declarationes alias insuper latè adferunt Oldradus *d. consil. 151. aliis 152.* Argentræus *th. seu conclus. seq. 27. nu. 400. cum reliqq.* Car. Tapia. *in comment. ad l. fi. D. de constit. Princip. part. 1. cap. 2. num. 27. 28. pag. 149. & pag. 150. 151. 154. 155.* Card. Tuschus *cum dd. ll. tum concl. 124. lit. C.* &

Joh.

Joh. Schonerus *disp. feud. lib. 1. disp. 3. th. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 42. 43.* quos vide.

374 De † singularum autem veritate disceptare, nimis longum & ambiguum foret; qui hæc quidem omnia non adprobavi: sed eadem ita perstrinxi, ut in hac causâ potius 375 † investigandi, quam decidendi ratio aperta videretur, seqvutus exemplum Nicolai de Ubaldis *in tract. de success. ab intest. cleric. in proœ.* vel ut 376 † Dd. opiniones discrepantes aliquantulum conciliarem; quod, quantum fieri potest, debere nos facere injungit Antonius Cursetus *d. tract. de potest. & excell. reg. part. 5. num. 63.* & Zasius per discursum *in part. 1. antinom. dissolut. num. 9. 10. 11. 12. pag. mihi 77. vol. 5. oper.*

377 Cæterùm † pacta, Imperiique Germanici, vel ejus provinciarum jura ac privilegia, per investituras aut alios modos expressa, semper hîc & ubique excipiendo, quid magnis Jureconsultis visum quandoque fuerit, aut quid jure Romano seu communi receptum, rectæque rationi conforme sit, in præsenti πραγματεία adtendi. Neque enim huc trahenda (quod semel monuisse sufficiat) cujusque Principis vel Civitatis jura; de quibus satis non constat, quæque sub disputationis incudem à privatis revocari non debent: multisque etiam ignota penitus, ut in terminis (quò more hodierno loquar) generalibus subsistere cogantur.

XXVII.

378 Succedunt † effectus varij Emtionis-venditionis, de quibus obiter quoq; agendum. Generalem ergo conclusionem faciunt: quòd vendito castro, simul quoque censeantur vendita, quæ pro ipsius rei usu necessario sunt, & nuncupatione pertinentiarum veniunt, ad ejusque commodum usu ac consvetudine destinata sunt; ceu voluerunt post alios Innocentius *in cap. ad sedem. De restit. spoliat.* Decius *consil. 516. nu. 23.* Socinus sen. *consil. 47. num. 4. lib. 1.* Parisius Cardinalis *consil. 27. num. 14. lib. 1.* Romanus *cons. 271. & cons. 444.* per tot Boërius *decis. 212. num. 25.* Menochius *consil. 140. num. 24. libr. 2.* Choppinus *ad mores Paris. lib. 1. tit. 1. num. 13.* Kyllingerus *d. disc. 2. num. 51.* collatis textibus, quos adsigno, *l. Julianus 13. §. fin. cum ll. seqq. D. de act. emt. l. quæsitum 12. §. Trebatius 5. §. si domus 16. §. fistulæ 24. §. sed si fundus. 27. cum §. 28. & reliqq. item d. l. Seiæ 20. §. Tyrannæ 7. D. de inst. vel instrum. leg. l. cum aurum 19. al. incip. & si non sunt. §. 5. in fi. §. si cui 12. D. de au. & arg. leg. d. l. 2. C. de bon. vacant. junctâ sup. thes. seu conclus. 23. num. 332. 334.* inprimis verò 379 † Petrum Nicolaum Mozzium inspice cum ibi allegatis *in tr. de contractibus tit. de emt. vend. cap. de natural. emt. num. 38. 39. 40. 41. 42. per tot. pag. mihi 350. cum 2. seqq.* ubi non modò investigat; 380 naturalia † in hoc contractu quæ sint, quò res quædam accessoriæ de naturâ venditionis esse videantur: sed etiam vendito castro, num vendita ejus curia, jus patronatus, capella, territorium, districtus, & jurisdictio cum omnibus suis pertinentijs censeatur? Quo cum transit Hieronymi Treutleri traditio *disp. 28. th. 4. lit. f. adjunctâ disp. 3. th. 6. lit. f. vol. 1. cum sup. conclus. 20. 22. 23. 24. 26.* per discurs. *& inf. th. 27. num. 423. 424.*

381 Idem † Mozzius in specie quærit de molendinis communitatis alicujus; an videlicet vendito per Principem castro, ea quoque haberi debeant in ejusmodi contractum deducta? Quod sub limitatione admittit, ut ibi videre est, & à me tactum

sup. tr. de jure molendin. q. 30. *num.* 33. 34. 35. *& q.* 35. *num.* 16. *cum* 11. *seqq.*

382 Cæterum † in terminis adfinibus tradit Nicolaus Losæus *l. fin. C. de vendit. rerum ad civitat. pertin. lib.* 11. habere locum non solum in alienatione rerum civitatis: sed etiam vendicare sibi sedem in castris, villis & aliis universitatibus, quæ per alios reguntur; proindeque in tali alienatione certas concurrere debere solennitates, *tract. de jure universitat. part.* 3. *cap.* 5. *numer.* 12. post

383 Rolandum *consil.* 90. *num.* 23. *cum seq.* In † feudis etiam peculiare aliquid statuitur: Castro enim à domino vendito jura alteri infeudata non censentur vendita, juxta Baldum ad *l.* 1. *in fi. D. de rer. divis.* Matthæ. de Afflictis *decis.* 334. *num.* 3. Laudensem *d. tract. de Princip. quæst.* 125. 145.

384 In casu † autem venditi castri nomine tutorio quid statuendum, declarat Fulgosius *consil. posthu.* 20. *per tot.*

385 Deinde † qui vendit id, quod est intra muros, etiam ipsos muros vendere intelligitur, ex mente Andreæ Tassari *in tract. de erroril. Notar. cap.* 19. *numer.* 2. Castricij *in addit. ad pract. Massuerij tit. de emtione n.* 5. Quod tamen sua non caret restrictione; Illudque negat, ut & de bonis particularibus, Fulgosius *consil.* 221. *juncto interea consil. incip. Quatuor nobiles* 224.

386 Vendens verò † castrum, tenetur ad ejus custodiam, ceu statuit idem Laudensis *d. tract. quæst.* 19. Baldus plenè in *l. traditio* 9. *q. C. de act. emt.*

387 Præterea † si duo fratres fuerint, habentes castrum commune, & unus expellat alterum, & frater expulsus vadat ad Civitatem propinquam, vel Principem, illique vendat, cedat, aut donet partem suam; tunc venditio seu alienatio ista est nulla ex doctrinâ Bart. Jason. Castrens. Fulgos. Alex. *in l. cum allegas. C. ne fisc. vel. resp. juncta l.* 1. *&* 2. *C. ne lic. potent. patron.* Johan. Saisonis *in consvet. Turonens. tit.* 5. *art.* 7. Nicol. Boërij *decis.* 320. Mart. Laudensis *tract. de castellan. quæstio.* 20. Andr. Gailij *libr.* 2. *observat. Cameral.* 69. *num.* 22. *collato cum inf. conclus.* 49. *numer.* 709. Adhibendus omnino Kyllingerus, qui in hujus opinionis veritatem inquirit, *d. tract. de ganerb. seu condomin. castror. discursu* 6. *&* 7. *per tot.*

388 Similiter † Dynus ait in *l. Gajus. D. de jure patron.* quod si rusticus emat jura unius ex dominis, nihilominus perduret sub jurisdictione cæterorum condominorum: & ita etiam videtur Boërio *d. tract. de custod. clavium numer.* 84. confer. Bart. ad *l. cum ex oratione* 47. *D. de excus. tut.* Quâ

389 occasione † subjicio aliud: Rusticum nempe seu subditum, tempore caristiæ vel charistiæ (quam Dd. barbare pro annona caritate usurpant) si intra castrum saltem cogatur frumenta sua vendere; non aliter id facere teneri quam refuso justo & æquo pretio, non autem distrahere pro minore. Ita cum alijs illationibus tenet Casparus Zieglerus *in d. aurea praxi Calvoli §. nobiles. conclus.* 1. *numer.* 141. 160. 165. *pag.* 283. post Ludovic. Peguerram *decis.* 88. *num.* 4. Don. Gars. Mastrillum *decis.* 17. *numer.* 30. *part.* 1. Alu. Valascum *decis.* 43. *per tot. p.* 1. & Andr. Knichen *de jure territ. verb. Ducum cap.* 7. *num.* 31.

390 Anterius autem † numero præcedenti allatum, ita decisum credo; quia commune est sociorum, quorum arbitrio, maxime res tanti momenti & præjudicij, non absolutè id relinquitur uni; deinde præter leges societatis conpeterent jura adcrescendi, retractus seu revocationis & prælationis sive prothimiseωs, maxime si castrum dixeris indi-

indivisum & ab alio feudale habueris. Præterea id introductum reor, quia superiorem habent Principem, qui gravato & excluso subvenire per viam juris potest; & quia ad æmulationem, solamque invidiam & injuriam aut vindictam leviter aut graviter offensus hoc facere videtur, quod tamen tam facile non concessum; nec etiam potentiores tam promti ad patrocinium tale debent esse; denique cum sæpe eveniat, salute publica neglecta ut quando partibus nocere cupiunt socij, sua quoque jura præcipitent, arg. *l.* 2. *C. quan. & quib. quar. lib.* 10.

Ob ejusmodi jura, & rationes simul politicas, alienatio ista invalida aut nulla perhibetur; vel sane non adeo plenis habenis concessa. Possem ea prolixius deducere: Sed tempus vetat, & typographus instat, ut colophonem opellæ tandem inponam.

391 Pariter † dolus, fraus & callidæ machinationes, pravæque suspiciones obstant; quominus nuda atque imaginaria venditio pro valida agnoscatur; adeo ut eam potius nullam pronunciet Paulus, sive pro non-facta habeat, nec consequenter alienationem intelligat, *l. nuda* 55. *ubi Dd. communiter D. de contrah. emt.*

392 Illam tamen † interveniente pretio non facile præsumimus, *l. imaginaria* 16. *ibique iterum Dd. De reg. ju.* & nisi simul alia indiciorum adminicula concurrant, ceu indicat Argentræus *in comment. ad consvet. Britan. titul.* 14. *art.* 269. *in verb. ou fraude pagin.* 1220. 1221. 1222.

393 Hinc adposite † Gabriel Mudæus perhibet: conjuges sæpe in fraudem uxoris aut mariti subornare agnatos, quibus bona sua vendant, & parte aliqua pretij soluti, curent sibi alienata donari; eâ scilicet lege, ut is cui donatur, reliqvum pretij persolvat, & mox à morte ad heredes suos transeat; quæ ipsius observatio est in *d. l. nuda.* 55. ibique † Paulus Busius de ejusmodi 394 fraudulenta & simulata venditionis specie testatur, sibi cum hoc de facto propositum esset in causa heredum viri nobilis Henrici à Rechteren, Domini in Almelo; qui fratri uxoris suæ castrum de Almelo cum jurisdictione & districtu vendiderat, chirographo de pretio accepto, quod paulo post uxori suæ donarat, cum omnibus bonis suis reliquis: Respondisse, ait, venditionem imaginariam esse (maxime cum ipse in agone mortis degens, vehementissima adfirmatione declarasset, se etiam tum Dominum in Almelo esse) & consequenter venditionem esse nullam, per istum textum.

Sed in ea causa etiam † illud ipsum mo- 395 vit, quod venditio hæc videatur facta in fraudem juris Provincialis sive statuti Transisulaniæ, quo cautum fuit, ne quispiam usumfructum sibi retinere, cessa proprietate posset, præterquam ultima voluntate. Id enim in proposito, reipsa hic agitatum per uxorem patebat, quæ maritum blanditiis ad hæc videbatur adegisse. Ita ille, *in comment. ad d. l. nuda* 55. *D. de cont. emt.* addo nunc Joh. Althus. *lib.* 1. *dicæol. cap.* 82. *num.* 12.

Sed & † alia species reperitur istius con- 396 tractus emtionis-venditionis; puta pactum reluitionis, retractus & revenditionis, die Ablösung oder der Widerkauf. De ea vide sis quoad castra, arces, fructus, pretium, jura & similia, Paulum Matthiam Wehnerum *in pract. observat. verb.* Ablösung *lit. A. pag. mihi* 3. ubi ex Symphorematum *tom.* 3. *fol.* 306. tale refert in terminis præjudicium: Daß nemlich Episcopus Argen-

Argentinensis consensu Capituli vendidit cum pacto de retrovendendo dem Grafen zu Gerolzeck / & ipsius heredibus, das Schloß Werd / cum suis fructibus und verfällen / Anno 1368. Wil dasselbe wiederlösen. Adversarij aber wollen den Widerkauf nicht gestatten.

397 Judicatum in Camera † per sententiam 29. *Martij Anno* 1542. hôc modo: Ist nach allem Fürbringen zu Recht erkennt / daß die Beklagten den Widerkauff des Schlosses Werd sollen erstatten / und solches alles gegen Bezahlung des Kauffgelds / laut der Kauffverschreibung in actis angezogen / zustellen und folgen lassen sollen; Und ferner erkandt / was die Beklagten des angezogenen Bawgelds halben darthun und liquidiren werden (darzu sie hiemit an diesem Käyserlichen Cammergericht geladen seyn sollen) daß alsdann gemeldter Bischoff jhnen solches seinen Erbieten nach zu bezahlen auch schuldig sey / compensatis expensis. Consule etiam Mynsing. *cent.* 1. *observ.* 16. *& cent.* 6. *obs.* 70. *num.* 20. Gailium *lib.* 2. *observ. Cameral.* 18. Hart. Hartmanni 20. *observ.* 4. *& Nov. Elect. Augusti part.* 2. *constitut.* 1.

398 Praxin porrò in † supplicatione ad extrahendos ibi processus, in hac causa reluitionis, ut magis urgeas, addere potes: Quod injustè denegetur restitutio pignoris; attento simul reum id tamdiu possedisse (scilicet castrum, aut simile cum pertinentijs) ut fructus inde perceperit, summam capitalem excedentes, qui sortem extenuaverint; atque sic debitor sive actor non obligatus esset, den Pfandschilling außzurichten: Attamen ne videatur aliquid velle contra jus facere, derohalben habe er den Pfandschilling coram Notario & Testibus consigniren / und hinder etliche Verordnete des Außschuß seiner Landschafft (qui notabuntur in specie) legen lassen / cum repetitione prædictæ protestationis, und darauff auch cum Rei sint ipsius Ducis subditi, & ipse Dux sit reorum Anklåger / nullumque alium Judicem, quàm Cæsarem & Cameram erkennen. Petit igitur Ladung und rechtliche Hülff / und darauf ist citato endlich erkandt und ergangen / teste Wehnero *d. lo. pag.* 4. *a. ex Symphorem. d. t.* 3. *fol.* 300.

Hæc adnotasse sufficiat. Verum ea quæ tam in † præsenti, quàm præcedenti & cognatis conclusionibus sunt dicta, haut inmerito majore ac clariore luce indigere dixi. 399

Omnium optime, quos ego quidem vidi, præstitit id doctissimus undique vir Bertrandus d' Argentré, quondam Rhedonensis in Gallia provinciæ Præses gravissimus. Cujus lucubrationes cum paucissimorum manus possideant vel terant; & nihilominus totam istam materiam solide ac dextre pertractent: facere non potui, quin in cupidi lectoris gratiam præcipua excerperem, quæ reperiuntur *in ipsius comment. ad leges seu consvet. Britan. titul.* 14. *art.* 265. *cap. quæ res tradi poss. num.* 13. *cum seqq.*

Quo autem res interius spectetur, & intelligatur de † traditione rerum ipsarum 400 quæ certi & determinati corporis sunt, quantum & quatenus scholasticæ sententiæ Doctorum obtinere debeant, usu id quoq; multo maxime quæri convenit: An cum castrum, villa, arx, prætorium, in agris aut urbe venditur, quæ de pluribus singularibus constent, particularium corporum necessaria sit traditio, & adprehensio (ut Galli vocant, & ab eodem Argentræo uberius delaratur; & tangit Scaccia *d. cap.* 9. *num.* 1240. *usq. ad* 1251.) ad adproprimentum edictale consequendum? Sunt quidem ista à pluribus tradita fateor: Sed rarus consensus,

ſus, ac planè ſenſus diverſi, nemo certè ad uſum adcommodate ſcribſit, de his, quæ vix unquam umbratile otium & ſcholæ ſitus docuerit. Melius iſta per conmercia intelliguntur.

401 Cùm vulgò † venditiones concipiuntur de prædijs ruſticis, uſurpari ſolent hæc vocabula; *La maiſon, manoir, terres, ſeigneurie & appartenances d'un tel lieu*; quod ſi etiam arx ineſt, *le chaſteau, fortereſſe, terre & appartenances d'un tel lieu.* In urbibus, ut anguſtior ſitus, ita denominatio rei arctior, per confines & vicinos; niſi etiam hortus ineſt. Quid ergò hæ voces per ſe valeant, quid ſperatim, quidve conjunctim, diligenter inſpiciendum: quantumque cum poſterioris juris prudentiæ ſententijs conveniant expendendum: quoniam & ſi hic de poſſeſſionum traditione tractamus, tamen hæ regulariter ad titulum, eorumque conprehenſionem arctandæ ſunt; ne plus traditum judicemus, quàm in alienationem deductum, contra partium intentionem; etſi non eſt negandum, id poſſe accidere.

402 Quod dum facimus prius intelligi convenit † illa corporum deſcribtio, quam Jurisconſultus facit *in l. rerum mixtura 30. D. de uſucap.* quæ de Phyſica materia in noſtros libros deducta eſt; quæ etſi ad uſucapionum intelligentiam & finem deſcribta eſt, tamen ad poſſeſſionum quoque tractationem, quæ uſucapionum principia ſunt, vehementer conducit, de quibus hic locus agendi. Corporum quidem, ut ille Jurisconſultus ait, non una natura eſt. Nam alia uno ſpiritu, inquit, conſlantur & ſubſiſtunt; ut homo, eqvus, ſaxum. De quo eo loco non tradidit, quia ferè totus titulus de uſucapionibus de talibus agit. Quod ejusmodi eſt per ſe conſideratum, unum totum conſtituit, & per ſe ſubſiſtit, nec alteri adpendet, etſi plura ſint, unumquodque ſuum totum eſt.

403 Ideoque in † adprehenſionibus poſſeſſionum, unum per aliud non adprehenditur, ut inferius dicemus, & vulgò ſchola ait *in l. 1. §. veteres. & l. 3. in princip. & l. prædia D. de acq. poſſ.* confer Scacciam *tr. de judiciis d. lib. 2. cap. 9. num. 1240. usq. ad nu. 1251.* ſtant enim per ſe, & alterius pars non ſunt, & ſingulari numero intelliguntur, *l. rectè dicimus, in fin. D. de verb. ſignif. l. Cajus §. ult. D. de legat. 2.*

404 Quædam verò † corpora ex pluribus inter ſe cohærentibus conſtant; ut ædificium, navis & talia, in quo primi generis plura conpingi poſſunt, quæ jam inde per ſe non conſiderabuntur, ſed ut partes in toto. Itaque lapis, & lignum, & tegulæ, & quæ primi generis diximus hôc corpore unum totum, & integrale (ut loqvuntur) conflabunt: & quæ ſingula naturam ſuam ſervant, conpacta mutant, ſive quoad dominium ex his, quæ traduntur *l. 3. & ſeq. & l. in rem D. de rei vendicat.* ſive quoad uſucapionem & poſſeſſionem, *d. l. rerum mixtura, & d. l. in rem: §. ult.* Itaque in corporibus ipſis prout per ſe ſtant, aut alteri cohærent, mutatur poſſeſſio, & uſucapio quæ ejus conſequens eſt: quamdiu enim corpus alteri adhæret, naturam ejus ſervat, ſeparatim ſuam recuperat, quod ex *d. §. ult.* adparet. Sed de tertio genere propria & præcipua dubitatio,

405 quod de † pluribus ſingularibus corporibus conſtat, ſed ſeparatis, & diſtantibus, non cohærentibus, ut ſecundum; ſed uni collectivo nomini ſubjiciuntur omnia, ut plures oves grex appellantur, plures boves, aut jumenta, armentum, plures porci, hara, plures homines, populus, aut turba, aut turma, aut cohors, aut exercitus, & hoc

ipsum de quo quærimus, villa, castrum *une maison aux champs*, prout sub se universitatem territorij, aut agrorum continere dicuntur; non verò considerata per se, ista etsi hôc modo conposita, non confusa, quantum ad usucapionem naturam suam servant, si diversam à corpore causam habere deprehendantur; ut si quis gregem emerit, & postea ovem addiderit ex alio titulo, hæc gregis appellationi & universitati subjicietur: sed tamen, quoad usucapionem, naturam suam, & causam sequetur, ita ut si furtiva sit, quantumlibet præscribto grege, præscribi ipsa nequeat, vel si etiam totus grex præscribatur, quod fieri potest, si omnium particularium, ex quibus grex constat, una & eadem causa sit, quod Bart. dixit, & magis perspicue Immol. *d. l. rerum mixtura*. 30. textus quidem non reticuit, hîc inquam ejus particularis speciei, cujus diversa causa est, præscribtio impediatur ab sua causa, quæ quo ad hoc corpori non miscetur: Sed quoad possessionis translationem

406 hîc subsistendum. Nam cùm in † usucapionibus & causa requiratur, & titulus *l. diutina. C. de præs. long. temp. l. nullo. C. de rei vendic.* usucapio utriusque defectu impeditur, sed possessio, quo minus ipsa transeat, nil

407 vetat. Itaque † rerum earum quæ sub uno nomine universali, aut collectivo continentur, possessio per capitis, aut partis adprehensionem, de toto adprehensa intelligitur, gregis, armenti, territorij, jurisdictionis, beneficii. *l. grege. Dig de legat. 2. l. 2. eod. tit. l. 2. & 1. D. de acquir. hered. l. incommodato §. ult. D. commod.* de sacerdotii capite Cun. Alb. Bald. *l. 1. D. de off. præf. Augustal.* Ancharan. *c. 1. in fin. de regul. jur. in 6. & capit. sine possessione. vers. secundo modo. eod. tit.* Host. *cap. in literis. extr. de rest. spoliat.* sed rerum, quæ adjunguntur, sua causa & usucapio est, *l. qui fundum. §. 1. Dig. pro emto.* Scaccia *d. n. 1243. 1244.* Sed illa multo magis necessaria & ad usum adcommodata disputatio, cum ejusmodi corpora quæ nullo non die in commercijs versantur, in questione sunt; in qua tractatione nemo adhuc mihi videtur id observasse, quod ex toto res ipsa, & usus postulabat. In † venditionibus quidem prædiorum, hæc ferè ab nostris Notarijs, privato quidem Britanniæ (provinciæ in Gallia) usu, formula usurpatur: *Ha ledit N. vendu & transporté la maison, manoir, terres, seigneurie, droicts & appartenances d'un tel lieu. N.* In qua conceptione videndũ est primò, quod ad dominij effectum, quid eorum verborum unumquodque valeat, aut possit? Nam hoc intellecto consequetur, possessionis adprehensione relativa ad talem titulum, quid possessum, traditum, translatumve intelligatur.

408

409 Ac primùm † Castri significationi, quæ ab nostris solet passim usurpari, æquipollet in sua quidem specie, vox *d'une maison*, si-

410 quidem in rusticis loquimur, quia in urbanis adstrictior est significatio, ex natura rei ipsius, & materia rei subjecti: sed in agris, appellatione *d'une maison*, cui agri subiunt, ex communiter accidentibus, ea pronunciatione, non solum ædificia, & cortis, & prætorium; sed etiam id territorium, & agrorum universitas, ex qua conponitur, intelligitur & molendina, & pedagia, & talia. Ideoque suas partes habent propriis & particularibus significatis: ut prætorium sit, ea pars quæ domini habitationi destinata est, latinis auctoribus & Jurisconsultis; ac deinde partes illæ singulares, quas Grapaldus proprio opere describsit; tum cortis ad ornithotrophia, aviaria, bubilia, equilia, ovilia, haram; tum apothæcas, operarum & procuratoris cubilia, & quæ ejusmodi sunt,

sunt, extra cortem, agri, lacus, sylvæ ceduæ: quæ omnia, & si quæ præterea dici possunt, sub una appellatione, *d' une maison*, intelliguntur; quod hoc modo intellectum corpus est ex pluribus distantibus conpositum, qvum alioqui in pressiori significato ex pluribus cohærentibus constare certum sit.

411 Quod† veteres prætorium dicebant, nos manerium dicimus; quod illi apothæcas, nos granaria, & alia quæ subsequuntur, bassa corte conprehendimus, quam cortem videtur Aret. intelligere *col.* 15. Tum villa, & hæ quas nos medietarias solemus his quidem regionibus appellare à medietate fructuum quam domini pasci solent cum colonis. Hæc omnia & cætera, quæ antea diximus, una vocis Gallicæ, *d' une maison* significatio conprehendit, Manerium habitatio

412 est. Sic nostri quoque juris auctores† castri significationem usurpant, non pro arce tantum, & munimento, quod fortalitium appellant: sed & pro omni agrorum & territorii subjecti universitate, ex *l. pupillus. §. territorium. D. de verbor. significationib. juncto sup. numer.* 296. 304. 327. 363. 372. Ideoque Innocent. *in capit. cum ad sedem. ext. de restitut. spoliat. & cap. in literis. ext. de ju. pat.* Castrum aut villam, dicit esse nomina universitatis designativa, quæ honorem, districtum & jurisdictionem importent: & Hostiensis idem putat *in sum. titul. de jur. patr.* Bartol. & ferè cæteri *dict. l. 3. in princip. Digest. de acquirend. possession.* Ludovic. Rom. *cons.* 444. Oldrad. *cons.* 252. etsi Bartol. *in extraua. qui sint reb.* glossa verbi *Lombardiæ*, negat castra de jure communi habere jurisdictionem, non magis, quàm villas, quas pro villis ex communi Italiæ significato accipit, cum latinis aliud sint: de quarum omnium describtione mirifica quædam congerit Felynus *in cap. Rodolphus. ext. de rescript.* Quod ad rem satis sit, † usus obtinuit, ut castrum pro universitate quadam certi dominii acciperetur,

413 sicut & nostra Gallica, *maison aux champs*; ex quo consequens esse Doctores putave-

414 runt, † ut vendito castro, & tradito, vendita quoque jurisdictio, territorium & districtus, ei cohærens, dici deberet; quæ perquàm vulgata est sententia Bartol. ubique *l. 1. de jurisdiction. omnium judic. d. l. 3. ubi cæteri omnes. l. inter nos. D. de acquirendo rerum domin. l. si aliena. Dig. pro emt. l. 1. C. de excus. mun. lib. 10. l. 1. de verborum significationibus.* & quos congerit Ludovic. Rom. *d. cons.* 444. & Alex. *d. l. 3.* Bald. longa disputatione *c. 1 tit. de cap. qui cur. vend.* & quos novissimè omnium Molinæus *in feud. §. 1. gloss. 5. num. 46. & 47.* & quos Alex. *l. 1. numer. 33. D. de jurisd. omnium jud.*

415 Idcoque† vendito castro, transire jurisdictionem putant, & vasallos cum suo vasallagio, & subjectione; atque venditâ medietate castri, medietatẽ jurisdictionis transire defendit Lud. Rom. *d. cons.* 444. ita ut sub his verbis: Vendo medietatem Castrogironii, etiamsi non sit dictum castri, vel agrorum, interpretationem faciendam putet ad jurisdictionem contra venditorem; quia vis vocis hoc inportet ex sua conprehensione, quia sit universalis. Ita & cum venditur *une maison.* N. etiamsi non adjiciatur vox, *de terres*: tamen inportatur agrorum universitas; sed vendito prætorio, aut manerio, aut arce, & fortalitio, pressius accipi voluit Bal. *c. 1. tit. de allod.* ad id, quod vox significat. Et nos de hac Doctorum sententia posterius videbimus. Certè ad id quod nunc quærimus, sufficit intelligere venditione, † *d' une maison aux champs*,

416

champs, & traditione possessionis, traditam quoque possessionem videri, omnium agrorum, & domanij totius, & adpendentiarum ejusdem; ita ut particularis adprehensio singularium, non magis necessaria sit, quàm in fundo omnium glebarum, quod textus negat, *d. l.* 3. si modò alius in possessione non sit, & tradens possideat, *l. quod meo.* §. *ult. D. de acq. poss.* quod & ibi Bartol. Aret. Alex. Imol. Ang. cum Jas. & Soc. putant; deque possessione vacante ita loquitur Scaccia *d. c. 9. num.* quia scil. hoc nomen universitatis conprehensivum & collectivum est. Hæc Anch. late *d. c. sine possessione.* Panor. *c.* 2. *de conf. c. cum aliquibus. extr. de re judic.* Guid. Pap. *decis.* 357. Rom. *d. cons.* 444.

417 Sequitur in hac formula † terres, quæ ipsa à priore voce, *d' une maison*, determinatur, nec amplius continet; eodem modo, quo vitium & morbus à prætore in ædilitio edicto dicitur, quod JC. interpretatur bis dictum κατὰ τὸ αὐτό, ne qua dubitatio superesset, quod hîc quoque manifestè fieri constat. Nam ipsa conprehensio verbi universalis, (*d' une maison*) per se sufficiens erat ad omnis domanij conprehensionem: sed tollendæ dubitationis causa vox, *de terres*, adjecta est, id est, bis dictum κατὰ τὸ αὐτό; quod Notariorum ταυτολογία perquàm sæpe in contractibus usu Gallico facit, & plerumque redundanter, itaq; 418 nil amplius addit, aut præstat: & quia † verba generalia subsequentia determinantur à præcedentibus ejusdem qualitatis, *l. Titia*, §. *idem respondit. Digest. de ver. ob. l. scio.* §. *Caio. D. de fund. inst. legat. leg. servus plurium. D. de leg. 1.* & generalis clausula, aut vocabulum ad præcedentia refertur, *l. fistulas.* §. *frumenta. D. de cont. emt.* & quæ conjungit, parificat, *d.* §. *Cajo.* quod Oldrad. pluribus probat *d. cons.* 252. in simili subjecto.

Sequitur in eadem formula, † *seigneurie*, 419 *droicts & appartenances*, quæ voces junctæ tam late patere protinus cuivis videri possunt, ut nihil retentum jurisdictioque translata videatur cum suo imperio. Sed nos posterius docebimus hac voce, (*d' un maison & terres*) de domanio dumtaxat, & universitate agrorum usu nostro intelligi, jurisdictionem non includi: unde evenire necesse est, ut quod hîc de dominio dicitur, relatione facta ad superiora quod paulo ante omninò faciendum diximus, de dominio dumtaxat domanij intelligi debeat, & quod sit ejusdem qualitatis. Quia idem Oldradus de verbo † jurium sensit, dixit- 420 que, hac venditione omnium suorum jurium, quod æquivalet nostro (*droicts*,) determinationem accipiendam à superioribus, id est, ad superiorum interpretationem venire; & ex his restringi & includi, nec quidquam extensionis fieri, *d. cons.* 152. per *l. qui mutuam. D. man.* Lud. Rom. *cons.* 266. Socin. *l. si is qui ducenta.* §. *utrum. D. de reb. dub. & l. duo. in ratione tex. Dig. de servit. urb. prædio. sup. th. seu concl.* 26. *nu.* 368. *& hac concl.* 27. *num.* 423. Quamobrem id quoque traditum, pertinentiarum voce, in his adjecta quæ omnium effusissima & latissima videri poterat, nihil amplius conprehendi quàm similia expressis; diversa nequaquam. Quare jurisdictio omninò non veniet ex vi talium verborum, quod maxime quisque existimaturus erat, nisi contra à Bart. Imol. Aret. esset traditum *d. l.* 3. & Rom. *d. cons.* 444. & ratio juris id postulat, ne in generali sermone id intelligatur, quod nemo nisi expressa & particulari denominatione alienatum velit, *c. in generali. de reg. jur. in 6.* Host. & cæteri *in d. c.*

ex li-

ex literis. ext. de jur. pat. c. veniens. ext. de jure. &c. in generali. de offi. vic. in 6. Et certè si quid tale est, maximè de jurisdictione censendum est; quæ præcipua, & valde momentosa est domorum, & dominiorum pars, eaque speciali nota digna maximè in alienationib. Quare putat Innoc. *d. c. ex liter.* talem venditionem, Vendo omnia jura, resolvendam in res singulares; vendo sc. hoc & illud: & ibi Jo. Andr. & quos Molin. *d. §. 1. gl. 5. n. 45. juncto. inf. n.* 445.

Venient ergo tali verborum conceptione aut traditione relativa & consequutiva, eâ quæ domanij sunt dumtaxat. Quare sine dubitatione est, usu nostro, id de quo tantopere litigat, demum tamen sic concludit 421 Bald. † de molendinis, & districtu eorum quæ dependent à domo vendita, & in ejus usu semper, aut venditionis tempore fuerunt, quæ conclusio est Baldi, *d. c. 1. tit. de capit. qui cur. ven.* Alex. *d. l.* 3. Alvarot. *d. c.* 1. ut ne de nemoribus quidem, quæ universitati domanij accedunt, aut castri, parti non accedunt, de quo Aretin. disserit *cons. 148. incip. paucis est agendum.*

Ne de illo probabilis quidem esset dubi-422 tatio, de quo inquirunt, an † pedagia, *& coustumes ou daces & peages*, quæ castro aut alicui dominio debentur, eo vendito veniant? Dependent enim ista à domanio, non à jurisdictione, cum qua nil habet commune domanium, nisi ex cohærentia. Non magis, quàm coruatæ quas appellant, quæ ratione dominij debentur: & domanio domini, à re, rei sc. licet per jurisdictionem petantur, & debitores constringantur. Nec obstat Baldi decisio *l. à procuratore. C. mand. & cons. 293. vol. 4.* quo loco negat venditione particularium fundorum, in quibus pedagium præcipitur, pedagium alienatum videri: quia id non à parte illa, sed à toto universali pendeat: sed cum toto haut dubiè transire, id est, venditione domus, sensit Oldradus *d. cons.* Innocentius *d. c. ex literis. ext. de jur. patron.* ubi inquirit, an si quis vendat † omnia jura quæ habet in ali- 423 qua villa, (vicum vocant) cùm tamen villæ universitas non esset sua, sed haberet ibi aliquos fundos vel jura, non venire jus patronatus in venditione; quia ad hoc ut veniat, oportet venditionem fieri, de tali re, quæ etiam sine expressione universitatem dominij significet, non rerum particularium, ut ante in venditione concepta sub verbis, *d'une maison*, diximus.

Itidem in venditione † fundi, aut castri, 424 ubi habeat venditor Ecclesiam, aut Capellam, non intelligi venire Ecclesiam venditione solius fundi; aliud esse in venditione castri, aut palatij jure universali præsupposito, in quo sit capella, idem in jure pedagij censendum est, quod & Panormitanus latius tractat; & universitati dumtaxat cedere putat *d. c. ex literis. juncto sup. n.* 380. Baldus *consilio 238. vol.* 4. considerandum.

Ne illud quidem dubium, tali venditione † *de talle maison terres, & appartenances*, 425 venturas omnes, quas medietarias solemus appellare, quæ pertinentiarum loco, & ut partes totius possidentur, & simul unum integrale corpus conficiunt; cum uno, & quę sub uno titulo talis domus possideri, & haberi solent, ex vi universalis appellationis *de telle maison*, & quę aut ab antiquo sic possessæ sunt, aut destinatione certa patrisfamilias sunt adjunctæ, ut partes sint ad faciendum unum totum integrale, & unius tituli & dominij.

Sed præsuppositis venditionis † verbis, 426 talib. *maison, terres, droicts & appartenanses d'un tel lieu*, multum omnino attinet nosse quid pertinentiarum appellatione veniat,

etiamsi unius generis intelligendas eas docuerimus, nec ad diversas species extendi.

427 Pertinentias † recte Innocentius describit *d.c.cum ad sedem.ext.de restit.spoliator.* esse, quę lege, statuto, aut consvetudine deputata sunt, ut alicui rei accedant: addo ego, & quę destinatione patrisfamilias aut privilegio eâdem destinatione habeantur. *l.quod in rerum.§.si quis post.D.de legat.*1. *l.prædijs.§.qui domum. Digest. de legatis* 3.

428 Privilegio † Principis talia sunt, quę ejus beneficio uni capiti subjiciuntur, & uni titulo, quamvis ante corpora separata fuerint, & per se subsistentia; veluti unione & coagmentatione partium ad unum totum, ex pluribus distantibus; cùm priùs illa corpora per se integralia essent, ante adjunctionem scilicet; veluti Comitatus, Baroniæ, Ducatus, quæ de plurimis dominijs separatis & distantibus conpinguntur & incorporantur ad faciendum unum titulum: quod hæc ætas talium titulorum ferax non potest ignorare, nec procul ab ea traditione recedit Losæus mox allegan. lo.

429 Hæc † cum semel capiti uni subjecta sunt, ut partes uni totali integrali, haut dubiè unam domum, titulum & denominationem Comitis aut Ducis constituunt: ex quo fit, ut sub denominatione Comitatûs ceu universali, contineantur; ideoque vendito aut translato Comitatu, sine ulla particulari describtione transeunt & transferuntur; nec particularis possessionis adprehensio necessaria est, translato capite & adprehensa sede principali, quomodo † in Ducatu Pontiberiensi accidit. Nam apprehensa sede principali, quæ in Ambiliatibus est, nec Montcontortij, nec Guyngampi, quæ subjectæ urbes sunt, possessio singularis necessaria fuit. Nam & hîc Privilegium Principis & patrisfamilias destina- 430

tio, in his adjungendis concurrunt: quorum alterutrum per se sufficiens est; ad quod faciunt rationes, quas de jure Baldus adduxit *d.c.*1.*de capit.qui cur vend.* Alexander *cons.*169. *vol.*5. adjungo nunc ego Sigismundum Scacciam *d. tract. de judicius. lib.*2.*c.*9. *num.*1243. 1244.

431 Sed & † destinatione patrisfamiliâs tales pertinentias fieri certum est; cum interveniente facto voluntatis demonstrativo, aut verò declaratione expressa, unum aliquod separatum corpus, alteri adjungitur & incorporatur; sive diuturnâ possessione, sive sensu animi expresse prolato: veluti cum uni alicui villæ suæ, aut castro, *ou maison*, dominus particulares aliquos fundos adjicit, aut prata, aut vineas, aut sylvas, quæ necessariæ sunt ad villæ usum, aut vero certas medietarias, (sic enim loquamur) finium prorogandorum causa, & amplificandæ domûs, & dominij. Nec dubitatur, quin † patrisfamilias destinatio hæc possit; quod sine alterius injuria fiat, *l.quod in rerum.§.qui testamentum. D.de legat.* 1. *l. prædiis.§.domum.D.de legat.*3.*l.quæsitum.§ si quis ædem. D. de fund. instruct. legat. leg. qui duos.§.si quis partem.D.communia præd.l.communi.§.communi. D.communi divid.l. dotale. D. de jur. dot. l. si quando. D. de aur. & ar. lega. l. Seia. §. Tyrannæ. de fun.inst.legat.l.locus. D. de verb.signif. l.plane. §. Dig. de legat.* 1. confer Nicolaum Losæum *tractat. de jure universitat.part.*3.*cap.*14.*num.*6. 432

433 Sed in † tali destinatione requiritur aliquis actus facti, per quem adpareat, fundum adjectum uniri, veteri jure, perpetuæ pertinentiæ; ne scilicet præsumtio obstet, qua præsumitur, gratia commodioris culturæ fieri, non verò uniendi gratia, *l. Cajus. §.*1. *D. de legat.*2. & Bartolus *d. l. quod in rerum.* Raph. Cum. *l. servi electione. §.ult. D.de*

D. de legat. 1. & quæ pluribus Alexander *consil.* 169. *vol.* 5. Socinus *l.* 1. *D. de reb. dub.*

434 Nec † uni colono locasse, aut per eumdem coluisse pro unione habetur, nisi sub titulo unitatis, adjecta sæpe media amplius; quod argumentum valde probabile esset, & Alexander ibidem indicat. Albertus Brunus etiam *tractat. de augmento. conclusion.* 15.

435 Nam † paterfamilias in potestate habet, de pluribus unum facere, aut de uno plura, *dict. leg. Cajus. & l. recte dicimus. D. de verbor. significationib.* Hæc verò destinatio deprehenditur conjecturis ex facto, ut quamquam per unum & eumdem colonum aut medietarium coluisse. Alexander pro necessaria probatione unionis non habet *dict. consil.* negari tamen non potest, magnam in eo conjecturam esse; majorem, si etiam interjecta sepes demta sit, ut ex duobus unum totum fieret.

436 Fructus † item in easdem apothecas & domûs principalis granaria collegisse & conportasse; sylvam cæduam aut vineam adjecisse, cùm medietariæ aut villæ vites, aut cædua deesset; vel si incurrens ager vicinum dominicum deformabat ex illo versu: O si mihi angulus ille. Proximus accedat, qui mihi deformat agellum! vel si cum via ad sacra, aut viàm publicam, aut flumen, non esset ab villa nisi longè petita, hîc dubitari non potest adjiciendi animum patremfamiliam habuisse.

437 Conjecturæ verò † plures ex contingentia facti capi & colligi possunt: de quo & Aret. *consil.* 148. Hæc tractatio quàm utilis esset, tunc adparuit, cùm in locatione domanij regij ibi in Gallia convenisset, ut mancipes de singulis dominijs redemtivi jure singulas haberent quingentas libras: nam omnino statuendum, quid unius dominij describtione intelligi conveniret, quid totum, quid partes?

438 Contraria omnia † contrariam mentem indicant, fundi de novo emti semper separatim habiti, & in manu (ut loqvuntur) domini culti, separata possessio, diversæ operæ, sepes interjectæ, quod Aret. Imol. Alexander *numer.* 22. *d. leg.* 3. sentiunt: nam

439 ea, † quæ naturâ & substantiâ separata sunt, sibi inuicem non cedunt; nec de una aliud infertur, nisi aut lege, aut destinatione patrisfamilias aliud reperiatur, ut Aretinus scribit *dict. cons.* 148.

440 Itaque † vendito castro cum pertinentijs, cui jurisdictio non erat, si postea idem dominus jurisdictionem emerit, ea non cedet castro; quia non solùm ista separabilia sunt; sed etiam separata per se, quod Baldus dixit §. 1. *ex contrario. tit. de invest. de re alien. facta.* & Aretinus *d. cons.* 148. *in princip.* junge *sup. num.* 362. *& inf. numer.* 449.

441 Itaque tradito † castro ea jurisdictio separato titulo emta, non veniet in universale, quod est separatum, quod & Arc. & Lud. Rom. dixerunt, *d. l.* 3. Anchar. *d. cap. sine possessione.* Innocentius *c. cum ad sedem.* Specul. *tit. de primo. & sec. decreto.* §. *jam de effectu.* Baldus *l.* 2. *col. vers.* 3. *puncto. C. de servit. & aq.* Salyc. & Angel. *l. licet. C. de acq. poss.* Alber. *l. de pupillo.* §. *si in pluribus. D. de op. nov. nunc.*

442 Ex quibus sagaciter investigandæ sunt † conjecturæ de adjunctionibus, aut separationibus corporum ex destinatione patrisfamilias; sive in emtionibus. *l. si venditor. inf. & l. sequent. & l. Iulianus. & leg. creditor. Digest. de action. empt. leg. si aquæ-ductus. leg. fistulas. leg. qui fundũ. de cont. empt.* sive in ultimis voluntatibus, *leg. testatrix.* §. *ultimo. Digest. si servit. vendit, leg. prædiis.* §. *Titio & balneas. Digest. de leg.* 3. *dict. leg. Seiæ.* §. *Tyrannæ. Digest. de fund. instr.* sive in privilegijs & concessionibus

Prin-

Principum, *l. si quando. Codic. de bon. vac.* sive in usucapionibus, *l. si aliena. §. hoc jure. Digest. de usucap.* sive in statutis, consvetudine, aut legibus. Innoc. Panorm. & omnes *d. cap. cum ad sedem.*

443 Sed & validæ † conjecturæ sæpe petuntur, à pretij magnitudine, aut exiguitate, quę valori rei junctæ non respondet; quod Aretinus notat *d. l. 3.* & Baldus *c. 1. titul. de cap. Conr.* Oldrad. *d. cons.* 252. per *l. cum in fundo. §. uxor. D. de jur. dot.*

Ex quibus omnibus si destinatio unionis aut incorporationis deprehendi potest, pro unitis habenda sunt corpora & prædia, & pertinentiarum nomine in contractibus & dispositionibus conprehenduntur; ita 444 ut † traditiones inplicitæ, & relative factæ ad titulos suos relatæ, id tale tantumq; tradidisse intelligendæ sint, qualis quantaque res fuit apud tradentem; quia indiscretæ possessiones semper ad titulum antecedentem referri debent, ex his, quę ante diximus, & Bart. *l. cum solus. & l. Celsus. Dig. de usuc.*

445 Superest hîc † illa dubitatio, quam huc rejecimus: An venditione (*de la maison, manoir, droicts, seigneurie, & appartenances*) jurisdictio vendita intelligatur? Hic tibi protinus obcurret turba Doctorum, antesignano Bartolo, venditam videri; scilicet si castro, aut rei cohæreat, veluti servitus inest fundo: quia hæc sit vocis collectivæ, & universalis, castri aut domûs vis & potestas. Cùm alioqui per se considerata nil habeat jurisdictio commune cum castro aut domanio, quod Molinæus autoritatibus probat *de feud. d. tit. 1. §. 1. gloss. 5. num.* 44. & Baldus, Alvarotus & cæteri notant *c. 1. §. ex contrario. tit. de invest. de re alien. fact. juncto sup. numer.* 356. *usq; ad numer.* 450.

Sed ut ista sentiant ex vi vocum collectivarum & universalium castri, villæ & taliũ, usus & experimenta talem significationem non admittunt jure Franciæ, *d'une maison*: quæ etsi, ut ante diximus, universalis & ipsa est, tamen hęc universitas domanij integralis accipitur; nec verò etiam jurisdictionis, quæ etsi cum domanio conjuncta est, tamen per se subsistit, & separabilis est, intellectu atque etiam actu, & ut ante diximus, & per se tanti momenti est, ut accessionis loco nequaquam cedere debeat, sed per se exprimi, nec in generica concessione subintelligi, quæ specialem provisionem mereatur *supra num.* 420.

Itaque expresso domanio, per hanc vocem exclusa jurisdictio intelligitur; per regulam, qui de uno dicit, &c. Quare omissum haberi debet pro omisso, & talis fuisse intentio partium judicanda est. Nec id Doctores negaturi sunt in ea jurisdictione, quæ fundo non cohæret, hoc est, quæ simul cum domanio ab eodem domino coinfeudata est, sed separatim ex alia causa ab alio: quo casu cohærere non dicitur, sed per se stat talis jurisdictio, nec domui cedit ex cohærentia, nec pertinentiarum nomine intelligitur. Ideoque † fundo vendito non 446 accedit, quod ante *ex cons. Aret.* 148. & alijs docuimus, ut principaliter & per se stans; qualia ut-plurimum sunt baillhaigia separata, quæ nos redimimus, & domibus & villis solemus adjicere, cum ne pedem quidem soli habeant, à quo pendeant, sed solùm intellectu dominij & juris percipiantur, & territorium dominans nullum habeant, etsi subjectum habeant. Talia, inquam, domanio adhærere non dicuntur; ideoque vendito eo non cedunt, ut accessiones virtute opinationis Doctorum, nec illi de talibus loqvuntur, nisi aliud à patrefamilias sit dispositum expresse.

Igitur

Igitur vendito rustico prædio, nihil eorum accedere, aut comprehendi puto, ex vi communis usus loquendi, qui nihil tale implicat; in alienationibus præsertim, & præjudicantibus; nec tantum comprehendit, & rationes ad id plures colligit Baldus *dicto cap. 1. titul. de capit. qui cur. vend.* & si tandem contrà concludit ex vi universalis verbi, castri: sed non est talis comprehensio nostræ vocis (*maison*) soli dominij, aut pertinentiarum, aut jurium, de quibus singulis ante egimus; sed ad domanialia tantùm porrigi ista convenit, non verò ad ampliora sine expressione: quam sententiam illa quoque Baldi *dicto capite primo* scribta traditio adjuvat, qui putat, quod si omnes fundi unius castri veneant, hoc est, ut ego interpretor, totum domanium, quod per hanc vocem (*de maison*) fieri defendimus, jurisdictionem ex tali venditione concessam non intelligi; quod ex illo repetiit Aretinus *dicta lege tertia.* Et iterum Baldus *capite primo, §. ultimo, titul. quibus modis feudum amittat.* in casu converso idem putat: ut venditione † jurisdictionis domanium venditum non intelligatur; quod idem repetiit in venditione hominum (ut loqvuntur) talis castri, *capite primo, §. generali. titul. si de feud. fuer. contant. dom. & agnat. vasall.* Romanus *d. cons.* 444.

447

Nec ex toto probo, quod per cohærentiam dependere faciunt jurisdictionem à castro aut domo, veluti à capite, quod Baldus scribit *c. ad hac. titul. de allod.* cum & per se stet, & separabilis sit, & adæquate uniatur domanio, non per confusionem, ut aqua vino, sed ut unum integrum alteri integro; & ideò non magis cedere debeat castro, quàm castrum ipsi, ex notatis *in lege prima. Digest. de legat.* 1.

Atqui in casu contrario nemo jurisdictionis venditione, domanii venditionem vendicaverit, ut antea diximus, & ideò scribit Baldus *dicto capite primo, de cap. qui cur. vend.* venditâ curte non videri vasallagium alienari, aut curti accedere: curtis verò appellatio universitatem jurisdictionis, imo & domanij significat, quod Aretinus plenè notat *dicto consilio decimoquinto*, & tamen ex sententia Baldi jurisdictio non venditur tali denominatione.

Quare in † contractibus dominij translativis nego, vendita domo; aut prædio rustico, id est, sub verbo, *d'une maison*, jurisdictionum aut vasallagia hominum venire, sive ea cohæreat domanio, & confeudata sit, sive non; quia ipso facto separari videtur, alterius expressione; & cohærentiam illam, in qua se fundant, interpretor, quamdiu actu juncta manet, ut tum domanij dependentis cedat, separata nihil communionis retineat.

448

Multò minus venient, † quæ per se separata sunt & subsistunt, nec cohærent, per coinfeudationem: de quo Aretinus *dicto consilio centesimo quadragesimo octavo.* Cujusmodi pleraque sunt feuda diversis temporibus à dominis locorum emta, aut hæreditatibus delata.

449

Sunt enim ista persæpe ex concessione, à capite separata, & diverso jure & causa conparata; ideoque principali dominio vendito non cederent ista, ut per se stantia, nec cohærentia capiti.

Ergò si quis volet † jurisdictionem cum domanio conparare, necesse habebit exprimere, *hommes, & subjects, & jurisdiction, ou bien l'obeissance*: quâ nos voce utimur, pro jure vasallitio dominanti in toto territorio, ubi domanium est.

450

Nam vox (*de seigneurie*) sola per se dominium significat, sed æquivoca est, & tam

dominium directum & jurisdictionale significat, quàm proprietatem domanij dominantis, prout à præcedentibus verbis determinatur, ut antè docuimus.

Quæ ego cum Argentræo isto de communi usu conmerciorum, & foro deducere volui; ut tandem aliquando Juris Studiosi per omnes omnium librorum & sententiarum pugnas raptati, quæ in hac disceptatione reperiuntur, certioribus conpertis conquiescerent, & experimentis crederent, per avia huc tandem provoluti.

451 Superest tantum, quando de † venditione valida, & in genere agitur, ut explicetur paucis: Castri pretium quomodo sit æstimandum ac constituendum? Legimus namque apud Wehnerum, quod in Mar-452 chionatu Badensi duplex sit † Ackerried/ unumque Burgaw dicatur, weil sie zum Hauß und Festung Mühlberg/ als zu einer Burg jeder Zeit gehöret hat. Uff solcher 453 Burgaw sollen stehen etliche † Eichbäume/ (sic de arborum æstimatione vide Franciscum Bursatum *consil.* 70. *libr.* 1.) so zu Zeiten Ackerried tragen/ so man mit den Schweinen und anderm Vieh abfretzt: Und sey die-454 se † Burgaw so eine grosse Wiese/ daß sie jährlichen über 200. Fuder und mehr Hew und Ohmat wol ertragen mag. *dd. pract. observat. verb.* Ackerried. *pag. mihi.* 11. Acce-455 dunt quæ in † casu simili de Molendini cujusdam pretio seu æstimio tradit Meichsnerus: dum non modò varium illud definit; diversum quoque esse innuit, si amico & consanguineo res vendatur; temporibusque distinctis crescere vel decrescere bonorum taxationes: sed etiam indicat, æstimationem quamlibet non quidem ex adfectu, judicio vel utilitate singulorum; verùm communiter, h. e. communi pretio & secundum majoris partis arbitrium fungi ac fieri debere concludit, ubi lege, *tom.* 4. *decis. Cameral.* 36. *num.* 34. 38. 39. 40. 41. *pagina* 10010. *&* 10011. *juncta pag.* 10057. *in fin.*

Ad quæstionem verò † antea propositam respondeo: Castri pretium æstimari non tam ex valore ædificiorum, vel ex sumtibus, quàm ex reditibus annuis, quantitate fructuum, & utilitate perceptibili; prout hoc ex † registris, auß den urbahr Registern und Saalbüchern/ i. e. libris censualibus seu æstimis, de quibus Wehnerus *dd. obser. pract. pag. mihi.* 580. adparet & colligere licet, autoribus ex parte Jasone *in §. sed etsi quis. num.* 11. *Inst. de action.* Pinello *in l.* 2. *part.* 3. *c.* 4. *num.* 28. *C. de rescind. vend.* Bursato *consil.* 172. *numer.* 33. *libr.* 2. Menochio *de arbit. judd. quæst. casu* 183. *num.* 24. *cum seqq.* Dn. parente Ant. Heringio, qui id ad fidejussionem quoque refert, *tractat. de fidejuss. cap.* 22. *numero* 67. Domino Præceptore Andrea Dinnero *in tract. de pretio popul. annon. quæst.* 2. (456, 457)

458 Media enim † via nobis incedendum est, quam laudant & seqvuntur optimi Jurisconsulti, Boerius *decision.* 149. *numero* 22. Budelius *tractat. de monetis. libr.* 2. *capit.* 2. *num.* 2. idem Heringius *cap.* 6. *num.* 91. 92. non illorum ductus sequendus, qui alterutrum præmissorum negant vel adfirmant.

459 Quæ igitur † circumstantiæ considerari debeant, vel in venditione, vel divisione (ut quidam volunt,) castrorum, arcium & similium, invenimus apud eumdem Wehnerum *in dictis observationibus verb.* Anschlag der Güter. *pagin. mihi.* 30. *&* 31. qui citat iterum Meichsnerum *tomo secundo decisionum Cameral.* 5. *fol.* 224. *aliis* 216. *cum seqq.* deque æstimationibus seu valore fundorum taxando agit Argentræus *in commen. ad leg. Britan. tit.* 13. *per tot.*

XXVIII.

460 In † DOTEM quoque dari castrum, regnum, aut aliquid hujusmodi, post Nevizanum *consil.* 40. *exorditur*, *testatur* Johan. Ordelaphus; & tali casu proprietario
461 † ob talem confessionem (se scilicet possidere; in dubio, num suo vel alieno nomine) præjudicari non posse, adserit *in repetit. l. fin. numero* 902. 1081. 1082. *D. de rei vindicat.*

462 Cæterum † in dotem-dato castro, venire etiam territorium junctum castro, de pertinentia castri existens, non sine ratione statuerunt Baldus *consilio* 357. *volumine* 5. (confer tu Quettam *dict. consil.* 9. *& consilio* 5. *numero* 7. Menochium *consil.* 498. *num.* 85. *libr.* 5. Oldradum *dicto consilio* 121. *&* 252. Fachineum *part.* 2. *controversiar. lib.* 5. *cap.* 65. Tuschum *practicar. conclusion.* 50. *lit. T. juncta l. uxorem.* 41. *§. legaverat.* 6. *Digest. de leg.* 3. *cum sup. conclusion.* 20. 22. 23. 24. 26. *&* 27. *per discurs.* & Rebuffus *in leg.* 2. *pagina* 24. *Digest. de verborum significationibus* collata *cum dict. leg. uxorem.* 41. §. 6. *& l. verbum pertinere.* 181. *Digest. dict. titul. de verborum significationibus.*

463 Quamvis hic addat: quod † Recognitio facta pro castro, pro terris etiam castro adjunctis facta censeatur, cum Barb. *in dict. c. Rodulphus. num.* 57. *& sequent. De rescript.* Boërio *in consuetud. Biturig. rub. de cons. jur. & stat. person. §.* 1. Sicque ratione adhærentium pertinentiarum, quas castrum habuit, temperanda erit negantium sententia *d. sup. th.* 22. *num.* 317. aliàs quoque †
464 Baldus ille sibi contradixisset quodammodò, aut in eadem controversia variasset: quod tamen nec mirum, nec rarum in eo; cum de ipsius in respondendo inconstantia conqueratur Menochius in 15. *remed. recup. poss. num.* 287. & habuerit cerebrum, quod volvebatur sicut avis in aëre, ut refert ex M. Anton. de Amatis Dn. Heringius *d. tract. de fidejuss. cap.* 10. *num.* 243. cum similibus aliis, quæ vide & ride, apud eumdem Nevizan. *in sylva nubt. limit.* 5. Simon de Pretis *tract. de interp. ult. volunt. lib.* 1. *interp.* 1. *dub.* 5. *solut.* 8. Jasonem *in l. quidam cum filium, num.* 38. *D. de verbor.* Joh. Garsiam *tract. de expens. & meliorat. cap.* 24. *num.* 5. latè & confer Wesenbecium *in parat. C. de vet. ju. enuclean. num.* 4. *juncto Indice tract. tractatuum*, & Polyd. Ripæ *d. tr. de noct. temp. cap.* 35. *num.* 12. 13. 14.

XXIX.

465 Quid in jure † COMMISSIO sit & dicatur, vulgò notum est, & ab illa differt, quàm posui *sup. th. seu concl.* 16. *th.* 18. *num.* 236. idque præter Lexicographos communiter Dd. inculcant & explicant. Germani commissum dicunt, was brüchig/verwirckt und verfallen ist. Vide hujusmodi
466 † sententiam privationis Henrici VII. Imper. apud Marquardum Freherum *in German. hist. volu.* 1. ex Alberico de Rosate *in leg. quisquis C. ad L. Jul. Majest.* quam ibi notabilem esse dicit.

467 Si itaque in † castro quis habeat proprietatem, & alius usumfructum, feudumque committatur, commissum adquiritur proprietario, per tradita Joh. Andreæ *in addit. ad Specul. tit. de locato §. nunc aliqua, vers.* 93. *num.* 116. *in addit. magna lit. Z. quæ incipit: tabernas, propter id quod dictum est pag. mihi* 282. idem Albericus *in rub. C. de usufruct.* Oldradus in terminis *consil.* 239. *aliis* 240. Guido Papæ *quæstio.* 477. Nicol. Bellonus *cons.* 6. *numer.* 12. 16. 17. 18. qui
468 idem † in commissa, ob non solutum canonem vel alienationem sine consensu

domini factam, in re emphyteutica decidit; nec procul abit Jason *in l. cum dubitabatur 3. in 5. quæst. seu num. 45. C. de jure emphyt.*

469 Quo faciunt † cognata juris principia: emphyteutam esse similem usufructuario, juxta allegatos ab Aurelio Corbulo *tract. de jure emphyt. cap. 15. ampl. 12. numer. 25. pag. 432. juncta ampliat. 26. pag. mihi 485.*

470 *486.* istoque modo † consolidari usumfructum cum proprietate, *l. 66. de jure dot.*

471 simileque † adcrementum sationis esse, *in l. qui scit 25. §. 1. D. de usur. & fruct.*

472 Quod enim † commissum est, statim desinit ejus esse, qui crimen contraxit, & domino adquiritur, *l. commissa 14. D. de publican. juncto tit. 31. lib. 2. feud.*

Quia sermo incidit ejusmodi, notate

473 obiter † casum seu facti speciem adfinem: Si dominus solvat indebitè directum dominium, curiam, castrum vel terram aliquam, in qua alius emphyteusin habet; & is, cui indebitè solutum est, emphyteutam expellat, an Dominus comperto errore & repetita proprietate, per actionem negatoriam istum queat expellere? Quod dubium resolvit Zasius, ad quem brevitatis gratia lectorem remitto, *in paratit. ad l. indebiti. §. sed & si nummi, num. 18. per tot. D. de condict. indeb. volum. 1. oper. pagin. 442.*

474 Denique huc pariter pertinet: Si quis † castrum ad tempus ex pacto aliquo possidet, omnes mulctas, quæ illo tempore committuntur, ipsi soli deberi. Idque adeò verum esse, ut etiamsi tempore conductionis de talibus pœnis & mulctis nihil sit dictum actumve; tamen illæ veniant tacitè, debeanturque conductori fortè redituum principis seu domini, juxta *Glos. lat.* Land-recht *lib. 2. art. 57.*

XXX.

475 Trahit etiam † FIDEIUSSIO secum dubia, cujus effectus in sequentibus exemplis perspiciuntur, *juncta inf. concl. 45. num. 661. 662.*

476 Quæritur enim † si quis petat restitutionem castri seu fortalitij munitissimi, quo est spoliatus; num ante omnia sit restituendus, quando idoneè fidejubet, se illud restituturum, si in petitorio succumbat? De ea quæstione ex professo cum aliis agit denuo Dn. parens Antonius Heringius JC. *in d. tract. de fidejussoribus capit. 10. numer. 328. usque ad num. 333.* ubi mentionem facit arcis istius Kniphusanæ, de quâ *supr. thes. 26. num. 369.*

477 Deinde pergit? Si quis † fidejusserit pro custodibus castri usque ad sex menses, an illis elabsis sit liberatus, etiamsi à Castellano prorogatus sit terminus sex mensium, sine consensu fidejussoris? *d. tract. cap. 20. §. 12. num. 19. & seqq.*

478 Item † si fiscus semel bona publicata acceptaverit; puta, si arma dominica præposuerit domui debitoris banniti, hat der Käy. Mayest. des Landsherrn oder der Obrigkeit Wapen für des Aechters oder Bannirten Hauß oder Thür schlagen / oder sonst seine Schlösser und Land-Güter einheimischen lassen / num possit ea denuo repudiare, & fidejussor liberatus manere? *eod. tract. & cap. 20. §. 14. numer. 10.* confer Wehneri *practi observ. verb.* Helm und Schildt *pag. mihi 289.*

479 Præterea † fidejubens pro Castellano fortalitij an teneatur, si extra custodiam arcis ibi damnum vel, ut Dd. Barbare loqvuntur, robariam faciat privatis, aut furtum, stuprum vel concussionem perpetret?

Consule eundem *d. tract. capit. 24. num. 187. 188. 189. 190.* cujus sententias merito sequor:

480 sequor: siquidem alias † Præceptorum, quapropter multo magis Parentum à traditis & vestigiis non sæpe nec temere est recedendum. *arg. l. dedi* 3. §. *sed si servus*. 7. *D. de condict. cau. dat. l.* 13. §. 2. *D. de excus. l.* 19. §. 2. *D. de recep. arb. l. si adi.* 32. *D. de dam. inf. l.* 5. *De man. vind.* Corasius *ad leg.* 2. §. *post hunc maxima, numer.* 19. 20. §. & *ut obiter numer.* 26. 27. *D. de origin. jur. pag. mihi* 151. 157. *volum.* 1. Piccartus *dec.* 11. *ob-*

481 *servat. hist. polit.* 9. *per tot.* Postremo † quod contra Dominum territorii, sive Civitatem, Villam aut Castrum (quando pro alio ex damno, delicto vel quasi obligantur) juramentum in litem non habeat locum: Sed leges quoad probationem rapinæ, læsionis, damni & interesse, agentibus aliquantulum indulserint, ut non ita exacte eam exigant, verum fieri possit per familiam, socios & conjecturas probabiles; communis, vera & recepta est Interpretum sententia, quam in lecturis, consiliis, decisionibus & judiciis seqvuti sunt Bartolus *in l.* 1. *D. furt. adv. naut. caup. stab.* idem cum Dyno, Accursio, Alberico, Angelo, Joh. Fabro, Saliceto & Jas. *ad l. si quando, C. unde vi.* Doctores *in leg. in actionibus. D. de in lit. jur.* Innocen. Hostiens. Panormit. Bero. Imola, Anton. de Butrio, & reliqui Canonistæ *in capit. fin. Quod met. cau.* Decius *consil.* 410. *num.* 13. *juncto consil.* 83. Grammaticus *super constitut. regni numer.* 16. & 79. Stephan. Bertrandus *consil.* 298. *volum.* 8. Parisius Cardinalis *consilio.* 158. *numer.* 28. *volum.* 4. Barbatias *consilio.* 76. *volum.* 4. Cravetta *consilio Etsi abunde.* 166. Jul. Clarus *libr.* 5. *recept. sentent.* §. *fin. quæst.* 82. *sub. titul. de stat. pœn. in gen. vers. quæro, numquid.* Doctores iterum *ad l. admonendi. C. de jurejur.* Joh. Bapt. Plotus *tract. de juram. in lit.* §. 49. *numer.* 17. Andr. Gailius *decis.* 64. *numer.* 8. Joachim. Mynsingerus *observ.* 71. *centur.* 5. postque illos omnes in simili Thomas Maulius *tractat. de jure conducendi seu de salvo conduct. titul.* 8. *per. discurs.*

XXXI.

482 Postquam † paulo ante de commissione & fisco mentionem inieci; sequitur tandem in hac classe CONFISCATIO, seu bonorum mulctatio: prout in specie Guillermi Britonis Armorici *libr.* 5. *Philipp.*

Sed Rex Danguto capto prius impiger illuc
Tendit, & in fisci castellum jura reduxit &c.

Et vide ejusdem dictum, quod ad molendina & occupationem bellicam transtuli, *in tract. de molendin. q.* 13. *num.* 17.

483 Quocirca † castro vel villa confiscatis, jus Patronatus ecclesiasticum venit in confiscatione, ex mente Sebastiani Guazzini *d. tract. de confiscat. bonor. concl.* 13. *limit.* 32. *numer.* 18. *pag. mihi* 151. Horatij Carpani *in lucubrat. ad statuta Mediolan. tit. de jure fisci cap. omnium num.* 433. ubi sub-

484 dit: Vendito † castro, quod censeretur etiam venditum jus patronatus. Quod enunciatum obiter confer cum *supr. conclus. seu thesi* 24. *num.* 344. 346. *juncta thes.* 26. *num.* 380. *th.* 27. *num.* 423.

485 Similiter † emolumentum ex re commissa spectare ad usufructuarium: & marito relinquente uxorem usufructuariam hæreditatis, in qua sit jus patronatus; tunc jus præsentandi pertinere ad heredem, non ad mulierem istam, post Antonium de Butrio, Imolam, Panormitanum, Felinum, Oldradum & Pichum vult idem Bellonus *in d. consil.* 6. *num.* 18.

XXXII.

486 Præterea ad † SUBJECTUM pertinet Locus. In exstruendis enim castris (de quibus nobis est sermo) locus quam-maximè spectandus, unusque præ alio seligendus; per tradita vulgata à Politicis & Poëtis.

487 Unde † urbium castrorumque situm crebro scribtores solent commendare. Guillermus Brito cum alibi, tum nominatim *lib.* 1. *Philippidos.*

In castro sylvis Aquilina quod undique cingit.

Et lib. 2.

Multa castra quibus urbs circumcluditur ipsa,
Ne quis de facili vires perducat ad illam
Ni prius illa solo studeat prosternere castra.
Inter quæ castrum Bobarium nomen habebat
Clarius, & titulis & gente situq; decorum,
Turribus & muris, fossis, valloque superbum.

Et postea:

Summopere cura incumbit defendere burcum
Nec situs ipse loci, &c. ——

488 Sed de loco † insuper Jurisconsulti etiam controversias movent, ut sparsim apud 489 eos videre est. Sic si † datur per civitatem locus ad ædificandum castrum, ille locus remanet de territorio civitatis, ex opinione Bartoli *cons.* 59. *num.* 1.

490 Et † castrum habens merum & mixtum imperium, dicitur Locus Insignis: quod notant Dd. *in cap. statutum.* §. 1. *De rescrib. in* 6. Mascard. *concl.* 1038. *num.* 9.

491 Sicuti ipsum † castrum Güntherus *lib.* 2. vocat Spectabile & *lib.* 3. nominat Nobile, quod præsuli Frisingensi dicitur Imperiale.

492 Deinde † castrum existens (quod quæsitum similiter ad locum spectat) inter duas civitates, in dubio præsumitur illius esse, cui adjacet vel propinquius est. *arg. l. adeo.* 7. §. *insula* 3 *l.* 65. §. 2. *D. de acq. rer. dom.* & §. *insula. Inst. de rer. divis.* Par. de Puteo *de feud. reinteg. c. an si Dominus Baroniæ numer.* 4. *pag.* 107. Hieron. de Monte *in tractat. de finibus cap.* 83. *num.* 2. Laudens. *d. tract. de castell. quæst.* 7. late Mascard. *concl.* 271. Adde Henn. Hamel. *in repetit. titul. de Action. capit.* 52. *num.* 16. 17. 18. & 21. Aymi *tractat. de alluvion.* Goddæi *respons. de alluv. mar.* Gryphiand. *tract. de Insulis.*

493 Sic † piratæ delictum in mari conmittentes, puniuntur ab eo judice, qui præest territorio propinquiori ipsi mari, ubi delictum est conmissum. Ant. Corsetus *in singul. vers. jurisdictio.* 2. *nu. un. per tot.*

494 Eodem modo etiam in ipsa † via publica jurisdictio est eorum, qui circumquaque jurisdictionem habent, ut docent Cæpolla *tr. de servit. rust. præd. tit. de via quæst.* 18. Jacob. Aurelianens. *in pract. sua aurea rubr.* 12. *numer.* 68. Guido Papæ *decis.* 5. *num.* 1. *ibiq; addit*, & ita etiam consuluit Alciatus *cons.* 1. *facti contingentia lib.* 7. Et frequentius placere, ut jurisdictio in via publica sit ejus, qui circumquaque habet (quid ergo statuendum de eo, qui in concursu territoriorum propinquior loco est, eam q; exercet?) ex Rosenthal. *de feu. c.* 5. *concl.* 21. scribit Maulius *d. tract. de jure conduc. tit.* 10. *numer. ult. pag.* 121. Hamelius itidem *num.* 17. 18.

495 De loco igitur in hac materia nostra, tam politicè, quàm juridicè considerata, † ambiguæ incidunt concertationes. An nimirum castra in sublimioribus locis, utpote collibus, montibus seu rupibus: vel an in

an in locis paludinosis, sive palustribus, fluminibusque vel mari circumseptis & proxime adjacentibus, sint exstruenda? Item an in medio regionis alicujus, vel in limitibus saltem & portubus, si regio sit maritima, erigenda? Denique aëris salubritas, loci commoditas, securitas, fertilitas & aquarum oportunitas, cum similibus, an sint spectanda? De singulis ordine videbimus.

Quoad primum dubium, diversa hic reperiuntur hominum judicia & exempla, locorum diversitates, temporaque variata. Plurimum quidem id olim factitatum legimus, ac cernimus quotidiè in locis sublimioribus castra fabricata esse.

Adferam modo ea, quæ ductu historiarum mihi obveniunt; non quæ fortè ab aliis ante me fuerunt occupata, nec uno loco pertractata. Filij Noë consilio Nimrodi post divisionem in campo Sennar habitarunt ac ædificarunt, sicque locum planum ac depressum occupare maluerunt. *Genes. cap.* 11. *vers.* 2. *& seqq.* Salomon inter alias urbem Palmiram ædificavit in deserto, 2. *Paral.* 8. *vers.* 4. At Joatham in muro Ophel (arcis) multa construxit: urbes quoq; ædificavit in montibus Juda: & in saltibus castella & turres, *d.* 2. *Paral.* 27. *vers.* 3. 4. Castellum urbis Hierosolymitanæ occasum versus rupi inædificatum est, fossaque profunda munitum. Christophor. Führerus *in Itinerar. Palæstin. pagin.* 54. Prope montem Oliveti conspicitur & † castellum Lazari, quod super rupem conditum est loco peramæno, estque fossa & quadrata turri probe munitum, teste eodem Führero *pag.* 64. 496

497 De † Thruscis, qui insuperabilem montem Libanum incolunt, mira narrant scriptores. Rauchwolff *in Itinerar.* & Minadius *de bello Persico.* Locum in quo urbs † 498 Roma condita, describunt alij. Constituit eam Romulus in monte Palatino, finitimosque colles adjunxit. Hæc ergò in edito colle urbs toto orbe celeberrima locata; quia (cessantibus causis reliquis) is ritus solennis eo seculo; cùm ut hostibus, si forte inuaderent, difficilior foret accessus & suis tunc usitatis armis commodius resistere possent; tum quod † gentiles aliud diluvium metuebant, & ob id in altissimis montibus, quò tutiores ab aquarum illuvie essent, habitabant. Pierius Valerius *lib.* 42. *hieroglyph.* Misoponerius *Saty.* 30. *pag.* 89. 499

Quibus adjunge de † Phrysiæ nostræ primordijs, ejusque primis incolis, Suffridum Petri & Corn. Kempium *in lib. de orig. Phrys.* Scaligerum *exerc.* 49. Herm. Hamelmannum *in proœm. Chron. Oldenb.* Johan de Beka *in Chron. Vltrai. pagin.* 42. *Episc.* 28. Wern. Kyllingerum *d. tract. disc.* 4. *num.* 123. *usq; ad* 134. aliosque suis locis differentes. 500

Necessario enim illa requirebat, ut alto habitarent loco, propter † crebras inundationes, quæ nec hodie desinunt: licet eas in Germania seu ista Germaniæ parte Septentrionali fieri negent, aut credere nequeant veteres Geographi; contra quos disputat Leovardiensis ille, quem nominavi, Suffridus Petri *libr.* 1. *de orig. Phrys. cap.*... 501

Verum & hic † diversa regionum natura ac situs veniunt in considerationem nec omnibus æque prosunt (si modicæ) sed magis obsunt hæ inundationes, ut exponit Corn. Kempius *lib.* 1. *de orig. Phrys. cap.* 3. *pag.* 11. *&* 12. Pertinet huc etiam † Nilus fluvius celeberrimus, qui limites suos exiens totam fæcundat ac irrigat Ægyptum; prout hoc longiore verborum adparatu 502 503

paratu referunt post veteres J. Cæs. Scaliger. *exerc.* 47. 48. Simon Majolus *colloq.* 11. *pag.* 417. 418. 419. 420. & Joh. Heidfeldius *in Sphing. cap.* 10. *pag. mihi* 220. Sed ulterius propiusque ad quæstionem accedendum.

504 Peregerunt itaque istud † non modo recensiti, at etiam conplures alij: De Q. Cornificio Cæsaris quæstore ita scribit Anton. Hirtius Pansa: Namque (inquiens) & castella conplura locis editis posita, quorum oportunitas Castellanos inpellebat ad decursiones; faciendas & bellum inferendum, expugnavit; eaque præda milites donavit, *lib. de bello Alexand. c.* 42. *pag.* 334. *edit Fulvij Vrsini.* Aliud quoddam Anton. Torquada describit, cujus verba in Latium hoc modo Phil. Camerarius transtulit: In Norwegiæ finibus est arx munitissima, Castrum Novum appellata. Hæc est sita in præcipitio rupis, ad quam solummodo ex una parte aditus patet. *cent.* 3. *medit. hist. c.* 15. *p.* 50. Sicuti contra arx Ritberga in loco uliginoso constituta, qui Comiti nomen dat, aut hic isti, & unica ad eam via euntes ducit.

505 Arx vero † Skalensis arduis est imposita rupibus, cujus hoc modo meminit Casparus Dornavius *in principe juvent. pag.* 8.

506 Brissacum, † Archiducum Austriæ (obiter adde sic quæ de origine ac nomine castri Habchspurg tradit Felix Faber *lib.* 1. *hist. Suev. pag.* 13.) oppidum, est munitissimum, ad Rehnum fluvium in colle positum; fontem habet in medio foro adeo profundum, ut amphora aquæ vix dimidiæ horæ spacio inde possit extrahi. Paul. Hentzner. *in suo Itinerar. pag.* 16. & 17.

507 ubi de † Alsatia hos rythmos à majoribus factos subjicit:

Drey Schlösser auff einem Berge/
Drey Kirchen auff einem Kirchhof/
Drey Städte in einem Thal/
Ist das gantze Elsaß überall.

508 Ita præterea Hohen Twiel/ latine † Duellium, arx Ducum Wurtenbergensium natura & arte munitissima, monti celsissimo ac vino & frumentis fertilissimo inposita, Hentz. *d. lib. pag.* 26.

509 Sic ad † arcem Saltzburgensem calle angusto & supino admodum itur. Duplex murorum ejus ambitus est: exterior in rupibus saxosis, ac verius rupes ipsæ murus est. Crassissimas munitissimasque turres habet, circumque pervias. Interior multo labore intercisis cautibus ab altero disjunctus, nativo saxo inpositus est, ut si ab hoste prior captus fuisset, præsidia quo se reciperent, tutiorem haberent locum, &c. quæ longiore ambage, ad seqq. transferenda, describit Matthæus Cardin. Gurcens. *libr.* 2. *Hodæp. in princip. pag. mihi.* 349. ubi vide.

510 Denique invictissimi † Imp. Karuli V. judicium fuit, in plano potius, quâm in montibus arces vel castra ædificanda. Eum namque trajicientem aliquando Rehnum, cum ex Principe aulam ipsius tum sequente, percontatus esset: cur majores (unde in *libr.* 3. Landrecht *artic.* 68. dicitur de destruenda arce: Den Graben und den Berg/ *infr. thes.* 66.) nostri tot arces & præsidia in excelsis montibus exstruxissent? Isque respondisset, munitiores illis arces in editis locis visas fuisse: hîc censuisse Karulum, rectius eas in planicie conlocari, propter aquationis, pabulationis, & invehendi commeatus, & tormentorum & aggerum commoditatem. Thrasybulus Lepta, id est, Cunradus Dinnerus *lib.* 2. *expos. histor. de vita & rebus præclare gestis illustris Dn. Georg. Ludovici L. B. a Seinsheim, &c. pag.* 130.

Hæc

511 Hæc † opinionum sunt divortia; pro quibus argumenta alia quæ faciant, videre licet apud Cunrad. Dieterich *d. disc. membr. 3. de qualitate situs quæst. 2.* Ego distinctionem adhibendam, & alia concurrentia ponderanda esse ab eo, qui talia molitur, tutius fore judico. Varia enim locorum & instrumentorum bellicorum sunt discrimina, successu temporis mirifice mutata.

512 Discernenda etiam † castra ab his militaria, seculis diversa, quæ initio belli in alto ponere loco raro debemus, ni occasionem majora tentandi forte præbuerint: feruente autem bello eadem in colles subducere signum perculsi est, ut de Maroboduo loquitur Tacitus 2. *annal.*

XXXIV.

513 Dubitatur hic ulterius: An † castra in locis paludinosis sive palustribus sint ponenda? Quomodo Alba Regalis condita; Sed Anno 1601. d. 20. Septemb. à Ruswurmio expugnata.

514 Sic & † Sigethum Ungariæ medijs in paludibus situm, teste Seb. Munstero *libr. 4. cosmog. cap. 53.* & exempla habemus alia:

515 quibus arx quoque † Ritberga, de qua paulo ante, est adnumeranda.

516 Sic † templum Dianæ Ephesinæ celeberrimum in palustri fuit exstructum loco, ne terræ motibus quateretur, ut censet Plinius *lib. 36. natur. hist. cap. 14.*

Quod studiose præcavendum. Nam in

517 provincia † Dardania adsiduo terræ motu XXIV. castella uno momento olim conlabsa esse, hisce inter cætera verbis indicat Marcellinus Comes: Quorum duo suis cum habitatoribus demersa, quatuor dimidia ædificiorum suorum hominumque amissa parte destructa undecim tertia domorum, totidemque populi clade dejecta, septem quarta tectorum suorum, tantaque plebis parte depressa, vicina vero metu ruinarum despecta sunt. Scupus namque metropolis, licet sine civium suorum hostem fugientium clade, funditus tamen corruit. Uno in castello regionis Canisæ, quod Sarnunto dicitur, ruptis tunc terra venis, & ad instar torridæ fornacis exæstuans, diutinum altrinsecus ferventemque imbrem evomuit. Plurimi totius provinciæ montes hoc terræ motu scissi sunt, saxaque suis evulsa conpagibus, devolutaque arborum crepido per XXX. passuum millia patens, & in XII. pedum latitudinem dehiscens, profundam aliquantis voraginem civibus, castellorum saxorumque ruinas, vel adhuc hostium incursiones fugientibus, jussa paravit. *in Chron. p. m. 58. 59.* addenda Simonis Majoli *colloq. canicul.*

518 Sic præterea de urbe † Scarâ Regum Gothorum sede memoriæ prodidit Olaus Magnus: hanc Norwegiæ Regum Sidagerum in locis stagnis & Paludibus admodum munito tam prudenter erexisse, quàm inprudenter ejus successores ipsam desolari ac conlabi permiserunt, *lib. 2. hist. Sept. p. m. 59. sup. th. 10. num. 120.* Quo ergo in

519 censu † munitiones in locis palustribus longe à terra remotis habendæ? Vegetius quidem, rei militaris scriptor celebris, castra circa paludes non esse ponenda suadet: & ego quamvis natura loci in sese munitas satis concedam; non tamen omni ratione probo cum Cunrado Dieterich *d. discurs. & memb. quæstio 4.* & Stewechio ad Veget. *lib. 3. cap. 2. pag. 142.* Inter alias enim causas & palustrem locum aversari debent

520 incolæ, vel maxime ob molestiam † culicum pulicumque ibi nascentium. Qua

de re vide Olaum Magnum *lib.22.p.m.*453. 454. Bern. Saccum *lib.1. hist. Ticinens. cap.* 6. Phil. Camerarium *cent.2. medit. histor. cap.* 86. & Erasmum Roterodam. *libr.* 22. *epist.* 12. Non contemnenda enim harum pestium noxa est; quippe quanto minora sunt hæc animalia, eo sunt frequentiora & magis tædiosa.

521 Unde † Myuscij olim Achaiæ populi, cum juxta mare habitarent, eorumque regio illius adsiduo æstu repurgaretur, influens Meander arenam congessit, conclusitque paludem; inde copia tanta culicum emersit, ut oppidum deserere coacti fuerint, teste Hieron. Cardano *libr. 9. de subtilit. pag. mihi.* 369.

XXXV.

522 Quæritur itidem: Anne † vel fluminibus vel mari circumseptis in locis, vel proxime adjacentibus castra sint exstruenda? Ubi iterum variant mortalium studia ac placita.

523 Sic † Alexandria habitavit in fluminibus, aquæ in circuitu ejus: cujus divitiæ & robur mare, aquæ muri ejus. *Nahum.*

524 *cap. 3. vers.* 8. † Tyrus erat in mari urbs inclyta, & fortis in eo cum habitatoribus suis, quos formidabant universi. *Ezech. 26. vers.*

525 17. *&* 27. *v.* 3. 25. 33. 35. Sic † Provinciæ illæ, de quibus Imp. in sæpius *d. l. 10. C. de ædif. priv.* adhibito Kyllingero *d. disc.* 4. *nu.* 105. *cum seqq.* omnes vel ad mare ipsum, vel majora flumina sitæ sunt, sicut ex Geographis constat.

526 Sed & de † Karulo Gallo ita Froſſardus: Multo ante, inquit, rebus necessarijs muniverat arcem alioqui invictam (Leusam dicunt) arte non humana firmatam & cinctam undique mari, & nisi arte simili, non expugnabilem, ut fertur, &c. *libr. 2. hist. mihi pag.* 103. Porro † Aden Felicis Arabiæ metropolis, ex altera parte montibus obclusa præcelsissimis, quinis instructis arcibus, in quarum summitatibus ardentes navigantibus ostenduntur faces: ex altera mari circumsepta, qua non munitorem vidisse se meminit Ludov. Romanus Patricius *libr. 2. navigationis:* Andr. Resendius Lusitanus *in epist. de reb. Indiæ*; cujus similiter inspice encomium Lovanij *p. m.* 17. Nova item † Valletta Melitæ vivo lapidi superstructa & mari ex utroqe latere circumdata. *Theat. urb. libr. 1. fol.* 50. † Corfu insulæ Corsicæ ejusdem nominis castra & propugnacula natura munitissima, duabus rupibus inhærentia, mari circumquaque cincta, & mœnibus & pomæriis ad radices montis circumvallata. *Theat. urb. libr. 2. fol.* 53. Rex Neapolitanus Alphonsus reformavit † & arcem S. Salvatoris in mari Exono nuncupatam, cujus inexpugnabilis situs ad usum magnificentissimæ regiæ redactus est, inquit Piccolo. *d. lib. cap. 60. pag.* (*mihi*) 111. Belgium deinde seu † Hollandia est in propatulo; de qua insula Carolus Clusius ita scribit: *Fecit loci*, inquiens, *situs, & fluminum vastitas hanc insulam Romanis formidabilem*, in describt. Gall. Belg. *pagin.* 43. Magis in castro † Leidensi hæc Cornelius Aurelius diffundit: Quod, inquiens, ibidem bicorni gurgite Rhenus circumluit; opus quidem rude & Sphæricum, sed munitissimum, si defensorem habeat. Tanta insuper est porrectum ad cælos altitudine, ut omnibus civium tectis facile superemineat; habensque subinde, quaqua versum velis, prospectus aptissimos. Intra hujus ambitum puteus est mira profunditate, raram tamen continens aquam, sed dulcem

527 528 529 530 531 532

& lim-

& limpidissimam: de quo inaudita & incredibilia fabulantur. In planicie vero & circuitu (quoad utrumque Rheni brachiolum apertus est transitus) fructiferis consitum est arboribus & vinetis, ut alteram non desideres paradisum, &c. Hæc ille *in sua Batavia lib. 1. cap. 5. pag. 31. add. lib. 2. pag. 72. 73.*

533 Ad quæstionem itaque, utrum † munitiones illæ, quæ in mari, an vero hæ quæ ad littus & alveum maris exstructæ, sint præferendæ? Resp. in alijs marinas, in alijs maritimas excellere. Rationes non exscribo, sed eas habes apud Cunr. Dieterich *d. disc. memb. 3. q. 3.* & Simon. Stevinum *de munit. cap. ult. quæst. 9.* Illis † su-534 peradde & ceu jucunda perlustra, quæ Majolus conportavit de Mari *colloq. 10.* de Fluviis *colloq.* 11. de Lacubus *coll. 12.* ac denique quæ de Insulis *coll.* 14. pertexit; quæque de insularum ambitu & castello habet Dn. Joh. Gryphiand. *d. tract. de Insulis c. 23. num. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 52. 56.*

XXXVI.

535 Item an † in medio regionis alicujus, vel in limitibus saltem & portubus, si regio sit maritima, eadem conducat fabricare? Principio ex *th. 9.* repetendum, inferio-536 rem † quandoque in meditullio imperij sui castra posse inpune exstruere, vel etiam in limitibus, si superioris Principis consensum authoritatemque requirat, vel eam antea per investituram habeat concessam. Sed & quamvis superior vel inferior (cui ab illo hoc permissum) sint, attamen quandoque ob malos vicinos coguntur non tam in medio (secus si suorum rebellionem metuant) quam finibus eadem exstruere.

Hinc toties audimus in jure nostro † mi-537 lites limitaneos & castella limitanea Brissonius *lib. 2. de V. S. verb. Burgi.* Stewech. ad Veget. *p. m.* 182. 241. Boërius *decis.* 260. *num.* 4. Kylling. *disc.* 3. *numer.* 16. *& seqq. disc.* 18. *num.* 7. *usq. ad num.* 21.

Arcentur & alijs modis, qui ibidem à me enumerati. Præter eos † si fundus com-538 munis, locusque publicus fuerit; ut innuunt versiculi Guillermi Britonis Armorici *lib. 5. Philipp.*

Fluminis in medio terræ communis utrique
Rex ibi Richardus, celsam cum mœnibus arcem
Ædificat contra juratæ fœdera pacis, &c.

Quibus relictis ad † ζήτημα respondeo: 539 & in isto, i. e. medio regionis, & in his, h. e. limitibus & portubus ut erigantur, consultum omnino esse judicans; propter rationes procusas à Leone Bapt. Alberto *libr.* 4. *de re ædificat. cap. 2. & 8.* Cunrad. Dieterich *d. memb.* 3. *quæst.* 1. P. Gregor. Tholoz. *d. libr. 2. de Republ. cap. 1. num. 16.* Nicol. Bello *d. libr. 2. disc. 72.* & Autore *disc. de regni & reg. instit. pag. mihi.* 575. Althusio *cap.* 34. *polit. num.* 46. 47.

Sic singulari consilio † Jerusalem DEUS 540 in medio gentium seu mundi posuit, & in circuitu ejus terras, *Ezech. 5. v. 5.* ubi Hieronymus & Osiander. Eamdem sequutus fuit sententiam Galterus poëta *libr. 1. Alexand.* inquiens:

Inde Palestinæ cunctis superminet una
Unius Iudææ DEI, Hierosolyma terræ
In centro posita est. ———

Autor tamen libri, qui vulgo Somnium Viridarij inscribitur, *de utraque potest. cap.* 365. *num.* 19. juncta *sup. th.* 18. *numer.* 243.

541 † Galliam & Massiliam in medio orbis esse sitam adfirmat, quem vide.

542 Atque † universim medius locus à plerisque populis dilectus; in orationibus, convivijs, judicijs, triumphis, castris, deambulationibus, alijsque in conventibus, ceu videre est apud Justum Lipsium *lib. 2. Electorum capit. 2.* & Joh. Castalionem *in observ. crit. lib. 1. cap.... pag. 279. & seqq.*

543 Ita cur medium locum in † exercitu seu inter ordines Duces Persici deligant, ex historicis notum est, idque breviter exponit Chr. Pezelius *part. 1. melliff. histor. pag. 189. edit. post.* Huc etiam pertinet quæstio vicina: an † Princeps in umbilico imperij consistere & domicilium constituere debeat, & an id conducat? De qua disputantem lege Dn. Mich. Piccartum *decad. 4. observ. historico-polit. cap. 9. per tot.* Non enim sine causa Claudianus Poëta Romam ita fingit conpellantem Honor. Imp. *in 6. ejus cons. vers. 407. & seqq.*

544

Quem pecor ad finem laribus sejuncta potestas,
Exulat Imperiumq; suis à sedibus errat.
Cur mea quæ cunctis tribuere palatia nomen
Neglecto squallent senio? nec creditur Orbis
Illinc posse regi? medium non deserit unquam
Cœli Phœbus iter, radiis tamen omnia lustrat.
Segnius an veteres Istrum, Rhenumque tenebant
Qui nostram coluere domum? leviusne timebant
Tygris & Euphrates, cum fœdera Medus & Indus.
Hinc peteret, pacemque mea speraret ab arce, &c.

XXXVII.

545 Præterea & hoc movent, An † aëris Salubritas in castrorum exstructione sit adtendenda? Et respondent, quod maxime spectari debeat; qvum nihil homines magis adficiat inficiatque, quam aër, ut schola Physicorum Medicorumve lautius addocet.

546 Aëris enim † & Solis ratione mutari corpora mortalium probant Amplisſ. Dn. Warem. ab Ehrenb. *meditam. pro fœder. lib. 1. cap. 2. num. 187. 189.* Scipio Amirates *ad Corn. Tacitum lib. 4. disc. 7. p. 171.* P. Greg. Tholoz. *lib. 1. Syntag. ju. cap. 5.* Erasm. Roterod. *d. libr. 22. epist. 12. pag. 822.* Corn. Kempius *lib. 2. de situ, qual. & orig. Fris. c. 23. p. 201.* Hieronym. Cardanus *lib. 2. de subtilit.* Leo Baptista Albertus Florentinus *lib. 1. de re ædificat. cap. 3. per tot, cum libr. 10. cap. 1.* & alij communiter; inprimis ille ex altera secta M. Vitruvius Pollio *lib. 1. de architect. cap. 4. & lib. 6. cap. 5.* ibique in comment. Daniel Barbarus Venetus: & idem indicat nominatim Celsus Mancinus *de jure principatuum lib. 6. cap. 22. post princ.* Hinc Cicero, *in 2. Agraria contra P. Rullum*, adpellat † Capuam domicilium superbiæ, ac sedem luxuriæ: atque ingenerari hominibus mores, non tam à stirpe generis ac seminis, quàm ex ijs rebus quæ ab ipsa natura loci & à vitæ consvetudine suppeditantur, quibus alimur ac vivimus. Atque † ita loci genius sibi similes plerumque colonos gignit. Pighius *in Herc. Prod. pagin. 324. in princip.* Sic † Sardiniæ pars ad Septentrionem vergens sterilitate non modo ab antiquis damnata est; sed & morbis contagio aëris infestata, Martialis ut alicubi monet. Australis vero ejus regio frugifera, Lucano teste *lib. 3. Pharsal. vers. 59. & seqq.*

547 548 549

Hiero-

550 Hieronymus deinde † Cardan. ingeniose admodum causas colligit: quibus urbes in feruidis regionibus ingentes esse necesse sit. Adi Scaligerum *exerc. 260. & lib. 3.*
551 *Poet. cap. 106.* De cæli circa urbem † Alexandriam clementia sic Marcellinus: Auræ ibi, inquit, salubriter spirantes, aer tranquillus & clemens, atque ut periculum docuit, per varias collectum ætates, nullo penè die incolentes hanc civitatem solem serenum non vident. *lib. 22.* Quibus verbis loci salubritatem & pluviarum raritatem in hac regione innuere voluit. Naturalia sunt
552 hæc: sed alterum dictu incredibile, In † Lucomoria scilicet populos habitantes 27. mensis Novembris die, præ intenso frigore brumali mori, & redeunte vere 24. Aprilis die, more hirundinum & ranarum, reviviscere; quod fabulosis narrationibus haut inmerito adnumerat V. N. & Magnificus Eberhart von Weiß *in aul. polit. th. 641.*
553 *pag. 150. edit. post.* Adde omninò † Simonem Majolum *colloq. 17.* in quo admiranda de proprietatibus locorum ac terrarum quarumdam conpilavit. Singularem nî potius anilem dixeris fabulam, habet Felix Faber *inf. num. 721.* Hanc ergò considerationem non inutilem esse, & hoc monet:
554 quòd † castra in Hungaria uno in loco supra mensem sine periculo haberi non possint. Thomas Lansius *in consult. de Princ. Eur. pag. 565. no. edit.* Tob. Coberus *in observ. castrens.* Martin. Rulandus *de lue Hung. quæst. cap. 8. & 21.* Ab istis autem
555 † militum tentorijs locisque castella hæc esse denominata: vel saltem ut prius & posterius, quoad inventionem aut usum, differre: inque modo nonnihil variare, easdem tamen pro utrisque militare rationes optimè scimus, & Albericum Gentilem consentientem habemus, *in l. 239. §. oppidum. de V. S.* Quocirca singularem quoq; de iis suscipere sollicitudinem debemus, & hisce suffraganeis autorum testimonijs, ad fidem rei & delectum locorum habendum induci. Cultissima in quam rem sunt Claudiani verba de 4. cons. Hon.

——————ponenda salubri
Castra loco, præbenda vigil custodia vallo,
Disce ubi densari cuneos, ubi cornua flecti
Æquius, aut iterum tendi, quæ commoda vallis,
Quæ via difficilis.

XXXVIII.

Sed & illud in controversiam trahunt viri politici: An loci † commoditas sit observanda? & communi calculo adfirmantium eligunt sententiam. 556 Certè ad aeris salubritatem confert etiam loci commoditas; quod rationibus evincit Leo Baptista Albertus *d. lib. 1. cap. 4. & 5.* Cunrad. Dieterich/ *d. memb. 3. th. 1. num. 2.* & quos ibi allegat. Solebant verò veteres † aeris salu- 557 britatem locique commoditatem in condendis oppidis, castrisque, certis quibusdam signis & indicijs indagare ac dignoscere, quorum iidem meminerunt *dd. ll.* & Junius *quæst. polit. part. 2. quæst. 63.* Ex quo adparet † præsidia & castella locis oportu- 558 nis disponere, singularis esse solertiæ ac peritiæ, quam quidem palmam veteres dant Pyrrho. De Agricola ita Tacitus: Adnotabant periti non alium ducem oportunitates locorum sapientius legisse, nullum ab eo positum castellum aut vi hostium expugnatum, aut pactione, aut fuga desertum, &c. *in ipsius vita cap. 22. ubi in comment.* Vide CL. V. Dn. Michaelem Virdungum, & Matthiam Berneggerum. Majorum denique ævo Fridericus ab Hohen-

ſtauffen, Friderici I. Auguſti pater, câ gloriâ cluebat etiam usque adeò, ut (teſtante Othone Friſingenſi) de eo ſubinde caſtrum aliquod idoneo loco ponente diceretur: *Dux Fridericus in cauda equi ſui ſemper trahit caſtrum.*

XXXIX.

559 An inſuper loci † Securitas neceſſaria ſit, indagant? Omninò naturalis rei militari inſerviens vel arte conparata ſecuritas requiritur: ut facilis ſit incolis in aliena egreſſio, hoſtibus autem difficilis aditio & circumdatio, ſuadente Ariſtotele *lib. 7. polit. cap.* 11. Petr. Gr. Tholozano *d. lib. 2. de Republ. c.* 1. *num.* 1. Cel. Mancino *d. lib. 6. de jur. princip. cap. 22. pagin.* 286. Dieterico *d. memb. 3. th. 1. num. 3.* Autore *gymnaſ. de exercit. Academ. ſect.* 42. *pag.* 201. Guillermus Brito idem indicat de caſtro quodam in Neuſtria *lib. 7. Philipp.*

Cumque ſit introitus ad muros unicus, ad quem
Secta per obliquos anfractus ſemita ducit,
Hunc cura majore facit noctéq; dieq;
Vt ſervare vigil ſtudeat cuſtodia duplex,
Deforis ut poſſit ad caſtrum nemo venire,
Audeat aut caſtro valuis exire recluſis,
Quin occidatur aut vivus detineatur.

Alb. Tibullus etiam ante illum ita ad Meſſalam *lib.* 2.

Nam te non alius belli tenet aptius artes,
Qua deceat tutam caſtris praducere foſſam,
Qualiter adverſos hoſti defigere cervos,
Quemve locum ducto, melius ſit claudere valle,
Fontibus ut dulces erumpat terra liquores,
Vt facilisq; tuis aditus ſit, & arduus hoſti.

560 Quod fit, † ubi vel in proclivi planicie intra fluminum navigabilium ripas, vel in colle ſublimi ſeu in rupe excelſa, excelſiori alterâ eidem nullâ ex parte præeminente obpoſitâ, propugnacula & caſtra exſtruuntur. Quale eſt nobiliſſ. † Oſtenda Flandriæ 561 ad Oceanum ſita: fortalitium Sckenckianum ad Rheni divortia: & Gomorrha ad Iſtri divergia erecta. Præcipuè autem † 562 cavendum, ne collis aut jugum inmineat, unde proſpectus caſtri & ſubita incurſio fiat; neve † ſylva denſa, (quomodo oppi- 563 dum Britanni vocabant, referente Cæſare *lib. 5. comment.* cùm ſylvas impeditas vallo atque foſsâ munierunt, quo incurſionis hoſtium vitandæ cauſa convenire conſveverunt) aut latens foſſa, vel ſinus occulti jaceant; unde latebræ hoſtium & inſidiæ parari, aut tacito ſpeculatu pericula oriri poſſint. Alexander *libro primo, capite duodecimo.* Zwingerus *in theatr. volumin. vigeſimo octavo, lege tertia.* adde 2. *Eſdra capite* 2. *verſu* 12. 13. 15. 16. Dieterich *membr. princip.* 3. *th.* 2. *memb.* 2. *quæſtion.* 16. Stewechij *not. ad Veget. lib.* 1. *cap.* 22.

XL.

Nec minor cura de agrorum † Fertilitate 564 ſuſcipienda eſt: unde Frumentum, fructus aliaque terræ naſcentia ad hominum & armentorum ſufficientem alimoniam non tantum producantur; ſed & quotannis de iiſdem ad futuram neceſſitatem nonnulla recondantur. Leo Baptiſta Albertus *lib.* 4. *cap. ſecundo.* Cunradus Dieterich *dict. mem.* 3. *th.* 1. *numero* 4. Nicolaus Bellus *libro primo, de ſtatu civili. diſc.* 42. *numero* 7. Thomas Dempſterus *in paral. ad Roſin. libr.* 7. *antiq. Roman. cap.* 38.

Quibus inſerviunt rebus † Moletrinæ, 565 quæ hodiè paſſim ſingulari ſtudio & artificio conficiuntur: deque iis pleniſſimè egi in tractatu ſuperiori.

Sic

566 Sic † Azamor, quæ urbs est in extremâ orâ Mauritaniæ, quidam Lutetiâ cum jactaret non inferiorem: interrogatus fuit non sine circumstantium risu, unde alerentur cives? Nam si rerum inopia pro cibo iis in locis habeatur, in summâ sanè eos vivere opulentiâ. Facetè. Scalig. *de exerc.* 260. Testis est † istius anterioris dogmatis & Virgilius, qui ita *lib.* 8. *Æneid.* 567

——— ——— opulentaq; regnis
Jungere castra. ———

Guillermus Brito deinde *libr.* 1. *Philippidos:*

Non procul à fluvio Ligeri Castellio castrum
Fertilibus florebat agris, ceu flumen amœnum,
Hinc latus exornat, reliqvum vineta coronant
Turribus excelsis, muris fossisque superbum,
Nullius ut vires sibi diceret esse timendas.

Et paulò post eadem ita diffundit:

Insuper & castrum Castellio nomine, vicus
Nobilis Allobrogum decus, & munitio regni,
Quem fluvius medium retinenti perluit unda
Sequana, nobilium pater instratorque virorum,
Nulla quibus toto gens est acceptior orbe
Militia, sensu, doctrinis, Philosophia,
Artibus ingenuis, ornatu, veste, nitore.
Unde timens regem Dux præmuniverat illum
Omnibus ad bellum rebus quibus est opus, armis
Robustisque satellitibus, cum milite multo:
Sufficiensque viris frumentum, providus heros
Congruit, & farsit castellum rebus abundè.
Ne quid desit eis in toto tempore belli.
Hurdari turres & propugnacula, muros
Subtus fulciri facit, aptarique fenestris
Strictis & longis, ut strenuus arte latenti
Immittat læti prænuncia tela satelles.
Urget, & instanter nihilominus amplificari
Atq; profundari cingentes mœnia fossas,
Nullus ut accessus pateat pugnantibus extra,
Ut parte ex omni fit inexpugnabile castrum.

Guilielmus Apuliensis, ante quingentos annos Poeta non malus, *Rerum in Italia ac regno Neapolitano Normanicarum lib.* 1. sic pariter scribit:

Hac ratione loco metantur castra decenti
Qui limphis, herbis, simul arboribusque redundans
Omne ministrabat, populo quod habere necesse est.

Quod si † flumen (de quo castrorum exstruendorum requisito mox agam) in contiguo non esset, tunc excavabant terram veteres, ut scaturirent fontes. Idem Apuliensis *lib.* 3. *pag.* 28. 568

Mœnia castrorum fecit robusta parari,
Tuta quibus contra Siculos sua turba maneret,
Addidit & puteis, alimentaq; commoda castris.

Malè ergò suasit † Dinocrates architectus Alexandro Magno, ut etiam supra mõtem Athon urbem exstrueret, ex quâ incolæ nihil quod ad vitæ sustentationem faceret, obtinere possent, teste Machiavello *lib.* 1. *disp.* 1. Et reprehendit eumdem ipse Alexander apud Vitruvium *in proœmio lib.* 2. *p. m.* 46. & talia de eodem quoque prodidit Galterus, isti Apuliensi propè σύγχρονος. *d. lib.* 1. *Alexand.* 569

——— ——— Asiæ metitur lumine fines,
Hinc ubi vernantes cereali gramine campos,
Tot nemorum saltus, tot prata virentibus herbis
Lascivire videt, tot cunctas mœnibus urbes

Tot

Tot Bachi frutices, tot nuptas vitibus ulmos:
Jam satis est inquit socij, mihi sufficit una
Hæc regio, Europam vobis patriamque relinquo.

570 Falsis etiam persuasi rationibus prisci † Germani, quorum civitatibus maxima laus erat, quam latissimas circum se vastatis finibus solitudines habere, &c. Julius Cæsar *lib. 6. de bell. civ. cap. 23.* Romanorum ducibus contra locus castrorum placebat, late prospectans, tuto copiarum aggestu, florentissimis pone tergum municipijs, ut ait Tacitus 3. *histor.* Quinimò † Germania erat olim sine urbibus: sed hodiè earum numero & nitore præstat regionibus alijs. Thomas Lansius *in d. consult. de princip. Europ. pag. mihi.* 51. 52. 53. ubi pulchrè invenies.

571

XLI.

572 Aquarum etiam † oportunitatem vel maximè requiri inde patet, quod homines facilius cujusque rei penuriam, quàm aquæ ferre possunt. Junius *dicta quæstione* 63. & in Sacra Scribtura rebus illis adnumeratur, quæ Deus primùm creavit, quibusque homo magis, quàm reliquis indiget. *Syracides c. 29. v. 28. & c. 39. v. 31.* Est enim ea necessaria ad vitam conservandam, ad victum, ad belli pericula avertenda. Scalig. *exerc.* 39. Cardanus *d. lib. 2. de subtilit.* Inprimis autem præfertur aqua propria & nativa, quæ motu velocissima, adspectu limpidissima, pondere levissima, & concoctu facillima. Aristot. *d. loc.* Vitruvius *lib.* 8. *c.* 1. 2. 3. 4. Scalig. *exerc. 38. usque ad 61.* Patric. *lib. 7. de Repub. inst. tit. 10.* Cælius Rhodiginus etiam † quæ sit fluminum & aquarum probatio, ostendit *lib. 27. antiq. lect. cap. 6.* Inspice omninò & consule de similibus Leonem Albertum *d. lib. 1. de re ædificat. seu architect. cap. 4. lib. 10. cap. 2. & seqq.* Quod si † naturalis aqua deficiat (veluti in propugnaculis usu-venire solet; potissimùm in montanis, in quibus aquæ sæpè penuriam contingere scimus) cisternæ, inpluvia, & lacus, quæ magnam vim aquarum suscipiant, conparentur: ita ut deesse aquæ, si quando obsiderentur, numquam possint; nec hostes urbem aut castellum ad earum indigentiam redigere, nec obsessos siti in deditionem conpellere, fluviosque aliò derivare valeant. Testes hujus moniti habeo † Aristotelem, Tibullum, Apuliensem *dd. ll.* Frontinum *lib. 3. strategem. cap. 7.* Godesc. Stewech. ad Veget. *lib. 4. cap. 10. pag. 240.* summatim universam antiquitatem ac quotidiè obversantem experientiam. Quocirca Romani quandoque castra posuerunt non sine oscitantiæ notâ adeò inperitè, ut quamquam verno tempore anni & tot circum amnibus, penuria aquæ fatigarentur, teste Tacito *lib. 2. histor.* Claudianus de Gothis ad deditionem siti conpulsis sic iterum canit, *d. paneg. de 4. Consul. Hon. v.* 480.

573 574 575

Uno colle latens, sitiens inclusaq; vallo
Ereptas quæsivit aquas, quas hostibus ante
Contiguas alio Stilicho deflexerat arcu
Mirantemq; novas ignetaper oppida valles
Jusserat averso fluvium migrare meatu.

576 Locus ergò † eligendus ubi frumentum aliaque necessaria transportari vel advehi, & aqua similiaque commodè haberi possunt. Vide consilium Ezechiæ 2. *Paral. 32. v. 3. & Nahum cap. 3. vers. 14.* Quod probè etiam intellexit Julius Cæsar orbis urbisq; Romanæ moderator augustissimus, quem cum alibi, tum *lib. 3. de bell. Gall. cap.* 42. 43. 66. 67. *dict. edit. Ursini.* differentem perlege. Nec post eum gloriosissimus Imp. Karu-

Karulus V. hoc dissuasit, cujus judicium paulò antè retuli: nec pariter neglexit Selimes Turca apud Leunclau. *libro 17. hist. Musulm. p.m.* 721. 722. Quomodo autem † (577) gentes septentrionales res necessarias ad obsidionem tolerandam præparent; de pascendis pecoribus in tectis obsessorum, de aquarum deniq; ac panum defectu sublevando, ad amussim exponit Olaus Magnus *d. lib. 9. pag.* 235. 236. 240. 241. *& seqq.*

(578) Omni sic studio † curent, ne vel pabulatio, lignorumque copia atque ante omnia aqua desit: & ideo flumina diligenter muniant, custodiant, ipsisque castris includant, vel in vicinia ut habeant, summâ curâ prospiciant. Receptacula etiam ad aquam pluviam (quam cum nativâ sæpe deficere quoque modò indicavimus) includendam fabricent; & excavent terram, ut fontes scaturiant. Vegetius *lib. 4. cap. 10.* latè Leo Albertus *libr. 10. cap. 7. 9. 10.* Usum quoque † (579) aquarum distinguant, si non sit earum abundantia; ut aliæ sint seorsim ad cibum & potum, aliæ ad indigentiam aliam. Tholozanus *d. lib. 2. c. 1. n. 1. ex Arist. alleg. l.* Aquarum ipsarum denique est etiam habendum † (580) discrimen, quod ad superiora simul spectat; ut sint puræ, fluentes, claræ ac sanæ. Quædam enim potæ efficiunt † (581) gutturosos, aliæ stolidos. Thom. Lansius *in d. consult. p.m.* 815. G. Agricola *lib. 2. de nat. eor. quæ effluunt ex terra.* & Constantinus Imp. *d. lib. cap. ult. pag.* 228. 229. aliquot fontes recensens, qui bibentib⁹ ulcera in summo ore excitent. Sic quoniam † (582) aquæ gelidæ ex nivibus coactæ, in valles derivantur, fit sæpissimè ut struma vel hydrocle capiantur; præsertim si vallis ad occasum vel septentrionem convertatur. Nam qui Valedocam agri Taurini vallem incolunt, omnes strumas habent, & gulæ tumores aut consillas: amentes quoque sunt, & inepti ad loquendum, ut in Aquitania Labdani populi labdacismo balbutiunt, teste Jo. Bodino *in meth. hist. cap. 5. pag. mihi* 130. & Scaligero *exercit. 60. sect. 2.*

Singulari tamen beneficio † (583) strumas illas sanare posse Galliæ atq; Angliæ Reges, referunt Camerarius *cent. 3. medit. histor. sive oper. succis. capit.* 42. Piccartus *dec. 1. observation. histo. polit. c. 7.* adde Ren. Choppinum *libr. 2. de doman. Franc. titul. 2. num.* 8. *pag.* 223. hocque intelligere videtur Trolylus Malvitius *in tract. de canonizat. sanct. vers. aggrediar. num.* 24. alios, de eodem agentes, citans. Imò divinitus † (584) Hispaniarum Regi concessum esse, ut Dæmones à corporibus fugare: & Regi Francorum ut morbum, qui Regalis dicitur, sanare possint, ex Bartholomæo Chassaneo *in catalog. glor. mund. 5. part. 1. consider.* narr. Carolus Tapia *in comment. ad l. fin. D. de const. Princ. in rub. cap. 1. n. 3. cum seq.*

Quamvis id † (585) alii negent, & Petrus de Crescentiis, Medicus Gallus testetur multoties se quidem Reges vidisse pro more tangere strumosos; sed qui inde sanatus fuerit, vidisse neminem: ut præstet, strumas in Moraviam ad Zabarovienses aquas deportari, ubi bitumine, sale, chalchantho (quæ in istis) profligantur, ceu post Kirchnerum perhibet Thomas Lansius *dict. consultat. de princip. Europ. pagin.* 343. *no. edit.*

Atque sic † (586) Princeps suam suorumque subditorum salutem ac sanitatem curare meritò debet: quum hi morbi ab aquis tandem ad corpora deriventur, ab his ad animos transferantur; quarum quanta sit ad mores inmutandos vis atque potestas, ex Hippocrate, Vitruvio & Leone Alberto satis perspicitur, nec pluribus opus est.

XLII.

Denique plura dubia ad locorum considerationem pertinent. Ex quorum numero 587 † & illud maximè est: Princeps vel Dominus secularis an tempore belli ac necessitatis possit templa munire seu incastellare, & ex iis fortalitia facere? Quæ quæstio non inutilis vel otiosa videri potest; præsertim iis qui præteritis annis viderunt, 588 quàm sæpè in † Belgio præsidia collocata fuerint in templis pagorum: cùm vel nullæ arces in propinquo essent, vel etiam rustici militibus palantibus se suasque fortunas tutò credere non auderent. 589 Neque enim semper † exercitus innocenter transire solet, *l. si pendentes. §. si quid clocacarii. de usufructu. Novell. 130. Quomodo oporteat milit. transf. facere.* Dabo igitur 590 operam, ut † quid hac in re statuendum sit, paucis explanem: sed priusquam ipsam decisionem principalem propono, libet prius rem totam examinare, argumentis pro utraque opinione depromptis.

591 Et quidem † negativa sententia, quòd nimirum nefas sit, templa munitionibus profanare, per has rationes defendi posse videtur.

592 Primò enim certi juris est, quod † loco sacro, sancto vel religioso uti nemini sit permissum. *l. si prius. §. sic & si non proximo, de aq. & aq. plu. arc.* Imò non solùm in loco sacro quid facere vetamur, sed & factum restituere jubemur, *l. 2. § locorum. D. ne quid in loco publ.* Cum igitur templa rebus sacris sine ullo dubio adnumerentur; non ineleganter colligi videtur; in templis quoque nihil, quod profanationem loci inducat, fieri posse. Huc secundo loco ac- 593 cedit, † quod sacras ædes spoliare, res sit turpissima, *l. si mandavero. §. qui ædem. D. mandati.*

Atqui templa & ædes sacras qui præsidiis munit, armis & propugnaculis cõfortat, & ut Doctores nostri loquuntur, incastellat, parum abest à spoliatione; cùm ea omnia sine evocatione sacrorum haut fieri possint.

Evocatio autem † sacrorum locum pro- 594 fanum calamitosumque facit, & religione prorsus liberat: adeò ut Romani oppida, quæ expugnare volebant, prius profana redderẽt, evocatis inde Diis, *leg. sacra loca. 9. de rer. division.* Macrobius *libr. 3. Saturnal.* Livius *libr. 5. annalium.* Budæus *in dict. leg. sacra loca.* & Zasius *ad eumd. titul. nu. 3.* Alciatus *in leg. pupillus. §. urbs. Digest. de verborum significationibus.* Julius Scaliger *libr. 3. poetices. cap. 113.* ferè ac carmine fruges evocari dicebantur. Alex. ab Alexandr. *libr. 6. genial. dierum. cap. 10. pagina 326. juncta pagina 298.* Hinc etiam *in leg. cum loca. de relig. & sumt. fun.* dicitur, quòd loca † ab hostibus capta, desinant religiosa & sa- 595 cra esse; cùm hac irruptione maculentur & profana fiant. Et Justin. Imp. *in l. 1. in pr. C. de offic. præfect. prætor. Afr.* † gravissimè 596 Vandalos incusat, quod ex sacrosanctis Dei Ecclesiis stabula fecerint: quemadmodum etiam laude digna est constitutio Theodos. & Valent. *in l. Basilicam. C. de oper. publ.* qui severissimè prohibuerunt, ne in Basilica sive æde sacra stationes aut ergasteria constituerentur; ne etiam equi in eam intromitterentur, aut nuptiæ celebrarentur: Indignum rati; si quis, ut Plaut. *in Trinummo, Scena, Quo illic ait:*

Sacrum profanum publicum privatum habeat.

Hoc enim non solùm † loci ipsius reli- 597 gio suadet, pro qua semper summa est ratio, *leg. 2. ibi, propter loci religionem. D. de in jus voc. l. locum. ibi, favore religionis. Digest.* de

de usufructu. l. 1. §. interdictum. de mortuo inf. l. fundus. 30. in pr. Famil. hercisc. l. sunt personæ. in fin. de religios. l. 18. D. de procuratoribus. Afflictus *decisione 337. post numerum 10.* adeò ut † qui res religioni destinatas, imò jam religionis effectas scientes cōtigerint, læsæ religionis crimen incurrant, *lege prima, Codic. de sepulchr. violat.* 598

Verum etiam natura rerum sacrarum expostulat; ut, quæ † semel ad ministerium Dei ritè dedicata sunt, numquam postea ulterius ad usus humanos transferantur. *l. litora. leg. pacta conventa. §. ultim. cum leg. sequent. de contrahend. empt. cap. semel Deo de regulis juris. in 6.* & argumentum simile desume *ex l. 2. vers. neque enim. Codic. de infant. exposit.* 599

Hinc in terminis ita scribit Felix Faber monachus Ulmensis: *Magnificus Suevus Henricus Quartus instituit per Alemaniam quam plura monasteria; inter quæ Anno Domini 189. construi fecit Zwifaltum monasterium Ordinis Sancti Benedicti non longè à Danubio supra Munderchingen. Volunt tamen aliqui dicere, quod ipsum monasterium Imperator primò construxerit in monte Achalin super oppidum Rutlingen, & postea, quia mons aptus castro erat, quidã transtulit monasterium à monte in locum ubi nunc est, & in monte castrum erexit: quapropter quasi omni anno fulgura & fulmina ipsum montem cum castro concutiunt, pro eo quod Domino primò consecratus ad seculares usus est acceptus. Sic etiam dicitur de monasterio S. Benedicti, quod est super Rhenum juxta oppidum Stein, quod dicunt stetisse in monte VVielo, & inde translatum ad locum prædictum. Castrum autem quod jam in loco monasterii stat, Hochvviel dictum, maximas molestias patitur à tonitruis, fulguribus & fulminibus, nec potest aliquis habitare in turri campanarum, quæ adhuc ibi stat cum parte ambitus & dormitorii. Hoc castrum hodie habent Barones dicti de Klingenberg.* lib. 1. histor. Suevor. capit. 11. pagina 93. edit. Gold.

Tertia ratio sumitur ex hoc fundamēto, quod † loca sacra & religiosa ne quidem obligari possunt, *l. 2. C. de religios. l. 3. C. quæ res pign. oblig. poss.* multò igitur minus templa tanquam loca sacra, præsidiis muniri & loco propugnaculorum esse poterunt: cùm utique non tam facile per solam obligationem locus sacer profanetur, atque per strepitum armorum voces blasphemas præliantium, & alia permulta peccata conmaculetur. 600

Quis enim non audit ejusmodi execranda, & quis non novit † hodiernos milites? Adeò enim corrupti sunt hujus seculi mores, ut nullus miles fortis habeatur, militiæque aptus, qui graviter ac gnaviter non blasphemat. Nevizan. *in sylv. nupt. pag. 97.* Tiberius Decianus *tomo 2. tr. crim. lib. 6. capite secundo, num. 24.* 601

Quod facto proprio satis demonstrarunt isti apud Dinothum, sacra † Biblia in profluentem projicientes, simulque vociferantes: En veritatem omnium cacodæmonum submersam, *libro secundo historiarum Galliæ, pagina 152.* Increpet te Diabolus, ô os sacrilegum & blasphemum! Et † ut maximè daremus munitionem templorum præmittendam esse; adhuc tamen, antequam id fiat, prius videtur opus esse concessione Pontificis vel Episcopi loci, *argumento l. ultim. Digest. de mortuo inferendo. l. ossa, ibi, permissum Pontificiale. Dig. de religios. l. hæreditas ibi, Pontificiali autoritate. de petit. hered. l. inter stipulantem. §. Sacram. in pr. de verb. obligat.* 602 603

Denique pro hac sententia militat † 604

textus expressus *in can. sanctor. 14. cau. 10. q. 1.* qui anathematis fulgure omnes illos percellit, qui templa incastellare presumūt.

605 A parte porrò † adfirmativa non minus validæ sunt rationes; quæ efficiunt, Licitum esse tempore necessitatis in templa vicina se recipere, eaque præsidii causa munire.

606 Nam primò † argumentum fortissimum desumitur *ex §. sacræ. Institut. de rerum division. juncto can. 13. 14. 15. 16. 70. 71. cau. 12. quæst. 2. Novell. 7. cap. 8.* Si enim pro redemtione captivorum res sacræ alienari, & ejusmodi in casibus vasa sacra frangi possunt;

607 siquidem † absurdum esset vasa aut vestes, aut reliquas res sacras animis hominum præferre. *l. sancimus. 21. Co. de sacrosanct. Ecclesiis.* cur non etiam concedamus, posse animas hominum conservari & defendi muris templorum, potius quàm ut vel homines interficiantur, aut in captivitatem certissimam abducantur? breviter, salvis hominibus, rebus & juribus? Quò etiam respexit Seneca *libro quarto controversiarum, controvers. 4.* inquiens: Pro Republica plerumque templa nudantur, & in usum stipendii dona conflamus. Neque videtur per id reverà locus sacer maculam aut profanitatem contrahere; non magis, quàm si quis salutis suæ causa in templum vel ad aram, tanquam ad Asylum pro salute suâ confugiat. *leg. præsenti. Codic. de his qui ad Ecclesiam confug.* Petrus Sarpus *libro singul. de jure asylorum.*

608 Sic cùm † Antiochus castra movisset ad montem Sion, & locum sanctificationis obsedisset, Judæi in loco illo sancto rursus machinas fecerunt, & multos dies adversus tyrannum se defenderunt. *1. Maccabæorum capit. sexto, vers. 51. 52. 53.*

609 Deinde huic sententiæ suffragatur † traditio Cyni *in leg. neminem. Codic. de sacrosanctis Ecclesiis.* ubi inquit: Quòd Rex inconsulto Papa possit tempore imminentis necessitatis (putà quando vel metuit bellum, vel jam hostibus undique est cinctus, & reditus regni non sufficiunt) capere calices, cruces & alia bona Ecclesiæ præ subventione; dummodo tempore pacis faciat resarciri: & Cynum sequuntur Lucas de Penna *in leg. si divina. Cod. de exaction. tribut. lib. 10.* Matthæus de Afflictis *in rubric. capit. unic. Quæ sunt regalia. numer. 88.* Guerrinus Piso *in prælud. feudor. mihi. pagina centesima trigesima prima.*

Quare igitur non liceat etiam in templis præsidia quærere: Si nulla alia ratio adsit expediendæ salutis? *argumento legis primæ, de bonis eorum qui ant. sentent. sibi mortem consciverunt.*

† Necessitas enim (quæ temporis lex 610 est) frangit regulas juris communis; & in necessitate ea permittuntur, quæ aliàs minimè licerent, textus elegans *in leg. in bello. §. medio tempore. Digest. de captiv. & postlim. revers.* ego *in tractatu de molendinis quæstione prima, numero vigesimo octavo, & infra conclusione quadragesima quinta, numero sexcentesimo septuagesimo quinto.*

Et hunc † casum belli ac necessitatis sibi 611 reservasse Electorem Saxoniæ, in concessione Collegii Paulini, quod cum templo ac reditibus eum Academiæ Lipsiensi dedisse audivi.

Nêque evertit hanc sententiam, quod † 612 locus sacer per munitionem profanari videtur, & quod alia ratio est sacrarum ædium, quam donariorum ad ministerium DEI consecratorum: si enim † finito 613 bello Princeps pristino nitori templa restituat ab hac calamitate liberata, quasi quodam postliminio pristino statui restituuntur & verò Princeps restituere & restaura-

re

re necesse habet. *l. cum loca. de religion. & sumpt. funerum. juncto cap. fin. ext. de cust. euch. can. 3. 4. 13. ibi: & non restituerit; can. 12. q. 2.* Imò quomodo intercedere potest profanatio, ubi multorum salus, incolumitas & securitas procuratur? *l. 10. Codic. de feriis.* Nonnè † Jojada in templum Domini introduxit milites & centuriones, ut Regem Joas armis suis defenderent? *4. Regū. 11.* Quis autem propterea domum domini profanari dixit? Et licet quoad alienationem nonnihil interest inter ædes sacras & donaria: hoc tamen in casu utrobique eadem ratio esse videtur, cùm diversa dari non possit. Accedunt omnis ævi exempla parallela. Templa etenim in locis non satis tutis aut munitis; vel requirente demum id utilitate publicâ aut necessitate inevitabili, usurpata fuisse pro castro, antea audivimus, & Israelitas ad angustias redactos idē fecisse, meminimus.

614

De Phrysiis recentibus exemplum habet Cornelius Kempius *dict. libr. 2. capit. 9.* Sic antiquum templum urbis sanctæ tantâ munitione circumdatum fuit, ut etiamsi civitas caperetur, secundum esset ab hostibus in eo refugium, teste Flavio Josepho *lib. 1. bell. Juda. cap. 5.* Templum, inquam, in modum arcis, propriique muri, labore & opere ante alios: ipsæ porticus, quîs templum ambiebatur, egregium propugnaculum, ex descriptione Taciti *libro 5. historiarum.* qvi alibi, modicam dixit militum manum adfuisse, qui tutelâ templi freti, *libro 14. annalium.* Simile est quod de Venetorum urbe quadam aut templo, in ejus medio constructo, scribit Megiserus *in delit. Venet.* Ita etiam Cambyses olim Ammonis in Ægypto templum nobilissimum expugnatum misit exercitum, apud Justinum *libro 1. capite 9.* Hac denique ratione olim quoque † excubias militares circa templa fuisse, discimus ex Tertulliano *de Coro: & in Apol.* Imò iisdem ex caussis Principem posse ponere † custodes super alterius castrum, turrim & campanile Ecclesiæ; si ipsum campanile templi habeat fortalitium, pro defensione status Principis; atque finito bello ecclesiæ vel subdito & feudatario illud restituat; non aliter, respondent Cynus *in l. nullus. C. de summ. Trinitat.* Alph. Alvarez. *mox allegando cap. 47. num. 37.* Roland. à Valle *consil. 69. num. 6. volumin. 2.* Tiberius Decianus *consil. 35. numero 35. libr. 2.* & Cardinalis Tuschus *tō. 6. practicar. conclusionum. 678. n. 15. lit. P.*

615

616

Et hanc posteriorem cum priori adfirmativa sententiam † Doctores nostri communiter adprobarunt, Castrensis & Doctores alii *in d. l. nullus. Codic. de summ. Trinitat. & fide cathol.* Baldus *consil. 158. numero 3. volum. 3.* Antonius Capicius *decision. 27. numer. 6.* Octav. Cacheran. *decision. Pedemont. 68. numero 28.* Alphons. Alvarez *in speculo Roman. Pontific. capit. 35. numero 30. & capit. 47. numero 37.* Innocent. *in cap. cum Ecclesia 5. de immunit. Eccles.* Jacobinus de San. Georgio *de feud. vers. de castro rubei montis. num. 12. 14. 20.* Rolandus à Valle *dict. consil. 69. lib. 2.* Tiberius Decianus *d. consil. 35. numero 34. & 35. libr. 2.* Dominicus Tuschus Cardinalis *dict. tom. 6. pract. conclusion. 678. nu. 15. lit. P.* Johann. Fridericus Husanus *tract. de serv. & hominib. prop. quæst. 4. princip. part. post. capit. 8. numero 128. 129. pagin. mihi 218.* Fridericus Pruckmannus *in §. soluta potestas. membr. 2. capit. 4. effectu 6.* & Andreas Knichen *in operibus suis. pag. 64. numer. 460. cum reliqq.* Quorum isti sunt Pontificiæ professionis viri; quibus addo Celsum Mancinum, qui *dict. lib. 6. de jure prin-*

617

principatuum.cap.22.pag.288. in hunc modum scribit: Cùm hæc ita se habeant, Principes nonnunquam templa in gloriam & cultum Dei exstructa, in arces ædificant. Res profectò minimè dura iis, qui in lectione Doctorum Juris Pontificii sunt versati. Innocen. Raimun. Hostiensis immò communis una est omninm sententia, ut refert Angelus *in Summa, in verbo, Immunitas.§.septimo.* Et Sylvester *in eodem verbo, Immunitas.*1.*eodem §.septimo.* Principem jure proprio id efficere posse. Id autem haut facilè est admittendum.

Requiritur necessitas, neque mediocris, eaq; urgens, ad suiq; defensionem, ut Archid. & Hostiensi placuit, *1c.quaest.*1.*c.Sanctorum Patrum ar.ext.de immun. Ecc.c.cũ Ecclesia.* Quam doctrinam Beatus Antoninus *3.par.loco retro citato* est secutus. Huic rei favent ea, quæ leguntur *de cust. Euc.c. Relinqui.* Prohibet summus Pontifex, ne supellectilia domus laicorum, in Ecclesiam Dei asportentur. Correctionem addens legi, subjecit; incursione hostium, aut incendio, licite posse hujusmodi res in Ecclesiam afferri. Templum Dei ad ejus cultum construitur: Domus illius est domus precationis. At, quemadmodum sacra frangimus vasa, pro captivis redimendis; pro pauperibus educandis; pro infirmis sanandis; nec nota criminis inuri nobis potest, hæc facientibus: ita sane Templa, ad DEI cultum ædificata, urgente necessitate pro bonorum tutela, cum bellum agitur justũ, poterit Princeps in arces construere. Clavum qui tenet & in puppi sedet saluti omnium prospicere est ejus officium. Idcirco, dum hoc necessitate jubente agit, juste id fecisse censendum est, si Papæ adsit facultas. Hucusque Mancinus.

618 Ad ea vero, quæ in † contrarium adducta fuerunt, facile respondetur. Nam primæ, secundæ & tertiæ rationi, ut arbitror, satisfit; si præter supra dicta dicamus, ea omnia proculdubio locum habere, si Princeps vel quivis alius extra casum summæ necessitatis; vel citra communem omnium, tam clericorum, quam laicorum salutem, loco sacro abuti velit.

619 Etsi enim † Ecclesiæ vel templa sunt de territorio & jurisdictione secularis potestatis, nisi aliter eximantur. Bald. *in l. jusjurandum & ad pecunias.§. si de qualitate. D. de jurejur.* Carol. Molineus *in consuetud. Parisior.tit.1.§.41.n.65.* ubi plures allegat: non tamen quidquam juris in ædes illas sacras sibi Princeps vindicare potest; cum usibus humanis semel sint exemtæ, & sic etiam usibus ipsius Principis; ne videatur leges aliis præscribere, quas ipse non servat.

620 Quamquam circa id, quod de † religione dixi, obiter observandum est, intelligi nimirum illud de eo quod per se immediate est pium & religiosum: nam quando agitur de certa quadam pecuniaria utilitate in commodum religionis cedente, tum certe hæc per se ad religionem nõ pertinet; quod etiam Ethnici Pontifices sunt testati. Livius *lib.9.annal.dec.*4. Carol. Molinæus *in consuet.Paris.tit.1.§.22.nu.130.*

621 Neque etiam concedo † si exceperint, Principem vel Dominum secularem, quem laicum quoque & temporalem vocare solent, templa incastellare non posse. Nam clericis & ecclesiasticis hoc quandoque permissum esse, facile propriis probarem testimoniis. Atqui si id fecerint, sane easdem vel similes causas conminiscuntur. Confer *d.cap.fin.ibi: nisi propter hostiles incursus, aut incendia repentina, seu alias necessitates urgentes; ut eas oporteat habere refugium; sic tamen ut necessitate cessante, res*

in

in loca priſtina reportentur, extr. de cuſtod. euch.

Præterea reliquis declarationibus addo 622 etiam † loca & tempora me diſtinguere: inſuperq; Pontificibus tantam condendæ legis poteſtatem me non adſignare ſeu conceſſam de jure divino agnoſcere, ut ſibi ſolis hoc tribuere, reliquis adimere jure poſſint; inſpecto etiam jure canonico *cap. 9. 17. 18. 21. 22. 23. diſt. 23.* vel alterutrum in territorio Papæ obtinere ſecus in iis regionibus, quæ ipſius jugum legitime excuſſerunt, vel numquam ſuſtinuerunt, *argum. l.* 623 *fin. D. de juriſdict.* Sed & † res profanæ aliæ eaſdem ob rationes in templis deponũtur ac conſervantur, omnium clericorum & laicorum cum utilitate, *arg. d. cap. fin. de cuſtod. euch.* cur non & has reciperent ad tempus & multo magis concederent? Adhibe omnino quæ de veterum ritu, deponendi ibi pecunias aut res pretioſas ſecuritatis cauſa, notat Michael Piccardus *deciſ. 15. obſerv. hiſt. polit. cap. 4.* ubi exſcripta Ariſtophanis, Herodiani & Dionis Chryſoſtomi teſtimonia de bellis geſtis, item templis locisque munitis huc inprimis pertinent. Non moveor etiam † textu *in d. c.* 624 *ſanctorum 14. juncto can. 3. & 4. cau. 12. q. 2.* quia is caſum neceſſitatis non excludit: ſed tantum de voluntaria munitione, violenta ademtione, ſervitute continua, & de profanatione loquitur; quam certe nemo ſanus probaverit, *leg. 1. C. de ſepulchro violato* adeo ut ſic commodior huic textui explanatio adferatur, & recte ſcribat Anton. de Butrio *in cap. quod ſuper. colu. ult. extr. de voto. jun-* 625 *cto can. nulli 3. cau. 12. q. 1.* † hodie ſacrilegos eſſe, & pœnam ſacrilegii incurrere, qui templa Chriſtianorum etiam inimicorum 626 deprædantur. De templis † Turcarum vel aliorum barbarorum non loquor; quia ea nobis non ſunt ſacra; ſed licite profanari poſſunt. 4. *Regum. cap. 11. verſ. 18. leg. 4. D. de ſepulch. violato.* adjunge Thomæ Dempſteri paralipomena ad *Johann. Roſin. libr. 1 antiq. Rom. cap....*

XLIII.

ADJUNCTUM vero † commodioris tractationis gratia vocari ac diſpeſci poteſt in internum & externum. Internum † 627 628 eſt de natura, conditione ac inſita quaſi proprietate caſtrorum & ganerbinatuum: quorum præcipuum principium eſt, quod ſint prima ſua natura indiviſa, contra vim hoſtium vel regnicolarum rebellionem incepta. Illa communi & urbium oppidorumque jure plerumq; cenſentur, non tamen excluſis ſingularibus privilegiis ac locorum conſuetudinibus. Horum vero leges propria in communionum ſede, nec non ſocietatum regulis, ex jure noſtro petendæ ſunt, & ex iiſdem decidendæ controverſiæ, quæ circa hæc inſtituta caſtra oriuntur. Interdum quoque collegiorum inſtar ſeſe habent caſtrorum Ganerbinatus, interdum aliam naturam adſumunt, quæ ex cujusque caſtri communis archivo, & regni cujusq; more diſcenda eſt. Confer Kyllinger. *d. tract. de ganerb. caſtror. diſc. 5. 6. 7. 8. per tot.*

XLIV.

Ad externum Adjunctum referri ſolet 629 † Tempus Nativitatis, cuſtodiæ & excubiarum de ſingulis iterum rariora adſignabo. Reſpectu primæ ſpeciei Dd. talem de tempore Nativitatis ſolent movere ac decidere caſum: Quando duo pluresve fratres habent caſtrum commune, primogenitum debere tenere claves (quas † tri- 630 bunum militum, in caſtris ipſius fidei traditis, & pro tentoriis uſurpatis, alias ſuſcipere reſpondet Macer *in d. l. officium. 12. D.*

de re

de re nul. & ex eo Boerius *d. tr. de custod. clau. num.* 73.) portarum & sigillum, ut vel si nulla inmineat suspicio: custodiamque castri ad majorem natu ex fratribus vel agnatis pertinere, concludunt *arg. l. cum pater* 77. §. *pater pluribus* 21. *D. de leg.* 2. *juncta l. ult. D. de fide instrum. l. fi. C. de tyronib. lib.* 12. *l.* 5. *in pr. ubi Gothof. D. de jure immunit.* Baldus *in l. procurator C. de edendo, & in c. si duo fratres. de frat. de nov. benef. invest. lib.* 2. Feud. Joh. Saison *in consuet. Turon. tit.* 25. *art.* 24. *gl.* 2. Nic. Boerius *d. tract. de custod. clav. num.* 62. 67. *& num.* 63. ubi simul de consuetudine testatur Petrus de Ubaldis *de duob. frat.* 11. *part. princ. nu.* 90. Dn. Goldastus *lib.* 1. *de majoratu cap.* 26. *num.* 3. Barthol. Chassaneus *in catal. glor. mundi part.* 1. *consid.* 19. Fr. Niconitius *in repet. c. quoniam cont. fals. vers. nota sexto loco extr. de probat.* ubi similiter dicit, quod claves castri debent esse penes majorem natu. † Quanquam nonnulli censuerint, tot debere fieri claves, quot sunt domini, ut scribit Andr. Tiraquellus *de jure primogen. in praef. numer.* 137. *in fin.* & hisce † adversetur Kyllingerus *d. tract. de ganerb. castror. in disc.* 10. *num.* 4. 5. 6. cujus tamen argumenta non stringunt, vel temperanda nonnihil sunt. Principio namque labor, custodia & diligentia in casu nostro non distrahuntur: cum contra † naturale vitium sit, negligi quod communiter possidetur. *l.* 2. *in pr.* §. *naturale C. quan. & quib. qu. pars &c.* Sicq; † multa incommoda sibi adtrahant eâ incuria, suspicione atque discordia, testibus Arist. 2. *Polit.* 1. Boerio *d. tract. numer.* 53. & ipso Kylling. *disc.* 6. *nu.* 34. 35. *usq; ad fin. d. disc.* 10. *nu.* 25. 26. *juncta l. in re communi* 26. *D. de serv. praed. rust. l.* 7. *C. com. divid.* Gail. *lib.* 2. *obs.* 153. Citius etiam (cum contra pro † primogenito provectiorisque ac constantioris aetatis domino major fidelitatis sit praesumtio) corrumpuntur juniores & plures, totumque castrum vel produnt, traduntq; vel partem suam occupandam conceduntaliis & alienant, novosque hospites invitant: cum tamen nec hospes ab hospite tutus, fratrum quoq; gratia rara sit, juxta Poetam. Et alias quoque † seniores praesumantur juvenibus meliores, *ca. cum in juventute* 15. *Ext. de praesum.* Imo † iniquum sit, & absurdum, novos juvenesque conferri, nedum praeferri antiquis & natu grandioribus. *cap. statuimus* 8. *distinct.* 61. *cap.* 4. *distinct.* 14 *cap. est ordo* 12. *distinct.* 33. *q.* 5 *c.* 1. *Ext. de renunc. d. l. fin. C. de tyronib. lib.* 12. Denique quia non † jure gentium modo privilegium tale primogenitis competit, sed & jure naturali atque civili idem iisdem non denegatur, ut fusissime Dn. Goldastus & Tiraquellus demonstrarunt. Hinc Justinus de Artemene Darii filio inquit: Maximus natu, aetatis privilegio, regnum sibi vendicavit; quod jus & ordo nascendi, & natura ipsa gentibus dedit. *lib.* 2. *hist. cap.* 2. *juncto d. cap. est ordo naturalis* 12. *cau.* 33. *q.* 5. Zasio *eleg. cons.* 8. *per discurs.* Item † quid hoc esset dicere, ceu Kyllingerus objicit: narrativa ibi verba esse, & quae facta continerent? contra expressas Justiniani Imp. constitutiones *in tot. tit. C. de vet. jur. enucl.* ac si etiam superflua, & iniqua seu injusta essent; cum tamen eorum, quae praecesserant, decisionem Papinianus statim subjiciat; *d.* §. 21. & † SEMPER senior juniori, digniorq; indigniori more ac jure civitatis praelatus sit, *d l. fin. juncta l.* 5. *in pr. ubi Gothof. D. de jure immun. adde tradita Jasonis in l. cum quid nu.* 36. *& seqq. D. de reb. cred. si cert. petat.* & † inferior semper superiori servire debeat *argu. l.* 1. §. *deniq;* 23. *D. de aq. pluv. arc.* & † nulla justitia sit,

631 632 633 634 635 636 637 638 639 640 641 642

sit, ut major serviat minori, *d. capit. est ordo 12. cau. 33. q. 5.* atque iniquum & absurdum sit, ut inperiti magistris, novi antiquis, & rudes præferantur emeritis, *c. statuimus.* 8. *dist. 61.* & † ætatis consideratio inter justas causas referatur, *in l. 16. D. de excus.* Barth. Agricola *in tract. de æt. ineunt. offic. passim*: & vero quæ sunt † facti, non pertinere ad JCtos receptum sit, Dn. Hering. *tr. de fidejuss. c. 7. n. 105. 106.* Imo etiamsi JCtus Papinianus ita gestum referat, attamen ea relatione † consuetudinem Romanorum indicaret, (uti etiã Gothof. *dd. ll.* agnoscit, post Cæpollam, Ruinum & Tiraq. apud Goldast. *d. c. 26. n. 3. in pr.*) quæ optima legũ interpres, *l. 37. de. LL.* quæque pars juris civilis, Henn. Hamel. *in synop. feud. concl. 9. c. 3. n. 3.* & de qua idem testatur Tiberius Donatus scribens: Solent religiosi parentes quæ habent optima filiis deferre majoribus, *in comment. ad Virg. lib. 1. Æneid.* Stat ergo opinio ista tamdiu, similibus aut firmioribus † donec legibus & rationibus suam adversantes conroboraverint sententiã; quæ persuadeant posterioribus temporibus aliud aperte fuisse constitutum. Non enim licet uti † rationibus ad correctionem ejus, quod nominatim decisum est. Glossa *in c. 1. de feud. cognit.* Tiraq. *d. tr. q. 85. n. 15.* Fortun. Garzias *de ult. fin. juris n. 395.* ut interim authoritates omittam, quæ longe præponderant: & tam antiquam quam durantem adhuc consuetudinem, de qua ex præmissis jam liquido constat: cum † argumentum optimum ducatur à generali practica & communi observantia. Raph. Fulgos. *cons. posth. 21. n. 45.* adde Peregrinum Janninium *tract. de reali citatione in proœm. n. 4.*

643

644

645

646

647

648

XLV.

649 Deinde † tempus Custodiæ considerãt.

650 Quidnam ergo juris sit circa custodiam † castri ganerbici, & munitiones ad defensionem ejus destinatas inter condominos? de eo agit Kyllingerus *d. disc. 10. per tot.* Et quidem † fidelitatem in custodiendo non sine causa requirit: & fidei insignis rara quorumdam castellanorum exempla congessit Dn. Michael Piccartus *dec. 1. observ. histor. polit. c. 1.* Quo nomine male audit Põpejus apud Lucanũ, ceu videre est in Thomæ Dempsteri *paralipom. ad Rosin. lib. 2. antiq. Roman. cap. 17. p. 232. 233.* ubi veram simul Petronii lectionem restituit.

651

Castra namq; † ipsi Domini inhabitant, vel aliis committunt, perq; eos possident: & vel Castellanum constituunt, seu castri custodem, einen Burgvogt oder Burggrafen. Boerius *dec. 212. n. 31.* Petr. Greg. Tholoz. *lib. 6. synt. juris univ. c. 3. n. 12. cum seqq.* Prattæus & Calvin. *in lexic. jur. verb. castellani.* Kyllinger. *disc. 2. n. 43. 44. 45. 46. disc. 3. n. 168. 169. disc. 10. n. 6. 9. 12.*

652

Qui etiam † alio nomine Gubernator, Schloßhauptman / Præfectus & Advocatus, à Felice Fabro ac aliis dicitur, *junct. l. 2. §. omnes 4. C. de officio præfecti præt. Africæ.*

653

Item † de salariis Potestatum (qua voce Veneti adhuc crebro utuntur) castri alicujus agit Petrus de Vineis *lib. 5. epist. 35. 36. 67.*

654

Cæterum † Castellanos non modo post Barones in ordine dignitatum cum Thoma Aquinate collocavit idem Faber *supr. num. 70.* sed etiam castra per ipsos Dominos, vel per alios inhabitantur, ut jam dictum. Qua ratione † si castrum fuerit commune sive ganerbicum, & officiarius ejusmodi constituendus; tunc talis Castellanus non ab uno tantum, sed ab omnibus debet eligi, *arg. capit. quod omnes. de reg. jur. l. 5. in fin. C. de aut. præst.*

655

656

l.8.l.10.D.de aq.pluv. arc.addito ſup.n.68.

657 Quibus deinde † antequã officium exſequatur, fidelitatem jurare tenetur. Boerius *d.tract.de cuſtod.clau.n.11.12.52.53. & deciſ. 149.n.10.* Laudenſis *tract.de official.dom.q.5.* Hanſenius *lib.de juram.vett.juncta Novell.8.l.rem non novam.14.C.de judic.* Præ-658 ſtito etiam hoc juramento, inpoſterum † Caſtellanus non ſolum cuſtodire (ſiquidẽ 659 † adverſus vim ſola cuſtodia parum proficiat, *l.ſi ea res.31.in princ.D.de act.emt.*) ſed etiam reficere ac defendere caſtrum conmiſſum neceſſitatis tempore adverſus hoſtes debet, ut ex ſuperioribus patet.

660 De iſtis & aliis † Caſtellani officiis videſis Johannem Wernerum Gebhard *part.1.* der Fürſtlichen Tiſchreden *c.5.* Nicol. Boerium & Martin. Laudenſem *dd.tractat.paſſim juncta l.officium.12.§.fin.D.de re milit. l.ult.C.de offic.militar.judic.& d.l.2.per diſcurſ.C.de offic.præf.Afric.*

661 Unde is, qui † cuſtos arcis alicujus conſtituitur, als ein Gubernator oder Schloßhauptman/jure cogitur, ut datis fidejuſſoribus caveat: de reſtituenda arce, de recte cuſtodienda, de damno &c. ut ſcribit Joh. Gæddæus *tract.de contrah.ſtipul.c.6.concl.23.num.357.* Imo in genere ſcribit Daniel 662 Mollerus: dominis † plerumq; pro ſuis præfectis, quæſtoribus aut aliis miniſtris ſolere caveri, aut fidejuſſoribus aut pignoribus, *lib.4.ſemeſt.c.18.n.2.juncta ſup.th.30.*

663 Verum enimvero utiliſſimæ inſuper † obverſantur quæſtiones juridicæ, quæ licet huc ſpectent, tempore tamen excluſus pro dignitate eas percenſere nequeo. Poſt ea igitur, quæ ratione cuſtodiæ & nocturni temporis tradit Polydorus Ripa *mox allegan.cap.75.* viſum nunc fuit remiſſive magis Doctorum placita attingere. Inter quæ primam ſedem occupet caſus ſequens: Si forte † Caſtellanus alicujus arcis habuit 664 cauſam ſe abſentandi, & arcem conmiſit † 665 bono viro (de quo agit *l.2.C.de alim.pup. præſt.* pulchre & ſolide de eodem Coraſius *lib.4.miſcellan.c.22.per tot. & ad l.ſocietatem §.arbitrorum num.10.D.pro ſocio.*) cuſtodiendam; ſi ille poſtea rebellavit Domino arcis, vel contra eum fecit tractatum, Caſtellanus excuſatur; quia credidit bono viro. Hippolytus *in pract.crimin.§.principium n.8.in fin.* Johan. de Arnono *problem.34.* Veluti in caſu parum abſimili dicitur: 666 quod † Prætor, qui confidit ſancto (i.e. religioſæ, innocentis, virtuoſæ ac probæ vitæ viro, ut Malvitius citando loco declarat: 667 non † Monacho, quem Diabolum ſub cuculla geſtare & habere, poſt Cynum dixit Coraſius *d.n.10.*) capto, nec propter bonam ejus famam eum poſuit in carcerem, & is aufugit, non teneatur ſecundum Angelum *in l.ſi à bonæf.D.de rei vind.* dicentem ita Bononiæ obſervatum, ref. Troylo Malvitio *tract.de canonizat.ſanct.§.1.num.14.* quem vide ibique allegatos. Ex quibus concluditur non teneri conſequenter priorem iſtum, qui pariter credidit homini probæ notæ ac famæ vel, ut veteres eum nominabant, Viro bono. Sicuti contra † 668 non facile tyroni cuſtodia caſtri eſt credenda. Nam, ea prodita is culpæ reus eſt, qui eam ei conmiſit, *l.14.in pr.D.de cuſt.& exhib.reor.* ex cujus *§.1.* addi † etiam poteſt, 669 tutius eſſe ſi duobus, quam uni illa conmittatur.

II. Caſtrorum † inquilinos ſeu caſtro-670 rum habitatores advenas non ad cuſtodiam illorum teneri, colligit Baldus *ex l.non autem.17.§.fin.D.de excuſ.tut.* Quidam ibi dictos inquilinos caſtrorum urbanorum interpretantur, de quibus Lazius *4.capit.5.*

Fue-

Fuerunt forte ii, quos Galli morte-payes appellant, ait ibi Gothof. *in notis l. X.*

III. Licet Cæsares rata alioquin voluerint & firma esse † Ecclesiarum privilegia, *l. omni innov. 6. l. privil. 12. C. de SS. Eccles.* quæ ipsis concesserunt; pœnas contra violatores eorumdem sancientes, *l. si ecclesiæ. 13. Constit. item quæcunq; immunit. de episc. & cler.* 671

Realia † tamen ratione rerum & necessitatis onera præstanda non eo negarunt, simul & mixta, ut: refectiones pontium, itinerum & sim. *sup. conclus. 11. nu.* 140. 141. 144. *juncto, sup. n. 615.* Quia & ad eares Principis tenentur, *l. absit C. de priv. dom. Aug. lib.* 11. & in † necessitatibus, mutua sibi debent auxilia Princeps & Ecclesia. *can. principes 23. q. 5. ca. cum ad verum. 96. dist.* Nec recusamus ad castrorum portas custodiendas instantibus hostibus, ad excubias & murorum defensionem † clericos posse advocari, *c. 2. de cens. cap. 2. de immun. eccles. ap. Greg.* reliquasque personas ecclesiasticas, quæ alioquin immunes sunt, *ca. ecclesiarum servos. 12. q. 2.* Tunc enim & pro se & ecclesiis suis recte vigilare debent & compelluntur, *c. conven. 23. quæst.* 8. Naturalis etiam cuique defensio, *l. 3. de J. & J.* & † necessitas legem non accipit, sed dat, *can. omni rumore ca. si nulla necessitas. 23. quæst. 8. cap. 2. de observat. jejun. c. quanto. de consuet. c. quod non est licitum, de R. J. l. nemine. de relig. & sumt. fun. l. 2. de patr. qui fil. distrax.* Invadere autem aliquos † illos non permittitur, etiamsi Agareni essent: alioquin irregulares fiunt, *c. ex multo. §. fin. de voto.* Huc deniq; pertinent † verba Hainrici Steronis, de immunitate cleri, talia: *Anno 1295. Cives Ratisponenses ceperunt ædificare antemuralia civitatis suæ, opus decorum & forte munimentum, & à Clero civitatis ejusdem pro eodem opere contributionem cum multa instantia exigebant. Sed Adolphus Rex Romanorum eodem tempore intra Pascha & Pentecosten veniens Ratisponam, & proponente sibi Hainrico Ratisponensi Episcopo, hanc actionem cognoscens, eosdem cives per seipsum & consiliarios suos exhortatus est, & monuit ut nihil à clero ratione hujus operis exigerent, sed eum consueta & concessa à Deo & Romanis Principibus gaudere permitterent libertate. Renovaverat siquidem eidem Clero ad petitionem ejusdem Hainricus Ratisponensis Episcopus nuper ante apud Franckfurt quoddam privilegium olim Friderici Romani Imp. quod incepit:* Ad decus & decorem, *&c. & fere de verbo ad verbum in libro* Usq Pheodorum *est expressum, quod multam & maximam libertatem Cleri continet, pœnasq; infligit gravissimas his, qui contrarium eidem privilegio ausi fuerint tentare; quod privilegium in præsentia sua per Heinricum Brixiensem Episcopum eisdem civibus legi fecit, unde ipsi cives ab eadem actione cessaverunt, & permiserunt usq; huc Clerum gaudere debita libertate.* Hactenus Hainric. Stero Monachus Altahensis in Annalibus apud Marquardum Freherum *tom. 1. hist. Germ. p. 399.* Quæ confer cum iis, quæ superiori conclusione undecima in medium attuli. 672 673 674 675 676 677

IV. Qui † castra habet in custodia, non debet credere literis generalibus Domini, *arg. l. 2. §. 16. ibi: simpliciter. D. ne quid in l. publ.* & si crederet, non excusaretur, sed puniretur; quia debent recipere signa es deputata. Baldus *in c. significavit* D*appellat.* Boerius *d. tract. n. 23. in fin.* Ladensis *tract. de castell. q. 14.* Alvaretz. *d. c47. n. 34.* 678

V. Item quando est † suspicio guerrarum, habens custodiam castrorum vel fortali- 679

talitiorum, debet tempore nocturno custodias duplicare, *l.1. & ibi Bart. & Salyc. C. de cust. reor.* Laudens. *d. tra. q.15.* Alvarez. *d.c.47.n.35.* imo & diurno, Thom. Maul. *d. tract. de jure conduc. tit.7. num.10.13. confer. versus Britonis sup. num. 559.*

680 VI. Custodes vero castri, qui † inter se custodiam noctis diviserunt, ut una pars posset ad mediam noctem dormire, & alia inde usque ad diem: si castrum occupetur, illi, qui ex conventione dormiverunt, non tenentur. Ita placuit & opinantur Alber. de Rosate *in 2. part. statut. q.159.* Petrasancta *singulari 37.n.1.* Sed quam juste, & quam singularem redoleat adsertio hæc æquitatem, alii videant. Mihi quidē contra datam fidem esse videtur, bonosq; mores talis exempli mali actio ac privata pactio: imo & juramentum & officium inpugnant; quod fuit, ut vigilarent ac custodirent castrum adsignatum. Ergo merito tenentur & puniuntur, licet diversimode; ut mecum quoque sentit Ripa *mox citant. loc.*

681 VII. Dominus potest † cogere subditos ad custodiam castri tempore belli, difficultationis ac necessitatis, imminentisque periculi, *c. pervenit. & ibi Dd. extr. de immunit. eccles.* Guido Papæ *quæst. penul. in 5. dub.* Jac. de S. Georg. *in tract. de homag. in fin.* Nicol. Bellonus *cons.1.n.1.* M. Ant. Natta *cons.185. per tot.* Joh. Frider. Husanus *tr. de serv. & prop. homin. q.4. princ. part.1. mēb.2 n.97.90. p.m.176.* Eleganter de toto hoc negotio Polyd. Ripa *tr. de nocturno tempore c.75. per discurs. juncto c.78.* & Joh. Franc. à Ripa *in tr. de peste c.5.n.201. cū multis seqq.* Casp. Zieglerus *d.§. nobiles concl.1. nu. 105. 106.* Thom. Maul. *tr. de homag. tit. 4.n.9. & 10.* in quo post Ripam de impensis sumtibusque factis simul agit. Consentit Augustus Elector Saxoniæ *constit.51. p.2.* in verbis: Da aber dannoch derwegen eine verwehrte Gewonheit oder aber sonderliche pacta und Vereinigung köndten dargethan werden/oder es wäre in gemein Kriegesleufften/ oder das Mordbrenner Schaden thäten/ oder die Herren hätten abgesagte Feinde. An autem † subditi obligentur ad custodiam castri condominorum suorum? vide Boerium *d. decis.212. per tot. & d. tract. de cust. clav. n.14.15.* Anton. Capycium *de invest. feud. c. feudorum clausulæ. §. castris* Berlichium *pract. concl. part. 2. conclus. 64.* Bechtium *de salvo conducto thes. 50. & 52.* Rosenthal. *de feud. cap.8. concl.2. per tot.* in quibus locis adfines quoque huic quæstioni controversiæ attinguntur, sicuti & apud Wehnerum *mox allegan. p.103.* 104. 682

Denique VIII. tempore belli & necessitatis † Dominus feudi potest custodire castrum invito vasallo, & simul cum eo, & illud fortificare potest. Baldus *in c.1. §. quid ergo. de invest. de re ali.* Alberic. *l. fin. de usu & habit.* Jacobinus *de feud. verb. de castro montis Rubei num.11.* Angelus *in auth. nunc si heres C. de litig.* allegans textum *l. si ita. §. dominus d.t. de usu & hab.* Johan̄. Saison. *d. tract. art.1. in fin.* Alvarez *in suo speculo cap. 42.n.4.* Guer. Piso *in præludi. feud. c. an. vasal. inv. dom. poss feud. mel. pag.131.* ubi dicit; quod si vasallus dubitat, se futuro & ingruenti bello insufficientem ad defendendum castrum, debet denunciare Domino ut veniat aut mittat custodiam. Romanus *in l. si mora & ibi quoque* Puteus *D. solut. matrim.* Vide *l.13. §. exercitu D. locati.* Menoch. *de arb. jud. qq. casu.137. num.20.* Boerium *d. tractat. de custod. clav. numer. 49. 50.* Schraderum *de feudis part.6. capit.7. numer. 23.* & Wehnerum *in pract. observ. verb.* Dingnottul *lit. D. pagin. mihi* 104. qui agmen hoc Dd. claudat. 683

XLVI.

684 Proinde † Excubiarum tempus hic venit in considerationem, sicuti ex præcedentibus abunde constat, idque perpendit Imp. *in l. 2. §. & omnes 4. per tot. C. de off. præf. Africa* & tradunt pluribus Polydorus Ripa *d. tract. de noct. temp. cap. 5. 51. 52.* Petr. Greg. Tholoz. *lib. 6. Syntag. jur. univ. cap. 3. num. 16. usq. ad fin.* Si Isidoro & Servio 685 Grammaticis fides adhibenda, erunt † Vigiliæ nocturnæ, Excubiæ diurnæ. Paulus JC. tamen hoc discrimen non observavit; & Virgilius hæc conjunxit *lib. 5. Æneid.* inquiens:

——— *Vigilum excubiis obsidere portas.*

686 Illarum vero † varius usus & finis. Institutæ enim incendiorum arcendorum causa, *tot. tit. D. de off. præf. vigil.* Sueto. *in Augusto cap. 23.* Barnab. Brisson. *lib. 2. select. ex jur. civil. antiq. cap. 8.* & bono civitatis fovendo, statusque publici in urbibus, in castris, in Principum aulis seu atriis, contra insidias hostium omnesque machinationes: utque cuncti secure viverent, & aliquibus vigilantibus quiete reliqui dormirent, ordinatæ. Vide Nicol. Boer. *d. tract. de cust. clav. nu. 2. usq. ad num. 9.* Thomam Demsterum *in paralip. ad Joh. Rosin. libr. 1. antiq. Rom. capit. 8. & lib. 10. cap. 13.* Huc quo-687 que refer ex † Celso Mancino ista: Spartanorum opinionem (quam omnes norunt fuisse, ne urbes firmas haberemus, easque muniremus) propria non carere laude. Monet enim Principes, ut custodiæ locorum munitorum attente invigilent. Et, quanto magis locus aggeribus, vallo, turribus, cuniculis inextricabilibus, ex quibus nisi consueti vix possunt evadere, quorum meminit Aristoteles, est copiosa, & munita; tanto majore diligentia est custodienda. Securitas, illaque fiducia nimia parit negligentiam perniciosam. Hinc fit quod nulla reperiatur Arx, nullave Civitas ac Oppidum munitum, quod diligenti non egeat custodia. Si enim negligatur vigilantia, præbetur ansa inimicis munitiones capiendi, & provincias evertendi. Captis Arcibus, locisque munitis, civitates quoque eversas fuisse, Provincias dissipatas, Regna amissa, docent experimenta. Hæc forte secum cogitans Plato, milites civitatum custodes, similes canibus contra notos, & ignotos latrantes esse desiderabat. His nos monens, non quod amicis & inimicis infesti existant, ut illi impingit Aristoteles (noverat Plato milites non amicis, sed inimicis debere esse molestos) verum diligenti cura, ac vigiliis indeficientibus, civitates custodiendas, neminemque admittendum fore, si quem veritas docuerit esse amicum, *d. tract. de jure principatuum libr. 6. cap. 22. non procul à fin.*

688 Cæterum non modo majores † Specula & arces in aquis vel ripis earum exstruxerunt, de quibus late agit Dn. Johan. Gryphiander *d. tract. de Insulis cap. 31. num. 148. 156. usq. ad num. 165.* Sed etiam † 689 pro recepto apud gentes more, constructis suo loco urbibus & castris Turres sæpiusculè solent addere, inque illis vigiles collocare. De Turcis passim id testatur Robertus Monachus. De Tartaris Marcus Paulus (quem Majolus & alii Polum vocitant) Venetus: de Phrysiis idem Kempius: de Judæis exstant dicta scripturæ, *Ezech. 26. v. 4. 9. juncto cap. 27. v. 11. & 11. Esdr. 3. v. 25. additis versibus prioribus & c. 4. vers. 9. item 4. Regum 18. vers. 8.* Nominatim de Chaldæis Galtherus *libr. 2. Alexand.* ibi de Darii exercitu ad Isson urbem progrediente ait:

* MS propinquans.

Jam Chaldaea cohors Isson festina profecta *
Proditur excubiis, auri, lapidumq; nitore
Fulgurat armorum series ———
Providus aërea currens speculator ab arce
Nunciat Argolicis, Babylonis adesse tyrannum.

De Græcis porro apud Euripidem ita Helena:

——— μάρτυρες δέ μοι
Πύργων πυλωροί, κἀπὸ τειχέων σκοποί.

hoc est:

——— *Testes autem sunt mihi*
Turrium custodes & è muris speculatores.

Nec alienum à Romanis videtur esse ille Propertii versiculus *lib.* 4. *el.* 4.

Et jam quarta canit venturam buccina lucem.

Ubi notandus venit priscus ille mos, dum tuba olim conmittebantur vigiliæ, buccina ab exacta vigilia revocabantur: in quo explicando multus est Claudius Dausqueius Sanctomarius *in not. ad Silium Italicum lib.15.pag.676.677.* Denique lubet adducere verba † Leonhardi Aretini, ex descriptione peregrinationis ab urbe Roma Constantiam usque, *libr.4. epist.pagin. mihi 135.* Sunt vero ista: A Tridento aliquot millia passuum profectos, quidam mos barbarorum nos vehementer turbavit. Est autem talis; multa per rupes, quæ fluvio imminent castella sunt, ea tenentur à nobilibus, ut igitur viatores paulo plures numero conspicantur, cum jam illi castellis subsunt, repente extra arcibus cornua sonant, & quam maxime fieri potest, multitudo hominum ex mœnibus & propugnaculis clamorem barbarum & hostilem ululatum extollit. Subita igitur re perculsi homines, plurimum trepidant, nec est quisquam ita constantis animi, qui non ea novitate moveatur, præsertim in locis vel de industria ad latrocinandum electis. Hunc morem barbarum & immanem illi valere putant ad custodiam rerum suarum, magisque ab injuria temperaturos homines, si jam conspecti & declamati se observari existiment. At ego mihi per hostilem terram iter facere videbar, sæpiusque subibat illud animum:

690

Vt belli signum Laurenti Turnus ab arce
Extulit, & rauco crepuerunt cornua cantu.

XLVII.

691 RELATA (uti vocant † & quorum potestas in illis speciebus, quas subjicio, maxime elucet; & huc Ganerbinatus referendi) consistunt in mutua fidelitate, auxilio & consilio superiorum ac inferiorum, seu subditorum ac castellanorum; inter quos & castrorum dominos arctissima est conjunctio. Quæ membra sparsim à me suis locis sunt tacta. Supplementi loco hoc addendum: Baronem † non cogi edere Principi titulum sive jura, quæ habet in castro, ex sententia Dd. *in l. cogi 11.C.de petit. hæreditatis.* Isernei & Plateæ *in l.1.C.de procur.& conditor.rer.fis. libr.11.* Jasonis *in l.2.num.176.C.de jure emphyt. in §.actionum n.202.Instit.de actionib.* Schraderi *consil.34.n.3.libr.1.varior.consil.* adde Henningi Hamelii *repet.tit.Inst. de action. capit.48.numer.2.usq; numer.12.* Unde etiam † si Rex vel Dux faciat citare Baronem suum, ut ostendat titulum suæ Baroniæ & suorum castrorum, alias ei auferret, non valere talem citationem, ex decisione Bartoli *in d.l.un.C.de conduc.& procur.lib. 12.* post Andr. de Bazulo, respondet & hos sequitur Martinus Laudensis *d.tract. de Princip.q.347.* Quam † tamen Bartoli & aliorum opinionem, (quum limitationes agnoscat alibi ipse Bartolus, nempe *in d.*

692

693

694

in d.l.cogi. ibiq; addit. C. de petit. hæred.) non simpliciter procedere autumo; sed disputando contrarium obtineri posse, cum Socino *fallent.feudal.*107. Rosenthalio *de feud.capit.*8.*concluſ.*32.33.*cum capit.* 12. & Rolando à Valle *conſil. 89. lib. 2.* firmius credo; quem citat & sequitur, illumque contraria dissolvere adfirmat Cardinalis Tuschus *tom.6.lit.P.pract. conclus.666.num.*15. Non secus ac † Clericus, qui beneficium (quale etiam est feudum) possidet, Episcopo petenti titulum suæ possessionis edere cogitur, *capit. ordinarii 3.de offic.ordin.libr.6. juncto cap.1. ubi gl.& Dd de reg.jur. in* 6. Nec spero † me ideo inpudentiæ aut temeritatis crimen incurrere; cum nec statuam, quod sentit Octavius Simoncellus, inquiens: Officium boni scholaris esse, semper defendere Bartolum, valdeque ei dolendum esse, cum quis eum inpugnat, ejusque opinionibus contradicit; quia ipse sit illuminator juris & lucerna ardens, &c. *in tract. de Decretis in contract. minor. lib.2.tit.5. numer.4.pagin.mihi* 220. Vide enim Zasium *libr.1.singul.respons.capit.2.numer.39.* Cæterum sic etiam, quod † collectis, hoc est, exactionibus vel angariis urgere castella vel oppida Papæ non liceat fisco Imperatoris, nisi cum primam suscipit coronam, seu primum (quo ad subjiciendum Cæsarem Pontifici adblandiuntur gnatones isti à latere) à Papa coronatur, contendunt ejus Legati apud Güntherum *libr. 9.Ligur.* in hisce versibus:

695

696

697

Non licet & fisco castella, vel oppida Papæ
Collectis urgere suis, nisi tempore tantum
Quo princeps primam Romæ gestare coronam,
Imperiiq; novos admittere gaudet honores.

XLVIII.

Item parentum, filiorum, heredum, aliarumque conjunctarum personarum ratio hic habetur. Unde licet † pater possit melius inhabitare castrum, imo etiam omnia castra, quia sua sunt: tamen ista facultas non transit ad viduam, sed hæredi datur optio inhabitandi illud castrum, quod voluerit. Ratio præter alias hæc est, quia tale aliquid ad viros spectat & defuncti personam repræsentat, quam reddit Joh. Saison *in consuet. Turon.tit.29.art.2.* Adde Knichen *de vestit.pact.part.1.cap.4. num.* 40.41.*pag.mihi* 383. Inde † feudum constitutum masculum, zum Mann-oder Burglehen/ castrense seu castrale beneficium dicitur; quod quis ea lege recipit, ut & castri adsignati tuitionem devinciat. Lehenrecht *artic.2.& 72.* Kyllingerus *disc.3.numer.26.131.dis.18.numer.37.38.* 40.41. Wehnerus *in dd pract. observ. verb.* Ganerben. & Rosenthalius *in d. synops. feud. cap.2.concl.*78. Præterea † castro concesso alicui & filiis, venire quoque nepotes, excussum reperies apud Carolum Tapiam *in d.comment.ad l.fin.D.de constit.princip. part.1. cap.3.numer.16.17.18.* & inprimis illos, quos ibi allegat. Plura ratione † heredum, ab intestato vel ex testamento succedentium, vide apud Joh. Garsiam *in tract.de expens.& meliorat.cap.13.num. 47.& tract.de conjugali ac quæstu.num.87. & 88. relatis sup. conclus.14. num.337.338.* Joh. Meichsnerum *tom.2.decis. Cameral.5. pagin.106.cum seqq.*

698

699

700

701

XLIX.

Fratrum insuper quoque conjunctio huc referenda est. In castris certè † Ganerbiis nullum præstantius firmiusque est remedium eadem conservandi atque defendendi, quàm condominorum concordia: ad

702

ad ea verò internecioni & eversioni prostituenda, nullum præsentius malum est discordia. Kylling. *d. tract. de ganerb. castr. disc.* 10. *n.* 23. Dubium enim non est, quin † propter intervenientes inimicitias (præsertim si capitales fuerint) multa, quæ ab initio constiterunt, ex post-facto intercidant & finiantur, ut adnotavit Johannes Andreæ *in addit. ad Speculat. titul. de judiciis* §. *specialia. num.* 3. *in fin. advers. si pro ea.* aliquot textibus juris ibi in medium allatis; quibus etiam addi possunt. *l.* 4. *D. de testam. tut. l.* 8. *D. de confirm. tutor.*

703

Aurea illa pax ac concordia etiam inter sanguine conjunctissimos optanda esset † Fratres; quorum nomen veteres accepisse etiam pro amasio; Sororum verò pro amica, multis probat Lipsius *lib.* 3. *antiq. lect. cap.* 1. quibus adversatur Vincent. Contarenus *libr. variar. lect. cap.* 23. Sed rara est, & naturæ quasi perversæ in quarto, ceu loqui solemus, modo vitium; ut † rerum communio in hominibus discordiam excitet. *l. cum pater.* §. *dulcissimis D. de serv. urb. præd. d. l.* 2. *C. quam & quib.* 4. *pars deb.* atq; ideò † Roma condita duos fratres simul Reges habere non potuerint. *can. in apibg.* 41. *caus.* 7. *q.* 1. & iidem † testantes alios plerumque potius, quàm proprios fratres instituant, quos sæpè graviter ferunt. *l. cum pater.* 77. §. *evictis.* 8. *D. de leg* 2. *l. cum oportet.* 6. *vers. sic etenim. C. de bon. quæ lib.* Cephalus *consil.* 166. *num.* 10. *lib.* 2. Hinc consulit † Baldus, ut etiam duo pluresve fratres ejusdem territorii, aut civitatis, aut castri domini, reciprocam fidem mutuò jurejurando sibi obstringant. Kyllinger. *d. disc.* 10. *n.* 25. Vide Frider. Schenck. Baronem *ad c. un. qual. jur. deb. vasal.* 2. *feud.* 5. *Informat. Civitatis Fridberg. part.* 1. *c.* 5. *n.* 92. Atque eodem consilio statuunt: quod si † duo fratres habeant castrum commune, & unus ad æmulationem vult donare, & c. partem suam alicui magno Principi, non posset hoc facere. Baldus *in l.* 1. *pen. qu. C. qui testam. fac. poss.* Alciatus *de præsum. reg.* 3. *præs.* 23. *n.* 3. Menochius *casu* 156. *juncto tract. meo de jure molendin. quæst.* 49. *nu.* 27. 28. 29. *l.* 7. *in prin. D. com. divid. l.* 26. *in re communi. D. de serv. rust. præd. & titul.* 55. *libr.* 2. *feud. de prohib. feud. alienat. per Frid.* And. Gail. *libr.* 2. *obs.* 155. *juncta sup. concl.* 27. *num.* 387.

704 705 706 707 708 709

L.

Postremò Condominorum & sociorum adfinitas hic in considerationem venit, Quò spectat; Non teneri † socium de proditione factâ per socium, ut tenet singulariter Alex. *in l. fin. in addit. ad Bar. D. de cust. reor.* & post Angelum; Ludov. Bolognet. & Parid. de Puteo, Nicol. Boerius *d. tract. de cust. clav. num.* 27. Item quando sunt † duo domini alicujus castri, quorum in societate illâ unus habet jurisdictionem tantùm in parte suâ, & alter habet imperium in sua parte; & iste, qui habet merum imperium inminente bello vult totam civitatem vel castrum custodire: alter vult etiam custodire, nec pati quod in parte sua exerceat potestatem; ad illum, qui merum habet imperium spectare totam civitatem custodire atq; defendere, tradit Lucas de Penna *in l. quicumque. col.* 2. *de exact. lib.* 12. & niti ipsum pluribus ac singularibus rationibus, aliamque circa hoc ab eodem decidi quæstionem conmemorat *d. tract. de cust. clavi. n.* 54. 55. 56. 57. eumdemque authorem, † Lucam de Penna scilicet, vocat antiquum Doctorem Zasius; cum encomio, quòd sua philosophorum dictis, historiis, oratoribus, aliisq; scriptoribus & rationibus latissimè soleat illustrare, *cons.*

710 711 712

conſ.8.num.3.& 8.volum.6.oper. Refer huc
713 † caſus ſimiles ex Theodoro Reinking *tract.de regim.ſecul.& eccleſ.libr.1. cl.5. c.1. n.61.cum ſeqq.* & adde Kyllingerum *diſc. 6. 7.8.* Quettam *conſil. 92. num.* 4.5.6.7.8.

LI.

714 ADVERSA ſunt † Tempus pacis ac belli; quæ duo ſibi invicem maximè obponuntur & adverſantur. Relictâ inclytâ pace bellum aſperrimum (quoniam, eheu! in eo verſamur, ceu inter ſaxum & ſacrum) nos in-præſentiarum curare cogimur. Quod igitur caſtra attinet, circa ea multa etiam conſideranda veniunt, exempli gratia, eorum cuſtodia, ſecuritas, apertura, occupatio, deprædatio, proditio & amiſſio.
715 Et quidem primò reſpectu † CUSTODIÆ dubitatur (Caſtellanus quando teneatur de cuſtodia, vel non? Quod latè declarat Tuſchus Cardinalis *tom.1. concluſionum practicar.*110, *lit. C. pagin. mihi.* 381.
716 Proinde de eâdem † tale oritur enunciatum: Caſtrum quod ex homagio homines cuſtodire tenebantur; ſi propter bellum deſtructum ſit, & aliud in loco alio ſubſtitutum loco primi, homines iſti nihilominus illud cuſtodire tenentur, per tradita ab Alberico *in l. ſi uſuſfructus. in fin. Quibus modis uſuſf.amitt.* Baldo *in l. ſi plures.in 4.columnn.Codic.de cond.inſert.* Jacobino *in tract.de homa.col.pen.* Deciano *conſil.43.num.17.vol. 3.* Bellono *dict. conſil.1. num.9.* & Johan. Friderico Huſano *dict. tract.de ſerv.& prop.homin. cap. 6. quæſt. principal.4.part.1.membr.2.numero 99.100.* 101. 102. *pag. mihi* 177. Inter alia
717 etiam argumenta † ob generalem illam regulam: Quod ſubrogatum ſapiat naturam ejus, cui ſubrogatur; de quo axiomate præclarè diſputant autores à me laudati *in ſup.tr. de molendin. quæſtion.1. num.35.per tot.* Unde † ſi communicato 718 conſilio cives inde, id eſt, à priori urbe diſcedant, alioque migrent, jura ſua ſecum quoque deportare, dicam *inf. concluſ. 69. n.835.& 836.* Denique hîc obiter notandum, quod † pax facta cum civitate & ca- 719 ſtellis ejus, extendatur etiam ad caſtella poſtea de novo adquiſita, juxta Johann. Andreæ & Jac. Novellum *in pract. rerum criminal.fol.129.numero 102.* (adde Boerium *deciſ.50.num.17.18.19.20.*) ubi tamen Baldum allegat diſſentientem: & probabilius eſt, nonnulla alia eſſe conſideranda, ſi id obtinere cuperent.

LII.

Eorumdem deinde † SECURITAS 720 adeſt ponderanda, cujus tali in caſu nominatim meminit Georgius Bechtius *in diſſert. de ſecuritate & ſalvoconduct. ad finem capitis quinti.* Atque ob eam non modò ſecuritatem, ſed & munitum locum ſæpius olim † Inſignia Imperialia fuerunt ibi re- 721 poſita & adſervata: veluti de rebus pretioſis ad templa delatis, ibique depoſitis dixi *ſup.n.623.* deq; oſſibus & reliquiis Cæſarum ſimile mox ſum propoſiturus. Teſtis inter cæteros eſſe poterit Felix Faber, ita ſcribens: *Eo tempore Dominus Sifridus de Rechberg Epiſcopus Auguſtenſis deſtruxit caſtrum Suabegg.in odium Ottonis. Et Dominus Heinricus de Scharffenberg Epiſcopus Spirenſis, qui in caſtro Trivels imperialia inſignia habuit, ea Ottoni Imperatori dare recuſavit. Cui Imperator Cancellariã curiæ ſuæ commiſit, & eum Cancellarium fecit, ut inſignia haberet, &c. Igitur poſt coronationẽ ex urbe Roma diſcedens, ſicut dudũ animo cõceperat, caſtra & munitiones, quæ prope erant, de jure hoſtiliter invadens occupavit.* Et aliquot periodis interjectis ſic pergit: *Kyburg caſtrum eſt vetuſtiſſimum &*

fortissimum in monte alto situm, muris spississimis, turribus & propugnaculis munitum, non longe à Thurego & VVintertur, utpote in medio earum situm, in quo quondam habitaverunt nobilissimi Comites dicti de Kyburg & Habspurg: sed in Fortunæ revolutione alii labores eorum intraverunt, jamq; Thuricenses & cæteri Svviceri hæc dominia possident. In eodem castro fuerunt aliquando reposita insignia imperialia, & hodie est ibi capsa benè ferrata, & capellula, in qua reservabantur. Ego ipse in eodem castro aliquibus annis post mortem patris mei fui puer cum patruo meo bonæ memoriæ Oschvvaldo Schmid, qui erat XX. annis præfectus castri & advocatus totius Comitatus, A.D. 1444. Hæc ille *libr.* 1. *histor. Suevor. cap.* 12. *p. m.* 110. *111. 112. 113.* Pluribus eadem indicat, & post aliam narrationem hæc sequentia scripta reliquit, quæ superiora reddunt illustriora: *Fundatio monasterii illius facta fuit A.D.* 1308. *in loco interfectionis Regis, in campo qui dicitur Campus Regis, vulgariter Kingsfeld* (*hodie dicimus* König oder Küngsfeld: ubi obiter nota, Saxones fortassis ita loquutos fuisse, quos Britanniam magnâ ex parte occupasse scimus, Anglosque adhuc King pro König usurpare) *sub castro Habspurg, ubi hodie serviunt Deo, &c. In ipso etiam castro Kyburg Capellam pulchram ædificavit in honorem depositionis Dominici corporis de cruce, ad quam nonnunquam de longinquis partibus peregrinantur homines pro veneratione Crucis, sicut sæpe vidi, me moram in castro trahente. In lapide superiori ostii, qui est supra caput capellam ingredientis, est sculptus clypeus cum insigniis regni Hungariæ. Hanc Capellam construxit propter Imperiales Reliquias, quæ hodie Nurembergæ conservantur, quæ tunc in Kyburg servabuntur, tanquã in loco tutissimo. Est enim castrum valdè firmum & pulchrum, & ab anteriori parte vallo intermedio habet oppidum, quod tamen jam est destructũ, & est villula. Fossata tamẽ oppidi & murorum ruinæ adhuc cernuntur, imò in collibus adjacentibus gentilitatis vestigia in nominibus relucent. Quidam collis sub castro dicitur Morsegg, i. e. Cornu Martis quia aliquando Mars deus belli ibi cultus fuisset. Aliud cornu dicitur Sternegg, Cornu Stellarum, eadem ratione. Dicunt etiã mulieres, sicut sæpe audivi, quod ab eo tẽpore, quo veri domini castri à castro recesserunt, nulla » femina in eo genuit, nisi cum aliquo singulari » periculo, & quod pueri in eo nati statim ante annos pubertatis moriuntur. Dicunt adhuc aliud, quod etiam ego ipse vidi, quod tempore futurorum bellorum in Comitatu apparent signa evidentia supra castrũ per ignem. Nã eo tempore, sc. A.D.* 1461. *quando Cõfederati sive Svviceri oppidum VVintertur obsessuri erant, antequam venirent, viderunt omnes, qui in castro erant & extra in villula, culmina turrium & fortalitiorum sine humana incensione ardere & flammare sine consumptione culminum, & hodie plures vivẽtes nosco, qui hoc viderunt, &c.* Ita iterum ille *d. lib. hist. Suev. cap. decimo tertio, pag.* 140. & 141. Hinc quoq; descendit † der Burgfrieden: 722 quæ vox nonnunquam pro territorio castri usurpatur: interdum ita nominantur leges, pacta & statuta condominorum alicujus burgi, testib. Fichar. *lib.* 1. *cons.* 7. *num.* 9. Meichsner. *tom.* 3. *decis. Cam.* 14. *num.* 25. 69. 85. *cum seqq.* & Wehnero *in pract. observ. verb.* Burgfrieden. *mihi. pagin.* 85. interdum angustius pro certo quodam & terminato districtu alicujus burgi sive castri, & loco securitatis, in quo pacis violationes acrioribus pœnis coercentur, adnotante Kyllingero *d. tr. de ganerb. castr. disc.* 3. *n.* 48. *usq; ad n.* 59. Pœna autem † violati- 723 onis

onis capitalis, plerumq; est anputatio manus; interdum non-capitalis est, sed graviorem tantùm mulctam pecuniariam inportat, teste Kyllingero iterum *d.n.55.56.* Sicut 724 de † Palatiis Principum, *in catalog.gl. mun. par.5.consid.24.nu.125. in §. videmus, &c.* Bar. Chassan. scriptum reliquit: Nos videre palatia Principum inportare talem securitatem, ut offendentes aliquem in illis, capitaliter puniantur; & illud observari in omnibus palatiis etiam Pontificis, qui tamen præ aliis misericordiâ uti debet. Et ibidem 725 † *in §. non solum,* addit: Non solùm ipsũ palatium tali gaudere privilegio: sed etiã confinia palatii; idq; per plura tenere & conprobare ait Albericum de Rosate *in l. præsenti. C. de his qui ad Eccl. confug.* cum qua 726 confer omninò † Petrum Sarpum Italum, qui inter alia sic scribit: Si locum inspiciamᵘ: in Principis curiâ, palatio, plateis aut in arcibus, quæ maximâ curâ custodiuntur, maximum erit delictum, arma etiam movere, *in lib. sing. de jure Asyl. c.5. m. p.57.* Hinc 727 enim factum, ut non modò † palatia inter Regalia connumerârit Frid. Imp. *lib.2. feud. tit.56. juncta l.17. C. de op. publ. l. un. C. de pa-* 728 *lat. & domib. dom. lib.11.* verum etiam † ad palatium Comitis nullus miles arma ferre potuerit, nisi rogatus à Comite, *d. lib.2. feu. t.27. cir. fi. junge sup. th.19. n.245.* & Wehn. 729 diserte † ad centenariam criminalemq; jurisdictionem inter cætera retulerit, der einen an befreyten Oertern / als Schlössern / Rahtshäusern oder Kirchen schmähete / *in dd. obs. pract. verb.* Zent. *pag. mihi 707.* De- 730 nique † subnecto: Jus & necessitatem Defensionis, nullum limitem seu terminum agnoscere; & sic defendere me posse in loco sacro aut sancto, quem nos Burgfried adpellitamus. Ex eoque fundamento 731 hodie † Belgæ defendunt; quod interdum non excurrunt solùm, sed etiam munitiones exstruunt, in Imperii Romano-Germanici solo: quia nempe id fiat hostis offendendi, non alterius territorii violendi causa; ceu loquitur Christophorus Besoldus, & eos singulari libro id adseruisse perhibet *lib.1. polit. cap.12. th. 78. num.6. pag. mihi 520.521.* † postquam perstrinxe- 732 rat Alberici Gentilis opinionem, Hostem in alieno territorio quem non posse persequi: quamvis hac vice neutrius sententiæ consortem me faciam. Vide tamen Wehnerum *pract. observ. verb.* Nacheil. *pagin. mihi 516.*

LIII.

Similiter † APERTURA castri hic 733 adtenditur. Arces enim, si quas habent, subditi tenentur tempore belli aperire Domino territorii; quod jus vocatur die Offnung / & aliis modis acquiritur & constituitur; ceu videre est apud Wesenbecium *part.1. consil.2. numer. 78.* Meichsnerum *tom.1. part.1. decis. Cameral. ultim.* Bidembachium *quæst. nobil.12. al.22.* Rosenthalium *de feudis. cap.2. conclus.78.* Gœddæum *in respons. de Baronat. Vallendar. num. 399.* Knichenum *tract. de jure territ. cap.4. num.497. pag. mihi 65.* Thom. Michaelem *de jurisdict. th.53.* Adam Kellerum *de offic. juridicopolit. libr. 2. cap. 12.* Werner. Kyllingerum *d. tract. de ganerb. castr. disc. 4. num.148.* inprimis verò Paul. Matthiam Wehnerum *dd. pract. observat. verb.* Offnung. *pag. mihi 532.533.534.* qui latè de hac castelli apertura agit.

Ab eodem dependet principio † [illegible] 734 decisio: Civitatem nempe aut Universitatem suo Domino & Principi te[illegible]oriali, cum suo comitatu venienti, te[illegible] portas aperire, eumque recipere; ut p[illegible] cui semper liber ingressus esse [illegible]et. *capit. grandi.*

grandi. de suppli. neglig. prælat. lib. 6. adjuncto can. omnes. 10. can. 16. q. 7. Panormitan. *in cap. 1. de immunit. Eccles.* Ingolstadienses *tom. 5. varior. consil. 24. n. 53.* Henn. Goeden. *consil. 31. num. 14.* Chr. Besoldus *de jurisdict. imp. Rom. cap. 18. fol.* 54. Matthi. Stephani *de jurisd. lib. 2. p. 2. c. 2. n. 145* & post illos Casparus Zieglerus *ad aur. prax. Calvoli. §. civitas conclus. 1. num. 32. pag. 393.*

735 Idcirco † personæ & jura superioritatis seu potestas territorialis hîc probè sunt consideranda, nec confundenda. Pacta, fœdera, privilegia & conventiones etiam diligenter servandæ sunt, ut manifesto exemplo docui in terminis, *inf. conclus.* 54. *numer. 758. juncto* Lehenr. *cap. 72.* & ulterius id nunc faciam, prioraque de securitate & apertura conjungens, simul præjudicio aliquo Cameræ Imperialis declarabo. 736 Quamvis enim † mercatorum, cerdonum, pistorum, aliaque Collegia, nullam jurisdictionem habentia, statutum condere, vel consuetudinem circa decisionem causarum inducere non possunt, *l. maximum vitium C. de lib. præt.* Wehnerus *d. verb.* Burgfrieden. *pag. 85. & verb.* Zunfft *pag. 722.* 737 attamen † circa res suas ea peragere concessum est; qua de re prolixe Curtius *c. fin. sect. 4. num. 63. juncta infr. concl. 57.* 738 Hinc est, quod † generaliter dici solet: Consuetudinem vel statutũ, nunquam posse introduci, nisi ab habentibus potestatem legis condendæ, teste Petri Ravennate *de consuetud. sect. 3. n. 1. p. m.* 81. 739 Idque observatum & olim in † curia ista Cæsaris ac Statuum suprema deductum reperi in causa Frau Annen gebohrner von Virmunden/ Gräfin zu Waldeck Wittib Klägerin/ wider Philipsen und Arnolden von Virmunden Gebrüdere Beklagte: potuisse scilicet duos hos fratres de Virmunden disponere de iis, quæ ad conservationem, dignitatem, pacem, tranquillitatemque ipsorum ac totius familiæ videbantur pertinere. Cujus generis sunt istæ † conventiones; quæ vulgò Burgfrieden adpellantur, *sup. num. 722.* 740 Quò facit obligatio Comitum de Waldeckh in eadem lite adducta, daß sie nemblich den Burgfrieden mit jhrem Gesinde halten wollen/ etc. quæ sic communem concordiam & pacem in ædibus Nordenbeckh servandam concernit. 741 Id quod ex literis † Reversalibus Comitis Henrici de Anno 1507. ibi: So seiner Gnaden unser Behausung gebrauchen wolte/durch jhre Gnaden selbst oder andere Jhr. Gnaden Diener darzu schicken würde/die sollen unsern uffgerichten Burgfrieden Jnhalt desselben geloben und reden / den also mit uns stet und vest zu halten / biß zu Außgang desselben vorgemeldten Gebrauchs/ hoc est, der † Offnung in dictis ædibus Nordenbeckh, satis videre licuit. 742 Quarumdam verò pactionum, conventionum & similium rerum formulas integrè posuit Kyllingerus sæpius *dict. tractat. de ganerbiis castrorum. disc. 19. post numerum.* 40. *pag. 203. usq; ad finem. pagina* 268. Quæ omnia per antecedentia robur accipiunt: ipsa atque insuper fœdera & tempora distinguere, diversumque per ea statuere videtur † Polydorus Ripa *in tractatu de nocturno tempore, capite 118.* 743

744 Itineris namque habens † servitutem in prædiis urbanis, eâ non posse illum nocturno tempore uti, quippe quod non deceat; imò durum sit, volunt Glossa, Bartolus, Florianus, Gothofredus & alii *ad legem iter. 14. D. comm. præd.* Cæpolla *tract. de servitut. urbanor. prædior. capit. Hæc est ultima servitus. 38. numero primo.* qui illud

745 non exemplificat solùm in † itinere inter privatas personas; sed etiam inter publicas & confœderatas: quia ex Floriani sententia, si plures sint Respublicæ confœderatæ, & ex conventis initisque pactionibus alteri per alterius castella & loca liceat transire, non poterit transire de nocte id volens, nec alter ex confœderatis sociis illi portam nocturno tempore aperire, iterq; patefacere tenebitur.

746 Inter † privatas præterea id non tantum habet locum, si sint plures per modum plurium: sed etiam, si plures per modum unius. Quare Cæpolla post alios contendit,

747 quòd si † plures in eâdem sint domo, sub iisdem degentes tectis, sub eâdem clavi, non debeat esse janua nocturno tempore etiam domesticis adaperta.

748 Cæterùm † Ripa subjungit, tria fuisse dicta, & sic tria quoque temperamenta fore adhibenda. Ut primùm illud de privatis personis prorsus extraneis (quæ sunt plures per modum plurium, habentibus invicem aliquam per proprias ædes itineris servitutem; quæ dixit itineris servitute, nocturno tempore nullo pacto per alienas ædes invito vicino uti posse) locum habeat respectu itineris nocturni, & æstivi: secus respectu nocturni hyemalis; maximè si

749 † aliqua urgeat necessitas, nec periculum inmineat vicino, atque hora sit noctis tempestiva, nec nimis frequens sit ejusmodi nocturnus usus, vel etiam sint ædes, quæ non claudantur.

750 Alterum de † Republica confœderata, ut habeat locum ratione Fortalitiorum, quæ non debent patere nocturno tempore: sed nec ipsa civitas aut oppidum, si latronum incursus, hostiumque vis immineat; pariter ac Imperator Leo jussit, tuta & munita semper esse castra oportere, etiam amicitiæ pacisque tempore, *supra thesi duodecima, numero* 165.

Postremum tandem, ut obtineat Ripa addit, si † domesticus passim, & frequentius 751 velit adversus quietem, & tutelam domesticorum nocturno tempore fores reserare, egredi, ingredi. Omnia ergò sunt ab arbitrio boni viri metienda ac temperanda.

LIV.

Præterea † OCCUPATIO castri sub 752 dubitationis aleam vocatur: eaque est justa vel injusta.

Justa, quæ scilicet per † Principem su- 753 periorem sive Dominum, & ad tempus facta; ferè ut de apertura castri jam dixi. Is enim habens † guerram (quam vocem 754 Doctores crebrò adhibent, *argumento etiam libri secundi feudor. titulo vigesimo octavo, in princ. dicto libro quinto feud. titul. vigesimo primo, de pace Constant. vers. quæ vero contra. & vers. hoc quod nos.* Sæpiusq; eo vocabulo utitur Guillermus Brito *in suis libb. Philipp.* proque ea Werram dixit & scripsit Wilhelmus Heda; *inf. num.* 758. atque sic Guerra velut Gwirr/confer Matthiæ Martinii *lexic. philolog. pagin.* 1068. *in fin.* de qua voce præter aliorum seria ita nuperrimè lusit Joh. Georg. Dorschæus *cent.* 5. *epigram.* 46.

Turbæ Germanis, Hispanis prælia, guerra est.
Germanum Hispani turbat ubiq; jugum.

cum aliquo, si accipit castrum cujusdam Baronis seu sui vasalli, existens in confinibus hostium, pro securitate status, facere id potest, *argument. l. 1. Cod. de nav. non excus. lib. 11. juncta l. fin. §. 1. Digest. de pign. act. & sup. conclus. 42. per discurs. cum conclusion. 46. circa finem.* Bello autem finito, debet illud castrum † restituere vasallo, nec ex- 755 pensas factas in castro tenetur vasallus re-

756 refundere: quia † ubi principaliter (quod adtenditur, *lege prima, Digest. de auth. tut. cum simil.* in terminis Martinus Laudensis *dict. tractat. de castellan. quaestion. 6.*) quis facit ad sui utilitatem, licet secundariò cedant ad alterius emolumentum, non potest eas expensas repetere. *argument. leg. final. Dig. de imp. in reb. dot. leg. 2. §. idem Labeo. 28. & §. 41. D. ne quid in loc. publ. l. si absente. 48. Digest. de usufruct.* Alph. Alvarez. *in speculo suo. dict. capit. 47. numer. 32.* Martinus Laudensis *d. tractat. & quaestion. 6.* prolixe autem Johannes Garsias *tractat. de expens. & meliorat. capit. 21. numero 30. & 31. juncto tractatu meo de molendinis, quaestione decima, num. 28.*

757 Sive † ut alii formant casum, & respondent: Si Princeps tempore belli locum meum fortificavit, & eo durante milites ibi conlocavit, possum finito bello locum repetere, nec ei teneor sumtus reddere, nisi tamquam (pro ratâ & convenienti portione) unus de populo Jacobinus de S. Georgio *tr. de feud. verb. de castro montis rubei.* Barth. Cæpolla *de servit. urban. prædior. titul. de solo seu area. in fin.* Matthæus de Afflictis *in capit. 1. §. quid ergo. col. 6. de invest. de re al. fact.* & M. Anton. Natta *consilio quingentesimo quinquagesimo quarto. n. 20. lib. 3.*

758 Maximè verò † anteriora ista obtinent, si tale quid Pacto inductum aut confirmatum, vel consuetudine roboratum fuerit; quod factum sæpè exemplis & præjudiciis non caret. Confer *supr. thesin. 45. numero 681. thesin 53. numero 733. 735. 741. 742.* Huc referenda, quæ Imperator Fridericus quondam dixit, edixitque de concordia inter Episcopum Trajectensem & Comitem Hollandiæ; quæ Wilhelmus Heda Alfinius his inclusit verbis: *Quicquid super sumtus illorum residuum fuerit, aequaliter divident inter se. Praeterea Comes Hollandiae* (Florentius) *juvabit Episcopum* (Godefridum) *per VVerram vel obsidionem quã cum ipso faciet, vel per querimoniam castrũ recuperare Benthem. Etsi quocunque modo illud recuperaverit, concedet illud Comiti in feudum, salva uniuscujusque justitia. Et Episcopus habebit in eodem castro Domum & Capellam, & Granarium, & Coquinam, & ponet in eodem unum liberum hominem suum, & duos ministeriales suos, & libere ingredietur & egredietur, quando voluerit. Comes autem habebit omnem munitionem & fortitudinem castri, & juvabit inde Episcopum. Si autem Episcopus VVerram habuerit cum aliquo amico vel homine Comitis, contra quem Comes salvo honore suo Episcopum juvare non potest, dabit castrũ in potestatem Episcopi, ut habeat illud quamdiu VVerra duraverit; acceptã tamen securitate, ut finita VVerra ei restituat.* Hactenus verba transactionis *in Chronico seu in Catalogo Episcop. Traject. 28. p. m. 316.*

759 Denique † ut prioribus casum adfinem subjiciam notandum: Quod si dux militũ conduxerit milites ad defensionem cujusdã castri, & descripserit expensas in quodam suo libello, in dubio præsumatur ipsas expensas de re sua fecisse, & de pecunia sua illos tenuisse ad illam defensionem. *argum. leg. fin. Codic. de aliment. pup. præst.* Petrus de Benintend. *dec. 43. per tot. & præcip. num. 5.* & faciunt ea quæ tradunt Alciatus *reg. 1. præsumt. 50.* Mascardus *concl. 716. numero 3.* Accedit, quòd nemo de suis stipendiis militare cogatur, nec de suo facere beneficiũ, dicente Christophoro Cuppenerio *in comment. ad Auth. habita. C. ne fil. pro pat. p. m. 88.* ubi monet videndos esse scribentes *in cap. cum ab omni. ext. de vita & hon. cler. juncta l. 1. C. de assessorib.*

Satis

760 Satis ergò de justâ occupatione: de † injusta mox ex parte agam, & meminit ejus in terminis Petrus de Vineis, Friderici Imp. cognomento Barbarossæ Cancellari°, *lib. 5. epist. 54.* Præterea Adolphus Rex Romanorum in generali Principum conventu & frequenti curiâ Noribergæ ita sancivit: *Sententialiter est obtentum. Quod si aliquis obsidet castrum in terminis regni Romani, nisi prius obtinuerit in figura judicii, quod licitè facere illud posset; Nos obsidenti debeamus dare auctoritate Regia in mãdatis* (quæ sunt illa, quibus hodiè Camera Imperialis perstrepit, Mandata pœnalia sine clausula, Mandata de non offendendo, apud Gailium aliosque) ut obsidionem suam dissolvat & prosequatur suam justitiam, (h. e. suum sive jus sive prætensionem) *coram nobis*; apud Marq. Freherum *in d. constitut. Adolph. Cæs. de Insul. Rheni & divers. capitul.*

LV.

761 Ulterius † DEPRÆDATIO hîc se ingenerit. Est enim & hæc belli adjunctũ depopulatio agrorum & territoriorum per incendia & rapinas; quo nomine misera bella nuncupat B. Augustinus *lib. 2. de civitat. Dei, cap. 25. & lib 3. cap. 10.* adde Albericum Gentilem *lib. 2. de jure belli cap. 23* Anton. Hering. *d. tract. cap. 7. num. 162.* & Pomponius Lætus testatur, hæc esse militum semina, rapere, stuprare, necare, incendere; satis edoctus, quorum scelera indomita abhorrendam fecerint consuetudinem, *in compend. hist. Rom. de Nemesi Dea. pag. mihi 302.* Unde etiam † in hodiernam 762 militiam verè meritoque ita invehit Joh. Jov. Pontanus *lib. 1. Amor. p. m. 3304. juncto num. super 601. 602.*

Militiæ quondam partes ac jura fuerunt.
Tutari patriæ dulcia tecta suæ:
A sociis arcere minas, pepulisse tyrannos,
Hostis & incursus continuisse vagos,
At nũc quid bello petitur, nisi præda? nec hostem,
Sed socium vita est exspoliasse decus.

763 In terminis iterum † vero exemplo illud exornabo ex sæpius allegato Felice Fabro, qui de domo Austriaca & Helvetiorum rebellione inter alia sic scribit: *Statim occiso Alberto & in Spira sepulto* (*quod contigit circiter A D. 1461.*) *conditio Ducum Austriæ vel Comitum de Habspurg pejorata est in eisdem regionibus, & multiplicata sunt mala in terra illa de die in diem. Nam illud primum inter quatuor, per quæ secundum Salomonem Proverb. 3. movetur & turbatur terra post mortem Alberti mox incepit: quia Suviceri servi Dominorum de Habchspurg tunc regnare ceperũt, & passim nobiles exstirpare, & sibi dominium vendicare, & confederationes firmare. Hujus a. cõtradictionis initium & ortũ contra Principes sic dicunt fuisse: Nam Comes de Habspurg naturalis Dominus Svicerorũ in valle Arta, & in quodam castro Lævvers nomine suo loco posuit Castellanũ & vallis dictæ gubernatorẽ, quem duo Svviceri interemerunt pro eo quod suspectum eum habebant, quod eorum sororẽ violasset. Quos cum Comes punire vellet, quia sine evidentia Castellanum interfecissent, punientibus resistere delirabant, quibus sic in contumacia stantibus alij duo Suvitenses eis adjuncti sunt contra Dominum suum parati stare, hinc illis alij decem; conjurationem fecerunt velle potius mori quàm puniri primos duos. sicq; crescente tumultu omnes istius vallis habitatores contra Dominum suum inobedientiam professi sunt, & ligam ac conjurationem fecerunt. Et conglobati castrum prædictum radicitus confregerunt. Hoc videntes montani eis vicini dicti Subsilvani, vulgariter Undervvaldenses, sub*

ſub dominio Dominorum de Landaberg, cum Svviceris practicabant. In nocte ergò ſacræ Nativitatis Domini, dum Dominus de Landaberg matutinis intereſſet, ſervi ſui caſtrum intraverunt, eumq; ſpoliantes devaſtaverunt, & Dominum turpiter à ſe fugaverunt, ſeq; cū Svviceris confederaverunt. Hinc Lucernenſes oppidanos quondam ſub dominio Abbatis Marbacenſis, dum eos corrigere & regere non poſſet, Comiti de Habſpurg tanqnam potentiori ſubjecit: qui Comes invicem eidem Abbati oppidum Gevviler cum caſtro Hugſtein dedit, & Baronem quēdam de Grinenberg ad caſtrum Rotenburg eiſdem Lucernenſibus præfecit. Hic Baro quadam die ſuum cocum de caſtro ad oppidum miſit ad emendum carnes. Cui carnifex dixit, ut demonſtraret ſibi locum occiſi bovis, de quo ſibi placeret carnes habere, & cùm cocus manum extenderet, macellator cultello ſuo coco manum amputavit. Hanc crudelitatem cum Baro prædictus nomine Domini ſui vindicare & punire vellet, oppidani circundata domo Baronis in medio oppidi locata, & deſtructo caſtro Rotenburg Svviceris ſe conjunxerunt, terga vertentes Domino ſuo. His demum vallis Urariæ, quondam ad Abbatiam Thuricenſem ſpectans, fœdere juncta audaciam eorum plurimum argumētavit, & oppidum Zug Ducum Auſtriæ, & vallis Clarona, quæ Abbatiæ ad Secoviam pertinebat, & villa Bernenſis & oppidum Solodorenſe eis ſe junxerunt, cum vicinis populis, ſicq; indies creverunt, quibus multi ſponte juraverunt, multi coacti idem fecerūt. Inſuper Concilium Conſtantienſe quaſi Ducem Auſtriæ ſuſpectum habuit, quod contra decreta Concilii ageret, licētiam dedit Svviceris invadendi, & in ſuam confederationem redigendi totam Ergoviam cum oppidis, caſtris, & villis, quod & fecerunt, & ita Comitatus Habſpurgenſis origo Ducum Auſtriæ in rem judicatam tranſivit, & alienatus fuit à ſuis Dominis & fundatoribus, &c. Hactenus fuerunt Verba Fabri *d. lib. 1. hiſt. Suevor. cap. 13. pag. mihi. 142. & 143.*

764 Dux † autem belli (ut ſcopum noſtrum adtingamus, repetamusque, & inter media arma jura etiam tractemus) debet prædam dividere inter milites ſuos: ſed non poteſt donare caſtella vel poſſeſſiones prædatas in bello; quia ſunt ſuperioris, bellum moventis. Fuſius id perſequuntur adducti à me *tractat. de jure molend.* Vom Mühlrecht. *quæſtion.* 8 *numer.* 69. *quæſtion.* 13. *numer.* 16. 17. 18. Multasque authoritates adfert Ant. Quetta *conſil.* 6. *numer.* 3. Cardinal. Tuſchus *in pract. concluſ. tom.... concl.... lit. B.* confer Hier. Elenum, qui de prædiis & prædis ab hoſtibus occupatis agit. *libr.* 2. *diatrib. pagin. mihi.* 56. 57. Præclarè etiam Antonius diſſeruit apud Tacitum, qui orationem ipſius ad milites pugnantes habitam reddidit comtiorem, *libr.* 3. *hiſtor. c.* 4. *pagin. mihi.* 497.

765 Cæterùm † obtenta victoria cohibendi tamen ſunt milites, ne citò nimis diffundantur in prædam, *1. Maccab.* 4. *v.* 17. Sæpè enim obſtitit vincentibus pravum inter ipſos certamen, omiſſo hoſte, ſpolia conſectandi. Corn. Tacitus *lib.* 4. *hiſt.* Imò † 766 in ipſo actu prælii hoc quandoque faciunt, à quo tamen omninò abſtinere debent. Vide Achillis TarduceI Turcam vincibilem, ſive diſcurſum quod Turcæ in Hungaria vinci poſſint exiguo Germanorum auxilio adhibito, *part.* 2. *erro.* 3. *pag.* (*mihi*) 306. 307. Mich. Piccardum *deciſ.* 10. *obſerv. polit. c.* 8. *per tot.* Luculentum enim & lutulentum hujus rei documentum fuit miſerabilis illa Chriſtianorum ſtrages ad Agriam Hungariæ, Anno 1596.

Ri-

Ridicula autem est & diris omnibus simul devovenda † vesana cupiditas ac violentia Wenceslai istius ignavi Imp. qui singulari vini præda ita dementatus fuit, ut inter purpuratos suos crebro sermone usurpaverit. Ego, inquiens, si me diripiendis urbibus Italiæ fors præsentem dederit, cæterarum rerum prædam militibus impertiar; vini tantum apud me spolia reservabo. Si quis autem in cellam vinariam injussu meo fuerit ingressus, gladio ferietur; ut post Æ. Sylvium & Alfonf. Paral. refert Thomas Lansius *in Orat. contra German. circa fin.*

767

LVI.

Tandem † PRODITIO & AMISSIO hæc & similia comitari solent. Quomodo Philippus castrum alioquin munitissimum obpugnaturus rogavit, an asinus pecunia onustus ascendere posset? quod cum innuerent, vicimus inquit? Cicero *lib. 1. ad Attic. ep. 13.* Frid. Senens. *lib. 2. de reg. instit. tit. 3.* Cæterùm de † proditoribus & proditionibus multa conportarunt Dn. Philipp. Camerarius *cent. 1 horar. succis. cap. 7.* Michael Piccartus *dec. 9. obs. cap. 10.* P. Gregor. Tholoz. *lib. 35. syntag. ju. univ. cap. 5.* Nicol. Bellus *lib. 5. disc. 69.* De pœnis eorum Divus Karulus in der P. H. O ibique in paraphrasi nobiliss. Dn. Georgius Remus, fautor & amicus meus. Castellanus tamen † vel custos civitatis aut arcis si invitatur ab hostibus, ut pecuniam accipiat & prodat castrum, potest duplicem facere tractatum, & per talionem decipere hostes; facta prius relatione de eo ad Dominum castri vel civitatis: ipse autem per se invitare non potest. *arg. l. si quis persuaserit. C. de furt.* ubi Angelus, & in *l. quicunq; C. de serv. fugit. l. 3. §. in bello 15. ubi Bart. & Gothof. D. de re milit.* Laudens. *d. tract. q. 1.*

768

769

770

Sed de † AMISSIONE incidenter hoc adjicio spicilegium: Castrum superatum præsumi & amissum culpa custodis, ut docent Oldradus *cons. 92.* Johan. Andreæ *in addit. ad speculat. tit. de locato, super rubr. vers. sit quæstio de milite.* Natta *cons. 174. n. 27. volu. 1.* Mascardus *conclus. 469. num. ult. juncta l. fin. D. de cust. & exh. reor. l. 6. §. 9. in fi. D. de edendo. l. 57. D. de admin. & peric. tut.*

771

Occupatoribus autem hoc do † consilium, aut in gratiam ipsorum adsigno verbis M. Pauli Veneti hisce: Chinchis rex Tartarorum quando civitatem aliquam aut castrum cepit, neminem sinebat occidi, aut rebus suis spoliari, qui saltem imperio suo se sponte submittebat, atque secum ad alias proficiscens civitates, illi operam suam libẽs impendebat. Hac itaque humanitate usus, effecit, ut mirum in modum ab omnibus amaretur. Ex quo etiam adparet, quis fructus sit clementis imperii, & quomodo lenitate ac clementia illud conservetur. Ita ille *libr. 1. histor. Orient. cap. 52. pag. 78. b. edit. Reineccii.*

772

LVII.

Contraria † adfirmantia habuimus: negantia duo sequuntur, contradicentia nempe & privantia. CONTRADICENTIA adpello, quando voce, literis, legibusque aliis repugnant. Castra enim † & villæ possunt propria statuta, propriasque consuetudines habere & condere, non tamen inrationabiles repugnantes aut aperte contradicentes legi vel consuetudini Civitatis aut Principis, cui subsunt: velut post alios statuunt Baldus *in rub. C. quæ sit long. consuet.* Cantiuncula *cons. 4. n. 42.* Alber. de Rosate *lib. 1. de statut. quæst. 5. juncta l. 1. C. de emanc. lib. l. 1. & 2. D. quod cujusq; univ. nom. l. 3. l. 6. D. de decret. ab ord. l. 1. in pr. C. de serv. reip. l. 2. §. fin.*

773

774

§. *fin. C. de const. pec. Auth. cassa C. de SS. Eccles.* Similiter ac quæritur: Civitas, Universitas aut Magistratus municipalis, quive Imperio mediate vel inmediate subjectus est, an & qualia statuta facere possint? Qua de re plenissime tractant Jason, Bartolus, Joh. Bologn. Rayn. de Foroliv. Paulus Busius & Dd. communiter *ad l. omnes populi 9. D. de just. & ju.* Sebast. Medices *tract. de LL. & constitut.* Nicol. Losæus *tract. de jure universitat. part. 3. cap.* 15. Ern. Cothmannus *vol. 3. consil.* 47. Hieron. Treutlerus *vol. 1. select. disp.* 1. *thes.* 10. *lit. a. & b.* Henr. Bruningus *in dissert. de specieb. universit.* Casp. Zieglerus *ad aur. prax. Caluoli §. civitatis conclus.* 1. *num.* 28. *usq. ad num.* 35.

775 Sic etiam † generaliter verum est, posse Collegia aut eos, qui Ganerbinatum, habent in castro aliquo, quascumque leges dicere societati suæ; modo ne tales sint, quas leges publicæ fieri prohibeant, quæve contra bonos mores, & quid ex publica lege ac disciplina corrumpant, inspice Jac. Wern. Kyllingerum *d. tract. de ganerb. castror. disc.* 12. *nu.* 2. 3. 4. 5. *addito disc.* 7. *n.* 43. Bartolum *in l. 6. num. 3. cum seqq. ibiq. additt. D. d. t. de just. & ju.* Joh. Corasium *de arte juris lib. 2. cap.* 10. & 15. Henr. Bocerum *tr. de regal. cap. 2. num.* 63. Vent. de Valentiis *lib. 1. parthen. litig. cap. 6. num.* 33. 34. quosque adducit Wehnerus *in pract. observ. verb.* Burgfrieden *pag. mihi* 85. & *verb.* Zunfft *pag.* 722. 723. Thom. Michaël *de jurisdict. th.* 136. *juncta mea sup. conclus.* 53. *num.* 736. *cum* 4. *seqq. l.* 10. *ibi: contra jus vel utilit. pub. in quolibet negotio C. d. t. de SS. Eccles. tot. tit. C. de navic. non excus. l. 4. D. de colleg. & corp. l. 12. D. de jurisdict.*

776 Quomodo etiam † nemo inferior à Principe, etiamsi esset præfectus prætorio, vel legatus à latere, potest facere legem contra jus commune & canones, secundum Albericum *d. lo. & in l. 1. D. quod quisq. ju.* Baldũ *in c. cum idem vel in omne De consti.* & Laudensem *d. tr. de Princip. quæst.* 557. quem vide etiam *quæst.* 72. & 172. *adhibito cap.* 10. *Ext. de foro comp. cap. vestra De locat. cap. fin. de offic. archip. cap. fin. De transact.*

LVIII.

777 PRIVANTIA † tandem agmen claudunt: sive modi, quibus castra & eorum ganerbinatus solvuntur, finiuntur, tolluntur ac exstinguuntur. Lege omnino de simili argumento & ordine Dn. Parentis Ant. Heringii *d. tract. de fidejussorib. cap. 20. in procem.* item civis, adfinis & amici mei Dn. Johan. Gryphiandri nuper editum *tract. de Insulis cap. 29. per discurs.* Quidquid enim † 778 certo modo constituitur, eodem aut alio quoque dissolvitur, tollitur ac finitur, *leg. 35. de reg. jur. cap. 1. Ext. eod.* & in civilibus rebus naturæ rationem haberi oportet, qua monemur, eadem esse destructionis, quæ & constructionis principia, dicente Corasio *lib. 1. miscellan. cap. 1. num. 7. in fin.* & † 779 inter peritura vivimus, nihilque stabile est: tam hominum, quam urbium (& castrorũ) fata volvuntur. Seneca *epist.* 91. Lucretius *lib. 2. de natur. rer.* Huc referenda sunt, quæ Politici longo ordine de periodis & eversionibus rerumpublicarum atque urbium, cumque majore verborum adparatu proponunt. Præteritis reliquis numero multis adeundus erit Zuingerus *theat. lib. 28. titul. quat. urb. condunt. transf. contrah. ac diruuntur.* Hinc in terminis scribit Wehnerus *d. pract. observ. lit. B. pag. mihi* 85. Burg vulgo Castella appellari; & in Helvetia, ubi multa castella solo adæquata aut diruta, solenni Alemañorum verbo nuncupari

pari Burghalten; & rudera destructorum castellorum, Burgstall; & modica castella, Burgle. Quæ res effecit, ut propria nonnullorum castellorum nomina adeo oblivioni tradita sint, ut ne investigari quidem ulla ratione amplius possint; de quo graviter conqueritur Stumpfius *libr. 6. histor. Helvet.* Goldastus *tom.* 1. *rer. Alemann. part. 1. fol. 183.* Cum autem † privatio præsupponat habitum; qua de re pulchre Zasius in *l. decem stipulatus num. 15. & 16. D. de verb. oblig. tom. 3. oper. pagin. 692.* nec desinere quidquam possit, quod nunquam ceperit, vel amitti, quod nullum est: ideo merito in anterioribus de castrorum exstructione ac possessione prius dixi. Restat ut reliqua adsumam σὺν Θεῷ μεγάλῳ pertractanda. Finiuntur ergo hi † ganerbinatus renunciatione & dissensu, cæterisque modis. Quæ enim † consensu contrahuntur; contraria voluntate utriusque partis dissolvuntur: imo & unius quandoque partis, §. *fin. Inst. quib. mod. toll. obl. l. ab emtione D. de pact. l. prout 80. D. de solut. l. 1. & 2. C. quan. lic. ab emt. reced. juncta l. nihil tam naturale, De R. I. cum simil.*

780

781

782

783 Et quemadmodum † Societas quælibet renunciatione socii tollitur, §. *manet. Inst. de societ.* ita & in hac fraternitate ac communione (si fuerint Ganerbinatus) fieri potest ab eo, cui non amplius libet in ea stare, in qua inuitus detineri nemo debet. Cunr. Rittersh. *ind. part. feud. lib. 1. cap. 17.* Wern. Kylling. *disc. 17. num. 1. & 5.* Tho. Maulius *tract. de homag. tit. 9. num. 92.* Atque sic † principali obligatione dissoluta, accessoria amplius subsistere nequeunt, *l. nihil dolo. §. 1. l. cum principalis D. de R. I.* Attamen † liberatio illa fit non per modum divisionis, quia dividi castra non possunt: sed per licitationem. Kylling. *d. disc. 6. 7. 8. per tot.* in terminis *d. disc. 6. num. 32. 33. & disc. 11. num. 1.* de qua agitur in §. 6. *Inst. de offic. jud. l. 1. C. com. divid. l. 19. §. 3. D. eod.*

784

785

LIX.

786 Morte etiam † finitur ista ganerbica communio. Mors enim omnia solvit, dicente Justiniano Imp. in *Novell. 22. cap. 20. princ.* & singulari tractatu Sebastianus Medices id percensuit. Sed si † unus castrum in solidum possideat, eo mortuo ad heredem regulariter jus hoc suum transmittit. Sin vero Ganerbinatus sint, hi (ut cæteræ societates) morte condominorum exstinguuntur; & sin collegiorum instar sese habeant, ita demum, si omnes Ganerbii fuerint mortui, nec alii in eorum locum substituantur. Quo casu collegium idem manet, nec pro novo habetur, ut in aliis Collegiis & universitatibus. Vide allegata à Kyllingero *d. disc. 11. num. 41. 42.* Rosenthalio *de feud. cap. 12. concl. 6. num. 34.*

787

LX.

788 Adjici porro etiam possunt omnes † aliæ causæ, per quas communiones, societates, collegia &c. finiuntur & exstinguuntur: nisi hujus vel alterius castri ac ganerbinatus natura propria & peculiaria pacta, statuta ac privilegia aliud suadeant: quæ ex communi usu ac praxi addiscenda. Sic si † non jure proprio castrum condomini possideant; sed jure feudi, repetendæ sunt ad modos exstinguendi regulæ in libris feudorum traditæ, sub *tit. quib. mod. feud. amitt. 1. Feud. 5. & 17. & lib. 2. tit. 23. 34. & 37.* Kylling. *d. disc. 11. num. 43. 44.*

789

LXI.

Tolluntur insuper & exstinguuntur a-

790 stra † divinitus vel humanitus, adstipulante iterum Nob. Dn. Eberharto à Weih. fautore & amico meo magno, *in discurs. Speculi origine, usu & abusu num. 111. 112. 113.* Divinitus exscinduntur urbes & castra propter enormia nostra flagitia: Sic deleti sunt Sodomitici tractus adcolæ & incolæ, terræque illorum igne consumptæ, penitusque absorbtæ: de quibus præter sacras literas *Genes. cap. 19. Ezech. cap. 16. vers. 46. 47. 48. 49. 50.* legendæ sunt profanæ historiæ apud Flav. Josephum *de bello Judaico lib. 5. cap. 5.* Corn. Tacitum *lib. 5. hist.* Christoph. Furerum *d. itin. Palæstin. pagin. 78. 79.* Melch. de la Cerda *volu. 1. campi*
791 *eloq. pag. 153. & vol. 2. pag. 102. 180. 190. 191. 192.* DEUM enim † ut Rerump. fundatorem benignum; ita eversorem justum agnoscimus. Manus ejus gentes disperdidit & plantavit eas, adfflixit populos & expulit eos. *Psal. 44. v. 3.* Is solio regali inponit Reges, eosdemque inde deturbat. *Daniel. 2. v. 21. cap. 4. v. 14. 22. Sapient.*
792 *6. vers. 22. 23. Genes. 17. vers. 6.* Itaque cum DEUS † raro agat sine mediis, accersit gentes peregrinas ad alias delendas ac flammâ ferroque persequendas. Hinc creberrimæ illæ in SS. literis loquutiones descendunt, quibus aliquoties talis, â Deo ad id perpetrandum destinatus, virga furoris, baculus, manus, fortitudo, servus ac testis adpellatur. Vide *Esai cap. 10. vers. 5. cap. 13. vers. 3. cap. 43. vers. 10. 11. c. 46. vers. 18. c. 59. v. 21. Ezech. 30. vers. 24. 25. Habac. 1. v. 5. Jerem. 1. v. 15. 16. cap. 25. v. 9. & [ca]p. 27. v. 6.* Ibique Osiander, sicut & ad [Ez]*ech. c. 32. v. 26. 27. & cap. 38. per tot.*

LXII.

793 [Hu]manitus vero per † vim hostilem seu bell[o] vel propter causas alias destruuntur atque [p]ereunt. Videatur *Constit. Friderici Imp. de incendiariis & pacis violatoribus lib. 5. Feud.* Utraque privatio † totalis 794 est vel partialis: & sic iterum aut naturali rerum ordine pereunt, aut etiam non tolerantur sed tolluntur. Prior modus innotescit ex *l. 2. §. sed quia 18. C. de vet. jur. enucl.* ubi Imp. ait: nihil esse, quod in natura stare perpetuo possit. Nihilque esse, quod sit manibus humanis laboratum, quod non aliquando ad interitum redigatur, vel injuria hominum, vel ipsa confectrice omnium vetustate, inquit lacteus ille Lactantius *lib. 7. c. 11. supra th. 5. n. 38.*

LXIII.

Ideoque cum necesse sit, ut tandem sua natura corruant, vel ab iisdem hominum manibus, qui ea exstruxerant, destruantur: alter inde nascitur modus. Fitque illud aut † 795 voluntario aut involuntario. Voluntario ob castrorum scilicet inhabilitatem, proximumque damnum evitandum, & ad meliorem commoditatem firmitudinemque recuperandam, certo sępe consilio demoliuntur, aut pars aliqua aut forma mutatur vel locus.

Utpote si † Castellanus (multo magis 796 ergo si verus Dominus) videat castrum esse nimiæ magnitudinis, & propter hanc non posse bene custodiri, necessitatis tempore aliquid demoliri potest, ut alibi monui. Non enim debet esse nimis spaciosa vel diffusa habitatio (unde nonnulli castrum quoque dictum putant, quasi casam arctam seu strictam) ne egeat custodia multa: sed per paucos possit servari. De his enunciatis vide *l. 2. †. 4. §. 5. §. interea 14. C. de offic. præf. præt. Aphr. juncta. l. habitatores 27. l. 30. in princ. D. locat. §. civitates mutare, vel extra munitiones facere liceat, De pace Constant. & §. item si castellani De incend. sive de pace tenenda*

tenenda lib.5.feud.cum sup.th.8.n.60. Similiter de Templo destructo incensoque ut nova exsurgat moles, à squalida sede liberata, lege quæ habet Guillermus Brito *lib.4.Philipp.in fi.*

797 Sic nonnulli credunt, quod si † Imperator exemerit castrum à jurisdictione civitatis, & illud castrum crescat & ædificetur majus, totum sit exemtum, secundum Baldum *in l. cum fundus D. de leg.* 2. quem sequitur Mart. Laudensis *d.tract. de Castellan. quæst.* 32. qui etiam *in tract. de principib. quæst......*

798 hoc addit: Principem posse † civitates magnas taliter reducere, ut aptius custodiantur per paucos; puta faciendo castella, vel dividendo civitatem, vel arctando, ex Cyno & Baldo *in l.2.C.de summ. trin. & fid.cath.*

LXIV.

Imo inhabitata item superataque castra

799 penitus ob † alias causas solent destruere. Sic castrum Nunnium deditum, atque provincialium concursu eversum est, ne latronibus receptui esset, locis arduis situm, teste Joh. Mariana *tom.2. lib.24. hist. de reb. Hispan.cap.14 pag.390.b.* Potest & quando-

800 que solet evenire, ut † ipsi possessores castra exstinguant, quæ vident magis damno sibi futura quam emolumento; dum inferiores in bello facti fractique militibus ad ea satis custodienda non abundant: ne tamen hostibus potentioribus ac insequentibus aditus pateat ad principatum eo commodius occupandum, ad eosque oppugnandos ex propriis ac munitis castris adsolent interdum nonnulla, quæ propria, incendere aut desperabundi in fuga cum parte regionis perdere. Insigne aliquod in eo genere Phrysiorum strategema adducit Joh. de Beka *in chron. Episc. Ultraject. 28. pagin. 41.* Ita & à Romanorum præfectis contra Caninefates belligerantibus, dum excidia castellorum inminere videbant, ea sunt incensa, quæ defendi nequibant, dicente Tacito *libr.4.histor.* Eodem consilio de civibus Corbeiensibus dixit Guillermus Brito *libr.1.Philipp.*

Civis enim cautus pontes jam ruperat omnes
Damnis damna cavens, majora minoribus; ut se
Castoreus propriis ementulat unguibus ipse,
Ne perdat totum, malens amittere partem,
Ignoto nobis naturæ munere doctus
Non instare sibi pro se venabula, nec se
Corpore pro toto venantibus esse petendum,
Sed pro parte sui cui scit medicamen inesse.

Sic Bituriges Galliæ Aquitanicæ populi, teste Plinio *lib.4.cap.10.* uno die viginti oppida incenderunt, ut Cæsarem (apud quem crebra eorum fit mentio) pabulatione & commeatu prohiberent. Quo strategemate etiam usus est ante annos aliquot Persarum rex contra Turcam belligerans; & alii in necessitate constituti: consilio quidem duro at salutari. Turca similiter illud adhibuit contra Francorum exercitum. Vide Rober. Monachum *libr.3.hist. pag.231. inf. in mantissa cap.3. num....*

LXV.

Involuntario † respectu inhabitantium, 801 castra urbesq; destruuntur in pœnam & ad exemplum. *Matth.cap.22. vers.6.7.d.constit. Frider. de incendiariis vel de pace tenend. vers. excipiuntur & judices lib.5.Feud.* Hering. *de fidei.cap.10.num. 344. 345.* Unde quid, præter tot Prophetarum vaticinia, dicam de Hierosolymitanis à Tito ac Hadriano Impp. miserrime vexatis, direptisque? Testes ejus rei sunt locupletissimi Josephus *lib.7.excid.cap.9.& seqq.* Tacitus *d.lib.5.hist.* & Eusebius 4.*lib.4.cap.7.* En porro tribum Beniamin splendidissimam,

mam, an ullam aliam ob causam hanc exstirpatam judicas, quam quod nollent sistere Gibeonitas, qui stupraverant Levitæ conjugem? *Judic. cap. 19. & 20.* Quid aliud evertit Corinthum amœnissimam urbem, quam quod inpunitos dimisissent cives, qui legatos Romanorum lotio perfuderant? ref. Floro *lib. 2. cap. 16.* Audi & Livium dicentem. In Veliternos veteres cives Romanos, quod toties rebellassent, graviter sævitum, & muri dejecti & Senatus inde abductus, *lib. 7.* Et Galterus de aliis *lib. 1.* Alexand.

At si tanta tibi cives torquere voluntas,
Soli parce solo. divisq; ignosce locorum.
*Finierat Cloades *, sed stat sententia Regis,*
Propositique tenax ire permittit habenas,
Æquariq; solo turres ac mœnia primo
Imperat, & reliquam Vulcano fulminat urbem &c.

Quid de insigni minoris Asiæ urbe Ilio proferam? de qua præter innumeros alios ita Virgil. *lib. 3. Æneid.* canit:

Effigies sacræ divum Phrygiique penates,
Quos mecum à Troja mediisq; ex ignibus urbis
Extuleram ———

802 Quamvis † Dion. Chrysostomus & Metrodorus negaverint, historiam de Troja eversa veram esse; quos refutat Reinerus Reineccius *in histor. Julia pag.* 170. & tacite rejicit Martinus Polonus *lib. 1. chron. cap.* 1.

803 Præterea Mariano teste † Mediolanum ob gravissimas conjugi illatas injurias à Friderico I. Imp. eversum; de quo excidio epistolam scribsit Burchardus Notarius Imperatoris, quam inseruit Marquardus Freherus *tom. 1. scribt. rer. germ.*

804 De aliis ob † causas alias deletis alii: Similia namque narrat Guillermus Brito, & ne hostem verbis contumeliosis lacessendo contemnerent, hisce monet *lib. 4. Philipp.*

Tempore Rex illo castellum Vernoliense
Jam tribus hebdomadis obsederat, improba cujus
Gens nimis & Francos assueta arcescere lingua
In foro castelli Regem depinxerat ipsum
Armatum clava: sed nec cessabat amaris
Irritare probris mutam viventis ideam.
Sed jam magniloquos fastus omnino repressit
Vertice demisso Regem veneranter honorans,
Francorumque jugum portans cervice coacta:
Seque dolet mutilam muris & turre superba.
Quos Rex stravit humi, sumtu dispendia passa,
Discat ut hoc damno lingua compescere damnum.

Huic rei testimonio sunt & aliæ urbes, ob quorumdam tantum civium delicta punitæ ac deletæ: qua de causa vide Paponem 24. *Arrest. 2. tit. chacum porte lapeine de son malefice* 12. quem citat Gothofredus *in leg. 7. pr. D. de bon. damn. lit. B.* Quomodo idem Imp. Fridericus I. curiam celebrem apud Moguntiam habuit, & quosdam convictos de interfectione Archiepiscopi Arnoldi Anno Dn. 1163. digna ultione mulctavit, & ad reprimendam civium insolentiam murum destrui civitatis mandavit, ait Gothofredus Monachus *in annal. p. m.* 239.

805 Quibus hoc modo † deletis accidit, quod magnis arboribus: hæ diu crescunt, una hora exstirpantur, dicunt Scythæ ad Alexandrum apud Q. Curtium *libr.* 7. & numeris adstrin-

* MS. cleodes.

adstringit Gualterus *lib.8. Alexand. juncta sup.th.10.n.119.*

An nescis longo quod provocat aëra ramo,
Arboreum robur firma radice superbum,
Quodq; diu crevit una exstirpari(er) horâ?

LXVI.

De ita sublatis novæ nascuntur quæstiones, videlicet de † modo destructionis castrorum, deque eorumdem tunc jure ac privilegiis. Quomodo ergo castrum destrui debeat, ita Jus Saxonicum præcipit: Der „ Richter soll zum ersten mit seinem Beil drey „ Schläge schlagen an eine Burg oder an ein „ Gebäu / das mit Urtheile abzubrechen ver„ theilt ist / da sollen dann die Landleute zu helf„ fen / mit Hauen und mit Reumen; man sol „ sie aber nicht bornen / noch Steine noch Holtz „ von dannen führen / und auch sonst nichts / das „ darauf ist; es sey dann raubischen darauf ge„ führet / und zeucht sich auch jemand darzu „ mit Recht / er führt es woll von dannen. „ Den Graben und den Berg (al. die Brücke) „ soll man ebenen mit Spaten. Alle die in dem „ Gericht gesessen sind / die sollen dazu helffen „ drey Tage / bey ihr selbst Speise / ob sie darzu „ geladen werden mit Geruffte (al. Gerichte) „ Landr. *lib.3.art.68.ibiq; glossa.* Præter varias „ has lectiones obiter nota, quid vox vetusta Bornen ibi denotet? Quæ reperitur etiam in Keyser Friederichs des Andern Rechten *c. 18. (in rescribt.& constit. Impp. Melch. Goldasti fol. 83. & rationali. fol. ejus 81.)* ibi: Bornen und Rauben. Quo loco vocabulū bornen idem est, quod brennen. Majores enim nostri antiquitus pro brennen dixere bornen / notante Wehnero *in pract. observat. pag. mihi 75. juncta sup.th.45.num.681.* Et confirmantur ista textu modo relato, vestigiaque remanserunt adhuc verbi illius apud inferiores Saxones, in vocibus barnen vel bernen / pro Mysnicorum brennen / & priscorum bornen. Sicuti etiam pari in lexione usurpatum brinnen / prinnen / prunnen / prennen / verprant / reperi in MSS. paraphrasi Bibliorum Teuthonicorythmica Gotfriedi de Vicerne; qui tempore antecessoris Friderici I. Imp. vixit, & quem non-nemo Viterbiensem esse putavit. Sic igitur ille in loco *Genes.d.cap.19.*

Loth der raine guet Mann
Fuer mit seinen Weip dan /
Des Morgens do es Tagte
Bald er fuer sich jagte
Chint und Weip; do wart zu hant /
Von Himmel auf die Stat gesant /
Brinnendes Pech und Swebel /
Und ein viuwrein (a) Nebel.

Deinde montis Horebi & ardentis rubi mentionem faciens, *Exod.cap.3.*

Do Moyses das Wunder sach /
In seinen Gemuet er sprach:
Ich wil das Wunder sehen /
Das hie Wunder ist geschehen.
In dem gedauch er gachte / (c)
Des endes als er nachte / (d)
Do er die Stauden prinnen sach &c.

Porro de murmure populi Israëlitici hæc inserit, *Num.cap.16.*

Und triben all diuselben Zil
Hinderrede und Murmelns vil.
Darumb Gott uf sie sande
Ein Fiure (e) das ir (f) verprande
Ein grosse Schare.

De expugnata & incensa urbe Hai hos ponit rythmos, *Jos.cap.8.*

Die werlichen (g) Geste
Gæthen do gen der Veste / (h)

Und

(a) fortassis pro feurender oder unreiner. (c) gieng. (d) nahete. (e) Fewr. (f) ihrer. (g) Sax. pro wunderlichen (h) gingen damals zu oder jegen der Vestung

Und gewunnens sie stiesens an/ (i)
Die Stat mit grossen Fiuren pran/
Und alles das darinne was/
Nieman lebende da genas:
Man das sis alles schlugen/
Zesamne (k) si do trugen
Das Gut was sie des funden;
Die Veinde do begunden
Mit Flucht wider gahen/
Da sie die Veste sahen
Brinnen/ sie verzagten/
Die Geste uf si do gæhten/
Und schlugen do zetode (l) gar
Gemeinlich der Haiden Schar

Factum Gideonis inter cætera sic exhibet, *Judic. cap. 7.*

Gedeon der Degen (m) gut
Mit witzen weißlich beschiet/
Wie si varn (n) solden/
Ob si im (o) da wolden
Den Gotes sit (p) ervehten/
Er gebot den Goteschnehten/ (q)
Zetragen an derzelben (r) Hand &c.
Vacheln (s) groß von Cahten/ (t)
Das sie die mit in prahten/
Uf Gotes Glicke (u) zu der Schar.
Dieselben Vackeln warn gar
Mit Swebel und Pech durchleit (vv)
Und wol zeprinnen berait &c.
Als in din Stat ward erchant/
Diu liecht (x) enpranten si zehand. (y)
Do si aller vast ist (z) prunnen/
Und prinnens erst begunnen
Heten mit Flammen dicken/
Das Fiuwer (α) begunde plicken/
Als ein schwinder donerschlach/
Die Haidenschafft vil sere erschrach &c.

In narratione autem de populo ac turre Sichimorum destructa, sale in rudera sparso, & igne succenso per Abimelechum, hos pangit versiculos, *Judic. cap. 9.*

Holtzes vil und genuch
Al umbe die veste man das truch.
Er hies vil palde zünden an/
Abymalech der weise Mann.
Do wart an demselben Zil/
Hitz und rouches vil/
Vinster und getempfes ouch/ (β)
Do die Hitze und der Rouch
Den Stain übergiengen/
Und so vaste umbeviengen/ (γ)
Das sie in der veste lagen tot/
Von Fiuwers (δ) grosser Not/
Ane chint und an Wip. (ε)
Tousent man/ die da den Lip
Verluren und da sturben
Und von dem Fiuwer verdurben.
Do die Vest alsus (ζ) verpran &c.

Denique historiam Samsonis, vulpes capientis & in Philistæorum segetes mittentis, caudis igne circumligato, ita persequitur *Judic. cap. 15.*

Do man sniden sol das chorn/
Samson der Degen wolgeborn/
Driuhundert Fuchs gevie (η) &c.
Den Fuchs an den Zagel pant
Ein vachel die pran/
Und lie (θ) si zeloufen dan
In dui chorn her und hin.
Als si zeloufen (ι) chomen drin/
Do pran das chorn gar/
Das diu erde do gebar/
Wan (κ) es dürre was/
Herte/ und nicht gras/

(i) Stecktens: (k) zusammen. (l) zu tode (m) vox apud majores frequens. Vide das Heldenbuch. (n) simplex pro composito, verfahren. (o) ihm/ vel nun. (p) ignotum mihi. Alterum est arbeiten/ adhuc à plebe Saxonicâ usurpatum, Arveiven. Vel erit, Ervechten/ pro erstreiten & verfechten. (q) pro Knechten. (r) derselben. (s) Fackeln. (t) pro dacht/ & ihn brächten. (u) Gottes vel gutes Glück (vv) durchlegt/ sicuti geit pro gibt/ lahn pro lassen/ han pro haben/ vergeit pro vergibt. (x) Liechter (y) zuhand (z) vast sive fast. (α) Fewr (β) Dampfes (γ) umbfingen. (δ) Fewers. (ε) Weib/ Leib. (ζ) Vestung also (η) fing. (θ) ließ. (ι) zulauffen kamen. (κ) Sax. wann pro dann.

Das tweder (λ) poum/chorn/noch reben/
Swas erde Frucht ſolde geben:
Wan das alles gar verpran/
Do das chorn prinnen began/
Do muſt es alles prinnen/
Und prinnens beginnen.

Sufficerent iſta; niſi quod adhuc alium locum repererim de viris ad Eliam miſſis, ſed igne cœlitus demiſſo conſumtis, *2. al.* 4. *Reg.cap.*1.

Er aintwurt (μ) im ſa zehant/ (ν)
Und ſprach: bin ich Gotes chnecht/
So mus er erchorn (ρ) mich
Das fiuwer von Himel muß dich
Verprennen/und die mit dir hie ſint.
Do er geſprach/do chom (σ) ein Wint
Mit fiuwer/und wurden zehant
Die funffzich man dar verprant.

Prioribus unicam adjicio obſervationem, quæ ad linguarum pertinent collationem. Non enim anteriora iſta procul recedunt à Latinorum voce, *Ardens*; Græcorum πῦρ (noſtrū für/fewr) πυρος, πυρεῖον; Hebræorum בְּעַר & פִּרוּ; Chaldæorum פְּעוּר

807 Poſt tempora demum † Friderici iſtius II. ſucceſſoris, Receſſum Imperii in Germania divulgavit rex Rudolphus, & quidem Würtzburgi Anno 1286. poſtea Spiræ renovavit, Anno 1291. Eum vero antiquioribus latiniſque characteribus membranæ, etiamſi verba ipſa fuerint Alemannica, inſcribtum fuiſſe diſcimus ex Chriſtophori Lehmanni annalibus, varia doctrina reſperſis. Ibi quidem non reperi voces iſtas, Bornen und Rauben: ſed haſce brennen und roben. Nominatim banniti, receptoris, deſtructioniſque ſimilis conſtitutio meminit ſequentibus: Wir verbieten das jeman keinen Achter behalte wiſſentlich/ſwer es darüber thut/wird er des überzüget/man ſoll über ihn richten/als über ein Achter/ Mac aber er ſich entreden mit ſüben ſemperen Mennern/das er es nicht entwiſte/dz er ein Achter was/er ſoll unſchuldic ſin. Wer einen Achter behaltet in einer Statt gemeinlich oder wiſſentlich/iſt ſie umbemüret/der Richter ſoll ſie niderbrechen/und ſoll über den Wirth/der ihn behaltet/richten/als über einen Achter/und ſol ſie hus zerführen. Iſt aber die Stadt ungemühret/ſie ſoll der Richter brennen. Setzet ſich die Stadt darwider/ Statt und Lüte ſind Rechtlos/ Mac der richter nit da gerichten/ſo ſoll er es künden dem Künige/der ſoll es von des Riches Gewalt cwingen/rc. Lehmannus *lib.5.Chron.Spiren.cap.*108.

LXVII.

Pertinet huc † alter modus ſeu ritus antiquus. Aratrum namque inducere olim moris fuit Romanis in evertendis urbibus; & ſicut aratro condebantur, ita eodem ſignificabant exſcindi; quando nimirum funditus delere ſive (ut Nonii verbo utar) exfundare vellent Cæl. Rhodigin. *lib.* 14. *ant.lection. cap.* 5. Thom. Dempſt. *ad Roſin.lib.*1. *Antiq. Roman. cap.*3.*p.m.*12. Dionyſ. Gothof. *ad l.ſi uſusfructus* 21. *D. quib. mod. uſusf.amitt.& ad l.*239.*§.urbs de V.S.* Joh. Gæddæus *ad l.*2.*n.*15.16.*eod. tit.* Caſp. Zieglerus *d.com.concluſ.Calvoli.§.civitas in proœmio n.*9 *&* 10. — 808

809 Atque ſic † unumquodque eodem modo deſint & ſolvitur, quo cæperat, *ſup. numer.* 778. *l.*30. *leg.*295. *D. de reg. jur.* Joh. Feraldus *tract. de ju.& Privil. regni Franc.* 9.*num.*24.

810 Hoc pacto deletæ civitates &c. dicebantur † Intermori, juxta vet. poëtam apud Fabrum Seniorian. *lib.* 1. *ſemeſt. cap.* 9. ex Anthologia: & civitatem mori poſſe, ſi

(λ) weder Baum/Korn/was. (μ) antwortet. (ν) ſo zu hand. (ρ) forte erhören. (σ) kam.

Princeps eam damnet ad aratrum, concludit Innoc. *in cap. cum ex injuncto, de op. no. nunc.* quem sequitur Laudens. *d. tract. de Princ. quæst. 102.* Aratrum ergo pati civitatem, id est, excidium: sed & est † amittere, ut mox dicam, jus civitatis, illudque ob delictum quasi morte desinere habere; ut passa est urbs Mediolanensis Insubriæ, anno salutis 1163. (alii ponunt annum *1168.* Gothof. *ad d. l. 21. lit. Z.*) ita eversa, ut per medium urbis in modum crucis aratrum traheretur; testibus historicis. Et proprie † pœna est conjurationis atque inobedientiæ. Spigelius in *lexic. ju.* A qua gravissime dehortatur populum Isocrates sub Nicocle hisce verbis: ἑταιρείας μὴ ποιεῖτε, μήτε συνόδους, ἄνευ τῆς ἐμῆς γνώμης, αἱ γὰρ τοιαῦται συστάσεις, ἐν μὲν ταῖς ἄλλαις πολιτείαις πλεονεκτοῦσιν, ἐν δὲ ταῖς μοναρχίαις κινδυνεύουσιν, h. e. nullas sodalitates, nulla concilia, sine authoritate mea instituite Nam hujusmodi conspirationes, ut in aliis politiis multum valent, ita in monarchiis sunt periculosæ.

(Marginal numbers: 811, 812)

LXVIII.

813 Penultimo nec hunc † à Judæis deductum oportet negligere aut omittere morem: qui olim urbes radicitus delentes, nec reædificari volentes, solebant in urbis ruinas sive super eversæ urbis solo Salem spargere; ut præter antiquiores observavit Osiander *ad Judic. d. cap. 9. vers. 45.* ubi ita scributum: Abimelech toto die oppugnavit urbem, quam cepit, interfectis habitatoribus ejus ipsaque destructa, ita ut Sal in ea dispergeret.

814 Nimirum ut † in fundatione juncti proinde taurus & vacca symbolum futuræ sobolis & fœcunditatis: sic sal sterilitatis & inopiæ rerum omnium. Vide Leon. Bapt. Albertum *lib. 4. de re ædif. cap. 3.*

815 A Romanis quoque † lentem & salem πένθιμα credi, hoc est, lugubria, ac proinde mortuis adponi, Plutarchus refert in Crasso.

LXIX.

816 Ultimò denique de castri vel urbis destructæ † juribus ac privilegiis quid statuendum sit, præter modò laudandos ostendit Jac. Wern. Kyllingerus *d. tract. d. ganerb. castro. disc. 11. num. 2. 3. 4. 5. 6. 45. 46.* Generaliter ex quibus verum esse innotescet: finitis castris & ganerbinatibus, jura ac privilegia eorum quoq; cessare; quamquàm id pluribus indigeat declarationibus; quas tempore exclusis nunc elaborare pro dignitate nequeo. Breviter. Finitur namque † privilegium, causâ ejus finitâ, *l. athleta.* (alias incipit: *si duas. 6. §. 14.*) §. 1. *l. geometræ. 22. & l. idem Ulp. 12. D. de excus. tut. capit. cum cessante de appellat. c. abbate. de verb. signi.* Castro igitur penitus destructo (in pœnam & ad exemplum, fineq; intentione ac spe refectionis) privilegia ad illud spectantia simul amittuntur. Felinus *in c. cum dilecto. 22. de rescrib. Glossa* Landr. *lib. 3. art. 66.* Marq. de Susannis *tract. de Iudæis. part. 1. cap. 3. num. 8. 9.* 10. 11. 12. 13. 14. Fran. Hottoman. *qq. illust. q. 5.* And. Gail. *lib. 2. de PP. obs. 9. num. 29. 30. & lib. 2. observ. 61. per tot.* Rein. Sixtinus *de regal. lib. 1. cap. 6. num. 45. & seqq.* Joh. Althusius *lib. 2. dicæol. cap. 8. num. 17. pag. 553. cum rubric.* Johan. Gryphiander *d. tract. de Insulis. cap. 29. num. 106. usq; ad num. 118. capit. 20. num. 121.* & adde carmen Johann. Secundi *in lib. epigramm. pag. 140. juncto infr. n. 831. 833.* Circa quam † tamen quæstionem, inutilem illam, de mente refectionis moveri putat Kylling. *d. disc.*

(Marginal numbers: 817, 818)

819 *d. disc. 11. num. 6.* atque sic † consequenter eam debere silentium solvere, cum similibus apud Dn. Ant. Heringium *d. tract. cap.* 10. *n.* 102. 103. 104. *105.* Sed fortassis non ita facilè hoc concedendum. Quid
820 si enim † proprii commodi causâ destructum esset castrum & de novo restauratum, vel aliò translatum? ut antea aliquoties innui. Petrus de Perusio *tract. de mutat. stat. eccles. in procem. num.* 7. *c.* 2. *n.* 1. P. Greg. Tholoz. *lib.* 2. *de Republ. c.* 3. *num.* 7. 8. & Lucas de Penna *ad l. fin. de quib.*
821 *mun. C. lib.* 10. Quid si per † inferiorem Principem, & non per superiorem; vel sine ipsius authoritate; de qua specie Gail. Alex. Sixtinus; Althusius, alii loquuntur? ipse etiam Kylling. *d. num.* 45. Quid si etiam non ob delictum, & ad exemplum, sed ex merâ malitiâ & immeritò? Nic. Everh. *in cons.* 9. *post consilia Ioh. Borcholti.* & idem mox sententiam suam mutaverit, rursumque concesserit? Quid si castrum
822 † commune, & à socio vel altero invito destructum? quo de casu ipse Kylling.
823 *disc.* 7. *num.* 14. 15. 16. Quid si † præter voluntatem, inopinatò & casu quodam fortuito exustum, ac terræ motu, aut sim. deperditum esset? qui excusat, nec jus adimit. *l. quæ fortuitis. C. de pign. act. l. tutoribus. Cod. de peric. tut. l.* 2. § *si eo. Dig. de admin. rer. ad civit. pert.* quemque nullum humanum consilium providere potest, *dd. ll. & l. verum.* § 5. *Dig. de minor.* Cujus rei luculentum exemplum de urbe Basiliensi commemorat Felix Faber *d. libr.* 1. *hist. Suev. cap.* 14. *pag. mihi.* 160.
824 & 161. Quid si etiam † ejus præstationem castellanus vel condominus pacto non susceperit? quod tamen licitum est. *d. l. quæ fortuitis. l. si ut certos.* 5. §. 2. *l.* 15. §. *nunc videndum. D. commod.* Gloss. *cap.* 1. *verb. levissima. ext. eod. tit.* Hering. *d. tract. cap.* 26. *n.* 52. Quid si porrò † ab alio, tem- 825 pore belli, injussu Principis demoliretur; & hostium vim ac impetum pateretur; anne ideo jus suum locumque amitteret, nec ille repetere posset, qui castri possessionem, proprietatem & dominium habuit? Certè salva ipsi remanent jura, nec privilegia sua amittit, *c. privilegium. de R. I. in* 6. *d. lib.* 5. *Feud. constit. de pace tenenda. vers. item si Castellani,* Archidiac. 6. *q. ult. &* 7. *quæst.* 1. *c. pastoralis.* Gothof. *add. l.* 21. *lit. y. qu. mod. ususf. amitt.* Henr. Bocerus *tract. de bello & duello libr.* 2. *cap.* 9. *num.* 4. 5. *pag.* 306. Hieron. Elenus *lib.* 2. *diatrib. p. m.* 56. 57. ubi de prædiis & prædiis ab hostibus occupatis agit. Sic civitatis jura adhuc durant & privilegia, ea quamvis sit destructa, vel in hostium manu aliquamdiu fuerit; si pristinam recuperaverit libertatem; quasi postliminii jure; ut voluerunt Bruning. *disser. de jure universitat. th.* 99. Moditius §. *principum. quæst.* 237. Victor *de exemt. conclus.* 16. Besoldus *libr.* 2. *politicor. capit.* 9. *thes.* 68. *mihi pagin.* 874. *edit.* 3.

Vel denique si quæstio ita fuisset formata, aut deinceps intelligenda: ut non de † mente 827 destructoris loqueretur, sed de possessoris ac reficere negligentis, prorsusq; animum abjicientis; quum semel abolitum per se & sua sponte alias non reviviscat. *l.* 1. §. *rectius. C. com. de leg.* Hering. *d. tr. c.* 6. *n.* 21. ut sic ipse in † culpa esset, & damnum, quod 828 inde in posteram tempore exclusus sentiret, non sentire intelligeretur. Antonius Faber *in consultat. de duc. Montisf. p.* 2. *pag.* 284. Sic annon videmus Hierosolymam esse reædificatam? *lib.* 2. *Esdr. er tot.* annon Mediolanũ similesq; urbes castra? Annon urbem Mexicum à Corte[illegible] nomine

Karuli Quinti ob seditionem igne consumtam, & ab eodem augustissimè restauratam legimus? Vide Simonem Majolum *in dieb. canicularib. colloqu. 23. pag. 749.* Et possunt

829 † dari casus (cum quibus confer Ludolphū. Schrad. *comm. in Instit. tit. de rerum division. §. 26. n. 32. 36. 38. 39. 40. 42. 51. 55. 56. & 57.*) plures; de quibus dicere quæstionem inutiliter fuisse institutam, nimis acerbum esset; cùm tamen infra Baldus dicat, hanc decisionem ipsam esse veritatem.

830 Imò sat rationum habuissem, si unam † modò dedissem instantiam; quam ad tollendam consequentiam sufficere; respondet Glossa *in leg. si creditores. Digest. de nov. op. nunc.* & Ferdinandus Vasquius *lib. 1. controversiar. capit. 37. numero 7.* Quapropter †

831 firmum manet: castrum ita destructum regulariter perdere jura sua, per rationes à modò laudatis allatas. Præter quos Innocent. Panorm. & alii in *cap. ex injuncto. ext. d. t. de op. no. num.* Johan. Franc. à Ripa *ad l. quo minus. 2. num. 105. 106. D. de flumin.* Sebastianus Medices *tract. de fortuit. casib. part. 2. quæst. 8. al. 10. num. 7. 8. 9. 10.* Petrus Faber 1. *semest. 8.* Petrus de Perusio *d. tract. cap. 3. numero 1. 10. 11.* ubi insuper dicunt:

832 Quòd † Ecclesiâ destructâ Canonici desinant esse, & habere nomen canonicorū, & amittant præbendas. Similiter civitate in pœnam & ad exemplum destructâ, desinant de cives ejus civitatis: (aut rectius Urbis; qui duo ἀκριβῶς & ex mente Politicorum loquendo, inter se differunt, ut suprà dixi) & ita demum censeri sublata omnia jura ac privilegia Ecclesiæ, atque civitatis. Et sic

833 quoque † castro destructo, ut amittat sua privilegia, consuluit Alex. *consil. 43. incip. de celerrim. vol. 1.* sequitur Curtius senior *cons. 26. incip. vidim. vol. 2.* Steph. Bertran.

834 *cons. 192. incip. ulta.* ubi consuluit, quod † Universitate destructâ (de quâ lege Bodinum *lib. 3. de Repub. c. 7.* Losæum *de jure univers. p. 3. c. 18. num. 27. & seqq.* Bruningum *d. disc. th. 96. in not. l. b.* Kylling *d. disc. 11. n. 12. usq. ad n. 39.*) & abolitâ amittantur ejus privilegia, nec recuperentur, etiamsi restituatur. Nicolaus Bellonus attamen *d. cons. 1. per discu.* ita † distinguit: aut castrum, vel ecclesia, vel civitas destruitur facto superioris

834 sine spe reædificationis, & tunc in totum dissolvitur, & amittit jura sua, nec si reædificetur, illa recuperat. Et in his terminis loqui Dd. suprà allegatos; pro quibus est textus *in d. l. si ususfructus. 21. D. quib. mod. ususf. amitt.* Aut destruitur à tyranno, vel ab hostibus, & tunc non amittit jura sua, sed ea retinet, & eidem reædificato conpetunt. Ita velle Dd. in locis modò adductis, & Bart. *in l. sicut. §. in decurion. D. quod cujusq. univ. nom.* ubi Baldus dicit: hanc opinionem ipsam esse veritatem, & idem Bald. *d. tit. de pace constant. §. nos Romanorum. col. 2.* Panorm. & alii *in d. c. abbate. de V. S.* Summa Angeli *in verb. civitas.* Alexander *consil. 193. incip. ex themate. col. 2.* Mart. Laudens. *d. tract. de Princip. quæst. 96.* adjunge Zieglerum *d. §. civitas. nu. 8. 9.* Quinimò (quod magis est) si castrum destructum non reædificetur, sed † aliud loco illius exstruatur,

835 in illud censentur jura alterius translata, propter illam vulgatam regulam: Quòd subrogatum sapiat naturam ejus, in cujus locū subrogatur. Et ideò dicit Albericus *in d. l. si ususf. 21.* quod si aliqui homines teneantur ad custodiam castri, & propter guerram illud castrum fuerit etiam penitus, dirutum, & ejus loco aliud plane novum constructū; quòd iidem homines teneantur ad custodiam dicti castri reædificati, *supra nu. 716. 717. & 718.* Sic etiamsi † communicatò

836 consilio cives inde, i. e. à priore urbe discedant,

dant, alioque migrent, eos jura ſua ſecum deportare certum eſt. Vide Petrum Fabrū *d.1.ſemeſt.8.juncta l.an uſuſ.56.ubi Gothof. D.de uſuſruct. & quemadm. ſupra. concl.34. n.521. & concl.51.n.717.*& confer Ziglerum *d.num.10.in fin.* ſicuti & † Collegium regu- 837 lariter nō circumſcribitur loco, Alex. Raudenſis *conſil.37.n.19.lib.1.* Fauſtinus Egeſippus *tractat.de Collegiis.* Bartolus *in l. fin. qu. ult. D.de colle. illic.* ubi quærit: Utrùm destructo collegio, pereant privilegia iſtius collegii? Et dicit, quòd quando collegium deſtruitur per ſuperiorem, propter illius collegii defectum, tunc pereant omnia ipſius privilegia. Quandoque Collegium non deſtruitur, ſed diſpargitur, v.g. tempore mortalitatis, receſſit univerſitas totaliter; vel propter alium caſum univerſitatem aut collegium recedere oportet; tunc iſto caſu jura non pereunt: imò dicuntur retineri per iſtum locum, à quo denominabatur univerſitas, ut perhibet ac refert Chriſtophorus Cuppenerius *in comment. d. auth. habita. C. ne filius pro patr. pag. mihi.50.*

838 Quomodo autem † ſubrogatæ perſonæ gaudeant iiſdem privilegiis, exponit Carolus Tapia *in d. comment. ad l. fin. D. de conſtitut. Princip. part.2.c.3.n.100.& ſeqq.*

LXX.

Sed Cynthius autem mihi vellicat & in- 839 ſuſurrat: veritatem † conſiſtere in paucis, juxta Aretinum *conſil.1.in princip. & conſil. 7.in prin.* ejusq; brevem eſſe adſertionem, 840 dicente Symmacho *libr. 7. epiſt.16.* ut & † Compendia, teſte Macrobio, longis anfra- 841 ctibus eſſe anteponenda: circuitum † quoque vitandum, monere Bartolum *in l.53.n.1. D. de condict. indeb.* Prateum *lib.6.regul.jur.* 842 *pagina ſeptuageſima vigeſima quinta.* virtutemq; † non in dicendo ſcribendove multa, ſed multum eſſe ſitam, ſecundum Bartholomæum Socinū *conſilio 720. volumine primo.* Johannem Fichardum *conſilio vigeſimo primo, numero primo, parte prima.* Tenendum 843 deniq; † Enniani Neaptolemi præceptum: philoſophandum, ſed paucis. Gellius *libro quinto noct. Attic. cap.15.* inprimis ſimul Patris mandatum & exemplum eſſe ſequendū, in ſimilibus apud eum *d. tract. de fidejuſſorib. c. 22.n.59.60.61.62.*

Poſtquam igitur † DEI Ter Opt. Max. 844 beneficio (quem ſtatim ab initio ob oculos habui, conſiderans Menandri illud:

Ὅταν τι πράττης ὅσιον, ἀγαθὴν ἐλπίδα.
Πρόβαλλ᾽ ἑαυτῷ, τοῦτο γινώσκων, ὅτι
Τόλμῃ δικαίᾳ καὶ θεὸς συλλαμβάνει.

& felici auſpicio hucusque perueni, ac ſingula ordine, & quantum fieri potuit, breviter quoque pertractavi; hîc pedem figo, ac tandem manum de tabula aufero; exiſtimās delibaſſe hactenus iſta ſufficere. Aliàs enim † ſi quis Dd. altercationes ſingulatim expo- 845 nere maluerit, nihil prohibet, non leve libri volumen extendere, ut ſic explicari poſſit tanta auctorum varietas: cùm non ſolùm autores juris, ſed etiam ipſæ principales cōſtitutiones, quas ipſi autores retulerunt, inter ſe variaſſe videantur; ut in ſpecie alia ſcribit Juſtinianus Imp. in *l. 4. poſt prin. C. de verb. & rer. ſignif.* Item † de dictorum ha- 846 ctenus veritate altior fortaſſis facienda fuiſſet inveſtigatio: ſed hac quidem vice per me omnia protinus ſint alba; ut Perſius dicit, & ex eo Zaſius *in epit. feud. part.5 n.44. juncta ſuper. th.26.n.373. cum 4. ſeqq.* Me etiā quod concernit, ego præter anteriora monita (ut cum barbaris ſuperiorum ſeculorum loquar ſcholaſticis) jam debeo epilogare, ceu dicit eorum Doctor quidam: Homo † non de- 847 bet nimis longus eſſe, etiam in ſacra miſſa. Johann. Major *4. ſent. diſt.13. quæſt.4.*

Quare naviculâ nostrâ importum (tutiorem modò; benigonioremque DEUS clementissimus largiatur!) subductâ, anchoram defigimus. Non ea sanè intentione, quâ † Glossator ille, qui *in clement. Romani. vers. cæterum &c. de jurejurando*; Domini mei, ait, aperui vobis portam istius capituli, ideò vos supplico, ut residuum videatis per vos; Sed quoniam induciis nobis opus est, ut quod in præsenti per Argumenti ipsius singularitatem & amplitudinem; Auctorumq; quos maximè desiderabamus, denegatum subsidium haut licuit, (nam cæteras difficultates & impedimenta Harpocratis, digitio civiliter nunc tegimus aliunde id suo tempore & loco, si DEUS favet, largius exactiusque consequamur; ut in aliâ causâ ac materia festivè concludit, sicque eam obsignat Laurentius Ohm *tract. de jure episcopali. th.* 21. Bonam interim, Te Lector, & æquissimum opto, Fac ut tali perpendas judicio, quale ingenua ingenia maxime decet. Sin secus feceris, aut cogitaveris, longissimum te abesse jubeo. Hujusmodi enim Aristarchi rigidissimi ac iniquissimi, ex verborum fortè captionibus maliguè prognatas divinationes adfictionesq; penitus detestor; atq; semper eadem facilitate rejiciuntur, qui excogitantur aut adferuntur: ne inputes ea, de quibus nemo unquam per somnium cogitavit, multò minus vigilans studio deliberavit. Rapiuntur enim hodiè (præsertim † quæ de jure publico traduntur, nec consideratur, in jurisdictonum pelago neminem esse versatum, qui non naufragium fecerit, ut fateri non erubuit excellentissimus Jurisconsultus Alciat, *lib. 2. παραδ. cap. 1. in fin.*) in diversum omnia etiam quæ optimo scribuntur animo: nec causa, nec tempus quidem perpenditur, quo scribsit aliquis; sed suo tempore rectè scribebatur, transferunt in tempus incommodissimum, querela est Erasmi *lib. 1. epist. 1.* Nec ullos † patimur judices iniquiores, quàm istos, qui nihil omninò edunt, ac ne docent quidem, velut invidentes utilitati publicæ; perinde quasi ipsius pereat, quidquid conpererint esse multis commune. Et sicubi labsum humanum deprehenderint, qui cachini, quæ vitia, quæ tragœdiæ? idem exclamat Erasmus *in epist. lucubration. suarum. pag. mihi. 31.* Quod verissimum & frequentissimum esse agnosco, inque eo testimonio optima, civili ac solemni cum protestatione nunc adquiesco, hujusque solùm congestæ ac protrusæ tractationis schematismum tandem subjicio.

848

849

850

SCHEMA-

Tractatio hæc de CASTRIS est vel

Nominalis, cujus

Tractatio hæc de CASTRIS *est vel*

- Nominalis, cujus
  - Ratio *thes.1.*
  - Species
    - Homonymia, tum
      - Primitivorum
        - Castrum *th.2.*
        - Castra *th.3.*
      - Deminutivorum
        - Castellum, Castella *th.4.*
    - Etymologia *th.5.*
    - Synonymia *th.6.*
- Realis, quæ absolvitur in
  - Definiendo *th.7.*
  - Dividendo *th.8.* quomodo castrum dispescitur respectu
    - Qualitatis & naturæ, in
      - Liberum,
      - Ligium.
    - Quantitatis & magnitudinis, in
      - Magnum,
      - Parvum.
    - Adquisitionis, in
      - Præcarium,
      - Pretiosum.
    - Possessionis, in
      - Proprium.
      - Commune.
    - Usus & abusus, in
      - Defensivum,
      - Offensivum.
  - Reliquis membris logicis, ut est argumentum
    - Consentaneum
      - Absolutè
        - Causæ
          - Externæ
            - Efficiens *th.9.* estque
              - Procreans *th.10.*
              - Conservans
              - Utraque vel
                - Principalis *th.11.*
                - Minus-principalis.
            - Finis *th.12.*
          - Internæ
            - Materia *th.13.*
            - Forma, *th.14.*
        - Effectus, respectu tum
          - Pœnarum, circa
            - Colloquutionem *th.15.*
            - Commissionem *th.16.*
            - Omissionem *th.17.*
            - Permissionem *th.18.*
            - Desertionem *th.19.*
          - Rerum aliarum utpote
            - Possessionis *th.20.*
            - Appellationis *th.21.*
            - Recognitionis *th.22.*
            - Legati *th.23.*
            - Concessionis *th.24.*
            - Pignori-dationis *th.25.*
            - Donationis *th.26.*
            - Venditionis *th.27.*
            - In-dotem-dationis *th.28.*
            - Commissionis *th.29.*
            - Fidejussionis *th.30.*
            - Confiscationis *th.31.*
      - Modo quodam
        - Subjectum loci *th.32.* an videl.
          - Exstruenda castra in
            - Collibus, Montibus, Rupibus *th.33.*
            - Paludibus seu Palustris locis *th.34.*
            - Mari & fluminibus *th.35.*
            - Medio regionis vel finibus *th.36.*
          - In exstructione consid. etiam
            - Aeris salubritas *th.37.*
            - Loci tum
              - Commoditas *th.38.*
              - Securitas *th.39.*
              - Fertilitas *th.40.*
              - Oportunitas & aquarum abundantia *th.41.*
              - Religio & templorum incastellatio *th.42.*
        - Adjunctum, tum
          - Internum *th.43.*
          - Externum dum attenditur tempus
            - Nativitatis *th.44.*
            - Custodiæ *th.45.*
            - Excubiarum *th.46.*
    - Dissentaneum, ad quod referuntur contraria
      - Adfirmantia
        - Relata, videlicet inter
          - Superiores & Inferiores, Dominos & Castellanos *th.47.*
          - Masculos & Fœminas *th.48.*
          - Fratres *th.49.*
          - Condominos & Socios *th.50.*
        - Adversa, tempus pacis & belli, in quo
          - Custodia *th.51.*
          - Securitas *th.52.*
          - Apertura *th.53.*
          - Occupatio *th.54.*
          - Deprædatio *th.55.*
          - Proditio & amissio *th.56.*
      - Negantia, eaque vel
        - Contradicentia *th.57.*
        - Privantia, quoad
          - Societatem, quæ finitur
            - Dissensu *th.58.*
            - Morte *th.59.*
            - Modis aliis *th.60.*
          - Castra ipsa, & exstinguuntur vel
            - Divinitus *th.61.*
            - Humanitus *th.62.* tum
              - Voluntario, tempore
                - Pacis *th.63.*
                - Belli *th.64.*
              - Involuntario *th.65.* quoad
                - Modos
                  - Jure Saxonico *th.66.*
                  - More
                    - Romanorum *th.67.*
                    - Judæorum *th.68.*
                - Privilegia denique *th.69.* juncto epilogo *th.70.*

CAPUT II.

ΔΙΑΛΕΞΙΝ

Continens brevem cum adnexis, de *CAMINIS.*

SUMMARIUM.

1 Vinum ſemper bibere aut aquam, ingratum eſt.
2 Sermo ubique exactus ſimiliter.
3 Philoſophi ſunt inſtar hydropicorum.
4 Poetarum Dramaticorum & Comicorum magna authoritas ſemper fuit: cum origine Criticæ profeſſionis.
5 Philologicum ſtudium nec à Iuriſperitis, negligendum: nec Antiquarii paruipendendi, num. 6.7. 8.9.12.14.15.17.84.86.
10 Rebus ſeriis & gravibus abſolutis, ſtudia leviora ſectanda, & n.13.
11 Cauſidicorum & rabularum forenſium aliquot tituli.
16 Iuvenilis ætas aliam vitam, aliosque mores & artes poſtulat.
18 Rebus quoque minutis ineſt quædam utilitas ac ſuavitas.
19 Diſſertatiuncula hæc de Caminis cur adjecta ſit?
20 Semper exſtiterunt inter homines rerum novarum inventores.
21 Num & quando Camini vel vaporaria apud veteres exſtiterint, pauci ex profeſſo attigerunt; qui ibi nominantur.
22 Friſchlinus purgatores Caminorum alicubi introducit: nec tamen hujus rei aut originis meminit.
23 Conjecturæ hominum circa inventiones atque explicationes diverſæ.
24 A minimis ad maxima progredi debemus.
25 Variæ ſocietates hominum recenſentur: ſed carptim, cum n. 26.
26 Senecæ medicina adfertur in loco quodam variis lectionibus.
27 Scythæ diſtinctos finibus agros, nec domos certas habebant.
28 Rudi ergo & ſimpliciori ſeculo camminorum uſus fuit incognitus.
29 Semper inter populos exſtiterunt, qui de antiquitatis & originis præcellentia certarunt cum cæteris.
30 Nobis Chriſtianis in hiſce dubiis S.S. Scribtura eſt anchora.
31 An igitur apud Hebræos in uſu camini & fumaria iſta? ubi ſimul textus biblici coferuntur, juncto n.32.33.
34 An etiam Græci illam ſtructuram habuerint? & nu. 35.36.
37 De verſione Septuaginta duorum Interpretum quis ſcribſerit?
37 Romanorum ad notitiam num pervenerint camini & fumi emiſſaria; ſeu qualem iſti fabricam habuerint, magis anxia inter autores diſceptatio eſt. De qua aliquot ſuffragia & ſententiæ adducuntur num. 38. usque ad num. 61. cum authoris conjecturis incluſive.
46 Vina fumo præcocem trahunt maturitatem, & citius vetuſteſcunt.
48 Camini vocabula ſynonyma inſperguntur.
49 Statius Papinius, & Angelus Politianus cur Siculos Caminos dixerint?
51 Perſii verſus exponuntur breviter.
52 Caminari & Caminata foſſura apud Plinium.
53 Proverbia adjunguntur, velut: Addere oleum camino. n.54. Caminus fumans eſt rixoſa mulier. 56. Friget caminus, vel camino alget plus nihil. n.57.
55 Caminus in Italia frequens: ſed vaporaria & hypocauſta Germanorum quidam damnant. num. 73.74.
58 Zeta & Heliocaminus, quid apud Vlpianum ſint? Item Zetarii & diætarii. n.59.60.
63 Vocabula ad uſum rerum ante caminum conficiendarum, Bucare, beuchen & baucken.
64 Iphnites; Caminites & Clibanites an differant? remiſſivè.
65 Diverſoriis ac itinerariis caminis dicimus uti, non frui.
66 Armeni à Turcis per contemptum Bocgi & caminorum purgatores vocantur.
67 Caminarium, Herdgeld & Herdrecht Zinß / genus tributi in Europa. n.67.
68. 69. 70 Quid Columnarium, Hoſtiarium & Colonarium?
71 Canon ex molendinis, clibanis, furnis & torcularibus quoque ſolvitur; juncta Eraſmi invectiva in nequam variorum tributorum exactores.
75 Cardani inventum de fumo & camino eum non remittente.
76 Bonus paterfamilias poſt meſſes ſtipulam legere debet.
77 Magnæ rei quantilla poſſeſſio laudi ducitur.
78 Hodie plerique ſunt alieni laboris beneficiarii.
79 Aliorum quoque traditionibus indigemus.
80 Nemo omnia ſcit aut invenit: nec dies præſens ſequenti par. n. 81.82.
83 Nullum ſine venia placuit hactenus ingenium.
85 Matthæi Pariſienſis laus & hiſtoria Anglica.
86 Præclarum ejusdem de ſtudiis ſeu literis humanioribus judicium: adjecto brevi Epilogo.

QUibus omnibus haut incommodè nunc ſuccedit liberior ac ſterilior quædam diſſertatio, velutque auctarium parallelum quæſtionis ſecundæ tractatus mei *de molendinis*: ut eò commodiùs & lectori & mihi variatam voluptatem adferre queat.

T Sicut

1 Sicut enim † vinum semper bibere, aut semper aquam, contrarium est, alternis autem uti vicibus delectabile: ita legentibus si semper exactus sit sermo, non erit gratus, in-
2 quit author *lib. 2. Maccab. c. 15. v. 40.* & † sermo semper exactus, semper est ingratus: quodque difficile auri percipitur, intellectu sordiori hauritur, ait Rob. Monachus
3 in præf. lib. 1. hist. Unde † Philosophi more hydropicorum, qui quo amplius bibunt eo ardentius sitiunt, quo sæpius legunt, eò avidius nova quæque perquirunt. Nam, ni fallor, sicut oculorum obtutus nisi alicujus interpositione substantiæ Solis radiis reverberatus obtunditur, ne pure, ut est, videatur: ita planè mens Academicorum, Peripateticorum, Stoicorumque doctrinam jugi meditatione infirmatur, si non aut utili comœdiarū risu, aut heroum historia (aliorumque lepidâ & rarâ narratione) refocillatur, juxta Luithprandum in præf. hist. Stu-
4 diorum enim † ea fuit quondā ratio, ut maxima eruditionis pars in Dramaticorū Poetarum, ac præsertim Comicorum lectione & intelligentia poneretur. Inde puriorem Hellenismum, inde notitiam eorū quæ in Rep. erant gesta, inde vitam & mores primorum civitatis cujusque hauriebant.

Itaque ad illustranda hujus generis veterum scribta, & ad eruendas majorum antiquitates, erudiendos mortalium animos, certatim viri magni contenderunt, jam inde ab incunabulis Criticæ professionis & illius disciplinæ, quæ rectam veterum scribtorum interpretationem profitetur, divinumque Aristotelem (Dione Chrysostomo teste apud Isaacum Casaubonum *in Athenæ. libr. 6. capit. 7.*) authorem habet. His sanè

—— *Musis interminа vita*
Permanet, & memori laus semper pullulat ævo.

ut vetus Poeta Festus Avienus dixit in descr. orb. terræ, vers. 258. Nec vitio sibi ducant, aut flocci pendant hoc † philologicum stu- 5 dium legum sacratissimarum Mystæ interiores: quos veteris eruditionis studiosos non immeritò adpellat & conpellat Imp. Justinianus, *Nov. 30. pr. juncta Novell. 13. & 15. pr.* Indeque Volusium Mæcianum juris civilis præter veterem illam & benè fundatam peritiam anxiè diligentem prædicat Ulpianus *in l. 17. D. de jure patron.* Studium enim nostrum † nomicum, sine cognitione & in- 6 vestigatione Antiquitatis, mutilum mancumque esse, tot viri celeberrimi existimarunt; suisque exemplis retrò memorandis conprobarunt. Ipse Cæsar Theodosius filio † Honorio author est, ut veterum me- 7 moriarum (quod de Augusto prodit Gellius *lib. 10. cap. 24.*) exequentissimus esset; dum eum ita loquentem cultissimus introducit Claudianus *in 4. cons. Hon.*

Interea Musis animus dum mollior instat,
Et quæ mox imitere, legas, nec desinat unquam
Tecum Graja loqui, tecum Romana vetustas.
Antiquos evolve duces. ——

Quid etiam † jucundius esse potest & li- 8 berali ingenio dignius? Sanè ingenia verè ingenua, quæ huic ordini felicissima & ad nihil non præstandum apta, majorib. sunt dicanda: quæ & cum fructu & voluptate legentium possent tractare. Vix n. est, ut Critici in aliis etiam non excellant. Sunt summi sæpè ICti, sunt præstantissimi plurimum historici, sunt insignes aliquando Philosophi, ab Theologiæ secretis minimè abhorrent, Medicorum præcepta nequaquam ab iis ignorantur. Pervolitant & pervolutant omnia, dicente Paulo Merula V. CL. in

præfat.

præfat. ad lect. Ennii sui. A cujus stat par-
9 tib. singulare literarum sydus † Frid. Taubman. dum Val. Guil. Forsterum JC. ita adloquitur, *lib. sing. Lyricorum pag.* 478.

CRITICEN vocat eum, imò nugatoriam
Crumenimulga juris iste Chrysalus.
Ego nescio, Forstere; sed tamen hoc scio.
Brissonium, Cujacium, Gifanium,
Ambos Pithæos Hottomannum, tres Fabros,
Gentilium par, Gothofredum, Delrium,
Ravardum, & hac de classe multò plurimos
Existimasse Candidato juris hoc
Palmarium, coluisse Criticen, unicam
Antiquitatis sobria nutriculam,
Sine qua vel ipsamet Themis cacutiat;
Sed & hoc scio, quod dixit ex oraculo.
Vir maximus; Non indolem solum ingenI.
Pectusq; doctrinis refertum plurimis,
Sed judicium & animam meram sapientia
Criticen requirere, &c.———

Hos ergò tales & tantos ab omni ævo, ab omni orbe literario & testes & judices qui nō audit, quis ille tandem fuerit, ut nos eum
10 audiamus. Nobis insuper aderit præeritq; † Seneca Stoicorum maximus: Sunt, inquiens, optimæ (res) quum animus omnis (gravioris) cogitationis expers operib. suis vacat; & modò se leviorib. studiis oblectat, modò ad considerandam sui universique naturam veri avidus insurgit *in consolat. ad*
11 *Helv.* Abeat nunc † Causidicorum profanum vulgus (quos Varro Atacinus Legicrepos; Seneca venale genus: Apulejus Togatos Vultures: Mantuanus Latratores rabulasque forenses: alii Harpias Nummivoros, Mulctores Reipub. crumenimulgas rabulas & πτωχομένους, eorumque opera Saccularia vocat Budæus) abeant illi lucricupidi, qui in ore ac more id semper gestant crepantque, hæc & talia non esse de pane lucrando, digni ut panem furfuraceū semper edant, solumque in alimoniam vertant. Abeant, inquam, illi, qui hoc pessimè detorquent: Leges neminem in paupertate vivere neque in anxietate mori sinere, ex Nov. 1. Audiant cōmunem Germaniæ Doctorem † Philippum Melanchth. Boni & 12
honesti homines, dicentem, non possunt non delectari; quando aliquid audiunt de vera antiquitate, ref. Gre. Richtero *axiom. hist.* 9. Quidquid dicant vel sentiant politioris literaturæ hostes ignarissimi ac ignavissimi, Plautinum hoc ego adsumsi pro clypeo: *act.* 4. *sc.* 3.

Vetera quærit, vetera amare hunc majorem scias.

Mihi curæ cordiq; his juvenilibus annis & maximè erit, senilibus perfunctoriè, effatū elegantissimi † Gellii, qui Quoties (ait) ab 13
arbitris negotiisque otium est, & motandi corporis gratia aut spatiamur aut vectamur, quærere nonnunquam apud memetipsum soleo res ejusmodi, parvas quidem minutasque, & hominib. non benè eruditis adspernabiles; sed ad veterum scribta penitus noscenda, & ad scientiam veritatis, *li.* II. *c.* 3. *junct. li.* 20. *c. ul.* Neq; hæc tantum † ad no- 14
scenda, sed & ad renascenda; ne antiquitates gentium planè intercidant, veraq; rerū ignoretur origo ac usus. Quod quum † nec 15
ipsi Imperatores viriq; summi improbârint vel detractarint, *Novell.* 13. 15. 30. *addita l.* 1. *pr. D. de of. quæst. l.* 1. *in pr. D. de contrah. em. tot. tit. C. de munic. & orig. libr.* 10. *cum siml.* & ego eorum sacris initiatus, jurisque cultor dici velim: meritò ut id agam, huicque ordini nomen dum res postulat, spesque confirmat, §. *fi. proœ. Inst.* Ipse quoque † juvenilis ardor ac ætas idem 16
suo quasi jure videtur exigere, ut hæc tractem, dum virent genua ac viget quantil-

lum meum ingenium, utque hoc Propertii *lib.3.eleg.3.* adcumulem:

Me juvat in prima coluisse Helicone juventa
Musarumque choris implicuisse manus.

Quarum beneficio nunc primitias quasdam 17 & quasi libamenta † ingenuarum artium dedimus: quæ virum civiliter eruditum neq; audisse unquam, neque attigisse: si non inutile, at quidem certè indecorum est, verba iterum Gellii sunt *d.l.20.cap.10.* Dabimus etiam in præsentiarum; postquam pro com. causa (non præsenti solum) satis multa alibi præfati sumus: & intelleximus, rebus 18 etiam † minutissimis suam inesse, si non utilitatem, attamen jucunditatem haut spernendam. Non verò mihi longe abeundum est in hoc campo philologiæ spaciosissimo speciosissimoque. Tractationi enim huic convenientem selegi dissertatiunculam, quando de † CAMINIS institui & 19 consarcinavi, quamque ἐπιμήτρου instar ad calcem similiter rejeci, ne superiora illa aliquantisper disturbet. Eo fine hoc πάρεργον inquirendi causa à me adjectum esse, monere volui; ut velut additamentum esset quæst. 2. tractatûs mei, ubi de origine furnorum, clibanorum & molendinorum dis-20 serui. Quamvis ergo † mortales fervida ac subtili inveniendi celeritate ac adsiduâ sagacitate subinde ad rerum originem inquirendam prorumpant, non aliter quàm aquæ ex magna scaturgine violento impetu ebullientes, & sæpius rem acu attingant, nonnumquam etiam à veritatis scopo aberrent, *de specul. origin. in pr.* ut ait Nob. Dn. Eberhard. à Weihe: tamen tenuiter & modicè, illi qui de earumdem principiis scrib-21 serunt, num & quando † CAMINI & vaporaria ista in usu fuerint, vel à quibus reperti sint, tractarunt. Quamobrem paucula idem subjecit *d.disc.de speculi orig.pag. 235.236.* post Franc. Marium Grapaldum *libr.2.de part.æd.cap.4.* & insigniora collegit seculi evoluti decus egregium Justus Lipsius *cent.3. ad Belg. epist. 75.* & iter idem ingressus nuperrimè Matthias Martinius *in lexico philol. verb. caminus.pag.309. 310.* Hi sunt, quod ego sciam, soli. Unde mirum est, † Nicodemum Frischlinum 22 in Julio Redivivo hoc inventum non observasse, introducentem purgatores Caminorum & spaza Camino. Sinant ergò me illorum purpuræ vilissimum adsuere pannum, & velut anserem inter olores hujusmodi suavisonos strepere. Multi quidem curioso ingenii oculo ædium veterum membra perlustrant & inquirunt camini inventores; sed conjecturis potissimum innituntur, quas in re tàm obscura, omninò rejicere nequimus. In quibus evenit, quod nervosus admodum & pressus scriptor † Ar-23 nobius incertitudinem paganæ religionis coarguens: Potest, ait, alius aliud & argutius fingere, & veri cum similitudine suspicari; potest aliud tertius, potest aliud quartus; atque ut se tulerint ingeniorum opinantium qualitates, ita singulæ res possunt infinitis interpretationibus explicari, &c. *disp.5. adv. gent.* Quocirca ante omnia cognoscenda sunt initia collectionis hominum, ac deinde progressiones accessionesque; quòd Politici latè pertractant membrum; & varias consociationis species enumerant, procedentes † à minimis 24 ad maxima, idque ex præscripto fit Aristotelis *lib.1. pol. c.1. & lib.1. OEcono. cap.2.* Ante alias enim societates, non † casæ sta-25 tim primùm factæ, sed post rupes & antra ingenio repertæ sunt. Hunc gradum cum Vitruvio *lib.2. archit.c.1. in pr.* Lucretius facit *lib.5. de nat. rer.*

Sed

Sed nemora atque cavos montes, sylvasque colebant,
Et frutices inter condebant squallida membra.

De cultioribus jam autem narrat:

Inde casas postquam, ac pelles ignemque pararunt,
Et mulier conjuncta viro concessit in unum.

Adstipulatur Cicero, qui ita ad philosophiam: *Tu eos inter se primo domicilius, deinde conjugiis junxisti.* Et Seneca ad eamdem: 26 *Illa sparsos & casulis tectos.* (Variant autem † lectiones, illa Erasmi divinatio est; at scribi codices habent: *caucasis lectos*, aut *causalis*; quam ibi Lipsius retinet, & tamen ob priorem rationem hanc quoque substituit: *& aut cavis tectos) aut aliqua rupe suffossa, aut exesa arboris trunco docuit tecta moliri. Epist.* 90. Post alias ergò societates minores, familiæ domibus conjunctis vicinalibus vicos & castella construxere: ex vicis postmodum producti pagi: ex pagis urbes: ex urbibus provinciæ, regna & imperia amplissima. 27 Imò † Scythis inter se nulli fines fuerunt: neque enim agrum exercebant, nec domus illis ulla, aut tectum aut sedes erat. Uxores liberosque secum in plaustris vehebant; quibus coriis, imbrium hyemisque causa tectis, pro domibus utebantur, Justino teste *lib. 2. histor. cap.* 2. 28 Rudi ergo † rerum initio ac hominum seculo, camini usum fuisse ignotum, ex ethnicorum hac ratiocinatione consequitur, qui sacrarum literarum cognitionem non habebant. Sed nobis ulterius indagandum est, qui illarum lucem habemus certam ac claram. Nebula illa prius obiter est discutienda & fumus, quem iidem concitarunt nobisque objecerunt. 29 Semper enim † inter gentes exstiterunt, qui de origine & antiquitate cum aliis concertarunt. Ægyptum quidam putarunt esse vetustissimam: sed hoc illi non concedit Scythia, apud eumdem Justinum, *lib. 2. cap. 1.* Simile certamen fuit inter Archivos & Athenienses, qui se αὐτόχθονες finxerunt. Et notum est proverbium de Evandro & Arcadibus προσελληναίοις h.e. ante Lunam natis; seu qui stolide se ventitabant προσελήνους, i.e. Luna ipsa antiquiores, sicut Eustathius putavit. Mirum nî etiam Lunam ab se fabricatam dixerint, ut posteri stupuissent.

——omnes tentamina tanta,
Conatusq; novos.——

Notum præterea quid voluerint Phryges, Thraces & Aborigines, qui adventu Æneæ in Italiam Phrygibus juncti: adeo ut putent nonnulli, nomen inde accepisse, quod velut ab origine exstiterint omnium prima, vel de eorum origine nihil ob nimiam vetustatem constet, Phryges autem Apuleius vocat primigenios, *in Asino suo aureo libr. 11.* & festivissimus Poëta Claudianus testatur, cunctam vetustatem illis principium dare, *lib. 2. in Eurip. v.* 253. Inter Arcades, Ægyptios ac Phryges itaque magna exorta contentio de antiquitatis prærogativa. Cujus litis dirimendæ cura sollicitavit Psammetichum Ægyptiorum Regem, historiamque illam late diffundit Herodotus *lib. 2.*

Nos vero † Christiani inter ejusmodi 30 opinionum vortices, tutiorem viam eligimus, & sacram scributuram velut veritatis anchoram arripimus, quæ gentium omnium originem ab Hebræis ducit, docetque. Videbimus ergo anne apud † Ju- 31 dæos in usu fuerint hæc fumi emissaria? Quod negat vir magnificus Dn. Eberhardus à Weihe *d. parerg. disc. de Spec. orig. annexo.*

Etsi enim in *Exod.cap.9.v.8.10.* Hieronymus verbum CAMINI adprobet, illum tamen reliqui Interpretes non sunt sequuti: sed fornacis vocabulo utuntur: **Nehmet ewre Fäuste voll Ruß aus dem Offen.** Et ideo Sebast. Castalio reddit, favillam de calcaria. Græca tamen versio habet vocabulum Καμιναίας, & fornax illa calcaria dicitur græce κάμινος ἀσβέςυ. Lutherus etiam alibi habet: **Warffs ins Fewer das im Camin herde war.** Quod tamen veritatem linguæ Hebraicæ eumque sensum non admittere, censet idem Weihius, neque Camini mentionem facere: ut nec S. Hieronymum. Hic tamen in paræmiaste camini verbo utitur, *Syrac.22.v.30.* quod retinuit Castalio & camini vaporem fumumque dixit, cum veteri editione. Sed à linguæ proprietate eos recessisse, illamque reliquisse: græcam quoque versionem verbum istud non habere, apertum est. Vicinum quidem est † Hebræum חם calidus inde Arabicum חמים balneum, hypocaustum, notante Martinio *d.pag.309.& 1177.* Sed inde certi nihil colligitur, ut potius sensus scripturæ usitatior adhuc obtineat.

32

33 Neq; negari potest † vulgatam, quam habemus, versionem promiscue his vocibus uti, unamque pro altera usurpare: Camini, *dd.ll.& Proverb.17.v.3.Syrac.2.v.6. Matthæi 13. v.43.50.* Foci, *Esai.cap.31.v.9.c.44. v.15.cap.47.v.14.Malach.4.v.1.* Fumarii, quod Lutherus vocat **Feurmeuer**/*Oseæ 13.v.3.*& Fornacis, *Daniel.3.v.6.11.15.17.23. Hebr.11.v.33.* Inde Sedulius, de tribus pueris in fornace, canit:

> ——— *Quanta est credentum gloria, flammis*
> *Ardentis fidei restincta est flamma camini!*

Videbimus etiam de † Græcis, an illi hanc structuram habuerint, quæ fumum excipit. Lipsius & Weihius iterum negant, illos habuisse caminum. Attamen præter istam † LXXII. Interpretum versionem, de qua præclare Wowerius, *in syntagm. de gra. & lat. Bibl. interp.* in hunc modum Imp. Constantinus scribsit: Καὶ ἐπειδὴ ὁ τόπος λίθους οὐκ εἶχε πρὸς κτίσιν τοῦ κάςρου ἐπιτηδείους, καὶ μινία τινα (sed rectius rescribit Meursius: καμινία τινα) ποιησάμενος, καὶ βήσαλον ἐν αὐτοῖς ἐγκαύσας, μετὰ αὐτων τὴν τοῦ κάςρου κτίσιν ἐποιήσατο, ἐκ μικρῶν τινῶν τῶν ἐκ τοῦ ποταμοῦ κογλιδίων ἄσβεςον ἐργασάμενος *in l. d. admin. imp. ad filium cap. 42. p. m.129. i fi.* hoc est, Cum lapides non essent structuræ idonei, caminis quibusdam factis, & latere in illis cocto, calceque ex paruis fluvii conchulis concinnata, urbem (Petronas scilicet) ædificavit. Unde etiam in glossis priscis pro Synonymis ponuntur: Κάμινος, Caminus, Furnus. Fornax: & scite Græci magistri derivant παρὰ τὸ ὑπομένειν καιομένην, quod suffert & sustinet calefactionem. Isidorus quoque ait: Caminus est fornax, & est Græcum nomen, derivatum ἀπὸ τοῦ καύματος i.e. à calore, *libr.19.cap.6.* Eilhardus Lubinus vero inter Græcorum sententias hoc refert:

> Δέχεται τὸν καπνὸν κάμινος, τὸν δὲ κίναλον γωλέα

i.e. excipit fumum caminus, vulpem vero spelunca. Quapropter † probabilior existit sententia, in Græcia caminorum usum non fuisse, vel certe non talem: sed pro fornace aut tali cameratione usurpatam hanc vocem: vel demum recentiori ævo innotuisse: & Latinos à Græcis hoc verbum, ut multa alia, mutuasse.

34 35 36

Gravissima solum controversia inter antiquarios est, anne etiam † Romani habuerint ista emissoria fumi, sive ab imo patulas & in arctius adsurgentes gulas, quibus Europa hodie utitur? Dissentientem iterum habemus † Lipsium, qui inventum haut nimis priscum esse existimat, etsi bonū commodumque. Subscribit huic sententiæ similiter Dn. Eberhardus à Weihe. Emericus † Cruceus quoque adstipulatur, dum ad Statium *lib. 1. Sylv. pag.* 35. notat: caminum apud veteres scriptores fornacem seu furnum significare. Non enim emissaria fumi hodierna antiquis cognita fuisse aut usitata, cum Lipsio credit. Blondus etiam † scriptum reliquit, Veteres non usos fuisse caminis, sed aquam inferius calefecisse, & canaliculis quibusdam per medios muros dispositis ita ordinasse, ut in hos ferventis aquæ vapor inmissus per certa quædam orificia conclavibus adaptata exhalaret: æstatis tempore per eosdem meatus frigus captatum emitteretur, referente Guidone Pancirolo *libr. 1. rer. deperd. cap. de ædific. p. m.* 121 idque pluribus condocefacit Philander *in lib. 7.* Vitruv. cap. 3. apud Martinium *d. pag.* 309. qui præmiserat, de caminis, qui sunt spiramenta cava supra ignem, aut structura fumum excipiens, non facile apud veteres aliquem legere.

37 38 39 40

Similiter existimat Franc. Marius † Grapaldus: satis constare antiquiores hujusmodi structuram non habuisse; sed parietibus Tubos inmisisse, per quos circumfunderetur calor; quo ima simul & summa foverentur æqualiter: & ita referre Senecam ait (*ad Lucil. epist.* 14) quod sua memoria cepisse testetur. Idem ergo caminum proprie fornacem latine interpretatur. *lib. 2. de part. ædium cap.* 4. Consentit denique † Dionysius Lambinus, dum ait: Caminus & focus non eo tantum differunt, quod alterum græcum est, alterum latinum; sed quod caminus fornacem significat, focus vas aut locum, ubi ignis excitari ex materia solet, Græci ἑστίαν vocant. Talibus autem fumi spiraculis non esse veteres usos, qualia hodie sunt nobis in usu è tectorum vastigiis prolata, figura vel quadrata vel rotunda, constat inter doctores *in comment. ad Horat. lib. 1. epist.* 11. Ipsi forte suisque, non æque aliis; quod præsens indicat dissertatio. Et ambigit quoque † Petrus Gualterius Chabotius *in prælect. ad Horat. libr. 1. Sat.* 5. ad illa Horatii:

41 42 43

——— lacrymoso non sine fumo,
Udos cum foliis ramos urente camino.

Ubi quidam intelligunt caminum caruisse tubis ad fumum foras emittendum: sunt tamen qui emissoria habeant, nec propterea desinunt perfumare cubiculum, quod ex sensu Poëtæ, & alibi hunc locum de camino exitum non habente exaudiendum esse, fumum indicare idem autumat, in illis Horatii *d. lib. 1. epist.* 11. verbis:

Per Brumam Tiberis, sextili mense caminus.

Ubi Gualterius: Nobis caminus est, per quem velut per canalem ignis è foco & fumus emittitur sine noxa extra tectum: aliis etiam est fornax sine exitu; aliis denique hypocaustum. Unde non satis constat, quo de genere hic locus sit intelligendus. Hæc ille; quem adduxisse Martinium postea legi; nisi quod simplicissimum esse dicat, accipere ibi caminum de igne ad focum accenso, *d. lex. phil. pag.* 310. Grapaldus ipse etiam † sibi satis non constat, dum paulo ante ita scripserat: Caminus dictione latina, sed triviali structura erit, quæ extra parietem porrecta, vel

44

vel in ipſo pariete producta fumum excipit, & acceptum emittit per ſpiramenta, quæ ſupra tegulas elata meridiem verſus & ſeptentrionem relinquenda ſunt; ita fumus facilius erumpens loca non denigrabit; à fumo Infumibulum: Fumarium alii appel-
45 lavere. Unde in † interpretatione Herodoti (*hiſt.8.*) legimus: Immeabat aut in ædes per fumarium Sol. niſi potius, id quod res eſt, notare voluerint locum ubi vina fu-
46 mo condiebantur. Nam † vina fumo præcocem trahere maturitatem & celerius vetuſteſcere, ſcribit Columella. Martialis unde *lib.10.epig.34.*

Improba Maſſiliæ quidquid fumaria cogunt,
Accipit ætatem quisquis ab igne cadus.

Et alibi *lib.13.epig.118.*

Cum tua centenos expugnet ſportula cives,
Fumea Maſſiliæ ponere via potes?

47 Verum-enim vero dubito tamen † an in univerſum ejusmodi Caminorum uſus apud Romanos nullus promiſcuus fuerit; non quidem quod Virgilius *lib.3.Æneid. v.*580. aperte dixerit:

Ruptis flammam exſpirare caminis.

Quos Græci ἰπνοὺς vocarunt, ut ibi ex Ariſtophane & Æſchylo probat Ludovicus de la Cerda: quamvis Servium ibi fornaces intelligere dicat Martinius *d.lex. philolog. p.309.* Et idem Poëta alibi: *lib.6. Æneid.* 628.

——— Cyclopum educta Caminis
Mœnia conſpicio.

48 Ubi idem Ludovicus Certa commentator dicit, eſſe † ſpiracula & emiſſoria vaporis ignei: Tertull. *lib. de pœn.* ea vocare, Fumariola: Lucretium vero crateras, Fauces & Ora; *lib. 6. de natur. rer.* Sicuti apud Suetonium quidam caminum pro fumario accipi notant fatente Mart. *d.pag.*310. Nec multum abit Lucan. *lib.7.*

Aponus terris ubi fumifer exit.

Sed quòd longe clarius idipſum Sidonius Appollinaris adumbraſſe videatur *carm.5. verſ.300.*

——— humili dum juncta camino
Victoris fumū biberet palmata bubulci.

Idem alibi: *Quod arcuatili camino ſæpe ignis animatus pulla fuligine infecit epiſt. lib. 11.* Optimus denique ævi ſui poëta Claudianus ſuccenturiatur, apud quem hunc verſum ita legi:

Ignifluisq́; gemit Lipare fumoſa caminis, al. carinis, in 3. conſ. Hon. v.196.

Fuit itaq; inſtrumentum fumum excipiens atque emittens, etiamſi in figura nonnihil ab hodiernis differat fumariis. Caminorum inſuper meminit Papinius: *3.Thebaid.*

Jam falces avidis & aratra caminis.

Idem dixit: —— *cœlove paratum*

Fluxit opus, Siculis an conformata caminis
Effigies laſſum Steropem, Brontenq́; reliquit.

Quem in oculis habuit Ang. Politianus, dum inquit in Nutritia:

Inſiluit Siculi rapidum cratera camini.

Sed cur † Siculos vocant caminos? an quod 49 illi primi autores vel imitatores hujus inventi, vel quod peculiari forma eos exſtruxerint, & celebri? Proinde non eo ſenſu tātum dicti fuerunt, ſed etiam † pro loco ac- 50 cepti, in quo ignis ſtruitur, ut aliquot S. ſcributuræ loca indicarunt, & Martinius plenius inducit, aliasq; ſignificationes vocabuli adnectit, *d. verb. caminus pag.*310. Ita intelligenda eſſe judico hæc, quæ ſequuntur, autorum teſtimonia. Juvenalis primum: *Sat.10.*

Jam

Iam strident ignes, jam follibus atq; caminis.

51 Pari forma † Persius *Sat.* 5.

Tu neq; anhelanti, coquitur dum massa camino,

Folle premis ventus. ———

Quorum versuum esse sensum Martinius subdit: Tu non pronuncias turgidum carmen quasi anhelanti gutturis folle, sicut fabri ferrarij solent agitatis per intervalla, & veluti respirantibus subinde follibus inclusum aëra premere, & quasi ventos exspirare, & sic ignem acuere, ad massam emolliendum, *d. lex. philolog. verb. caminis pag.* 310. Ejusdem Juvenalis & hoc reperitur: *Sat.* 14.

Incude adsidua semperq; ardente camino.

Manilius alicubi:

Quod ferrum calidi solvant, atque æra camini.

Statius similiter *d. lib.* 1. Sylv. in balneo Etrusci:

——— *neu vilis flamma caminos*

Vreret, ipsa faces volucrum succendit amorum.

Simili fere loqvutione Seneca utitur *in Thieste act.* 4.

Hæc verubus hærent viscera & lentis data

Stillant caminis: illa flammatus latex

Querente aheno jactat. ———

52 Eodem sensu Plinius *lib.* 16. *cap.* 6. † Caminari dixit, & Caminatam fossuram adpellavit; *lib.* 17. *cap.* 15. in modum fornacis

53 seu camini structam. Seneca idem † alio transtulit in isto:

Et qui furentes semper Æthnæis jugis

Versat caminos. ——

Fecit pariter Horatius, inquiens: Oleum adde camino, *lib.* 2. *satyr.* 3. Quod est malum alio malo cumulare atque augere: aut malo satis gravi per se, materiam ac pabulum seu fomentum præbere, *Lambin. ibid. vide Erasmum in adag. chil.* 1. *cent.* 2. *prov.* 6. 7. 8. 9. 10. sive de re non necessaria vel etiam periculosa; quasi insaniam insania, furorem furore augere volueris Martin. *d. pag.* 310. Usus eo ut proverbiali etiam B. Hieronymus: *Vinum & adolescentia duplex incendium voluptatis: quid oleum flammæ adjicimus? ad Eustoch. virgin. adhibito tr. meo de molend. q.* 9. *in fi.*

Sed & † Galterus Flandrus ultra annos 54 quadringentos purissimę sermonis Poëta, qui Alexandri Senensis & fere Thomæ Cantuariensis floruit tempore, tandem Magolensis Ecclesiæ Episcopus constitutus, *libr.* 1. *Alexand. sive rer. ab Alexand. M. gestarum, in princ.* ita scribit:

Gesta ducis Macedum, totum digesta per orbem, &c.

Musa refer, qui si senio non fractus inermi,

Pollice fatorum nostros vixisset in annos,

Cæsareos nunquam loqueretur fama triumphos,

Totaq; Romuleæ squaleret gloria gentis;

Præradiaret enim meriti fulgore caminus,

Igniculos Solisq; sui palleret in ortu

Lucifer, & tardi languerent plaustra bootæ.

Et mox altera utitur voce:

Quem partu effusum, gremio suscepit alendum

Philosophia suo, totumq; Helicona propinans

Doctrinæ sacram patefecit pectoris aulam,

Excoctumq; diu, studij fornace relicta (al. fugata)

Rerum nube dedit causas penetrare latentes.

Idem lib. 3. ubi ecclypsin describit, & de obpositione agit, quando Sol obscuraverit majori suo lumine Lunam? Inquiens:

Qualiter accensæ jubar igniculumque lucernæ,
Invida majoris obscurat flamma camini.

Post quem ita Georgius Buchananus *in libr. miscellan. carm.* pro fornace tamen hoc vocabulum usurpans:

Sic unda rupes sævit in obvias,
Clausus caminis ignis inæstuat.

Eadem figura usus est Autor historiæ de vita Henrici IV. Imp. dum ait: Qui legati stimulum animo novi Regis adjicerent, & adderent oleum camino, *pagin. mihi* 188. Cæterum Cicero ante hos ad Thebatium familiarem scribsit: Valde metuo ne frigeas in hybernis, quamobrem camino luculento utendum censeo. *lib.7.epist.*10. Sed obscurum est (cum præterea Martinius eum pro igne fomentis copiosis instructo habeat *d. pag.*310.) an hypocaustum intelligat, vel
55 aliud aliquid. Caminis enim frequens † in Italia; ubi Vaporaria, quæ nos dicimus, propterea quod officere credantur valetudini, minus & probantur, & in usu sunt: qua de re Lipsius consulatur, & adhibeantur ea, quæ mox sum propositurus.
56 Proinde habentur & alia † proverbia, apud Carolum Bovillum vulgaria: velut, *Cheminee fumeuse, Femme rioteuse*, h. e. Caminus fumans est rixosa mulier. Quæ comparatio à sacris eloquis habet originem. Nempe sicut à camino fumus, per superius orificium, minime evaporante: sed in inferiora, illos repercutiente, domesticis præ tædio aufugientibus, domus inhabilis fit: ita & cum litigiosa, rixosave muliere habitare perdifficile fuerit viro saltem quieto, & pacis amatori. *lib.*1. *proverb. vulg.* 68.
57 *fol.*20. Item † alterum illud ejusdem: *La cheminee est froide, il ny a rien plus froit que lastre*, h. e. Friget caminus; vel camino alget plus nihil. Quo adagio non ineleganti, innuit commune vulgus multorum patrum familias, aut inopiam aut in victu parsimoniam. Utpote quorum in domibus camino (in quo necessarius quotidianusve ignis fieri alive solet) alsius ac frigidius esse nihil ridet. Nam si qui vel necessario igni cum divites sint, parcunt: vel hunc ob penuriam lignorum alere minus sufficiunt, hi jure arguuntur, & cæteris quoque in rebus, aut parci aut inopes esse. Vt qui si rei plus omnibus necessariæ parcunt: & in rebus quoque minus necessarijs frigidi, insufficientesque erunt. *d. libr.* 1. *adag.* 165. *fol.* 41.

Postremo † conposita vox reperitur a- 58 pud Ulpianum JC. qui de Zeta & Heliocamino loquitur *in leg. qui arborem* 17. *in pr. D. de servitut. urb. præd.* Meminit & Plinius. *lib.* 2. *epist.* 17. ubi vide Johannem Mariam Cataneum. De † Zeta & Zeta- 59 rijs sive diætarijs pulchre disserit Laurentius Pignorius Patavinus *in comment. de servis & eor. minist. pag.* 241. *cum seqq.* & apud eum Antonius Welserus. Heliocaminus vero † æstuarium sive Solis evapora- 60 tio dicitur, ἀπὸ τοῦ ἡλίου καὶ καμίνου, i. e. Sole & camino, quasi dicat solaris caminus vel fornax: locus ad quem Sol hybernus accedens ipsum evaporat & calefacit, quo veteres Solis excipiendi causa utebantur. Pluribus hoc exponunt Alexander ab Alexandro Neapolitanus *libr.* 5. *genial. dier. cap.* 5. Marcellus Donatus Pontanus, *in Æl. Lamprid.* Johan. Corasius *libr.* 3. *miscellan. cap.* 14. *pag.* 558. & Henricus Salmuth, *in notat. ad d. libr.* 1. *Pancirol. pag.* 131. 132. Quos adhibere licet.

Ex quibus jam † illorum, qui sine discri- 61 mine illud negant, refellitur opinio. A meis quoque stat partibus celebris hic in

Italia

Italia JC. Guido Pancirolus, qui Blondi & aliorum sententiæ ita contradicit: Verum ego crediderim, inquiens, veteres etiam Caminos usurpasse, quibus nos utimur; cum & Vaporarij & Camini verbum in hac significatione inveniatur, *d. lib.* 1. *pag. mihi* 122. id quod modo adducta exempla condocefaciunt. Vaporarij autem verbo usus est Cicero hoc modo: Ita erant posita, ut eorum vaporarium, ex quo ignis erumpit, esset subjectum cubiculo *libr.* 3. *epist. ad Quint. Frat.*

62 Quo igitur argumento † Nob. Dn. Eberh. à Weihe moveatur, judicium sit penes alios, dum hæc adjicit: Formam jam usitatam caminorum à Saxonibus primum in Lombardiam translatam esse; quod vel inde conjicere licet, quod in Lombardia 63 etiam † vocabulis ad usum rerum ante caminum conficiendarum utantur, ut Bucare, beuchen/ bauchen: quas tamen voces quomodo cum Phrygibus conferat Joh. Fr. Matenesius, vide in ipsius *Harmath. seu orat. miscell.* 6. *pag.* 101.

Nunc cum portum fere videam, restat ut alia quædam leviter breviterque adspergam, quæ simul huc collineare videntur 64 Diphilus igitur apud Athenæum † nil Iphniten à Caminite differre censet. & utrumque à Clibanite recte separat ex mente Johannis Brodæi, apud quem vide notata de clibano & furno, *lib.* 5. *miscel. cap.* 21.

65 Diversorijs † deinde ac itinerarijs caminis dicimus, ut alijs rebus ejusdem generis, homines proprie uti, non frui: quod discrimen ante Laurentium Vallam *lib.* 5. *elegant. cap.* 5. Augustinus *lib.* 1. *de doct. christ.* 4. demonstrat. Et inde JCtorum orta est differentia, inter usum & fructum, inter usuarium & fructuarium.

Lazarus proinde † Soranzius Italus 66 postquam in exercitu Turcico diversos dixerat reperiri ministros, subjicit insuper: Armenos fossores & munitores ut plurimum esse, & apud Turcas ea præstare, quæ caminorum purgatoribus apud nos committuntur. Unde per ludibrium BOCGI vocantur. *in suo Ottoman. part.* 1. *disc.* 41. *p. m.* 56.

Nostra quinetiam ætate scimus à sagacibus † tributorum exactoribus excogita- 67 tum esse vectigal aut tributum, quod à singulis domorum focis & caminis exigeretur, vulgo ob id Cammarium dictum, vor jeder Herd/ oder Fewerstedt/ teste Hermanno Lathero *tract. de censu libr.* 1. *capit.* 5. *numer.* 2. confer Dn. Warem. ab Ehrenberg *libr. de subsid. & onerib. subdit. Eras. Roterod. chil.* 1. *cent.* 9. *adag.* 12. unde † 68 Herdrecht dictum, quando rustici seu subditi aliquid ratione loci & foci domino persolvunt, de quo videndum esse Gylman. *libr.* 1. *decis.* 12. *numer.* 18. *fol.* 174. 186. monet Wehnerus *in pract. obser. p. m.* 286. *in fin.* addens vocari etiam Herdrecht-Zins/ quod ratione areæ, wegen einer Herdstädt und Platzes exsolvitur. Veluti olim † 69 Columnarium vocabant grave illud tributum, Asiaticis alijsque provincijs, temporibus bellorum civilium à Romanorum Ducibus inpositum, quod pro singulis domorum columnis & hostijs, quæ inde Hostiaria adpellabantur, exigebatur. Vide de eo Jacobum Nicolaum Loënsem, *in Miscellan. epiphill. libr.* 8. *cap.* 19. apud Janum Gruterum *in supplem. tom.* 5. *thesau. crit. pagin.* 605. quem ante oculos etiam habuisse Martinium, sicque recessisse † à Cœlio Rhodigino, post- 70 modum hæc scribseram deprehendi, qui illud interpretatur vectigal, quod pro re

rustica penderetur, *in d. lexico philolog. verb. colonarium pag.* 481.

71 Ita etiam in quibusdam regnis hodie † alius canon conpetens ex molendinis, clibanis seu furnis, aut torcularibus receptus est, qui crescit & minuitur pro quantitate eorum, quæ moluntur, coqvuntur aut premuntur. Petr. Greg. Tholozanus *lib. 3. de republ. cap. 2. numer.* 14. Johan. Althusius *cap. 12. polit. numer.* 19. confer Ehrenbergium & Latherum *dd. ll.* Quo pertinent

72 ista † Erasmi verba, quæ in priori invectiva ponit inter cætera: Nunc eo processit habendi rabies, ut nihil sit usquam in rerum natura, neque sacrum, neque prophanum, unde non aliquid fœnoris extundatur; idque non solum à Principibus, verum etiam à Sacerdotibus. Olim sub Tyrannis etiam, sed rudibus adhuc, & nondum satis, quid esset tyrannis, intelligentibus, vel hæc omnium erat communia, maria, flumina, viæ publicæ, feræ. Nunc optimates quidam, quasi soli sint homines, vel dij potius, omnia sibi vendicant. Cogitur miserrimus nauta, vel cum periculo cursum flectere, & ad insolentissimi prædonis arbitrium, quidvis & facere & pati; ceu parum sit infelici, cum fluctibus & ventis rem habere, nisi tales quoque tempestates accesserint.

Occurrit portus, aliquid extorquetur. Transeundus pons, dandum est. Trajiciendum flumen, sentis Principum jus. Est tibi sarcinula, redimenda est à sacrilegis illis. Et quod his est multo crudelius, miserrimæ plebis genius fraudatur, & toties decimis ac vectigalibus arroduntur pauperum alimenta. Non est fas ex agris tuis convehere frumentum, nisi decimatum. Non molis, non pinsis, nisi rursus arrosum, &c. *d. proverb. 12. pag. mihi* 264. *adhibito meo tract. de jure molendin.* vom Mühlenrecht.

Promissi etiam mei memor *sup. numer.* 55. de querela adspergam nonnulla, quam de † Hypocaustis & Caminis Germanorum movent scribtores alij. Sic enim Euphormio illo Lusininus, id est, Johannes Barclajus, de Belgis ac inferioris Germaniæ populis inter alia scribit: Lectos sternunt in semota ac plerumque obscura ædium parte. Caminis, ut plurimum, non utuntur. Fornaculas ad levamen frigoris malunt; quas intextas tricliniorum parietibus pro conditione aëris ignibus complent; sed hic calor plerisque advenarum molestus est, quod & capita inexpertis vaporibus gravet, & illinc in publicum prodeuntibus, laxum corpus, atque omnis auræ impatiens, exhorreat; Præterea, si remittere ignis incepit, hoc genus hypocausta ingratis odoribus spirant; ea maxime in quibus convivantur, ubi expressæ confusæque tot dapium nebulæ exæstuant, vino quoque, ut illic assolet, quàm epoto, tam effuso. Neque in hypocaustis modo, sed & in cæteris thalamis quoque atque triclinijs fæda multis Germanorum & confusa rerum incuria; ideoque advenis in hæc penetralia admissis aër gravis. Sic ille *in Icon. animor. cap. 5. pag. mihi* 97. — 73

74 Ante eum † Erasmus iterum idem & quidem in plerisque epistolis apud amicos conquestus fuit, se nidorem istum hypocaustorum tolerare non potuisse; natura repugnante & adsuefactione. Nominatim vero de superiore Alemannia versus Argentoratum, ita ad Beatum Rhenanum scribsit: Accipe totam itineris mei tragico-comœdiam. Mollis etiamnum ac languidulus, ut scis, Basileam relinquebam: ut qui nondũ cum cœlo redierim in gratiã,

cum

cum tam diu domi delituissem, idque perpetuis laboribus distentus. Navigatio fuit non inamœna, nisi quod circa meridiem solis æstus erat submolestus Brisaci pransi sumus, sed ita ut nunquam insuavius. Nidor enecabat, cum nidore graviores muscæ. Desedimus plus semihoram ad mensam otiosi, donec adornarent scilicet illi suas epulas. Tandem nihil appositum est, quod edi posset: sordidæ pultes, offæ, salsamenta non semel recocta, meræ nauseæ. Sub noctem ejecti sumus in vicum quendam frigidum, cujus nomen nec libuit scire, nec si sciam velim ædere. illic pene exstinctus sum, in hypocausto non magno cœnavimus plus opinor sexaginta, promiscua hominum colluvies, idque ad horam ferme decimam ô qui fætor, qui clamor, præsertim ubi jam incaluissent vino. Et tamen ad illorum clepsydras erat desidendum. Mane multa adhuc nocte è stratis exturbamur clamore nautarum. Ego & incœnatus & insomnis navim ingredior. Argentinam appulimus ante prandium ad horam ferme nonam, illic commodius accepti sumus, &c. Ita ille quoque *lib. 5. epist. pag. mihi 228.*

75 Tandem obiter † & non inutiliter his adhibentur, quæ Hieronymus Cardanus Mediolanensis Medicus invenit ac literis mandavit, deque fumo & camino eum non remittente disseruit, figuramque istius fornacis simul adposuit, *in libr. de subtilit. capit.. p. m....*

Verum hæc de multis paucula delibasse sufficiat, & mihi & lectori. Mihi, qui existimo operam & oleum non perdidisse 76 eum, qui † post aliorum uberrimos messes stipulam oblata serie legerit: quod diligenti patrifamilias in agris demessis faciendum est, ex M. Terentij Varronis præcepto *libr. 1. de re rust. cap. 53.* Lectoris vero aures personent Columellæ voce: Magnæ rei † quantulumcunque possederis, 77 aliquid tamen possedisse non infima laus est, Ne tamen transcribtionis sedulitate vel lauder vel adcuser, poterit benevolus Lector, ob argumenti paritatem his adnectere & adjungere integram istam Justi Lipsij epistolam, in qua nonnulla hac de re commentatus est, & quam antea laudavi. Plerumque enim † in rebus humanis 78 ita comparatum, & maxime hodiernis temporibus est, ut alieni laboris simus beneficiarij, dicente magno Scaligero patre: præsertim cum nunc † admodum angusta 79 sit nostri ingenij, scientiæ & cognitionis vena, nisi aliorum traditionibus veluti multiplici lucernarum adpositione juvetur, dicente iterum Magnif. Dn. Warem. ab Ehrenberg *libr. 1. de fœder. cap. 1. num. 51.* adjunge Zasium *in leg. 2. §. post. hunc noxæ numer. 25. 26. 27. D. de orig. ju.* Dicent multi, plurima hic deesse, fateor, sed & hoc, libros abesse & interijsse veterum monumenta multa, subcurratque tibi illud † Romani Philosophi: Alium alio inveni- 80 re posse plura, neminem omnia. Nam ut alijs plerisque, ita in literis † dies cura- 81 que præsens, juxta Menecratem.

Μέμφεται ἐστὶ δ' αἰεὶ κρεῖσσ' ὀφειλόμενον.

Incusatur & semper futura melior est.

Et ut brevissime regeram, notum est † 82 illud Homeri:

—— οὐδ' ἄρα πως ἦν
Ἐν πάντεσσ' ἔργοισι δαήμονα φῶτα γενέσθαι.

h. e.

—— *non datur uni,*
Omnibus in rebus gnarum doctumque cluere.

Me in quocumque libuerit genere reponas (Lector) memor, Nullum † ſine venia placuiſſe ingenium: hæcque talia eſſe, ut univerſe probari poſſint, in partibus ſemper aliquid deſiderari. Hoc præſertim ſeculo, quo inprobari omnia non diffiteor. Sane eo ventum eſt, ut omnis † vetus doctrina logi ſint, & deſipere cenſeantur, qui ſectantur, ea quæ hoc præſenti & cæteris capitibus exhibui. Sed potius conmiſeratione, quam indignatione iſti ſunt digni: & robore opus eſt, contra judiciorum hos fluctus, & clavo recti judicij, qui dirigat inter undas obſtantes. Heus, Lector amantiſſime, exſtat ſuperioris nec remoti nimis ævi (deſiit namque ſcribere & vivere Anno ∞. CC. LXXIII.) Matthæus Pariſienſis, qui † hiſtoriam Anglicam ſcribſit, induſtrie & inquiſite, ſi non eleganter aut ſcite. Sed multa in eo bona & libera judicia: mireris ſi legas, Lipſij judicio *cent.* 5. *miſcell. epiſt.* 83. Unum, quod volui ad te auctarij loco referre ſuper † ſtudijs hodierni ævi, „ eſtque tale: Papa conſiderans (Innocentius Quartus) liberales artes jam in mechanicas pene fuiſſe converſas, propter lucrum: ut vere poſſit dici de Philoſophia,

83 84 85 86

Proſtat, & in pretio pro meretrice ſedet:

Et quod jam fere omnes ſcholares intactis Grammatices rudimentis, Auctoribus & Philoſophis, ad Leges properant audiendas, quas conſtat non eſſe de numero artium liberalium. Artes enim propter ſe appetuntur, Leges autem ut ſalaria adquirantur. Imo etiam, ut omnibus liquet, adoleſcentes ætate & ſcientia ſatis ſimplices, ex quo noverunt in paucis Sophiſmatibus, perſtrepentibus palmis congarrire cathedras aſcendunt magiſtrales, ut nomine illo uſurpato tumeant elevati: & facti venerabiliores ſine fundamento ſcandunt ad culmina celſiora: cum melius eſſet & utilius, Scholarum prius imbui experientia, & ſic tranſcendere ad præmiſſa. Addit deinde, Papam elegantem ſuper hac re epiſtolam ſcripſiſſe, qua remedia adferret. Examina, quæſo, verba illius Monachi: putes de ſuo, an noſtro ævo vel redeunte ingratoque ſeculo ſcribſiſſe?

Atque ſic Vale & I, licet; reliqua etiam inſeqvuntur.

CAP. III.

CAPUT III.

DE

Officio Principis, siti, fame, annona, dardanarijs & ærusacatoribus dicta exemplaque insigniora.

SVMMARIVM.

1 Causas reddit author, cur hanc dissertationem adjecerit?
2 Principum ordo primum tangendus: deinde Subditorum num. 22.
3 Principum officia ratione justitiæ, actionum, horreorum & granariorum publicorum, circaque pretia annonæ.
4 Magistratus plus peccat suo exemplo, quàm licentia. Quod exornatur similibus. num. 5. 6. 7. 8. 9. 10.
5 Proverbium adducitur, Piscem à capite primum conputrefieri: illudque historiola declaratur num. seq. 6.
7 Non debet imperare, qui non est melior suis subditis.
8 Regibus minus concessum est iniustè agere, quàm hominibus privatis.
9 Reges à Rebus præclarè & laudabiliter gestis dicti: item à Regendo: sup. n. 10.
11 Hodie sæpius verba per iugulum redeunt.
12 Principes plerumque suis negotiis honesti speciem prætexere, factaque colorare sciunt.
13 Mundus vult decipi: & qui nunc verum scribit, multorum odia incurrit.
14 Vir bonus is nominandus; qui cogitata & facta non erubescit prædicare.
15 Vnumquodque vitæ genus cognata quædam degenerandi habet pericula.
16 Imperio opus est, & officio mutuo in Republica.
17 Inpossibile est, ut non dicas, quæ inprobes, vel à quo dissentias.
18 Nemini fit iniuria, quando res ad priorem statum reducitur.
19 In civitate libera debent esse liberæ voces.
20 Germani præ cæteris nationibus libertatis titulo fulgent.
21 Hoc tempore maximè necessaria est taciturnitas.
22 Subditorum ordo succedit, de quo nonnulla in seqq.
23 Principum est sua cura populos reddere feliciores.
24 Principi & sapientiori cedere, decorum est: & publica sunt anteferenda privatis
25 Salus populi suprema lex esto: ubi simul de Romani populi amore erga Principes suos, remissivè.
26 Paranetica invectiva hic incipit: Numne plerique bonorum civium aut virorum ordini sint adsociandi?
27 Dardanariorum flagitiosum nomen & factum, cum num. 69.
28 Ærusacatorum, quos vulgò Kipper und Wipper / nuncupant, genus longe peius est.
29 Inpunitas eorum: pœnæ tamen in utrosque sancitæ, n. 48. cum seqq.
30 Apud eosdem est idem modus cupiditatis, qui æstimationis.
31 In turbam proiiciens lapidem, & iactu isto lædens L. Aquilia tenetur: Et si quis hominem fame necaret, in factum obligatur, cum inductione. num. 32.
33 Nefas est hominem homini insidiari.
34 Natura inter omnes cognationem quamdam instituit.
35 Interest hominis, beneficio hominem adficere.
36 Homo naturæ obediens homini nocere nequit.
37 Cardanus dixit, Hominem ideo conditum esse, ut animal esset fallax.
38 Idem, cur homo malorum sit morum, exponit.
39 Imo ne animal quidem esse adseverat.
40 Correptio & graphica descriptio, inpii fallacis & avarissimi cuiusdam dardanarii, ex Melchiore de la Cerda.
41 Dardanarii unde dicti sint? cum n. 45.
42 Artes dardaniæ pro magicis usurpatæ.
43 Columellæ lib. 10. dubitant quidam an ipsius sit.
44 Dardanariorum maleficiis & venenis magicis credebant olim annonam diverti & averti.
45 Hodiè quinam dicantur dardanarii, παντοπῶλαι, seplasiarii, flagellatores, monopolæ, Auff- und Vorkauffer.
46 Optat autor Apollis manum, vel Comicorum linguam, quò hoc genus nequam digne depingeret.
47 Altera Avari cuiusdam describtio generalis, ex Georgio Nicolasio, iuncto supr. num. 40.
48 Dardanariorum avaritia pestilens ac damnosissima vocatur, multisque pœnis quoque subiecta fuit. n. 49 usque ad 73.
50 Athalarici Regis rescribtum ad annonæ vexatores: cum fragmento epistolæ Apollonii de iisdem num. 49.
51 Vlpiani I Cti responsum adducitur in eadem causa.
52 Stellionatus vox apte respondet Germanic. Stellen.
53 Pauli I Cti sententia similis adnectitur,

54 Iac.

54 Iac. Menochius dardanarios putat pœna extraordinaria feriendos esse: ut & eodem modo puniendos censet, qui pluris merces vendunt, quàm à Magistratu æstimatæ sunt, num.55.
56 Statuta multorum locorum exstant, quibus hujusmodi lucrionibus obviam itum, ut nisi per certam horam diei emant.
57 Constitutionibus Imperij severissime etiam Monopolia sunt interdicta: quarum summa ibi proponitur.
58 Dardanariorum est idem votum & studium.
59 Praxis eorum Germanicis verbis detegitur.
60 Cujusmodi qui sunt, tamquam abominabiles ex templo ejiciendos esse Hugo pronunciavit; juncto num. 67.
61 Magistratuum potestas in ferendis legibus, ne cives aut subditi res suas quaslibet tanti vendant, quanti volunt ipsi aut possunt.
62 Cuiacii emendatio lectionis in Constit. Frid. de pace tenend. quæ agit de pretio rerum, per certas personas & tempora legitime constituendo; iuncto num.63.
64 Principes ac Civitates melius nequeunt civib. suis consulere, quàm Dardanariorum licentia vel malitia repressa.
65 Sed mores perduxerunt leges in potestatem, & omnia consvetudine vitia introducuntur.
66 Quid vero summus ille rerum arbiter DEVS minatur; & qua ratione isti se excusabunt?
67 Vates Pythius è templo quemdam eiecit, quod amico in vitæ periculo constituto non subvenisset.
68 Thuanus exemplum refert, qui in Germania ob annonæ excandescentiam divinitus sit punitus.
70 Benedicti illi, qui frumentum promit ac vendit: maledictio autem, qui fraudulenter recondit.
71 De male quæsitis nil aut parum ad heredes pervenit.
72 Ante obitum nemo beatus: mortuus verò in tabulis ævi expositus, infamiæ aut famæ posterorum.
73 Deus quandoque inprobis velut instrumentis utitur: sæpeque ob causas eiusmodi mala immittit permittere.
74 Famem inducit sterilitas & bellum.
75 Locustæ etiam maximum segetibus damnum adferunt. De iis singularis Plinii locus adducitur, cumque iis loca S. Scripturæ & Iuris Canonici conferuntur num. 76.
77 Idem Plinius testatur, civitatem à locustis in Aphrica pulsam fuisse.
78 Aliud remedium, puta Excommunicationis, adhibuerunt Galliæ quidam incolæ, ut illas fugarent: quo de iucunda invenies num seq. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85.
79 Summarium breve Chassanæi consil. 1.
80 De simili processu iudicia & exempla aliorum; cum prolepsi autoris. num 81.
82 Memorabilis historia de Merindoliensium & Caprariensium in Gallia damnatorum querimoniis, miseriis ac obpressionibus, cum n.83.
84 Thuani ἁμάρτημα μνεμονικὸν notatur, quod Chassaneum dixerit murium patronum; qui tamen consilium suum pro locustis, vel insectis similibus conscribsit.
85 Hureber seu Hurebec quodnam genus insectorũ? quibusve nominibus aliis insignitum, n. 86.
87 An à volucris nostris diversæ sint raucæ vermiculi & erucæ? cum vera lectione l.15.§.2. D.loc.
88 Contemtus legum divinarum, extremaque hominum malitia solet esse famis causa, cum n.91.
89 Fames interdum quoq; in pœnam & tentationem, fideique probationem à Deo inponitur.
90 Matris cuiusdam inprecatio famem decennalem accersivit.
91 Acriores stimuli adduntur de contemtu altissimi Numinis, deq; inverso ordine repugnantium.
92 Verbi divini fames etiam adnunciatur refractariis.
93 Miraculosus progressus Evangelii quid commone faciat? quod ultimo ad Septentrionales, nosque Germanos pervenit.
94 Species malorum istorum præcipue elucent in siti & fame.
95 De siti quædam: sed levia breviaque.
96 Fames pro mendicitate usurpatur.
97 Ebrietatem fortunæ dixit Petrus Roverius.
98 Sitis vocabulum multis quoq; adtribuitur.
99 Magna sitientis est cupiditas & voluptas.
100 Sitis causa declamare, apud Ciceronem: qui Aures sitientes alibi dixit. num. 101. (habent.
102 Mundi inhabitatores plerique membra sitientia
103 Germanis attamen solis inpropriè sitim & ebriositatem cum voracitate faciunt propriam: quod demonstratur n. seqq. usque ad n. 157. in quibus excursus habetur de innata quasi gentibus famelica, sitibunda natura.
104 Non in nationes integras debemus invehere.
105 Ingenia ad summa connitentia nationum diversarum calumniis patent.
106 Populi plerique tegere melius vitia, quàm fugere norunt. Vbi certamen Germani & Itali exstat.
107 Ipsi Romani non fuerunt alieni ab ingluvie & ebrietate.
108 Græci similiter à minoribus poculis incipientes, desinebant in capacioribus.
109 Eorundem lex proposita conpotoribus: ἢ πίθι, ἢ ἄπιθι, sauff oder entlauff.
110 In lectis quoque recubantes crebros magnosque haustus propinabant.
111 Potandi itidem gloria famosi Scythæ, Persæ, Pœni, Celtæ, Hispani, Thraces, Flandri & Franci. n. 115. 116. (petu.
112 Novellus Torquatus tres congios ebibit uno im-
113 Vlricus de Nova Domo liberis suis vix ablactatis vina generosissima porrexit, ut postea securius leviora biberent, nec facile vinci possent.
114 Henricus Goritiæ Comes filiolis noctu expergefactis vinum ingessit: quod cum adsumere nollent, matrem uxoremque ex alio concepisse insimulavit.

117 Ka-

factis vinum ingeſſit: quod cùm adſumere nollent, matrem uxoremque ex alio concepiſſe inſimulavit.
117 Karuli Magni lex: Neminem alium ad potandum ſine pœna poſſe conpellere vel invitare.
118 Concilium Nannetenſe idem decrevit: & quomodo nos in conviviis gerere debeamus, indicavit.
119 De ejusmodi vitiis alii plura tradiderunt; qui laudantur etiam n.120.121.122.123.
124 Omnes gentes ſua habent peculiaria bona & mala.
125 Plinius jamdudum dixit: In nulla parte mundi ceſſare ebrietatem.
126 Dubiæ cœnæ ubiq; gentium quoq; invaluerunt. Non tamē corporis ſanitati inſerviunt. n.127.128
128 Non avide, devoratur, quod irritamenta gulæ non præbet.
129 Craſſa corpora ſanguinis emiſſione indigent.
130 Non manet in uno eodemq; ſtatu corporū natura.
131 Athletæ nec ſani ſunt, nec diu vivunt.
132 Anima dicitur in ſanguine vivere, nec poſſe eam in ſino diu manere: illudq; pro lurconibus eſt. n. 134. & idem imitantur Evangelicorum hoſtes. n.138.
133 Vinum bibens, conſumit pecuniam in bonos uſus.
135 Helluones unde ſint dicti?
136 Marcus Antonius integrum de ſua ebrietate librum conſcribſit.
137 Quî fiat, quod majorum noſtrorum tempore vini pretium vilius exſtiterit?
139 Neſcire crimina hodie pro crimine habetur; juncto num.140.141.142. cum admonitione ad reſipiſcentiam ſevera & ſeria. n.143.
144 Doloris amotio ſucceſſionem efficit voluptatis.
145 Solatii inſtar eſt, ſocios habuiſſe malorum.
146 Recurſus ad prius membrum de fame. De qua ſelectiores authorum ſententiæ ac teſtimonia adferuntur n.147. usque ad n.151.
152 Signa atque prodigia famem utplurimum antecedere ſolent. Quod ulterius exponitur n.153. ubi de miraculoſo jejunio exemplum, collatū cum num.154.
155 Exemplis inſignioribus iſta ſcribtorū dicta illuſtrātur: inſertis ſimilibus memorabilibus de famis atrocitate. n.156.157. item de fame Meizæ, num. 158. Saguntina n.159. Hieroſolymitana nu.160. Romana n.161.162.163.164.165.166.167.168.169. 170. Athenienſi n.171.172. Charthaginenſi n.191. Aphricana n.192. Anglica n.204.206. Hiſpanica n.207.210. Gallica n.218.219. Sancerrana n.220. Andelicana n.221 Venetiana n,222. Antiochena n.224. Veronenſi n.225. Novarienſi n.226. Bohemica & Polonica n.227. Livonica n.228. Hungarica n.229. Lugdunenſi Batavica n.237. Francica n.238. usq; ad n.255. Germanica n. 256. 257. 258. Monaſterienſi VVeſtphalica n.259. Orbis denique univerſi n.261. juncto n.262.
173 Iejunus ſtomachus nihil ſpernit.
174 Gentes ſæpiſſime ſedes mutarunt: idque factum ob multivarias cauſas, quæ recenſentur. n.175. 176. usque ad n.190.
176 Galli qua ratione Italiam invaſerint?
177 Batavi quomodo Rheni inſulas?
179 Abderitæ populi Thraciæ, à muribus ac ranis divexati, natale ſolum coacti ſunt mutare.
181 Cuniculorum ingens proventus Hiſpaniæ inſulas Baleares celebres reddiderunt.
182 Locuſtæ etiam in Aphrica civitatem quamdam migrationem inſtituere cogerunt.
183 Idemque fecerunt alibi culices ac pulices.
185 Qui nulla aut exigua bona poſſident, contra eos bella non ſunt ſuſcipienda; juncto num.186.
193 Hunerichi nomen alibi in hiſtoriis exprimitur Hunricus & Heinricus.
194 Carthaginenſium inhumanitas erga exteros taxatur.
195 Inhoſpita Syrtis apud Virgilium quomodo dicatur?
197 Ob civium multitudinem, vel ob ingruentem neceſſitatem an peregrini vel cives aliqui ſint expellendi? Obiter exponitur usque ad n.203. addito n.221.
200 Validi tamen mendicantes non ſunt tolerandi.
201 Iudæi num ſint expellendi? remiſſivè.
202 Ariſtotelis doctrina damnatur, abortum vel expoſitionem infantum ſuadentis.
203 Crebra apud Ethnicos infantium abjectiones & neces aliàs fuerunt.
204 Germania gentium & hominum officina prædicatur.
205 Maſſagetæ parentes & cognatos ſenio aut morbo confectos necarunt ac comederunt.
209 Angli varia, mobilia & ſuperſtitioſa habent ingenia.
207 Caſtilia Hiſpaniæ ſterilis ac inops eſt regio.
208 Caribes creophagi averſantur Hiſpanorum carnes; adiuncta alia ratione. num. ſequent. 209.
211 Hiſpani in India immanem exercuerunt crudelitatem.
212 Caro aſinina quibusdam Hiſpanis eſt ferina.
213 Hiſpania aſinis ſcatet.
214 Sed & Galliam iis abundare. Bodinus contra Ariſtotelem defendit. Addere etiam Lepores potuiſſet. n.215.216.217.
215 Cuiacii anagramma de Iohanne Bodino.
217 Maximilianus Imp. Regem Galliarum vocavit, ob duriſſima ſervitia ſubditis inpoſita, Regem Aſinorum: ſe verò Regem Regum.
219 Lutetia Pariſiorum tot continuit homines, quot univerſus ager VVürtembergicus.
223 Turpe eſt Chriſtianos ſuperari à Barbaris miſericordiâ & humanitate.
230 Proverbium german. Der Hunger iſt ein Wiſger/ꝛc.
231 Arcanum politicum detegitur: Hungari quâ occaſione & an recte ad noſtram pervenerint notitiam? cum num.232.233.234.236.
235 Cluſæ & Cluſuræ quid olim fuerint? iuncto n. 232.
241 Proprium & primum, citiusque parandum genus molæ manuariæ incidenter autor indicat.
242 Neceſſitas novam quoque invenit equitationem.

248 Episcopus quidam præsentissima fame ieiunium indixit.
249 Caligula etiam Rom. Imp. horreis præclusis famem accersivit.
255 Abstinentia à cibis sitim mitigat.
260 Pecunia est nervus belli gerendi.
262 Vaticinium Eucherii de interitu Romani Imperii, & ultimi ævi malis quamplurimis.
263 Consolatoria oratio ad pios & desertos in ejusmodi calamitatibus, usque ad num. 267,
264 Verbum ὑπερεντυγχάνειν notabile apud Apostolum.
265 Maxima malorum pars est tædium vitæ.
266 Præcipuum in adversis solatium est Bona Conscientia.
267 Meditatio pia hæc exornat, à corporis & animæ consortio, subsequutoque præmio petita.
268 Inprobi & inpii contra notantur, & ultimi supplicii metus ipsis incuitur.
269 Boni hodie merguntur, lites in judiciis, veritas in convitiis, & mendacium in delitiis habentur.
270 Chronostichum anni 1622.
271 Moneta nomen accepit à monendo.
272 Monetæ mutatio innumerabilia secum adtulit scandala & damna; junctis num. 278. 280, usq; ad n. 289.
273 Apud Lacedæmonios quædam furta manserunt inpunita.
274 Hodie quænam proprie furta sint adpellanda, non constat.
275 Germani antiqui argentum magis, quàm aurum sequebantur.
276 Iustinus utrumque dixit scelerum materiam.
277 Dissimili etiam adfectione illud gentes prosequebantur.
278 Barbaris licet de Iure Romano aurum subtrahere.
279 Marius Gratianus olim legem tulit de schola instituenda, in qua juventus probos doceretur nummos probare. Id autem hodierno tempore institutum foret inutile, quo potius ludus aperitur, falsos cudere. n. 280. 284.
282 Conductitii æruscatores, di. Pachtmüntzer/ homines sunt triobolares.
283 Africa ista monetaria indies aliquid novi lucri & mali adportat.
285 Artem captandorum Testamentorum quidam docuerunt.
287 Ἀπορία & consilii turbata inopia extremi judicii prænuncia est.
289 Ob hæc apud posteros infamia juris & facti laborabimus.
290 Oratio ad Deum & Proximum, de miseriarum fine ac pœnitentiæ seriæ actione.

1 AGmen claudat † subsequens hæc dissertatio parænetica, tempori & materiæ adcommodata; de officio & curâ Principum circa famem, annonam, dardanarios & æruscatores hodiernos. Seculo enim tali vivimus, ut vix vivamus: inter omnes miserias & tumultus bellicos, subsequuturamque famem & præsentissimam rerum omniũ caritatem; quàm insuper malè feritati quidam homines malitiose excandefaciunt, & istarum pretia intensissima insensissimaque nefario ausu atque pessimo exemplo ipsimet pro lubitu constituunt; augentq; indies celerius, ne dicam momentis ferè singulis. Materiæ quoque huic puto convenire eum excursum; cùm libellum variarum rerum titulo proscribserim, vicinas antea quæstiones & tractatus singulares de Juribus Molendinorum ac Burgorum nunc feliciter absolverim; ad quos talia spectare omninò videntur, separato commodius percolenda loco. Rẽ habes (benevole lector) breviter, sed totã: & quo consilio scribserim hoc publico grassante malo, maturè perpendas, oro.

2 Non possum non invehere † in istiusmodi homines, &, si temporum nostrorum sinereт licentia, Principes ipsos talia procurantes, aut conniventes, vel non debitis remediis cohibentes ac coercentes. Ad hos siquidem subditorum paterna spectat indubiè cura, quæ de † administranda aut reducenda in orbem justitiã agit, inq; abstinendo à pravis actionibus, exstruendisq; publicis horreis, granariis seu domibus frumentariis, & annonæ pretio legitimè costituendo, aliisq; in officiis consistit; quæ Politici majore cum adparatu proponunt, & fecit Sedulius *in libell. de rectorib. Christian.* post Isocratem *in orat. ad Nicocl.* idemq; præstitit V. CL. Dn. Andreas Dinnerus *in tractat. de pretio popularis annonæ, aliarumq; rerũ. quæstion. 3.* Et in terminis similiter Hermannus Latherus *tract. de censu. lib. 3. c. 7.*

3

4 Ac sanè † plus suis exemplis, quàm peccandi licentia subditos lædunt, dicente Am-

miano Marcellino *lib.22.hiſt.* Quod enim Princeps & caput (ſeu medulla, corq; populi, *Ezech.c.17.v.3.ubi Oſiand.in gloſſ.*) faciat, id fieri licere ſibi facilè in animum cœci & amentes inducunt; quamvis inpium & divinis legibus infeſtum, inquit Melchior de la Cerda *vol.1.campi eloq.pag.338.* Principumque vita certè omnium oculos in ſe convertit, & longè potentior eſt ad æmulationem, ait Jacobinus Typotius *in ſymbol. divin. & human. to. 2. emblem. 7. fol. 7.* ſcilicet:

——in vulgus manant exempla regentum:

& Marcellus Palingenius de quodam teſtatur *in Zod. vita in Sagitt.*

Iſte igitur Rex talis erat, talesque videbam
Eſſe ſuos populos; plerunque eſt Regis imago
Vulgus, & ad mores accedere Principis optat.

Idem:

Qualis enim Rex eſt, talis quoque ſubditus illi
Eſſe ſolet Populus, ſtudiiſque tenetur eiſdem.

Iſocrates in eamdem ſententiam: φιλεῖ τὸ πλῆθος ἐν τούτοις τοῖς ἐπιτηδεύμασι. τὸν βίον διάγειν ἐν οἷς αὐτοὺς ἄρχοντας τοὺς ἑαυτῶν ὁρῶσι διατρίβοντας. Ab iisdem rivulis nemo negabit profluxiſſe dictum Xenophontis: Ὁποῖοί τινες ἂν οἱ προστάται εἰσὶ, τοιοῦτοι καὶ οἱ ὑπ' αὐτοὺς ἐπὶ τὸ πολὺ γίγνονται. h.e. Quales gubernatores ſunt, tales plerumque & ſubditi eſſe ſolent. Nec mirum; cum † Proverbio dicatur: A capite primùm computreſcere piſcē. Quo ænigmate ſcilicet Græcis obſcuriꝰ ſignificare animus fuit, Principem virum, ſi turpitudini ſe dedat, aut habenas nimium relaxet, mox dare & graviorem in plures habem. Huic enim non magis latere continget, quàm Soli inter collucentes ſyderum oculos. Et quemadmodum inferior hic mundus pendet à corporibus cœleſtibus, atque his præcipuè, quæ primas tenent inter ſydera: ita Rerumpublicarum ac Populi ſtatus pendet à Principibus præſertim ſummis, ac latè dominantibus Monarchis; ad quorum ingenia, conſilia, mores, affectus, fœdera, diſſidia ſubinde vulgus immutatur: haut aliter, quàm ad Lunæ curſum mare reciprocis æſtibus nunc adfluit, nunc defluit; aut ad Solis motum terra nunc vernat floribus, nunc æſtu finditur, nunc fœtibus oneratur, nunc gelu riget; quo ſimili utitur Eraſmus Roterodamus *lib.6.epiſt.p.m.249.*

5

Ad rem verò iſtam, priusque diverbium ſequens obſervetur † hiſtoriola. Cum Fridericus Trajectenſis Epiſcopus inter epulas à Ludovico Pio Imperatore admoneretur; ut absque ullo perſonarum reſpectu jus diceret: Rectè mones (inquit) ſed & illud à te ſcire cupio, utrùm piſcem hic adpoſitum ac capite, an à cauda adgredi liceat? Cùm Imperator à capite, tanquam præſtantiore parte, inchoandum reſpondiſſet, ſubintulit ille: Ergò & tu Imperator renuncia prius inceſto conjugio, quod contraxiſti; referente Zuingero *in theatr.* ac latius repetente Cornelio Kempio *libro tertio de origine rebusque geſtis Friſiorum, capite vigeſimo nono & trigeſimo.*

6

Et quomodo injuria? cùm ipſe † Cyrus hoc agnoverit apud Plutarchum: ἄρχειν μηδενὶ προσήκει, ὃς οὐ κρείττων ἐστὶ τῶν ἀρχομένων, hoc eſt, Nemini convenit imperare, qui non eſt melior ſuis ſubditis.

7

Idcircò iterum Iſocrates ad Nicoclem ſcribſit: προσήκειν ἡγοῦμαι τοσοῦτω τοὺς βασιλίας

λίας βελτίους εἶναι τῶν ἰδιωτῶν, ὥσπερ καὶ τὰς τιμὰς μείζους αὐτῶν ἔχουσι, id est, Existimo Reges sive Principes tanto meliores esse hominibus privatis, quantò ipsi eis honoratiores sunt. Imò ex † ejusdem præcepto: Τοῖς βασιλεύσιν ἧττον ἔξεστιν ἀδικεῖν, ἢ τοῖς ἰδιώταις, hoc est, Regibus minus concessum est injustè agere, quam hominicus privatis. Alias turpe erit, ex communi placito, doctori sive rectori, cum culpa redarguit ipsum.

8

Isocrates denuò verissimè: Ἡγησάμην τὰς βασιλείας δεινὰ ποιεῖν, ὅσοι τοὺς μετὰ ἄλλους κοσμίως ζῆν ἀναγκάζουσιν, αὐτοὶ δ' αὐτοὺς μὴ σωφρονεστέρους τῶν ἀρχομένων παρέχουσι, hoc est, Graviter peccare illos Principes arbitrabar, qui alios ad honeste vivendum cogunt, ipsi autem se non modestius suis subditis gerunt.

Et omnium locupletissimè hæc inter alia diffundit idem Sedulius, inquiens: Qui apicem Regiæ dignitatis Domino præstante ascenderit, oportet ut seipsum primùm regat, quem divina dispositio alios regere ordinavit. Rex enim à regendo vocatur.

Tunc autem hoc nomine severaciter adpellari intelligit, qui semet rationabiliter gubernare non ignorat. Rex itaque orthodoxus summoperè studeat, ut qui bona subditis concupiscit imperare, aliorumque errata disponit corrigere, ipse mala non admittat, quæ strictè in aliis corrigit; & bona, quæ imperat, ante omnes inplere contendat.

Sex autem modis bonus Rector sese laudabiliter regit: primò quidem, dum inlicitas cogitationes animi severitate reprimit: secundò dum salubria consilia tam ad suam; quàm ad populi utilitatem pertinentia pertractat: tertiò cùm otiosa & inutilia seu noxia inanium verborum folia profluere devitat: quartò, cùm gloriosorum Principum prudentiam simul & verba, nec non divinæ scripturæ eloquia, super mel & favum mentis faucibus sapificet: quintò, dum perniciosæ actionis omne dedecus perpetrare expavescat: Sextò autem, cùm si qua sunt laudabilia, si quà sunt gloriosæ dispositionis opera magnifica, insigniter ostendat, ut qui interius coram DEO devota fulgescit voluntate, exterius coram Populo sermone clarescat ac opere, &c. *d. lib. de rectorib. Christian. cap. 2.* Numeris quæ adstrinxit alicubi † novellus quidam Poeta:

9

Reges à Rebus rectè dicuntur agendis.
Qui contra faciunt, amisso nomine pulchro
Deformi sordent titulo, turpesq; vocantur.
(O ex istorum numero sit nemo!) Tyranni
Optimus ille, regit qui se suosq; decenter.

Quid plura? tanta hujus est sentētiæ certitudo, ut manu Cassiodori scribat Senatui Romano ipse Rex Theodoricus: Facilius est, si dicere fas, errare Naturam; quàm dissimilem sui Princeps possit formare Rempublicam, *lib. 3. variar. epist. 12.*

Sed longior hucusque fui, quàm putâram; non tamen abs re. Alias quidem in hanc rem † gnomas atque exempla longum exscribere. Habentur ea & quidem alia, quàm hîc collegi, apud Antigonum Macedoniæ Regem in Laertii Zenone, Pacatum panegyrico. Ciceronem *lib. 3. de leg.* Janum Gruterum *in comment. ad loca Taciti. pagina 48. 49. cum sequentibus.* Thomam Dempsterum *in paralipom. ad Johannem Rosinum, libro octavo antiquitatum Romanarum pagina 761.* Hermannum Latherum *dicto tractatu de censu, libro secundo, capite primo.* Gregorium Richterum *axiom. polit. reg. 120. & axiom. historiar. reg. 261.*

10

Sed,

11 Sed, ô Domine! in quæ nos reſervaſti tempora! Tales nimirum ſunt † horum temporum mores, ut ſi quis liberius verbulum aliquod proferat, ſtatim claſſicum ceciniſſe videatur; ut ſæpè etiam verba per jugulum redeant: Contraria tam profunde ubique apud omnes radicantur, ut quis ſpei audaciam cum voto ſuo vix audeat committere. Judæorum quoque ſequuntur ſimul veſtigia; neceſſum ergo erit & ſubſequi aliquando easdem aut majores pœnas; qui dicebant & mandabant videntibus, nolite videre: & adſpicientibus, nolite nobis adſpicere ea, quæ recta ſunt: loquimini nobis placentia. *Eſai.30. verſ.10.* Homines ſcilicet de Placentia nunc vivunt, & non de Verona; jculariter, ſed verè quidam dixit:
12 & † Principes illi præſertim, qui non ſunt inepti, ſuis negotiis aliquam ſemper honeſti ſpeciem prætexunt, ut ſincerè fatetur optimus Philippus Cominæus *libr.4. pagina mihi.422.*

13 Adeò ut † hodiè qui verum ſcribit, multorum odium incurrat. Mundus decipi vult. Qui decipere non vult, ei ſuadeo, ut abſtineat à ſcribendo. Nam regitur opinionibus certorum hominum, à quibus ſi disſentias, hæreticus es; quæ cautela eſt Druſii *ad loca difficil. Geneſeos capite nonageſimo*
14 *ſexto.* Sanè ſi † Vir Bonus is demum adpellandus, qui non modò facere, ſed ne cogitare quidquam audebit, quod non audeat prædicare, Cicerone judice 3. *offic.* paucisſimos eſſe futuros, quibus hoc Viri boni nomen jure tribui poſſit, aut tributum ſit, hodieque conpetat, facilè quis crederet.
15 Breviter; habet † unumquodq; vitæ genus cognata quædam degenerandi pericula. Ea qui conmonſtrat, non derogat ordini, ſed rem ordinis agit. Veluti Principum felicitas obnoxia eſt tyrannidi, obnoxia eſt ſtultitiæ, obnoxia adulationi, obnoxia delitiis, & ne quid dicam gravius. Hæc qui conmonſtrat vitanda, benè de Principum ordine meretur. Nec derogat illorum majeſtati, qua gloriantur, qui demonſtrat, quibus in rebus ſita ſit vera Principum majeſtas; qui illos admonet, quod jurarint in ſuſcipiendo principatu, quid debeant populo ſuo, quid magiſtratibus; verba ſunt ejusdem Eraſmi *lib.23.epiſt.7.p.m.*890. Si
16 cuivis enim † quidquid libuerit, perpetrandi data eſſet licentia, ubi flagitiorum undique conceſſa inpunitas; haut quidquam inter noſtram & ferarum intereſſet vitam: & ab hac ſtatim radice omnium ſcelerum pullulaſceret inportunitas. Imperio propterea opus eſt aliquo, & officio mutuo parentium, ſimulque imperantium, viqueac poteſtate majore & exequutione certiore: per quam crebrius pravæ cohibeantur lubentiæ, quæ cupiditates refrænet temerarias, & qua inmanſueti homines, Circeæ quaſi virgulæ contactu & tractu reddantur mitiores, melioresque. Mirum nì hîc veritas & ſeveritas odium pariat? Quid tum? utriusq; partis id debitum eſt, atque inſuper ſervam operam, liberam linguam herus meus juſſit me habere, ait non-nemo apud Plautum. Non ergo hoc iſti, apud quos, ſi de his liberè aut publicè mutias, væ tuo capiti. Et
17 tamen † nullo pacto fieri poteſt, ut non dicas quid non probes ejus, à quo diſſentias, inquit Romanus Conſul Cicero *lib.1.de fin.*
18 maximè cum † nemini fiat injuria, quando res ad priſtinum ſuum ſtatum reducitur, pronunciantibus Sixtino *conſil.*10. *num.*39. & Cravetta *conſil.* 132. cumque † in civita-
19 te libera linguam mentemque liberas eſſe debere, edixerit Imperator Tiberius apud Suetonium *lib.3.cap.*28. & aliàs † Ger-
20 mani præ aliis nationibus inſigni libertatis

titulo fulgere, illumque decepti semique capti moi dicus tamen adhuc retinere anhelant. 21 Præsertim hoc tempore † non modò conducens, sed propè necessaria videtur taciturnitas: quippe quum multos ob loquendi libertatem sæviens vindictæ procella perdere conetur; & quod magis dolendum sit, in libera Germania liberas esse linguas non permittatur, ut olim ad Karulum V. scribsit Hermannus à Neunare *de orig. & sedib. Franc. in princ. pag. mihi.* 100. Intelligis lector, quid hîc taceam, & quid apud me suspirem causis de variis multisque, in hac calamitate communi.

22 Erumpat interea vox, † de altero imperii membro, quod Subditorum nomine usitato insignimus. Principes ergò se primùm corrigant, ac dein populum habebunt obsequentem: cùm suâ sponte id facere aliàs debeant, & dicente denuo Isocrate: 23 † τοῦ μὲν τῶν ἀρχόντων ἔργον ἐςὶ, τοὺς ἀρχομένους ταῖς ἑαυτῶν ἐπιμελείαις ποιεῖν εὐδαιμονεςέρους. i.e. imperantium sit, parentes sua cura reddere feliciores & beatiores. Quod Just. Imp. se observasse, gloriatur nobili ista sententia. Quod communiter omnibus prodest, hoc rei privatæ nostræ præferendum esse censemus, nostrum esse proprium subjectorum commodum imperialiter existimantes, *l. un. §. hæc autem* 14. *C. de Caduc. toll.* & majori cum cumulo eadem exaggerat *in princ. Novell.* 8. 24 Subditi † vicissim illud Epicteti considerent: ἄρχοντι καὶ σοφωτέρῳ εἴκειν κόσμιον, h.e. Principi & sapientiori cedere, honestum esse: ac denique præstantes urbis Romæ, cives olim magis augere Rempublicam, quàm privatas opes studuisse, teste post infinitos veteres Philippo Melanchthone *lib. 2. Chron. p. m.* 317. Nec aliter fieri potest, nec debet. 25 Sicut enim † omniũ naturarum finis est incolumitas navis, tametsi diversa sint officia, & utilitas proinde ad unumquemque reditura sit singulatim, ut salvi perveniant in portum: ita finis omnium civium domi & militiæ est, publica salus, seu defensio Reipubl. qua præeunte nemo potest esse incolumis. *in comm. ad ll. 12. tabb.* Confer quæ Rex Theodabadus de Romani populi erga Principes suos amore scribit, apud Cassiodorum *lib. 10. variarum epistolarum* 14.

Ad quam ergò classem † civium, nedum 26 bonorum virorum referam istos, quos tot legum vinculis (utinam aliis, verisque!) constrictos novimus, & quos hac invectivâ ceu publicâ vindice perstringere de novo animus est, & vox reliquorum omnium, communi voto eos proscribentium? Turpe † DARDANARIORUM nomen est, 27 turpius longè ipsum factum & genus, malusque genius † ÆRUSCATORUM 28 (vulgato nomine Kipper und Wipper dictorum) qui catervatim se ingesserunt hactenus inpunè; suis autem monetariis sive numosis & ærosis erasisque machinationibus tanta universæ Germaniæ inflixerunt vulnera, quot & quanta ferventia adhuc bella vix unquam valuerunt, ceu plurimis demonstravi *in tract. de jure molend. quæst.* 1. *num.* 13. *&* 14. *per tot.*

Nunc † pro libidine quisque (Magistra- 29 tuum edictis susque deque habitis) pretium rei suæ avarissime statuit, tantumque ex ea pretium redigit, quantum per fraudes obliquas circumvento emptore captavit, quantumque per directas auctiones flagellante annona ac incensa rerum omnium caritate malitiose extorsit. In quibus † vel 30 Marco Tullio judice, *act. 6. in Verrem*, idem modus est cupiditatis, qui est æstimationis: & difficile est finem facere pretio, nisi libidini feceris. Præterea quis non iniquum

31 iquum cenſeret, ut † qui in turbam lapidem in altum ſublatum projecit, cujus caſu homini nocitum eſſet, L. Aquilia teneatur, aut extra ordinem puniatur: iſti vero mortalium bipedumque nequiſſimi, qui numos diſtrahunt protrahuntque viliſſimos, rerum omnium pretia mire intendunt, eaque peſte & fame publica magna pars hominum hodie peritura eſt, adhuc venia & laude inſuper digni judicentur? cum tamen citra 32 has rationes, ſi quis † unum hominem fame necaret, in factum teneri pronunciet Neratius *in l.9.§.2. D.ad L. Aquil.* Nefas 33 enim eſt † hominem homini inſidiari, multo magis tam acerbiſſimo modo cruciare 34 aut necare: cum † natura inter omnes cognationem quamdam conſtituerit, *l.ut vim.* 35 *3. D.de juſt. & ju.* Sicque † hominis interſit, beneficio potius adfici hominem, quam maleficio, *l.ſervus.7. D.de ſerv. exp.* 36 Imo homo † naturæ obediens homini nocere non poteſt, ait Cicero *3. offic.* Et præclare Ovidius *lib.2. de Ponto el.9.*

> *Conveniens homini eſt, hominem ſervare voluptas,*
> *Et melius nulla quæritur arte favor.*

Quem ſequitur Marcellus Palingenius *lib.2. Zod. vitæ:*

> *Natura humanæ nil aptius, & nihil ipſo*
> *Dignius eſt homine, ut perhibet ſchola docta Sophorum,*
> *Quam prodeſſe homini, & ſocio ſuccurrere lapſo.*

Neſcio igitur, quo fato agitatus, ſuisque 37 ſpeculationibus ad eam delabſus ſit naturæ malignitatem † Hieronymus Cardanus; ut ſtatuerit hominem ideo conditum eſſe, quò animal eſſet fallax; ac ſi nulla aut aperta nondum fraudibus alias pateret janua, *lib.11. ſubtilit.p.m.450.* qui etiam *lib.12.p.467.* † 38 cur homo malorum ſit morum, ſui inmemor exponit: & tamen alibi diſputat, hominem † 39 ne animal quidem eſſe, *d.lib.11.pagin.449.* At contra non inmerito Melchior de la 40 Cerda Profeſſor Hiſpalenſis † quemdam avarſſimum perſtrinxit dardanarium: non fallacem modo, ſed inpium prorſus, quem ſic adloquitur: An tu eras Chriſtianus, cum in platea pauperes clamitabant, non communi more, ſed intoleranda fame pereuntes, te ſedente pro foribus in ſella diductis cruribus. Ecqua in hac urbe major unquam fames fuit, cui divites ſubcurrerent, horreis præſertim ſuis omnis generis frumento conpletis. At tu ipſo tempore palam omnibus audientibus pauperum miſerias & voces adſpernabaris, atque alteram portam, porticum ſcilicet, aperueras ad triticum cariſſimo pretio venditum occulte quidem efferendum. An vero toto illo tempore quisquam te granum frumenti niſi pecunia grandi divendentem adſpexit? quisquam dico etiam panem extorſit? quisquam depoſcens ope tua famem aliqua ex parte levavit? Nominandus eſt ille annus ad ignominiam tuam in civitate. Cum ſumma caritas eſſet, & inopia rei frumentariæ, neque frumentum inportaretur ex aliquot locis, neque in urbe propter inopiam veniret: Peribant Pauperes, fame enecati reperiebantur, fames intoleranda in tota urbe erat, neq; tu in tanta miſeria & vaſtatione civitatis opem & auxiliũ tuliſti. *vol.1. camp. eloq. p.51.* 41 Ipſum quinimo † nomen per ſe ſatis funeſtum eſt: pervulgatum namque

namque Dardanarios invisos esse probis omnibus, & à Dardano quodam mago ex Apulejo constat, sic dictos fuisse; à quo &

42 † artes Dardaniæ pro Magicis dictæ fuerunt à Columella *de cultu hortorum libr. 10.*

43 (de quo tamen † dubitant nonnulli, an ejus sit) his versibus:

At si nulla valet medicina repellere pestem
Dardaniæ veniunt artes.——

44 Creditum enim est † eorum maleficiis & venenis magicis annonam averti in eorum horrea, & in metiendo mensuram inminui, ejusque modo subtrahi.

45 Qui autem † nunc dicantur Dardanarii, optime explicat Adrianus Turnebus *lib. 9. adversf. cap.* 17. Dionysius Gothofredus *ad princ. l. 6. D. de extr. crim.* Part. Prattæus cum Jo. Calvino *in lextc. jurid.* Cels. Bargalius *tr. de dolo lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 85. Jacobus Cujacius *lib.* 10. *observ. cap.* 19. ubi ostendit, eosdem esse dardanarios, qui παντοπώλαι (aut verius, si liceret dicere, vivi totique diaboli) & seplasiarii & παντομετάβολαι in glossis antiquis dicuntur: item σιτοκαπήλους hos annonæ flagellatores vocat Philostratus *in vita Apol. lib.* 1. *cap.* 11. Julius Pollux, ἀναπιπράσκοντας καὶ ἀναπωλοῦντας; Vulgus Korn- und Wein Juden / die allerley auf- und verkauffen; his nempe cognatum genus, qui monopolia exercent, ut mox audiemus.

46 Apellis solum mihi hîc † manum optarem & pigmenta, quibus ad vivum liceret depingere ac refingere tales. Non oculus est hominis tam curiosus, scio, quem ad intuendum voluptas traheret; vel amor picturæ, qui desiderio duceretur, oblectandi se terribili adspectu isto ac tetrico. Coloribus vivis ego non utar, sed carbo mihi pro penicillo erit, qui adumbret rem rudiori ductu, nec ad artis legem. Quid ad legem autem, ubi lex omnis contemta virtutis ac honestatis? ubi sceptrum libidini, clavus superbiæ, fræna avaritiæ committuntur & ambitioni: ubi calcatur jus & æquitas: pudor & modestia sub pedibus jacent: ubi nefas dictat jura & flagitium: ubi ad dolos ac fraudem omnia sunt conposita. Hiccine ad legem me formari posse, & servare decorum, ubi in dedecore summo & confusione singula Comicorum morem imitabor, & quod verbis non exprimo, declarabo signis ac nutu: id est, producam personam & sistam in theatro coram universis, avarissimi

47 † cujusdam Dardanarii; aut quod idem est orexis quem torquet numi: prodet ipsummet se gestibus suis inpiissima factorum & curarum morumque variatione: ad quos nunc transimus & praxin vitæ, ô inlaudabilem & turpissimam! Quæramus hunc in cubiculo primum, quid tractet, quid somniniet, quæ sollicitudines mordeant, quæ flagellet anxietas, Plutonis mancipium. Nunquam solus dormit, quin lemures secum habeat ac virunculos terrigenas perpetuo, cuniculorum scrutatores & auriphilos: totus in cavernis est mente ac voto, & thesauris incubat, eruit, conflat, cudit, congerit, saccos, modios, cistas & arcas farcit, claudit, reserat, extrahit, supputat; pascit oculos colore, copia, varietate. Hîs abacum videas pro altari: rationum tabulas pro libello devotionis: crumena & loculus duo candelabra sunt, in quibus aurum, non cæra fulget: monetarum sculpturæ & symbola templorum imagines referunt: lancea hebræa, quâ debitorum latera transverberat, Crucis stipitem: in cornibus aræ Judæ effigies posita & Mercurii duo penates quidam & tutelaria numi-

numina. Dum ſubducit, multiplicat, ſubtrahit, dividit, orantis partes exequitur: ſyngrapha & chirographa peccatorum collectanea ſunt; conpunctio ſubnaſcitur & intimus dolor, ſi in pactis & contractibus ſponſor excidat fide ac fallat. Ut primum effert pedes domo, rapinæ ſicut vultur inhians, forum pro templo quærit; licitationes audit & pretium rerum: creſcente, animus ridet, & in roſis cubat: turbatur, laxiori illo & æquabili. Si inſtructior cella & granarium, Jovis arma invocat, grandines ac procellas accerſit, pruinas excipit oſculo & ſalutat. Vites aduri & conteri ſegetes in votis & delitiis habet: voluptas eſt, videre ſtragem publicam, planctus audire & querelas communes egentium, dummodo marſupij uterus talentis ſibi turgeat quocunque jure: ſpe ſolus devorat omnia, & affectu invadit, qua lucri odor ſpirat, ſagacior cane ſequitur: de laqueo cogitat, ſi fruſtratur. Quinimo teruncij unius jactura magis affligitur, quam ſacrilegio millies iterato, quam devincta continuis perjuriis myriadi dæmonum infelici anima, quam plauſtris blaſphæmiarum conjectis in magnum in cœli Numen, ſuperante rabie His enim plerumque dotibus exornat vitam ſuam, tenax opum & ſordidus corraſor; nec mirum, in quo metus omnis pœnarum exſtinctus & ſpes præmij cui cœlum fabula eſt & infernus; ut graviſſime hæc delineavit Georgius Nicolaſius, *lib. 2. epiſt. aſcetic. moral.* 4. Et ideo † peſtilens iſta ac damnoſiſſima vocatur avaritia ab Amoſo *cap.* 8. *verſ*..... & ideo etiam † ſemper ſeveriſſime prohibita utinam toties coërcita, & prolata jamdudum ſententia ſtrenue exeqvutioni mandata! Juvat cognoſcere principium epiſtolæ Apollonij ad annonæ vexatores ſcribtæ: Terra, inquit, communis omnium mater eſt, propterea juſta. Vos autem injuſti, qui eam duntaxat veſtram matrem eſſe voluiſtis; quod niſi ab hujusmòdi incepto deſtiteritis, diutius vos in ea permanere non ſinam. Lege ſis † reſcribtum Athalarici regis, quod ad Epiſcopos & honoratos (confer Dn. Andr. Dinneri *tract. de pretio popul. annon quæſt.* 3. & 4.) & contra dardanarios panici ſpeciem ſibi vendicantes directum habetur apud Aurelium Caſſiodorum, & à Guilielmo Fornerio emendatum, reperitur *libr.* 9. *var. epiſt.* 5. Neque etiam inpunitos hos dimiſit felix † veterum Juriſconſultorum ſecta, quorum fragmenta juris corpori Juſtinianus Imperator inſeruit. Hinc præclare reſpondet Ulpianus: Annonam attemperare & vexare vel maxime dardanarij ſolent; quorum avaritiæ obviam itum eſt, tam mandatis quam conſtitutionibus. Mandatis denique ita cavetur: Præterea debebis cuſtodire, ne dardanarij ullius mercis ſint, ne aut ab his, qui coëmtas merces ſupprimunt; aut à locupletioribus, qui fructus ſuos æquis pretiis vendere nollent, dum minus uberes proventus exſpectant, annona oneretur. Pœna in hos varie ſtatuitur: nam plerumque ſi negotiantes ſunt, negotiatione eis tantum interdicitur: interdum & relegari ſolent, humiliores ad opus publicum damnari. Ita Ulpianus *in d. l. annonam.* 6. *D. de extraord. crimin.* & repetit hoc modo: Qui merces ſuppreſſit, ſpecialiter hoc crimine poſtulari poteſt, *in fin. leg.* 3. *D. de crim.* † *ſtellion.* quod probe cum germana ac Germanica convenit voce, Stelen. Paulus etiam conſentit, † dum ſcribit: In dardanarios, propter falſum menſurarum modum, ob utilitatem popularis annonæ, pro modo admiſſi extra ordinem vindicari pla-

Marginal numbers: 48, 49 (left column); 50, 51, 52, 53 (right column).

ri placuit, *l. 37. D. de pœn. juncta l. mulierem 13. D. de accusation.* confer Pet. Theodoric. *colleg. crimin. disp. 9. th. 2. per tot.* 54 Qua ratione motus, istos † pœna extraordinaria judicis arbitrio hodie plecti Jacob. Menochius *de arbitr. jud. quæst. casu 384.* 55 *num. 1. & seqq.* ubi † eadem pœna & illos feriendos dicit, qui pluris merces vendunt, quam taxatæ sunt à magistratu. Atque sic ista similiter mandata ac Imperatorum 56 constitutiones subseqvuta sunt † Statuta plerorumque locorum & civitatum; quibus interdictum est, ne propolæ & similes lucriones emere possint, nisi per certam horam diei, ut notant Glossa *in l. 2. verb. tradere D. de nundin.* Andr. de Isernia *inc. num. §. 4. post. nat. num. 26. de pace ten. ejusque viol.* & Matthæus de Afflictis *ibid. numer. 5.* qui suo consilio rebus hisce adflictis salubrem adfert medicinam: & exstat nobilissima gravissimaque constitutio Zenonis Imp. *in l. num. C. de monop. & conv. neg. illicit. vel. artif. ergo laborum nec non baln. prohib. & pact. illic.* Nec minus Imperij Recessibus ac constitutioni- 57 bus prohibita † Monopolia sunt, præcipue vero in der Reformation guter Policey zu Augspurg 1548. auffgerichtet *cap. 18.* die Monopolia und schädliche Fürkäuffe belangend/ cujus hæc est summa: „Monopolia hisque similia pacta in toto imperio irrita „injusta & reproba sunto. Ea qui inierint, „eorum bona meri imperij dominis confiscantur, „ipsis nulla uspiam securitate cavetor. „Hanc legem magistratus sub bonorum „amissione rigide exercento. Negligentes „Fiscalis Cameræ officij admoneto, „iisque intra mensem non parentibus, eos „qui deliquerint, ipse jure judicioque perse„quitor. In Camera conventis nullæ ex„ceptiones dilatoriæ, declinatoriæ vel ad„vocationes conpetunto: remissio nulla in„dulgetor. Ipsi etiam magistratus mono„polia exercentium conniventes ac pœnam „differentes instante Fiscali Cameræ cen„tum marcis auri mulctantor. Indices bo„norum ademtorum quadrantem ope ma„gistratus vel Cameræ capiunto: si socij „criminis fuerint, inpunitate contenti sun„to, &c. Petrus Denaisius *in jure Camerali tit. 194.* Horum enim omnium † idem 58 est votum atque studium: minus enim uberem annonam exspectant, ut ex ejus caritate lucrum faciant, annonam attentent, onerent, vexent, vastent, flagellent, incendant, excandefaciant. Pet. Poncetus *de ju. municip pag. (mihi) 285. 287. & seqq.* † Daß sie allerley Wahren und 59 Kauffmansgüter / auch Wein / Korn und andere deßgleichen / von den höhesten biß auff die geringsten in jhre Hand und Gewalt allein bringen mögen / Vorkauff damit zu treiben / und denselben Wahren einen Werth nach jhren Willen zu setzen / oder dem Kauffer oder Verkauffer sie nicht näher oder anders geben wollen / dann wie mit jhm übereinkommen. Zu welchen Ende sie dann in dem Lande hin und wider gute Kundschafft haben / sonderlich wann die Wahren verderben / oder sonsten in Auffschlag kommen / ehe die andern Kauffleute solches gewar werden. Cujusmodi † qui 60 sunt, tanquam abominabiles ex templo ejiciendos, ait Hugo Selestadiensis *tract. de offic. quat. prælat. §. pen. de tuendis subditis numero 4. & 5. autoritate can. quoniam 12. & can. seq. distinct. 88.* Quæ & conplura alia bene sunt contra eos, qui negant aut difficulter sibi persuadere possunt; Magistratum † facere posse, ne cives & 61 subditi res suas quaslibet tanti vendant, quanti ipsi volunt & possunt. Quî enim

hoc

hoc liceret privatis circa annonam? Cum præter infinitas prope rationes nobiliſſima conſtitutione Friderici Imperatoris Primi ejus nominis (ut Cujacius autumat, Hotmanus autem tertium vult eſſe) quæ de Germaniæ pace publica lata eſt id ipſum ſub pœna graviſſima prohibitum ſit. Exſtat illud univerſale edictum *libr.* 2. *Feud. tit.* 27. § 4. Verba particulæ illius ad argumentum præſens ſpectantis ita habent:

62 Poſt natale (ſic namque idem † Cujacius » legit, non, Natalem) S. Mariæ unusquis» que Comes ſeptem boni teſtimonij viros » ſibi eligat; & de qualibet provincia cum » ipſis ſagaciter diſponat: & quanto pretio » ſecundum qualitatem temporis ſit annona » vendenda utiliter provideat. Quicunque » vero contra deliberationem ipſius intra » anni terminum altius modium & carius » vendere præſumſerit, tamquam violator » pacis habeatur: & totidem viginti libras » Comiti exſolvat, quanti modios ſive mal» dios altius vendidiſſe convictus fuerit. Hactenus Fridericus. Ex qua conſtitutione, ad univerſos promulgata, ea fere omnia, quæ huc faciunt, robur invictum adquirunt. Nam, & quis: & quarum rerum: & ex quo tempore pretium juſtum definiri debeat: denique quibus pœnis pluribus diſtrahens contra magiſtratus definitionem teneatur, diſerte explicat.

63 Conferantur † ea, quæ habet V. N. Dn. Georg. Remus *in ſpicil. ad Salom. proverb. cap.* 11. *verſ.* 26. Marquardus Freherus *libr.* 3. *de Infamia cap.* 20. *numer.* 7. Pet. Theodoricus *d. colleg. crimin. diſp.* 9. *theſ.* 2. & Dn. Andr. Dinnerus *d. quæſt.* 3. *cum* 4. ubi ſimul ad contraria prolixe reſpon-

64 det. Non enim poterant † Principes vel civitatum Rectores ac decuriones melius conſulere civibus ſuis circa annonam & ejusdem pretium, niſi ſtrenue repreſſa dardanariorum audacia? Qui ex tam juſta matre terra novercam facere nefario auſu attentant, reliquosque mortales exhauriunt & atterunt.

O conſtitutiones orbi Chriſtiano ſalutares, ſi ſeculi noſtri exulceratiſſimi avaritia, & ψύξις extrema charitatis, ſi monopoliorum inpunita licentia, in uſu eaſdem habere permitterent! Verum ita eſt, ut Comicus *in trinummo act.* 3. † differit: Mo- 65 res leges perduxerunt in poteſtatem ſuam. Avaritia more nunc ſancta eſt, libera eſt à lege: annonæ pauperum aliorumque honeſtorum, qui ſacramentum Mammonæ non dixerunt, modo inſidiari, dardanarios omnes inprobitate vincere, more licentiam habet: munerum vi Præfectorum annonæ animos labefactare, ut conniveant, more fit. Sed quid ſupremum † re- 66 rum omnium Monarcham DEUM, quantaque minari ac inmiſſurum eſſe judicabunt? Severiſſimum, ſimulque juſtiſſimum atrociſſimorum criminum ultorem. Nec ulla ignorantia, nedum malitia illos excuſabunt unquam. Toties enim hæc omnia legerunt prohibita, & audiverunt ab Eccleſiæ miniſtris fideliſſimis. Inde ſacræ Pandectæ tot ſcatent conminationibus, nî legi divinæ aures præbuerint morigeras, manusque contineant puras & benignas cæteris porrigant liberaliter: hinc peſtilens ac damnoſiſſima ab Amoſo dicta fuit avaritia: denique cujusmodi qui ſunt, tamquam abominabiles ex templo ejiciendos eſſe, adſeruit Hugo Seleſtadienſis, interque alia hanc Friderici legem mire collaudavit. Neque id injuria; dum in publica illa calamitate proximo buccellam panis aut numorum teruncium præbere renuit talis: maxime cum ſcia-

67 mus † vatem Pythium templo ejecisse eum ideo qui amico in vitæ periculo non subcurrisset, referente Epicteto *in Enchirid. cap. 39.* Præstat illud confirmare insigni 68 † exemplo ejus, qui ob scelus istud divinitus est punitus. Magna enim prodigia olim Anno 1571. in Germania contigisse, memorantur à viro illustri Jacobo Augusto Thuano, *libr. 50. histor. p. m. 987.* ubi historiam ipsam lege. Memorabile sane exemplum & laudabile illud Principis fa-69 ctum, necessariumque. Hoc enim † genere hominum nihil fraudulentius, nihil iniquius fuit ubicumque terrarum: & nomen ipsorum satis ignominiosum, tam mortalium opinione, quam origine & inpositione ipsa etiamnum existit. Quis enim proborum non inprobaret tam exitiosum malum; imo quis ad nudam famam prorsus non exhorresceret eorum, qui nec hominis, nedum Christiani titulo nec vita digni. Quid Paræmiastes seu sapientissi-70 mus regum † Salomon? Abscondentem seu comprimentem frumenta execrabuntur populares; benedictio autem super caput venum dantis. *Proverb. d. cap. 11. vers. 26.* Quod versibus inclusit ita Antonius Mancinellus *in speculo morum & officiorum:*

Celanti triticum à domino maledicitur illi.
At benedicentur, qui vendunt; quique pii sunt.

71 Atque sic † de istis male quæsitis non se-72 cundus, nedum tertius gaudet heres: nec † ante mortem laudandus homo ullus, quoniam in filijs suis agnoscitur vir, ut perhibet Syracides *cap. 11. vers. 30.* Verissime; & quod notent tales annonæ, aliarumque mercium acerbissimi venditores ac vexatores sceleratissimi: defunctos scilicet vita in tabulis ævi expositos esse infamiæ aut famæ posterorum; qua de materia insigniter iterum declamat Georgius Nicolaßius *lib. 1. epist. moral. 9. per tot.*

Cæterum nunc † instat, ut licet non hoc 73 agam, sed Theologis prolixius ruminandum relinquam; cur, quomodo, & quando interdum DEUS inprobis velut instrumentis utatur? tamen summo quasi digito monstrandæ sunt præter enumeratas causæ, ob quas sæpe talia inmittit permittitque. Tempore Davidis recensetur fames trium annorum, ob violatam à Saule cum Gabeonitis fidem; sedatur autem morte septem filiorum Saulis, *2. Reg. cap. 21.* Prodigus præterea filius cepit egere, postquam bona dilapidasset, ubi facta est fames valida in regione illa. Abijt itaque & adhæsit uni civium, qui misit illum in villam suam, ut pasceret porcos. Cupiebat tunc implere ventrem suum de siliquis, quas porci manducabant; sed nemo illi dabat, &c. *Lucæ 15. v. 15. 16.*

Fames etiam crebro ingruit † ob terræ 74 sterilitatem; item ex semente per hostes belli tempore impedita, locisque obsessis quamplurimum accidit. Sterilitas autem ista varijs contingit modis. Maximum sane † damnum, quod Locustæ segetibus at-75 que frugibus adferunt. Illud si quis leve arbitretur, Plinium naturalis historiæ scribtorem is audiat & adeat, cujus locus habetur, *libr. 11. cap. 29.* Deorum iræ (inquit) pestis ea (locustarum videlicet agmina & quasi expeditio) intelligitur. Namque & grandiores cernuntur, & tanto volant pennarum stridore, ut aliæ alites credantur, solemque obumbrant, solicite suspectantibus populis ne suas operiant terras. Sufficiunt quippe vires & tamquam parum sit maria transisse (ut in priori capite dicit) inmensos tra-

ſos tractus permeant, diraque meſſibus contegunt nube multa contactu adurentes, omnia vero morſu erodentes & fores quoque tectorum. Italiam ex Aphrica maximæ coörtæ (al. maxima cohorte) infeſtunt. Sæpe Populo (Romano ſcilicet) ad Sybillina coacto remedia confugere, inopiæ (egeſtatis) metu. In Cyrenaica (Lybiæ) regione lex quoque eſt, ter anno debellandi eas: primo ova obterendo, deinde fœtum, poſtremo adultas, deſertoris pœna in eum qui (eas interficere) ceſſaverit. Et in Lemno inſula certa menſura præfinita eſt quam ſinguli enecatarum ad magiſtratus referant. Graculos quoque ob id colunt adverſo volatu obcurrentes earum exitio. Necare & in Syria militari imperio coguntur. Tot orbis partibus vagatur id malum. Hactenus Plinius, quæ conſentanea ſunt ſacris literis 76 † *Exodi cap. 10. Prov. cap. 30. & Malach. cap. 3.* de quo eſt etiam. *can. revertimini. cauſ. 16. q. 1.* Similiter Gabriel Soarayna J. C. Veronenſis ad Joh. Matthæum Bembum Patricium Venetum & Senatorem ſcribit: Locuſtarum Cyprios modios millia triginta, quæ herbas, meſſesque in inſula, aut erodebant aut tactu adurebant propoſito à te præmio ab incolis captos, in mare projici jubes, in epiſt. dedicat. 77 præmiſſa Singul. Doctor. Idem Plinius † civitatem etiam quamdam à locuſtis in Aphrica pulſam ait *libr. 8. cap. 29.* Et hoc quidem ab aliis etiam adnotatum eſt. Admonet autem me locus prior Plinij (cum ait: adverſus irruptionem locuſtarum ad Sybillina remedia Pop. Romanum con- 78 fugiſſe) & alterius cujusdam † remedij, quod contra ſimilium inſectorum injurias Galliæ pagi ac villæ nonnullæ adhibuerunt. Cum enim in Heduis ager Belnenſis, in quo eſt oppidum Belna, vetuſto nomine Bibracte, à genere quodam inſectorum frequenter infeſtaretur, quod uvis mirum in modum incommodaret: territi hoc portento provinciales Officialem ſive vicarium ſedis Epiſcopalis, quæ eſt Auguſtoduni, accedere conſueverunt, ab eoque ſuppliciter petere, ut primum quidem beſtiolis his edacibus mandet, quo vel à damno deinceps abſtineant, vel provincia confeſtim excedant: perſeverantes autem contumaciter in maleficio, exſecrentur &, ut vulgo dicitur, excommunicentur. Nec mora, inpetrant Belnenſes quod petunt, atque etiam ut ipſi nocentes diris publice devoveantur. Hæc petitio cum forte fortuna ad † Bartholomæum Chaſſeneum 79 JCtum; qui tum Auguſtoduni in Heduis erat, perlata eſſet: Is diligentius de conſvetudine illa cogitans, librum verius, quam conſilium ea de re conſcribſit, quod in ordine conſiliorum ipſius eſt primum; in quo ordinem ſequentem ſervavit: primum explicat, quomodo latine appellentur illa inſecta, & an eadem ſint cum locuſtis in textu *l. 18. C. locat.* Secundo, an in jus vocari ſive citari beſtiolæ tales poſſint? Tertio, an in jus vocatæ ipſæ cauſam agere debeant, an vero per procuratorem defendi poſſint? Quarto, quis ſit judex reorum iſtorum conpetens, eccleſiaſticusne, an vero ſecularis? Quinto, quid ſit execratio ſive anathema, quod contra animalcula iſta poſtulatur? Quibus ita diſcuſſis tractat, an diris devoveri poſſint, ſive an inſectis ejusmodi & alijs quoque creaturis inrationabilibus maledicere liceat? Cujus authoris † proceſſum addu- 80 cit quoque & ſimili exemplo illuſtrat Wil-

helmus Holderus, ſub ficto nomine Fratris Wilhelmi de Stutgardia Ordinis Minorum *in lib. cui titul. Mus exenteratus pag.* 89. *usq; ad pag.* 95. & eamdem quæſtionem etiam tractat Thomas Aquinas *in ſecunda ſecundæ quæſt.* 76. Qui negat maledictioni locum eſſe; tum quia creaturæ in rationales maledictionis capaces non ſint, tum quod maledictum tale refundi videatur in ipſum naturæ auctorem. Poſtremo formulas quoque dirarum atque anathematis, quæ in eadem provincia à vicariis Epiſcoporum proponi conſueverunt, ſubnectit. 81 Dicet aliquis, hæc † non tantum aliena fere à materia noſtra verum etiam ridicula videri, indigna quibus conmemorandis tempus teratur: nam genus inſectorum de quibus agit Chaſſenus *in d; conſ.* 1. non eſſe locuſtas aliunde patet, & infra demonſtrabo. Sed nemo tamen inficiabitur; quin hæc talia & autori ſuo laudem juris peritiæ & æquitatis, & multis præterea mortalibus ſalutem, ad tempus ſaltem, quo vixit Chaſſeneus pepererit. Accidit 82 enim, ut bene longo interjecto tempore † incolæ Merindolij & Caprariæ (non procul ab urbe Meſſalia) in provincia Alpina Galliæ extremum diſcrimen adirent condemnati à vicino Parlamento ſive ſenatu Aquenſi, illa horrendi carminis lege lata, ut igne in viros ejus vallis incolas vindicaretur, damnatorum bona fiſcus occuparet, cui & liberi cum uxoribus damnatorum addicti: ipſum vero Merimdolium ſolo æquaretur: quæ ſententia poſtea Anno Chriſti 1545. exeqvutioni mandata fuit. Ejus Senatus præſes tunc erat is, quem dixi, Bartholomæus Chaſſeneus: quem Nicolaus Alenius vir nobilis miſeratione & periculo incolarum motus Aquis Sextijs convenit, eique cui familiaris erat, in mentem revocavit, quid olim cum adhuc in Heduis eſſet, in cauſa inſectorum contemtiſſimorum ſtatuiſſet, liberisque editis conſignaſſet; rogat, ne qui agminis illius edacis patrocinium olim ſuſcepiſſet, nec niſi cunctanter, & juris ordine adcurate obſervato ad execrationem ipſius progrediendum exiſtimaſſet, qui argumenta defenſionum, quibus nocentium procurator uteretur, magno ſtudio conquiſiviſſet; ne, inquam, tunc, cum de tot miſerorum hominum ſalute veroque periculo ageretur quibus jam exercitus Regius inminebat, diverſam de ſe ſpeciem præberet, conmitteretve, ut ipſo judicante duriorem ſortem homines atque incolæ Merimdolij, quam olim ipſo patrono inſecta experirentur. Qua ratione agendi victus & ad argumenta ſua revocatus Chaſſeneus, auctor Senatui Aquenſi fuit, ut exeqvutio ſententiæ in tempus aliud differretur, copiæque jam ad necem miſerorum conductæ dimitterentur. Donec tandem, eo quo dixi anno, mortuo jam Chaſſeneo, tempeſtas illa exeqvutionis atrociſſima in vallem Merimdolienſem & adcolas, ſub rege Franc. I. duce Johanne Minerio, quem ſucceſſorem habuit Chaſſeneus, detonaret. Cujus tamen facti filium ejusdem & regni ſucceſſorem Henricum II. ita puduit, ut publice in parlamento Pariſienſi innocentiam occiſorum per procuratorem adſereret, eosque injuſſu patris Franciſci trucidatos ac conbuſtos diceret, ſicut diſerte ſcribtum reliquit Carolus Molinæus JCtus *de Monarchia Francorum numero* 154. *usque ad numer.* 160. Vide de miſeris † Merindolienſium iſtorum & 83 Caprarienſium Joh. Sleidanum *libr.* 16.

com-

comment. ante medium. Auctorem libri, cui titulus: *Catalogus teſtium veritatis, pag.* 704. *& plurimus ſeqq.* Jac. Aug. Thuanum *libr. 6. hiſtor. circa medium.* qui colloquium Chaſſenei cum Alenio elegantiſſime deſcribit, *mihi fol. 126. & ſeqq. edit. in Folio, quæ prodijt anno Domini* 1609.

84 In qua hoc † unum forte deſiderari poteſt (ſi modo tanti eſt obſervatio iſta) quod ibidem murium patronus Chaſſeneus paſſim adpellatur; quod tamen conſilium ſuum non pro muribus ſcribſit, ſed pro inſectis illis, quæ ipſe lingua Heduorum, id eſt, Burgundionum, Hurebers,

85 adpellari ait. Eſt autem † Hureber vel Hurebec genus inſectorum inde dictum quod roſtro ſuo quaſi urat vitium gemmas, vel (ut Plinij verbis utat *libr. 17. natur. hiſt. cap. ult.*) quod vuas pubeſcentes prærodat, ubi & remedia contra

86 hunc vinearum peſtem tradit. Item & † Volvoces ibidem nuncupari ait. Plautus *in Ciſtellaria act. 4. ſc. 2.* Involvolum, & beſtiam nequam dixit; quo nomine & Galli vocant Vermem nequam. Marco Cathoni Convoluolus dicitur *in libr. de re ruſt. ſive de cultu hortorum d. lib.* 10. Volucram adpellat, his verſibus:

Sæpe etiam gravidis irrorat peſtifer undis
Ex quibus infeſta Bacho glaucisq; ſalictis
Naſcuntur volucræ, ſerpitque eruſca per agros.

Idem Columella *lib. de arboribus cap.* 15. Genus, inquit, eſt animalis, Volucra adpellatur, id fere prærodit teneros adhuc pampinos & vuas: quod ne fiat, falces, quibus vineam putaveris, peracta putatione, ſanguine urſino linito: vel ſi pellem fibri habueris, in ipſa putatione quoties falcem acueris, ea pelle aciem detergito, atque ita putare incipito. Hactenus Columella. Utrumque locum etiam Cujacius notavit *libr. 15. obſervat.* 28. ubi à †

87 volucris noſtris diverſas ait eſſe raucas (quarum mentio habetur *in l. ex conducto 15. §. 2. ſi vis temp. D. loc. conducti.*) vermiculos Plinio notos *libr. 17. nat. hiſt. cap.* 18. ex quibus & ipſis vermiculationi obnoxias eſſe ſegetes ait; reprehenſo Alciato, qui pro Raucis *in d. §. 2.* legit, Erucas. Et hæc quidem hactenus: quæ ex commentarijs Dn. Præceptoris Andreæ Dinneri JC. in lectoris gratiam decerpere; quæque ab ipſius ore diſertiſſimo accepi & excepi, ſine honoris præfatione minime præterire volui: quæ in cauſa remittendi ob ſterilitatem conductori canonis notavit *ad d. l. excepto 18. C. de locat.*

88 Cæterum ad ſuſcepta † redeundo brevibus; contemtus ſacratiſſimarum legum, & obſtinata hominum malitia tam graviter contra præcepta divina peccantium cauſa famis ſolet eſſe potiſſima. Fames enim noncuſtodientibus illa adnunciatur *Levit. 26. verſ. 16. Deuteronom. 28. verſ. 51. & ſeqq.* eamque in †

89 pœnam & tentationem fideique probationem inponi, Robertus Monachus perhibet. Sic etiam †

90 fames decennalis ex matris inprecatione ſuborta; qua de quæſtione nobis fidem facit uberius Philippus Camerarius *cent. 3. medit. hiſt. cap.... pag. 126.*

91 At pleraque hæc ab unico iſto † principio & inprobitatis fonte. Præpoſterus certe ordo ſi domini jus ſervus occupet, excuſſa diſciplina; ſi imperat, cui parendum; ſi præſit inferior, ſubſit major. Ubi igitur ſic agitur, ibi agitur præſens noxa & excidij metus; adfligitur & labaſcit tandem regnum ac inclinat ad everſionem. Arcem ſtruxit manus divina, dum conderet hominem; imo non arcem, ſed Mundum

dum quasi quemdam contractiorem, & ambitu minori conpactum; ubi sicut in amplo hoc & spacioso, jura etiam divisit & ordines, ut caput esset & rector unus, velut Monarcha regni, subditi cæteri.

Apex hic celsitudinis & jus sceptri rationi cessit: sors deterior, quibus subter præcordia stationes divisæ, adfectibus subpositis, qui cum belluis naturæ ductum participant, & præsentia rerum tanguntur, & gustant, nisi dirigat virtus prædominans, & habenas injiciat: si laxentur, ruunt ut torrens egressus metas, & ferociunt ut aper aut pardus, quos occultus amor stimulat. Eheu quam vereor ne ira DEI ulterius excandescat, neque in vitiis nos tam profunde mersos hæc vorago absorbeat; nî mature soliciteque nobis caveamus! Recognitio peccatorum pœnitentiam gignit: hæc amoris ac doloris mater est. Doloris utique, quoniam causa & origo ejus prima, pessima: & amoris, quia ex tali, ad optimum finem, cum decreto correctionis, & recenti copula ac nodo ejus, qui offensus. Eo enim dirigendus intuitus primo, ubi Numen præsidet huic Universo, irritatum à nobis & offensum: contra quod funestas manus temerario fastu armavimus, calcatis salutaribus decretis, & spreto jure: in cujus odium incidimus & furorem desertores & transfugæ, relictis signis in aliud nomen & mancipium transeundo.

Quæ si ruminare incipiat animus ac reputare secum, ut perfidus jugum tam mitis ac benigni Ducis excusserit, non formidet jure & expavescat, incredibilis amentiæ objecta vel umbra saltem? Non in luctum se abjiciat, ac squalorem, de placando eo & detergendis injurijs anxius? Non trepidet, vindictæ providus ac sciens, in ipsis fluctibus amaritudinis? Non salsa flumina trudat acerbissimi fletus? Expellit profectò tales rivos conceptus dolor, nec se continent in scatebris, quin cum impetu exsiliant, dum principem vitæ suæ ac salutis authorem, eo ipso spiritu, iis ipsis membris, quæ ab illo traxit, ultrò læsisse se ac despexisse reminiscitur; dum sordes, in quibus volutatur: adspicit ac cœnum, deceptus errore, seductus libidine, avaritia & inanibus curis. Beatus quem spina hæc & aculeus post delictum pungit! Et res est optima, obvia, nec sumtuosa. Non enim difficulter parabilis diviti, pauperi, ministro, domino, æquâ sorte, pari effectu, desuper ad votum ægrotantis, aut ejus, in quo vitium. Redeat igitur ad eum amor necesse est, cui subtractus: communicet proximo, quæ debentur: cœlestis succi, quo animi vivunt, inuicem sibi porrigant calicem: adsumant libenter verbi divini suavissimam ambrosiam. Sin secus fecerint, heu quæ pœnæ & mala à tergo absque dubio inminent ullo! Ut quoque hunc saluberrimum animæ succum cibumque simul nostra ingratitudine amittamus. Novimus enim, quod † verbi etiam divini famem minetur Propheta Amos *d. c.* 8. *v.* 11. Cujus iste solus † miraculosus me commonefacit progressus Evangelij; quod ex Oriente, id est, Judæa progressum est in Meridiem, id est, Græciam: inde ad Occidentem, i. e. ad Latinos: hinc ad Septentrionem, qui hujus Universi extremus est angulus, i. e. ad nos Germanos, & sic propemodum cursum suum absolvit. Quoniam itaque, ut Mantuanus canit 6. *eccl.*

92

93

Omnia sic abeunt, ut lux cum Sole recedit;

& ex Philippi Melanchthonis effato, *in epigramm.*

Veſpera nunc venit, nobiſcū Christe maneto.
Exſtingui lucem nec patiare tuam:
agite ambulemus, dum hanc lucem habemus, ne nos obprimant tenebræ. Dum iſtā lucem habemus, fidem ei habeamus & proximo charitatem exhibeamus; ut filii lucis fiamus, ceu monet noſter Soter, ipſiſſima lux mundi, *Joh.* 8. *&* 12. ſicque ab eodem factæ promiſſionis participes in hac ſqualida & effœta mundi ſenectâ evadamus, juxta illud: In ſenectâ etiam vos geſtabo, & uſque ad canitiem ego portaturus ſum. *Eſa.* 46. *v.* 4. Unde etiam nonnemo in eamdem ſententiam ita piè fatur:

Heu mihi! cum vaſti peragro latiſſima mundi,
Mœnia, quàm ſancti eſt portio parva gregis!
Tota Aſia in tenebris verſatur, & Aphrica cæca eſt,
Tot magnos olim quæ peperere viros.
Vix nunc extremis Europæ in finibus hæret
Grex pius, & raram ſentit egenus opem.
Nunc ingrate dati jam deſpice munera verbi
Sera quidem tales pœna, ſed ampla manet.

Quæ cùm melius intelligi nequeant; 94 quam ſi † à ſiti fameque corpus ipſum macerante tandem exordiar: en plurimas ejus ſpecies ſeparatim adferam, ut inminens cervicibus noſtris calamitas modis omnibus, debitisque remediis evitetur, homines ingenioſiſſimè nequam coerceantur, ac oculis quaſi adſpiciant proximorum, ſuasque aliquando miſerias. De ſiti qui- 95 dem † pauciſſima conportabo; quia facilius tolerari poteſt; imò mediis variis tolli, aut ſaltem levari: fames verò crebrius ingruit, & acerbius graſſatur, & adeò plenè ſubmoveri aut mitigari neqvit; cùm venter auribus careat, nec tot media ſint obvia.

96 Principiò uti † fames pro mendicitate frequenter uſurpatur, teſte Camerario *cent.* 2. *med. hiſt. cap... pag.* 522. & † ebrietatem 97 fortunæ dixit Petrus Roverius apud Thomam Lanſium *in conſultat. pag. m.* 427. ita etiam ſitis vocabulum ad varia variosque transfertur; pro vehemente ſcilicet alicujus † rei deſiderio multis attribuitur, ut: 98 ſitis vel fames auri, famæ, honoris, &c. quod probat Rittershuſius *in comment. ad Oppian. pag.* 262. *verſ.* 86. Inprimis cum † magna ſit ſitientis cupiditas & incredibi- 99 lis quoque voluptas. Unde Cicero: Eſtne, quæſo, ſitienti in bibendo voluptas? Quis iſtud poſſet negare. Eandemne, inquam, quæ reſtincta ſiti? imò alio genere. Nam reſtincta ſitis, ſtabilitatem voluptatis habet, &c. *lib.* 2. *de fin. in princ.* Peculari præterea forma dixit † idem, Sitis cauſa declamare: Ipſe interea decem & ſeptem dies de 100 me in Tiburtino Scipionis declamitavit, ſitim quærens. Hæc enim ejus cauſa ſolet eſſe declamandi. *Phil.* 5. Sic etiam † ſitien- 101 tes aures dixit alibi, hoc modo ad Atticum ſcribens: Quantam tu mihi moves exſpectationem de ſermone Bibuli? quantam de Colloquio βοώπιδος. quantam etiam de illo delicato convivio? Proinde ita fac venias, ut ad ſitienteis aureis, *libro ſecundo epiſtol.* 14. Sed vah; penè præteriiſſem † 102 mundi totius incolas, omnibus propè corporis membris ſitientes. Ebrietatem tamen & ingluviem † Germanis noſtris in- 103 propriè faciunt propriam. Dabo enim illis totas familias, quæ temperantiſſimè edunt ac bibunt: ac ſe vidiſſe teſtatur vir illuſtris Julius Cæſar Scaliger *in oratione pro Cicerone contra Eraſmum.* addens iſtud: Sapientes viri ita commonefeciſſe nos, nihil † 104 in nationes integras invehendum, quod inde calumniam pati poſſimus; quoniam nulla provincia tantum monſtrorum alere di-

dicatur, quæ non optimarum quoque rerum mater inveniri possit, *dict. orat. pagin.* 23. Et aliàs † ingenia ad summa conniten-tia nationum diversarum calumniis patere, ait Dionysius Halicarnassæus *in libr. de orat. scrip. exam. p. m.* 181. Quorsum ergò Germanis solùm hoc conpotandi ac vorandi crimen inpingatur? Quis tandem finis erit probri, quo externæ gentes nationem nostram incessant, quasi solam nocentem? & quasi non inter alios conpluresque populos passim frequentetur ebrietas; quasi etiam non Britanni ac Galliarum pars magna, Picardi, Normanni, Vascones, ipsi etiam in regia palatini, vinolentia sint nobilitati; & cum iis Sarmaticæ gentes ac Sclavonicæ: addo etiam, ex Italis reperiri, qui † tegere melius vitium hoc, quàm fugere nôrunt. Unde dum Italus quidam in certamine suborto diceret:

105

106

Germani cunctos possunt perferre labores,
O utinam possent tam bene ferre sitim!

masculè ipsi responsum fuit à Germano:

Ut nos dulce merum, sic vos Venus inproba vexat
Lex posita est Veneri Julia, nulla mero.

107 Dicam † aliquid amplius: eo ipso seculo, quo à Cornelio Tacito *in libr. de moribus Germanorum*, convitium fit genti nostræ, ebrietatis exploratione, tam immania, tam non dicam inhumana, sed exsecranda simposiâ apud Romanos fieri consuevisse: ut ea jure merito auribus, oculis, ore, cogitationibus, omni animi corporisque motu respuere atque aversari debeamus. Agite Romani (vos enim conpotantes mente intueri possumus, quando non possum9 oculis) agite ergò; quâ fronte, quove corde ea infirmabitis, quæ de helluationibus vestris admodùm diserte refert historiæ naturalis scriptor Plinius vestras & Taciti coætaneus? *lib.* 14. *cap.* 22. Adjungamus eis in hanc laudis (si Diis placet) communionem ipsissimos etiam † Græcos: à quibus tamen omnes Virtutes Gratiasq; prodisse, amplificatrix veri memorat vetustas. Illi à minoribus incipientes poculis, progressi paulatim ad capacissima, quanto conatu, quo impetu & inmoderato ritu helluati fuerint; si quis nescire se dicat, idem se nescire fateatur; quid græcari, quid pergræcari dictum olim fuerit, hodieque nominetur: & se oblitum concedat † proverbii usitati, Græco more bibere, addita hac regula: ἢ πίθι, ἢ ἄπιθι, Sauff oder entlauff. Adstipulatur † Euripides *in Rheso Thrace vers.* 418. qui hunc ita objurgat:

108

109

110

——————— οὐκ ἐν δεμνίοις
πυκνὴν ἄμυστιν, ὡς σὺ, δεξιούμενοι

hoc est;

Non in lectis
Ut tu propinantes crebros haustus.

Neque verò hi solum potandi gloria famosi fuerunt: sed nimirum etiam † Platonis testimonio juxtà & seculo μέθης γὰρ Σκύθαι χρῶνται, καὶ Πέρσαι, καὶ ἔτι Καρχηδόνιοι καὶ κέλτοι, καὶ Ἴβηρες, καὶ Θρᾶκες πολεμικὰ ὄντα ταῦτα γένη, hoc est, Inebriebantur Scythæ, Persæ, Pœni, Celtæ, Hispani, Thraces, quæ bellicosæ sunt gentes, *lib.* 1. *de leg.* Sic olim † Novellius Torquatus Mediolanensis, (Gallus hic fuit) inter celebres potores hoc encomium meritus est, quod tres congios biberit uno impetu, ἀπνευστὶ; spectante miraculi gratiâ Tiberio principe, ex fide ejusdem Plinii *d. lo.* Sic † Ulricus de Novadomo Bohemus liberis suis vix dum à lacte depulsis, Creticum, Tergestinum & Traminium, generosissima vina dari jussit, ut postea hoc securius leviora bibere, & potando minus vinci possent. Henricus autem † Goritiæ in Corinthia

111

112

113

114

Comes & vir muliere corruptior, cum filios ſuos, dum intra pueritiæ annos erant, apud ſe haberet in thalamo ſuo, eos inter dormiendum media nocte ſæpius vocare, & an ſitirent? interrogare ſolebat; quibus ſomno ſepultis & tacentibus ipſe ſurgens vinum ingerebat; illisque recuſantibus, ac evomentibus vinum, interpellans uxorem: Ex alio, ajebat, concepiſti meretrix, neque enim filii mei ſunt, qui noctem integram nil ſitientes dormiunt. Æneas Sylvius *in com. de ſtatu Europ. ſub Frid. III. c.14. pag.58.* Thomas Lanſius *in conſult. de princ. Europ. p. m. 842.* DEUS bone! Sic 115 etiam † ante quingentos ferè annos Poeta Galterus natione Flandrus de ſuis idem dixit *libr.7. Alexandr.*

Arcturo Britones, ſolito Normannia faſtu.
Anglia blanditur, Ligures amor urit habendi,
Theutonicusque ſuum retinet de more furorem,
Francia militibus, celebri Campania Baccho,
Flandria mendicat, ſed Scondia ſub Iove torpet.

116 De † Francis ſimiliter ipſe Fridericus Taubmannus cecinit; luſitque feſtivè *lib. 3. epigram. pag. 788.*

Saxoniæ mos eſt potoribus inter amicos
Haurire ex imo pocula nulla cave.
Certè mos nequam! Cur, quod de myſtace lapſum eſt
Alterius tepida colluvione bibam?
Laudo meos Francos, qui ſe cervice ſupinant,
Et fundo ex imo prabita pocla bibunt.

Non obſtante aut valeſcente lege, † 117 Karuli Magni, Francis olim præſcripta aureisque literis omnium foribus nunc re-«ſcribenda: Nemo militiæ ſocium, aut quē-«libet alium, ad potandum invitato. Quod ſi quis ebrius repertus fuerit, ejectus, quo-» ad culpam agnoſcat, aquam bibat. Beatus» Rhenanus *lib. 2. rer. German.* Similiter ut D. Hieronymus ex † Concilio Nannetenſi, non de presbyteris ſolùm, ſed omnibus refert Chriſtianis, inquiens: Nullus ſe inebriare ullatenus præſumat, nec precatus in amore ſanctorum, vel alicujus animæ bibere, vel alios ad bibendum cogere, vel ſe aliena precatione ingurgitare; nec plauſus & riſus inconditos, & fabulas inanes ibi referre aut cantare præſumat: vel turpia joca, vel urſo, vel tornatricibus ante ſe fieri patiatur: nec larvas dæmonum ante ſe ferri conſentiat; quia hoc diabolicum eſt, & à ſacris canonibus prohibitum, *can. nullus. 35. de conſecrat. diſt. 5.* 118

Sed de his vitiis prolixius declamare hoc tempore nolo. Videantur hac de re, & ad ſatietatem legantur † viri reverendi & 119 clariſſimi, Clemens Alexandrinus *libr. 2. pædag. cap. 2.* Ambroſius *lib. de Helia. cap. 13. cum ſeqq.* Seneca *epiſt. ad Lucil. 84. lib. 12.* Stobæus *ſerm. 88.* Athenæus *libro decimo deipnoſ.* Marcellus Palingenius *in zodiac. vit.* veteres; & recentiores plurimi, Juſtus Lipſius *epiſtola de † potioribus & edonibus. 51. cent. miſcellan. pagina 502. & ſequentibus.* 120 Philippus Camerarius *cent. 1. meditat. hiſtoriar. capite nonageſimo quarto.* Antonius Heringius *tractatu de fidejuſſoribus, capite ſeptimo, numero centeſimo vigeſimo, & ſequentibus, juncto capite duodecimo, numero trigeſimo quarto.* Petrus Gregorius *libro quadrageſimo ſyntax. artis mirab. & libro trigeſimo nono ſyntag. juris univ. capit. 8.* Thomas Lanſius *in dicta conſultat. de princip. Europ. pagin. mihi. 840. & ſeqq. cum pag. 884. junctis reliqu.* Michael Piccartus *dec. 7. obſerv. hiſtorico-polit. cap. 2 & dec. 13. capit. 6.* Ventura de Valentiis,

vero sed nomine Valentinus Winther *lib. 1. parthen. litig. cap. 11. & lib. 2. c. 9.* Christoph. Colerus *lib. παρέργ. cap. 10.* Casp. Dornavius † *in dissert. de parallel. morum secul.* Georg. Nicolasius *d. lib. 2. epist. moral. 21. cum adnexa Methigraphia.* Henr. Oræus *in virid. hieroglyph. embl. 66.* Joh. Heidfeldius *in sphing. Theol. Philosoph. cap. 21.* & inprimis Joh. Fried. Matenesius *in syntag. crit. de* † *somno potuq; Christian. somnifero, vulgo* Schlafftrunck *dicto: item ejusdem crit. christ. libris 2. de ritu bibendi super sanitate magnatum.* Dicam & ego nonnulla, aliaque *in lib. de orig. Phrys. cap. 4. supr. tract. 1. de molendinis, quæst. 2. numer. 75. quæstion. 11. num. 87. cum seqq.*

121

122

123 Præter istos † ante 470. annos hoc crimen agnovit, & carmine rithmo-dactylico inter cætera deploravit Bernardus Morlanensis *lib. 2. de contemtu mundi, pagin. mihi 62.*

Regnat edax gula plenaque crapula, corda gravantur
Ebrietatibus, inprobitatibus exstimulantur,
Plena voragine, plena libidine, ventreque plena,
Tempora sunt quibus unus amor, cibus & caro lena,
Viscera pastibus, os dare potibus est modo clarum;
Et venus & gula sunt modò regula ventriculorum,
Christicolas nego, ventricolas ego dico gulosos
Nulla nefaria deniq; turpia nulla perosos.

124 Sed, uti dixi: quemadmodum juxta † Salvianum Massiliensem, omnes gentes habent peculiaria mala, ita etiam quædam

125 bona; & cùm habeam certum ex † Plinii verbo, hodiè nulla in parte mundi cessare ebrietatem: idcircò nunc pedem figere animus est, & brevibus hisce venire scenam, orationisque cursum nonnihil sistere. Quinon enim mundi angulus ista labe corruptus, hac tabe infectus? Testes præter enumeratos nihil attinet producere, aut argumenta consectari. Jamdiu est, ex quo postrema præsertim secula infamiâ, & in ipsa propè fame, laborant intemperantiæ; quæ eousque invaluit, ut pauco victitare, quod naturæ sufficit, miseriæ sit indicina & ignominiæ. Non sufficit cibi potusque insana copia in nos ipsos debacchari: dubiæ insuper † cœnæ sunt adparandæ. Vis sis *d. tract. meum de molend. quæstion. 4. numer. 72.* ibique allegatos perlustra diligentibus & curiosis oculis. Pudet dicere: quid enim non conminiscitur ætas nostra in proritamentum gulæ? immanis ciborum conquiritur varietas, & pugnantium inter se qualitatum; sed & mixtura eorumdem & adparatus & condimentum ad Arbitros defertur; nec pransus lautè aut cœnasse videris opiparè, nisi ex Horatii querela *lib. 2. sat. 2.*

126

——————simul assis
Miscueris elixa, simul conchylia turdis

127 Quid inde redit ad † corporis usum commodi, præter gustum & esum? illud nimirum, ut paulò pòst

Dulcia se in bilem vertant, stomachoque tumultum
Lenta ferat pituita; ———

Verbo dicendum, qnod in re tam manifesta sufficit: singuli cibi, singuli propè morbi & quasi nuncii mortem ipsam citò provocantes. Egregiè in hos stylum exacuit, & varios multosque cibos, abundantesque eorum delitias perstrinxit idem Hieronymus, dum *libr. 2. adversf. Jovinianum* ita scribit: Ne tales accipiamus cibos, quos aut difficulter digerere, aut comestos, magno partos, & perditos labore doleamus.

Ole-

Olerum, pomorum, ac leguminum & facilior adparatus, & arte, impendiisque coquorum non indiget; & ſine cura ſuſtentat humanum corpus: moderateque ſumtus (quia † nec avidè devoratur, quod irritamenta gulæ non habet) celeriori digeſtione concoquitur. Nemo enim uno, aut duobus cibis, hisque vilibus uſque ad inflationem ventris oneratur; quæ diverſitate carnium, & ſaporis delectatione percipitur. Cum variis nidoribus fumant patinæ, ad eſum ſui, expleta eſurie, quaſi captivos trahunt. Unde & morbi ex ſaturitate nimiâ concitantur; multique in patientiam gulæ, vomitu remediantur: &, quod turpiter ingeſſerunt, turpius egerunt. Hippocrates † in aphoriſmis docet, craſſa & obeſa corpora, quæ creſcendi menſuram conpleverint, niſi citò ablatione ſanguinis imminuantur; in paralyſim; & peſſima morborum genera erumpere: & idcircò eſſe neceſſariam demtionem, ut rurſus habeant in quæ poſſint creſcere: non enim † manere in uno ſtatu naturam corporum, ſed aut creſcere ſemper, aut decreſcere, nec poſſe vivere animal, niſi creſcendi capax ſit, Unde & † Galenus vir doctiſſimus ac Hippocratis interpretes, athletas quorum vita & ars ſagina eſt, dicit in exhortatione medicinæ, nec vivere poſſe diu, nec ſanos eſſe: animaſque eorum ita nimio ſanguine & adipibus, quaſi luto, involutas, nihil tenue, nihil cœleſte; ſed ſemper de carnibus, & ructu, & ventris ingluvie cogitare: *in capit. ne tales. 29. de conſecration. dict. diſtinct. quinta.*

128 129 130 131

132 Sanè, cùm † anima dicatur in ſanguine habitare; hinc eſt, quod etiam plerique ultro & fortiter bibant, ne ſcilicet animam in ſicco morari contingat, *vol. 5. tractat. tractatuum fol. 268. num. 3.* Gloſſator enim dicit, quod † bibens vinum, conſumat pecuniam in bonos uſus. *gloſſ. ad l. ſi minor. 34. verſ. litis conteſt. Dig. de minorib.* & quod † anima cùm ſit ſpiritus, non poſſit habitare in ſicco; hocque exiſtat argumentum pro Normannis, Anglis & Polonis, ut fortiter bibant. *gloſſ. in cap. Moyſes. 32. quæſt. 3. circa finem.* Wehnerus *in pract. obſervation. verb.* zu trincken. *pagin. mihi 724.* Mira diraque dicti iſtius explicatio: digna tamen † helluonum exagitatio: qui ab elendo, id eſt, maculando: vel ab eluendo dicti videntur, quod omnia eluant, nihilq; in patinis cyathisve reliquum faciant, biß ſie endlich dadurch gar in die Helle kommen: adeò † Marcus Antonius de ſua bibacitate & ebrietate librum conſcripſerit, ſeu potius evomuerit: quo patrocinari plane ſuo vitio auſus fuit, autore Plinio *dict. libro decimoquarto. in fin.*

133 134 135 136

Præclarum ſanè decus! Qui ergò fit, cum † patrum & avorum memoriâ vineæ multò pauciores fuerint: homines autem totidem, ac plures etiam, vina tamen viliora exſtiterint? Magno herclè nunc ea ſunt in pretio. Nec miror, cùm ſic indies creſcat ebrioſorum ac epulonum, nebulonumque ſitis, & inſatiabilis ingluvies, quæ menſuram neſcit, nec peccatorum modum ac pœnam metuit. Eam exſpectent, neceſſe eſt, niſi maturè pœnitentiam egerint: inprimis hoc tempore ac tempeſtate, quâ † adverſarii Evangelicorum quoque in ſicco manus & animas continere nolunt; ſed ſanguinem ſitiunt, & ut nos à puris Iſraelitici fontis rivulis abducant, verbique cœleſtis ſitim ac famem inducant, omni niſi procurant.

137 138

Quid iterum multis opus eſt verbis, ubi facta adſunt? Nunc in univerſum & ingenii natu-

naturæque, &. conditionis temporumque vitio peccamus.

130 Modestus † quinimò sua sponte animus, inclinatione seculi rapitur quandoq; in solutiora consilia: sicque ad mala perpetranda nunc festinatur; ut nescire crimina, crimen esse videatur, dicente Gervasio Dorobernensi, & referente Guilielmo Cambdeno *in Britan. cap. mihi 78.*

140 Majorum virtus † nihil ultra timuit, quàm ne cœlum rueret: præsentis autem ævi inpietas, nisi prorsus desipuit, nihil amplius horret, quàm hiatum dedignantis terræ sui oneris inprobitatem.

141 Omnium † ætatum crimina, omnium immanitas scelerum in hęc tempora confluxit. Numquam effusior libido, ambitus amentior; numquam denique se latius effudit maledicendi ac ingurgitandi licentia. Non inpudens majuma, non arena crudelis, nisi hæc tenebris, illa nomine dissimulata cessavit; ut elegantissimi Euphormionis Lusinini, id est, Johannis Barclaji verba huc transferam, *è part. 1. satyrici, pagina mihi* 30. Quibus adjunge istius Bernardi Morlanensis optimos libellos, de contemtu mundi versibus inclusos, & à Nathane Chytræo denuò editos, cum Glabri Rodulphi *lib. 2. hist. cap. 6.*

143 Animum itaque (iterum † iterumque repeto) omnino hi purgent, corpusque mutent: & resipiscant isti semel seriò admoniti, resipiscant; ne sitim, quam strenuè potando nunquam hîc conpescunt, sulphuratis inferorum lacunis, falsissimisque deflentes lacrymis, refrigerare crepitantes inter flammas, & restinguere frustra aliquando cupiant.

Præludia incipiunt, & subsequuturæ inopiæ indicia; quam toties tolerarunt DEUM offendentes: qui hujusmodi ex suo consilio inmittit ac permittit, ut dictum antea. Ut rem nonnihil adumbremus, quænam illis ingruentibus angustiis sustinere cogamur, perspiciant ea ex adducendis modò exemplis: quò emendati meliores evadamus, & bonorum iterum vicissim participes.

Ut enim † cum cibo & potione fames 144 sitisque depulsa est, ita detractio molestiæ consequutionem adfert voluptatis: sic in omni re doloris (hîc peccati) amotio successionem efficit voluptatis. Cicero *libro primo de finibus bonorum & malorum.* Quod insigni documento illustrare poteris ex ejusdem Glabri Rodulphi *libro 4. histor. c. 4. collato cum c. seq. quinto, juncto Deuteron. capite vigesimo octavo, vigesimo nono, trigesimo.* Perpendite hoc, & mecum ruminate aliquando illud Virgilianum:

O socij! neque enim ignari sumus ante malorum,
Sed passi graviora; dabit DEUS his quoq; finem.

Capite miserandum † de Francorum 145 exercitu exemplum; cùm juvet & penè solatii instar sit, habere & habuisse malorum socios.

Sic autem de illis hoc prodit Robertus Monachus: Obsessi à Turcis in tantam sitis angustiam devenerunt, quod venis equorum incisis, boumque & asinorum, aliarumque pecudum sanguinem eliciebant & bibebant. Alii terram humectiorem fodiebant, & sic ori adponebant, ardoremque sitis temperabant. Quidam urinam suam in vase aut in manibus suis suscipiebant, & quod dictu mirabile, simulque dolendum est, absorbebant. Quid plura? nullum erat vitæ solatium, nisi sola

ſola mors pereuntibus erat ſubſidium. Ita ferè ille *libro primo hiſtoriarum, pagina mihi ducenteſima vigeſima prima.* adde quæ infra adducam *num.* 253. *&* 254. *ex libro ſeptimo hiſtoriarum*, & quæ Guillermus Brito adfert de militibus Romanis, equino ſtercore ſitim levantibus *num. ſup.* 221.

146 Reſtat ut longè plura † ex hiſtoriis depromam exempla, de FAME altero hujus capitis membro. Sententiæ tamen autorum, eæque ſelectiores præcedant; famis acerbitatem vivis quaſi coloribus depingentes, ac deflendis doloribus ejus crudelitatem effingentes.

147 Prodeat primùm Seneca: Cum † ventre, inquiens, humano tibi negotium eſt; nec rationem patitur, nec æquitate mitigatur, nec ulla prece flectitur populus eſuriens, *libro de brevitate vitæ, capite decimo octavo.* Cicero conſentit & exclamat: Quæ res,

148 quæ † cauſa major eſſe, quam fames potuit, quàm ſeditio? *in Oratione pro domo.* Et inter graviores refert alibi iſtis: Si quis accidiſſet gravior Reipublicæ caſus, ſi bellum, ſi morbus, ſi fames, &c. *1. Philipp.*

149 Imò inter † miſerabiliores hoc modo: Iter ita per Aſiam feci, ut etiam fames, quâ nihil miſerius eſt, quæ tum erat in hac mea Aſia, &c. *libro quinto ad Atticum, epiſtola*

150 *vigeſima prima.* Unde † peſtilentiam præ fame optat David *2. Sam. 24. v. 13. 14. 15.* eamque genus mortis peſſimum vocat Dionyſius Halicarnaſſæus *libro quinto antiquitatum Romanarum, capite ſeptuageſimo ſeptimo, edit. Sylburg.* infeliciſſimum *libro ſeptimo, capite quadrageſimo.* Ignaviſſimum Ammianus Marcellinus *libro vigeſimo quinto*, & inter ſupplicia ultimaque malorum refert idem Seneca ibidem, inquiens: Ultimum malorum obſeſſis quoq; alimentorum egeſtas &c. quæ ſequuntur *dict. cap. 18. juncto inf. num.*..... Livius etiam non it inficias: Licuit ad Erycem clauſos, ultimo ſupplicio humanorum fame interficere, *libro vigeſimo primo.* Nec ab eo recedit Ovidius, adeò ut † ſævam ac 151 inſuper primam malorum comitem nominet *libr. 5. metamorph.*

Jamque comes ſemper magnorum prima malorum
Sæva fames aderat, nulloque obſeſſus ab hoſte
Miles eget, toto cenſu non prodigus emit
Exiguam Cererem proh lucri pallida tabes.
Nec deeſt prolato jejunus venditor auro.

Virgilius leviter hoc quoque tangit ulcus *libro 9. Æneid.*

——— *collecta fatigat edendi*
Ex longo rabies, & ſiccæ ſanguine fauces.

Ibidem:

Impaſtus ceu plena leo per ovilia turbans
(Suadet enim veſana fames) manditque trahitque
Molle pecus.

Silius Italicus pariter *lib. 2.*

——— *rabidi jejunia ventris*
Inſolitis adigunt veſci reſolutaq; nudos
Linquentes clypeos, armorum tegmina mandant,

Juvenalis denique *ſat. 13.*

Cogebat vacui ventris furor, hoſtibus ipſis
Pallorem ac maciem, & tenueis miſerantibus artus,
Membra aliena fame lacerabant. ———

152 Sed & † ſigna atque prodigia famem præcedere ut plurimum ſolent. Teſtatur id Luithprandus hiſtoricus, hiſce verbis: In Italia octo continuis noctibus miræ magnitudinis Cometa adparuit, nimiæ proceritatis igneos ex ſe radios fundẽs, ſubſequuturam non multò poſt famem portendens,

quæ

quæ magnitudine sua misere vastabat Italiam. *libr.5.hist.cap.1.* Quid factum sit in Ægypto Josephi tempore, exponentis somnium regis Pharaonis de fame per septennium duratura, notissimum est *ex Genes. cap.41.cum seqq.* Expressit hoc ita Aurelius Prudentius:

Bis septem spicæ, vaccæ totidem Pharaoni
Per somnum visæ portendunt, dispare forma,
Uberis, atq; famis duo per septennia tempus
Instare: hoc solvit Patriarcha, interprete Christo.

Ita Apostolorum ætate quidam ex Prophetis nomine Agabus, per Spiritum significavit, famem magnam futuram in universo orbe terrarum *Actorum capite 11. versu.28.* Sed & Indictione XV. Ardabure ac Callepio Coss. saxa ingentia in foro Tauri dudum super sese in ædificio posita, statuæque plurimæ sine ullius videlicet læsione collapsæ sunt, plurimis nihilominus civitatibus collapsis: fames & aerum pestifer odor multa millia hominum jumentorumque delevit, scribente Marcellino Comite *in Chronico pagin. mihi 27.* Ditmarus quoque Episcopus Merseburgius similia prodidit, dum scripsit: In sequenti anno (nimirum dominicæ incarnationis 992.) in galli cantu primo lux ut dies ex Aquilone effulsit, & unam sic manens horam, undique cœlo interim rubente evanuit. Fuêre nonnulli qui dicerent, eodem anno vidisse se tres soles & Lunas tres, ac stellas invicem pugnasse. Et post hæc Ecbertus, Trevirensis Archiepiscopus, cujus successor Luidulfus fuit, & Dedo Mirmigendensis; post quem Suitgerus ordinatus est. Ezo quoque Ferdensis, cui Bernhardus, tunc ibi Præpositus, supponitur obiêre: Fames quoque valida nostras oppressit regiones. In tertio dedicationis anno avunculi mei à piratis capti sunt. In quarto pestilentia cum fame & bello orientalibus ingruit, & Rex Abodritos petit & Wiltios vastavit. Sic ille *libr.4. chron.pag.mihi 39.*

Aliud præterea indicium invenies apud Glabrum Rodulphum, cujus verba adductis locis invenies.

Ita Anno 823. sub Ludovico Imp. † prodigia quædam exstitisse narrantur: in quibus præcipua fuerunt, in Aquensi palatio terræ-motus, & in territorio Tullensi juxta villam Commerciacum puella quædam annorum ferè XII. ab omni cibo per X. menses abstinens, &c. Sequuta est ingens pestilentia atque hominum mortalitas, quæ per totam Franciam immaniter usquequaque grassata est, & innumeram hominum multitudinem diversi sexus & ætatis gravissimè sæviendo consumsit. Quæ reperiuntur *in Annalibus reg. Franc.pag.mihi 49.& 50.* ubi paucis interjectis apertiora exstant, & quidem talia verba: In territorio Tullensi juxta Commerciacum villam puella annorum circiter XII. post sacram communionem, quam in Paschate de sacerdotis manu sumendo perceperat; primò pane, deinde aliis omnibus cibis & potibus abstinens, in tantùm jejunasse perhibetur, ut nulla penitus corporis alimenta percipiens, sine omni victûs desiderio, integrum triennium conpleverit. Cœpit autem jejunare Anno incarnationis 823. & Anno 825. circa Novembris mensis initium peracto jejunio escam sumére, ac more cæterorum mortalium manducando vivere cœpit. Hæc ibi. Sed de hujusmodi aut † miraculoso jejunio consulendi sunt Medici & Physici, qui uberiorem messem faciunt, & pluribus de eo disceptant; quibus ad-

153

154

adjungatur Hieronymus Cardanus *libr. 11. ſubtilit.*

155 Ad priora † me converto. Autor hiſtoriæ de vita Henrici IV. Imp. eadem corroborat ſuo calculo, cum infit: Adhuc ibi caſsâ obſidione laboraret, excepto ſi ſola fames, quæ cuncta expugnat, illud non expugnaret, *pag. mihi 189.* idem antea dixerat: Quando ſterilitas anni famem indixit, multa millia pavenda ſuſcepit, &c. *in præfat.*

156 Ante hos jamdiu hoc † malum ſcivit † Græcanicæ elegantiæ facilè princeps Homerus *Odiſ. ϱ. v. 281.*

Γαςέρα δ' ὔπως ἐςὶν ἀποκρύψαι μιμαῦιαν
Οὐλομένην. ἣ πολλὰ κακ' ἀνθρώποισι δίδωσι.

Ventrem fallere non fas, aut differre latrantem
Exitioſum, qui mala dat mortalibus ægris.

Et plura quæ ſubjungit. Idem *Odiſſ. μ.* hæc omnia uno velut faſciculo colligens, & indicans premi, ne dicam opprimi fame miſerrimum eſſe:

Πάντες μὲν ςυγεροὶ θάνατοι δειλοῖσι βροτοῖσι
Λιμῷ δ' οἴκτιςον θανέειν ϰ᾽ πότμον ἐπισπεῖν.

Dura quidem miſeris mors eſt mortalibus omnis:
Sed periiſſe fame, res una miſerrima longe.

157 Verùm de hoc ſimiliter argumento † alia qui cupit, is cumulum inveniet apud Latinum Tancredum *in libb. de ſiti & fam.* Laurentium Joubertum *lib. de ingenti fam.* Petrum Gregorium *in ſyntagm. juris univ.* Conradum Rittershuſium *in comment. ad Oppian. pagin. 268. verſ. 197.* Joſephum Langium *in polyanth. verb. ſitis & fames.* Andream Hondorffium *in theatr. hiſtor. ſive promptuar. exempl. 4. præcep. pag. mihi. 353. 354.* Meum nunc ſaltem erit officium, iſta authorum teſtimonia ſelectioribus confirmare exemplis; funeſtis quidem, ſed ex actarum ita rerum conſervatrice hiſtoria depromtis. Notisſima ante alias eſt † λιμὸς Μηλιαῖ☉, hoc eſt, fames Meliæa; de extremâ fame, deque rebus difficilimis, ut ex Suida & Thucydide diſcere licet. 158

159 Saguntina quoque † fames ante alias itidem inſignis in proverbium prorſus abiit; cujus T. Livius, Val. Maximus, M. Tullius Zuingerus & Eraſmus fuſe meminerunt ſuis locis.

160 Quàm fuerit etiam horrenda fames † Hieroſolymitanorum in obſidione poſt Joſephum & Egeſippum oſtendit Cælius Rhodiginus *lib. 23. antiquit. lect. cap. 24.* Euſebius *lib. 3. cap. 6.* Tunc profectò inpleta vox Moyſis eſt, qui ſtupendam & miſerandam famem minatur populis Iſraeliticis, ſi divinæ legis cuſtodiam abjicientes DEO rebelles eſſe perrexerint. *Deuteron. d. cap. 28. v. 51. cum ſeqq.* ita ut liberos etiam proprios edere cogantur, minatur DEUS tantam famem: ut tenerrimæ mulieres, quæ pro plantarum pedis teneritudine incedere non valebant, ſecundinas comeſturæ eſſent, *d. cap. 28. verſ. 58.* Quam miſerrima tempora! juſtisſima tamen DEI ira.

161 Roma etiam † urbium celeberrima ac florentisſima, ſæpius has experta eſt furias; id quod ex Livio, Dionyſio, Tacito, aliisque novimus. Præter quos Seneca illud de Caji Cæſaris ætate teſtatur, ubi monet Paulinum orbis terrarum rationes adminiſtrantem, ut in tranquillum portum ſecedat, *d. lib. de brevit. vitæ cap. 18.* Creberrime hoc Romæ eveniebat.

162 Quod ſi enim † annona defeciſſet, ſeu arctisſima incidiſſet, ut nec in horreis publicis frumentum, nec gradibus panis ſubpeteret: ſæpe oriebantur ſeditiones, & ab indi-

gnante famelicaque plebe petiti illi, quibus id negotii demandatum; veluti scriptorum aliquot testimoniis, comprobat Thomas Demsterus à Murefck Scotus *in paralip. ad Ioh. Rosini lib. 7. antiquit. Roman. cap. 38. pag. mihi* 738. 739. Petiti, inquam, 163 tam † lapidibus, quam convitiis & panis frustulis. De isto facto intelligendus idem est Marcellinus Comes: Antiocho & Basso Coss. cum ad horrea publica processum celebraret Theodosius Imperator, tritici in plebem irruente penuria, ab Orientis populo lapidibus inpetitus est, *in d. chron. pag. mihi....* De altero ante eum ita Suetonius: Arctiore annona ob adsiduas sterilitates, detentus quondam medio foro à turba, conviciisq; simul ac fragminibus panis ita instratus, ut ægre ac nisi postico, evadere in palatium valuerit, nihil non ex eo cogitavit ad invehendos etiam in tempore hyberno commeatus, *in vita Claudij cap. 16.* adde *sup. meum tract. de jure molendin.* vom Mühlrecht *quæst. 11. n. 152.* Quem sequutus est Conradus à Lichthenaw Abbas Urspergensis: Hoc anno (scilicet A. D.XLVIII.) tanta fames Romæ fuisse dicitur, ut Imperator in medio foro correptus à populo, convitiisque & fragminibus panum turpissime infestatus, vix furorem plebis evaserit, *in chron. p. m. 61.*

164 Ideoque si defecisset † annona, Imperatores lenitate sua solebant subvenire, & commeatuum in urbem subvehendorum curam alicui permittere. Symmach. *lib. 10. epist. 31.* Consules quoque ante illos idem fecisse, liquet ex Dionysio Halicarnassæo; ubi de anno U.C. 278. Servilio & Virginio Coss. deque domesticis turbis ac penuria ex semente per hostes impedita verba facit *libr. 9. antiquit. Roman. capit. 31.* 165 *edit. Sylburg. p. mihi* 558. Cæterum † de Pompeij exercitu fame presso durissima Lucanus canit *libr. 6. Pharf. versic. 108.*

——Patitur sævam, veluti circumdatus arcta
Obsidione, famem nondum surgentibus altam
In segetem culmis, cernit miserabile vulgus
In pecudum cecidisse cibos, & carpere dumos,
Et foliis spoliare nemus, lethumque minanteis
Vellere ab ignotis dubias radicibus herbas:
Quæ mollire queunt flamma, quæ frangere morsu
Quæque per abrasas utero demittere fauces,
Plurimaque humanis ante hac incognita mensis
Deripiens miles saturum tamen obsidet hostem.

Similiter † Romani, qui Placentiæ Anno 166 546. erant, inopia rei frumentariæ usque adeo laborare fame ceperunt: ut carnes humanas esui adhiberent; Quibus malis adacti, semet cum urbe Totilæ Gothorum regi dediderunt, teste post Procopium Funccio & Sigonio *libr. 19.* Pari deditionis necessitate conpulsus olim Lysimachus & superatus à Dromichete in Thracia, quum seipsum totumque exercitum propter sitim, famis fidelem adseclam, tradidisset & postquam captivus bibisset; ô dii, exclamat, quam parvæ voluptatis (ex haustu conceptæ) causa meipsum ex Rege servum effeci, Bruf. *libr. 7. capit. 6. in Plut.* Romæ etiam † obsident eam Totila fer- 167 me per biennium, tanta fames fuit: ut pater, qui multos filios habuerat, spectantibus multis sese de ponte in Tybrim præcipitaverit; jubens filios petentes cibum se sequi. Milites ergo Isaurici portam Asi-

Aſinariam Totilæ patefecerunt. Philippus *libr.* 3. *chron.* Quinimo ipſam Romam † ſub Honorio Imp. de fame ingenti queritantem introducit altiſſimæ reconditiſſimæque prudentiæ poeta Claudianus *princ. de bello Gild.* ubi lege. Inter alios autem hos ponit verſiculos:

168

Exitium jam Roma timens, & feſſa negatis
Frugibus, ad rapidi limen tendebat Olympi;
Non ſolito vultu, nec qualis jura Britannis
Dividit, aut trepidos ſubmittit faſcibus Indos.
Vox tenuis, tardique gradus, oculique jacentes:
Interius fugere genæ, jejuna lacertos
Exedit macies, humeris vix ſuſtinet ægris
Squallentem clypeum, laxata caſſide prodit
Canitiem, plenamque trahit rubiginis haſtam, &c.

169 Pari elegantia hanc tabem deſcribit † Ovidius 8. *metam.*

Quæſitamque famem lapidoſo vidit in agro,
Vnguibus, & raris vellentem dentibus herbas.
Hirtus erat crinis, cava lumina, pallor in ore.
Labra incana ſitu, ſcabri rubigine dentes,
Dura cutis, per quam ſpectari viſcera poſſent
Oſſa ſub incurvis exſtabant arida lumbis.
Ventris erat pro ventre locus: pendere putares
Pectus, & à ſpina tantummodo crate teneri.
Auxerat articulos macies genuumque tumebat
Orbis, & immodico prodibant tubere tali.

170 Denique † annus 1583. ut in Aſia & apud Turcos; ſic & in Chriſtiano orbe variis caſibus inſignis fuit. Romæ magna annonæ penuria fuit laboratum, ex qua maxima caritas ſecuta; ita ut tenuiores, qui parum obſonii comedunt, ſed ſolo pane aluntur, octo bajocis, id monetæ genus eſt, in panem cottidie ad veſcendum conſumerent. Quæ incommoditas ad duos menſes duravit, poſtea quod Pontificiorum miniſtrorum ſive avaritia ſive negligentia peccatum fuerat, Pontificis cura ac benignitate reſarcitum eſt, &c. Thuanus *libr.77.hiſt.pag.m.825.*

Deinde † nec Græcia hac calamitate caruit. De Athenienſibus namque (ut antiquiora taceam) bello ac fame preſſis inter alia vide quæ ſcribit Leonhardus Aretinus *in hiſtor.rer Græc p.m.201.* Poſt victoriam vero Platæenſem ipſi Athenienſes Xantippo duce, † Seſtum in Cherſonneſo obpugnabant ac premebant. Obſidio illa tamdiu duravit: ut qui obſidione tenebantur, lectorum funibus elixis veſcerentur, teſte Sabellico *lib.2.ennead.3.* Ibi verum evaſit; & cum Horatio † placuit παρωδεῖν.

171

172

173

Jejunus ſtomachus nunquam vulgaria temnit.

Hoc quoque in cauſa; ut † gentes ſæpicule ſedes antiquas coactæ fuerint mutare; quod jucundis relationibus illuſtrare animus eſt. Incipiam à paulo diverſis, & deſinam in ſimilibus. Migrationes itaque à gentibus ob † multiplices ſunt ſuſceptæ cauſas. Seneca hos agnoſcit: & populos vel ab aliis inſequentibus protruſos, vel multitudinis minuendæ cauſa ejectos, vel ulteriora viſendi innato mortalibus ſtudio incenſos adfirmat, *in conſol. ad Helv. capit. 6.* Supple: vel contagionis

174

175

metum adesse, de quo mox agam: vel egressos dic fuisse ob intestinas discordias ac adsiduas dissentiones. Ob quam 176 causam † Galli in Italiam venere, expulsisque inde cultoribus multas civitates condidere & incoluere, testantibus histo-177 ricis. De † Batavis simile perhibet Tacitus: Omnium harum gentium virtute præcipui Batavi, non multum à Ripa, insulam Rheni colunt. Cattorum quondam populus & seditione domestica in eas sedes transgressus, in quibus pars Romani Imperii fierent, &c: *in libr. de moribus German.* Gerh. Noviomagus *in histor. Batav. pag. m.* 125.

178 Maris quoque † injuria & crebra inundatio incolas, fluminumque adcolas sæpe pellit & perdit homines. Qua ratione motus, de Phrysiis meis popularibus similia Cornelius Kempius scribit *libr. 2. de orig. Fris. capit. 23.* Migrationes insuper 179 accidunt, quando incolæ † à bestiolis & animalculis nimis diu graviterque infestantur; ut tandem loco cedere cogantur. Quomodo Abderitæ populi Thraciæ, cum à muribus ac ranis vexarentur, coacti sunt natale solum relinquere, & alias quærere sedes. Hos Cassiander, sedibus in ultimis Macedoniæ partibus concessis, suscepit olim pactione simul inita cum eis de pace; cum suam timebat invasuros patri-180 am. Aliæ acridiculæ † migrationum causæ hinc inde obversantur; adeo ut populi varie divexati ac interdum ad interne-181 cionem deleti legantur; Præterea in † Hispaniæ insulis Balearibus tantus olim cuniculorum proventus fuit: ut in eos præsidium militare ab Augusto petere sint coacti; adeo hæc animalcula fuerunt molesta, teste Plinio *libr. 8. nat. histor. capit. 52.* 182 qui idem † de locustis prodit *libr. 11. cap. 29.* à quibus etiam civitatem quamdam in Aphrica (alii legunt, Attica) pulsam meminit *d. lib. 8. capit. 29.* junctis his, quæ dixi supra, *numer. 77.* † Culices 183 quoque damnum non parvum adtulerunt ceu innui in disp. de Castris *supr. c. 1. concl. ... numer....*

184 Sed & † iniquitas fundi, locique malignitas nonnunquam discessus occasionem præbent. Quam Lydus quidam adcusavit, & Cræso ne bellum susciperet consuluit, apud Herodotum. Verba ipsius latine reddita hæc sunt: Adversus tales expeditionem paras (Rex) qui coriacia subligacula, qui è corio reliquam vestem ferunt: qui non quibus volunt cibis vescuntur, sed quos habent; utpote regionem asperam incolentes. Adhæc potu non vini utuntur, sed aquæ: non ficos ad comedendum, nec aliud quidquam boni ha-185 bentes. Quibus † quum nihil sit quod eripias, si viceris: sin victus fueris, animadverte quot bona amittes. Ubi gustaverint illi (Lydi) nostra bona circumsistent nos, nec abigi poterunt, &c. *libr. 1. p. m.* 28. Parallela de Scythis refert effertque elegantissimus Justinus, aut hic rotunde illorum ore: Scythis bellum indixit Vexoris, missis primo lenonibus, qui hostibus parendi dicerent. Sed illi jam ante de adventu Regis à finitimis certiores facti, le-186 gatis respondent: tam † opulenti populi ducem stolide adversus inopes occupasse bellum; quod magis domi illi fuerit timendum, quod belli certamen anceps, præmia victoriæ nulla, damna manifesta sint. Igitur non exspectaturos Scythas, dum ad se veniatur, cum tanto sibi plura in hoste concupiscenda, ultroque præituros obviam. Nec dicta, res morata, &c. *libr. 2. histor. capit. 3.* Scythæ ipsimet ea-

eadem pluribus exponunt Alexandro Magno apud Galtherum *lib.* 4. *& libr.* 8. *Alexandreidos, circa fin.* Proinde patrium extra folum gentes quandoque folent pedem ponere & mutandæ fedis curam follicite fufcipere, ob † multitudinem fuperfluam indiesque fubcrefcentem; ut Phryfiorum documento manifeftavit Suffridus Petri *lib.2.de orig.eorum & reb.geſt.cap.15. p.286.287.juncta pag.280.& libr.1. capit. 5. pag.16.*

187

188 Nec incolarum † exfuperans numerus anfam præbet: fed fundi potiffimum fterilitas ac fames præfentiffima; quæ in caufa crebro funt, ut antiquas fedes relinquant univerfi, aut cæteros expellant: Condocefaciam id ilico *num.feq.193. usq; ad numer. 202.juncto numer.221.* & fingulari exemplo illuftrat Saxo Grammaticus *lib.* 8. *hiſt. Danor.pag.mihi 79.80.*

189 Thyrrenos vero Romani † Hetrufcos adpellant atque Tufcos, id eft, quidquid eft populorum in Italia inter Macram & Tiberim fluvios. Græci autem, qui has fedes elegerunt, hoc illos nomine vocarunt à Tyrrheno Atyos Regis filio; qui è Lydia Phrygiæ vicina colonos in hanc regionem deduxit. Atys enim ex prognatis Herculis & Omphales unus, quum fterilitate ac fame populum fuum emittere cogeretur, è duobus filiis, forte jacta, Lydem quidem regni fucceſſorem tenuit: Tyrrhenum vero cum bona populi parte ad querendas novas fedes emifit.

Qui cum poft longos errores in inferi maris ora fedes fixiffet, totum eum tractum de fe adpellavit Strabo *libr.* 5. late Dionyfius *lib.1.antiq.Rom.capit.25.26 27. & feq.* ex Herodoto addens: incolas aliquamdiu, quod tenerentur amore patriæ, multa excogitaffe ejus calamitatis remedia; alternis diebus jejunantes, reliquis utentes cibo modico. Sed cum id malum nihilo remiffius fieret, divifo bifariam toto populo, forti conmififfe utris abeundum aut manendum effet, *d.cap.27.* Sed & † aliam migrationis caufam narrat Juftinus *lib.3. hiſtor. cap.4.*

190

191 Aphrica proinde † fame digniffima preffa. De Carthaginenfibus enim & annonæ defectu, in Spendii Mathonifque exercitu politisfimus Polybius: Eo difficultatis eos adduxit, ut neque pugnare cum hoftibus metu equitum atque elephantorum auderent; neque fugere tuto poffent, foffa undique ac vallo circumfepti & ad extremum fame coacti, fuis invicem corporibus vefcerentur; dæmonio eam ultionem dignam fceleribus, quæ in proximos patrarant, inferente, &c. *libr.1. hiſtor.ſub fin.*

192 In defcriptione horrendæ famis, quæ totam † Aphricam una depopulatione vaftavit, grandiora conmemorat Victor: Stratæ (inquiens) vel femitæ cadaveribus repletæ exhalantium fœtore mortuorum, gradientes vivos omni ex parte necabant, nec deerant quotidie ubique exfpirantium funera, & non fuerat virtus, quæ miferationis impenderet fepulturam: Neque enim fufficiebant ad fepeliendum vivi, fame dominante, & ipfi poft paululum morituri. Et mox: Urgebatur infelix multitudo ad ipfam fe urbem Carthaginem congregare. Et dum illuc catervatim adhuc animata cadavera confluerent, ubi Rex (Hunerichus. Quod † nomen in annalibus Francicis legitur, Hunricus: pro quo in aliis codicibus, Heinricus pro quo latina terminatione diceres, Honoricus vel Honorius:) inferendarum (forte miferandarum) mortium vidit ftrages, pelli urbe

193

omnes illico jubet, ne contagio deficientium commune pareret etiam exercitui ejus ſepulchrum, &c. *libr. 3. de perſecut. Vandal.* adde Salvianum *lib. 6. de provid. DEI pagin. mihi 231. & libr. 8. pagin. 308. 309.*

Similiter fecit apud Guilhelmum Britonem Rogerus, cujus verſus infra ſubjiciam. 194 Carthaginenſium † quoque eo in genere (quod advenientes ne quidem loco dignati fuerint excipere) barbariem & inhumanitatem vituperat Virgilius *lib. 1. Æneid. verſ. 542.* ubi Hortenſius nonnulla adnotat. Hinc eidem alibi: Inhoſpita 195 † Syrtis dicitur; quæ verba Ludovicus de la Cerda exaudit, non tam de ipſo loco maris, quam de Aphrorum feritate, qui 196 ſuis finibus hoſpites arcerent. De † Mauris eodem modo Feſtus Avienus antiquus ſcriptor *in deſc. orbis terræ verſic. 278.*

Mauri habitant, his fluxa fides, & inhoſpita ſemper
Corda rigent, trahitur duris vaga vita rapinis.

197 Quare, ob † civium multitudinem, & ingruentem neceſſitatem, an civitate peregrini ſint expellendi, tractat (nî fallor) Wilhelmus Zepperus in LL. Moſaic. de quibus duas etiam Orationes evulgavit Johannes Philippus Paræus, quas adhibe. Cælius Rhodiginus quoque ponit, hoſpi- 198 tum † exactio quibus familiaris *lib. 18. antiq. lection. cap. 5.* Non ſane novum id Romæ; & quod Auguſtum etiam feciſſe, cum gravior urbem annona flagellaret, Suetonius ſcribit *lib. 2.* Poſtque eum Oroſius *libr. 7. capit. 3.* C. Papius quoque tribunus plebis lege lata peregrinos urbe expulerat, ſed alia de cauſa: ἐπειδὴ ἐπεπόλαζον, καὶ οὐκ ἐδόκουν ἐπιτήδειοι σφίσιν εἶναι συνοικεῖν. Dio. Caſſius *lib. 36.* & Frider. Lindenbrog. *ad lib. 14. pag. 16.* Ammiani; qui refert, ad id indignitatis eſſe ventum, & peregrinos ob formidatam haut ita dudum alimentorum inopiam pulſos ab urbe fuiſſe.

Sed † licet utile ſit neceſſariumque re- 199 medium; tamen nî temperamentum ex Caſſiodoro *lib. 1. epiſt. 34. & lib. 10. epiſt. 27.* addideris; aut de † validis mendicantibus 200 id intellexeris cum Petro Gerardo de Petraſancta *ſingul. 73. num. 9.* vel Ethnicorum facta à Chriſtianorum virtutibus, & contagionem morbi à famis preſſura forte diſtinxeris; an licitum ſit extraneos tempore, nedum cives urbibus pellere, anxie dubitantem habebis B. Ambroſium, dum ita nos admonet: „Feræ feras non expellunt, cur homo expellit hominem? exuit hominem, qui cibum egenti negat. Præterea peregrini nobis victum inferre conſueverunt, nos nolumus neceſſitatis tempore, qui omni vita nos paverunt. Noſtra interdum familia plerique etiam noſtri apud illos ſunt; reddamus quæ accepimus: frumentum ab extraneis ſuſcipis, nec illis impertis. Quid illum ejicis, qui te pavit? Nec enim canes nobis exiſtentibus in menſa patimur fame mori, quin aliquid porrigamus. Ita ille *lib. 3. de offic. capit. 7.* Confer quæ de † expellendis Judæis diſpu- 201 tat Marq. de Suſannis. *tract. de Judæis part. 1. cap. 7.* Et eam ob cauſam multo magis damnatur † Ariſtotelis doctrina, qui ſug- 202 geſſit: civium aucto præter morem numero, & cum nimis creverint, infantes partim per abortum eſſe abigendos, partim exponendos, & partim necandos; ut reliquis cibus & ager ſufficeret. Damnandæ etiam † Ethnicorum expoſitiones. Aſty- 203 ages Medorum rex ob ſucceſſionem & regni

regni amiſſionem, proprium ex filia nepotem paſtori abjiciendum tradidit, apud Juſtinum *libr. 1. hiſtor. capit. 4.* Alii ob cauſas alias id perfecerunt; qua de re legendi omnino ſunt Juſtus Lipſius *cent. 1. ad Belgas. epiſtol. 85. pagin. 675. cum ſeqq.* & Thomas Dempſterus *in paralip. ad Roſin. libr. 1. capit. 1. pagin. mihi 34.* Scimus quidem Græcis Latinisque in promiſcuo uſu fuiſſe abjectiones infantum & expoſitiones, imo neces: ſed tamen aliter in Judæorum & Germanorum moribus, qui prolem non exponebant nec necabant, id eſt, non audebant lege prohibente, ut obſervavit idem Lipſius *ad hiſtor. 5. Taciti pagin. 536.* non attendentes hominum 203 multitudinem; dum † Germania ob populorum maximorum fœcunditatem meruerit adpellari, vagina gentium & hominum officina; quod prolixius inducit Thomas Lanſius *in orat. 1. pro Germ.*

Sed ab hoc diverticulo ad priora rever-204 tor. Fames † Uſipiorum ea fuit in Anglia, ut eo redacti inopiæ in mutuam verſi lanienam: infirmiſſimos primo ſuorum, mox cum hi deficerent, ſorte ductos devorarent, autore Tacito *in Agric. capit. 28.* ubi *Bernegg.* Factum hoc mihi in me-205 moriam revocat aliud: dum ſcilicet † Derbicibus & Maſſagetis crudeliſſimis parentes, cognatos, propinquos & quoſcunque ſenio morboque confectos enecare; ac trucidatos immaniter, prodigioſeque devorare fas eſt; exiſtimantibus, rectius à ſe potius, quam à vermibus abſumi, referente poſt Strabonem & Alexandrum Neapolitanum Johann. Coraſio *part. 1. de* 206 *arte juris capit. 3.* Angli porro † iidem varia habent & mobilia & ſuperſtitioſa ingenia, ut idem Lanſius declarat *in orat. contra Britan.* Sic cum Galli ſuperiori ſeculo Febrium caſtellum in Scotia ab Anglis detentum caperent, inter captivos Anglos quidam ſacrificus repertus eſt, homo tanta vecordia, ut etiam contumelioſis verbis victoribus illuderet, Gallosque in Angliam veniſſe diceret, ut vice equorum aratro terram verterent, ſervatis Anglorum in uſum belli equis, cum queis propediem in Galliam eſſent deſcenſuri, ut eam ſub jugum mitterent: id enim indigenas vates ſuos prædixiſſe, quibus non minorem, quam DEI verbo fidem adhiberet. Cum ergo is Gallos præter opinionem victores cerneret tantum mœrorem animo ex indignatione concepit, ut in terram proſtratus clauſis oculis nec cibum capere, nec cœlum, quod victores Gallos videre tuliſſet, adſpicere ad mortem uſque voluerit. Quod ſuperbi, obſtinati, faſtuoſi ac facinoroſi animi exemplum monumentis conſignavit Jacobus Auguſtus Thuanus; addens jucunda alia *libr. 5. hiſt. pagin. mihi 255. 256.* Britanni iidem in † Hiſpaniam militatum quoque redire 207 nolunt, ſterilitatem & paupertatem regionis non inmerito averſati. Nam illi, qui olim Ducis Lancaſtrii ductu ſuppetias tulerant Regi Portugalliæ, aperte dixerunt: in Caſtilia nihil niſi Rupes, aſperas, quæ in omphacio comedi nequeant; & præterea montes præaltos, aerem durum, flumina turbida; plebem egenam, ſpurcam & peſſime veſtitam tantum ibi eſſe. Et qui adhuc de ſterilitate Hiſpaniæ dubius eſt, is utinam voti obligaretur eo proficiſcendi; & hoſpitiorum deguſtandi delitias; ſi non aliud, ſaltem diſceret ſplendide ibi eſurire; diſceret ventri importune obſtrepenti aurem obturare famem ſpecioſe diſſimulare;

&

& à prandio mox prodeambulans, mantili fauces mundando, calamoque dentes carnis non visæ pridem reliquiis exonerando, saturitatem disceret sobrie mentiri, *Lansius in orat. contra Hispan. p. mihi* 349.

208 Quinimo † Caribes & vicini populi, qui carnibus vescuntur humanis, ab Hispanorum cadaveribus abhorrent; verentes, ne tum quoque eæ carnes corporibus suis aliquid damni adferant. Quamvis alii etiam

209 † Hispanos esui satis aptos esse negant; quod sint duriori & exsucca carne, nisi trucidati tres aut quatuor dies prius macerentur; dicente ex Benzone iterum Lansio *d. orat. pag. mihi* 409.

210 Mirum ergo non est † hanc regionem crebrius fame laborare, & citius ad tantas redigi posse angustias; quod idem plenius ostendit. Hispanicas sic provincias Olympiade CCXCVII. dira infestavit fames. Debachantibus enim per eas barbaris (Gothis, Vandalis, Alanis, Svevisque) & sæviente nihilominus pestilentiæ malo, opes & conditam in urbibus substantiam tyrannicus exactor diripit & miles exhausit: fames dira grassatur, adeo ut humanæ carnes ab humano genere vi famis fuerint devoratæ: matres quoque necatis, vel coctis per se natorum suorum sint pastæ corporibus. Bestiæ occisorum gladio, fame, pestilentia, cadaveribus adsuetæ, quosque hominum fortiores interimunt, eorumque carnibus pastæ passim in humani generis efferantur interitum. Et ita quatuor plagis, ferri, famis, pestilentiæ, bestiarum, ubique in toto Orbe sævientibus, prædictæ à Domino per prophetas suos adnunciationes implentur, ut pie loquitur Idatius Episcopus *in chron. pagin. mihi* 11. Nec fortassis inique in hos animadverterunt animalia (non obstante Hieronymi Cardani adsertione: hominem non esse animal, *d. libr.* 11. *subtilit. pagin. mihi* 449.) qui toties ferinam induerunt naturam; & tot funestis exemplis in † India ostenderunt; ut bestiæ, inprimis asini, suam repetierint carnem sanguinemque. Asinina namque † caro Hispanis quibusdam est ferina; ut doctissimus Lansius iterum lepida historiola indicat *in orat. pro Polon. pagin. mihi.* 590. 591. post Hubertum Thomam Leodium *libr.* 6. *annal. de vita Frider. II. Elect. Palat.* Abbreviator Claudii Minois Divionensis eadem festivitate: Asini naturam, inquit, seu qualitatem hic describere ridiculum omnino & superfluum esse existimo; quum præter alias nationes † præcipue Hispania undique his scateat, *in comment. ad Alciati embl.* 35. *pag. mihi* 51. Lege omnino Ulysis Aldrovandi *d. vol.* 1. *de quadrup. capit.* 2. *per tot.*

211

212

213

Inter quas numeratur vicina † Gallia; cui hanc laudem ademtam non vult Johannes Bodinus, insignis alias Politicus. Is enim contra Aristotelem negantem excandescens, & totus in fermento, Galliæ suæ illud fortiter ivit adsertum. Ita autem conqueritur: Neque tamen verum est, quod Aristoteles scribit, nullos in Gallia Hispanis proxima asinos reperiri; cum tota fere Gallia, ac potissimum in agris Andium (Bodinus vero est † Andinus. Unde procusum à Cujacio, si recte memini, anagramma: Johannes Bodinus id est, Andius sine bono) & Arvernorum robusti sunt asini; unde muli prægrandes ac robustissimi nascuntur; *in theatro natu. lib.* 3. Tanti Bodino, Germanis ubique fere iniquissimo est patriæ charitas; ut etiam ab asinorum majestate illius supremum præconium mutuetur.

214

215

Potu-

216 Potuiſſet addere, in † Galiis Lepores quoque permagnos eſſe; ut Varro jam olim literis conſignavit, & repetiit idem Lanſius *in orat. contra Gall. p.m. 248. juncta pag.* 217 235. Ob † ſervitia tamen abjectiſſima & onera, quæ Rex Galliarum ſuis ſubditis impoſuit, ipſum Regem aſinorum Maximilianus Imp. vocavit; ſe vero regem regũm; cum quilibet ſubditorum velit eſſe Rex, & facere quæ ipſi placent, teſte Johanne Manlio *in loc. commun. part.* 3. *pag.* 585. 586.

218 Gallia † igitur ſuccedat, iſtis regionibus adjacens; ſed ejusdem ſortis mortisque, & à fame minime libera aut diu liberata. Quid enim in regno populoſiſſimo accidere autu-219 mas: imo in civitate unica † Lutetia? quæ, Chriſtophori Würtembergici Ducis judicio, non minus tunc continebat hominum, quam ager Würtembergicus univerſus, teſtante denuo Thoma Lanſio *in orat. pro Gall. p.m.* 155.

Licet ergo regnum rerum omnium ſit abundantiſſimum: attamen duriſſimæ famis aleam ſubivit ſæpiuſcule A.D. 898. ſub *K*arulo Galliæ rege magna fames homines ſe invicem comedere perſuaſit, adſeverante Abbate Urſpergenſi *d. chron. p.m.* 185.

Demum ingens fames & omnium fere 220 terribiliſſima, vulgo † Sancerrana dicta; quam copioſo orationis flumine diffundit laudatus Thuanus, hiſtoricorum recentiorum monarcha, *lib.* 55. *hiſt.* Sancerram etenim obpugnabat *K*arulus IX. Rex, Proteſtantium odio, omnibus viribus, propugnabant obſeſſi animo majori: & quidem fragore tormentorum ex continuata pulſatione per convalleis & vicinas ſylvas reboante attoniti cervi per media caſtra perrumpebant, & in foſſam usque penetrabant, longe tamen crudelior hoſtis fames erat, quam hoſtis ipſe. Nam penuria omnium rerum invaleſcente, ad inſolentiores mox cibos ventum eſt; atque coriis bubulis, pellibus agninis, equinis, caninis, aliisque ſimilibus victitari cæptum: membranæ etiam & chartæ pragmaticæ quantumvis putri ſitu obſitæ, tympanorum quoque ac cribrorum pelles in hunc uſum depromtæ, non publicis, non privatis familiarum inſtrumentis ac documentis, quorum jacturam alio tempore tanti æſtimaſſent, in tali anguſtia parcitum, tum paludamenta ê bubulo corio confecta, capiſtra. antilenæ & peſtilenæ cum equorum ephippiis, zonæ coriaceæ, ventralia, anſæ flabellorum, amenta clitellarum lagenarumque ê nervis bubulis; equorum & boum ungulæ: cervorum, caprearumque & aprorum pedes olim foribus affixi, oſſa fimetis effoſſa, laternarum cornua; & herbæ noxiæ, neceſſitate ſuggerente ad victum adhibebantur. palea ipſa minutatim conciſa cum acere, juglandium putamina; cærulei lapidis, quem vulgo ardoſiam vocant, tegulares laminæ commolitæ & tuſæ uſum panis præbebant. ex incerviculo ſebum, axungia utcunque vetus & rancida, in deliciis erat, oletũ quoque per vicos diligenter & certatim collectum. fimus item equorum, omnesque ê fimeto ſordes ac veteramina, quorum alioqui odore ſolo nemo non læderetur in alimoniam ſubducta & ne quod ad extremæ neceſſitatis exemplum deeſſet puella triennis ex fame mortua, & jam elata, de conſilio vetulæ refoſſa ipſis parentibus cibo fuit; qui tamen, re comperta, magiſtratus ſententia ad ignem damnati ſunt, ita indies ad XXX. fere fame perimebantur, mortis mora magis, quam ipſa morte cruciati: ut hæc obſidio Samaritanæ famis in ſacris literis me-

moratæ, Hierosolymitanæ à Flavio Josepho describtæ, & Numantinæ historiis Romanis celebratæ, quæ vix à multis creditur, fidem adstruat. Thomas Lansius *d. consult. in orat. pro Gallia pag. mihi 167. & 168.*

221 Andelium † quoque castrum, quod Sequana adluit, famen quandoque sustinuit, vegrandem: & quidem ante istam & annos perquam multos. Graphice eam delineavit Guillermus Brito Armoricus; cujus carmen è *lib. 7. Philippidos*, petitum antea me promisisse recordor. Quia enim recensita continet singula, & liber non existit in omnium manibus, eo libentius illud exscribo; estq; hujus tenoris:

Atqui Rogerus & quos angustia, major
De conservandis epulis castroq; premebat
Millia tot populi pasci non posse videntes
De facili, cum nulla cibos spes esset habendi
Præter quos illis præsens adcommodat hora,
Quingentos homines sexus utriusq; reclusis
Emittit foribus, quos casus duraturos:
Postque dies paucos totidem dimittere rursus
Cura fuit, quos hostilis miserata caterva
Nec retinere volunt, nec morti tradere, tanquam
Mendicos, miseros, & vulgus inutile bello,
Quo rex audito vetuit ne deinde sinatur
Extra castellum locuples seu pauper abire
Amplius & quotquot ad eos mittantur ab intus
Ad portas telis illos jaculisq; repellant
Ut simul absumant epulas; quibus attenuatis
Postquam dira fames affligere cœperit illos
Armis depositis in vincula sponte dabunt se,
Cum nec castellum, nec se defendere possunt.
Hoc metuens iterum Rogerus diligit omnes
Dinumeratque viros, quibus est bellare potestas,
Quas animus virtute calens robustat & ætas
Ut castro maneant, epulas quibus æstimat ipse.
Quas habet ad præsens totum satis esse per annum.
Personasq; alias quibus est infirmius ævum,
Aut sexus quas debilitas quæcunq; molestat
Segregat, utq; velint exire licentiat omnes,
Omittens illa vice castro mille ducentos;
Non dubitans certæ miseros exponere morti,
Nec curans qualis involuerit exitus illos,
Dum salvare studet castellum per breve tempus.
Inscia turba mali, quod erat sensura propinqui,
Ordine confuso post terga relinquere portas
Gaudet, & unde suæ spem roborat ipsa salutis
Absq; mora grandem ruit expertura dolorem,
Haut secus examen effusum Sole calenti
Vase cavernoso veteri cum matre relicta
Rex novus urget apes alias transferre penates
Multiplices densant gyro inversante volatus
More nivis quam ventus agens per mane volutat.
Quos ubi nostra cohors videt ebullire deorsum,
Perq; latus elivi mixtim petere ima supini
Deformes vultu, pannosos tegmine, telis
Et jaculis procul emissis grassantur in illos
Et properare retro sursumq; recurrere cogunt.
Ad portas properi redeunt, se jam fore clausa
Horrifico miseris proclamat janitor ore:
Nescio vos, alias vobis jam quærite sedes,
Non ultra sinitur vobis hæc aula patere,
Quiq; super muros astabant spicula mittunt,
Et lapides in eos consternatosq; repellunt,
Hortanturq; procul à mœnibus ire remotos
In valles, qui non possint attingere jactus.
Quid facient miseri, cum sint hinc inde repulsi,
Et quid agent medios quibus est via nulla per hostes

Nec

Nec converſari licet amplius inter amicos,
Et quo diffugiant locus eſt per devia nullus:
Ecce nocentior eſt & ſævior hoſte propinquus
Imo propinquior eſt & amicior hoſtis amico.
Non equidem miror ſi non permittit abire
Hoſtis eos, quibus eſt nullo devinctus amore
Quos licite poterat occidere ſive ligare,
Cum nulla jubeant inimico parcere leges:
Sed nullo fas eſt mihi declarare relatu,
Quam ſit inhumanus is qui ſuſceperat illos
Tempore jam multo factus concivis eorum,
Nunc omni ejectos tutamine privat & aufert
Propria quæ tulerant, quando timor anxius, illos
Caſtello incluſit eum rebus edulia cunctis
Vallibus & caveis errant omniq; ciborum,
Spe prorſus vacui; multis utcunque diebus
Suſtentabat eos genus heu miſerabile vitæ
Simplicis humor aquæ vicino è flumine ſumptus.
Contigit ut pareret ibi quædam fœmina, cujus
Fœtus adhuc à matre rubens calidoq; cruore,
Unguibus infixis multos transfuſus in alvos
Hoc gallina modo, quæ lapſa volando deorſum
Decidit inter eos cum plumis, oſſibus, & cum
Stercore adhuc calido raptim glutitur ab ipſis
Ventribus immergunt quæ cedunt omnia denti,
Seq; cadaveribus demum pavere caninis.
Nam prudenter agens Rogerus, juſſerat omnes
Mœnibus expelli catulos, ut parceret eſcis
Quos fatis damnata cohors tantummodo pelle
Unguibus abrupta reddebant dente voraci
Sed nec ad extremum parcebant pellibus ipſis
Nil ſibi turpe putat homo, nil abſumere vitat;
Ex quo dira fames invitat ad omnia dentem,
Quæ ſola invictos vincit, ſola afferit urbes.
Non olim Peruſina fames; ſed nec Mutinenſis
Obſidio, nec apud Candinas vulnera furcas
Tam miſerabilibus animas anxere flagellis:
Non ita Petrejus conſorsq; Afranius ejus,
Et Romana phalanx illorum ſigna ſequentes
Cæſareis clauſi ſub Ilardæ mœnibus armis
Inter quas Licoris & lene fluentis Iberi
Defecere ſiti, licet illos ſtercus equinum
Sugere compulerit ſitis intolerantia diræ.
Pleno luna quater à fratre remotior orbe
Fulſerat, & totiens abſcondita fratre propinquo,
Succenſos iterum cornuta novaverat ignes,
Angit adhuc miſeros, nec ſpes eſt ulla ſalutis
Indefeſſa famis finiri neſcia peſtis,
Excrucians ſtimulis nunquã ceſſantibus illos,
Mirandoq; modo nec vivunt, nec moriuntur,
Nec vitam retinere queunt nec perdere ſola
Quam retinet ſtimulante fame jus fluminis hauſti.
Temporis id circa rex è Gaillione profectus
Venerat Andelii caſtrum viſurus, & illos
Mœnia qui rupis vigili ſtatione coronant.
Cumq; ſuper pontem multis comitantibus iret,
Conclamant miſeri miſerabiliter ſimul uno
Ore fames illos quantum clamare ſinebat:
Eſto propitius miſeris miſerere, miſertus
Rex pie ni fueris injuſta morte perimus;
Hic inviſa fames noſtros depaſcitur artus
Tempore jam multo, nos hic crudelior hoſte
Expoſuit noſter peſti concivis amaræ,
Qui nos excluſit ſine cauſa mille ducentos,
Vix hodie ſuperat numerum pars alter noſtri.
Rex ut ſemper erat facilis ſupplicantibus; ut qui
Natus erat miſeris, miſereri & parcere ſemper,
Fletibus his motus ita circũſtantibus inquit:

Dimittatis eos exire ciboq; refecti
Quò mens quæq; ferat indemniter ire sinatur,
Absit ut afflictis per nos afflictio crescat.
Non decet ut nobis mors adscribatur eorum,
Qui nimis afflicti nullum jam lædere possunt;
Dixit, & emissis tribui jubet omnibus escas.
Qui cum permissi caveis exire fuissent,
Vidimus inter eos quendam, miserabile visu,
Qui coram perstabat adhuc portare caninã,
Cumq; juberetur illam dimittere, dixit:
Non dimitto cibum quo longo tempore vixi,
Donec pane satur fuero, tunc abstulit illam
Unus ei panemq; dedit, quem protinus ori
Appositum poterat vix masticare, sed ipsa
Frusta tamen madefracta vorax ingurgitat alvo.
Tanto longa fames languore affecerat illum.

222 In Italia † Venetiis magna etiam invaluit fames A. D. 1529. & præcedenti simul in confinibus: ut multi homines (maxime inopes) eâ morerentur, fertur Turcam subvenisse periclitantibus inediâ, inquit Author anonymus *paralip. ad Abbat. Ursperg. pagin. mihi 469.*

223 Pudeat perpetuò † Christianos & pigeat, se à barbaris & Christiani nominis aliàs hostibus infensissimis misericordia ac liberalitate superari. Inaudita tamen fames præ-224 valuit † Antiochiâ Syriæ urbe nobili obsessâ: inque eâ & extra eam. Aderat enim inprovisa hostium & innumerabilis multitudo, quæ totam ambiens cinxit urbem. Defecerant autem alimenta in ipsa civitate. Corripit itaque extemplò obsessos fames; ita ut unum ovum sedecim denariis venderetur: caseus unus quatuor denariorũ libris. Panis non inveniebatur. Calceamenta vetera & quæque particulæ coriorum vetustate attritæ in cibum sumebantur. Immundorũ animalium carnes pro delitiis habebantur. Passi etiam duram exterius fuerant famem, dum ipsi eandem obsiderent urbem: sed illa ad conparationem hujus nulla fuit, &c. quæ verba habentur *in fragment. histor. Franc. apud P. Pithæum. pag. 89. 90.* Idem quoque factum, obsessâ à Venetis & Gallis † Vero-225 nâ Anno Salutis 1516. defendente eam M. Antonio Columna Cæsaris Maximiliani nomine. Ad id enim penuriæ ventũ erat, referente Jovio, ut cum lentem & fabam, paniceaque pultaria in quotidiano usu haberent, equinas atq; asellorum carnes magno in honore ducerent, & tum præsertim opiparè, apud ducem epularentur, cum aliqui Gallorum equi ut erant præpinques ac suis strigosioribus & fame penè evectis minimè conparandi, in excursionibus occiderentur. Nam conspectis statim equorum cadaveribus, portis frequentes evolabant, concisosque in frusta, humeris in urbem cum plausu referebant.

Idem Jovius testatur, Ludovicum Aurelianum ducem, cum † Novariæ à Veneto & 226 Sfortiano exercitu obsideretur, quod videret milites recentium carnium desiderio teneri, eosque incommodè salitis vesci, præsertim quod in mediis æstatis fervoribus vino penitus carerent; minus generosos equos occidisse, & dissectos per centurias æqua divisione militibus largitum fuisse. Ulysses Aldrovandus *in elegantissimo isto volumine de quadrupedib. lib. 1. c. 1. sect. de usu equi in cibis. pagina mihi 97.*

Fames præterea † omni bello atrocior in 227 regno Bohemiæ & Poloniæ Anno Domini 1312. vehementer sævit; & dietim augmentata; tribus annis duravit, & plures mortales absumsit: parentes filios, & filii parentes pro excludenda fame occiderunt. Nonnulli cadavera in patibulum actorum rapuerunt, ut rugientem implerent ventrem. Lupi in obvios quosque etiam tensas balistas portantes

tantes inſiluerunt & devorarunt; ut idem author paralipomenôn refert ex *Chron. Polon. lib. 4. cap.* 8. Expreſſit hanc ventris rabiem breviter Güntherus poeta *libr. 6. Ligur.* ubi de barbaris Polonis agit:

At ſi quando famem penuria longa ciborum
Aſperat, horrendum dictu, vix credere poſſum
Ipſe quidem, ſed rumor habet, ſua membra viciſſim
Peſtifero miſeri morſu lacerare feruntur:
Nec genitor nato, nec fratri parcere frater
Novit, & elixa recreatur filia matre, &c.

228 Anno Domini 1233. † fames ſimiliter validiſſima in Livonia exſtitit: ita ut homines ſe invicem comederent, etiam fures à patibulis abſtracti magna aviditate devorabantur, ceu loquitur Albertus Abbas Stadenſis *in Chron. pag. mihi.* 209. Hungari 229 quoque Anno D. 1242. diffidebant: tunc † pavore concuſſi hinc inde fugientes, multa millia eorum occiſi ſunt; tantaque poſt illam debacchationem fames invaluiſſe dicitur in Hungaria, ut homines vivi comederent, mortuorum corpora: canes etiam & catos edebant, & quidquid tale reperire poterant; recenſente Guillermo de Nangis *in lib. de geſt. Ludov. Franc. Regis p. m.* 415. Germani ſimul ſciant, unde iſtud natum 230 ſit † proverbium: der Hunger iſt ein Unger. Item Hungariam ſive Ungariam cubicularis lecti & fidei inopem eſſe, Geld Hunger/ aus wem machſt du nicht einen Unger? apud Thomam Lanſium *d. eleg. conſult. de princip. Europ. in orat. contra Hung. pag. mihi* 565.580.

231 Cùm autem hîc † Ungariæ mentio fiat, non poſſum me continere, quin ſequentia Hiſtoricorum inſpergam judicia, & ſimul Chriſtianis Principibus, Viriſque Politicis ex penu meo literario ruminanda adponam. Rem primò & cauſâ adgrediatur idem Abbas Urſpergenſis, qui in hunc modum ſuam fert ſententiam: Uſq; ad hæc tempora (ſcilicet incarnationis dominicæ annum 888. numero parem, ſed fortuna diſparem infelicemque) Ungarorum gens, cujus † o- 232 mnes penè nationes expertæ ſunt ſævitiam, quibusdam difficilimis interpoſitionibus, quas Clauſuras nominat vulgus, ſeparata erat à nobis (ut neque ad meridianam, neque ad occidentalem plagam, exeundi facultatem habuerit. Arnolphus igitur Rex (& Karlomanni fratris Karoli junioris filius) cum Zuentebaldum (Maravanorum ducem) ſuperare nequiret, depulſis proh dolor! his munitionibus, Ungarorum gentem ſcelerum cupidam, in auxilium vocat: ſi tamen auxilium dici poteſt, quod paulò pôſt eo moriente, cum genti ſuæ, tum cæteris in Meridie Occaſuque degentibus, grave periculum, imò exitium fuit. Devicto itaque Zuentebaldo, Arnolfus ſecurè potitur regno. Ungari verò interim obſervato exitu, contemplatique regionem, malum cordibus, quod poſt in propatulo apparuit, machinabantur. Ita ille *in Chronico. pagina mihi 185.*

Non multùm abludunt † iſta Roberti 233 Monachi: Per Ungariam, dicentis, viam arripuit. Per viam ſcilicet, quam *K*arulus Magnus inconparabilis rex Francorum olim ſuo exercitui fieri uſq; ad Conſtantinopolim præcepit, *libro primo hiſtoriar. p. m.* 220. Uberius verò hoc oſtendit † Liuthprã- 234 dus, dum ita ſcribit: Hungarorum gens, cujus omnes pænè nationes expertæ ſunt ſævitiam quæ miſerante DEO ſanctiſſimi atque invictiſſimi Regis Ottonis potentia, mutire non audet exterrita, nobis omnibus (Germanis vel Chriſtianis: fuit enim Luithprandus Levita Ticinenſis Eccleſiæ)

tum temporis habebatur ignota. Quibusdam namque difficilimis separata à nobis erat interpositionibus, quas † Clusas nominat vulgus, (& Francici scribtores sæpius, *sup. cap. 1. mant. num.....*) ut neque ad meridianam, neque ad occidentalem plagam exeundi habuerit facultatem. *lib. 1. hist. cap. 2. juncto cap.* 5. ubi fusius mox ista dilatat & declarat, conferque coacervata Lantsii *dict. oration. contra Hung.* & quæ † ad filium Romanum inter monita ac imperii arcana de hujusmodi gentibus retulit Constantinus Imp. *in lib. de administ. imper.* quem eruditissimo Meursio editum debemus. Et has in lectoris humanissimi gratiam obiter connectere volui sententias. Nunc quod iterum instat, agamus.

235

236

237 Famis † insuper diræ oppido exemplum ante annos non adeò multos, scilicet septuagesimo quarto supra millesimum quingentesimum, in obsidione Lugduni Batavorum. Describit eam elegantissimo suo penicillo Jacob. Augustus Thuanus *libro* 59. *histo. pag. mihi* 83.

238 Francicus † itidem Exercitus, & loca alia ab illo petita hanc mortis falcem suo magno malo experta sunt. Cui rei inservire poterunt ejusdem Roberti Monachi narrationes, quas hac vice seligam breviter, & in unum fasciculum conjiciam. Sic itaque ille de Francorum militibus in expeditione Hierosolymitanâ: Ad Nicæam urbem convenit robur exercitus, pridie Nonas Maij, & antequam commeatus adduceretur, vendebatur † XX. aut XXX. denariis unus panis, *lib. 3. histor. in princ.* Et mox de Turcis: Deprædantes eorum (sociorum) possessiones, domos incendebant &c. Nolebant quippe ut Franci, qui eos insequebantur, aliquid invenirent, ut vel sic inopiâ coacti persequi desisterent. Qui in hoc prudenti usi sunt consilio, quia illis valdè profuit, nocuitque omni exercitui nostro. Nostri enim invenerunt terram illam desertam & inaquosam, omnibus bonis vacuam. Vellebant † spicas segetum ad maturitatem proximantium, & inter manus confricando (peculiari modo medioque, quod propriè mola manuaria dici potuisset, *d. meo tract. de molendin. quæst. 3. num. 6. 18. q. 4. n. 9. 10. 21. q. 5. n. 6. 8. 12. 14. & q..,..n.....*) expilabant, talique cibo famem utcumque mitigabant. Ibi mortua fuit major pars equorum, & multi qui priùs equites exstiterant, pedites effecti sunt. Equitabant † vaccas & boves, & magnæ fortitudinis terræ illius arietes & canes. *d. lib. 3. p. m. 231.* Idem deinde: Sed apud tantos parum (cibus scilicet advectus) erat, nec tantæ multitudini suppetebat, & ideo vendebatur asinarium onus frumenti septem librarum pretio, ovum duodecim denariis, & una nux uno.

239

240

241

242

Sed quid universa percurram, cum carum nimis vendebatur, quidquid vilius habebatur, propter quod multi fame ibi perierunt, qui unde aliquid emerent, non habuerunt, *libro quarto, pagina mihi ducentesima trigesima sexta.*

243 Qui paulò pòst subjicit: Ne illi † insolescerent tot victoriis bellorum, opprimebat eos gravis inedia jejuniorum. In toto namq; exercitu (qui tamen numerosus erat) mille equi inveniri non poterant, ad pugnandum idonei: ut per hoc innotesceret, quod † in fortitudine equi non haberent fiduciam, sed in Deum, per quem & quomodo & quando volebat; superabant. *d. l. 4. pag.* 237.

244

245 Præterea idem alibi: Et dum sic tempus prolabitur, fames † omni hoste crudelior nostros invasit, viresq; eorũ de die in diem attenuavit. Vultus marcescunt, brachia deficiunt, & tremula manus vix terræ vellicat herbas,

herbas, & frondes arborum, & radices ſaporum ſylveſtrium. Hæc omnia coquebantur & comedebantur. Crus † aſini ſexaginta ſolidis comparabatur, & qui emebat diſſipator ſubſtantiæ non æſtimabatur. Panis parvus adpreciabatur uno biſantio. Carnes aſinorum, equorum, camelorum, bovum, bubalorum conſumebantur, inſuper eorum coria coquebantur. Matres † filios ſuos fame pereuntes, ad ubera ſuſpendebant; ſed pueri in maternis uberibus nihil inveniebant, & præ inopia lactis clauſis oculis palpitabant, &c. *lib. 6. pag. 246.*

246 247

248 Non potui tamen ſatis † admirari factum Epiſcopi, vel Hiſtorici ingenium, aut quid cogitaverit, ipſique in mentem venerit, quando ſcribſit: Podienſem Epiſcopum nutu & adſenſu omnium, triduanum omnibus indixiſſe jejunium, *lib. 7. hiſt. pag. 253.* quum tamen tot verbis prægrandem eorum famē hactenus expoſuerit; ut verum fuerit, ſi unquam jejunium; nec opus habuiſſe illud inſuper communi voto ſuſtinere vel inducere indicereve.

249 Alio tamen adfectu & crudeli ſpectaculo id peregit † Caligula Imperator Romanus, de quo Suetonius: Nonnumquam horreis præcluſis famen populo indixit, *in ipſius vita, cap. 26.* In MSS. & aliis editionibus legitur: Horreis præcluſis famem induxit. Utraque lectio recta.

250 Sed pergit † Monachus: Sicque famis injuria conpellente contigit, quod etiam dictu horribile eſt, quod corpora gentiliū in fruſta ſcindebant, & coquebant & comedebant, *d. l. 7. pag. 260.* Et iterum: Repulſa ſiquidem iſta, gravem & nimis longum laborem intulit noſtris, quia panes invenire non poterant ad edendum per intervalla decem dierum, quouſq; naves eorum onuſtæ ad portum Japhiæ venerunt. Et nimia ſitis preſſura illos attrivit; quia Syloæ, quæ ad montis radicem Sion oritur, non poterat niſi vix ſolos homines adaquare. Equi verò & cætera † animalia ad aquandum ducebantur per ſex milliaria, & tunc cum magna militum cuſtodia. Unde & † cara erat aqua inter eos, & caro vendebatur pretio. *lib. 8. hiſt. in princip.* Ubi mox ſubjicit ſequentia: Famem naves cibis onuſtæ exſtinxerunt. Tanta quippe † ſitis erat in obſidione, ut tellurem cavarent, & glebas humectiores ori adponerent, rorantiaq; marmora lamberent. Coria † boum & bubalorum, aliorumque animalium recentia ſugebant, & cum ad aquandos equos ire diſponerent, usq; ad ſex milliaria milites armati pergebant. Tunc ea aqua inplebant, & ad caſtra referebant, & ex illa olida aqua bibebāt: pleriq; prout ferre poterant, jejunabant, quia † jejunia ſitim temperabant. Et quis crederet, quod fames proficeret, ut dolor dolorem expelleret. Hæc Monachus *dd. ll.*

251 252 253 254 255

256 Germania etiam † dulciſſima noſtra patria, & iſtis regnis proximè vicina, aliquoties crudelē rabidamq; hanc deam perſenſit.

Ut alia prætereaam exempla, id ex Diethmaro liquet, *ſup. n. 152.* Antiquius eſt, quod Annales Franco-Fuldenſes habent de Anni 850. graviſſima famæ, quæ Germaniæ populos obpreſſit, maximè circa Rhenum habitantes; prout hæc leguntur apud Marquardum Freherum *tom. 1. hiſt. Germ. pag. 21. & 22. juncta. pag. 37.* Ætas quoque † Friderici Imp. hanc calamitatem effugere non potuit: adeò ut auro cibaria nequiverint conparari ac conmutari. De ipſius enim ſeculo Abbas Urſpergenſis ita fatur: In diebus illis (putà A. D. 1187.) fames valida facta eſt in exercitu; ita quod veſtes & arma cogerentur milites ob victum diſtrahere, & mactare equos: una enim †

257

258 enim † gallina marsupium magnum evacuabat. Imò quod deterius est, auro cibaria non poterant inveniri. *d. chron. p. m.* 300. *in princ.* Superioris etiam seculi status memoriæ se insinuat, & † Monasteriensis in 259 Westphalia à factiosis ac erroneis Anabaptistis detentæ urbis ingravescens fames. De eâ enim Johannes Schleidanus, alterum historicorum recentium lumen, ita inter alia scribit: Monasteriensis Episcopus exercitum tradit Oberstenio; sed cùm negligenter admodùm & propè sero con-260 ficeretur † pecunia publica, nihil potuit præclarè administrari: tum & ipsi duces ob difficultatem rei numariæ non semel in magno fuerunt vitæ discrimine, tumultuante milite. Cùm intra urbem jam res in eum esset deducta casum, ut fame conplures quotidiè morerentur, multi etiam aliò discederent, ac foràs prodirent adeò tenues & adflicti, ut etiam hostis uteretur in eos misericordia &c. *lib.* 10. *commentar. pagin. mihi* 281.

Sed nolo omnes perrepere historicos; & quæ studio privato colligi poterunt, meo solùm labore huc conportare: portum scilicet ante oculos habens & communem calamitatem.

261 Orbis namque † universus his penè miseriis totus inmersus atq; circumdatus fuit non unâ vice: quem videlicet crebrò diuq; adflixit hoc intolerabile malum. Sic ante secula aliquot facta est fames prævalida & quinquennalis in universo Romano orbe; sic quidem, ut nulla audiretur non inops regio, & indigens pane; multique exhausti inedia de populo perierunt: tunc etiam per plura loca terrarum, non solùm inmundorum animalium, & reptilium, verùm etiam virorum ac mulierum, infantiumque carnes conpulit fames horrida sumere in cibum, nulla vel parentum obstante necessitudine: nam eousq; devenerat hujus sævitia famis; ut jam adulti filii consumerent matres, ipsæque in parvulos remotâ pietate materna, idem exercerent &c. adnotante Glabro Rodulpho *d. lib.* 2. *hist. cap.* 9. Verùm inminente anno incarnati Christi millesimo tricesimo tertio plura contigerunt memorabilia, quæ prolixè idem consignavit *d. libr.* 4. *c.* 4. *juncto c.* 5. Quò inclinant etiam verba † Eucherii, quæ ad Valerianum fecit de Ro- 262 mani Imperii, quod ad hæc usque tempora plerique extendunt, fatali ruinâ & interitu: « visa sunt, videnturque jamdudum isto cano « seculo, Fames, Pestilentia, Vastitas, Bella, « Terrores, Hi sunt in ultimis jam annis lan- « guores sui. Atq; hoc non infirmitatis nostræ « verbis, sed etiam Apostolicæ authoritatis « confirmatur eloquiis. Illic enim legitur: « IN NOS FINES SECULORUM DE- « VENERUNT! apud Marquardum Freherum *in not. ad Petrum de Andlo lib.* 2. *de Rom. Imp. c.* 20.

Ipsa itaque re † conperti omnes hi sunt, 263 verissimum esse id, quod scribit Apostolus Paulus Corinthiis: DEUM qui toties in scribturis pollicetur, se non defuturum iis, qui spei suę sacram anchoram figunt in ipso, esse bonæ fidei, ac præstare quod promisit. Quamquam enim patitur suos variis adflictionibus exerceri, variis inproborum insectationibus vel purgari vel explorari; tamen ita temperat adflictionum magnitudinem, suam vicissim gratiam opitulatricem, ut non sinat eos opprimi malorum undis; sed rebus etiam deploratissimis addit lætum exitum. Et in ipso interim certamine pro sua bonitate, laborum asperitatem solatiolis quibusdam admixtis subinde lenit mitigatque, quo pondus tentationis humana inbecillitas possit sustinere, quod significanti † verbo 264 dixit

dixit ὑπερινεγκεῖν, quafi dicas tolerando vincere. Alioqui quî poffet hæc animula, hoc corpufculum hominis natura tenerum, fæpius etiam fenio, morbis, bellis, fame, fiti, 265 & quæ † maxima malorum pars eft tædio fractũ, tot tumultibus, infectationibus & cruciatibus par effe; nifi divina bonitas crebris lenimentis fatifcentem humanæ naturæ infirmitatem fublevaret. Præcipuum quidẽ 266 † in rebus adverfis folamen eft, benè fibi confcia mens, & æterni præmii fpes: verùm ille fupremus arbiter & per homines pios frequenter fuggerit aliquid folatii; ceu iterum loquitur Erafmus Roterodamus *libr. 18. epift. 2.*

267 Confidera † idcircò, ô homo! corpus illud quamvis infima natura præditum, ex limo & argilla factum ac conpactum, tantisque neceffitatibus adftrictum; tamen focietatem iniiffe cum animo, fpiritu fanè præcellenti, intelligentiâ, memoriâ, voluntate, tribus donis ac muneribus præcellentiffimis conftanti & ad DEi fimilitudinem formato. Poft iftius vitæ decurfum fi particeps fuit laborum, & conflictationum, quas fubire debet egregiè fidelis homo, cupidus divinarũ voluptatum, cœleftiorumque præmiorum, pro domita hac putida ac fœtida carne tandem aliquando, in partem venturum effe gloriæ cœleftis & præmiorum, quibus beati cives in illis domiciliis, celfiffimis perfruũtur, ut quoniam confors laboris fuerit; fit etiam præmiorum. O beatos illos dies! O beatos etiam noctes! O tempora feliciffima fortunatiffimaque, cum corpus teipfum abjecifti, ad pietatis munera, ad deliciarũ contemptionem, ad defpicientiam jucunditatum carnis cunctarum. Cum teipfum totũ, cum manus adminiftras operum omnium in virtutis actiones, in charitatis ftudia voluntate mirabili conjecifti. Cùm omni loco ac tempore nulla periculorum habitâ ratione itinera pedes faciebas, & omnes excipiebas, pro Chrifti Jefu gloria libens & hilaris moleftias. Cum non recufabas exhorrebasq; inediam; fed avertebas afpectum oculorum ab objectu rerum inanium, præcludebas aures ridiculis vanisque fermonibus, omnes fenfus frangebas, domabasque & obedientes rationi faciebas. Ita quidem poft mortem particeps fies præmiorum cœleftium & venies in montem hæreditatis æternæ præter gloriam communem corporum, præter fplendorem & claritatem propriam & peculiarem cœlitum cunctorum fenfus omnes redundabunt fuis delitiis immortalibus, percipient fuas jucunditates & fuavitates eximias, neque ulla pars corporis vacabit veris ac folidis voluptatibus: fic equidem cùm fe homines tanta fælicitate cumulatos afpicient præ luce, præ claritate gloriæ immortali, præ dignitate, præ honore, præ gaudiis cœleftibus vix apud fe effe videbuntur; verba funt Melchioris de la Cerda *d. campi eloq. vol. 1. pag. 227.*

Sed quonam abibunt † fcelerati homi- 268 nes, quos nunc terra continet ac fuftinet; nec inutilia ifta pondera, & fimul inpia abforbet & inhummana? Quomodo ad arcem & tales tamque facras meditationes dignè fe conponere & adfcendere mentes iftæ nequiffimæ ac inquinatæ jure valebunt? Cui falus animæ cordi curæque eft, is ductum fequatur laudati antea Bernardi Morlanenfis, qui de annis recurrentibus & feculis parallelis ita jamdudum cecinit; ftylo paululùm duriufculo & verfuum genere innovato: fed de ævo pariter horrido, digno maximè & indigo hujusmodi conmonefactione acerba. *libr. 1. de contemtu mundi.*

Hora noviffima, tempora peffima funt, vigilemus.

Ecce minaciter imminet arbiter ille supremus.
Imminet, imminet ut mala terminet, aqua coronet
Rectaremuneret, anxia liberet, æthera donet
Auferat aspera, duraq; pondera mentis onusta,
Sobria muniat, inproba puniat, utraq; justè,
Ille piissimè, ille gravissimus ecce venit Rex
Surgat homo reus, instat Deus, à patre judex, &c.

EJA VENI CHRISTE! & libera nos ab hoc malo & seculo; nolique tardare eo 269 tempore; quo vides † bonos tuos mergi, malos erigi, raptare aquilas, asinos volare, vulpes in curribus, corvos in turribus, lites in judiciis, veritatem in conviciis, mendaciū in delitiis haberi, ac nescio quę paradoxa fu- 270 nestissima pullulascere. Anno † quo omnia pessum eunt, plurimorum audiuntur suspiria; reliquorum verò adspiciuntur crimina manifesta, & chronosticho sensu, veroque,

DVra CarItas eXnoVa fIt Moneta;

Cujus inæstimabile decrementū & augmentum, idemque singulis fere momentis varium cum rerum pretio cernitur: quæque 271 † nomen accepit à monendo, quod de nostris temporibus futura secula conmoneat, sicut apud Cassiodorum Theodoricus Rex ait; & qua indignatione justa admonitus ego hactenus quæsitum portum occupare, finemq; istarum querelarum facere incipio. Utinam verò tam facilè esset ipsius monetæ depravationi, atque miris & diris mutationibus, tam subitis, quàm incertis modum aliquem ac finem invenire! quibus per ludi- 272 brium propemodum & petulantiam † aucta prius rerum omnium pretia, nunc famem seriam inauditamque annonæ caritatem, & thesaurum quemdam ingeniosissimarum fraudum ac circumventionum debemus. Maximè cùm homines reperiantur, qui adseverare audent, hominem esse factum, ut animal sit fallax, *sup. n....* quidni & rapax? Parum enim prodest lucriavidis istis harpyis, astutia sine effectu & præda. Lacedæmoniis † olim furta, præsertim eduliorum, 273 quo magis acuerentur hominum ingenia, inpunita fuère; nisi deprehensis, qui tum verberibus, tum fame mulctabantur, quasi nimis negligenter furati essent, teste Strabone *lib.* 15. At nunc strenui sunt, & publicè sine venia aut culpa delinquentes falsarii. Quænam etiam hodie † propriè furta sunt 274 adpellanda, quive conpellandi, & quænam majora, minoraque? Inversus ac perversus potius ordo est; ut qui minima perpetret, puniatur: cùm tamen æquitas istos ad supplicia trahere deberet, qui ansam præbuerunt, quo minus edulia habeantur.

Alia inpunita satis sunt, & homines aliàs longè perspicaces, ut sufflamine opus non sit. Videntur tamen in eo hodierni † Ger- 275 mani veterum moribus vivere; sed consilio plurimùm differre, & usu alio. De quibus ita Tacitus: Argentum magis quàm aurum sequuntur, nulla adfectione animi, sed quia numerus argentorum faciliori usui est promiscua ac vilia mercantibus, *in lib. de morib. eor. cap.* 2.

Utrumque tamen † & aurum & argen- 276 tum, Justinus scelerum vocat materiam *libro* 3. *hist. cap.* 2. *in fin.* Et vide quàm mira rerum mundarum sit metamorphosis. Apud † Judæos contrà argentum quandoq; 277 pro nihilo reputabatur 2. *paralip.* 9. *v.* 20. 27. ubi Osiand. *in gloss. & ad* 3. *Reg.* 10. *v.* 21. Lucretius hunc innovatum morem, tempo-

temporisque mutationem hiſce indicat verſiculis *lib.5.de natur.rer.*

Nam fuit in pretio magis æs, aurumq́, jacebat
Propter inutilitatem hebeti mucrone retuſū:
Nunc jacet æs, aurum in ſummum ſucceſſit honorem.
Sic voluenda ætas commutat tempora rerum:
Quod fuit in pretio, fit nullo denicq́ honore.
Porrò aliud ſuccedit & è contemtibus exit,
Inq́ dies magis appetitur, floretq́ repertum
Laudibus, & miro eſt mortaleis inter honore.

278 Mercatoribus itidem † *in l. 2. C. de commerc.* quandoque conceſſum erat, aurum barbaris (ut verba textus ſunt) ſubtili ingenio ſubtrahere vel auferre: nunc non modò aurum; ſed potius argentum omne conmisſum permiſſumq; à Principibus quibusdam eſt ſublegere: graviſſimum verò crimen, quod à Chriſtianis illud perpetretur, & inter Chriſticolas vigeat, non barbaros; multò minus obſervata religionis aut jurisjurandi imperio dati ſanctitate, nec ordinum dignitate. Venit nunc mihi ea occaſione in
279 mentem † Marii Gratiani factum, qui Romæ aliquando legem rogavit de ludo ſive ſchola inſtituenda, in qua juventus doceretur numos probare, & ab adulterinis dignoſcere atque diſcernere: hæcque ſanctio tam grata & jucunda fuit plebi, ut eum ſtatuis ornarit, teſtibus Plinio *lib.33.nat.hiſt.cap.9.* Paul. Matthia Wehnero *in præm. obſ. verb.* Goldgülden *pag.239.* Bonum factū utrum-
280 que! quamvis † prius illud noſtro tempore ac tempeſtate vix opus ſit, tam aperta eſt latentis antea vitii numarii fraus reddita: ut viri, fœminæ, ſenes, juvenes, imò pueri ſeptuennes in ſcholis & extra eas verſantes, primo ſtatim adſpectu illud dignoſcere, nec tamen eâ notione malo obviam ire queant. Ita proſtituta eheu! Regalia hactenus vidimus: ut numuli † ad quemvis verè halitum 281 avolent, & numiſmata vix aliud, quàm nudas Principum imagines repræſentent; ita † 282 conductitii Æruſcatores, die Pachtmünzer/ monetam adulterarunt; quos ipſos verius Chryſoſt. verbo ἀνδράς τριωβολιμαίους, i.e. viros triobolares, vel Platonis titulo, εἰδώλων προστάτας, h.e. larvarum ingentiū ſeu ſimulacrorum inanium præſides nuncupares:
283 Et tamen † indies adhuc aliquid novi lucri & mali adportat Africa iſta monetaria: ad quam certatim ſine diſcrimine multi magnique pleno convolant ſpiritu, ſicque in ejusmodi verſutiis aptis ac opertis excel-
284 lere videntur, ut † ludum propè inſtituere valeant, adſcitis undique varii generis collegis; ad exemplum prioris diſſimilis, vel iſtorum (quamquam nec hodie ab hac proteruâ malitiâ alieni ſint plurimi) qui eò olim
285 inſaniæ atque inpudentiæ devenerant, ut † Artem quoque captandorum Teſtamentorum profiteri non erubeſcerent, authoribus Seneca *lib. 6. de benef. c.38.* Mich. Piccarto *dec. poſth.17. obſervat. hiſt. polit. c.3.* confer Ludovic. Creſollii *theat. ſophiſt.*

286 Quid multis? Parùm videlicet viſum eſt † hoſti humani generis diabolo pacem Germaniæ undique turbaſſe, campos ſanguine fœdaſſe, templa & mortuorum ſepulcra violaſſe, mortaliumque animos hinc metu ma-
287 jorum calamitatum, illinc † ἀπορία (de quâ D. Lucas, extremum judicium antecedentia ſigna exprimens *c.21.v.25.26.*) conſiliiq; in-
288 opiâ conpleviſſe: niſi † Avaritia multiplex & armis ſævior inſuper incubuiſſet, victamque patriam ulciſceretur. De quâ & ipsâ;
289 quæ † nunc nihilominus nihiloque minor cuditur moneta, poſteritatem, ſi qua futura eſt, (at quanta cum ſeculi noſtri infamia?) commonefaciet; ſecundum ea, quæ in medium adduxi, & ad perpetuam rei memo-

riam pluribus induxi *d. tract. de jure molendin. q. 1. n. 13 & 14 per tot.*

290 Tu † DOMINE DEUS opem fer: quando jam deceptos fluxo & imaginario lucro animos, semel incitatæ pestis cursum neque velle, neque si velint, possint sufflaminare, certum est. Non est tibi difficilius, famelicos bonis inplere, quàm superborum cogitatione dissipare. Tuum enim est regnum. TIBI GLORIA: NOBIS AUTEM IGNOMINIA ET POENITENTIA.

Quæ unicè servata; modò seria sit, & non sera cantio, cautioque: ipsis tum altum stertentibus, tum jamjam novissimo instante die. Quare castigemus mores & moras nostras; ut ne quando nobis ipsis defuisse videamur. *Brevis est vita nostra*, etiamsi dies noctesq; bonæ menti laboremus: & scelerum nimia est frequentia, ut effugere vix ea queamus, destituti hisce saluberrimis consiliis & tot obversantibus exemplis.

Pravisa ne nos ergo minus dies
Securioreis illa peroccupet,
Aut cassibus non prænotatis
Sicut avem saturam prehendat;

Fac pœnitudo seria quemlibet
Noscendo crimen detineat suum
Verbi & tubas salvantis ultrò
In bibulas cumulemus aureis.

Hinc pullulare vivida quæ solet
Fides, teipsum cum merito tuo
O Christe, ut autorem salutis
Arripiens, statuat tenaci

Spe, fronte, semet posse alacri, tuo
Sisti futuro judicio; hæc enim
Tua est citra confusionem
Voltapotis caperata ferre.

Hæc si volutet mens pia serio
Certe hoc quod ævi degimus heic, benè
Locamus, adventusq; digne
Tempora summa tui moramur.

FINIS.

INDEX

INDEX VERBORUM

ET RERUM MEMORABILIUM IN MANTISSAM TRACT. de Molendinis in quo prior numerus caput, posterior verò numerum marginalem, sive summarii denotat.

A.

A Militum tentoriis profluxerunt castella. 1.n.555
A minimis ad maxima progredi debemus, 2.n.24
A quibus præcipue hoc præsens argumentum, de jure castrorū & ganerbinatuum sit excultum? 1.n.6
Ab una pœna ad aliam male argumentamur. 1.n.237.
Abderitæ populi Thraciæ, à muribus ac ranis divexati, natale solum coacti sunt mutare. 3.n.179
Abstinentia à cibis sitim mitigat. 3.n.255
Ackerried in Marchionatu Badensi; quod Burgaw dicitur, & ad arcem Mühlberg pertinet & taxatur. 1.n.452. & 454
Acriores stimuli adduntur de contemtu altissimi Numinis, deque inverso ordine repugnantium. 3.n.91
Actio confessoria, vel præjudicialis, aut interdictum Domino contra vasallum non competit, & si se vasallum neget. 1.n.300
Actus vel verba etiam sæpe aliud suadent, 1.n.324. cum n.361
Actus aliqui accedentes solent donantis & tradentis animum ostendere vel declarare. 1.n.361
Adjunctum ratione castrorum obcurrit ponderandum: idque est internum, vel externum. De illo agitur 1.n.627 & 628
Externum continet tempus Nativitatis. De qua quæritur: Si duo pluresve fratres habeant castrum commune, num primogenitus claves portarum ac sigilla habere & adservare debeat? Inspice seqq. num. usque ad 646
Adprehensione castri, subjectiones & vasallagia continentur. 1.n.301
Adsertio tam diu stat, donec contrarium probetur. 1.n.646
Adversa hic sunt tempus pacis ac belli. 1.n. 714
Adversus vim sola custodia parum proficit. 1.n.659
Aëris & Solis ratione mutantur corpora mortalium. 1.n.546. cum n.547.548
Aëris salubritas in castrorum exstructione adtendenda est. 1.n.543. cum n. seqq. usque ad n.555
Ærufcatorum, quos vulgò Kipper unnd Wipper/ nuncupant, genus longe pejus est. 3.n.28
Inpunitas eorum: pœnæ tamen in utrosque sancitæ. 3.n.29.n.48. cum seqq.
Africa monetaria indies aliquid novi lucri & mali adportat. 3.n.283

Agrorum fertilitas maximopere etiam cōducit; quod exornatur per 7. n. reliqq. juncto n.576.577.578
Aliorum quoque traditionibus indigemus. 2.n.79
An à volucris nostris diversæ sint raucæ vermiculi & erucæ? cum vera lectione l.15. §.2.D.loc.3.n.87.
An apud Hebræos in usu camini & fumaria ista? ubi simul textus biblici cōferuntur. 2.n.31.juncto n.32.33.
An etiam Græci illam structuram habuerint. 2.n.24.35.36
An qui cum aliquo loqui prohibetur, nequeat etiam nuncium vel epistolam mittere? 1.n.220
Quid si unus dictaverit literas, alter vero scribserit. 1.n.221
Angli varia, mobilia & superstitiosa habent ingenia. 3.n.209
Anima dicitur in sanguine vivere, nec posse eam in sino diu manere; 3.n.132.illudque pro lurconibus est.n.134.& idem imitantur Evangelicorum hostes. n.138
Animalia bruta nec animum, nec rationem habent: sed impetu delinquunt.1.n.256. 258.259
Ante obitum nemo beatus: mortuus vero in tabulis ævi expositus, infamiæ aut famæ posterum. 3.n.72
Απορία & consilii turbata inopia extremi judicii prænuncia est. 3.n.287
Apud eosdem est idem modus cupiditatis, qui æstimationis. 3.n.30
Apud Germanos antiquos rei capitalis damnati priusquam capite plecterentur, canem scapulis per passus aliquot portare cogebantur. 1.n.248
Apud Lacedæmonios quædam furta manserunt inpunita. 3.n.273
Hodie quænam proprie furta sint adpellanda, non constat, 3.n.274
Aquarum oportunitas inprimis considerandа, circa arcium urbiumque exstructionem. 1.n.572.usq; ad n.586
Arborum æstimatio petenda ex Burlato. 1.n.453.
Aratrū inducere olim moris fuit apud Romanos in evertendis urbibus, castellisq;. 1.n.808
Quo pacto deleta, Intermori dicebatur, & privilegia amittebant. 1.n.810.811
Pœna autem ista erat conjurationis & defectionis vel inobedientiæ. 1.n.812
Arcanum dominationis apud Romanos, ne cui etiam ex Patriciis in munito loco liceret ædificare, nec in arce aut capitolio habitare. Quod declaratur exemplis Anglorum & Moschouitarum. 1.nu.81.82. Hispanorum n.83. Turcarum n.84
Arcanum politicum detegitur: Hungari quâ occasione & an recte ad nostrā pervenerint notitiam? 3.n.231. cum n.232. 233.234.236
Arcetur quis Præscribtione, Privilegio aut Fœdere. 1.n.89
Argumentum bonum ducitur à generali practica & observantia. 1.n.648
Argumentis & inductionibus legum uti possumus. 1.n.334
Aristotelis doctrina damnatur, abortum vel expositionem infantum suadentis.3.numer.202.
Armenia Turcis per contemtum Bogi, & caminorum purgatores vocantur.2.n.66
Armorum usus non est de jure promiscuus. 1.n.101
Artis Vitriariæ encomium; per quam Castella vitrea conflari possunt. 1.n.196.197 198. deq; vitreis, aqueis, igneisve muris n.199.

Arcem captandorum Testamentorum quidam docuerunt. 3.n.285
Artes dardanię pro magicis usurpatę.3.n.42
Arx etiam in bonum finem fabricata, materiam seditionis fovere ac movere potest. 1.n.79
Arcis significatio & derivatio. 1.n.46
Arcis Saltzburgensis describtio. 1.n.509
Athalarici Regis rescribtum ad annonæ vexatores: cum fragmento epistolæ Apollonii de iisdem. n.49.3.n.50
Athletæ nec sani sunt, nec diu vivunt.3.n.131
Augmentum in castro, oppido vel urbe an sit ejus, cujus est castrum; vel an illius, qui castrum concessit? 1.n.337
Quid vero de meliorationibus factis in solo majoratus alterius statuendum? ratione possessoris, uxoris, heredis. 1.n.338.cum n.339.
Aulici & Interpretes libenter territorii jurisdictionisque funiculum extendere gestiunt. 1.n.360
Autor ad emtorem non plus juris transfert, quàm ipse habet. 1.n.305
Auctor libri, vulgo Somnium Viridarii inscribti, quisnam sit? 1.n.243
Autoris sententia de quadam lite, certis cancellis, distinctisq; canonib. inclusa.1.n.85
Autoris de priori lite sententia adfirmativa, quam deinde rationibus & exemplis munit. *B.* 1.n.260
Baldus eadem transfert ad molendina & castra, districtusq; eorum, quæ dependent à domo vendita, quæq; in ipsius usu semper aut tunc fuerunt. 1.n.421
Baldus in responsis utplurimum est inconstans: & ipsius cerebrum voluitur velut avis in aëre, cum similibus. 1.n.464
Baldi dictum: Quod totus mundus adprobat, non audeo inprobare. 1.n.171
Baldi consilium, ut ii[illegible] castrorum condomini existentes, mutuam fidem sibi adjurent: nec alter in alterius præjudiciũ castrum cõmune valide alienet, 1.n.708.709.addito sup.n.387
Bannitum recipiens, celans ac detinẽs; quid sustinere olim coactus fuerit: & quid circa ædes ipsius servatum? ex Lehmanni Chronico adducitur. 1.n.807
Barbacanæ, Cachenettes & Bolwerck quid sint? n.30
Barbaris licet de jure Romano aurum subtrahere. 3.n.278
Baro num cogatur Principi ostendere titulum vel jura suæ baroniæ aut castri? 1. n. 692. Confer n.seq.693.694.695.
Barones & alii habẽtes castra & jurisdictionẽ, inq; illis duella vel monomachias cõcedentes, qua pœna adficiantur. 1.n.693
Bartolus dixit: Ex magnitudine ædificiorũ probari Principis magnanimitatem. 1. n. 147. juncto n.148.149
Batavi quomodo Rheni insulas? 3.n.177
Belgæ qua ratione colerent factum suum, quod excurrant & munitiones sæpe erigant in aliorum territoriis? 1.n.731
Belli adjunctum solenne est depopulatio agrorum & territoriorum? cum invectiva in hodiernam militiam. 1.n.761.762.763 juncto sup.601.602
Benedictio illi, qui frumentum promit ac vendit: maledictio autem, qui fraudulenter recondit. 3.n.70
Berg & Burg Germanorum sunt ejusdem originis Unde cognatum, Herberge & verborgen. 1.n.74
Bertrandi Argentræi rara tractatio de modis adipiscendæ, tradendæ, adprehendende, exercendæve possessionis ac jurisdictionis, 1.n.293. usque ad n.306
Bonus paterfamilias post messes stipulã legere debet. 2.n.76

Boni

Boni hodie merguntur, lites in judiciis, veritas in convitiis, & mendacium in deliciis habentur. 3.n.269
Britanni olim sylvam densam vocarunt oppidum. 1.n.563
Bulla Pii IV. Pontificis? 1.n.241
Burggraffen unde & quinam dicti? 1. n. 66
Burgus quid, cujusve originis? Item Burgarii, Burdiones, Asciburgium, cum similibus. 1.n.51

C.

CÆsares rata & firma habent Ecclesiarum privilegia. Num vero illæ ab excubiis & oneribus realibus in totum & semper liberæ remaneant? 1.n.671. Vide sis n. seq. 672. usque ad n. 677. juncto sup. n.615.
Caligula etiam Rom. Imp. horreis præclusis famem accersivit. 3.n.249
Caminus in Italia frequens: sed vaporaria & hypocausta Germanorum quidam damnant. 2.n.55.n.73.74
Camini vocabula synonyma inspherguntur. 2.n.48
Caminari & Caminata fossura apud Pliniū. 2.n.52.
Caminarium, Herdgeld & Herdrecht Zinß/ genus tributi in Europa. 2.n.67
Canon ex molendinis, clibanis, furnis & turcularibus quoque solvitur; juncta Erasmi invectiva in nequam variorum tributorum exactores. 2.n.71
Cardanus collegit causas, quibus urbes in feruidis regionibus ingentes esse sit necesse. 1.n.550
Cardanus dixit, Hominem ideo conditum esse, ut animal esset fallax. 3.n.37
Idem, cur homo malorum sit morum, exponit. 3.n.38
Imo ne animal quidem esse adseverat. 3. numer.39.
Cardani inventum de fumo & camino eum non remittente. 2.n.75
Caribes creophagi aversantur Hispanorum carnes; adjuncta alia ratione. 3.n.208.n. sequent. 209
Caro asinina quibusdam Hispania est ferina. 3.n.212
Carthaginensium inhumanitas erga exteros taxatur. 3.n.194
Karuli Magni lex: Neminem alium adpotandum sine pœna posse conpellere vel invitare. 3.n.117
Concilium Nannetense idem decrevit: & quomodo nos in conviviis gerere debeamus, indicavit. 3.n.118
De ejusmodi vitiis alii plura tradiderunt; qui laudantur etiam 3. n.119.120.121.122 123.
Castelli homonymiæ, cum num.32. ubi de receptaculo aquæ vulgo ein Wasserstub dicto: & Castella vox ambigua. 1.n.33
Castellanus qui permisit venire hostes ad prædandum quibus pœnis subjiciatur? 1. num.235. usque ad num.241.
Castellanus si causam habuerit abeundi, & arcem viro bono concrediderit isq; postea Domino se obposuerit, quid juris? n.664.
Castellanus ganerbicarum arcium ab omnibus condominis debet eligi: iis deinde fidelitatem jurare 1.n. 651.656.657. castrum custodire n.658, reficere n.659. aliaque officia exhibere, de quibus remissive n.660.661
Castellanus quando teneatur de custodia? 1.n.715. remissive cum n. 227.228.237. & 651.
Castellanus ab hostibus invitatus, ut accipiat pecuniam & prodat castrum, duplicem

cem an & quomodo possit facere tractatum? 1.n.770
Castellanus si videat castrum esse nimię magnitudinis, an tempore necessitatis demoliri partem queat? 1.n.796
Castellani alijs nominibus appellantur: velut castri custos, Burgvogt/ Burggraf/ Gubernator, Schloß-Hauptman/ Pæfectus, Advocatus, Potestas 1.n. 652. juncto n.653. & 654
Castellanos post Barones in ordine dignitatum posuit Thomas Aquinas. 1.n.655
Castilia Hispaniæ sterilis ac inops est regio. 3.n.207
Castrum an se ad instar civitatis, urbis ac universitatis habeat, 1.n.12. cum n.14.15. 16. & concl. 27. per discurs.
Castrum ceu minor, ecclesia & respublica in integrum restituitur. 1.n.15
Wagenburgk Germanorum vox quid denotet. 1. n.20.
Castrum numero singulari, & castra numero plurali an differant? Item castra, burgi, arces, domus 1.n.25. castrum & castellum. 1.nu.26
Castrum est vel precarium vel pretiosum: Item liberum aut ligium 1. n. 58.59. magnum & paruum num. 60. proprium vel commune num. 61. defensivum vel offensivum. n. 65
Castrum superioris ad defectionem sollicitans perpetrat crimen læsæ majestatis. 1. num. 218. junct. num. 238.
Castrum exstruere & possidere non cuivis licet, 1.n.278. juncto n.248.
Castrum regulariter non censetur habere territorium: sed potius ambitu murorum continetur. 1. num.320
Castrum duobus pluribusve concessum secundum nonnullos videtur concessum unicuique insolidum. 1. n. 341
Quis sit effectus hujus indivisæ possessionis. 1. num. 342
Castrum Papa si concesserit Comiti, non veniunt spiritualia. 1.n 346
Castrum solet in feudum concedi. 1.n.349.
Castrum ad tempus ex pacto possidens omnes mulctas interea commissas accipit. 1.n.474
Castrum habens merum mixtumque imperium dicitur locus insignis, spectabilis & nobilis 1.n. 490. n. 491.
Castrum existens inter duas urbes, in dubio præsumitur ad illam spectare, cui proxime adjacet. 1. n. 492.
Castrum quod homines custodire tenebantur, si propter bellum fuerit destructum, aliudque repositum ad idem officium obligantur. 1. n. 716. 835.
Castrum superatum præsumitur amissum culpa custodis. 1.n.771
Castri custos si spreto Principis mandato illud non muniverit, quomodo puniatur? 1.n. 228
Castri possessione adprehensa, num omnes pertinentiæ censeantur comprehensæ? lata Dd. tractatio est. 1.n.285
Castri significationi æquipollet vox, d' une Maison; pro diverso tamen respectu prædiorum rusticorum & urbanorum 1. n. 409. 410.
Castri pretium qua ratione sit ineundum & constituendum? 1.num. 451. cum num. 456. 457. 458. 459.
Castro legato vel concesso num quoque cedant arma, munitiones, instrumenta & pertinentiæ? 1. nu.331. n.332.333. cum 334. 335. 336. 339.
Castro obpignerato, num creditor in eo queat exercere jurisdictionem? 1. n. 352
In pigneratione ejusmodi, an possessor faciat fructus suos? 1.n.353

Castro à domino vendito, jura alteri infeudata excipiuntur. 1. n. 383
Castro in dotem dato, venit etiam territorium, quod ipsi adhæret, ex opinione quorumdam. 1. num. 462
Castro vel villa confiscatis, jus quoque Patronatus una venit. 1. n. 483
Castro concesso alicui & filijs, veniunt quoq; nepotes. 1. n. 700. juncto n. 701
Castro alterius in locum reposito redduntur jura anteriora: sicq; subditi ad ejusdẽ tenentur custodiã. 1. n. 835. sup. n. 716
Castra maritima pro classibus, cum similibus in nu. seqq. 1. n. 24
Castra exstrui possunt, si Princeps superior consenserit. 1. n. 98
Castra olim Ecclesijs in remissionem peccatorum à Papicolis fuerunt donata; 1. num. 370. addito nu. 371.
Castra num in locis sublimioribus, veluti collibus, montibus seu rupibus sint fabricanda? Cum inductione exemplorũ & rationũ deciditur. 1. 495. usq; ad n. 512
Castra militaria initio belli in alto ponere loco rarò debemus. 1. n. 512
Castra ergo num in locis paludinosis sive palustribus sint exstruenda? 1. num. 513. usque ad num. 521
Castra in Hungaria una sede supra mensem sine periculo ægre habentur. 1. n. 554
Castra & villæ an & qualia statuta facere queant? Cum similibus & Ganerbinatibus & Magistratibus inferioribus. 1. n. 774. 775. 776
Castra tolluntur divinitus aut humanitus. 1. num. 790
Castra etiam voluntario ac simul necessario ob causas alias destruere in bello solemus: quod exemplis ibi fit clarior. 1. n. 799. 800
Castrorum differentia; quod quædam territoria, latifundia & jurisdictiones habeant, quædam vero non. 1. n. 69. junctis nu. 316. usq; ad 329. juncta th. 26. & 27
Castrorum inquilini vel advenæ num ad illorum custodiam teneantur? cum declaratione l. 17. §. fi. D. de excus. tut. 1. n. 670
Castrorum causa procreans vel conservans. Circa quam nonnulli peccant. 1. nu. 118. 119. 120. 121.
Casus similis connectitur de usufructu, emphyteusi & indebito. 1. n. 473
Casus fortuitus excusat, nec jus adimit, nec eum providet humanum consilium. 1. n. 823
Cathalogus brevis autorum, qui de duello seu certamine singulari scribserunt; 1. n. 242. cum num. 243
Causa utraque aut solitaria est, aut socia, 1. n. 123. juncto num. 124
Causas reddit author, cur hanc dissertationem adjecerit? 5. n. 1
Causidicorum & rabularum forensium aliquot tituli. 2. n. 11
Cessio in incorporalibus pro traditione est. 1. num. 298
Charterius Galliam & Massiliam in medio orbis constituit. 1. n. 541
Chronostichum anni 1622. 3. n. 270
Chrysostomus & Metrodorus negarunt, historiam de Troja urbe eversa veram esse. 1. nu. 802
Hoc modo deletis urbibus accidit, quod magnis arboribus: hæ namque diu crescunt, & una hora exstirpantur. 1. n. 803
Circuitus est vitandus. 1. n. 841. cum n. seq. 843. 847
Circumstantiæ aliæ quænam in æstimatione, venditione, ac divisione castrorum sint observandæ? Remissive, deq; æstimatione seu valore fundorum taxando. 1. n. 459

Cives

Cives si cōmunicato consilio discedant, jura secū deportant? 1.n.836. collato n. 521
Civitas ab Urbe differt: Urbs vero unde dicta. 1. n. 152. & n. 207
Civitas vel castrum recognoscendo aliquem in dominum, videtur in ipsum omne jus suum etiam fiscale transtulisse. 1.n.318
Civitas an proprie habeat jus confiscandi? remissive. 1.n 344
Civitates sine ipsius consensu num muros conficere queant? 1.n.99
Clausuræ sive clusuræ. 1.n.49
Clericus Episcopo petenti titulum suæ possessionis edere conpellitur. 1.n.695
Clausæ & Clusuræ quid olim fuerint? 3. n. 231. juncto n. 232
Collabso & destructo ædificio, manet adhuc jus reædificandi. 1.n.824
Collegium regulariter non circumscribitur loco. 1. n. 837
Colophonem autor opellæ inponit, cum solenni voto, civilique auspicio & protestatione ulteriori usque ad finem porrecta & brevi congestæ dissertationis tabula adjecta. 1.n.844
Columellæ lib. 10. dubitant quidā an ipsius sit. 3. n. 43
Columnarium, Hostiarium & Colonarium quid 2. n. 58.60.70.
Comitatus olim significavit territorium. 1. num.322
Commissio quid in jure sit? 1. n. 465
Communis custodia regni ac civitatis dicitur, non sinere ullum crescere præter commensurationem. 1. n. 80
Compendia ambagib. sunt præferenda. 1. n. 840
Concordia respectu ganerbinatuum maximum præsidiū est. 1.n.702. cum n. seqq.
Condominis castri alicujus existentibus, quorum quilibet sua jurisdictione & imperio uti partialiter cupit, quid decernendum? cum casibus similibus. 1. nu. 711.713
Conductitij ærusçatores, die Pachtmüntzer/ homines sunt triobolares. 3. n. 282
Confiscatio etiam parit dubia: quod versiculis Guillermi Britonis autor indicat. 1. n. 482
Conjectura Besoldi, qua occasione Nobiles urbibus relictis rura petiverint. 1. n. 131 Illarum causarum alia iterum est principalis, alia minus principalis. 1. n. 133
Conjectura autoris de scribtura nominis Würtenberg, Würtemberg, Würtenburg & Würtzenburg. 1. n. 73
Conjecturæ hominum circa inventiones atque explicationes diversæ. 2. n. 23
Conjuges in fraudem alterutrius partis sępe alios ita subornare consueverunt: quod vivo exemplo manifestum redditur. 1. n. 393. num. seq. 394
Consensu contracta dissensu distrahuntur. 1. num. 782
Consolatoria oratio ad pios & desertos in ejusmodi calamitatibus 3. n. 263. usque ad numerum 267
Constitutio Gallica ratione venditionis initæ & consignationis generalis. 1.n.302
Constitutionibus Imperij severissime etiam Monopolia sunt interdicta: quarum summa ibi proponitur. 3. n. 57
Consvetudo est optima legum interpres. 1. n. 645
Contemtus legum divinarum, extremaq; hominum malitia solet esse famis causa. 3. n. 88. 91
Contra nolentem tantum præscribitur, quantum possessum: & jurisdictionis (ut sic loquar) adprehensionem fieri ac probari per usum eorum actuum, qui juris-

jurisdictioni subsunt; cum similibus. 1. num. 294

Contra Dominum territorij, sive Civitatem, Castrum aut Villam non juratur in litem, quando publice in via regia damnum est illatum. 1.n.481

Contradicentia quænam hic ratione castrorum autor vocitet? 1.n.773

Corporum describtio declaratur, quæ habetur in l. rerum mixtura 30. Digest. de usucap. 1.n.402

Correptio & graphica describtio inpij fallacis & avarissimi cujusdam dardanarij, ex Melchiore de la Cerda. 3.n.40

Crassa corpora sanguinis emissione indigent.3.num.129

Crebra apud Ethnicos infantium abjectiones & neces alias fuerunt. 3.n. 203

Crebras inundationes veteres Geographi aut ignorarunt, vel temere negarunt fieri in regionibus Septentrionalibus. 1.n. 501

Eædem si modicæ fuerint, nonnulla loca reddunt meliora. 1.n.502. cum n.503

Cujacij emendatio lectionis in Constit. Frid. de pace tenend. quæ agit de pretio rerum, per certas personas & tempora legitime constituendo. 3. n. 62. juncto num. 63

Cujacij anagramma de Johanne Bodino.3. n. 215

Culicum pulicumque magnus numerus in locis paludinosis: ita ut quandoque Achaiæ populi sedem prorsus mutare coacti fuerint. 1.n.520.521

Cum castrum, villa, arx, prætorium, rebus singularibus constans venditur, an corporum particularium necessaria sit traditio, nominatio & adprehensio? Quæstio in genere dubia proponitur & deinde multis resolvitur. 1.nu.400. usque ad num. 450

Cuniculorum ingens proventus Hispaniæ insulas Baleares celebres reddiderunt. 3. n. 181

Curte & Maison. 1.n.47.48

Custodes castri num vigilias seu excubias inter se inpune possint dividere? 1.n.680

Custodia castri non facile tyroni est credenda; juncto. 1.n. 668.669

Custodiæ tempus succedit: respectu condominorum. 1.n. 649. 650. & castellanorum. n. 651. & 715

Cyni & aliorum traditio: Regem quandoque Papa inconsulto posse calices, cruces & alia Ecclesiæ bona capere pro subventione, dummodo postea restituat. 1. n. 609

D.

Damnum non sentit, quod sua culpa quis sibi attrahit. 1.n.828

Dardanarij unde dicti sint. 3. num. 41. cum n. 45

Dardanariorum maleficijs & venenis magicis credebant olim annonam diverti & averti. 3.n.44

Hodie quinam dicantur dardanarij, παντοπῶλαι, seplasiarij, flagellatores, monopolæ, Auf- und Vorkauffer. 3. n.45

Dardanariorum flagitiosum nomen & factum. 3.n.27. cum n. 69

Dardanariorum avaritia pestilens ac damnosissima vocatur, multisque pœnis quoque subjecta fuit. 3. nu. 48. 49. usque ad 73

Dardanariorum est idem votum & studium. 3. n.58.

Praxis eorum Germanicis verbis detegitur. 3. n. 59

Cujusmodi qui sunt, tamquam abominabiles ex templo ejiciendos esse, Hugo pro-

pronunciavit. 3. num. 60. juncto n. 67
Dato concessove castro, cum simul habeatur jurisdictio. 1. nu. 350. jus venandi? num.351. remissive: item jura alteri infeudata. n.583
De apertura castelli, Germaniæ die Offnung nuncupata rariora subnectuntur, & num. 734. usque ad n. 751. in quibus cognatæ habentur illationes de jure territorij, collegiorum statutis, consvetudinibus, conventionibus & servitutibus prædiorum, respectu temporis diurni & nocturni. 1. nu. 735.
De castrametatione; item de instruendis aciebus. 1.n.213.214. deque munitionibus castrorum n.215. ac de modo substituendi terrena monimenta ad urbes nu. 216. Autores adducuntur.
De castri, templi, urbisque destructæ juribus ac privilegijs agitur: An ita finitis castris & ganerbinatibus ea retineant, vel esse simul desinant. Intricata & dissona tractatio est, quam hac vice autor non potuit pro dignitate excolere. 1. n. 816. Videatur tamen. nu. 817. usque ad num. 837
De male quæsitis nil aut parum ad heredes pervenit. 3. n.71.
De murorum ac turrium fundamentis, &c. Vitruvius agit. 1.n. 191
De Phrysiæ primordijs, ejusque incolis primis remissive. 1.n.500
De siti quædam: sed levia breviaq; 3.n.95
De versione Septuaginta duorum Interpretum quis scribserit? 2. n. 35
Declaratio verborum: Seigneurie, droicts (sine jurium, sup. num. 368. appartenances num. 420. ubi simul dicitur, per ea similia expressis conprehendi, non diversa: & in generali sermone non contineri, quæ quis verisimiliter non nisi specialiter voluit exprimere; 1. nu. 419. juncto n. 425. 426. 445
Definitio in jure est periculosa. 1.n.53
Imo definitionem tractare, legi divinæ contrarium esse, quidam dixit. 1.n.54
Definitio ipsi castri proponitur. 1.num.55
Definitionem recte sequitur Divisio; eaq; bimembris laudatur. 1.n.57
Delegationes, abdicationes, dimissones, Ger. Abtretung/Uberlassung oder Erlassung Eyds und Pflichts/ quid hic valeant? 1.n.297. cum n.298.299
Deminutiva sunt Castellum & Castella. De isto hic agitur. 1. n.29
Derivata & cognata vocabula Kyllingerus explicat. 1. n. 35
Desertio & negligentia quoque suis non carent pœnis. 1.n.244
Destinatio autem ista patrisfamilias, qua res separatas conjungit & unit, multis fit modis variisque colligitur ex conjecturis; 1.n.431. quæ postea fuse subnectuntur. usque ad d. n. 444
Deus dat & iterum transfert regna: raro sine mediis. 1.n.791.792
Humanitus per vim hostilem & alias causas diruuntur. 1.n.793
Utraque privatio totalis est vel partialis. 1.n.794
Et istud fit voluntario aut involuntario. 1.n. 795
Deus quandoque inprobis velut instrumentis utitur: sæpeque ob causas ejusmodi mala inmittit permittere. 3.n.73
Deo dicata ad alios usus non sunt trahenda. 1.num. 599
Dictum Persij & Zasij: Per me licet omnia sint alba. 1.n.846
Dinocrates Alexandro suasit, ut supra excelsum montem Athon urbem exstrueret Male. 1.n. 569

Disputatio auctoris de Jure Castrorum integre ponitur in seqq. 1.n.3
Dissertatiuncula hæc de Caminis cur adjecta sit? 2. num. 19
Diversa & distincta sunt jura personarum ac rerum; ut sic ab uno ad alterum mala fiat illatio. 1.n.325. cum n.326
Diversorijs ac itinerarijs caminis dicimus uti, non frui. 2.n.65
Doctorum opiniones, quantum fieri potest sunt conciliandæ. 1.n.376
Doloris amotio successionem efficit voluptatis. 3.n.144
Dolus est, omittere ea, quæ sunt officij. 1.n. 234
Dominus an queat subditos tempore belli cogere ad custodiam castri: Item num obligentur ad custodiam castri quod ad condominos spectat? 1.n.681.682
Donationis principalis, liberalis vel causalis quidam hanc vim esse statuunt: ut si donet quis castrum, censeatur etiam donare jurisdictionem, regalia, & similia. 1.n.356. Sed hæc adsertio vel regula suis declarationibus & difficultatibus non caret, velut docetur nu. seq. 357. usque ad num. 450. inclusive & late.
Dubiæ cœnæ ubique gentium quoq; invaluerunt. Non tamen corporis sanitati inserviunt. 3.n.126.127.128.
Duo fratres si fuerint, habentes castrum commune, & unus expulsus vel offensus ab altero, adjecit potentem Principem aut Civitatem, illique vendiderit partem suam; an venditio ejusmodi valide queat subsistere? 1. num. 387. juncto num. 390
Duobus castri dominis existentibus, num alteruter delinquentem condominum punire possit? 1. num. 222. usque ad num. 227
Durum est, in conciliatione legum & antinomiarum dicere, verba reperiri in jure nostro narrativa, & non decisiva. 1. nu. 638
Dux militum conducens milites ad defensionem castri & sumtus suis rationibus adscribens, in dubio videtur de suo eos exsoluisse. 1. n. 759
Dux belli potest prædam dividere, sed non potest donare castella. 1.n.764
Duces Würtembergici unde nomen sortiantur? 1. n.71. cum num.73
Duces Persici in exercitu eumdem elegerunt. 1. num. 543.

E.

Eadem sunt constructionis, quæ destructionis principia? 1. nu.778. cum n. 809
Ebrietatem Fortunæ dixit Petrus Roverius. 3. num. 97
Ecclesia etiam quid & quantum hic facere debeat, excutitur. 1.n.140.141.144
Edictum crudele Hispanorum, apud Indos promulgatum. 1.n. 34
Effectus varij respectu pœnarum, rerumque aliarum. 1.n. 217.277.
Efficiens causa sequitur: Quinam castra licitè habere atque exstruere possint? 1.n. 77. cum n. seqq.
Emphyteuta an similis sit usufructuario? 1. n. 469
Encomium Bertrandi d' Argentrè, circa expositionem hujus materiæ, de venditione castrorum & pertinentiarum, in num. aliquot seqq. 1. n. 399
Episcopus quidam præsentissima fame jejunium indixit. 3.n.248
Etymologiæ castri à casa. h.e.n.36. casu 37. castratione & castitate. 39

Evo-

Evocatio sacrorum apud Romanos usitata. 1. num. 594
Excubiæ & Vigiliæ etiam huc pertinent. Quid sint, & an differant? 1.n.684.685. quinam earum usus & finis.nu.686. juncto n. 687
Exemplis insigniorib. ista scriptorum dicta illustrantur. 3. nu. 155. insertis similibus memorabilibus de famis atrocitate. nu. 156.157. item de fame Meliæa. n. 158. Saguntina n. 159. Hierosolymitana n. 160. Romana nu. 161. 162. 163.164.165.166. 167.168.169.170. Atheniensi n. 171.172. Carthaginensi n. 191. Aphricana n. 192. Anglica n. 204. 206. Hispanica n. 207. 210. Gallica n. 218. 219. Sancerrana n. 220. Andelicana n.221. Venetiana n.222. Antiochena n. 224. Veronensi. n. 225. Novariensi n.226. Bohemica & Polonica n. 227. Livonica n.228. Hungarica n. 229. Lugdunensi Batavica n.237. Francica n.238. usque ad n. 255. Germanica n. 256. 257. 258. Monasteriensi Westphalica n.259. Orbis denique universi n. 261. juncto n. 262
Exeqvutio non potest fieri super muros ob debitum civitatis. 1.n. 164
Exercitus raro innocenter transire adsolet. 1.num. 589

F.

Fames pro mendicitate usurpatur. 3. nu. 96
Fames interdum quoque in pœnam & tentationem, fideique probationem à Deo inponitur. 3. num. 89
Famem inducit sterilitas & bellum. 3.n.74
Feudum masculum & castrense, zu Mann- oder Burg-Lehen/ quid sit? 1.n.699
Fidejubens castellani nomine an teneatur, si damnum inferat privatis? 1.n.470
Fidejubens pro custodibus castri, usque ad sex menses, quib. elabsis num sit liberatus, etiamsi à Castellano prorogatus sit terminus, sine consensu fidejussoris? 1. n. 477.
Fidejussio etiam dubia parit, de quibus remissive. Primo sc. spoliatus castro munitiss. an restituatur ante omnia, si caveat, se illud restituturum, si succumbat in petitorio? 1. n. 475. n. 476
Finis castrorum maximè considerandus. 1. n. 150
Finitur privilegium, causa cessante & finita. 1. num. 817
Fiscus si semel bona publicata acceptaverit, e.g. insignia castro banniti præfigens, num possit ea repudiare, & fidejussor liberatus manere? 1. n. 478
Flumine absente veteres terram excavabant, ut fontes scaturirent. 1.n.568
Formam materia adpetit. 1.n.200
Formula venditionum instrumentis à Notarijs in Gallia, quæ inseri adsolet, inmiscetur, & postea explicatur. 1.n. 408
Fragmentum historiæ de Ducibus Würtembergicis ex Felice Fabro. 1. n. 67. cum n. seqq. usque ad n. 72
Fratris nomen veteres pro amasio: & Sororis pro amica usurparunt. 1.n.704
Frischlinus purgatores Caminorum alicubi introducit: nec tamen hujus rei aut originis meminit. 2. n. 22

G.

Galli doctores Castri vocem non solum pro arce & fortalitio: sed & pro omni agrorum & territorij subjecti universitate usurpant. 1. nu. 412. Unde profluxerunt discrepantes istæ Germanorum, Italorum & Gallorum opiniones, cum n. 413. 414. 415.
Galli qua ratione Italiam invaserint? 3. nu. 176

Gal-

Galliæ & Angliæ Reges strumas sanare posse, quidam autores sunt: d.n.583. sed vide num. 585
Imò Hispaniarum Regi divinitus concessum esse, ut dæmones à corporibus fugare queat, Chassaneus & Tapia comminiscuntur. 1. n. 584
Ganerbinatus quid? 1. nu.62. & num.126. 127. 128.129.
Ganerbinatus quomodo finiatur? 1. n.781. cum n.785.786.787.788.789.
Gentes Septentrionales quibus mediis se ad obsidionem tolerandam præparent ac instruant? remissive. 1. n.577
Gentes constructis urbibus & oppidis Turres solent addere: cum altero Romanorum more, quo tuba olim committebantur vigiliæ; buccina revocabantur. 1.n.689
Gentes sæpissime sedes mutarunt. 3. n.174. idque factum ob multivarias causas, quę recensentur n.175.176. usq; ad n.190
Gentiles aliud diluvium metuebant. 1. num. 499
Germani præ cæteris nationibus libertatis titulo fulgent. 3. n. 20
Germani antiqui argentum magis, quàm aurum sequebantur. 3.n.275. Justinus utrumque dixit scelerum materiam. 3.nu. 276. Dissimili etiam adfectione illud gentes prosequebantur. 3. n. 277
Germanis solis inproprie sitim & ebriositatem cum voracitate faciunt propriam. 3.num.103. quod demonstratur numeris seqq. usque ad num. 157. in quibus excursus habetur de innata quasi gentibus famelica, sitibunda natura.
Germania gentium & hominum officina prædicatur. 3.n.204
Grammaticis solis titulus & nomen eruditionis debetur. 1.n.206
Gravius peccatum est facti, quàm omissi. 1. num. 236
Guerra quid Longobardis, Italis, Hispanis & Germanis? 1.n.754

H.

Helluones unde sint dicti? 3.n.135
Henricus Goritiæ Comes filiolis noctu expergefactis vinum ingessit: quod cum adsumere nollent, matrem uxoremque ex alio concepisse insimulavit. 3.n. 114
Henrici Steronis verba de Immunitate Cleri adfiguntur. 1.n.677
Hispani in India immanem exercuerunt crudelitatem. 3.n.211
Hispania asinis scatet. 3. num. 213. Sed & Galliam iis abundare, Bodinus contra Aristotelem defendit. Addere etiam Lepores potuisset. 3. num. 214.215.216. 217
Hoc tempore maxime necessaria est taciturnitas. 3. n. 21
Hodie in mundo plures Placentini, quam Veronenses degunt; dictum joculare ab urbibus istis in Italia sumtum. 1.n.117
Hodie plerique sunt alieni laboris beneficiarij. 2.num.78
Hodie sæpius verba per jugulum redeunt. 3.num.11.
Homo naturæ obediens homini nocere nequit. 3.num. 36
Homonymia primitivorum Burgi sive Castri & Castrorum. 1. n. 10. cum n. seq.11. 12.13.14.17.18.19.20.21.22.23.24.27.28
Hostis & delinquens num persequi possit in alieno territorio? 1. n. 732
Huldrici Mutij, Gumtheri & Aurelij relationes de castris veterum, eorumque usu & abusu. 1. num. 75

Hune-

Hunerichi nomen alibi in historijs exprimitur Hunricus & Heinricus. 3. num. 193
Hureber seu Hurebec quodnam genus insectorum? quibusve nominibus alijs insignitum. 3. num. 85. nu. 86

I.

JAc. Menochius dardanarios putat pœna extraordinaria feriendos esse: ut & eodem modo puniendos censet, qui pluris mercis vendunt, quàm à Magistratu æstimatæ sunt. 3. n. 54. 55
Janerben Lutherus posuit vice Ganerben: unde de nomine ac modo constituendi ganerbinatum. 1. nu. 126. 127. 128. 129. 130. 132
Jejunus stomachus nihil spernit. 3. num. 173
Jerusalem in medio gentium collocata fuit. 1. num. 540
Ille Princeps dicitur quoque castrum possidere, ad cujus instantiam ponitur Castellanus, & fit custodia. 1. num. 290
Imperator DEUM sequitur. 1. numero 167. Deque illius judicio disputare, instar sacrilegij habetur. 1. n. 168
Imperio opus est, & officio mutuo in Republica. 3. nu. 16
Imperitia culpæ adnumeratur. 1. numero 232
Inpossibile est, ut non dicas, quæ inprobes, vel à quo dissentias. 3. n. 17
Inprobi & inpij contra notantur, & ultimi supplicij metus ipsis incutitur. 3. num. 268
In adprehensionibus possessionum, unum per aliud non adprehenditur. 1. nu. 403. junctis tamen num. reliqq.
In adprehensione fundorum non est necesse singulas agrorum glebas circumire. 1. num. 416
In eadem formula Gallica quid designet vox, Terres? 1. n. 417
In castro habente alio usumfructum, feudoque commisso, hoc redit ad proprietarium. Idem in emphyteusi obtinet. 1. num. 467. numero 468
In casu venditi castri nomine tutorio quid decernendum? remissive ad Fulgosium. 1. n. 384
In civitate libera debent esse liberæ voces. 3. num. 19
In concessione ac recognitione observandus est modus ususque loquendi: regionumque consvetudines. 1. n. 323. n. 327. 328. 329. 363. 372
In culpa esse dicitur, qui aliquid differt, nec statim exsequitur. 1. n. 233
In diversum, imo adversum hodie rapiuntur, quæ de jure publico evulgantur: & nemo in jurisdictionis pelago versatus est qui non naufragium fecerit. 1. num. 849
In dotem quoque dari consvevit castrum, regnumque. 1. n. 460
In facto quolibet duo considerantur: Causa & Effectus. 1. n. 253
In fidejussore & hæc qualitas desideratur, ne sit impetuosus potens & arces inexpugnabiles possideat. 1. n. 76
In Germania valde frequens est talis contractus pignerationis, hypothecæ & ἀντιχρήσεως, Pfandschafft. 1. n. 354
In hoc opusculo potius investigandi, quam decidendi, rationem autor sibi habet propositam. 1. n. 375. cum prolepsi alia. n. 377
In lectis quoque recubantes crebros magnosq; haustus propinabant. 3. n. 110

In neceſſitatibus mutua ſibi debent præbere auxilia Princeps & Eccleſia. 1. numero 673

In ſpontanea alienatione num neceſſaria ſit ſpecialis indicina, ratione pertinentiarum, jurisdictionis, ſubjectionis & adprehenſionis 1. num. 303. Quid de unico actu exercito dicendum, & ſi verſamur in rebus cohærentibus, non ſua natura, uſu vel deſtinatione ſeparatis. 1. num. 304

In turbam projiciens lapidem, & jactu iſto lædens, L. Aquilia tenetur: Et ſi quis hominem fame necaret, in factum obligatur, cum inductione. 3. numero 31. 32

In via publica jurisdictio eorum eſt, qui circumhabitant, ſeu jurisdictionem ibi habent. 1. num. 494

In uſucapionibus & cauſa & titulus requiritur: utroque ceſſante illa ſiſtitur, at non poſſeſſio. 1. num. 406

Ingenia ad ſumma connitentia nationum diverſarum calumniis patent. 3. n. 105

Inhoſpita Syrtis apud Virgilium quomodo dicatur? 3. n. 195

Inter peritura vivimus, & nihil ſtabile apud homines. Vbi obiter de vocibus Burghalten & Burgſtal. 1. n. 779

Intereſt hominis, beneficio hominem adficere. 3. num. 35

Involuntario reſpectu inhabitantium caſtra deſtruuntur in pœnam & exemplum: idque iterum varia ob delicta & commiſſa. 1. numero 801. 802. usque ad num. 806

Inutiles, ſupervacuæ & ſtultæ quæſtiones debent ſilentium rumpere; cum ſimilibus remiſſive ex Dom. Ant. Heringio. 1. num. 819

Jocus de urbe Azamor adducitur ex Scaligero. 1. num. 566

Iphnites Caminites & Clibanites an differant? remiſſive. 2. n. 64

Ipſi Romani non fuerunt alieni ab ingluvie & ebrietate. 3. n. 107

Græci ſimiliter à minoribus poculis incipientes, deſinebant in capacioribus. 3. num. 108

Eorundem lex propoſita compotoribus: ἢ πῖθι, ἢ ἄπιθι, Sauff oder entlauff. 3. num. 109

Is qui facit, quod facere tenetur, nihil in fraudem feciſſe putatur. 1. n. 239

Itaque vendito caſtro cum pertinentijs, non adcreſcit jurisdictio, quam dominus poſtea demum emit. 1. n. 440. cum num. 449

Judæi urbes funditus delentes Salem ruderibus adſpergebant Rationis conjectura adponitur. 1. n. 813. 814. 815

Judæi num ſint expellendi? remiſſivè. 3. n. 201

Judex antequam punit, factum prius expendere & ponderare tenetur. 1. n. 252

Judicium ea de re Karuli V. Imp. 1. n. 510

Jus muniendi regalibus adnumeratur. 1. nu. 100

Jus poſſidendi caſtrum in Camera pro ſingulari privilegio & beneficio allegari ſolet. 1. n. 279

Jus Svevorum, das Schwabenſpiegel / adducitur: quod prius thema confirmat. 103. cum ſup. n. 98. & ſeq. 103. Sed & Sanctio Adolphi Regis Romanorum congruit. 1. n. 104

Jura feudalia non tam perſonam, quam rem ipſam reſpiciunt: cujus intuitu adprehenſio talis cenſetur. 1. n. 299. cum ſimilibus. n. 301

Iuvenilis ætas aliam vitam, aliosque mores & artes postulat. 2.n.16

L.

Lateres primo confecerunt Noe filij. 1.n.182

Laus Lucæ de Penna ex Zasio. 1.n.712

Leonhardi Aretini relatio, quid ipsi in itinere Constantiensi obtigerit? 1.n.690. Relata etiam hic locum inveniunt; quod obiter exponitur. 1.num.601

Lex fin. C. de vendit. rer. ad civitat. pertin. concernit quoque castra, villas & alias universitates: sicque certæ in alienatione etiam adhiberi solennitates debent. 1.n.382

Libri censuales, Register und Saalbücher/ 1.n.457

Locus communis & quæstio generalis hic late examinatur: Utrum in bestias animadverti, vel num in res inanimitas imperium exerceri queat? num.250. usque ad n.276

Loci proinde commoditas post salubritatem venit observanda: idque illustratur num.2. seqq. 1. num.556. Idque certis quibusdam indicijs cognoscere quimus. 1.n.557

Loci itidem securitas est necessaria, 1.n.559 adhibito n.560.561.562.563

Loco sacro, sancto & religioso uti non licet: eumque nec oppignerare. 1. num. 592. n.600

Loca ab hostibus capta, desinunt esse sacra & religiosa. 1.n.595. cum n.626

Locustæ etiam maximum segetibus damnum adferunt. De iis singularis Plinij locus adducitur, cumque iis loca S. Scripturæ & Juris Canonici conferuntur. 3.numero 75. num. 6. Idem Plinius testatur, civitatem à locustis in Aphrica pulsam fuisse. 3. num. 77. Aliud remedium, puta Excommunicationis, adhibuerunt Galliæ quidam incolæ, ut illas fugarent, quo de jucunda invenies. 3.num.78.num. seq. 79.80.81.82.83.84.85.

Locustæ etiam in Aphrica civitatem quamdam migrationem instituere coegerunt. 3.n.182. Idemque fecerunt alibi culices & pulices. 3.n.183

Lutetia Parisiorum tot continuit homines, quot universus ager Würtembergicus. 3.n.219

Luti & rerum aliarum vilium encomia quis scribserit? 1.n.175

M.

Magistratus plus peccat suo exemplo, quam licentia. Quod exornatur similibus. 3. num. 4. num. 5. 6. 7. 8. 9. 10

Magistratuum potestas in ferendis legibus, ne cives aut subditi res suas quaslibet tanti vendant, quanti volunt ipsi aut possunt. 3.n.61

Magna sitientis est cupiditas & voluptas. 3.n.99

Magnæ rei quantilla possessio laudi ducitur. 2. num. 77

Majores nostri specula & arces in aquis vel ripis earum constituerunt. 1.n.688

Majoribus etiam nostris cognitus fuit: quod ex Felicis Fabri historico fragmento monstratur. 1.num.355

Malitiis hominum non est indulgendum. 1.num.109

Marcus Antonius integrum de sua ebrietate librum conscribsit. 3.n.136
Maritus, cui illud sic datum, proprietario non potest præjudicare. 1.n.461
Marius Gratianus olim legem tulit de schola instituenda, in qua juventus probos doceretur numos probare. Id autem hodierno tempore institutum foret inutile, quo potius ludus aperitur; falsos cudere. 3.n.79.280.284
Massagetæ parentes & cognatos senio aut morbo confectos necarunt ac comederunt. 3.num.205
Matris cujusdam inprecatio famem decennalem accersivit. 3.n.90
Materia, ex qua castra conficiuntur, varia est. 1. num.174. cum n.181.195
Materiæ quænam sint tractandæ? 1.n.5
Matthæi Parisiensis laus & historia Anglica. 2. num. 85
Maxima malorum pars est tædium vitæ. 3.num.265
Maximilianus Imperator Regem Galliarum vocavit, ob durissima servitia subditis inposita, Regem Asinorum: se vero Regem Regum. 3.num.217
Medius locus ubique ferè à gentibus dilectus. 1.num.542
Media via in Jurisprudentia commendatur. 1.num.458
Meditatio pia hæc exornat, à corporis & animæ consortio, subseqvuturoque prẹmio petita. 3. num.267
Memorabilis historia de Merindoliensium & Caprariensium in Gallia damnatorum querimoniis, miseriis ac obpressionibus. 3.nu. 82. cum num. 83
Methodus ab Ordine adcurate loquendo differt. 1.n.8.
Miles hodie fortis non habetur, militiæq; aptus, qui graviter ac gnaviter non blasphemat. 1. numer. 601. juncto numer. 602.76.
Milites sunt cohibendi, ne nimis citò inhient, ac diffundantur in prædam. 1.n.765. cum num.766
Miraculosus progressus Evangelij quid commonefaciat? quod ultimo ad Septentrionales, nosque Germanos pervenit. 3.n.93
Mobiles sortiuntur quandoque indolem rerum inmobilium. 1.n.336
Modus destructionis quoad arces à Jure Saxonico certus est & definitus: Ubi simul de vocibus antiquis, Bornen/ Brennen/ Prinnen/ & similibus. 1. n. 806
Molendina ad castrorum seu burgorum pertinentias communiter referant. 1.n.2
Molendinorum quoque varia sunt pretia & æstimia. 1. n. 454
Moletrinæ hodiernæ usui huic inserviunt. 1.num.565
Monachum gestare diabolum sub cucula, Cyni & Corasij dictum fuit. 1.n.667
Moneta nomen accepit à monendo. 3.num. 271
Monetæ mutatio innumerabilia secum adtulit scandala & damna. 3. n.272. junctis n. 278.280. usque ad n. 289
Mulier defuncto marito castro egrediens, non potest inde abducere tormenta bellica. 1. num.340
Mulieres olim à castris militum procul remotæ. 1. num. 40
Multæ Civitates Imperiales gaudent privilegio, ut intra vicinum certumque terminum ab alijs non sit licitum arces construere; cum inductione quorumdam exemplorum. 1. n.91. n.92.93.94.95.96

Si vero contra pacta & privilegia quid egerint, remedia supersunt juris & facti. 1. n. 97
Multa ob utilitatem publicam contra rationem disputandi sunt introducta. 1.n.153
Multa admiranda de proprietatibus locorum Majolus collegit. 1.n.553
Mundus vult decipi: & qui nunc verum scribit, multorum odia incurrit. 3.n.13
Mundi inhabitatores plerique membra sitientia habent. 3.n.102
Muri dicti sunt sancti & inviolabiles. 1. nu. 154
Muri civitatis aut castri, ex quo lapide fieri debeant? cum inductione exemplorum. 1.n.183.184.185.186.187.188.189.192.193.194

N.

Naturæ inter omnes cognationem quandam instituit. 3.n.34
Naturale vitium est, negligi quod communiter possidetur. 1. n.633. cum num. 634. & 705
Necessitas frangit regulas juris communis. 1. n. 610. juncto n. 675
Necessitas novam quoque invenit equitationem. 3. n. 242
Nefas est hominem homini insidiari. 3. nu. 33
Negligentia nimia est culpa magna & dolo proxima. 1. n. 231
Nemo omnia scit aut invenit: nec dies præsens sequenti par. 2. n. 80.81.82
Nemini fit injuria, quando res ad priorem statum reducitur. 3.n.18
Neque cum mulieribus, neque sine illis tuta & commoda est respublica. 1.n.173
Nescire crimina hodie pro crimine habetur. 3.n.139. juncto n. 140.141.142. cum admonitione ad resipiscentiam severa & seria. n.143
Nihil stabile & perpetuum in natura. 1. nu. 37
Nihil frequentius in Germania quam quod castra ad diversos spectent dominos. 1.n. 124
Non avide devoratur, quod irritamenta gulæ non præbet. 3. n. 128
Non debet imperare, qui non est melior suis subditis. 3. n. 7
Non est boni Jurisconsulti nuda nomina sectari. 1. num. 41
Non in nationes integras debemus invehere. 3.num.104
Non manet in uno eodemque statu corporum natura. 3. n. 130
Non omnium rerum ratio potest reddi. 1. num. 43
Non tenetur socius de proditione facta per socium. 1. n. 710
Non uti licet rationibus ad correctionem ejus, quod expresse decisum in jure est. 1. n. 647
Nonnulli statuunt, quod Cæsar eximens castrum à jurisdictione civitatis, etiamsi incrementum adsumat, tamen totum pro exemto habeatur. 1. num. 797
Norica castra pro urbe Norimberga apud Guntherum 1. n. 13
Novellus Torquatus tres congios ebibit uno impetu. 3. n.112
Nullum sine venia placuit hactenus ingenium. 2. num. 83
Nullos patimur judices iniquiores, quam qui nihil edunt aut docent. 1.n.850
Num contra officium boni scholaris sit, non semper Bartolum defendere. 1. nu. 696

Num porro in medio regionis, vel in limitibus & portubus sint castra erigenda. 1. num. 535. Vide ibi decisum usque ad num. 544

Num & quando Camini vel vaporaria apud veteres exstiterint, pauci ex professo attigerunt, qui ibi nominantur. 2. n. 21.

O.

OB civium multitudinem, vel ob ingruentem necessitatem, an peregrini vel cives aliqui sint expellendi? 3. n. 179. Obiter exponitur usque ad n. 203. addito n. 221.

Observandum est ipsi Principi castra exstruere cupienti qualem habeat populum. Quod declaratur. 1. n. 86. n. seq. 87. juncto n. 88

Occasio & ratio mantissæ hujus obiter detegitur. 1. n. 1.

Occupatio vel justa, vel injusta. 1. n. 752. & nu. 760

Illius species; quando tempore belli castrum vasalli occupat dominus. 1. n. 753. cum numero 755. 757. 758

Officia tribunorum militarium quænam? remissive. 1. n. 247

Quinimo Romæ Canes sunt suspensi, quod in Capitolio obdormiscentes, hostium adventum non detexissent. 1. num. 248

Omne malum nascens facile opprimitur: ideoque principijs obsta. 1. n. 114

Omnes desides & negligentes officio suo privantur? 1. n. 229

Quod fit negligentia, æque punitur, quam quàm quod fit dolo. 1. n. 230

Omnes gentes sua habent peculiaria bona & mala. 3. n. 124

Operosissimum est munus, castra legitimè efformare. 1. n. 210

Optat autor Apellis manum, vel Comicorum linguam, quo hoc genus nequam avarorum digne depingeret. 3. n. 46. Altera avari cujusdam describtio generalis, ex Georgio Nicolasio. 3. n. 47. juncto sup. n. 40

Oratio ad Deum & Proximum, de miseriarum fine ac pœnitentiæ seriæ actione. 3. n. 290

Ordo graduum & statuum certus esse debet. 1. n. 70

P.

PActum reluitionis retractus, & revenditionis sæpe huic contractui adponitur: quod documento ab arcibus petito probat, & præjudicio Spirensi munit tutor ex Wehnero. 1. n. 396. & n. 397

Pacto casum fortuitum in se suscipere licet. 1. num. 823

Par in parem non habet imperium. 1. n. 224. Superioris interest corrigere malefacta ab inferiore. 1. num. 225

Par pari se potest subjicere: & propter moram sæpius à communibus regalis juris receditur. 1. num. 226

Parænetica invectiva hic incipit: Numne plerique bonorum civium aut virorum ordini sint adsociandi? 3. n. 26

Parentum & Præceptorum sententiæ sunt sequendæ; vel modeste temperandæ. 1. num. 480

Pauli Jurisconsulti sententia adnectitur. 3. n. 53

Pax facta cum civitate & castellis, num ad nova adquisita extendatur? 1. n. 719. confer etiam num. 440

Peccatum punibile ex mente & voluntate proficiſcitur. 1. n. 257
Pecunia eſt nervus belli gerendi. 3. n. 260
Per conſvetudinem datur jurisdictio. 1. nu. 330
Perilluſtrium Comitum ab Oldenburg munificentia laudatur: & controverſia de arce Kniphuſana, reſpectu donationis factæ, obiter inſeritur. 1. n. 369 juncto n. 476
Perſij verſus exponuntur breviter. 2. n. 51
Pertinentiæ ſunt, quæ lege, ſtatuto aut conſvetudine deputatæ ſunt, ut alicui rei accedant: adde quæ privilegio vel deſtinatione patrisfamilias ſic habentur. 1. nu. 427. collato n. 428. 431. 432. 433. usque ad 444. in quibus hæc adjectio diffunditur.
Philologicum ſtudium nec à Jurisperitis negligendum: neque Antiquarij paruipendendi. 2. nu. 5. 6. 7. 8. 9. 12. 14. 15. 17. 84. 86
Philoſophi ſunt inſtar hydropicorum. 2. n. 3
Philoſophandum, ſed paucis. 1. n. 843
Piratæ in mari delinquentes puniuntur ab eo magiſtratu, qui prope habitat. 1. nu. 493
Plenius jamdudum dixit: In nulla parte mundi ceſſare ebrietatem. 3. n. 125
Plures poſſunt eſſe unius rei definitiones. 1. num. 56
Pœna illius qui cum bruto animali coierit: vel ſus ſi infantem devoraverit. 1. n. 261. n. 262. aut aliàs homicida ſit animal. nu. 265. vel conrupeta. n. 266. calcitrans. 267. damnificans. nu. 268. dilacerans. num. 269
Vel ſi res inanimatæ damnum adtulerint, ceu ſunt e. g. ſtatua 1. n. 270. 271. amnis 272. libri 273. 274. civitas ſeu urbs 275. ferrum, ligna, lapides. & ſim. n. 276
Pœna reddita propinquorum emollit dolorem conceptum. 1. num. 263
Pœnarum infligendarum cauſæ tres adferuntur. 1. n. 251
Poetarum Dramaticorum & Comicorum magna authoritas ſemper fuit: cum origine Criticæ profeſſionis. 2. n. 4
Populi plerique tegere melius vitia, quam fugere norunt. Ubi certamen Germani & Itali exſtat. 3. n. 106
Poſſeſſionem, caſtrum, villam, remque civilem probari alicujus eſſe, vel pertinere ad territorium, per ſolutionem cenſus. 1. num. 286. 287. traditionem clavium num. 288. aliosque modos n. 291. & 292
Potandi itidem gloria famoſi Scythæ, Perſæ, Pœni, Celtæ, Hiſpani, Thraces, Flandri & Franci. 3. n. 111. 115. 116
Potentia per arces & propugnacula augetur. 1. num. 78
Praxin in ſupplicatione ad extrahendos proceſſus, in hac cauſa reluitionis, idem monſtrat. 1. num. 398
Præcipuum in adverſis ſolatium eſt Bona Conſcientia. 3. n. 266
Præclarum de ſtudiis ſeu literis humanioribus judicium: adjecto brevi Epilogo. 2. num. 86
Præfatio diſſertationis præmittitur cum num. reliqu. 1. n. 4
Præfectus tamen caſtro cum proditoribus colloqui poteſt. 1. n. 219
Præſentatio in jure patronatus conpetit proprietario, & non uſufructuario. 1. nu. 485
Præſes vel Judex alicui ſcribens, eumque Fratrem appellans, extraordinarie punitur. 1. num. 301

Præ-

Præstat unum castro & principatui præesse dominum, quam plures. Idque selectis narrationibus Erasmi & Euphormionis illustratur; cum similibus de divisione regnorum ac dismembratione feudorum. 1. n. 64
Prætor confidens viro sancto, carceri vel vinculis nuncupando, sed interea aufugienti an excusetur? 1. n. 666
Prætorium Galli vocant Manerium, idem Apothecas nominant Granaria, cum similibus. 1. num. 411
Pretij magnitudo & exiguitas sæpe hic etiam præbent indicium. 1. n. 443
Princeps non sit nimium pompusus & prodigus, 1. n. 145. cum n. 146
Princeps scribens castro, ut civitati; num videatur paria jura conferre hac conpellatione? 1. n. 307. cum n. seq. 308. 309. 311
Princeps concedendo territorium, non creditur proprietates concessisse. 1. n. 316
Princeps an in umbilico imperij consistere, ibique domicilium habere debeat; & quodnam sit magis consultum. 1. nu. 544
Princeps quoque si castrum cum territorio concesserit, num veniat usus fluminum & locus sterilis? 1. num. 348. item loca exemta.
Princeps suam suorumque subditorum salutem ac sanitatem curare tenetur. 1. nu. 586
Princeps vel Dominus secularis an tempore belli & necessitatis possit templa munire, & incastellare? 1. n. 587. Elegans, difficilis, perplexa & prolixa disputatio est, usque ad num. 62
Principi & sapientiori cedere, decorum est: & publica sunt anteferenda privatis. 3. n. 24
Principem posse civitates magnas coarctare, ut commodior defensio sit, Cynus, Baldus & Laudensis statuunt. 1. numer. 798
Principe committente Castellano custodiam arcis, tenetur hic de violentia, si eam culpa præcesserit. 1. n. 227
Principes plerumque suis negotijs honesti speciem prætexere, factaque colorare sciunt. 3. num. 12
Principes ac Civitates melius nequeunt civibus suis consulere, quàm Dardanariorum licentia vel malitia expressa. 3. n. 64
Sed mores perduxerunt leges in potestatem, & omnia consvetudine vitia introducuntur. 3. num. 65
Quid vero summus ille rerum arbiter Deus minatur; & qua ratione isti se excusabunt? 3. num. 66
Principes Oppianus vocavit Muros orbis terrarum. 1. n. 122
Principum ordo primum tangendus, deinde Subditorum. 3. n. 2. 22
Principum officia ratione justitiæ, actionum, horreorum & granariorum publicorum, circaque pretia annonæ. 3. n. 3
Principum est sua cura populos reddere feliciores. 3. n. 23
Principale trahit secum accessorium. 1. nu. 335
Principali destructo, accessoria minus curantur. 1. nu. 784
Priscorum Germanorum urbibus maxima laus erat, quam latissimas circum se vastatas finibus habere solitudines. 1. num. 570. Imo Germania olim erat sine urbibus. n. 571
Privantia agmen claudunt, seu modi amittendi & dissolvendi. 1. n. 777

Priva-

Privatio præſubponit habitum, cum ratione ordinis ſuperioris reddita. 1. numero 780
Privatus caſtra poteſt exſtruere, modo id non fiat ad ſcandalum, neque ad æmulationem. 1. num. 105. n. 108. 110. 111. & quando ſeditiones non metuuntur. nu. 112. 113
Pro loci religione ſemper ſumma ratio militat. 1. num. 597
Pro primogenito & provectioris ætatis viro major præſumtio pugnat fidelitatis. 1. n. 635
Et ſeniores præſumuntur juvenibus meliores: cum ſimilibus axiomatibus. 1. n. 636. 637. 638. 640. 641. 642. 643
Proditio etiam hic locum ſibi vendicat: de cujus autoribus & pœnis agunt ibi adducti. 1. n. 768. & n. 769
Prolepſis autoris multiplex circa hanc tractationem. 1. n. 7
Proprium & primum, citiusque parandum genus molæ manuariæ incidenter autor indicat. 3. n. 241
Propter inimicitias multa intercidunt ac finiuntur. 1. n. 703
Proteſtatio authoris de præmiſſis adſertionibus. 1. n. 116
Proverbium german. Der Hunger iſt ein Unger/ꝛc. 3. n. 230
Proverbium adducitur, Piſcem à capite primum conputreſieri: illudque hiſtoriola declaratur. 3. n. 5. 6
Proverbia adjunguntur, velut: Addere oleum camino. 2. num. 53. 54. Caminus fumans eſt rixoſa mulier. num. 56. Friget caminus, vel camino alget plus nihil. num. 57.

Q.

Qua ratione regna creſcant & decreſcant? 1. n. 72
Quando conceditur caſtrum in perpetuum cum jurisdictione, & ſimilibus conſiderationibus; an conceſſum etiam judicetur jus confiſcandi? 1. num. 343. cum num. 345
Quando liceat Cæſari collectis h. e. exactionibus urgere caſtella Pontificis, ex opinatione Cardinalium apud Güntherum? 1. n. 697
Quandoque verbis abutendum eſt, ut res intelligamus. 1. n. 63
Querela de vi armata & fidelitate, ratione caſtri. 1. n. 68
Quæ cum uni capiti aut corpori ſubjectæ ſunt, indubie unam denominationem & integralem rem conſtituunt. 1. n. 429
Adprehenſa ſede principali, reliquæ regiones, urbes, arces & villæ ſeqvuntur. 1. n. 430
Quæ natura & ſubſtantia diſcreta ſunt, ſibi invicem non cedunt. 1. n. 439
Quæ ſunt facti, non pertinent ad Juriſconſultos. 1. n. 644
Quædam corpora ex pluribus inter ſe cohærentibus conſtant? quid ergo de iis dicendum? 1. n. 404
Quælibet pœna hunc finem habet, ut ſit exemplum deterrens, cum ipſius pœnæ genere non-uniformi. 1. n. 264
Quæſtio principalis: Num urbes & caſtra ſint exſtruenda, & muris cingenda. 1. n. 151. Quod in ſeqq. adfirmatur. nu. 154. usque ad 173
Qui caſtellanus conſtituitur, jurare ac cavere ſolet de reſtituenda arce, de recte cuſtodienda, damno, & ſim. 1. nu. 661. 662
Qui excubias palatij neglexerit, quomodo coerceatur? 1. n. 245. variarunt namque gentes, ceu videre eſt circa hunc paſſum in num. 246. 247

Qui vendit id, quod est intra muros, num ipsos muros vendidisse putetur? 1. num. 385

Quî fiat, quod majorum nostrorum tempore vini pretium vilius exstiterit? 3. n. 137

Qui nulla aut exigua bona possident, contra eos bella non sunt suscipienda; 3. nu. 185. 186

Qui castra habet in custodia, non debet literis Domini generalibus fidem adhibere. 1. n. 678

Item quando suspicio tumultus aut guerræ est, custodiæ castrenses debent duplicari. 1. n. 679

Quis fructus sit clementis imperij, exemplo monstratur historico. 1. n. 772

Quid vocentur Burgsäß / Sitz / Burgsitz & Rittersitz? 1. n. 280. 281. 282

Item Landsassen / Schrifftsassen / Amptsassen & Cantzleysassen in Saxonia quinam sint? remissive. 1. n. 283

Quid si fluminibus aut mari circumseptis in locis, vel proxime illis adjacentibus, castra fuerint ædificata? 1. nu. 522. Extendit se illud ζήτημα usque ad n. 534

Quo nomine fractæ pacis fideique malè audit Mahumetes Turca. 1. n. 90

Quod commissum est statim desinit esse ipsius qui crimen perpetravit. 1. n. 472

Quod fit principaliter illud maxime adtenditur. Unde ad commodum proprium potius, quam alterius aliquid faciens, inpensas repetere nequit. 1. num. 756

Quomodo subrogatæ personæ gaudeant iisdem privilegijs, remissive. 1. n. 838

R.

RAra concordia fratrum est, d. numero 704. & iidem testantes, extraneos vel remotiores agnatos plerumque potius hæredes instituunt. 1. num. 707

Realis nostra tractatio versatur circa definitionem, divisionem, cæteraque argumenta topica. 1. n. 52

Recognitio facta super castro, non in dubio censetur facta super territorio: secus si in liquido versamur 1. numero 317. 463

Recognitio pro castro facta, creditur etiam ad terras adjacentes facta, quæ castro adhærent: secus si in dubio & præsumtione versamur. 1. numero 463. & sup. num. 317

Recognitionis effectus; illaque strictius usurpatur, quam concessio. 1. numero 312. 313

Recognoscere feudum quid sit? 1. numero 314

Recursus ad prius membrum de fame. De qua selectiores authorum sententiæ ac testimonia adferuntur. 3. num. 146. 147. usque ad num. 151

Reges à Rebus præclare & laudabiliter gestis dicti: item à Regendo. 3. numero 9. 10.

Regibus minus concessum est injuste agere, quam hominibus privatis. 3. n. 8

Regulam in Gallia frequentem, DU SAISY, quis explicet, & cum jure civili conferat? 1. n. 306

Rebus serijs & gravibus absolutis, studia leviora sectanda. 2. numero. 10. & numero 13

Rebus quoque minutis inest quædam utilitas ac suavitas. 2. n. 18

Rerum sub uno nomine universali latentium possessio per capitis aut partis adprehensionem salvatur 1. numero 407. cum nu. 416

Re-

Rerum communio diſcordiam excitat; 1.n. 705. ſup. n. 633. 634

Reſpectu caſtrorum quid & quam varia ſit, cum ſimilibus docetur. 1. num. 201. 202. 203. 204. 205. usque ad 213

Reſpectu cuſtodiæ & nocturni temporis plures obverſantur controverſiæ apud Polydorum Ripam. 1. n. 663

Ridiculus gloſſatoris cujusdam epilogus. 1. n. 848

Ritus veterum, ad noſtra tempora derivatus, deponendi res pretioſas in templis cauſa ſecuritatis; 1. num. 623. juncto n. 721

Romanorum ad notitiam num pervenerint camini & fumi emiſſaria; ſeu qualem iſti fabricam habuerint, magis anxia inter autores diſceptatio eſt. De qua aliquot ſuffragia & ſententiæ adducuntur. 2. n. 37. 38. uſque ad n. 61. cum authoris conjecturis incluſive.

Rudi & ſimpliciori ſeculo caminorum uſus fuit incognitus. 2. n. 28

Ruſticus emens jura unius ex dominis, nihilominus manet ſubjectus poteſtati ac jurisdictioni cæterorum condominorum ex traditione Dyni & Boërij. 1. nu. 388

Ruſticus ſeu ſubditus tempore caritatis annonæ ſi intra caſtrum ſaltem cogatur frumenta ſua vendere, non aliter id facere tenetur, quam refuſo juſto & æquo pretio. 1. n. 389

S.

SAcras ædes ſpoliare, res eſt turpiſſima. 1. n. 593

Sacrilegi ſunt, templa Chriſtianorum etiam inimicorum deprædantes: ſecus vero Turcarum ac barbarorum ædes invadentes, 1. n. 625. & 626

Sagaciter inveſtigandæ ſunt conjecturæ adjunctionum vel ſeparationum; tam in emtionibus, teſtamentis & uſucapionibus, quam in privilegijs, conceſſionibus, ſtatutis, legibus ac conſvetudinibus. 1. n. 442

Salus populi ſuprema lex eſto: ubi ſimul de Romani populi amore erga Principes ſuos, remiſſive. 3. num. 25

Scholaris ab Imperatore Doctor vocatus, an ſtatim privilegia Doctoralia per id conſequatur? 1. nu. 309

Scythæ diſtinctos finibus agros, nec domos certas habebant. 2. num. 27

Securitas caſtrorum hic conſideranda venit. 1. nu. 720. Ob quam & caſtrorum munitionem inſignia Imperialia olim in iis fuerunt adſervata & repoſita. Item res pretioſæ & imperialia oſſa. 1. numero 721

Semel abolitum per ſe ad ſua ſponte non reviviſcit. 1. n. 827

Semper exſtiterunt inter homines rerum novarum inventores. 2. n. 20

Semper inter populos exſtiterunt, qui de antiquitatis & originis præcellentia certarunt cum cæteris. 2. n. 29

Nobis Chriſtianis in hiſce dubiis S. S. Scriptura eſt anchora. 2. n. 30

Senecæ medicina adfertur in loco quodam variis lectionibus. 2. n. 26

Sententia privationis Henrici VII. Imp. relative nudoque nomine ponitur. 1. nu. 466

Separata ſub uno eodemque titulo & corpore non veniunt; 1. n. 441. addito n. 446. 448. 449

Si datur per civitatem locus ad exſtruendum

dum castrum, remanet is de territorio istius urbis. 1. n. 489

Si quis in somnis conprimat infantem, vel si noctambulo damnum inferat, quid juris? 1. n. 254. cum num. 255

Signa atque prodigia famem utplurimum antecedere solent. 3. numero 152. Quod ulterius exponitur numero 153. ubi de miraculoso jejunio exemplum, collatum cum. n. 154

Sitis vocabulum multis quoque adtribuitur. 3. num. 98

Sitis causa declamare, apud Ciceronem: qui Aures sitientes alibi dixit. 3. num. 100. 101

Societas renunciatione submovetur. 1. nu. 883. cum d. n. 788. & 789

Solatij instar est, socios habuisse malorum. 3. n. 145

Solutio gabellæ salis arguit districtum, territorium & jurisdictionem. 1. numero 289

Species malorum istorum præcipue elucent in siti & fame. 3. n. 94

Statius Papinius, & Angelus Politianus cur Siculos Caminos dixerint? 2. num. 49

Status etiam cujusque in Imperio considerandus est: an scilicet sint Principes, Duces, Comites, Barones, Civitates vel Nobiles? 1. n. 115

Statutum Transisulaniæ adjicitur: quo cautum dignoscitur ne quis usumfructum sibi retineat, cessa proprietate, nisi per ultimam voluntatem. 1. n. 395

Statuta multorum locorum exstant, quibus hujusmodi lucrionibus obviam itum, ut nisi per certam horam diei emant. 3. n. 56

Stein prisci Germani arces vocarunt. 1. n. 50

Stellionatus vox apte respondet Germanic. Stelen. 3. n. 52

Stupendum & incredibile: In Lucumoria populos 27. Mens. Novemb. mori, & 24. April. die revivisscere. 1. n. 552

Subditi an, quando & quomodo ad castrorum ædificationem, reparationemve teneantur. 1. nu. 135. cum nu. 136. 137. 138. 139. 142. 143. 161

Subditi, quibus gaudeant commodis? 1. n. 134

Subditorum ordo succedit, de quo nonnulla in seqq. 3. n. 22

Subjectio & jurisdictio an, quomodove individua sit? remissive ad Kyllingerum. 1. n. 295

Illius unus actus, num constituat aliquem in possessione totius? 1. nu. 296. cum num. seq. 205

Subjectum sequitur, seu Locus, qui ratione castrorum consideratur; tam politice quam juridice. 1. num. 486. 488

Subrogatum sapit & sequitur naturam ejus, in cujus locum substituitur. 1. num. 717. juncto num. 718

Subtilis illa quæstio hic & in seqq. usque ad num. 450. examinatur: An venditione istarum enumeratarum rerum contineatur quoque jurisdictio? 1. n. 445

Summarium breve Chassanæi consil. 1. 3. n. 79

De simili processu judicia & exempla aliorum; cum prolepsi autoris. 3. num. 80. 81

Synonyma nomina hîc colliguntur, & deinceps quædam explicantur. 1. n. 44

T.

TAliter res habetur & censetur, qualiter ad titulum suum relata fuit ante traditionem, 1. n. 444

Tem-

Templum Dianæ Ephesinæ in palustri exstitit loco, ne terræmotibus quateretur: nam hoc fieri solet. 1.n.516.517
Templa sunt de territorio & jurisdictione secularis potestatis, nisi aliter eximantur. 1.n.619
Tempore belli & necessitatis utrum Dominus feudi queat custodire castrum inuito vasallo? 1.n.683. cum n.753.754
Terra quem usum præbeat in castrorum exstructione? 1.n.176. item Ligna num. 177. Lapides num. 178. 179. Ferrum. 180
Territorium quandoque sine Jurisdictione constare posse & contra; 1. num. 315. cum num. seqq. & declaratione autoris. nu.319
Tertia species rerum diversarum & noncohærentium est, quæ ibi in terminis declaratur per inductionem. 1.n.405
Thuanus exemplum refert, qui in Germania ob annonæ excandescentiam divinitus sit punitus. 3.n.68
Thuani ἁμάρτημα μνημονικὸν notatur, quod Chassaneum dixerit murium patronum; qui tamen consilium suum pro locustis, vel insectis similibus conscribsit. 3.n.84
Tractationis hujus distributio generalis, in nominalem & realem. Illa præcedit, & tria continet. 1.num.9
Turpe est Christianos superari à Barbaris misericordia & humanitate. 3.n.223
Turris unde dicatur? 1.n.190

V.

Validi mendicantes non sunt tolerandi. 3.n.200
Variæ societates hominum recensentur: sed carptim. 2.n.25. cum n.26
Vates Pythius è templo quemdam ejecit, quod amico in vitæ periculo constituto non subvenisset. 3.n.67
Vaticinium Eucherij de interitu Romani Imperij, & ultimi ævi malis quampluri-mis. 3.n.262
Vendens castrum tenetur ad ejus custodiam. 1.n.386
Venditio ficta, imaginaria & nuda habetur pro nulla. 1.n.391
Talis tamen, interveniente pretio, non facile præsumitur. 1.n.392
Venditione jurisdictionis semper & præcise non continetur simul castrum, domanium & hominium 1.n.447. cum nu. 448. nisi adhibuerit cautelam contrahens Argentræi cum prolepsi.n.seq.450
Vendito castro num unà Pedagia intelligantur translata ad emtorem, quæ alicui dominio debentur? 1.n.422
Item an Jus Patronatus veniat? & quid de Ecclesia aut Capella. 1.num.432.n.424. juncto n.484
Verbum ὑπερεντυγχάνειν notabile apud Apostolum. 3.n.264
Verbi divini fames etiam adnunciatur refractarijs. 3.n.92
Verba ista Gallica quid inportent, simul ibi exponitur, veluti: Maison, manoir, terres, seigneurie, appartenances, chastieu, forteresse, & similia. 1.num.401
Verba generalia subsequentia determinantur à præcedentibus, ejusdem si fuerint qualitatis. 1.n.418
Veritas consistit in paucis: ut & virtus loquelæ. 1.n.839.842
Viduæ num mariti castrum inhabitare concessum sit, vel potius heredibus. 1.n.698
Vinum semper bibere aut aquam, ingratum est. 2.num.1

Vinum bibens, consumit pecuniam in bonos usus. 3.n.133
Vina fumo præcocem trahunt maturitatem, & citius vetustescunt. 2.n.46
Vir bonus quinam in jure civili nuncupetur? remissive. 1.n.665
Vir bonus is nominandus; qui cogitata & facta non erubescit prædicare. 3.n.14
Ulpiani JCti responsum adducitur. 3.n.51
Ulricus de Nova Domo liberis suis vix ablactatis vina generosissima porrexit, ut postea securius leviora biberent, nec facile vinci possent. 3.n.113
Unus condominorum castrorum in alterius præjudicium nihil facere potest; 1.n.223. juncto num.387.390
Una instantia data sufficit ad consequentiam tollendam. 1.n.829
Unumquodque vitæ genus cognata quædam degenerandi habet pericula. 3.n.15
Vocabula ad usum rerum ante caminum conficiendarum, Bucare, bäuchen & baucken/ 2.n.63
Vox Burgfrieden quid designet? eamque frangens quomodo puniatur? 1.n.722. cum num.723.724.725.726.727.728. 729. ubi de Curijs, Plateis & Palatijs, deque eorum securitate agitur. Jus & necessitas Defensionis nullos limites agnoscit. 1.n.730
Urbium castrorumque situm crebro solent autores laudare. 1.n.487
Usus & discrimen aquarum est distinguendum. Quædam enim gutturosos; strumosos & stolidos efficiunt; 1.num.580. 581.582
Ususfructus cum proprietate consolidatur, 1.n.470. juncto n.471.

W.

WEnceslai Imp. ignavi violentia ac vesana cupiditas taxatur. 1.n.767
Wilhelmi Hedæ Alfinij verba de pacto & concordia inter episcopum Trajectensem & Comitem Hollandiæ. 1.n.758

Z.

ZEta & Heliocaminus, quid apud Ulpianum sint? Item Zetarij & diætarij. 2.num.58.59.60.

F I N I S.